



CAJI SILII ITALICI PUNICA
EDENTE

CORNELIUS SCIPIO AFRICANUS

TRAJECTI ad RHENUM
Apud **GUILIELMUM** van de **WATER**. CIƆ IƆCCXVII.



CAJI SILII
ITALICI
PUNICORUM
LIBRI SEPTEMDECIM,

cum excerptis

Ex FRANCISCI MODII Novantiquis Lectionibus,

Et CASP. BARTHII Adversariis,

tum DANIELIS HEINSII crepundiis Silianis,

Et postumis notis


NICOLAI HEINSII, nunc primum editis,

CURANTE

ARNOLDO DRAKENBORCH,

Cujus etiam annotationes passim additae sunt.





TRAJECTI AD RHENUM,

Apud GUILIELMUM VANDE WATER, Academ. Typogr.

cIↃ IↃ CC XVII.





VIRIS

AMPLISSIMIS NOBILISSIMIS,

JOHANNI VAN NELLESTEIN

J. U. D.

LAURENTIO VAN LANKEREN

J. U. D.

URBIS TRAJECTINAE

CONSULIBUS,

ALIISQUE

AMPLISSIMIS NOBILISSIMIS

SENATORIBUS

S. D.

ARNOLDUS DRAKENBORCH.



Quod offerre audeam, Viri Amplissimi, atque Illustribus nominibus Vestris inscribere insigne C. Silii Italici poëma, mea cura & opera novo, quo nunc in ora hominum exit, ornatu excultum, temeritatis & arrogantiae su-

ſpicionem, quae forſitan apud nonnullos oriri poſſet, deprecandam exiſtimarem; niſi tam graves ac juſtae cauſſae ad id faciendum me permoviſſent, ut, quicumque vel leviter ad eas animum attendere voluerit, protinus me ab omni hac culpa liberum eſſe judicare debeat. Cum enim naſci mihi atque enutriri contigerit in urbe, cujus regimini ſumma juſtitiae atque aequitatis laude praeeſtis; bonas autem literas didicerim in ſplendidiſſima Academia, in qua ut artium ac doctrinarum omnis generis ſtudia quam maxime vigeant ac floreant, Vos, omnium ſcientiarum fautores ac patroni benigniſſimi, cunctis viribus ſemper operam datis: officio, quod quiſque civis Magiſtratibus debet, defuiſſe jure cenſendus forem, ſi alterius, quam Veſtri, quibus haec laborum primordia ac tirocinia conſecrarem, cogitatio animum ſubire potuiſſet. Verum cum me hoc tempore parti honeſtiſſimae provinciae, quam incredibili Orbis eruditi applauſu nuper apud Vos adminiſtravit Vir Celeberrimus, & non ſine ſingulari veneratione a me nominandus, Petrus Burmannus, praeeſſe juſſeritis, idque, quo nihil hominibus dulcius eſſe ſolet, in ipſa patria atque inter parentes; egregio, quo me ſponte Veſtra complexi eſtis, favore omnino indignus forem,

&,

&, ne ob ingrati animi vitium bonorum omnium in me indignationem atque odium concitarem, justissime vererer; nisi ultro oblatam hanc occasionem publice Vobis gratias pro tam insigni in me collato beneficio agendi cupide arriperem, quamque haec benevolentiae Vestrae eximia indicia jucunda mihi atque accepta fuerint, palam testarer. Commemorare etiam in proclivi foret, familiaritatis & consuetudinis, quam tum Pater meus, tum ipse ego cum plerisque Illustris Ordinis Vestri summa pietate semper coluimus, officia exegisse, ut Vobis potissimum, Viri Amplissimi, studiorum meorum primitias dedicarem ac sacras facerem: nisi fortassis apud malevolos eo non tam consilii rationem reddidisse judicari possem, quam inani & ventosa gloria ductus apud exteros jactare voluisse, Principibus me Viris, quam non minimam laudem omnes ducimus, placere, eosque amicitiae suae necessitudine me non indignum arbitrari. Tandem id ipse quasi postulare videtur Silius Italicus, qui, ex illustri & honoribus gestis praenobili familia ortus, non ipse solum ad sublime ac summum majestatis Consularis fastigium adscendit, sed filium etiam eodem honore auctum vidit, ex insita atque innata Quiritibus superbia, etiam post tot elapsa secula,

non

non facile permissurum, ut alterius, quam Illustrium ac se referentium Magistratuum nomina capiti operis a me praescriberentur. Cum autem mentem ejus ac vera verborum vestigia, quantum conjecturis assequi potui, certissimo optimarum membranarum auxilio e tenebris diligenter eruere, & auctori quasi postliminio restituere conatus fuerim; praeter fas & aequum me acturum existimavi, si generosae huic voluntati ejus adversari, & nobilissimum poëtam in minus potentium aut Illustrium patronorum clientelam addicere vellem. Vatis itaque Consularis scripta, Amplissimi Consules, Vosque Senatores, quorum quisque insitis virtutibus ac meritis Consulatu dignus est, ut laeti ac serena fronte suscipere velitis, rogo: non enim leves aut titulis ac gravitati Vestrae minus convenientes res complectitur, quod in sinu vestro deponere gestio, poëma: sed ob oculos ponit, & accurate describit gravissimum & cladium atrocitate quam maxime memorabile bellum, quod ad internecionem usque Romanos inter & Poenos, late tum regnantes ac potentissimos orbis populos, per octodecim annos gestum est: donec tandem post varios rerum casus P. Scipio, cui primum ex insigni victoria egregium & nulla umquam oblivione delendum Africani

nomen

nomen obtigit, Hannibalem, diutiſſime Italiae viſceribus inhaerentem, & omnia ferro ignique vaſtantem, ad patriae ruinam arcendam armorum ſucceſſu avocaverit, & inclytae Romae victricibus legibus aemulam Karthaginem parere juſſerit. Illud quoque pro benignitate Veſtra concedite, Optimi Maecenates ac literarum Patroni, ut, ſi operae & labores, quos in poëta hoc poliendo atque exornando conſumſi, Vobis non abjiciendi videantur, ſub umbra patrocinii Veſtri latere poſſint: quod ſi impetravero, detrectantium & nihil non culpantium hominum, quorum omni tempore, ſed praecipue peſſimo hoc & in illaetabilem barbariem ruenti ſeculo nimius proventus eſt, calumnias & Theoninum dentem nihil extimeſcam; ſed contra animum ac voluntatem ad ſimilia in aliis noſtrae diſciplinae auctoribus tentanda inducam. Hoc inſuper a Vobis etiam atque etiam precari ſuſtineo, Viri Ampliſſimi, ut hanc gratae mentis ſignificationem lubenti animo accipiatis. Quamvis enim infinitis modis infra beneficii, quo me nuper ornaſtis, magnitudinem ſit, quod offero; nihilominus, quae Veſtra eſt aequitas & benevolentia, non injucundum id Vobis fore ſpem foveo, quoniam me non habere digniora, quae pro tot meritis refe-

ram,

ram, probe noveritis; neque, si quam maxime haberem, aut Vos a me exigenda censeretis, aut ego offerre auderem, ne, si beneficium pari beneficio reponere conarer, artissimum obligationis vinculum, quo me constrictum atque alligatum omni tempore habebitis, rumpere aut laxare voluisse existimarer. Quod superest, Viri Amplissimi, cum nullam partem Vestrorum erga me meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gratia assequi valeam; ut tamen, qua possum, remuneratione animum meum non ingratum esse probem, pro salute atque incolumitate vestra ac familiarum Vestrarum, quae integerrimorum Magistratuum seminaria sunt, quotidie sollemniter vota nuncupabo, Deumque ter optimum maximum venerari non desinam, ut Vos, hujus urbis bono, quam diutissime summae rerum praeesse, & consilia atque incepta Vestra semper Reipublicae prosperare velit. Dabam Trajecti Batavorum a. d. x. Kal. Julij anno MDCCXVI.

PRAEFATIO
AD
LECTOREM.



Prodit tandem, & lucem publicam adſpicit C. Silii Italici poëma de bello Punico ſecundo, eruditorum virorum, ſed inprimis medica Illuſtriſſimi Nicolai Heinſii manu, ac nonnulla mea diligentia & labore multis in locis melius cultiuſque factum. Verum priuſquam id in manus ſumas, quiſquis es, elegantiorum literarum amans Lector, quaedam habeo, quorum te, quam breviſſime potero, certiorem facere apud animum conſtitui. Ea vero partim recident in auctoris noſtri vitam, ſtudia, & ampliſſimos, quos geſſit, honores; partim in Punicorum illius varia fata ac caſus; partim in novam, quam nunc tibi offero, editionem, ut ſimul te doceam, quibus copiis & auxiliis inſtructus huic non infimi ſpiritus poëtae denuo in lucem emittendo me accinxerim, & amicis benigniſſimis, quorum propenſae benevolentiae multa ego & Silius debemus, publice meritas gratias referam. Verum cum argumentum illud, de quo primo loco agere propoſueram, anno proxime delapſi ſeculi quarto & nonageſimo exhauſerit Vir Celeberrimus, & in literis noſtris maximi nominis ac famae, Chriſtophorus Cellarius, dum viveret, in Academia Friedericiana, quae Halae eſt, Antiquitatum & Eloquentiae Profeſſor, ne inutili & nihil profuturo labore actum agam, aut illius ſcrinia maligne compilaſſe videar, diſſertationem ejus, quam *de C. Silio Italico, Poëta Conſulari,* conſcripſit, & quae nunc in corpore omnium diſſertationum ejus quarto loco conſpicitur, integram typis deſcribi, & huic praefationi ſubjungi malui, ut, quae ad eam rem pertinent, inde potius peti poſſint.

His itaque miſſis, quod Silii Italici poſt obitum & poëmatis hujus fatum ac conditio fuerit, inquirendum. Mortuo & rebus humanis erepto Silio, ſive id temporum, in foedam barbariem ruentium incrtia ac peſſimo ſtudiorum contemtu, ſive quo alio caſu accidiſſe dicendum ſit, unicus, quem nobis reliquit, ingenii fetus duriore fortuna conflictatus, & oblivione ac ſilentio tantum non ſepultus eſſe videtur. Si enim ſolum Sidonium Apollinarem excipiamus, a tempore Plinii ac Martialis per tredecim ferme ſecula nullus fuit, qui ejus vel verbo meminiſſe reperiatur. Quin inſuper conſtanti adeo fama & exiſtimatione hominum ſeculo quartodecimo volvente periiſſe credebatur, ut Franciſcus Petrarcha, primus ille humaniorum literarum inſtaurator, damnum, quod Silii poëma amittendo ſtudia noſtra feciſſe exiſtimabantur, reſarcire cupiens, opus, cui *Africae* nomen dedit, & quo belli Punici ſecundi hiſtoriam verſibus complexus eſt, compoſuerit: quod minime facturus fuiſſe videtur, ſi poëtae noſtri laborem alibi locorum deliteſcentem ſupereſſe ſuſpicari potuiſſet. Depulſis tandem aut fugientibus, quae orbi univerſo offuſae fuerant, ignorantiae tenebris, & felici auſpicio renaſcentibus omnis generis ſtudiis, cum monachalium bibliothecarum horridas latebras ſtudioſe excuterent viri eruditi, etiam Silius cum infinitis aliis priſci

aevi scriptoribus ex squalido situ & pulvere protractus, & in lucem vindicatus est. Ne vero varias doctorum opiniones de auctore, loco, & tempore, quo Silius repertus est, memorando patientia tua nimium abutar, benevole Lector, dicam, verosimillimum mihi videri, Punica haec inventa fuisse per Poggium Florentinum prope Constantiam in monasterio Sancti Galli tempore concilii Constantiensis. Certe Poggium Silii inventorem esse agnoscit Hugolinus, seu Ugolinus Verinus, qui non longe post haec tempora vixit, & scriptis inclaruit, lib. II. de Viris Illustr. urbis Florent. ubi Poggium sic commendat,

Quin etiam sollers Germanis eruit antris
In Latium altiloqui divina volumina SILI.

Etiam Guarinus Veronensis, sive Franciscus Barbarus, sive alius quis eo tempore, in epistola, qua Poggio Quinctiliani inventionem gratulatur, quam nuper ex bibliotheca Paullina Lipsiensi publici juris fecit vir Nobilissimus Jo. Gottlieb Krause, ejusdem bibliothecae praefectus, in vernacula librorum historia part. I. pag. 46. *Tu Tertullianum, tu Marcum Fabium Quintilianum, tu Q. Asconium Pedianum, tu Lucretium, SILIUM ITALICUM, Marcellinum, tu Manilium astronomum, L. Septim. Valerium Flaccum, tu Caprum, Eutychium, Probum, grammaticos, tu complures alios, BARTHOLOMAEO COLLEGA TUO ADJUTORE, vel fato functos vita donasti, vel longo, ut ajunt, postliminio in Latium reduxisti.* Idem denique testatur ipse Poggius in orat. in funere Nicolai Nicoli, *Quod autem egregiam laudem meretur, summam operam curamque adhibuit ad pervestigandos auctores, qui culpa temporum perierant. Qua in re vere possumus dicere, omnes libros fere, qui noviter tum ab aliis reperti sunt, tum a me ipso, qui integrum Quinctilianum, Ciceronis nostri orationes, SILIUM ITALICUM, Noninm Marcellum, Lucretii partem, permultosque praeterea e Germanorum Gallorumque ergastulis mea diligentia eripui, atque in lucem extuli, Nicolai hujus suasu, impulsu, cohortatione, & pene verborum molestia esse literis Latinis restitutos.* Locum vero & tempus, quo Silius ex squalidi carceris horrore ereptus est, memorat Marsus ad Silii lib. VIII. vers. 225. *Hic plurima Silii carmina desiderantur illius incuria, qui hoc opus exscripsit APUD CONSTANTIAM, urbem Galliae, ubi hoc poëma jam amissum A POGGIO, viro id aetatis literatissimo, repertum fuit TEMPORE DIVI NICOLAI Pontificis Maximi: cujus felicissimi Pontificatus auspiciis Latina lingua, quae Vandalum Gothicumque sapiebat, proprium decus resumere coepit.* Quamvis autem auctorem & locum recte designaverit Marsus, in definiendo tamen tempore erravit. Cum enim Lilius Gyraldus in dial. IV. de Poëtar. Histor. scribat, Silii Punicum bellum *eo tempore, quo Christianorum procerum conventus, quod* Concilium *nostri, Graeci* Σύνοδον *vocant, in Germania habebatur, IN QUAPIAM IBI TURRI fuisse repertum, literis admodum obsoletis & pervetustis, & CUM EO UNA CARIOSOS QUOSDAM ALIORUM SCRIPTORUM LIBROS*, dubitandum minime puto, quin inventus sit Silius tempore concilii Constantiensis, quod habitum est anno post Christum natum CIↃCCCCXV & sequentibus, Johanne XXIV & Martino V Pontificibus Romanis; eodem nempe loco & tempore, quo etiam Quinctilianus, quem male alii in salsamentarii taberna repertum tradunt, Asconius Pedianus, & Valerii Flacci Argonauticôn priores libri, quos Gyraldus per *cariosos aliorum scriptorum libros* designat, inventi sunt. Paribus enim verbis Poggius ipse locum, unde hos codices extraxit, describit in epistola ad Guarinum Veronensem, cujus partem olim Mabill. ac Menag. ediderunt, sed quam integram nuper vulgavit supra laudatus Nobilissimus Krause dicto loco, *Est autem monasterium*

nasterium Sancti Galli prope urbem hanc (sc. Constantiam) *millia passuum* XX. *Itaque nonnulli animi laxandi & simul perquirendorum librorum, quorum magnus numerus esse dicebatur, gratia eo perreximus. Ibi inter confertissimam librorum copiam, quos longum esset recensere, Quintilianum comperimus adhuc salvum & incolumem, plenum tamen situ & pulvere squalentem. Erant enim NON IN BIBLIOTHECA libri illi, ut eorum dignitas postulabat, SED IN TETERRIMO QUODAM ET OBSCURO CARCERE, FUNDO SCILICET UNIUS TURRIS, quo ne capital. quidem rei damnati retruderentur.* &c. *Reperimus praeterea libros tres primos & dimidiatum quarti C. Valerii Flacci Argonauticon, & expositiones, tamquam thema quoddam, super octo Ciceronis orationibus Q. Asconii Pediani, eloquentissimi viri, de quibus ipse meminit Quintilianus. Haec mea manu transcripsi, & quidem velociter, ut ea mitterem ad Leonardum Aretinum, & Nicolaum Florentinum.* Scripta est autem haec epistola *Constantiae* XVII. *Kl. Jan. anno Christi* CIƆCCCCXVII. altera vero, quae Guarino Veronensi tribuitur, & Silium jam inventum dicit, cujusque particulam supra laudavimus, *Venetiis pridie Nonas Julias anno Christi* CIƆCCCCXVII. At Nicolaus V, cujus Pontificatu Marsus Silium repertum tradit, ab anno Christi CIƆCCCCXLVII ad annum CIƆCCCCLV ecclesiae Romanae praefuit. insuper Leonardus Aretinus ac Nicolaus Florentinus, seu Nicolaus Nicolus, ad quos se libros recens inventos misisse Poggius scribit, primus anno CIƆCCCCXLIII e vita excessit, alter anno CIƆCCCCXXX, si Vossio fides habenda lib. III. de Histor. Latin. cap. V. & IV. in quo posteriore tamen error typographicus irrepsisse videtur, cum ipse dicat, exstare Philelfi ad Nicolaum Nicolum epistolam, (ea est lib. II. epist. XVIII) anno MCCCCXXXVIII (lege MCCCCXXXIII) scriptam. Non diu tamen post eum annum superfuisse ex ipsa eadem epistola patet, in qua *vir decrepitus* vocatur, cum mortuus fuisse dicatur anno aetatis LXXIII. Quidquid sit, ex ipsa Poggii orat. in funere Nicolai Nicoli pag 103. constat, mortuum esse Nicolum vivente adhuc Leonardo Aretino aliisque, quos verborum suorum testes laudat. Bartholomaeus autem, quo *collega & adjutore* Silium inventum dicit Guarinus Veronensis in saepius memorata epistola, amicus Poggii fuit, in cujus scriptis saepius memoratur, nunc sub nomine *Bartholomaei de monte Polliciano*, nunc *de monte Peliciano*, nunc denique *de monte Puliciano*; neque alius est ab illo, quem Silii codicem, unde reliqua ejus poëtae per Italiam exemplaria descripta sunt, possedisse cognovimus ex Franc. Philelfo lib. XVI. epist. XIV. *Velim, quam diligentissime odoreris, apud quem hospitetur ille codex Silii Italici poëtae, quem Antonii Barbadori pater, quo tempore in monte Publiciano Praeturam gessit, ex bonis illius Bartholomaei venatus est, quem Martinus Pontifex maximus primum secretarium habuit. Nam codices omnes, quotquot illo exemplari exscripti sunt, depravatos corruptosque invenio.* Per Poggium itaque hoc modo vitae & luci restitutus Silius a doctis magno applausu exceptus, & jam sub ipsis inventae artis typographicae initiis saepius Romae, Parmae, ac Mediolani excusus est. Sed cum partim librariorum scribarum imperitia, partim operarum atque editorum negligentia deformatus adeo ac corruptus circumferretur, ut a nemine fere agnosci, aut cum fructu legi posset, in eo emendando atque interpretando certatim operam posuerunt viri illorum temporum eruditi. Primi autem, quos in hoc stadio decurrisse accepimus, fuerunt Petrus Montopolita, Pomponius, & Dominicus de Caldariis, sive, ut dici maluit, Domitius Calderinus, quorum memoria apud Petrum Marsum in praefat. in Silium ad Illustr. Principem Virginium Ursinum exstat. Calderini autem commentarios Silianos memorat etiam Sabellicus in dial. de linguae Lat. reparat. & ipse Cal-

derinus in praefat. ad Martial. Sed eorum labores lucem vidisse non videntur. His successit Petrus Marsus, Pomponii & Calderini discipulus, qui Silium commentariis illustratum edidit Venetiis apud Baptistam de Tortis anno CIↃCCCCLXXXIII. recusum postea eadem in urbe per Bonetum Locatellum anno CIↃCCCCXCII. & mox Parisiis in aedibus Nicolai de Pratis anno CIↃIↃXII. Verum cum non corruptos solum & pessimae notae codices, qui vulgo exstabant, secutus fuerit, sed ipse etiam priora menda novo errorum cumulo adauxerit, nihil commodi Silium & humaniorum literarum studiosos ex ejus labore cepisse quisque facile judicare potest. Post Marsum anno CIↃIↃIV poëtam nostrum edidit Martinus Herbipolensis, qui singulis libris argumenta Hermanni Buschii Pasiphili, natione Westphali, addidit. Ejusdem deinceps Buschii scholia margini editionum Basileensium anni CIↃIↃXXII. & CIↃIↃXLIII. ac Parisinae Colinaei anni CIↃIↃXXXI. adjecta sunt; quae, quamvis *vice uberis commentarii esse posse* dicantur, raro quidquam bonae frugis praestant. Martinum Herbipolensem & Buschium proxime excepit Ambrosius Nicander Toletanus, qui editioni Juntinae anni CIↃIↃXV. praefuit. Magnifice hic in praefatione ad Laurentium Medicem testatur, Silium *sua arte faberrime politum, & pervigili cura serenitati pristinae restitutum ope vetustissimi exemplaris Roma advecti, atque omnibus maculis detersum defecatumque esse.* Verum tantum abest, ut splendida haec dicta factis aequaverit, ut potius omnia contraria praestitisse dicendus sit. Nulli enim scriptorum, qui ex miserrimo bonarum artium naufragio elapsi monumenta ingenii ad nostram memoriam propagarunt, plura ac scelestiora vulnera inflixit aut foeda priorum temporum barbaries, aut infausta librariorum inscientia, & audax criticorum temeritas, quam Silio intulit inconsiderata hujus hominis mutandi prurigo & insania, ut passim ex annotationibus nostris patebit. Utinam igitur imitari maluisset exemplum Damiani cujusdam Benessae, quem reprehendit, quod Silium à se emendatum jactet, quum ex illo, qui vulgo circumferebatur, descripserit! Nam si ipse etiam id facere in animum induxisset, viri docti operae & labori in tot ineptissimarum lectionum monstris exhauriendis, quae passim invitis Musis & Apolline tersissimo poëtae obtrusit, parcere potuissent. Per Nicandri tamen vestigia incedere libuit postea Francisco Asulano, qui editionis Aldinae anni CIↃIↃXXIII. curam habuit; ut editionem Juntinam non vidisse existimandus sit Barthius, qui ad Statii IV. Thebaïd. vers. 717. *Silium ab Aldo vel ejus correctore plane perditum* dicit, quod de Nicandro meritissime praedicari potest. In eo tamen a Juntina discessit editio Aldina, quod initio libri octavi Asulanus ex Jacobi Constantii collectaneis Criticis versus quatuor & octoginta, in Gallia, ut ajunt, repertos, primus inseruerit. Sed, quid de iis judicent viri docti, videri potest apud Nicolaum Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 145. Post haec tempora, quae renascentium literarum quasi infantia quaedam aut pueritia censenda sunt, certior clariorque poëtae nostro lux offulgere coepit. Cum enim Ludovicus Carrion, dum bibliothecam Coloniensem diligentius lustraret, in venerandae antiquitatis manuscriptum, haec Punica continens, quod tempore Caroli Magni exaratum fuisse opinatur, incidisset, ejus auxilio sparsim nonnullis locis in Emendationibus suis opem ferre conatus est, ac Silium nobis multis partibus meliorem dedit. Cum vero idem codex per Melchiorem Hittorpium Theologum, ac bibliothecae Coloniensis praefectum, etiam Francisco Modio innotuisset, integrum is poëtam ad eum recensere instituit: quem quoniam *cum Homero & Virgilio collatum, ac locis innumeris emendatum,* ut ipse promisit, aliquando edere in animo haberet, plerumque veriores modo scripturas, ex Manuscripto depromtas, in

Novantiquis

Novantiquis Lectionibus proposuit, & uberiores earum assertiones commentario, quem meditabatur, servavit; qui magno Reipublicae literariae damno, sive ejus morte, sive quo quo alio casu interceptus, aeternum latebit. Anno deinde CIↃIↃC. Silium ad fidem ejusdem libri Agrippinatis ac mentem Modii emendatum edidit vir Egregius & supra laudes meas positus Daniel Heinsius, tum pene adhuc puer, eique eruditissimas notas addidit, quas ob teneram aetatem, qua eas conscripsit, *Crepundia Siliana* vocavit, sed quarum ipsum nec senem umquam poenituit. Haec autem Crepundia iterum lucem viderunt Cantabrigiae anno CIↃIↃCXLVI. Post Danielem Heinsium memorandus est Claudius Dausquejus Sanctomarius, Canonicus Tornacensis, qui anno praeteriti seculi quinto & decimo, non octavo & decimo, ut quaedam exemplaria exhibent, solita typographis fraude, Silii Punica non contemnendo commentario illustravit. Optimam hic operam Silio navare potuisset, nisi insano Modium & Heinsium carpendi studio ut plurimum in pejora abreptus, ubique se typothetarum mancipium praestare, & non excusandos eorum errores patienter ferre ac patrocinio suo probare maluisset, quam verissimas lectiones ex codice Coloniensi erutas, cujus ipse etiam excerpta ab Heriberto Rosweydo accepisse videtur, agnoscere: in quem gravius dicere abstinebo, quod postumam Modii ac Parentis sui famam & nomen, justissima indignatione inflammatus, passim vindicaverit vir Illustrissimus Nicolaus Heinsius. Eodem tempore, quo labor ille Dausqueji prodiit, Silio etiam medicas manus admovit vir infinitae lectionis Caspar Barthius, qui per Janum Gruterum excerpta veterum membranarum, quae Oxonii in Collegii Reginensis bibliotheca servantur, adeptus, eum omnem variis Adversariorum libris recensuit. Hic autem codex licet non ubique tantam, quantam Coloniensis, fidem mereatur, minime tamen negligendus est; tum quod innumeris locis verissimas Agrippinatium membranarum lectiones a Modio laudatas egregie firmet, tum inprimis quod integrum nobis Silium exhibeat, cum manuscriptum Coloniense, a barbara manu truncatum, dimidio libro sexti decimi & toto ultimo careat. Barthius vero, qui ceteroquin lumine mentis quam acerrimo praeditus erat, dum Dausquejo, quem poëtis enarrandis longe praecellere censebat, ac plures scriptores illustrasse optabat, contra Modium & Heinsium plus aequo favet, non raro, ut alter Ixion, pro Junone nubem amplexus est. Haud longe post Barthium Silii emendationi etiam animum intendere coepit vir Eximius, & pro meritis in haec studia numquam satis laudandus, Johannes Fredericus Gronovius, qui in Observationibus & aliis aeternitate dignissimis scriptis egregiam lucem difficilioribus ac prae reliquis depositis & conclamatis locis ingenio & ope vetustissimarum editionum affudit. Ultimus denique nostra memoria Silium anno elapsi seculi quinto supra nonagesimum Lipsiae in publicum emisit Celeberrimus Cellarius, qui ex prioribus criticis, Modio, Barthio, Gronovio, Nic. Heinsio, aliisque, quae praecipue ad poëtae nostri ornatum ac decus facere videbantur, conquirens, iisque notas suas addens, accuratam satis atque concinnam editionem dedit. Maxime vero in praefatione ad Lectorem laudat & praedicat virum Amplissimum Fridericum Benedictum Carpzovium, Germaniae suae quondem Maecenatem, quod editionem Danielis Heinsii, cui filius Nicolaus Heinsius manu sua plures conjecturas & emendationes adscripserat, communicare voluerit, ut eas, tamquam pretiosissimas gemmas, annotationibus suis immisceret. Verum & Carpzovium & Cellarium opinionis hujus falsos fuisse haud ita pridem casu quodam didici. Adornandae enim huic editioni subsidia circumspiciens incidi in Colomesii catalogum manuscriptorum Isaaci

Vossii,

Vossii, in quo inter libros Latinos cum manuscriptis collatos num. CXXIX. memoratum inveni *Silium Italicum Heinsii cum manuscriptis collatum.* Cum autem ingenti desiderio tenerer hujus libri videndi ac versandi, quem cum aliis omnibus ejus generis Vossianis Academiae Lugduno-Batavae Curatores Amplissimi maximis impensis ac sumtibus bibliothecae publicae vindicaverant, humanitate tandem ac beneficio Virorum Celeberrimorum Wolferdi Senguerdii & Jacobi Gronovii voti compos factus in capite ejus haec manu Vossii annotata reperi, *Multa in Silio castigata, asteriscoque notata, & excerpta ex Illustrissimi Scaligeri exemplari, manu illius a mendis purgati.* Cum autem haec omnia eorumdem, quos modo laudavi, virorum permissu descripsissem, domum redux statim deprehendi, ea, quae Cellarius a Carpzovio acceperat, Jos. Scaligero tribuenda esse, non vero N. Heinsio, qui, quod etiam Vossius fecit, quae Scaliger ad oram sui exemplaris adscripserat, sua manu excerpserat: quare passim in notis meis vero auctori reddidi.

Atque haec ferme sunt, quae ad hunc diem virorum doctorum labore & industria in Silio acta sunt: ut vero, quae restant, absolvamus, videndum nunc superest, quid ipse in hac editione praestiti. Cum autem ingenui ac liberalis animi sit, per quos profeceris, publice profiteri, ante omnia ut Viro Celeberrimo, & ad haec elegantiorum literarum studia promovenda atque amplificanda unice nato, Petro Burmanno, cujus in me merita nullo umquam tempore silebo, gratias tu, Amice Lector, si quid utilitatis ex meo labore studiis tuis afferri sentis, & ego inprimis agamus, postulant innumera beneficia, quibus hanc editionem quam prolixe cumulavit. Cum enim munere Amplissimi fratris Caroli Crucii, Consulis Lugduno-Batavi, ineditas viri illustris Nicolai Heinsii in poëtam nostrum notas possideret, quas, detestatus eorum exempla, qui illaudando facinore his thesauris soli incubare consueverunt, dudum cum cum orbe erudito communicare gestiebat, (quod ut ipse exsequi posset, varia negotia semper impediverant) auctor mihi fuit ac suasor, ut Silio manus admovere, & diutius, quam par erat, latentem hunc optimarum observationum thesaurum in lucem protrahere vellem. Quod, quoniam viribus & ingenio diffiderem, cum aegre mihi persuaderi cerneret, omnia se, quae poterat, ad ornandam hanc editionem, & favorem ei conciliandum collaturum liberaliter promisit. Auctoritate igitur & impulsu tanti viri, qui, quod disciplina ejus fictus & formatus eram, quid humeri mei ferre poterant, optime intelligebat, inductus & permotus Nicolai Heinsii primo annotationes, quas margini editionis Dausquejanae variis temporibus, ut quaeque in mentem venerant, allevit, quanta fide potui, descripsi, & cum alio exemplari editionis Colinaei, cujus orae, praeter quamplurimas conjecturas, manuscriptorum varias lectiones commiserat, diligenter contuli. Adhibuit autem Vir Illustrissimus, & studiosius, quam priores fecerant, consuluit excerpta codicis Coloniensis, quo olim Carrion & Modius, membranarum Oxoniensium, quibus Barthius usi fuerunt; deinde illis quidem non visum manuscriptum Puteaneum, reliquis tamen, quod fatendum est, integritate ac fide immensum quantum concedens, quod nunc in bibliotheca Regis Christianissimi servatur, vetustam insuper editionem Parmensem anni CIↃCCCCLXXXI. quam a viro Celeberrimo, Edmundo Figrelio, quondam Historiarum in Regia Academia Ubsaliensi Professore, ex bibliotheca Regis Sueciae utendam accepit, nonnunquam denique Romanam editionem antiquissimam, Aldinam, aliasque: unde multam observationum silvam nactus est, ac quamplurimas & egregias lectiones ab ipsius Silii manu profectas, quas posteriorum temporum librarii ac literato-

res

res insigni scelere depravarant ac corruperant, felicissime auctori restituit. Quamvis autem magnam satis bonae frugis copiam observationes Heinsianae contineant, & solae insigne decus prae aliis huic editioni additurae sint, dubitandum tamen non est, quin multis partibus meliores ac politiores prodiissent, si auctor ultimam manum, quod acerba ac luctuosa studiis nostris morte abreptus facere nequiit, imponere, & ipse earum editioni praeesse potuisset. Hoc labore perfunctus alia mox conquisivi, quibus nova, quam moliebar, editio placeret, & lectorem alliceret. Modii itaque Novantiquas Lectiones & Barthii Adversaria perlegere, & omnia, quae ad Silium ornandum faciebant, inde excerpere coepi, ut, quod numquam, nisi in hac nunc editione, praestitum erat, quae ad emendationem aut illustrationem auctoris nostri passim ac variis locis annotaverant, quorumque multiplex in notis Heinsianis mentio fiebat, in ordinem digererem, & contextui subjicerem. In quo quantum molestiae mihi devorandum fuerit, nemo ex aequo aestimare potest, nisi qui, in simile quondam pistrinum detrusus, eumdem, quem ego, laborem exantlavit. Deinde cum Danielis Heinsii Crepundia Siliana, quae paucis paginis ingentem reconditae ac non protritae eruditionis copiam continent, rarius non in his terris modo, sed ubique etiam, inveniri possent, aut, si casu invenirentur, quam animose, si molem libelli spectas, & insano pretio compararentur, non committendum censui, ut bonarum artium studiosi tam exquisitis bellariis, praesertim data hac occasione, ulterius carerent, aut saepe aliquo census detrimento sibi comparare necesse haberent. Ut itaque recensita, &, quantum fieri potuit, a sordidis typographorum vitiis & erroribus expurgata, ut editionem Lugduno-Batavam & Cantabrigiensem cum hac nostra comparanti patebit, hic denuo exprimerentur, curavi. Nequis autem miretur vel culpet, nullam me rationem in hac editione habuisse annotationum, quas in poëtam nostrum conscripsit Dausquejus, aequum Lectorem monendum duxi, me justissimas caussas habuisse, cur hic repetitae non sint. Nam cum solae modici voluminis instar esse possent, studiosorum sumtibus parcere debui, ne, si eas aliis, quas nunc dedi, adjecissem, mole libri, unde etiam pretium augeretur, emtorem deterrerem magis, quam allicerem: Praeterquam quod etiam longe plurima illis insint, quae elegantiorum studiorum cultoribus non magnam utilitatem praestarent, quoniam Dausquejus multa iis admiscuerit, quae, nisi infenso odio, quo, nescio quam ob caussam, Modium ac Dan. Heinsium prosequebatur, occoecatus atque in pejorem plerumque partem abreptus fuisset, ipse omittenda atque inducenda putasset. Cum autem non aliorum modo curas in auctorem nostrum edere, sed ipse etiam aliquid conari, & in Silio studiorum tyrocinia deponere constituissem, Viri Celeberrimi atque amici optimi, quibus, quas debeo, gratias numquam satis pro meritis referre potero, laudanda benignitate opes contulerunt, &, ne quid mihi in hoc stadio decurrere cogitanti, quod suae foret potestatis, deesse posset, largiter providerunt. Celeberrimus Burmannus, cui quantum haec editio debeat, jam superius praedicavi, non contentus ea, quae vidimus, praebuisse, gratiam etiam, qua valebat, apud Virum Illustrissimum Ezechielem Spanhemium interponere non dubitavit, ut excerpta codicis Oxoniensis, qui in bibliotheca Collegii Reginensis servatur, & quo Barthius ac Nic. Heinsius usi fuerunt, sed cujus variae scripturae Colinaei editioni Heinsianae adscriptae non sunt, transmitti curaret. Cujus beneficio etiam, facile id concedente singulari magnae Britanniae lumine Richardo Bentlejo, Academiae Oxoniensis Cancellarii vices agente, collationem ejus manuscripti ad Cellarii editionem institutam accepi. Deinde Celeberrimus

rimus Franciscus Hesselius, olim in Athenaeo Rotterodamensi Historiarum & Eloquentiae Professor, nunc vero apud Trajectinos nostros in collegium Canonicorum ad D. Mariae adscriptus, medio ac parario Davide Hoogstratano, ludo literario Amstelaedami praefecto, ejusdem codicis Oxoniensis excerpta, editioni Raphelengii anni CIↃIↃCXI. manu viri docti addita, ab eruditissimo & literarum nostrarum, si quis alius, amantissimo viro Petro Vlaming impetravit: quod, si conjecturis indulgere liberet, idem exemplar fuisse, quod olim Barthio Silium recensenti ad manus fuit, gravissimas ob caussas suspicarer. Cum vero quibusdam in locis duo haec exemplaria, quae tamen ex iisdem membranis propagata sunt, inter se dissentire deprehenderem, & ipsum codicem inspiciendi facultatem non haberem, aut quis fidelius manuscripti Anglicani lectionem expresserit, satis prospicere nequirem, bona fide tecum agere malui, Lector, eoque in casu utramque lectionem memorare; ut, quibus ipsas membranas consulere datur, nihil me in his incertis conjecturis dedisse intelligere queant. Insuper Vir Celeberrimus Jacobus Gronovius, cui multis me nominibus devinctum esse lubens agnosco, editionem Mediolanensem; Vir plurimum reverendus G. Claramontius, in ecclesia Walonica apud Amstelaedamenses non infimi nominis ac famae divinorum oraculorum interpres, editionem Martini Herbipolensis, & Marsi Parisinam; egregius caussarum patronus Gulielmus Best, quocum diutissime sinceram & non fucatam amicitiam colui, editionem Juntinam, cujus margini pauca adscripserat Ger. Vossius, liberaliter usui meo concesserunt. Deinde cum procedente tempore Silius aliquamdiu typographos exercere coepisset, consilii mei certior factus Vir Celeberrimus Jacobus Perizonius, cujus luctuoso obitu vix reparabile damnum fecit Respublica literaria, primam omnium editionem, quae Romae anno CIↃCCCCLXXI. excusa est, & nunc cum aliis nonnullis libris ac scriptis legato ejus in bibliothecam Lugduno-Batavam commigravit, ad me transmisit; quemadmodum etiam vir Eruditissimus van der Kloot Marsi Venetam primam: quae caussa est, ut earum ante septimum aut octavum Punicorum librum in notis meminisse non potuerim. Vides, mi Lector, tantum me aeris alieni, ut Silium juvarem, eique labore meo opis aliquid aut commodi afferrem, apud amicos contraxisse, ut, si summo jure mecum agendum censent, umquam me nomina expedire posse desperem; nisi hoc grati animi publico testimonio ac debita dissolvendi vehementissimo desiderio sibi satisfieri patiantur. Illud certe palam hic profiteor, paria me officia, ubi locus & occasio poposcerint, ac curtae supellectilis facultates permiserint, libenter praestiturum. Sed ingratus forem, si debita laude fraudarem Virum Celeberrimum, mihique quam conjunctissimum, Joh. Hermannum Schminckium, Historiarum atque eloquentiae Marpurgi Hassorum summa cum laude Professorem ordinarium, aut officia, quae Silio mihique praestare conatus est, maligno silentio involverem. Cum enim ex Celeberrimo Iselio, SS. Theologiae apud Basileenses Professore, audivisse se meminisset, eum ante quatuordecim admodum annos per Helvetiam peregrinantem Tiguri in manuscriptum Silii forte fortuna incidisse, nihil apud amicum praetermisit, ut ejus opera codicis illius excerpta mihi impetrare posset. Cum vero Iselius ea de re cum Reverendo Hottingero, Theologo Tigurino, egisset, isque non modo librum conferendi, verum insuper, quod raro concedi solet, ad Iselium mittendi potestatem a bibliothecae curatoribus ac praefectis impetrasset, excussis omnibus angulis tandem praeter spem codex Silii quam diligentissime quaesitus Tiguri non reperitur. Ut adeo persuadeat sibi Iselius, vel membranas illas interea temporis scelestis manibus ex bibliotheca

bliotheca Tigurina surreptas, aut in latebras infortunio quodam amotas fuisse; vel, cum id ob singularem eorum, quorum curae haec bibliotheca commissa est, diligentiam nullo modo verisimile videretur, Silium, quem se manuscriptum Tiguri vidisse & manibus tractasse credebat, in quodam Helvetiae monasterio, cujus nunc memoria non occurrebat (plura enim libris vetustis haud quaquam destituta eodem in itinere perlustraverat) adhuedum latere; sed cujus, si quam maxime meminisset, ob nuperos per Helvetiam motus & animorum dissidia videndi aut conferendi nulla spes supererat. Interim idem Schminckius, qui non minus meis, quam sui ipsius commodis inservire cupiebat, cum etiam in bibliotheca Guelferbytana Silii codicem servari intelligeret, non ante conquievit, quam Celeberrimus Eccardus, Professor Helmaestadiensis, recepisset, se varias ejus lectiones excerpturum, & ad me missurum: qui tamen, cum ex illo tempore variis negotiis impeditus fuerit, tum inprimis quoniam ei provincia historiam ac res gestas Georgii I. Regis magnae Britanniae & Electoris Brunsvicensis conscribendi imposita sit, fidem datam adhuc solvere prohibitus est. Eo vero molestius tuli, utrumque hoc negotium in fumum abiisse, quod simul omnem spem codices aliis, qui Silio opem tulerunt, non visos nanciscendi penitus mihi praecisam cernerem. Nam praeter manuscripta volumina, quorum modo memini, & ea, quae Heinsius aliique Silii interpretes consuluerunt atque excusserunt, quorum integerrimus etiam atque optimae notae Coloniense dudum periisse est, quod suspicemur, rari per Europam poëtae nostri codices reperiuntur, & nescio, an plures, quam recentissimus ille, quem ante hoc biennium, cum Lutetiae versarer, in bibliotheca Regis Christianissimi videre contigit, sed ob temporis brevitatem cum editis committere non potui, & sex alii in Italia, pariter nuper scripti, quorum quinque in bibliotheca Magni Ducis Etruriae, unum in bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Ottoboni exstare coram mihi affirmavit testis oculatus vir Eruditissimus, & non modo Benedictinorum, sed totius etiam Galliae lumen ac singulare decus Bernardus de Montfaucon. Codicem enim, quem testimonio Goetzii in descriptione Bibliothecae Senatus Lipsiensis Lipsiae exstare credebam, dum in eum perquirerem, nullum esse, sed calami vitio pro Statio Silium positum audivi. Quamvis autem nulli usui fuerit labor ac diligentia, quam, ut mihi ac Silio prodessent, impenderunt viri, quos memoravi, Celeberrimi; non minori tamen loco apud me sunt, & semper erunt, eorum officia, quam si res ex voto perfecta foret: odi enim homines, qui amicorum operam ex eventu aestimandam putant, utque perpetuo successibus careant, voveo. Auxiliis igitur atque opibus, & quae ipse habebam, & quae amicorum benignitate consecutus sum, instructus Silii recensionem adorsus sum, illud inprimis attendens, ut auctoris contextus, quantum fieri potuit, (restant enim etiamnum plurimi nodi difficillimi, qui sine aliorum codicum auxilio vix solvi posse videntur) ex manuscriptorum ac vetustarum editionum praescripto quam emendatissimus ederetur: in quo passim secutus sum, nisi ubi genius linguae Latinae vel poëtae aliud flagitare mihi videbatur, quod tamen paucissimis in locis accidit, Illustrissimum Heinsium, qui orae editionis Dausquejanae, qua uti solitus fuit, non modo notas suas alleverat, sed etiam ipsum poëma, quemadmodum a manu Silii profectum conjiciebat, antiquorum librorum fide diligenter atque accurate correxit. Deinde, quoniam codicibus manu exaratis destitutus forem, sine quibus parcissime conjecturis indulgendum censeo, illud praecipue in notis egi, tum ut a viris eruditis ex membranis revocatas lectiones aut ab ingenio profectas conjecturas vel optimorum auctorum testimonio probarem ac stabilirem, vel receptam lectionem, si ea praestare videretur, sine cujusquam offensione vindicarem: tum ut ex priscis editioni-

bus, si fieri posset, ostenderem ac palam omnibus facerem, quibus gradibus veterum librariorum, typographorum, aut criticorum ignorantia atque audacia Silii manus depravata, & ea, quae vulgo obtinebant, verba substituta fuerint: tum ut decantatam & omnibus notissimam Silii imitationem Maronianam accuratius demonstrarem: tum denique, ut loca obscuriora, quae tyrones facile morari possent (aeque enim eorum, quam Principum in his literis virorum rationem habendam esse arbitratus sum) clariori luce perfunderem. Huic proposito num satisfecerim, aequo Lectori judicandum relinquo; quem etiam atque etiam rogatum volo, ut indulgentia quadam ac benevolentia peccata & errores, quos forsitan praeter voluntatem plurimos in annotationibus commisero, beneficio, quo orbem literatum Illustrissimi Heinsii notas ab interitu & oblivione vindicando demeritus sum, donare, meque studiorum tyrocinia hodie posuisse cogitare velit. Possem nunc, mi Lector, ad ipsum poëtam evolvendum te dimittere, nisi, data hac occasione, publici juris facienda censerem, quae nuper ad difficilem Silii locum lib. III. vers. 395. praesente Illustrissimo Newtono, Annae Magnae Britanniae Reginae legato, publice praelegit Vir Celeberrimus Antonius Maria Salvinius, Graecarum literarum Florentiae Professor, mecum vero communicavit vir Eruditissimus Henricus Brenkmannus, ex ore illius excerpta, (dum in ea urbe ageret, ut Pandectas illos notissimos conferret, quos eruditus orbis cura ejus editos quam avidissime exspectat,) quibus, quae Illustrissimus Heinsius ad eumdem locum notavit, egregie confirmantur. Verba Silii haec sunt,

Ac Nebrissa Dionysêis conscia thyrsis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque sacra
Nebride & Hortano Maenas nocturna Lyaeo.

ad quae ita Salvinius. „Nebrissae Hispanicae urbis etymon ostentatione quadam eruditionis ingeniosa ac poëtica Silius arcessit a Graecia, quasi, sicut omnium doctrinarum, „illa quoque omnium linguarum parens atque altrix fuerit. Nebrissae igitur nomen a „Nebride, h. e. hinuli aut damae maculosa pelle, derivat, qua Maenades seu Bacchae, „tamquam animalis pelle Baccho dilecti, dorsum ac caput operiebant. Sacra Bacchi „nocturna quis nescit? In iis, quae Orgia, (credo a numinis vi Bacchantiumque ira ac „furore appellabantur) multa arcana atque infanda perpetrabantur. Lampzacenum il„lum obscoenum Deum, quem tamquam omnis geniturae praesidem venerata Priapum „appellavit antiquitas, eumdem cum Baccho esse putabant. Nec novum est, plura nu„mina in unum conferri, ut videre est apud Macrobium, veterum superstitionis inda„gatorem sagacissimum. Priapum novitium esse Deum Strabo ait, argumento ejus, „quod apud Hesiodum, qui Theogoniam conscripsit, & de Deorum stirpe accurate „verba fecit, de Priapo altum silentium est: quamobrem Geographus Orthanae, Conis„salo, Tychoni aliisque similibus apud Atticos Diis similem esse pronunciat, ut aliquid, „quod illum quoquo modo repraesentaret, in antiquitate reperiat. Verba Geographi „sunt e libro XIII. Ἀπεδείχθη ὁ θεὸς οὗτος ἀπὸ τῶν νεωτέρων. οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε „Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ, καὶ Κονισάλῳ, καὶ Τύχωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις. *Creatus Deus hic a recentioribus. neque enim Hesiodus novit Priapum, verum similis est Atticis „Orthanae, Conissalo, Tychoni, similibusque numinibus.* Qui indicem Latinum Strabonis „confecit, *Orthana*, inquit, *Dea Attica*. Imo ego, *Orthana*, inquam, *Deus Atticus*. „Non est enim Ὀρθάνῃ dandi casus apud Strabonem a recto feminino Ὀρθάνη, verum „a recto masculino Ὀρθάνης, Latine *Orthana*. Nam quod nomen vere masculum Deum „significat, non femininum, re ipsa constare videtur. Quippe procul dubio Ὀρθάνης

„ab

„ab erecta virilitate, qua ille Deus insignis est, appellabatur. quid hoc ad Deam? „Ergo Lyaeo cognomentum Orthanae, quum Baccho Venus incalescat, aequissime „tribuit Silius, & nihil mutandum, nisi quod varianda scriptura, & aspiratio, quae „initio obrepserat in *Hortana*, ab illo loco removenda, & post *t* ponenda, ut fit *Orthana* ἀπὸ τῦ ὀρθός, *rectus*, *erectus*, & retinendum, ut habetur in editione Genevensi,

„ — *& Orthana Maenas nocturna Lyaeo.*

„quod male editores Amstelodamenses mutarunt in *Hortano*, ut concordarent, ut ita „dicam, cum *Lyaeo*. Nihil ad hunc locum Doctissimus Daniel Heinsius in Crepundiis suis ad Silium Italicum. Haec Vir Celeberrimus. Ulterius te non detinebo, Benevole Lector. Vale itaque, & conatibus meis fave.

CHRISTOPHORI CELLARII

DISSERTATIO

DE

C. SILIO ITALICO

Poëta Consulari.



Eorum, qui res gestas memoriae prodiderunt, ut ingens multitudo est, sic plerisque diversum scribendi consilium. Alii primas origines aut originibus proxima referunt, fabulis persaepe admistis, ut fieri in antiquis solet, quo augustiora gentis, quam scribunt, initia videantur. Pars prolatum bellis imperium & per terrarum orbem late vagata arma commemorant, & id maxime agunt, ut campos caesis hostibus constratos, maria victoriis infecta posteritati ostendant. Sunt, qui Rempublicam domi administratam sibi curae habent, ut, quae in Senatu consultationes, quae rogationes ad populum fuerint factae, plane & perspicue in lucem proferant, ut, in quo Principis cum Senatu, aut hujus cum populo rationes conveniant, vel discordent, singulorum consiliis excussis, manifestum omnibus fiat. Omnium horum, quamvis in diversa euntium, ego neque industriam reprehendo, neque damno prudentiam, ut potius utramque summis laudibus efferendam esse existimem. Sed tamen nescio quo pacto aliud genus scriptorum meo animo cum primis placeat. Est illud eorum, qui singulatim vitas illustrium virorum Principumque scripsere, qui ideo mihi antecellere ceteris videntur, quod plus utilitatis ex singulorum consideratione, quam ex confusa contemplatione omnium habemus, quum sic in arcana cujusque se propius inferre liceat. Quae caussa est, ut in praesenti aliquid ex historiis disputaturi, malimus praeclari cujusdam viri tum studia, tum honores, & omnem peractam vitam examinare, quam multorum simul res gestas & rationes intueri.

II. Is erit nobis *C. Silius Italicus*, vir clarissimus & poëta consularis, de cujus genere primum; deinde de studiorum ratione; post de gestis honoribus, aut cum otio honestissime commutatis; etiam de aliis rebus, quae ejus vitam atque mortem illustriorem reddi-

derunt, aliquid proferemus. Genus *Siliorum* ut antiquissimum, ita nobilissimum omnino fuit; quamvis non negemus, originem illorum, ut in aliis gentibus non paucis, quae ad summam nobilitatem pervenerunt, plebejam & humilem exstitisse, quod doctissimus vir Fulvius Ursinus de familiis Romanis pag. 264. ex Livii lib. IV. cap. LIV. probavit. Ibi enim quaestoriis comitiis plebem ait ita ultum ivisse injuriam in tribuniciis acceptam, ut inter quatuor quaestores unum tantummodo ex patricio ordine crearet, *tres* autem *plebejos, Q. Silium, P. Aelium & P. Pupium, clarissimarum familiarum juvenibus praetulerit.* Sed quum semel huic familiae ad honores via patefacta fuit, clarum utique nomen consequuta progressu temporum, ad summae nobilitatis gradum adscendit. Ut ex multis tantum unum exemplum adferamus, sub Augusto *C. Silius tertium consul* fuit, eo anno, quo is testamentum condidit, hoc est proximo, antequam ex vita demigraret, auctore Suetonio capt. CI.

III. *Italici* nomen plus negotii nobis facessit, ab aliis alia interpretatione expositum. Sunt qui fuisse *Hispanum* adfirment, ex *Italica* Baeticae urbe, Trajani patria, oriundum, quam sententiam Petro Crinito & Ludovico Carrioni Dausquejus tribuit, quamquam prior dubitanter id retulerit. Nec vero peregrinitas impedimento erat, quo minus Hispania elegantiores poëtas proferret. Etsi enim Ciceronis & Luculli aetate *Cordubae nati poëtae pingue quiddam atque peregrinum sonarent*, ut Cicero pro Arch. cap. X. extr. tradit; tamen alia cultura provinciae fuit post Augusti tempora, ut Lucani & utriusque Senecae ingeniis manifestum est. Habet vero Claudius Dausquejus, quae principio commentarii in Silium huic opinioni de Hispanica patria opponat. *Qui ex Hispaniae*, inquit, *Italica*, ITALICESIUS *audiebat, aut* ITALICENSIS. Stephanus de Urbibus: ἔστι καὶ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας, τὸ ἐθνικὸν, Ἰταλικήσιος. *est & Italica, urbs Iberiae: gentile, Italicesius.* Gellius Noct. Attic. lib. XVI. cap. XIII. *D. Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in Senatu habuit.* Addit antiquam inscriptionem, quam etiam Gruterus pag. 385. n. I. exhibuit.

COLONI ITALICENSIS IN PROV. BAETICA.

Quod si ergo ex Hispania hoc nomen esset, *Italicensem* potius, quam *Italicum*, appellandum Silium fuisse autumat.

IV. Est quidem discrimen hujusmodi terminationum, ut alius *Hispanus* sit, alius *Hispaniensis.* Martialis epistola ad Priscum, quam libro XII. praefixit, extrema: *ne Romam non Hispaniensem librum mittamus, sed Hispanum.* Sosipater Charisius lib. I. pag. 84. potest interpretis loco esse. *Quum dicimus*, inquit, HISPANUS, *nomen nationis ostendimus: quum autem* HISPANIENSES, *cognomen eorum, qui provinciam Hispaniam colunt, etsi non sunt Hispani.* Tacito etiam *Hispanienses exercitus* sunt Annali I. cap. III. qui in Hispania militant, ex aliis nationibus conscripti. Festus Pompejus quoque in *Corinthienses* non dissimiliter ait: *Romanenses, & Hispanienses, & Sicilienses negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur:* nisi in voce *alienis* ambiguitas inest, quae extra Hispaniam civitates significet. Nam quod Charisius discrimen docet, nequaquam est perpetuum, & Plinius quoque *Hispaniensem Oceanum* dixit lib. XXXVII. cap. X. qui Hispaniam adluit: & *spumam* (argenti) *Hispaniensis*, lib. XXXIII. cap. VI. Neglexit itaque Plinius, quam Grammatici inculcant, differentiam, ut adeo, si ceterum constet de origine ex Hispania, vix ex eo illa convelli possit, quod *Italicus* noster, non *Italicensis*, appelletur. *Italicesii* nominis, quod pure Graecum est, nulla habetur ratio. Si fuit autem in Hispania natus, non tamen & barbarus, aut ex antiquis Hispanis fuit, quia *Italica* colonia Romana erat, Scipionis opus, qui in illam debiles ac vulneratos exercitus sui milites collocavit, ut Appianus Alexandrinus in Hispanicis p. 463. tradit, eamque ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἰταλικὴν ἐκάλεσεν. *ab Italia Italicam appellavit*, quia Itali erant, quos in coloniam illam deducebat. Huic de Silii ortu sententiae & altera propius quodammodo accedit, quam itidem Petrus Crinitus commemoravit: *Sunt alii*, inquit, *qui per suos majores Romanum fuisse dicant, sed generis initium traxisse ab Hispanis*, hoc est, majores Silii ex illa Hispaniensi colonia fuisse: ipsum vero vel Romae vel in alio Italico municipio & natum & educatum esse, ut ita nihilominus *Italici* nomen ab *Italica* Hispaniae habuerit.

V. Ab his sententiis, quae vel nostrum Silium, vel majores ejus, ex Hispaniensi colonia deducunt,

deducunt, discedit illorum opinio longius, qui ejusdem *Italicum* nomen ex Corfinio, Pelignorum in Italia urbe principe, eliciunt. Ger. Jo. Vossius, vir magno ingenio, & Claud. Dausquejus, de Silio praeclare meritus, inprimis illorum numerantur. Ille tam de Poëtis, quam de Historicis Latinis (nam in horum etiam, quamvis poëtam, censum refert) id clare profitetur, gemino argumento inductus, quae antequam dispiciamus, de Corfinii nomine novo aliquid adferendum est. Quod saepe ab Italiae populis postulatum fuerat, ut in civitatis Romanae societatem reciperentur; saepius autem ab Romanis abnegatum: id Sex. Julio Caesare & L. Marcio Philippo coss. in bellum funestum erupit, quod *Marsicum* dicebatur, quia Marsi populi cum Picentibus & Pelignis praecipui & primi auctores erant: & *Sociale*, quia, qui Romam impugnabant, societatis foedus inter se inierant: & *Italicum*, quia universa Italia contra Romam arma ceperat. Qui itaque a Romae commercio secessionem fecerant, Corfinium elegerunt, quod caput Italorum, abdicata Roma, esset, cui nomen *Italicae* impositum voluere. Strabo lib. v. Geograph. p. 167. Κορφίνιον, τὴν τῶν Πελιγνῶν μητρόπολιν, κοινὴν ἅπασι τοῖς Ἰταλιώταις ἀποδείξαντες πόλιν, ἀντὶ τῆς Ῥώμης, ὁρμητήριον τοῦ πολέμου, μετονομασθεῖσαν Ἰταλικήν. *Corfinium, Pelignorum caput, communem omnibus Italis, loco Romae, urbem designaverunt, bellique arcem,* & ITALICAE *nomen indiderunt.* Praeter hunc & Vellejum Paterculum, de quo postea dicemus, non habemus, qui hujus novae appellationis mentionem fecerint.

VI. Primum celeberrimi Vossii argumentum est idem, quod supra num. IV. attulimus, ab Hispanica urbe *Italicensem* potius, quam *Italicum*, dicendum fuisse, quod Gellius dicto loco *Italicenses* ejus colonos appellaret. Salva tanti viri auctoritate inverti, quod objicit, & ab altera etiam parte usurpari posse videtur. Si enim ab *Italica* Hispaniae non licet *Italicus* formare, sed tantummodo *Italicensis*; qua lege constitutum est, ut ab *Italica* Italiae, quod plane idem nomen est, non *Italicensis*, sed *Italicus* dicamus? aut si alterum de Pelignorum urbe non improbandum est, cur non idem liceat de urbe Baeticorum? At usum ita ferre inquiunt, qui instar legis ab omnibus censeatur. Est ita, ut a Baetica urbe *Italicensis* & Gellius d. l. & auctor belli *Hispaniensis* & Africani, sive Hirtius fuit, sive Oppius, quod malunt alii; & laudata inscriptione ipsi provinciales derivarint: an vero prohibitum fuerit alterum, id tribus exemplis, quae contra sunt, non sufficit ostendisse. De Pelignorum autem urbe nullus usus, nullum exemplum adferri potest, utrum *Italicus*, an *Italicensis* ex ea deflexum fuerit: & si de Baetica probatum satis est, *Italicenses* suos, non *Italicos* appellasse; idem etiam de Peligna urbe facilius, quam alteram formam, *Italicus*, crediderim.

VII. Deinde urgetur a laudato Vossio, *si Hispanus fuisset* Silius, *non hoc nos ignorare sivisset Hispanus Martialis, qui saepius ad eum scribit, ut peramicum. Non hoc reticuisset, quod ad Hispaniae suae decus magnopere pertineret.* Utique fatemur, non leviter hoc argumento probari, in Hispania non natum Silium nostrum fuisse: & credimus ipsi, Martialem, tot Italico epigrammata inscribentem, non praeteriturum fuisse, quod sibi & suae patriae non vulgarem laudem adferre potuisset. Non autem exinde id sequi putamus, quod existimavit Vossius, Pelignum fuisse Italicum, quia non fuerit Hispanus. Potuit enim ex majoribus esse, qui in Hispanica illa urbe habitaverint, ipse forte in quovis Italiae loco, extra Pelignorum agrum, in lucem editus; potuit etiam *Italici* nomen ex casu quodam vel suo vel majorum habuisse, ut solenne in aliis quam plurimis cognomentis est.

VIII. Sententiae quoque clarissimorum virorum repugnat cum brevitas illius Socialis belli, tum appellationis novae raritas, quae tentata potius, quam conservata in urbe Pelignorum fuit. Strabo quidem μετονομασθεῖσαν *ita vere appellatam* dixit: aliter Vellejus Paterculus, qui propius res Italicas cognovit, quam Amasiensis Strabo, homo Asiaticus, quamvis diligentissimus in ceteris rebus. Is autem lib. II. cap. XVI. ait: *Caput imperii sui Corfinium legerant, quod appellarent Italicum.* Quum dicit, APPELLARENT, conatum & propositum significat, non quod in usum illud traductum receptumque fuerit, quod quidem nec potuit facile, si brevem moram belli seu tumultus intuemur. Eutropius lib. V. cap. II. *Quadriennio,* inquit, *hoc bellum tractum est: quinto demum anno finem accepit.* Quod ergo in tantillo spatio tentatum novum nomen fuit, vix receptum aut usu retentum post victoriam videtur, quum is eventus belli esset, ut Romani, non Itali,

vicisse

vicisse censerentur. Quis ergo crederet, invisum victoribus nomen & ad ignominiam illorum, durante bello, inventum, post victoriam a victis conservatum & in posteritatem fuisse traditum? praesertim quum statim, nondum finito bello, desierit esse rerum sedes urbs Corfinium. quod Diodorus Siculus lib. XXXVII. ut in excerptis ejus libri est, perspicue ostendit. Τὴν καινὴν ἐκλείπουσι πόλιν τὸ Κορφίνιον, *Novam*, inquit, *urbem Corfinium deserunt, translatis sedibus in Samnitum urbem Aeserniam.* Unde est, quod Caesar de Civili Bello *Corfinium* saepe numero memoravit, & Cicero in epistolis; sed cognomen *Italicum* ne semel quidem attigerunt, quod nec posteriores Plinius, Seneca, Frontinus, Lucanus, Ptolemaeus, & quotquot Corfinii meminerunt, agnoscunt, nec ipse, qui inde nomen suum habuisse fingitur, poëta noster Italicus, qui lib. VIII. Corfinium laudat, sed, quod patriam suam vel suorum proderet, nihil omnino adjicit, neque ullum vestigium ostendit *Italici* cognominis. Ait tantummodo v. 522.

Corfini populos, magnumque Teate trahebat.

Quare ita sentimus atque ita animum inducimus, Silium poëtam neque in Hispania natum fuisse, quia Martialis, ubi maxime poterat, nihil memoravit: neque in Pelignorum urbe Corfinio, cujus *Italicum* nomen incertum, quamdiu duraverit, aut an unquam devenerit, in usum populorum: sed ex quocunque alio casu vel caussa potuisse *Italici* cognomen habere ab Italia potius, quam a singulari aliquo oppido deductum: quanquam iis, qui majores poëtae ex Baetica derivant, nolimus repugnare, nec vero, quod dubium est, pro certo adfirmare.

VIII. Satis de ipso cognomine: faciliores in praenomine sumus, quod aliis *Publius* est, ut Modio in Novantiquis, & Glandorpio in Onomastico Hist. Romanae; nobis *Cajus*, quia hoc frequens in gente Siliorum fuit, quod Dausquejo etiam, ut certius, adprobatur, qui initio commentariorum potest consuli. *Studia* ergo Italici nostri contemplemur, de quibus Martialis lib. VII. epigram. LXIII.

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,
Implevit magni quam Ciceronis opus.

Bene factum, quod imitaturus optimum quemque delegit, cujus sequeretur vestigium. Praestantissima studiorum, eloquentiam ad reipublicae usum; & poësin, ad publicam & suam oblectationem sectabatur, quanquam neque haec altera a communi utilitate separari debet. In utraque ideam sibi proposuit, ad quam se conformaret, ut meliorem proponere ac aemulari non potuerit. Quod enim Quinctilianus censet lib. X. cap. I. *ille* demum in eloquentia *se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit:* qui & ipse non suo ingenio sibi eloquentiam finxit, sed Graecos aemulando ad artis excellentiam pervenit. Idem dicto loco Quinctilianus: *Mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Graecorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, jucunditatem Isocratis.* Quod eleganti figura S. Hieronymus prooemio Quaestion. in Genes. f. 478. expressit, *repetundarum accusari a Graecis Ciceronem.*

IX. Magna sane haec laus est, non sibi sapere, aut artem ex suo confingere ingenio, spretis veterum tam praeceptis quam exemplis: sed ductorem optimum sequi, &, quod aliis bene cessit, imitari, quia etsi in philosophia ingenium valeat, & novitas inventorum ametur; dispar tamen res oratoriae est, nec in ea proficitur bene, nisi ex imitatione antiquorum. Auctor dialogi de caussis corruptae eloquentiae, qui Quinctilianus fortassis est, aliis Tacitus, cap. XXVIII. post alias rationes praecipue memorat *inscitiam praecipientium* & OBLIVIONEM MORIS ANTIQUI. Bene igitur suis studiis consulere censemus, qui veterum scriptorum lectionem non negligunt, sine qua ad solidam eruditionem nunquam pervenitur. Silii aetate praestantes oratores non defuerunt, quos ita coluit aestimavitque, ut omnibus tamen Ciceronem, qui praecesserat, anteferret. Quo consequutus est, ut summus orator evaderet ipse, multum in foro, multum in centumvirali judicio cum gloria versatus. Martialis dicto epigrammate de eodem:

Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum,
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.

X. Poëticen juvenis didicit: senior, defunctus consulatu, magis excoluit, Virgilium

prae

prae ceteris imitando (*a*), non minus principem in ligata oratione, quam Cicero fuit in soluta. Heic ergo etiam, qui optimus erat, quam alium, sectari maluit, egregio exemplo admonens, quales ad imitandum auctores eligere conveniens sit. An adsequutus Maronem fuerit, nostrum non est judicare. Plinius lib. III. epist. VII. *Scribebat*, inquit, *carmina majore cura quam ingenio.* Nec vero idcirco ingeniosus parum fuit: sed, Martiale judice lib. XI. epigram. XLIX. Maronis villa coëmta,

Silius & vatem, non minor ipse, colit,

ut Lipsius lib. I. Quaest. epistolic. cap. V. emendat, argutum sane prae illo vulgato,

——— *& vatem non minus ipse tulit.*

Durius de Silii carmine Casp. Barthius censet Adversf. lib. VIII. cap. III. extremo, & lib. X. cap. XXIV. ineunte, & lib. XIII. cap. VII. p. 723. sed ipse sibi vir nobilissimus non constat, quia lib. XXII. cap. VII. sententias ejus nimiopere laudat, ut *nemo felicissimorum poëtarum rotundius, latinius, nervosius, sapientius unquam extulerit.* Agit de aurea illa lib. XIII. v. 663.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces;
Dulce tamen venit ad manes, quum gloria vitae
Durat apud superos, nec edunt oblivia laudem.

Huic similes ibidem plures laudator ex ejusdem Italici libris congessit.

XI. Sit vero cum nonnullis non comparandus Silius, ut

——— *stet gloria prima Maroni;*

tamen secundam aut tertiam palmam si consequutus poëta sit, non poenitendum ejus ingenium est, neque studium mediocre. Nam quod Tullius ait Oratore ad Brutum cap. I. etiam *honestum est, prima sequentem in secundis tertiisve consistere.* Si quo inferius est Italici ingenium, quam Virgilii aut aequalis; id excusationem temporis habet, quod post Augustum deficere coepit quanquam perparvo, tamen aliquo modo, ut veteres quoque, Quinctilianus & alii, conquesti sunt: &, si quid deest antiqui nitoris, id majori utilitate in aliis rebus compensavit. Historiam enim egregie illustrat, ideoque in historicis etiam a Vossio laudatur, cui etiam Marcus Velserus I. Rer. Boic. p. 8. consentit, *pleraque Silii ad historicam fidem scripta esse* pronuntians; quod sane utilius existimamus, quam fabulis lectorem, ut vulgus poëtarum solet, sine fructu detinere. *Parce fingit, propior semper veritati, non neglectis tamen coloribus, digressionibus, similitudinibus, & ceteris poëtarum flosculis*, quod Olaus Borrichius, vir clarissimus, Dissert. de Poëtis p. 61. recte de Silio judicavit.

XII. Est & aliud, quo Silius ceteros fere omnes antecellit; locorum, gentium, antiquitatum tam illustris explicatio, ut, nisi ille fuisset, multa sane in geographia, & in rerum & antiquitatum historiis obscura nobis & incognita essent. Sane Italiam, Siciliam, Africam, Hispaniam & alias regiones tam distincte, tam illuminate in singulis partibus ante oculos proponit, ut neque id clarius possint, quibus unicum hoc studium ac labor est, ut orbis terrarum descriptionem exhibeant. Rursus Barthium, non aequissimum alioqui censorem nostri, audiamus ex lib. XXI. Adversar. cap. XV. dicentem: *Solet is poëta* (Silius) *ad origines familiarum, urbium, & populorum tam frequenter stilum flectere, ut non minus ejus gratia rei, quam belli Punici, poëma instituisse videri possis.* Laudent ergo, qui volunt, in aliis fictiones atque fabulas; nos in nostro utiliora aestimamus & admiramur: nec Aristoteli adsentimur, libro de Arte Poëtica cap. XI. tradenti, Δῆλον, ὅτι τὸν ποιητὴν μᾶλλον τῶν μύθων εἶναι δεῖ ποιητὴν, ἢ τῶν μέτρων, *manifestum est, poëtam esse oportere magis fabularum effectorem, quam metrorum*, quasi contra poëtices officium sit, rem narrare sicut gesta fuit; aut figmentis atque fabulis abstinere. Sed satis de illo studio, quod honoribus defunctus majori cura in secessu & otio, de quo postea dicemus, suscepit Silius: nunc de ipsis honoribus differemus.

XIII. Honores & multos & amplos gessisse Silium, non est quod dubitemus, quia Consul Romanus fuit, ad quam dignitatem ordinatim & per gradus adscendebatur. Plinius lib. III. epist. VII. *Ut novissimus a Nerone factus est Consul, ita postremus ex omnibus, quos*

* **** *Consules*

(a) *Hinc puto Silium nostrum esse, ad quem de Virgilio olim scripsit Cornutus, sane Annaei Cornuti librum X. ad Italicum de Virgilio laudat Charisius lib. I. Gramm. p. 100.*

Consules fecerat, decessit. Illud etiam notabile: ultimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit. Ex quo & annum satis aperte intelligimus. Semel an ter consul fuerit, non levicula disputatione dubitatur. Petrus Crinitus de Silio: *Ter consul fuit: & in primum ejus consulatum (quod lactissimum fuit faustissimumque P. R.) saevissimi teterrimique Neronis mors auspicatissime incidit.* Aceinunt magni viri, Justus Lipsius & Jo. Livinejus, uterque in Plini Panegyr. cap. LVIII. cujus verba, *Erat in senatu ter consul, quum tu tertium consulatum recusabas*, de Silio Italico interpretantur. Livinejus haud dubitabundus: *Potius sit, ut C. Silium Italicum capiamus, qui tertium consul ex cal. Juliis suffectus cum Statilio Laterano. Adi Fastos.* Quod ad Fastos attinet, ipse Lipsius in h. l. fatetur: *Revera pars haec Fastorum in suffectis consulibus tenebrosa, nec acie ingenii (absque monumentis sit) facile illustranda.* Variant enim, laceri, inconstantes sunt, &, quos vidimus, Laterano, ex cal. Jul. suffecto, Nonium Asprenatem, non Silium collegam dant. Quod si ter fuisset consul, id Plinius, qui vitam & mortem ejus describit, nec quidquam laudis praetermittit, utique non tacuisset. Quin potius Martialis lib. VII. epigram. LXIII. post consulatum, quem, quum Nero periret, gesserat, a republica recessisse & otio se honesto dedisse adseverat. Verba sunt:

Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, adserto qui sacer orbe fuit:
Emeritos Musis & Phoebo tradidit annos,
Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

XIV. De quovis igitur alio, quam de Silio, Plinii panegyricum interpretandum ducimus. Caussam vero, quae doctissimos viros in illam opinionem adduxit, ex alio Martialis epigrammate natam esse existimamus, quod LXVI. est lib. VIII. in quo trium consulatuum fit mentio, sed ita distributorum, ut primus patris Silii fuerit, alter filii majoris, quem Plinius quoque dicta epistola *florentem* & *consularem* dixit; tertius voto a poëta praesumitur pro minore filio, qui vero non consequutus est, sed ante patrem decessit. Hi maxime versus, opinamur, errorem induxerunt:

Bis senos jubet en redire fasces
Nato consule,

id est, filio consule; ubi quidam libri, sed minus castigati, *noto consule*, quasi de patre, non de filio intelligatur. Nos vero malumus Vincentio Collesso, nobilissimo jurisconsulto, quam Livinejo aut Lipsio, accedere, qui ante hos XIIII. annos ad hoc epigramma commentatus est: *Silius pater semel tantum consul fuit, eo anno, quo periit Nero.* Sic bene Martiali cum Plinio convenit, nec sine caussa ille addidit,

—— Silius frequentes
Mavult sic numerare consulatus.

MAVULT SIC, hoc est eodem Collesso interprete: *Mavult duos filios gerere consulatum, quam ipse ter esse consul.* Alter illorum adeptus est consulatum, de quo Martialis gratulatur patri: de altero, *gaudenti* supererat *adhuc*, *quod optet*

Felix purpura, tertiusque consul.

XV. Non statim a consulatu in otium litterarium secessit, sed Romae aliquamdiu substitit, & *in Vitellii amicitia sapienter se & comiter gessit*, quod Plinius dicta epistola refert. Vere autem *sapienter* dixit, quia summae prudentiae est, cum malo principe versari ita, ut neque ille offendatur, neque famam & conscientiam nostram laedamus. Erat enim Vitellius *praecipue luxuriae saevitiaeque deditus*, ut Suetonius cap. XIII. notavit, sive, ut Eutropius lib. VII. cap. XII. *gravi saevitia notabilis, & qui Neroni similis esse vellet, atque id prae se ferret.* Caute ergo cum hujusmodi homine ac singulari prudentia vivendum erat. Quumque moris apud Romanos fuerit, ut perfuncti urbano magistratu ad regendas provincias mitterentur; nostro *Asiam proconsularem* obtigisse idem Plinius d. l. enarravit. *Ex proconsulatu*, inquit, *Asiae gloriam reportaverat.* Honor amplus, Asiam pro consule regere, hoc est, Attalicum regnum administrare, quod Romani in provinciae formam, testamento nacti, redegerant. Fuit provincia Senatus atque populi ex Augusti (apud Strabonem lib. ult.) distributione, & praetoria primum, nisi belli ratio proconsulem postularet. Quod erudite Henricus Noris, Italorum facile doctissimus, in Cenotaph. Pisan. Dissert. II. cap.

cap. XI. demonstrat. Intra Asiaticam dioecesin erant Ionia, major ac minor Phrygia, Lydia, Mysia, Caria, ac Pergamus; de quibus terminis eorumque mutationibus vir illustris Jac. Usserius in libro *de Asia Proconsulari* planissime differuit. Amplissima ergo provincia, ejusque populi Graeca libertate antiquitus imbuti; ut sane prudentem fuisse oporteat, qui, ut noster Secundo teste, ex administratione illius *gloriam reportavit.*

XVI. Redux ex Asia videtur otium petiisse, *annis* quoque, ut Plinius ait, *suadentibus*, quod in more positum Romanis erat, ut, si senectutem attigissent, e republica in honestum otium secederent, quod ex multis ejusdem Plinii epistolis liquet, lib. II. XIV. lib. III. I. extr. lib. IV. XXIII. extrema. Hanc quietem noster in Campania invenit, ubi plures villas possidebat, & in singulis earum, quod Plinius addit, *multum librorum*, *multum statuarum*, *multum imaginum* habebat, quae undique ornamenta coëmit, usque etiam *ad reprehensionem emacitatis.* Erat enim φιλόκαλος, hoc est, honestissimarum rerum sive dignae supellectilis studiosus. Quid vero honestius, quam instruere bibliothecas, &, quos alii in inanes res sumtus faciunt, optimis quibusque libris comparandis irrogare? quid dignius laude, quam illorum imagines atque signa amare, qui in laude vixerunt praeclaris virtutibus conspicui? Pulchrum enim & magna laude dignum est, viros laudatos colere, & virtutem illorum, ut meruerunt, admirari, adeo, ut rursus Secundus lib. I. epist. XVII. *ipsum plurimis virtutibus abundare* judicet, *qui alienas sic* in statuis & imaginibus *amat.* Stimulant enim imagines & exhortantur, ut eorum virtutes aemulemur, quorum ipsae memoriam externa facie prae se ferunt. Quod etiam aedes, villae, aliaeque clarorum virorum possessiones, si subimus aut inhabitamus, in nobis efficiunt.

XVII. Ex villis idcirco potissimum illas magnopere Silius amabat, quae eos dominos quondam habuerant, quos ipse imitatus est plurimum: puto Ciceronis atque Virgilii; illius nempe Academiam; hujus, quae sepulcrum domini continebat. De utraque ita cum laude Silii Martialis lib. XI. epigram. XLIX. canit,

Silius haec magni celebrat monumenta Maronis,
Jugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem dominumque sui tumulique larisque
Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

Sicut ergo ante consulatum Ciceronem in caussis agendis doctissimisque orationibus aemulatus est; ita Maronem postea in primis habuit, quem imitaretur, quum in otio ad carmina scribenda se contulisset. Cujus memoria etiam ita ei sacrosancta fuit, ut *natalem illius religiosius, quam suum, celebraret*, & *monumentum ejus adire, ut templum, soleret*, quod itidem Secundus epistola saepius laudata observavit. Nec ex Campania discessit postea, sed usque ad LXXV. aetatis annum ibidem perseveravit, & in Neapolitano mortem obiit.

XVIII. Hanc non fatalem habuit, quamlibet senex admodum, sed inedia vitam finivit, more illis temporibus recepto, ut, si insanabilem morbum sentirent, aut alio malo, quod superare desperarent, adfligerentur, ipsi homines sponte sua ex vita abirent. Hoc Pomponius Atticus fecit apud Corn. Nepotem; hoc Corellius Rufus apud Plinium lib. I. epist. XII. procul dubio ita ex Stoïcorum disciplina instituti, quibus dignum sapiente videbatur, quandocunque liberet, ex hac vita egredi, nec fatalem horam exspectare. Seneca epistola LXIX. *Exerce te, ut mortem & excipias, & si ita res suadebit, arcessas. Interest nihil, an illa ad nos veniat, an ad illam nos.* At non perinde est, nec ejusdem juris, pati mortem, & eandem advocare. Quam enim non damus nobis vitam, eam nec arbitrio nostro auferre possumus, sed exspectandum est, donec auctor illius evocet, cujus injussu non licet emigrare: nec fortis viri est, aut praediti sapientia, ex vita aufugere, sed, quidquid fortuna attulerit, patienter ferre, nec, nisi Deo imperante, ex vita hac excedere.

XIX. Voluntarium ergo excessum perversae Philosophiae, quae illis temporibus vigebat, hoc est, errori imputamus, non excusamus, ut Cicero Catonem Uticensem lib. I. Offic. cap. XXXI. alienus quamvis a Porticu, ex gravitate ejus excusat; quasi alius exitus illius virtutem dedecuisset. Aliud etiam est, quod gloriae nostri poëtae videtur derogare. Nempe quod Plinius refert, *laeserat famam suam sub Nerone: credebatur sponte accusasse.* Nam omnis accusatio hominis vel mediocri specie honesti sub malo principe suspecta est, etiam imperata; magis, spontanea. Principes enim mali, quum aliquem perditum cupiunt,

piunt, nec tamen aperte audent adgredi; ut declinent invidiam, subornant alios, qui accusent ac perdant. Qui accusatores eodem censu sunt, quo delatores, *genus hominum*, ut Tacitus ait Annal. IV. cap. XXX. *publico exitio repertum, & poenis quidem nunquam satis coërcitum:* quos nihilominus *per praemia* Tiberius *eliciebat*. Vir bonus autem & sapiens inhonesta & turpia jussus abnuit, etiam cum periculo suo, si manifesta sit turpitudo, ut est innocentium accusatio. Exemplo sit Julius Graecinus, qui a Cajo Caesare *jussus M. Silanum accusare, quia abnuerat, interfectus fuit*, ut Tacitus refert in filii Agricolae vita cap. IV. Nec imperium in atroci scelere excusare potest, ut Grotius lib. II. P. & B. cap. XXVI. n. 3. demonstravit. Non autem certa erat nostri accusatio, sed CREDEBATUR; &, si fuit, *maculam laudabili otio* & optimis studiis *abluit*, quibus fama integratur, in tantum etiam, ut *perpetui* laudem promeritus sit, hoc est immortalis memoriae atque gloriae, apud Martialem lib. VI. epigr. LXIV. & lib. VII. epigr. LXIII. ubi Collessus ad interpretandum adhibeatur.

TESTIMONIA VETERUM DE C. SILIO ITALICO.

PLINIUS *lib.* III. *epist.* VII.

Modo nuntiatus est Silius Italicus in Neapolitano suo inedia vitam finisse. Caussa mortis, valetudo. Erat illi natus insanabilis clavus, cujus taedio ad mortem irrevocabili constantia decucurrit: usque ad supremum diem beatus & felix, nisi quod minorem e liberis duobus amisit, sed majorem melioremque, florentem, atque etiam consularem reliquit. Laeserat famam suam sub Nerone; credebatur sponte accusasse: sed in Vitellii amicitia sapienter se & comiter gesserat: ex proconsulatu Asiae gloriam reportaverat: maculam veteris industriae laudabili otio abluerat. Fuit inter principes civitatis sine potentia, sine invidia. Salutabatur, colebatur, multumque in lectulo jacens, cubiculo semper, non ex fortuna frequenti. Doctissimis sermonibus dies transigebat, quum a scribendo vacaret. Scribebat carmina majore cura quam ingenio; nonnunquam judicia hominum recitationibus experiebatur. Novissime, ita suadentibus annis, ab urbe secessit, seque in Campania tenuit: ac ne adventu quidem novi principis inde commotus est. Magna Caesaris laus, sub quo hoc liberum fuit: magna illius, qui hac libertate ausus uti. Erat φιλόκαλος usque ad emacitatis reprehensionem. Plures iisdem in locis villas possidebat, adamatisque novis, priores negligebat. Multum ubique librorum, multum statuarum, multum imaginum, quas non habebat modo, verum etiam venerabatur: Virgilii ante omnes, cujus natalem religiosius, quam suum, celebrabat; Neapoli maxime, ubi monumentum ejus adire, ut templum, solebat. In hac tranquillitate annum quintum & septuagesimum excessit, delicato magis corpore, quam infirmo. Utque novissimus a Nerone factus est consul, ita postremus ex omnibus, quos Nero consules fecerat, decessit. Illud etiam notabile, ultimus ex Neronianis consularibus obiit, quo consule Nero periit.

C. CORNEL. TACITUS

Histor. lib. III. *cap.* LXV.

Saepe domi congressi (Flavius Sabinus, ac Vitellius) postremo in aede Apollinis, ut fama fuit, pepigere. Verba vocesque duos testes habebant, Claudium Rufum & Silium Italicum.

M. VAL. MARTIALIS

Ad Silium lib. IV. Ep. XIV.

Sili, Castalidum decus sororum,
Qui perjuria barbari furoris
Ingenti premis ore, perfidosque
Astus Hannibalis, levesque Poenos
Magnis cedere cogis Africanis:
Paullum seposita severitate,
Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis,
Et ludit popa nequiore talo,
Nostris otia commoda Camenis,

Nec

Nec torva lege fronte, sed remissa
Lascivis madides jocis libellos.
Sic forsan tener ausus est Catullus
Magno mittere passerem Maroni.

Lib. VI. Epigr. LXIV. in detractorem:

Emendare meos, quos hovit fama, libellos,
Et tibi permittis felices carpere nugas:
Has, inquam, nugas, quibus aurem advertere totam
Non aspernantur proceres urbisque forique,
Quas & perpetui dignantur scrinia Sili,
Et repetit toties facundo Regulus ore.

Lib. VII. Epigr. LXIII.

Perpetui numquam moritura volumina Sili
Qui legis, & Latia carmina digna toga,
Pierios tantum vati placuisse recessus
Credis, & Aoniae Bacchica serta comae.
Sacra cothurnati non attigit ante Maronis,
Implevit magni quam Ciceronis opus.
Hunc miratur adhuc centum gravis hasta virorum,
Hunc loquitur grato plurimus ore cliens.
Postquam bis senis ingentem fascibus annum
Rexerat, adserto qui sacer orbe fuit:
Emeritos Musis & Phoebo tradidit annos,
Proque suo celebrat nunc Helicona foro.

Lib. VIII. Epigr. LXVI.

Augusto pia tura, victimasque
Pro nostro date Silio, Camenae.
Bissenos jubet en redire fasces
Nato consule, nobilique virga
Vatis Castaliam domum sonare.
Rerum prima salus & una, Caesar,
Gaudenti superest adhuc, quod optet
Felix purpura, tertiusque consul.
Pompejo dederis licet Senatus,
Et Caesar genero sacros honores,
Quorum Pacificus ter ampliavit
Janus nomina: Silius frequentes
Mavult sic numerare consulatus.

Lib. IX. Epigr. LXXXVI.

Festinata sui gemeret cum fata Severi
Silius, Ausonio non semel ore potens:
Cum grege Pierio maestus Phoeboque querebar.
Ipse meum flevi, dixit Apollo, Linon.
Respexitque suam, quae stabat proxima fratri,
Calliopen, & ait: Tu quoque vulnus habes.
Adspice Tarpejum Pallatinumque Tonantem:
Ausa nefas Lachesis laesit utrumque Jovem.
Numina cum videas duris obnoxia fatis,
Invidia possis exonerare Deos.

Lib. XI. Epigr. XLIX.

Silius haec magni celebrat monumenta Maronis,
Jugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem, dominumque sui tumulique Larisque
Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

Lib. eodem Epigr. L.

Jam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina qui coleret, pauper & unus erat.
*Silius * Andinae succurrere censuit umbrae:*
Silius en vatem, non minor ipse, colit.

* ita hos versus contaminatissimos ex codicum vetustorum vestigiis partim emendavit N. Heins. ad Sabini epist II. vers. 10. partim Lips. lib. I. Quaest. epistolic. cap. V.

SIDONIUS APOLLINARIS

Excusatorio ad Felicem vers. 260.

Non Gaetulicus hic tibi legetur,
Non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus.
Non quod Sulpiciae jocus Thaliae
Scripsit blandiloquum suo Caleno.
Non Persi rigor aut lepos Properti.

CATALOGUS

editionum C. Silii Italici

ab initio Typographiae usque ad hunc annum, quae quidem ad cognitionem nostram venerunt.

1471. Romae per Conradum Suveynheym & Arnoldum Pannartz, in folio, una cum C. Calpurnio & Hesiodo. In fine ejus libri haec addita: *Anno Dñici Natalis* MCCCCLXXI. *die V. mensis Aprilis, summo Pont. Paullo* II. *Veneto, anno Pont.* VII. *Jo. An. Epũs Alerieñ in insula Cyrno recognitionem absolvit diebus circiter* XV. *Lector Benivole vale perpetuo.*

CATALOGUS EDITIONUM.

Aspicis, illustris Lector, quicumque libellos,
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona; forsan
Mitiget ars Musis inscia verba virum.
Conradus Sweynheym Arnoldus Pañartzque magistri
Romae impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.

Hujus editionis ducenta septuaginta quinque volumina impressa fuerunt, ut testis est Jo. An. Aleriensis Episcopus in praefat. tom. v. bibliorum Lyrae.

1474. Romae, in folio. Hanc perperam Cellarius in praefatione in Silium editionem primam vocat.
1480. Romae, in folio.
1481. Parmae, in folio. Hanc & duas praecedentes videre mihi non contigit.
1481. Mediolani, in folio. In fine ejus haec leguntur, *Hic Syllii Italici codex, quamvis esset Romae impressorum negligentia multis in locis depravatus, recognitus est ab eodem Petro Justino Philelfo, ut nonnullis amicis suis obtemperaret, septimo Idus Novembres. Impressit autem Mediolani Antonius Zarothus, opera & impendio Johannis Legnani. anno salutis* M CCCCLXXX. *PRIMO. LECTOR.BENIVOLE.VALE. PERPETUO.*
1483. Venetiis cum commentariis Petri Marsi, in folio. In fine haec leguntur, *Venetiis per Baptistam de Tortis* MCCCCLXXXIII. *die* VI. *Maii.*
1492. Venetiis cum commentariis Petri Marsi, in folio. In fine haec leguntur, *Venetiis opera ingenioque Boneti Locatelli: instinctu vero ac sumptibus Nobilis viri Octaviani Scoti Modoetiensis, anno salutiferae incarnationis nonagesimo secundo supra millesimum ac quadringentesimum, quintodecimo Kalendas Junias.*
1504. ——— ex recensione Martini Herbipolensis, in folio. In fine haec leguntur. *Habes, candide Lector, divinum opus Silii Italici de secundo bello Punico, noviter & emaculate impressum cura & impensis Baccalaurii Martini Herbipolensis, cum argumentis Hermanni Buschii in singulos libros: ex quibus tibi, quid in unoquoque volumine continetur, statim apprehendere poteris.*
1508. Parisiis, in quarto. In fine haec leguntur. *Silius Italicus finit, impressus Parhisiis in Bellovisu pro Radulpho Laliseau, anno salutis millesimo quingentesimo octavo, die duodecima mensis Decembris.*
1512. Parisiis cum commentariis Petri Marsi in folio. In fine haec leguntur, *Parrhisiis ex aedibus Nicolai de Pratis.* XI. *Kalendas Maii anno domini supra millesimum quingentesimum duodecimo. impensis vero honestissimorum virorum Poncii Probi, & Francisci Regnault, bibliopolarum.*
1515. Florentiae apud Philippum Juntam, ex emendatione Ambrosii Nicandri, in octavo.
1522. Basileae apud Thomam Volfium, cum argumentis & scholiis in margine adjectis Hermanni Buschii, in octavo.
1523. Venetiis apud Aldum & Andream Asulanum socerum, in octavo.
1531. Parisiis apud Simonem Colinaeum, in octavo.
1543. Basileae apud Henricum Petri, cum argumentis & scholiis in margine adjectis Hermanni Buschii, in octavo.
1547. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, in duodecimo.
1551. Lugduni apud Gryphium, in duodecimo.
1566. Antverpiae apud Philippum Nutium, in duodecimo.
1578. Lugduni, in duodecimo.
1598. Lugduni, apud Antonium Candidum, in duodecimo.
1600. Lugduni Batavorum apud Christophorum Raphelengium cum Danielis Heinsii Crepundiis Silianis, in minori forma.
1601. Antverpiae apud Gislenum Jansenium, in duodecimo.
1603. Lugduni apud Sam. Crispinum, in quarto, in corpore omnium veterum poëtarum Latinorum.
1603. Lugduni apud Johannem Pillehotte, in duodecimo.
1607. Genevae apud haeredes Jacobi Chouët, in duodecimo.
1611. Lugduni Batavorum apud Christophorum Raphelengium, in minori forma.
1614. Lugduni, in octavo.
1615. Parisiis apud Davidem Douceur, cum commentariis Cl. Dausqueji, in quarto.
1618. Parisiis apud Davidem Douceur, cum commentariis Cl. Dausqueji, in quarto. Verum haec editio eadem est, ac praecedens.
1627. Amstelodami, in minori forma.
1640. Coloniae Allobrogum, in quarto, in corpore omnium veterum poetarum Latinorum.
1646. D. Heinsii Crepundia Siliana, Cantabrigiae apud R. Daniel.
1695. Lipsiae apud J. Thomam Fritsch, cum notis Cellarii, in duodecimo.

HER-

HERMANNI BUSCHII
PASIPHILI
Argumenta librorum Silii Italici.

LIBRI I.

Principio Libycae describitur urbis origo.
Junonis stimulis furit hic puer Hannibal actus,
Et jurat medio per Punica numina templo,
Se fore Romanis hostem patientibus annis.
Accipit imperium post haec, successor iniqui
Hasdrubalis: dura premit obsidione Saguntum,
In qua Dulichii virtus interrita Murri
Spectatur, donec rigido cadit ense ferocis
Hannibalis. Romam cives clam milite pauci
Sarrano missi; Sicoris quos inter acerbam
Exponit sortem Patribus fatumque suorum.
Nec mora, legati pacis pactique jubentur
Poscere ruptorem: & spreti, de more vetusto
Tristia foedifragis indicere proelia Poenis.

Hoc argumentum, quod in editione anni CIↃIↃIV. invenitur, in sequentibus omnibus omissum est: unde Dan. Heinsius, qui libris Silii argumenta Buschii praeposuit, hujus libri nullum esse credens, novum illud verbis Silii composuit.

Hannibal, exsuperans astu, sed devius aequi,
Tangit Elissaeas palmis juvenilibus aras,
Et patrio jurat cineri Laurentia bella.
Inde, ubi flore novo pubescit firmior aetas,
Emicat in Martem, &, calcato foedere, tandem
Prima Saguntinas turbarunt classica portas,
Bellaque sumta viro belli majoris amore.
Pandere jamdudum portas, & cedere vallo
Imperat, & longe clausis sua foedera, longe
Ausoniam fore, nec veniae spem Marte subactis.
Tum Patribus clarisque senum sua munia curae.
Concurrunt, lectosque viros hortantur, & erant,
Defessis subeant rebus, muroque ruenti.
Ast illi celerant, qua proxima litora, gressum,
Et fugiunt tumido per spumea caerula velo,
Donec Laurentes puppis defertur ad oras.
Concilium vocat augustum, castaque beatos
Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, & aequantem Superos virtute Senatum.
Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.

LIBRI II.

Hannibal, ut cernit Latiam per caerula velis
Adventare ratem, & mandata afferre Senatus,
Obstrepere Ausoniis lituos jubet. ocius illi
Ad muros vertunt iter infelicis Elissae.
Adjuvat arma Libys, Garamantum praedita sceptro,
Asbyte: hanc Theron clava deturbat ab alto.
Bellantem curru: Tyrius quem ductor ovantem
Virginis exstinctae spoliis, praeturbidus ira,
Occupat, & leto damnat, mittitque vicissim.
Interea Libycis indicit bella profanis
Cum socio Fabius. clipeum fulvo aere micantem
Callaici donant Regi: delapsa Saguntum
Alma Fides populi penetrando pectora firmat:
Qui se mox saevo per flammas exuunt hoste.

LIBRI III.

Postquam clara fide, Poeno sub Marte, Saguntus
Arsit, ad Hammonis scitatum oracula Bostar
Mittitur, ut Superis quaenam sit fixa voluntas
Imperio super, & rerum novitate reportet.
Ipse ad vicinos ductor, cum conjuge, Gades
Navigat, & spoliis onerat feralibus aras
Herculeas: posthaec caram seponit ab armis
Cum puero, nondum bis seni mensis, Imilcen:
Et nova mox petitur Karthago classe per undas.
Atque hic nocturna specie mirabile monstrum
Vidit, in Italicam stimulans fera pectora gentem.
Quocirca innumeris Romana in proelia turmis
Collectis, propere trans Alpes signa ferebat,
Laetaque Taurinis statuit tentoria campis.

LIBRI IV.

Fama volat, Poenum signis hostilibus Alpes
Transcendisse ducem, totis trepidatur in agris.
Consultant Patres de bello, intactaque rursum
Tela novant. Libycis ostendens Hannibal urbem
Militibus, praedae cupidos acuebat amore
Ad pugnam. interea volucri rate Scipio consul
Massiliae fidis aderat delatus ab oris:
Occurritque hosti Ticini ad fluminis undam.
Atque ibi tunc prima caluerunt litora pugna.
Sed consul Trebiae vicinum Scipio collem
Cedere compulsus petiit. quo venit & ipse
Consulis accitus Siculo collega Peloro.
Hostis sed rursus victor, spumantia, captum
Post Appenninum, Thrasymeni stagna petebat.

LIRRI V.

Apparat hic pugnam, Superisque vetantibus audax
Flaminius Tyrio Thrasymeni ad stagna tyranno
Congreditur, quamvis, prudens Corvinus futuri,
Oraret dominae per Dardana moenia Romae,
Cederet ut fatis paullum, ominibusque sinistris.
Sed poenam meruit, preque his temerarius ausis
Occubuit, diro telorum oppressus in arvo
Agmine. multa tamen lete dedit ante virorum
Corpora, & inferias nigrum sibi misit ad Orcum.
Inter quos stricto cecidit mucrone Sychaeus,

Filius

Filius Hasdrubalis. At postquam pugna quievit
Funere Flaminii, victor, Magone sequente,
Exiit ad caesos, armisque, minisque retentis,
Pectoribusque solum sternentes reperit omnes.

LIBRI VI.

Hinc, quibus haec belli & pugnae fortuna pepercit,
Elapsi furtim diversa per avia caecis
Conduntur tenebris, piceae & caligine noctis.
Hos inter fugiens Serranus, vulnere tardus,
Ad patris quondam comitem devertit, & ipsa
Tecta Mari armigeri pulsabat fida paterni:
Acceptusque domo recreatur paupere mensa,
Infusoque sinit tractari vulnera succo.
Discis & inde Maro clari narrante parentis
Facta, sed & poenam, qua illum Karthago peremit,
Ob sanctam non aequa fidem, rapis aure dolenti.
At Fabium Patres allata ad munera belli
Clade legunt: hostis raptas agit undique praedas,
Donec eum illecebra mollit Campana furentem.

LIBRI VII.

Electus dubiis dictator & aspera rebus,
Non facilis vinci, Fabius, virtute, nec astu.
Mox Superis Romae per templa indicit honores;
Aedibus & votis Divûm sibi mitigat iram.
Exin Sidonium tantus contendit ad hostem,
Non commissurus pugnam, nisi Marte coacto.
Quem cum non astu solito, terrore nec ullo
Hannibal eliceret, Dauni tellure relicta,
Clauditur in tumulis a dictatore Falernis.
Hinc patriis ad sacra Deis peragenda profectus
Praeposuit castris equitum de more magistrum;
Sed vetitum conferre manus. Fabio tamen ille
Absente in pugnam ruit: aequaturque vetanti.
Moxque, errasse pigens, illi jus omne remisit.

LIBRI VIII.

Hic jam Varro, loquax medio in discrimine rerum,
Consul Romanas capit, indignante Senatu,
Insanae plebis stultaeque favore, secures
Cum Paullo Aemilio. Noscens nova vulnera Juno,
Praescia Cannarum, stagnis Laurentibus Annam
Alloquitur, Poenum ut jubeat nunc tendere regem,
Explicat arentes ubi fervida Apulia campos,
Fataque promittant ibi prosperiora peractis.
Anna audita facit, grates agit Hannibal Annae,
Et movet in campos Diomedis nomine dictos.
Hinc tote e Latio funebria miles in arma
Cogitur. at liquido variis prodentia monstris
Numina vicinam cladem ostendere, sed amens
Prodigiis Varro spretis sese objicit hosti.

LIBRI IX.

Demens in pugnam furit his & vulnera Varro,
Quamvis infelix Solimus monuisset abunde
Varronem, proprio signatis sanguine saxis.
Concurrunt igitur Poeni fortesque Latini
Ingenti fremitu, summoque ardore virorum.
Stat pro Sarranis obtendens aegida Pallas,
Mars pro Romanis infesta fulgurat hasta,
Scipiadaeque manu fabricatum porrigit ensem
Incude Aetnaea; magis ardet Gorgone Pallas.
Donec caeruleam demittit Jupiter Irim,
Ut eum fulminea revocet Tritonide Martem.
Vulturnum emittis rapidum, Junone volente,
Aeolus, adversos ruit acer Paullus in hostes,
Foede laxatis at Varro fugit habenis.

LIBRI X.

Inter funestae non prospera tempora pugnae,
Cannarumque altos & latos stragis acervos
Obruitur Paullus, toeuntibus undique telis.
Sedibus hinc tacitis placitum Saturnia somnum
Evocat, ut juvenem victorem a moenibus urbis
Arceat. At fugiens Canusinum miles in agrum
Colligitur. placet exsilio mutare labantem
Ausoniam pubi, pavido suadente Metello.
Sed quatiens gladium flammata Scipio dextra,
Non deserturos patriam jurare coegit.
Interea celebrat laudato funera Paullo
Hannibal, & Marti scutorum incendit acervos.
Fama mali tanti tristem levis advolat urbem,
Et redit amisso jactatus milite Varro.

LIBRI XI.

Accepta ad Cannas ferali clade cruentas,
Mox sequitur populi defectio foeda Latini
Ad Tyrii tam fausta ducis memorandaque castra.
At Capua inprimis, rebus sufflata secundis,
Ausa fuit partem summi sibi poscere juris,
Et rejecta suas victori pandere portas,
Invito & frustra Decio prohibente furorem.
Hic cum inter mensas Campanaque pocula victor
Desidet, invisum regem obtruncare parabat
Confidens animi juvenis, coeptumque minaci
Ense patrasset opus, ni se tenuisset euntem
Pacuuio genitor. dehinc natus Hamilcare fratrem
Mittit, ut ad patriae cupidas haec nunciet aures,
Pugnatum, & Cannas hostili caede repletas.

LIBRI XII.

Jam Zephyro in terras flatu redeunte tepenti,
Hostis Parthenopes ad muros agmina ducit.
Irritus hinc coepti Cumas petit: inde profectus
Marte Dicarchaeam parat exagitare juventam.
Hinc movet ad trepidam belli molimina Nolam:
Marcello sed tum fractus pulsusque recessit.
Strenuus & Sardos tutatur ab hoste Libysso
Torquatus. miseras ardens incendit Acerras
Hannibal: inde tuos, peritura Petilia, muros:
Et demta madidum luxu capit arce Tarentum.

Nec

Nec non & Capnam totis jam viribus urguet
Dardanus obsessam: quam cum recreare soluta
Obsidione nequit, Romam ruit acer ad altam
Hostis, ut armorum facto premat urbe vicissim.

LIBRI XIII.

Moenia vix hostis defensa, versus ab urbe,
Cernere desierat, subito cum signa movendi
Incidit ad muros iterum calor. isset & illuc,
Propter Palladium ni sacram Agrippa negasset
Posse capi Romam. rapit ergo inde impius arma,
Et te cum pleno spolias Feronia luco.
Litoreosque petit, quos vertit Bruttius, agros.
Fulvius hinc Capuam rediens, tandemque subactam
Intrat, & infidi punit commissa Senatus.
Tristis sed geminos (quando haec ita aguntur) Hibera
Scipiadas terra Fors abstulit. infera maestus
Scipio regna subit, caras ubi convenit umbras
Et Patris, & Patrui, & Matris loca laeta tenentes.
Discit & eximios, quos spondent fata, triumphos.

LIBRI XIV.

Nascitur hinc bellum juvenis post fata tyranni,
Hispano veniens ubi terris nomen ab amne
Imposuit pubes. nam rege Gelone creatus,
Oblitus monitus, artesque oblitus avitas,
Incepit luxu, spreta virtute, cruento
Flagrare, & rigidis delicta tuentibus armis,
Cingere se ferro, & regnum terrore fovere.
Hoc igitur (neque enim longum violentia durat)
A conjuratis tota cum stirpe peremto,
Marcellus propere Siculis adnavigat oris.
Mutatasque videns, trepidos mox spargit in agros
Signa: Leontini senserunt prima coloni.
Pugnaturque mari, Poenoque per alta fugato
Arma Syracosios capiunt victricia muros.

LIBRI XV.

Quem, ducibus caesis, iterum jam Baetis adoras
Mittat, Romulei quaerit dum cura Senatus,
Scipiadae juveni lauro tum forte sub ampla
Adstitit hinc subito Virtus, hinc blanda Voluptas,
Et sibi promissis avet utraque jungere magnis.
Ille sed amplexus Virtutem, crudaque Martis
Munera suscipiens, volitansque per aequora classe,
Arma novae subito Karthaginis horrida muris
Impulit, & victor ferro sibi moenia pandit.
Interea Hemathius conflat nova bella Philippus,
Herculeoque senex Fabius dat jura Tarento,
Marcellusque cadit, Nomadum circumdatus astu.
Hasdrubalisque caput, tumidi regione Metauri
Abscissum, Hannibali monstrat Nero laetus atroci.

LIBRI XVI.

Hannibalem accepit miserandos Bruttia tellus
Maerentem patrias casus, fratrisque, suosque.
Non tamen audebat concurrere Roma gementi.
Tantus erat Libyci metus & formido tyranni.
Omnia in auriferis jam Marte subegerat arvis
Scipio, jam dederat fugientia carbasa ventis
Exutus castris Mago, jam captus & Hanno
Praebebat Latiis infelix colla catenis.
Hasdrubal huic cladis dum nescius addere sese
Festinat, latebras victus certamine spectat.
Dein Masinissa novo contingit foedere dextram
Scipiadae, sociumque sibi dux ipse Syphacem
Conciliat: facit hinc ludos Patruoque Patrique,
Et repetit Latium fama spargente triumphum.

LIBRI XVII.

Postremo Idaeis Divorum Mater ab oris
Advehitur Romam, Phrygiam Nasica Cybellen
Excipit, & toto censetur ab ordine Patrum
Optimus, ipse alacer Libyam dux Scipio classe
Navigat, & Sicula laetus discedit ab Aetna.
Castra Ducum aggressus ferro flammisque duorum
Conficit, Hasdrubalis victor Numidaeque Syphacis,
Verterat ad Poenos qui foederis immemor arma.
At, cum post idem vires reparasset & enses,
Vincitur, & Latiis oneratur colla catenis.
Hannibalem hinc revocant Patres, sed fulmina vimque
Ferre nequit Latii rectoris. jura, jugumque
Romanum Karthago capit. dux ipse reversus
Alta triumphanti scandit Capitolia curru.

***** A M-

AMBROSII NICANDRI

TOLETANI

in singulos libros Silii catalepses.

CATALEPSIS LIBRI I.

Bellorum hic caussae, Poenoque obsessa Saguntos
Est duce, legatos Latias quae mittit ad oras.

LIBRI II.

Romanam prohibet navem contingere portus
Hannibal, huic clipeus datur, & ruit alta Saguntos.

LIBRI III.

Gades Poenus adit, fortes petit aequore Bostar,
Dux Alpes superat, Taurinis qui sedet arvis.

LIBRI IV.

Ticini clades canitur, Trebiaeque ruina,
Hic Apenninum transit cum milite Poenus.

LIBRI V.

Insidias Tyrius ductor struit, hinc Thrasymenus
Romanam indoluit stragem, tremit Itala tellus.

LIBRI VI.

Romam quisque petit, prima audit Punica bella
Serranus, referente Maro, & movet agmina Poenus.

LIBRI VII.

Obvius Hannibali Fabius venit, isque cadentem
Collegam eripuit nato, cui reddit honores.

LIBRI VIII.

Conveniunt, Varrone duce, ad fera bella cohortes,
Italiae & cladis signa infelicia surgunt.

LIBRI IX.

Collega invito Cannarum proelia Varro
Stultus init, portenta vetant, fugitque cruentus.

LIBRI X.

Cannis occumbit Paullus, quem Poenus honorat,
Spes Italas Fabius renovat, Varrone recepto.

LIBRI XI.

Ad Tyrios socii desciscunt, pectine Theutras
Gesta virûm canit, & Mago Karthagine certat.

LIBRI XII.

Parthenopen dux Poenus adit, Nolamque, resedit
Ad Capuam, trepidae tenditque ad moenia Romae.

LIBRI XIII.

Poenus ab urbe redit Capuam, tellure & Hibera
Scipiadae occumbunt, natus descendit Avernum.

LIBRI XIV.

Arte Syracosiam expugnat terraque marique
Urbem Marcellus, foedat late omnia pestis.

LIBRI XV.

Scipio ad Hispanas juvenis tunc navigat oras,
Marcellusque cadit, cadit Hasdrubal ense Neronis.

LIBRI XVI.

Hispanos vicit dux Scipio, tecta Syphacis
Hospes adit, patrio celebratque in funere ludos.

LIBRI XVII.

Advehitur Romam Cybeles, hinc Scipio Poenum
Dejicit Hasdrubalem, prostratoque hoste triumphat.

C. SILII

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER PRIMUS.

rdior arma, quibus coelo se gloria tollit
Aeneadum, patiturque ferox Oenotria jura
Karthago. Da, Musa, decus memorare laborum
Antiquae Hesperiae; quantosque ad bella crearit,
Et quot Roma viros: sacri cum perfida pacti
Gens Cadmêa super regno certamina movit:

Quae-

*unicorum*] Quam operis hujus inscriptionem membranae Colonienses prae se tulerint, haud scio. *Punicorum libros* nuncupat codex Puteaneus. recte, si quid video; neque aliter vetustae editiones. sic Καρχηδόνια Appianus Alexandrinus inscripsit librum, quo bellum hoc recenset cum aliis duobus Punicis, etsi & ejus Ἀνιβαϊκά circumferantur. N. HEINSIUS.

v. 1. *Ordior arma*] Est, qui initium hoc, ut minus Latinum, carpit, quasi Silius dicere debuisset, *ordior ab armis*. sed perperam. Pariter enim Gratius aevi Augustei poëta locutus in Cyneg. vers. 23.

Carmine & arma dabo venandi, & persequar artem
Armorum, cassesque plagarumque ordiar astum.

Auson. in Protrept. vers. 62.

Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Romae
Orsus.

Ordior arma est, incipio bellum describere.

v. 3. *Karthago*] Ita ubique hanc vocem scribi jussit Illustrissimus Heinsius, eamque orthographiam secutus sum. In nummis ea vox nunc per literam *C*, nunc per *K*, exarata reperitur; at in lapidibus eruditis plerumque priori modo. Deinde aspirationem omnes nummi & plurimae inscriptiones agnoscunt; ex communi nempe pronuntiatione, quam suo jam tempore obtinuisse testis est Cicero in Orat. cap. XLVIII. *Quin ipse ego, cum scirem ita majores locutos esse, ut numquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem *dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi servavi.*

v. 3. *Decus memorare laborum* &c.] Aliter Polyb. lib. V. Histor. cap. XXXIII. Ἐπιφανέστατος δὲ καὶ πολυχρονιώτατος ὁ κατ' Ἀνίβαν πόλεμος γέγονε, πλὴν τοῦ περὶ Σικελίας. *Celeberrimum autem & longissimum, quod cum Hannibale gestum est, bellum fuit, praeter id, quo de Sicilia certatum.* Sed, nisi exceptio primi belli Punici ad solum temporis spatium, non vero celebritatem referenda sit, praeferam Livii, quem Silius sequitur, aliorumque judicium; quibus hoc bellum secundum *maxime memorabile omnium, quae gesta sunt umquam*, & Punico priori *minus quidem spatio, sed cladum atrocitate terribilius* fuisse dicitur. vide Liv. lib. XXI. cap. I. & Flor. lib. II. cap. VI. Rationem reddit idem Livius lib. XXIX. cap. XXVI. *Bellum bello, secundum priori ut atrocius Romanis videretur, quum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum, simul caesis ducibus, effecerant.* Per sedecim enim annos Hannibal intra Italiae viscera haeserat; omnia ferro ignique vastaverat; fidissimos populi Romani socios, partim promissis, partim metu, ad deditionem adegerat; maximos exercitus, occisis praestantissimis ducibus, ad internecionem deleverat; & parum denique ab ipsius Romae expugnatione abfuerat. Gellius testatur lib. II. Noct. Attic. cap. VI. *nullum calamitatis, aut saevitiae, aut immanitatis genus reperiri posse, quod ab Hannibale Italia non perpessa sit.* Quum itaque ex difficillimis his temporibus post varios casus & immensa rerum discrimina non solum eluctati sint Romani; sed etiam Poenos, toties antea victores, ignominiosis legibus pacem petere coëgerint, jure Silius hoc bellum *decus laborum Hesperiae* vocavit: quam locutionem idem, qui priorem, haud recte carpebat.

v. 6. *Gens Cadmêa*] Ut infra [vers. 14.] *arces Agenoreae* de eadem Karthagine. Paullo enim longius haec à Silio deducuntur, quamquam ipsa Karthago non solum καινὴ πόλις & Κακκάβη, sed & Καδμεία dicta fuit. Doctissimus Periegetae interpres [ad vers 195.] Καρχηδὼν ἡ πόλις ἀπὸ Καρχηδόνος τινὸς ἀνδρὸς Φοίνικος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ καινὴ πόλις, καὶ Καδμεία καὶ Κακκάβη. D. HEINSIUS. *Gens Cadmêa* sunt Karthaginienses, ut infra vers. 106. lib. XVII.

vers.

Quaesitumque diu, qua tandem poneret arce
Terrarum Fortuna caput. ter Marte sinistro
Juratumque Jovi foedus, conventaque Patrum
Sidonii fregere duces: atque impius ensis
Ter placitam suasit temerando rumpere pacem.
Sed medio finem bello excidiumque vicissim
Molitae gentes: propiusque fuere periclo,
Quîs superare datum. reseravit Dardanus arces
Ductor Agenoreas: obsessa Palatia vallo

Poeno-

vers. 586. & alibi. Non tamen ita à Silio dictos putem ab aliquo urbis Karthaginis nomine, quamquam eam *Καδμείαν* vocatam fuisse praeter Eustath. ad Dion. Perieg. tradat etiam Stephan. Byzant. in voce *Καρχηδών*: sed à Cadmo Thebarum conditore, qui originem à Phoenicibus trahebat, unde & Poeni per Elissam oriundi sunt. Hinc *Phoenix* pro Karthaginiensi infra est lib. XVI. vers. 25.

Auriferis tandem Phoenix depulsus ab arvis.

Plerumque enim similia populorum nomina longius deducere solet Silius; unde *Rhoeteius* pro Romano, aliaque plura ubique obvia sunt.

v. 9. *Juratumque Jovi foedus*] Omne enim ad Jovem, etiam non invocato ejus nomine, pertinebat juramentum. unde alio loco [lib. VI. vers. 692.] *Deceptum Jovem*, cum de perjurio loquitur, dixit. Atque haec caussa, cur soli Jovis sacerdoti jurare antiquitus apud Romanos per religionem integrum non fuerit; ne scilicet fortasse falleret eum, quem colebat. Plutarchus hujus rei caussas affert nescio quas in problemate Διὰ τί τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς οὐκ ἔξεστιν ὀμόσαι; [in Quaest. Roman. pag. 275.] Πότερον, inquit, ὅτι βάσανός τις ἐλευθέρων ὁ ὅρκος ἐστί, δεῖ δὲ ἀβασάνιστον εἶναι καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἱερέως; ἢ ὅτι περὶ μικρῶν ἀπιστεῖσθαι τὸν τὰ θεῖα καὶ μέγιστα πεπιστευμένον οὐκ εἰκός ἐστιν; ἢ ὅτι πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τοῦ ἐπιορκοῦντος, κατάρα δὲ δύσφημον, καὶ σκυθρωπόν, ὅθεν καὶ οὐδὲ ἄλλοις ἐπαρᾶσθαι νομίζεται τοὺς ἱερεῖς. Omnes igitur caussas ritus illius affert Philosophus ille praeter veram, quae haec est. Non jurabant illi, ne praesidem videlicet omnis & qualiscumque juramenti, quem colebant, offenderent; proprie enim vindicta Jovis erat: nam & perjuri, ut diximus, Jovem ludebant, etiam alium cum Deum juramento testem adhiberent, ut innuit & epigramma elegantissimum, quod Messenii Jovis Lycii arae inscribebant apud Polyb. lib. IV.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ,
Εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διὶ τὸν προδότην
Ῥηϊδίως. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάοζ' Ἀρκαδίαν.

Reddidit injusto tempus justissima regi,
Cum Jove Messenae proditor ille patet
Perfacile. Haud facile est perjurum fallere Divos.
Jupiter exsultes, Arcadiamque tegas.

quia omni eum, ut diximus, foederi & jurijurando praesidere putabant. Naevius, *Jus sacratum Jovis jurandum sagmine. Sagmina* enim verbenae erant, quas propterea Jovis vocat, quod in jurejurando locum haberent: & tritum illud

Jupiter e coelo perjuria ridet amantum.

Intelligit enim ibi poeta ἀφροδισίους ὅρκους, quos vulgari proverbio dicebant οὐκ ἐμποίνιμους. Atque haec juramenta propterea eleganti vocabulo τεχυβάμενους ὅρκους dicebantur, & Tibull. [lib. I. Eleg. IV. vers. 19.]

Gratia magna Jovi; vetuit pater ipse valere,
Jurasset cupide quidquid ineptus amor.

Cum vero *Deceptum Jovem* dixit Silius noster in loco paullo ante a nobis adducto, (ut & eum obiter tangamus) manifeste à lingua defectus est: τὸ *decipere Jovem* enim ibi est, quod significantius Graeci nostri ἐπιορκεῖν τὸν Δία dicerent, ut apud Aristophan. Ὀρ. in illo, Νῦν μέν γ' ὑπὸ ταῖς νεφέλαισιν ἐγκεκρυμμένοι κύψαντες ἐπιορκοῦσιν ὑμᾶς οἱ βροτοί. Nec enim ibi, ut apud Lysiam, pro ὀμνύειν, aut simplici *jurare*, ponitur, sed pro eo, quod Tibullus *ludere numina* dixit; quod moneo, quia vulgo male *laedere* legitur, in illis versibus [lib. I. Eleg. X. vers. 5.]

Parcite coelestes; aequum est impune licere
Numina formosis ludere vestra semel.

sic ἐπιορκοῦνται οἱ θεοί Graeci παθητικῶς dicunt, quod Claudianus *jurata Deorum Majestas teritur.* D. HEINSIUS. Jovem Romanum & Punicum intelligit Silius, utriusque gentis supremum numen: hunc enim invocant Scipio & Syphax foedus jungentes infra lib. XVI. vers. 262.

Cornigerumque Jovem, Tarpejumque ore vocemus.

Proprie Romani in hac re *Jovem lapidem* jurabant. vide Manut. ad Cicer. lib. VII. ad famil. epist. I. Maxime itaque hinc auget Silius perfidiam & scelus Karthaginiensium, qui, spreta majestate Jovis, quem foederis testem & perjurii ultorem invocaverant, pacem nefario modo fregerunt. Inde bellum hoc respectu eorum *pejerans* vocat Stat. lib. IV. Silv. III. vers. 6.

Nec dux advena pejerante bello
Campanos quatis inquietus agros.

Hannibalique *perjurum ensem* tribuit Silv. VI. vers. 77. at contra respectu Romanorum *pium bellum* dicitur. vide infra ad lib. XV. vers. 162.

v. 10. *Sidonii fregere duces*] Karthaginienses non

huic

Poenorum, ac muris defendit Roma salutem.
Tantarum caussas irarum, odiumque perenni
Servatum studio, & mandata nepotibus arma,
Fas aperire mihi, superasque recludere mentes.
Jamque adeo magni repetam primordia motûs.
Pygmalionêis quondam per caerula terris
Pollutum fugiens fraterno crimine regnum
Fatali Dido Libyes appellitur orae:
Tum pretio mercata locos, nova moenia ponit,

Cin-

huic solum, sed & primo bello occasionem dedisse late probat Polyb. lib. III. cap. XXVI. & seqq.

v. II. *Placidam suasit temerando rumpere pacem*] *placidam* poëtis *pacem* frequenter dici & nos scimus: sed libri scripti constanter *placitam*, quibus obgannire non debuit Interpres: est enim id huic loco longe convenientius. lib. VII. vers. 264. *Hinc pestem placitum moliri.* lib. XII. vers. 507.

Haec postquam placita & tenuit sententia mentem.

& vers. 680. *Integrare acies placitum.* vide infra lib. XIV. vers. 131. N. HEINSIUS. Probat scriptorum codicum lectionem etiam vir egregius J. Fr. Gronovius in gustu ad Statii lib. VII. Theb. vers. 190. *Placita pax* est pacta conventa pax; quam Karthaginienses *rupisse* dicuntur, cum *placida pax* proprie *turbetur.* sic *placitum foedus* habes apud Maron. lib. x. Aen. vers. 15. ubi Servius: *Aut mihi scilicet, aut fatis, aut quod velim vobis placere.* Peccant igitur codices, qui *placidum* praeferunt, cum, teste doctissimo Pierio, vetustissimi, iique optimi libri *placitum* habeant, & ita legendum esse Servii expositio evincat. Pariter saepissime turbarunt librarii ob vicinum sonum literarum *d* & *t*. vide Pierium ad Virgil. lib. I. Aen. vers. 691. Barth. ad Statii lib. VII. Theb. vers. 190. Gronov. in gustu ibid. & ad lib. XII. vers. 302. N. Heinsium ad Nason. Epist. XIX. Heroïd. vers. 208. lib. I. Art. Amat. vers. 37. lib. I. Metam. vers. 702. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 265. ad Prudent. Psychom. vers. 630. ad Praefat. lib. I. contr. Symm. vers. 4. & ad Silii lib. XII. vers. 486. Eadem vox forte etiam restituenda est Sidon. Apollin. carm. II. vers. 399.

——— quercusque tropaeis
Curva tremit, placidoque Deam sub fasce fatigat.

Sic vulgo editur: sed malim *premit, placitoque*: Dea pondere tropaei, quod humeris gerebat, premebatur, idque onus, quamvis grave esset & fatigaret, placebat, ut signum victoriarum. Nec aliter erratum est apud Auson. in Centonupt.

O dulcis conjux, non haec sine numine Divûm
Eveniunt: placidone etiam pugnabis amori?

Ita habent omnes editiones. sed videtur legendum *placito amori.* Nam apud Maronem lib. IV. Aen. vers. 38. unde locus ille desumtus est, Pierius in emendatioribus, quos consuluit, libris *placito* invenit, cum alii minoris auctoritatis *placido* haberent. Priorem autem lectionem praestare, ex Servio etiam ad eum locum patet.

v. 13. *Propiusque fuere periclo Quîs superare datum*] Liviana sunt, ut alii jam viderunt, e lib. XXI. cap. I. hac eadem de re: *Anceps Mars fuit, ut propius periculo fuerint, qui vicerunt.* Florus itidem lib. II. cap. VI. *Adeo cladium atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus, qui vicit.* Sed cum Muretus Gronoviusque in optimis Livii membranis invenerint *ut propius periculum fuerint*, forte & id Silio hic loci reddendum. N. HEINSIUS. Huc facit illud Scipionis apud Liv. lib. XXVI. cap. XLI. *Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus.* pro *periclo* Illustrissimus Heinsius malebat *periclum*, ut forte olim more antiquo *periclom* vel *periclō* scriptum sit, & inde peccandi origo nata fuerit. Frequenter autem optimi scriptores vocem *propior* cum quarto casu construxerunt. vide Manut. ad Sallust. Bell. Catil. cap. XI. & Gronov. ad Livii lib. XXII. cap. XL. similiter ut etiam τὸ *proximus*, vide eundem Gronov. ad Livii lib. VIII. cap. XXXIII. & lib. III. Observ. cap. 2. Apud Silium tamen nihil muto, qui τὰ *propior* & *proximus* passim tertio casui jungere solet, ut lib. III. vers. 241.

Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis.

lib. XIV. vers. 318.

Namque ubi se propius tectis urbique tulere.

lib. XV. vers. 29.

——— stans vultus, & ore
Incessuque viro propior.

lib. XVI. vers. 115.

Proximus in pugna ductori Marte manuque
Regnator Nomadum fuerat.

Deinde ubique apud Silium *Quîs*, non *Queis*, scripsi, ex auctoritate nempe codicum Colon. & Oxon. priscarumque editionum. Et ita veteres semper scripsisse testatur elegantissimus Broekhusius ad Propertii lib. II. Eleg. X. vers. 47. a diversa autem sententium opinione se non alienum testatur Pierius ad Maron. lib. I. Aen. vers. 95.

v. 24. *Tum pretio mercata solum*] *locos* Colon. & Putean. codices, cum Parmensi, Basileensi, & aliis editis. Justin. lib. XVIII. cap. V. de hac re: *Deinde emto loco, qui corio bovis tegi posset.* & mox. *Atque ita majus loci spatium, quam petitum erat, occupat, unde postea illi loco Byrsae nomen fuit.* Mox *Mycenen*, non *Mycenem*, Oxon. & vetustae editiones.

 N. HEIN-

Cingere qua secto permissum litora tauro.
Hic Juno, ante Argos, (sic credidit alta vetustas)
Ante Agamemnoniam gratissima tecta Mycenen,
Optavit profugis aeternam condere gentem.
Verum, ubi magnanimis Romam caput urbibus alte
Exserere, ac missas etiam trans aequora classes
Totum signa videt victricia ferre per orbem,
Jam propius metuens, bellandi corda furore
Phoenicum exstimulat. sed enim conamine primae
Contuso pugnae, fractisque in gurgite coeptis
Sicanio Libycis, iterum instaurata capessens
Arma remolitur. dux agmina sufficit unus
Turbanti terras, pontumque movere paranti.

Jamque

N. HEINSIUS. Primus Nicander in Juntina, eumque secutus Asulanus in Aldina, & alii postea, *solum* ediderunt, in animo forte habentes illud Maronis lib. I. Aen. vers. 367.

Mercatique solum facti de nomine Byrsam.

Sed perperam. Frequenter autem voces *solum* & *locum* in libris priscis commutantur. vide N. Heinsium ad Ovid. lib. VIII. Met. vers. 184. & ad lib. I. Fastor. vers. 110. Apud Lucan. lib. V. vers. 30. pro *Mutato sua jura solo* codex MS. Marpurg. *loco* habet. apud eundem lib. VII. vers. 620. pro *quis fusa solo vitalia calcet* in MSto, quod Hamburgi in ecclesia cathedrali servatur, est *fusa loco*: cujus codicis ut & viginti duorum aliorum excerpta, ab Illustrissimo Heinsio ad oram libri sui appicta, describenda mihi munificentissime concessit vir Celeberrimus Petrus Burmannus.

v. 25. *Cingere qua secto* &c.] Illustravit hoc Didûs factum plurimis Chr. Heindreich lib. I. Reip. Karthag. sect. I. cap. I. pag. 21. quibus adde locum Themistii ex Orat. XXI. pag. 261. Ed. Harduini. Simili fraude Ivarus Daniae rex narratur circumscripsisse regem Britanniae apud Saxon. Gramm. lib. IX. Hist. Danic. pag. 176. Deinde, jubente Illustrissimo Heinsio, ubique *litora*, non *littora*, edidi. vide Achill. Statium ad Catull. carm. LXV. Pierium ad Maron. lib. I. Aen. vers. 2. lib. VII. vers. I. & Dausquej. parte II. Orthogr. h. voce.

v. 28. *Aeternam condere sedem*] *gentem* in iisdem codicibus: quomodo apud Maron. lib. I. Aen. vers. 33.

Tantae molis erat Romanam condere gentem.

Eadem scriptura editos etiam codices nonnullos insedit, Romanum inprimis, Parmensem, & alios. sic *populi Romani Romulus conditor* Livio dictus in initio operis, & Justin. lib. II. cap. VI. *genus hominum à Deucalione conditum.* & cap. X. *Avum quoque maternum Cyrum se regem habuisse, non haeredem, sed conditorem tanti regni.* Curt. lib. VI. cap. 2. *Scythae, qui Parthos condidere.* lib. VIII. cap. X. *a Libero patre se conditos esse dicebant.* N. HEINSIUS. *gentem* etiam est in Mediolanensi, Veneta, alüsque. Silius lib. IV. vers. 767.

Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido.

Tacit. de morib. German. cap. 2. *Celebrant carminibus antiquis Tuistonem Deum terra editum, & filium Mannum, originem gentis conditoresque.* Vide Amplissimum Cuperum lib. III. Observ. cap. IX. Primus hanc lectionem mutavit Nicander, qui Juntinae editioni praefuit, eumque Aldus & alii inconsulte secuti sunt.

v. 36. *Dux agmina sufficit unus*] Pro *agmina* Parmensis *agmine*, Colon. membranae *magnae* transpositis mendose literis. N. HEINSIUS. *sufficit*, est subministrat, suppeditat. Virgil. lib. II. Aen. vers. 617. *Danais animos viresque secundas Sufficit.* lib. IX. vers. 802.

Nec contra vires audet Saturnia Juno
Sufficere.

& sic alii passim.

v. 57. *Turbanti terras*] *terra* Putean. eleganter, ad exemplum Virgiliani illius Ecl. I. *totis Usque adeo turbatur agris.* N. HEINSIUS. Nihil muto, quum omnes libri, praeter minimae auctoritatis Puteaneum, receptam lectionem habeant, & Silius ita infra etiam loquatur lib. III. vers. 174.

Jam maria affusas cernes turbare carinas.

& lib. XVII. vers. 357. *Turbasti maria ac terras.*

v. 38. *Sibi belliger induit iras*] Elegans locutionis genus, quale illud infra lib. XV. vers. 738. *cunctisque pavorem Gallorum induerat pavor.* Statius lib. VIII. Theb. vers. 392. *irasque sedentum Induerint.* Senec. Epist. XLVII. *Regum nobis induimus animos.* Petron. in Satyr. cap. IV. *Eloquentiam pueris induunt adhuc nascentibus.* ubi plura habet Celeberrimus Burmannus.

v. 39. *Hannibal*] Ita codex Coloniensis, addita aspiratione, quam etiam in aliis vocibus Punicis *Hasdrubal*, *Hamilcar*, *Hannon*, *Hammon*, semper agnoscit, quemque scribendi modum recte recepit Illustrissimus Heinsius. in nummis nomen inde derivatum *Hannibalianus* semper cum aspiratione scribitur. vide Valesium ad Ammian. Marc. lib. XIV.

cap.

Jamque Deae cunctas sibi belliger induit iras
Hannibal: hunc audet solum componere fatis.
Sanguineo tum laeta viro, atque in regna Latini
Turbine mox saevo venientum haud inscia cladum,
Intulerit Latio, spreta me, Troïus, inquit,
Exsul Dardaniam, & bis numina capta Penates,
Sceptraque fundarit victor Lavinia Teucris:
Dum Romana tuae, Ticine, cadavera ripae
Non capiant: similisque mihi per Celtica rura
Sanguine Pergameo Trebia & stipantibus armis
Corporibusque virûm retro fluat; ac sua largo
Stagna reformidet Thrasymenus turbida tabo.
Dum Cannas tumulum Hesperiae, campumque cruore
Ausonio



cap. I. Tristan. tom. III. Comm. Hist. pag. 501. & Illustrissimum Spanhem. de usu & Praestant. Numism. Dissert. VI. pag. m. 601. Alia omnia sentit doctissimus Dausquejus in Orthogr. parte II. voce *Auno.* utro modo haec nomina scribenda sint Salmasium olim per epistolam consuluit Maximus Gronovius, quae num. CCLIX. exstat inter eas, quas Celeberrimus Burmannus edidit. Sed responsum viri summi numquam prodiit, ut, quae ejus sententia fuerit, ignoremus.

v. 40. *Sanguineo cum laeta viro*] Perspicua est sententia, ut excudi jussimus; ex hoc enim totius loci pendet sensus & elegantia, hoc modo; *Sanguineo tum laeta viro* &c. ut sit sensus, *tum inquit*, Juno nimirum, *Intulerit Latio* &c. pro quo pessime *cum* surrepserat hactenus: *laeta* autem pro laetata, vel gavisa; ὄνομα ἀντὶ μετοχῆς. D. HEINSIUS. *Sanguineo tum laeta viro* libri scripti, non *cum*. N. HEINSIUS. Quam parum literae *c* & *t* in scriptura Longobardica differant, probe sciunt, quibus membranas veteres vel inspexisse datum, ut inde facillimo lapsu vocula *tum* in *cum* mutari potuerit ab indoctis librariis.

v. 41. *Venientum haud inscia cladum*] Sic recte libri scripti cum primis editionibus; nisi quod in Putean. sit *aut inscia*. Marsus, & ex eo quidam alii, *venientum nescia cladum*: sed contra sensum Silii, qui infra etiam ait lib. VIII. vers. 27.

Praescia Cannarum Juno atque elata futuris.

Neque Dausquejo accedo, cui *haud nescia*, quod nonnulli habent, non displicebat. Pariter enim infra legendum lib. X. vers. 339. ex optimo Coloniensi libro *Latiique haud inscia fati*, ut Illustrissimus Heinsius monuit: & sic Virgil. lib. VIII. Aen. vers. 627.

Haud vatum ignarus venturique inscius aevi.

v. 42. *Intulerit Latio Dardaniam* &c.] Silius imitatur locum hunc Maronis lib. I. Aen. vers. 67.

Ilium in Italiam portans victosque Penates.

v. 43. *Exsul Dardaniam*] Perperam haec & sequentia per interrogationis notam legebantur. N. HEINSIUS.

v. 43. *Bis numina capta Penates*] Primum nempe ab Hercule, secundum à Graecis sub Agamemnone, unde etiam Virgilio *bis capti Phryges* vocantur lib. IX. Aen. vers. 598. & 635. Alii & tertium expugnatam Trojam dicunt ab Amazonibus. vide Doctissimum Dausquejum infra ad vers. 511. & ad Quintum Calabr. lib. I. pag. 32.

v. 46. *Similisque mihi*] *tibi* reponit Gronovius lib. II. Observ. cap. IX. & Hugo Grotius vir maximus. *similis tibi*, *Ticine*. τὸ *mihi* possis referre ad *retro fluat*: *mihi* quia Romanis infesta Juno. N. HEINSIUS. Verum est; emendatum voluit vir summus J. Fr. Gronovius *similisque tibi* in Observationibus: sed tantum in priori editione. In posteriori enim, quae anno 1662. prodiit, mutata sententia hanc conjecturam induxit, cum jam antea in gustu ad Statii lib. V. Theb. vers. 579. docuisset, τὸ *mihi* hic eleganter παρέλκειν. sic infra lib. XIII. vers. 854. *veniet tibi origine parva In magnum imperium Consul.* Virgil. lib. V. Aen. vers. 391. *ubi nunc nobis Deus ille.* Livius in praefat. Histor. *Ad illa mihi quisque attendat animum.* Statius lib. VIII. Theb. vers. 671. *ubi autem Egregius dux ille mihi.* Claudian. in VI. Cons. Honor. vers. 470.

Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum.

Vide Servium ad Maron. lib. I. Georg. vers. 45. Manut. ad Cicer. lib. IX. ad famil. Ep. 2. N. Heinsium ad Claud. Bell. Gildon. vers. 47. Brockhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. IV. vers. 47. Celeberrimum Burmann. ad Petronii Satyr. cap. CI. & Vechner. in Hellenol. lib. I. cap. VI. qui Latinos in eo Graecos imitatos fuisse docet. Nec male etiam Heinsius τὸ *mihi* ad *retro fluat* refert.

v. 50. *Cannas tumulum Hesperiae*] Ex illo Catulli carm. LXVIII.

Troja, nefas, commune sepulcrum Asiae Europaeque.

BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XXIV. Similiter & Liv. lib. XXVI. cap. XLI. *Trebia, Thrasymenus, Cannae, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum*

Aufonio merfum fublimis Iäpyga cernam:
Teque vadi dubium coëuntibus, Aufide, ripis
Per clipeos, galeafque virûm, caeſofque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.
Haec ait; ac juvenem facta ad Mavortia flammat.
Ingenio motûs avidus, fideique finifter
Is fuit: exfuperans aftu; fed devius aequi.
Armato nullus Divûm pudor: improba virtus,

Et

citum Conſulumque Romanorum. Manil. libro IV. Aſtron. verſ. 658.

Fecit & aeternam Trebiam, Cannaſque ſepulcris
Obruit.

Plin. lib. XV. Hiſt. Nat. cap. XVIII. *Quod non Trebia aut Thraſymenus, non Cannae buſto inſignes Romani nominis perficere potuerunt.* Livius lib. XXXI. cap. XXIX. *Capua quidem ſepulcrum ac monumentum Campani populi ſupereſt.* Propert. lib. II. Eleg. I. verſ. 27. *civilia buſta Philippos.* Claudian. Bell. Getic. verſ. 635.

O memoranda mihi cunctis Pollentia ſaeclis!
O meritum nomen felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale ſolum, memorabile buſtum
Barbariae.

v. 54. *Adriaci ponti*] Scribendum *Hadriaci*, ut habent membranae Colonienſes. vide infra ad lib. VIII. verſ. 440.

v. 57. *Exuberans aſtu*] Error minime ferendus eſt. Recte vero membranae Oxon. *exſuperans.* Vix enim quiſquam Romanorum ducum cum Hannibale congreſſus, quem non dolo circumvenerit. BARTHIUS lib. VII. Adverſ. cap. XV. Inſcite *exuberans* & contra legis metricae rationem vulgo circumfertur, etiam monente Barthio. N. HEINSIUS. *exſuperans* etiam codex Putean. cum editione Mediol. & D. Heinſii, ut legendum eſſe viri docti ad hunc locum monuerunt, & ante eos Jac. a Cruce annot. in varios pag. m. 680. In Baſileenſi editione, unde Dauſquejus *exſuperans* profert, vulgata exſtat lectio. *exſuperans aſtu*, ut *exſuperare virtute* apud Virgil. lib. XII. Aen. verſ. 19.

O praeſtans animi juvenis, quantum ipſe feroci
Virtute exſuperas.

Hannibal autem vel *exſuperabat aſtu* hoſtes ſuos, à quorum nullo umquam deceptus eſt, teſte Polyb. lib. X. Hiſtor. cap. XXX. Ἔσφηλε μὲν τοὺς ὑπεναντίους πολλάκις ἐν τοῖς κατὰ μέρος χρείαις διὰ τὴν ἰδίαν ἀγχίνοιαν, ἐσφάλη δ' οὐδέποτε. *Saepe ille quidem adverſariorum duces, qui per partes proelia capeſſerent, in fraudem, quae fuit ejus ſollertia, illexit; ipſe tamen deceptus eſt numquam.* vel *exſuperabat aſtu* ipſos Karthaginienſes, ſuper quos, quamvis fraudulentiſſimos, Hannibal dolis eminebat: unde *armatam dolis mentem* ejus inter cauſſas refert Silius infra verſ. 188. quibus militum favorem ſibi conciliavit, & poſt Haſdrubalis mortem imperium militare accepit. *Aſtus Hannibalis* pro bello Punico ſecundo dixit Martial. lib. IV. Epigr. XIV.

Aſtus Hannibalis leveſque Poenos
Magnis cedere cogis Africanis.

Ita enim recte emendavit Gruterus. vulgo erat *Faſtus Hannibalis.* Verſu praeced. primae editiones habent *fideique ſiniſtrae.*

v. 57. *Devius aequi*] Perperam editio Romana *devius aequis.* *devia veri Pectora* infra habemus lib. VIII. verſ. 318. N. HEINSIUS. Martian. Cap. lib. III. pag. 49. *devius promiſſi es.*

v. 58. *Armato nullus Divûm pudor*] Idem Hannibali objicit Hannon infra lib. II. verſ. 309. cum vocans *pectus inane Deorum.* Liv. lib. XXI. cap. IV. *Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant, inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus Deûm metus, nullum juſjurandum, nulla religio.* Ejus rei illuſtre exemplum infra praebet Hannibal lib. XII. verſ. 633.

——— *ſed non te craſtina nobis*
Lux umquam eripiet, deſcendat Jupiter ipſe
In terras licet.

& lib. XVII. verſ. 318.

Horreſcamne ipſos, veniant ad proelia, Divos,
Cum fletis prope me?

Tale ingenium jam in puero apparuit. vix enim duodecimum annum agens ita inquit h. lib. verſ. 116.

Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non celſae obſtiterint Alpes Tarpeiaque ſaxa.

v. 59. *Et pacis deſpectus honor*] Quod & uxor Imilce de eo teſtatur lib. III. verſ. 125. *credisque viris ignobile letum Belligeris in pace mori.*

v. 59. *Penituſque medullis Sanguinis humani flagrat ſitis*] Ger. Voſſius ad oram libri ſui notarat, legendum ſibi videri *penitiſque medullis*, quod non probo. Mox enim habes verſ. 173. *penituſque infuſa medullis Peſtis.* Crudelitatem Hannibalis memorant Liv. lib. XXI. cap. IV. & Cic. lib. I. de Offic. cap. IV. ſed praecipue eam exagitat Seneca lib. II. de ira cap. V.

v. 69. *Inſuper aevi Flore virens*] *his ſuper*, non *inſuper*, in ſcriptis. probe. N. HEINSIUS. Cum ſcriptis faciunt editiones Marſi, Juntina, Aldina, & Nutii. Idem cum & in aliis inveniſſet doctiſſimus Dauſquejus, ac Silium ita loqui ſolere pluribus exemplis probaſſet, vitium tamen non ſatis habere judicavit, ut τὸ *inſuper* de poſſeſſione deturbaret.

Sed

Et pacis despectus honos: penitusque medullis
Sanguinis humani flagrat sitis: his super, aevi
Flore virens, avet Aegates abolere, parentum
Dedecus, ac Siculo demergere foedera ponto.
Dat mentem Juno, ac laudum spe corda fatigat.
Jamque aut nocturno penetrat Capitolia visu,
Aut rapidis fertur per summas passibus Alpes.
Saepe etiam famuli turbato ad limina somno

Expavere

Sed minus recte; *insuper* enim primum exstitit in editione Martini Herbipolensis, cum omnes priores editiones *his super* habeant, nisi quod in Rom. Parm. & Mediol. errore operarum *bis super* sit. Exemplis Dausqueji adde & hoc ex lib. XI. vers. 142.

His super excisam primori Marte Saguntum.

v. 61. *Avet Aegates abolere, parentum Dedecus*] Lege, *paternum*. N. HEINSIUS. Nihil mutem. Lutatius enim ad Aegates non Hamilcarem, Hannibalis patrem, sed Hannonem superavit. vide Polyb. lib. I. cap. LX. & Aurel. Victor. in Vir. illustr. cap. XLI. Deinde optime Dausquejus in Orthogr. part. II. pag. 13. docuit, ubique *Aegates* vel *Aegathes* scribendum esse, non vero *Aegades* vel *Aegadas*, ut visum erat Cluver. lib. II. Sicil. Antiq. cap. XV. pag. 419.

v. 62. *Siculo demergere foedera ponto*] *detergere* opinabar aliquando. Ignominiam foederis Siculo ponto avet detrahere, quod victi illic Karthaginienses pacem probrosam cum Romanis inire sint compulsi. infra vers. 102.

——— *si fata negarint*
Dedecus id patriae nostra depellere dextra.

Aegates servilia foedera habes lib. XI. vers. 530. sed hanc conjecturam non nimis vendito. N. HEINSIUS. Claudian. lib. II. in Eutrop. vers. 10. *tunc ire recentes Detersum maculas*. Gunther. lib. VII. Ligur. vers. 380.

Atque illud nostro detergito dedecus aevo.

vide Rittershus. ad Gunth. lib. I. vers. 123.

v. 64. *Jamque aut nocturno* &c.] Finxit hoc Silius, ut ostendat, quam avide Hannibal cum Romanis bellum susceperit, quibuscum vel in somno pugnabat. Quaecumque enim magna cura interdiu aguntur, vel cogitantur, ea plerumque homines somniare solent. Accius in Bruto apud Cicer. lib. I. de Divin. cap. XXII.

Rex, quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quaeque agunt vigilantes, agitantque, ea si cui in somno accidunt,
Minus mirum est.

Auctor Octaviae vers. 740.

Quaecumque mentis agit infestus vigor,
Ea per quietem sacer & arcanus refert
Veloxque sensus.

Egregie Petron. in Satyr. cap. CIV. *Quidquid luce fuit, tenebris agit.* &c. ubi Gonsal. similia Nonni & Claudiani loca laudavit. Huc etiam quam maxime facit locus festivissimi Aristoph. qui ἐν Νεφέλ. act. I. sc. I. senem inducit de immodico filii studio erga equos querentem; filium vero, interim dum pater loquitur, nil nisi rem equestrem & agitationes in stadio somniantem fingit. Genus autem hoc somnii Graecis ἐνύπνιον, Latinis *insomnium* dicitur, quod Macrob. describit lib. I. in somn. Scip. cap. III. *quoties cura oppressi animi corporisve, sive Fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talis se ingerit dormienti.*

v. 64. *Nocturno visu*] Vir Doctissimus D. Heinsius ad Silii lib. II. vers. 621. *nisu* hoc loco legendum esse conjiciebat. Acute, sed num vere dubito. malim certe *nocturno visu* cum Dausquejo, id est, somnio, ut apud Livium lib. VIII. cap. VI. *Hos ubi nocturnos visus inter se Consules contulerunt.* *Visus* & *visum* in re somniorum propria vocabula. vide quae notata sunt ad Petron. Satyr. cap. CXXVII. & alibi.

v. 66. *Famuli turbato ad lumina somno*] Optime *ad limina* legi potest, quod Clarissimo viro P. Scriverio quoque placere video, nam *famuli ad limina* custodes sunt & janitores. Glossae veteres, *Ad limina*, θυρωρός. quae Graeci per ἀπὸ eleganter, sed raro, efferebant: sic ἱερέα ἀφ' ἑστίας dici invenio, qui τῇ ἑστίᾳ praeerat: quod Latinis frequens. D. HEINSIUS. Interpres hic denuo nugas agit, dum vulgatae lectioni adversus membranarum veterum auctoritatem & fidem temere patrocinatur. Scripti nimirum *ad limina*; quod Maronis, Appuleji, Glossarum veterum exempla, ab aliis jam producta, satis asserunt. N. HEINSIUS. Si quis tamen omnino *ad lumina* malit, caveat, ne *famulos ad lumina* exponat λυχνούχους vel λυχνάπτας, ut Dausquejus fecit, qui hic locum non habent. Sed *ad lumina* est de nocte, accensis & illatis luminibus. Horat. lib. II. Epist. II. vers. 97.

——— *totidem plagis consumimus hostem*
Lento Samnites ad lumina prima duello.

Propert. lib. III. Eleg. VI. vers. I.

——— *ad extremas fuerat mihi rixa lucernas*:

ut ita famuli clamore Hannibalis territi dicantur lumina intulisse; sic apud Nason. lib. XI. Metam. vers. 679. Halcyone, Ceyce conjuge ei in somno apparente, & naufragium ac mortem nunciante, perturbata ejulat, cujus *moti voce ministri Intulerant lumen.* apud Malelam part. II. Chron. pag. 22. Julianus

Expavere trucem per vasta silentia vocem,
Ac largo sudore virum invenere futuras
Miscentem pugnas, & inania bella gerentem.
Hanc rabiem in fines Italûm, Saturniaque arva
Addiderat quondam puero patrius furor. ortus
Sarrana prisci Barcae de gente, vetustos
A Belo numerabat avos. namque orba marito
Cum fugeret Dido famulam Tyron, impia diri
Belides juvenis vitaverat arma tyranni,
Et se participem casus sociarat in omnes.
Nobilis hoc ortu, & dextra spectatus Hamilcar,

Ut fari

nus vulneratum se sentiens flere incipit, excubitores autem ad vocem ejus *μετὰ λαμπάδων cum lampadibus* tentorium regium ingrediuntur. Eo sensu *ad lunam* dixit Petron. in Satyr. cap. CIII. id est, splendente luna. vide quae ibi plura notavit vir Celeberrimus Petrus Burmannus. Mihi tamen *famuli ad limina* quam maxime probantur, quos & scriptorum codicum auctoritas firmat. & ita jam legit Beroaldus ad Appulej. lib. II. Metam. pag. 241. Edit. Basil. in octavo. Sunt autem servi, qui ad fores cubiculi dominici excubabant, quales memorantur apud Homer. Odyss. Z. vers. 18.

Πὰρ δὲ δύ' ἀμφίπολοι Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσαι
Σταθμοῖιν ἑκάτερθε, θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναί.

Aderant duae ancillae à Gratiis pulchritudinem habentes ab utraque poste; fores vero splendidae clausae erant. vide Lips. ad Tacit. lib. XIV. Ann. cap. XLIV. Frequens vero vocum *limina* & *lumina* in libris scriptis confusio notatur. Vide Pierium ad Virgil. lib. IV. Aen. vers. 185. N. Heinsium ad Claud. de III. Consul. Hon. vers. 164. lib. III. de laud. Stilic. vers. 287. ad Nason. lib. II. Metam. vers. 3. Valer. Flacc. lib. IV. vers. 28. & Silii lib. XVI. vers. 230.

v. 68. *Ac largo sudore virum* &c.] *συμμαχοῦντα.* Est autem *φανταστικὸν*, de quo hic agit poeta, non *φάντασμα*, nullo subjacente *φανταστῷ*: distinguunt enim inter *φαντασίαν*. *φανταστὸν*, *φανταστικὸν*, & *φάντασμα* Philosophi, idque ex sententia, ut opinor, Chrysippi. D. HEINSIUS.

v. 71. *Addiderat quondam*] Metuo valde, ne hic versus a mala manu sit interpolatus. est enim inconcinnus, nec facit ad Silianam elegantiam. pro *quondam* Putean. & Parm. *tandem*. N. HEINSIUS. Nec aliter membranae Oxon. & editio Mediolanensis.

v. 74. *Cum fugeret Dido famulam Tyron*] Hanc lectionem recte Dausquejus contra typographorum ineptias vindicavit. *Famula Tyros*, quae Pygmalioni in servitutem redacta erat, ejusque crudeli imperio parebat. Silius infra lib. II. vers. 366.

——— nec te, patria inclita, dedam
Aeternum famulam: liberque Acheronta videbo.

Livius lib. XXV. cap. XXXI. *Non ut populus Romanus servam civitatem haberet, sed ne transfugarum duces captam & oppressam tenerent.* apud Ovid. lib. II. ex Pont. Epist. II. vers. 79. Illyris dicitur

Caesareum famulo vertice ferre jugum.

vide N. Heinsium ad Ovid. lib. I. Fast. vers. 286.

v. 78. *Primamque datum distinguere lingua vocem*] *prima lingua* Putean. sed frustra. infra lib. II. vers. 349.

Cum primam tenero vocem proferret ab aevo.

v. 80. *Romanum saevit*] Aptius *sevit* sine diphthongo legebat meus Putschius, qui ad Hamilcarem haec referebat, ut saepissime loquuntur poetae. commode autem *sevit*, utpote in mente adhuc tenera. *εὔφυοι*. D. HEINSIUS. Certa doctorum conjectura, *sevit*, totidem literis à membranis Oxoniensibus firmatur. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Senec. Epist. CIV. *Ipse tibi seres sollicitudinum caussas, alia sperando, alia desperando.* Persius Sat. V. vers. 63. *purgatas inseris aures Fruge Cleanthea.* ubi vid. Casaub.

v. 81. *Urbe fuit media sacrum genetricis* &c.] Doctissimus Dausquej. *τὸ sacrum* hic *templum* interpretatur, quo sensu Graecis & *ἱερὸν* sumitur. sed male. *Sacrum* enim hic est sacratum, dedicatum; & referendum est ad *templum*, ut sit, *templum sacrum Manibus Elissae.* Silio itaque teste juravit Hannibal in templo Didonis, quod Karthagine erat. at Polyb. lib. III. cap. XII. Nepos in Hannib. cap. 2. narrant, id factum fuisse, cum pater ejus in Hispaniam profecturus Jovi sacra faceret. unde Dausquej. non male conjecit, forte hoc contigisse in templo Jovis Hammonis, qui communis Afrorum Deus, & quidem summus erat, ut ei duces ad bellum profecturi recte vota susceperint, quemadmodum Romani Jovi Capitolino. Livius vero lib. XXI. cap. I. Valer. Max. lib. IX. cap. III. ex. ext. 3. & Aurel. Vict. de viris Illustr. cap. XLII. sacrificii Jovi oblati non meminerunt; sed tantum, jurasse Hannibalem, cum pater exercitum in Hispaniam (nota bene) trajecturus sacrificaret: ut minus attente illos consuluerit Dausq. qui inde patere putabat, Hamilcarem adiisse jam Herculis columnas, & exercitum in Hispaniam trajecisse, priusquam Hannibal juraret. Apta autem est Silii fictio, non Jovis sed Didûs templum memorans. Cum enim Dido, quae

propter

Ut fari primamque datum distinguere lingua
Hannibali vocem, sollers nutrire furores,
Romanum sevit puerili in pectore bellum.
Urbe fuit media sacrum genetricis Elissae
Manibus, & patria Tyriis formidine cultum,
Quod taxi circum & piceae squalentibus umbris
Abdiderant, coelique arcebant lumine, templum.
Hoc sese (ut perhibent) curis mortalibus olim
Exuerat Regina loco. stant marmore maesto
Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum
A Belo series: stat gloria gentis Agenor,

Et

propter Aeneae amorem violentas sibi manus intulit, Romanis inimicissima ubique effingatur, ad nullius numinis aram decentius Hannibal hoc bellum contra Romanos patri jurare potuit. Idem repetit Silius infra lib. III. vers. 82.

——— *Duc per cunabula nostra,*
Tangat Elisseas palmis puerilibus aras.

Pro *aris* autem *Elisseis* lib. II. vers. 425. *infernas aras* nominat: forte quod sacra magica in templo Didonis facta fuerint, ut ex hoc loco patet.

v. 81. *Elissae*] Ita ubique in Silio reposuit N. Heinsius, quem vide ad Nason. Epist. VII. Heroïd. in princ. ad Claud. de Laud. Seren. vers. 147. ad Silii lib. XIV. vers. 259. & Dausq. in Orthogr. part. 2. hac voce.

v. 82. *Patria Tyriis formidine cultum*] Carpit Dausq. D. Heinsium, qui ad Silii lib. III. vers. 215. *formidine* exposuit religione, δεισιδαιμονίᾳ; cum ipse mallet metu, timore; putans respicere poëtam ad morem Poenorum, liberos suos forte ductos Saturno immolandi: sed in templo Didonis id factum fuisse non constat. quare etiam Heinsii expositionem praefero: nam ita Silius infra de militibus, sacras Alpes à se temeratas recordantibus, eaque religione turbatis, lib. XVII. vers. 508. *formidinis hujus Plena acies.* Virgil. lib. VII. Aen. vers. 607.

Religione sacrae & saevi formidine Martis.

Voces *pavor* & *timor* saepe eo sensu sumi d. loco docuit D. Heinsius, ut & *τὸ metus* in notis ad Horat. lib. II. od. XIX. vers. 5. *Patrius* autem est gentilis, *πατρῷος*, ut infra lib. XV. vers. 722.

Nec soli faciles, longique laboris anhelos
Avertit patrius genti pavor.

ubi vid. N. Heinsium.

v. 84. *Coelique arcebant lumine templum*] pro quo Auson. in Mosell. vers. 15. dixit, *exclusum viridi caligine coelum.* P. Scriverius, notante ad marginem libri sui G. Vossio, legebat *coelique arcebant lucida templa*, ut apud Lucret. lib. II. vers. 1037.

Suspicere in coeli dignantur lucida templa.

Sed nihil muto. *templum* enim, ut supra monui vers. 81. jungendum cum vocibus *sacrum genetricis Elissae Manibus*, sine quo sensus non constat. Exponantur itaque haec per hypallagen, *arcebant lumine templum*, pro arcebant lumen templo. Sic Auct. Aetn. vers. 55.

Armatus flamma removet caligine mundum,

pro removet caliginem mundo: ut locus ille nulla medicina indigeat, quamvis aliter Illustrissimo Scaligero visum fuerit.

v. 86. *Stant marmore maestae Effigies*] *marmore maesto* eleganter codices scripti, tamquam spirante, uti jam à me monitum est ad Claud. VI. Consul. Hon. vers. 379. ubi id illustravimus. *Maestum marmor* quasi vivum & spirans, apud Statium lib. XII. Theb. vers. 314.

Quamquam texta latent, suffusaque sanguine maeret
Purpura.

Apud Claudian. Carm. de piis Fratribus, ut quidem ex optimis membranis jam pridem castigavi,

Erexit formido comam, perque omne metallum
Fusus in attonito palluit ore tremor.

apud eundem VI. Consul. Honor. vers. 379.

——— *ut in aere trementi*
Succinctae famulum ferrent Atlanta cohortes.

In Catal. Pithoei de statua pueri & Satyri pag. 184. N. HEINSIUS. Nec aliter hoc loco emendandum censuit vir Illustrissimus ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 466. Sic Virgil. lib. I. Georg. vers. 479.

Et maestum illacrimat templis ebur.

Imitatur autem hic Silius Maronem, qui Pici regiam seu templum describens, in eo pariter omnes Latini majores sculptos fuisse narrat lib. VII. Aen. vers. 177.

v. 88. *A Belo series*] Illo nimirum, quem Ζῆνα Λίβυν Graeci poëtae dicunt, quem M. Tullius *quintum Jovem*, lib. de Nat. Deor. tertio [cap. XVI.] *Quintus*, inquit, *in India*, *qui Belus dicitur.* Latini quoque *Libycum Jovem* vocant. Ita lege apud Propert. [lib. IV. Eleg. I. vers. 99.]

Quod nec harenosum Libyci Jovis explicat antrum.

cum *Libyae* vulgo legatur: exemplo nempe Graecorum usus est Umber ille. Nonn. Dionys. [lib. III. vers. 282.]

——— καὶ τότε κούρῳ
Δεξαμένη πατρῷα Διὸς χρονίου ὠδῖνα
Ζῆνα Λίβυν τίκε Βῆλον ἐμῆς ἀροτῆρα γενέθλης.

D. HEINSIUS.

Et qui longa dedit terris cognomina Phoenix.
Ipsa sedet tandem aeternum conjuncta Sychaeo:
Ante pedes ensis Phrygius jacet. ordine centum
Stant arae coelique Deis, Ereboque potenti.
Hic, crine effuso, atque Hennaeae numina divae,
Atque Acheronta vocat Stygia cum veste sacerdos.
Immugit tellus, rumpitque horrenda per umbras
Sibila; inaccensi flagrant altaribus ignes.

Tum

* v. 88. *Series nepotum*] Propert. lib. IV. Eleg. XI. vers. 94. *Et serie fulcite genus.* Statius lib. VI. Theb. vers. 269. *series antiqua parentum.* vide N. Heinsium ad Claud. lib. I. in Europ. vers. 455.

v. 91. *Ensis Phrygius*] vide infra ad lib. VIII. vers. 150.

v. 91. *Ordine centum Stant arae*] ἑκατὸν enim τῆς Ἑκάτης numerus est: unde in illo Maronis [lib. IV. Aen. vers. 510.] *Ter centum tonat ore Deos*, *ter* non cum *centum*, ut vulgo receptum, sed cum *tonat* jungendum est: uterque enim numerus, & τὸ *ter*, & τὸ *centum*, infernis sacer erat. *Ter tonat ore centum Deos.* D. HEINSIUS.

v. 93. *Atque Hennaeae*] *Atque* bis repetitum exempli est Maroniani Ecl. v. vers. 23.

Atque Deos atque astra vocat crudelia mater.

N. HEINSIUS. Plaut. in Bacch. act. III. sc. III. vers. 67. *Atque acerrime atque aestuose absorbet.* Ita hunc locum laudavit Gebhard. lib. I. Crep. cap. IX. qui nunc aliter longe in libris vulgatis legitur. Plura exempla habet vir Celeberrimus Jac. Gronovius ad Gell. lib. VII. cap. IV.

v. 93. *Ennaeae numina Divae*] Liberam nempe; ita enim Hecaten dicebant Ennaei, unde & Bacchus Siculis *Libros* dictus est, quod vulgo natus ejus crederetur: cave enim vulgo interpretum credas, qui à Latino utrumque deducunt, cum τὸ λιβεῖν sit σπονδεῖν, & λιβρὴ epithetum noctis sit, quod Homero ἐρεβεννή. At quotusquisque est omnium Grammaticorum, qui hic non ineptiat? *numina* autem πληθυντικῶς eleganter dixit, ut de πολυωνύμου, unde & *nomina* legi posset optime. D. HEINSIUS. Membranae habent *Aethnaeae*, non vero opus est *Ennaeae* & hoc & aliis auctorum locis rescribere, cum de Proserpina sermo est. Exempla ejus rei alibi notabimus. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *Aethnaeae* cur ex Oxon. codice malit reponi Barthius, nihil caussae video, obnitentibus ceteris membranis. infra vers. 214. *Ceres Hennaea*, quomodo optimae membranae, ut & hoc loco; tum lib. II. vers. 306. *Latimus Hennaeas valles*, ex iisdem scriptis. lib. V. vers. 489. *Huc Hennaea cohors.* lib. VII. vers. 683. *Hennaea virgine rapta.* lib. XIII. vers. 450.

——— *Divae*
Caeditur Hennaeae casta cervice juvenca.

sic scripti. lib. XIV. vers. 246. *Hennaea virgo.* N. HEINSIUS. *Aetneae divae* etiam Mediol. editio. Solemnis hic librariorum error est, ut viri docti saepe notarunt. Barthius tamen hoc loco, & lib. XXI. Advers. cap. VIII. & ad Claudiani lib. I. de Rapt. Pros. vers. 121. aliique Cererem & Proserpinam tam *Aethnaeam*, quam *Ennaeam*, dici posse existimant. Maximus Gronovius in Diatr. Stat. cap. LIX. Deas illas semper *Ennaeas* vocandas esse contendit, idque sine aspiratione, quomodo Dausq. in Orthogr. part. II. ea voce, & Tennul. ad Front. lib. II. Strat. cap. VII. §. 22. etiam *Enna*, non *Henna*, scribi volunt. Denique Schott. lib. II. Observ. Human. cap. VIII. Salmas. ad Solin. pag. 77. N. Heinsius ad Claudian. lib. I. de rapt. Pros. vers. 121. aliique semper addendam aspirationem, Proserpinamque *Hennaeam* vocandam esse docent: quorum sententiae etiam calculum appono. ab hac enim parte stant numismata, quibus in vera orthographia investiganda tutissime creditur. vide Illustr. Spanhem. de us. & praest. Numism. Diss. ult. p. m. 906. notas in Callim. Hymn. in Cerer. vers. 15. & virum Celeberrimum Jac. Gronov. in Dissert. Epist. in Liv. pag. 31. Quod vero Silius unius Proserpinae *numina* πληθυντικῶς meminerit, non ideo fecit, quoniam numen illud πολυώνυμον sit, ut Dan. Heinsius credidit; nam & de omnibus aliis Diis ita loqui solent Poëtae. De Marte Silius mox vers. 118. *juro nostri per numina Martis.* de Cupidine Virgil. lib. I. Aen. vers. 666. *supplex tua numina posco.* de Minerva Ovid. lib. VI. Metam. vers. 3.

Numina nec sperni sine poena nostra sinamus.

& vers. 44. *venerantur numina Nymphae.* de Junone Virgil. lib. VII. Aen. vers. 310. *si mea numina non sunt Magna satis.* Quare nec *numina* in *nomina* mutanda sunt, quamvis saepius in MSS. haec vocabula turbentur. vide infra ad lib. XVI. vers. 653. *Numen* vel *numina Dei* est Deus ipse. Liv. lib. VII. cap. XXVI. *Minus insigne certamen humanum, numine interposito Deorum, factum.* lib. VIII. cap. XXXII. *Adversus numen Deorum ausus et cum hoste confligere.* in lapide antiquo apud Fabrett. in Inscr. pag. 76.

v. 96. *In accensis flagrant altaribus ignes*] Certa doctorum conjectura *inaccensi ignes*, quae totidem literis à membranis Oxoniensibus firmatur. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *Inaccensi* scripti: ne dubita; quod & Barthius asseruit, & Modius ad Curt. lib. VI. legitur & in editione Parmensi ac aliis. *in accensis altaribus* male circumferebatur. N. HEIN-

Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti, vultusque in marmore sudat Elissae.
Hannibal haec patrio jussu ad penetralia fertur:
Ingressique habitus atque ora explorat Hamilcar.
Non ille evantis Massylae palluit iras,
Non diros templi ritus, aspersaque tabo
Limina, & audito surgentes carmine flammas.

Olli

HEINSIUS. *Inaccensi ignes* etiam Mediolan. editio, quam lectionem jam olim asseruit N. Heinsius ad Claudian. lib. I. de Rapt. Proserp. vers. 225. *inaccensorum ignium* meminit Sueton. in Tiber. cap. XIV. *Accidit, ut apud Philippos sacratae olim victricium legionum arae sponte subitis collucerent ignibus.* Plura vide apud Celeberr. Burmannum in Jove Fulgur. cap. IX.

v. 98. *Vultusque in marmore sudat Elissae*] De hoc prodigiali imaginnm sudore habes in Apolline Cumano exemplum lib. I. de Divin. apud Tullium: de simulacro Martis apud Obseq. M. Cicerone & C. Antonio Coss. de Palladio apud Maronem. Sic Coss. Cn. Calvino & Valerio Messala inter alia prodigia teste Dione [lib. XL. pag. m. 128.] ἀγάλματα τὰ μὲν ἵδρωσε, τὰ δὲ ἐκεραυνώθη. Sic idem lib. XLIII. inter alia, quae pugnam Mutinensem praecedebant, enumerat τοὺς τῶν ἀγαλμάτων ἱδρῶτας, & Apollonii Rhodii Interpres notat generaliter, tristem casum solere ab his sudoribus imaginum denunciari: ὅταν μέλλῃ τι συμβαίνειν, inquit, χαλεπὸν, εἰώθει τὰ ἀγάλματα ἱδροῦν: quod quidem accidisse idem in bello Philippi contra Athenienses circa Chaeroneam testatur, nempe ut imagines sudarint. D. HEINSIUS.

v. 101. *Evantis Massylae palluit iras*] Quid sit *Massylae* hoc loco, si scias, nec de emendatione mea dubitabis. Est autem *Massyla* Massylae gentis sacerdos, ut magnus Poëta loquitur,

Est mihi Massylae gentis monstrata sacerdos.

Quod ipsum & declarat vox *Evantis*: quae enim *ira* est in Evante, id est, furore sacro afflata? lego igitur *palluit aras*: ad aras enim gesta haec, ut docet perspicue Polyb. & Titus Livius ab urbe Condita lib. XXI. cap. I. *Fama etiam est*, inquit, *Hannibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Hamilcari, ut duceretur in Hispaniam, cum perfecto Africo bello exercitus eo traiecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum, se, cum primum posset, hostem fore Pop. Rom.* & omnium maxime luculenter ipse Silius lib. II. vers. 425.

Parte alia supplex infernis Hannibal aris
Arcanum Stygia libat cum vate cruorem,
Et primo bella Aeneadum jurabat ab aevo.

ex quibus efficitur *aras* legendum: quod ipsum, ut diximus, vel una vox *Evantis* arguit: *evans* enim *Massyla* sacra sacerdos hoc loco est, hinc εὐαστῖραι sacrae mulieres aut sacerdotes, cujus vocis ignoratio Orphea corrupit, cùm scribatur [Hymn. Eum.]

Κλῦθι θεαὶ πάντιμοι, ἐρίβρομοι, εὐάστειραι,

Cum εὐαστῖραι scribendum sit. Sic in Sileno idem,

Εὐαστὴρ, φιλάγρυπνε πάζων οἶσι Σιληνοῖς.

Quod vocabulum, ut fere omnia sacrorum, à Bacchi sacris ad reliqua translatum est, ut *Mysteria*, ut *Orgia*, ut *Initia*, quod postremum proprie ad sacra Bacchi patris ab antiquis referri solituın docet Marc. Tullius [lib. II. de Legib. cap. XIV.] quod ea omnium sacrorum initium fuerint. *Initia*, inquit, *ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus.* Omnium sactarum certe vocum principium fuerunt: *Evans* igitur eodem modo commune omnium sacrorum usu factum est. Barbari autem σαβάζειν pro εὐάζειν dicebant, quod recte interpres Graecorum epigrammatum monet lib. I. tit. εἰς θεοὺς, ad locum hunc: Μέλπωμεν βασιλῆα φιλεύιον. Τὸν γὰρ, inquit, περὶ αὐτὸν γενόμενον θειασμὸν εὐοῖ καλοῦσι, καὶ σπευάζειν (lege εὐάζειν) ὅπερ οἱ βάρβαροι σαβάζειν. Sed & Etymologus emendandus. Σαβάσιος ὁ Διόνυσος διὰ τὸν γενόμενον περὶ αὐτὸν θίασον. τὸ γὰρ εὐβαδίζειν οἱ βάρβαροι σαβάζειν λέγουσιν: quae verba duplici modo corrupta sunt. scribo διὰ τὸν γενόμενον περὶ αὐτὸν θειασμόν. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι &c. Ne dubites, audi Suidam. Ἔτυχε δὲ, inquit, τῆς προσηγορίας ταύτης παρὰ τὸν γενόμενον περὶ αὐτὸν θειασμόν. τὸ γὰρ εὐάζειν οἱ βάρβαροι &c. D. HEINSIUS.

v. 102. *Aspersaque tabo Limina*] Fortassis *exspersaque* Virgiliano verbo. Monet quippe Servius Aen. tertio apud Maron. vers. 625. legendum esse, *sanieque exspersa natarent Limina.* N. HEINSIUS. Eandem vocem ex Codd. scriptis Salmas. Solino restituit in Polyh. cap. XXV. *Exspersi liquore solis exortum motibus, quibus possunt, salutant.* ubi vulgo quoque *aspersi* legebatur. Apud Lucret. frequenter occurrit, sed longe alio sensu. Vulgatam autem lectionem defendit locus Silii infra lib. IV. vers. 793.

Quae porro haec pietas delubra aspergere tabo?

v. 103. *Audito surgentes cardine flammas*] Optime, ut puto, emendavi *audito surgentes carmine flammae.* Solebant enim sacerdotes antiquorum carmine ignem sacrum accendere, & vocum quarundam murmuratione. Nihil hic dicam de inepta veterum hujus loci interpretatione, qui, dum aliam omnino lectionem eruere non potuerunt, ineptam & inveteratam defenderunt. quid autem, hoc modo si legatur, simplicius aut verius? agnoscit enim poëta cantatum ignem alibi [lib. I. vers. 430.] ita enim vocat hoc loco *surgentem carmine flammam, cantato,*

Olli permulcens genitor caput, oscula libat;
Attollitque animos hortando, & talibus implet:
Gens recidiva Phrygum Cadmêae stirpis alumnos
Foederibus non aequa premit: si fata negarint
Dedecus id patriae nostra depellere dextra,
Haec tua sit laus, nate, velis: age concipe bella
Latura exitium Laurentibus: horreat ortus
Jam pubes Tyrrhena tuos: partusque recusent,
Te surgente, puer, Latiae producere matres.

His

to, inquit, *senior quem fecerat igne.* ita namque ibi intelligendus ille. Fuit autem hic barbarorum mos, de quo locus illustris apud Pausaniam Ἠλειακῶν α' [cap. XXVII.] qui in urbe Hierocaesarea & Hypaepis lignum aridum, nullo admoto igni, solo magorum carmine flammam concepisse affirmat; quem locum, ut agnoscas quid per *surgentem carmine flammam* velit Silius, ascribam, mi Lector, ne de lectione hac ultra dubitandum existimes. Ἔστι γὰρ, inquit ille, Λυδοῖς ἐπίκλησιν Περσικοῖς ἱερὰ, ἔντε Ἱεροκαισαρείᾳ καλουμένῃ πόλει, καὶ ἐν Ὑπαίποις. ἐν ἑκατέρῳ δὲ τῶν ἱερῶν οἰκήματι, καὶ ἐν τῷ οἰκήματι ἔστιν ἐπὶ βωμοῦ τέφρα. χρόα δὲ οὐ κατὰ τέφραν ἐστὶν αὐτῇ τὴν ἄλλην. ἐσελθὼν δὲ ἐς τὸ οἴκημα ἀνὴρ μάγος, καὶ ξύλα ἐπιφορήσας αὖα ἐπὶ τὸν βωμὸν, πρῶτα μὲν τιάραν ἐπέθετο ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, δεύτερα δὲ ἐπίκλησιν ὅτου δὴ θεῶν ἐπᾴδει βάρβαρα καὶ οὐδαμῶς συνετὰ Ἕλλησιν. ἐπᾴδει δὲ ἐπιλεγόμενος ἐκ βιβλίου. ἄνευ δὲ δὴ πυρὸς ἀνάγκη πᾶσα ἀφθῆναι τὰ ξύλα, καὶ περιφανῆ φλόγα ἐξ αὐτῶν ἐκλάμψαι. Dixit enim *cantatum ignem* in versu supra a nobis adducto Silius, ut *cantatas turres* lib. XI. vers. 447. de cantu Amphionis.

At, silice aggeribus per se scandente vocatis,
Jussit in immensum cantatas surgere turres.

Ita alter locus Silii ab altero manifeste illustratur, ab uno autem Pausaniae mirifice uterque. D. HEINSIUS. Eadem fide eaedem membranae Oxon. servant *carmine.* nam audire videbantur carmen, quae ad cantum surgebant. Flammis inerat divinationis species, quare recte *divinas* appellat Silius noster libro III. vers. 344.

Fibrarum & pennae divinarum sagacem
Flammarum.

Vide quae ad Claudian. secunda editione notamus. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *audito carmine* ex Oxon. Barthius. Ceteri codices perperam cum vulgatis *cardine.* Statius lib. VI. Theb. vers. 687.

Aera crepant, frustraque timent; at Thessala victrix
Ridet anhelantes audito carmine bigas.

Lucan. de re simili lib. VI. vers. 463.

Torpuit & praeceps audito carmine mundus.

Senec. in Medea vers. 685.

Heic fera serpens corpus immensum trahit,
Trifidamque linguam exsertat, &, quaerens quibus
Mortifera veniat, carmine audito stupet.

N. HEINSIUS.

v. 104. *Olli permulcens genitor caput oscula libat*] Imitatio est Maronis ex lib. I. Aen. vers. 255.

Olli subridens hominum pater atque Deorum
Oscula libavit natae.

v. 106. *Gens rediviva Phrygum*] Scribo, *recidiva*; quod perpetuum de hac gente apud Maronem, qui in eo versati sunt, esse non ignorant: mirae enim emphaseos & energiae singularis, quod profecto ignoravit Servius alibi, [ad lib. IV. Aen. vers. 344.] qui à *redivivo* vix distinguit: non ignorat Ausonius in doctissima pro Consulatu gratiarum actione. *Quae bona*, inquit, *praestas, efficis ne caduca sint; quae mala, prospicis ne possint esse recidiva.* & eleganter de Phoenice Corippus, *A busto recidiva suo.* & quid dubitamus? D. HEINSIUS. Recte membranae *recidiva.* Et nos scriptam lectionem typographorum somniis posthabemus? BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Optime Parens meus *recidiva*: quod & codex Putean. & Aldina ac Gryph. editiones confirmant cum Oxon. codice & eum secuto Barthio. neque aliter exemplar Parmae editum. Nec potes dubitare, si recorderis, *Pergama recidiva* apud Maronem ter quaterque occurrere. obloquitur tamen Interpres: sed vescatur is suis glandibus. nos eam vocem multis scriptoribus reddidimus animadversionibus ad Phoenicem Claudiani vers. 66. sic & *bella recidiva* restitui apud nostrum lib. X. vers. 257. N. HEINSIUS. Pro illa lectione stant etiam editiones Mediol. & Juntina. Eadem vox bis restituenda videtur Sereno Samm. ut cap. V.

Et juvenum praestant recidivo flore capillum.

& cap. LI.

Est etiam alternis febris recidiva diebus.

ubi vulgo similiter peccatur. *recidiva febris* memoratur Celso lib. III. de re med. cap. IV. *Adeo ut Hippocrates, si alio die febris desisset, recidivam timere sit solitus.* Ennod. lib. I. Ep. V. *Ad recidivam valetudinem tremebunda marcescentium cardinum limina juvenescunt.* male ibi etiam *redivivam* editur. Auctor Sodomae vers. 9.

Sed recidiva hominum pariter cum gente secunda
Impietas.

quem locum laudans Barthius lib. IV. Advers. cap. VIII. perperam *rediviva* citabat. Plura vide apud

Zinzerl.

His acuit stimulis. subicitque haud mollia dictu:
Romanos terra atque undis, ubi competet aetas,
Ferro ignique sequar, Rhoeteaque fata revolvam.
Non Superi mihi, non Martem cohibentia pacta,
Non celsae obstiterint Alpes, Tarpejaque saxa.
Hanc mentem juro nostri per numina Martis,
Per manes, Regina, tuos. Tum nigra triformi
Hostia mactatur Divae, raptimque recludit

Spirantes

Zinzerl. in Prom. Crit. cap. XXXIII. & Gronov. ad Senec. Troad. vers. 472.

v. 109. *Haec tua sit laus, nate, velis*] Scribo, *Haec tua laus, si, nate, velis.* Si nobis, inquit Hamilcar, denegatum est ab injuria Romanorum vindicare patriam nostram; at certe, o fili Hannibal, hujus rei gloria tua futura est in solidum, modo velis. Quid planius? D. HEINSIUS. *velim* opinor. nec impedit hiatus, quales plurimi hic illic apud Maronem occurrunt, etiam non raro ab inscitis librariis sublati, ut illic monuimus, & ad Claudian. Flaccumque Valerium. Infra vers. 627.

Hic spolia Aeacidae, hic Epirotica signa.

N. HEINSIUS. Similes hiatus in optimis poëtis non raro occurrunt. Interdum vero, quod huc propius facit, litera *m*, si non absorbetur, propter caesuram producitur. apud Propert. lib. II. Eleg. XII. vers. I. ex omnibus membranis legebat Brockhusius,

O me felicem, o nox mihi candida.

vulgo est *nox o mihi*. Ibid. Eleg. XXIII. vers. 101.

Hac eadem ante illam impune & Lesbia fecit.

ut ex MSS. contra Scaligerum vindicavit idem Brockhusius, quem ibi vide, & ad Tibull. lib. I. Eleg. V. vers. 33. Dausquej. nihil hoc loco apud Silium mutat, sed per ellipsin locum exponit: *velis, ut sit laus.*

v. 113. *Subicitque haud mollia dictu*] Vir Celeberrimus P. Burmannus malebat *mollia dicta*. ut apud Maron. lib. IX. Aen. vers. 804.

Demisit germanae haud mollia dicta ferentem.

lib. III. Georg. vers. 41. *tua, Maecenas, haud mollia jussa*. Horat. Epod. V. vers. 83. *mollibus Lenire verbis impias preces.*

v. 114. *Ubi competet aetas*] Godelev. ad Liv. lib. XXI. cap. I. hunc locum laudans pro *competet* habet *comparet*, quod in nullis libris obvium fuit. ex vetustis enim editis alii *conferet*, alii *competat*, habent: scripti vero à vulgata lectione non recedunt. sic Sueton. in Aug. cap. XXXI. *Si cujusquam neptium suarum competeret aetas.*

v. 115. *Rhoeteaque fata revolvam*] *Rhoetea fata* Trojana sunt. Trojano simile excidium minatur Romanis rebus. Interpretes haec non ceperunt. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *Rhoeteus* Silio interdum Romanus est, ut lib. II. vers. 51. lib. IX. vers. 621. lib. XVII. vers. 201. & alibi, eoque sensu Marsus & Dausq. hoc loco ceperunt. sed recte Barthius docet hic pro Trojano poni, ut lib. IX. vers. 72. aliisque locis. *revolvam fata* ut apud Virgil. lib. X. Aen. vers. 61. *iterumque revolvere casus Iliacos Teucris*. plura vide apud N. Heins. ad Nason. lib. II. Met. vers. 654. & Broekh. ad Propert. lib. IV. El. VII. vers. 51. Innuit igitur Silius id, quod Hannibal infra repetit lib. XVII. vers. 233.

——— *gentique superbae*
Iliacum exitium & proavorum fata dedissem.

v. 117. *Non celsae obstiterint Alpes*] Junt. Ald. aliaeque editiones,

Non celsae abstulerint Alpes Tarpejaque saxa
Hanc mentem. juro &c.

quam lectionem recte jam damnavit Dausq. nam libri scripti & antiquiores editi nihil mutant. sic Stat. lib. II. Theb. vers. 455. *nil tela, nec ignes Obstiterint.*

v. 119. *Tum nigra triformi Hostia mactatur Divae*] Magis haec ὁρκωμοσία quam θυσία est: id cum fiebat tamen, plerumque juramentum ipsum praecedebat victima, quod hic non observatur. Fuit autem juramentum hoc Hannibalis ex eorum genere procul dubio, quae ἐπὶ τομίων dicebantur, quae firmissima maximique ponderis erant. sic Tyndareus apud Pausaniam caesa equa juramentum ἐπὶ τομίων à procis filiae exegit, Hercules capro. At hic, ut apud Homerum, à quo multa mutuatur Silius, victima juramentum sequitur. Solebant autem exta illa, ad quae quis juramentum conceperat, execranda haberi, nec sacris usibus idonea, ut ne ipsis κωλακρέταις, ac per consequens sacerdotibus, commedenda illa apponerentur. Erant autem κωλακρέται non, ut Graeci quidam nugantur, aerarii aut thesaurarii, ut hodie dicimus, sed qui τὰ κῶλα, id est membra, quae ex sacrificiis supererant, sacerdotibus distribuebant; κῶλα enim majores victimae partes erant, sicut τραχήλια minores, ut ex Σφηξὶν Comici apparet: unde apud elegantiarum patrem Homerum victima, quam juramentum praecesserat, si minor erat, in mare abjiciebatur, si major, ab ea Dii & homines arcebantur. sic [Il. T. vers. 266.] simulac juraverat Agamemnon, se ne attigisse quidem Briseida, & postquam

——— σφάραγον κάπρου τάμε νηλέϊ χαλκῷ,
Τὸν μὲν Ταλθύβιος πολιῆς ἁλὸς ἐς βαθὺ λαῖτμα
Ῥῖψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν.

 Talthy-

Spirantes artus poscens responsa sacerdos;
Ac fugientem animam properatis consulit extis.
Ast ubi quaesitas artis de more vetustae
Intravit mentes Superûm, sic deinde profatur:
Aetolos late consterni milite campos,
Idaeoque lacus flagrantes sanguine cerno:
Quanta procul moles scopulis ad sidera tendit,
Cujus in aërio pendent tua vertice castra!
Jamque jugis agmen rapitur; trepidantia fumant

Moenia

Talthybius, inquit, arreptum in mare piscibus devorandum mittebat, idque quia victima nec πανηγυρικὴ erat, nec χαρμόσυνος, sed exsecranda propter juramentum Diis & hominibus. Sic horrendum illud juramentum Catilinae ἐπὶ τομίων sive σπλάγχνων fiebat, mactato nempe, ut refert Dio, puero: Παῖδα γάρ, inquit, καταθύσας καὶ ἐπὶ τῶν σπλάγχνων αὐτοῦ τὰ ὅρκια ποιήσας, ἔπειτα ἐσπλάγχνευσεν αὐτὰ μετὰ τῶν ἄλλων. nam σπλαγχνεύειν est ἐπὶ τομίων seu attrectatis visceribus juramento se obstringere: quod Crispus epoto sanguine cum vino mixto factum narrat. Atque hinc elegantissimo omnium hominum Homero [Il. Γ. vers. 105.] ὅρκια τάμνειν, id est, *foedus scindere*, est simpliciter *foedus inire*: unde τάμνειν reddit Hesychius συντίθεσθαι, non quod τάμνειν per se quid tale designet, nugae enim merae, sed quod id fit in loco illo, ubi cum ὅρκια jungitur, ut Iliados Γ non semel, quem locum respicit Grammaticus ille. Quae monemus, ut sciant aliquando rudiores, quomodo cum fructu in eximio illo Graecae linguae Prytaneo versari debeant, quod multos fallit saepenumero: sed de hoc commodius alias aliquando, ut speramus. Est autem ὅρκιον Homero, quidquid dicant Interpretes ejus, victima, quae ad ineundum foedus caedebatur, ut ex illo loco necessario sequitur [Il. Γ. vers. 268.]

——— αὐτὰρ κήρυκες ἀγαυοὶ
Ὅρκια πιστὰ θεῶν σύναγον, κρητῆρι δὲ οἶνον
Μίσγον.

Ubi profecto non vinum ὅρκιον vocat, sed victimam tantum, quam manifeste a vino distinguit. *Praecones*, inquit, *victimas ferebant, quae jurijurando & foederi confirmando adhibendae erant, & praeterea in cratera vinum miscebant.* Quem locum numquam mihi extorquebunt nec veteres Graeci, nec recentiores Latini Interpretes, qui facit &, ut alter quoque ejusdem libri recte intelligatur [vers. 245.]

Κήρυκες δ' ἀνὰ ἄστυ θεῶν φέρον ὅρκια πιστὰ
Ἄρνε δύω, καὶ οἶνον ἐΰφρονα καρπὸν ἀρούρης.

Ubi appositione docet, quid sit ὅρκια; nempe Ἄρνε δύω. Putavit vero Eustathius tam vinum ὅρκια vocari, quam agnum & ipsam victimam; quod non putasset, si versum superiorem considerasset. Multo magis reliqui Graeci interpretes ridiculi sunt, cum ὅρκια πιστὰ in locis illis πιστὰς ὅρκους reddunt, & maxime omnium Latini, qui versum proxime a nobis adductum hoc modo reddunt. *Praecones per urbem Deorum ferebant foedera firma*; quasi vero ipsa foedera per urbem ferri & circumgestari possent. Τάμνειν igitur ὅρκια Homero proprie fuit victimam in foedere ineundo mactare, & ex consequenti simpliciter ἐπὶ τομίων jurare, foedusque ferire; τάμνειν enim Ionibus pro θύειν & mactare in usu est, quod & apud Herodotum observes. Non est igitur *animalis* haec hostia Silii, *animalem* enim hostiam dicebant haruspices, quarum anima tantummodo sine extorum inspectione Diis offerebatur, ut docet Trebatius lib. de Religionibus primo, referente Macrobio Saturn. lib. 3. cap. 5. eam opponebant hostiae *consultatoriae*, de qua hic agit Silius, in qua exta consulebantur. D. HEINSIUS.

v. 123. *Artis de more vetusto*] *vetustae* scripti & Romanus codex cum Parmensi: paullo ante *Spirantis artus* disertim Coloniensis pro *Spirantes*, exemplo Maroniano. sic *tris* intra vers. 278. idem codex. N. HEINSIUS. *vetustae* etiam Mediol. editio. Haruspicinam autem Silius *artem vetustam* vocat, quod diu ante Romam conditam inventa dicatur a Tage quodam. vide Lindenbr. ad Censor. de die Nat. cap. IV.

v. 124. *Intravit mentes Superûm*] Durior phrasis; hoc est, consilium eorum sive sententiam intellexit. *Mens* enim cor sive pectus est, Graeca imitatione. Martial. de Lorica Domitiani lib. VII.

Felix sorte tua, sacrum cui tangere pectus
Fas erit, & nostri mente calere Dei.

BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. *Intrare* ut *irrumpere* Statio lib. I. Achill. vers. 507.

Eja, irrumpe Deos, & fata latentia laxa.

ubi vir Maximus J. Fr. Gronovius in Gullu hunc versum etiam laudavit. Nec longe abit alter locus Statii lib. III. Theb. vers. 549.

——— *piget irrupisse volantum*
Concilia, & coelo mentem insertasse vetanti.

& vers. 633. *superosque irrumpere coetus Egistis.* *Intrare* ergo *mentes Superûm* est fata & Deorum consilia praenoscere. Sic *mentes* supra vers. 19. *superasque recludere mentes.* lib. V. vers. 59. *mentesque Deorum Explerant super eventum.* Ovid. lib. XV. Met. vers. 136.

——— *mentesque Deûm scrutantur in illis.*

Saxo Gramm. lib. I. Hist. Dan. pag. II. *Superûm mentes rimari cupiens.* *Superum animos nosse* eodem sensu

Moenia, & Hesperio tellus porrecta sub axe
Sidoniis lucet flammis. fluit ecce cruentus
Eridanus. jacet ore truci super arma virosque,
Tertia qui tulerat sublimis opima Tonanti.
Heu! quaenam subitis horrescit turbida nimbis
Tempestas, ruptoque polo micat igneus aether?
Magna parant Superi. tonat alti regia coeli;
Bellantemque Jovem cerno. venientia fata
Scire ultra vetuit Juno: fibraeque repente
Conticuere. latent casus, longique labores.

Sic

sensu est apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 16. vide Barthium ad Statii lib. v. Theb. vers. 452.

v. 126. *Lacus flagrantes sanguine cerno*] *stagnantes*, ni fallor, quamquam aliter scripti. paullo post vers. 131. *fluit ecce cruentus Eridanus.* lib. VI. vers. 36.

Stagnantem caede & facilem discedere terram.

lib. XII. vers. 43. *post Danni stagnantia regna Sanguine.* & vers. 673. *cum Tyrrhena natarent Stagna cruore virûm.* noster denuo lib. XVII. vers. 606. *Phaëthontis viderat amnem Strage virûm undantem.* Arnob. lib. IV. *Apud Thrasymenum lacum sanguinei cucurrere terrentes.* quomodo & apud Stat. Epithal. Stellae vers. 97. *terrentes sanguine campos.* Novi illud Maronianum lib. XII. Aen. vers. 35. *recalent nostro Tiberina fluenta Sanguine adhuc.* sed *flagrare sanguine* durum est & insolens. N. HEINSIUS. In libris scriptis *flagrantes* constanter superest, nisi quod in Oxon. manifesto errore librariorum sit *fragrantes*, quomodo & alibi frequenter lapsi sunt. vide infra ad lib. XV. vers. 117. Videtur Silius in animo habuisse locum Maronis ex lib. VI. Aen. vers. 86.

——— *bella, horrida bella,*
Et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.

Unde proclive foret etiam apud Silium legere *lacus spumantes sanguine cerno:* praesertim cum & ipse ita infra loquatur lib. VI. vers. 12. *spumans sanie lacus.* & vers. 705.

Addes Ticini spumantes sanguine ripas.

Sed manus contineo. Pari enim audacia & quam proxime ad locutionem Silianam Iscan. lib. I. Bell. Troj. vers. 372.

——— *misero completus sanguine pontus*
Spumat, & incensum fumat mare.

Si cui tamen audacius videatur, cum celeberrimo Burmanno *flagrantes* accipiam rubentes, ut apud Virgil. lib. XII. Aen. vers. 65.

Flagrantes perfusa genas; cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

Valer. Flacc. lib. VII. vers. 711.

Flagrantesque genas vidit, miserumque pudorem.

Claudian. lib. I. in Eutrop. vers. 253.

Aut quid in hoc poterit vultu flagrare pudoris.

Ignescere dixit Stat. lib. III. Theb. vers. 78.

——— *jam moverat iras*
Rex ferus, & tristes ignescunt sanguine vultus.

v. 129. *Trepidentia fumant Moenia*] an *crepitantia?* ut de sono incendii agat. lib. VI. vers. 682.

——— *lucosque effusus in altos*
Immissis crepitat victor Vulcanus habenis.

lib. X. vers. 576. de rogo: *crepitantibus undique flammis.* lib. XIV. vers. 311. ex MSS.

——— *rapidisque voras crepitantia flammis*
Robora.

ubi pari modo peccabatur. *sonare* dixit lib. XI. vers. 475. *flammisque Acheronta sonantem.* Apud Nason lib. III. Met. vers. 550. de capta urbe, *ferrumque ignisque sonarent*, qui locus non est sollicitandus. Hoc tamen loco nil mutandum temere. *paventia tecta* infra habes vers. 299. *muros trementes* vers. 634. Vide Zinzerl. Prom. cap. II. N. HEINSIUS. Gunther. lib. X. Ligur. vers. 406.

Insiluisse levi trepitantia moenia saltu.

Silius lib. XVII. vers. 357. *tremuerunt moenia Romae.*

v. 133. *Tertia qui tulerit*] *tulerat* Romana & Aldina editiones. bene. etiam Parm. & Gryphii. N. HEINSIUS. Pariter & Juntina, Mediolanensis, ac nonnullae aliae.

v. 134. *Heu quaenam subitis*] Fortasse *quianam*, ut apud Maron. lib. V. Aen. vers. 13.

Heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?

N. HEINSIUS. Virgil. lib. X. Aen. vers. 6. *quianam sententia vobis Versa retro?* ubi vide Pierium, & Palmer. in Specil. p. m. 766.

v. 135. *Micat igneus aether*] *igneus aether* frequens apud poetas, ut infra lib. XIII. vers. 527. Lucret. lib. V. vers. 500. Valer. Flacc. lib. I. vers. 615. & alibi. mallem tamen, si per codices liceret, *micat ignibus aether.* Pariter enim Virgil. lib. I. Aen. vers. 90.

Intonuere poli, & crebris micat ignibus aether.

quem Silius hoc loco expressit.

v. 138. *Fibrae Conticuere*] Proprie: fibrae enim ejusmodi *mutae* dicebantur in sacris, & *exta muta.* Festus, *Muta exta appellabant, ex quibus nihil divinationis animadvertebant.* & Propert. *loqui fibram* dixit, & omnium divinissime Lucan.

Pulmonis rigidi stantes sine vulnere fibras
Invenit, & vocem moribundo in corpore quaerit.

vocem fibrae tribuit. Ita accipiendus locus ille. D. HEINSIUS. Martian. Capell. lib. I. pag. 5. *In fanis,*

Sic clausum linquens arcano pectore bellum,
Atque hominum finem Gades, Calpenque secutus,
Dum fert Herculeis Garamantica signa columnis,
Occubuit saevo Tyrius certamine ductor.
Interea rerum Hasdrubali traduntur habenae:
Occidui qui solis opes, & vulgus Hiberum,
Baeticolasque viros furiis agitabat iniquis.
Tristia corda ducis, simul immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat: asper amore
Sanguinis, & metui demens credebat honorem:
Nec nota docilis poena satiare furores.
Ore excellentem, & spectatum fortibus ausis
Antiqua de stirpe Tagum, Superûmque hominumque
Immemor, erecto suffixum robore maestis
Ostentabat ovans populis sine funere regem.

Auriferi

nis, quibus denuntiata pecudum caede physiculatis extorum proficiis viscera loquebantur.

v. 143. *Occubuit saevo certamine*] Diodorus Sicul. excerpt. lib. XXV. refert, Hamilcarem ab Orisso Hispaniae regulo in fugam versum, &, dum flumen magnum equo transiret, aqua submersum periisse: quo Dausquejus verba haec Silii *saevo certamine* referenda censebat, quod mors sub undis detestabilis esset. Sed minus recte. Alii enim historici referunt, eum in proelio caesum fuisse. Adeatur Polyb. lib. II. Histor. cap. I. Appian. Alex. Bell. Hispan. pag. 258. Nepos ejus vit. cap. IV. Livius etiam lib. XXIV. cap. XLI. *Castrum altum* memorat, locum *caede magni Hamilcaris* insignem. Eoque puto respexisse Silium. *saevum* enim *certamen* proprie de pugna. vide ad lib. IV. vers. 356.

v. 146. *Spatiis agitabat iniquis*] Codices scripti & vetustae editiones *fatis*. solus Coloniensis *furiis iniquis*, quod sequor. *Calpenque* paullo ante Parmensis, non *Calpemque*. Pro *Occumbit* idem cum Romano & Puteaneo codicibus *Occubuit*. N. HEINSIUS.

v. 147. *Tristia corda ducis*] *duci* maluerim, ut & *immedicabilis irae*, nimirum *feritas*. Amat enim secundos casus maximum in modum Silius, ut jam vidimus, & porro locis infinitis videbimus. Tum distinctio ponenda post *τὸ erat*. N. HEINSIUS. Silius indolem Hasdrubalis depingens diversus abit ab omnibus aliis historicis, qui comitatem illius erga Hispanos laudant. Polyb. lib. II. cap. XXXVI. testatur, eum imperium Karthaginiense *οὐχ οὕτω διὰ τῶν πολεμίων ἔργων, ὡς διὰ τῆς πρὸς τοὺς δυνάστας ὁμιλίας*, *non armis adeo, quam comitate erga regulos* auxisse. Liv. lib. XXI. cap. 2. *Plura consiliis quam vi gerens, hospitiis Regulorum magis, conciliandisque per amicitiam Principum novis gentibus, quam bello aut armis, rem Karthaginiensium auxit*. Appian. Alex. bell. Hispan. pag. 258. *Τῆς Ἰβηρίας τὰ πολλὰ πειθοῖ προσήγετο, πιθανὸς ὢν ὁμιλῆσαι*. *Plurimam Hispaniae partem facundia sibi conciliavit, comitate pollens.*

v. 152. *Antiqua de stirpe Tagum*] *Togum* doctissimus Reinesius Epist. XXXV. ad Rupertum substituit: etiam apud Martial. *Togique civis*. Sed cum Silius manifeste subjungat, hunc ducem flumini cognominem fuisse, non video, quis correctioni isti sit locus. N. HEINSIUS. Eandem conjecturam repetiit Reines. in Comment. ad Class. I. inscr. 191. sed vulgatum optime vindicavit Illustrissimus Heinsius. *Tagus* miles Romanus memoratur etiam apud Lucan. lib. III. vers. 586. *cujus dum pugnat ab alta Puppe Tagus.*

v. 153. *Erecto suffixum robore*] *suffossum* priscae editiones; sed frustra. Innuit enim Silius, Tagum cruci suffixum fuisse: qua poena apud Karthaginienses etiam viri illustres affici solebant. v. Polyb. lib. I. cap. XI. Liv. Epit. lib. XVII. & Justin. lib. XVIII. cap. VII.

v. 154. *Ostentabat ovans populis sine funere regem*] sinè exequiis & funerali pompa. Sic *funus* à Nasone accipitur [lib. I. Trist. El. III. v. 89.]

Egredior, sive illud erat sine funere ferri.

sic Ennio *funus facere* est *κτερίζειν*, & debito honore funus prosequi:

Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletu,
Faxit. cur? volito vivus ora per virum.

Quod nos ita Graece ex tempore.

Μή με δακρύοντι γόῳ κτερίζε χαρέντα,
Ζῶν γὰρ ἔτ' ἀνθρώπων εἶμι διὰ στόματα.

Ita Graecis Musis nostris interdum inter Latinas luxuriari permittimus. D. HEINSIUS. Silius lib. V. vers. 156.

Metitur stagna Eridani sine funere natus.

Ovid. lib. III. Trist. Eleg. III. vers. 45.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri,
Indeploratum barbara teget humus.

lib. XI. Metam. vers. 539. *vocat ille beatos Funera quos maneant*. lib. XIII. vers. 695. *pulcrisque per urbem Funeribus ferri*. Cic. lib. II. de Orat. cap. LV.

Cum

Auriferi Tagus adſcito cognomine fontis,
Perque antra & ripas Nymphis ululatus Hiberis.
Maeonium non ille vadum, non Lydia mallet
Stagna ſibi, nec qui riguo perſunditur auro,
Campum, atque illatis Hermi flaveſcit harenis.
Primus inire manu, poſtremus ponere Martem.
Cum rapidum effuſis ageret ſublimis habenis
Quadrupedem, non enſe virum, non eminus haſta
Siſtere erat: volitabat ovans, acieſque per ambas
Jam Tagus auratis agnoſcebatur in armis.
Quem poſtquam diro ſuſpenſum robore vidit
Deformem leti famulus, clam corripit enſem
Dilectum domino, pernixque irrumpit in aulam,
Atque immite ferit geminato vulnere pectus.
At Poeni ſuccenſi ira, turbataque luctu

Et

Cum in eadem cauſſa cum funere efferretur anus Junia. Lucan. lib. IX. verſ. 62. *ſine funeris ullo Ardet honore rogus.* Statius lib. IX. Theb. verſ. 28.

—— deſertaſque tulit ſine funere mortes.

Manil. lib. I. verſ. 886.

Ceſſerat officium morbis, & funera deerant
Mortibus.

ubi priora verba non notant remedium morbis deeſſe, ut Fayus quidam, qui Manil. in uſum Delphini interpretatus eſt, exponit: id enim poëta jam praecedenti verſu indicarat, *Nec locus artis erat medicae*: ſed metu contagioſi morbi neminem fuiſſe, qui aegrotis aſſidere, & opem praeſtare volebat. Eo ſenſu *τὸ officium* eſt apud Quinctil. Declam. VIII. p. m. 139. *Fortius feras inter aſſidentium manus, inter ſuorum officia labentes.*

v. 159. *Illatis Hermi flaveſcit harenis.*] Cl. Dauſq. putat hunc eſſe ſenſum Silii, campum ſive ſinum Phocaicum flaveſcere harenis non in Hermo natis, ſed à Pactolo in Hermum illatis, quoniam Hermus ſuopte ingenio non auri, ſed argenti ferax ſit. Verum male. ſi enim id voluiſſet Silius, ad vitandam ambiguitatem dixiſſet potius *illatis Hermo.* Quum autem plerique poetae Hermum auriferum faciant, neque diſtinguant, utrum aurum inveniatur in harenis ejus, an in illis, quas in Hermum invexit Pactolus; Silius mihi indicaſſe videtur, campum flaveſcere harenis, quas in eum invexit Hermus. *illatae harenae* itaque non in Hermum, ſed in campum. Verum nec procedit expoſitio loci Maronis lib. II. Georg. verſ. 137. *auro turbidus Hermus*, quam tamen Dauſquejo poſtea ſublegit Emmeneſſius, quaſi ideo *auro turbidus* diceretur, quod Pactolus illud aurum in eum evolveret. De Tago enim, quem ſuo auro ſplendere nullus negat, pariter Silius lib. XVI. verſ. 560.

Qua Tagus auriferis pallet turbatus harenis.

& Senec. in Herc. Fur. verſ. 1325.

Tagusve Hibera turbidus gaza fluens.

de amnibus auriferis Prudent. Hymn. II. *περὶ στεφ.* verſ. 190. *aurum*

Torrens vel amnis turbidis
Volvens harenis implicat.

Virgilio igitur *auro turbidus Hermus* nihil aliud eſt, quam Hermus aurifer.

v. 166. *Deformem, lateri* &c.] Quid eſt, quod ait, *lateri famulus clam corripit enſem Dilectum domino?* gladio accinctus, credo, ille in crucem ſublatus erat. Plane recte monent membranae legendum & ſcribendum,

Deformem leti famulus, clam corripit enſem
Dilectum domino, pernixque irrumpit in aulam.

Deformem leti valet ob letum, morte ipſa deformatum, à Graecis ſumta forma loquendi. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. LVII. Reducendam omnino arbitror lectionem ſcriptam *Deformem leti:* nam ſuſpenſio maxime deforme genus mortis erat apud antiquos. Virgil. de Amata lib. XII. Aen. verſ. 603.

Et nodum informis leti trabe nectit ab alta.

Genitivi uſus Silio frequentiſſimus hoc modo errorem genuit. BARTHIUS lib. VII. Adverſ. cap. XV. Repone ex ſcriptis exemplaribus *Deformem leti famulus*, & deinde *pernixque.* Veram lectionem Modius jam vidit cum Barthio. nec dubitare debuit Interpres. *letho* Rom. editio & Parm. *pernixque irrupit* eadem cum codice Oxon. Poſſis etiam *& pernix irrumpit.* N. HEINSIUS. Mediolan. editio *Deformem loeto*, & mox *pernixque.* Veram lectionem viri docti ex libris ſcriptis revocarunt, quam etiam aſſeruit olim Illuſtriſſimus Heinſius ad Valer. Flacc. lib. III. verſ. 343. Fruſtra diſſentit Dempſt. ad Roſin. lib. IX. Antiq. Rom. p. m. 718. Mox male quaedam editiones *Dilectus domino. Dilectum enſem*, ut *dilectum telum* infra lib. XVI. verſ. 67.

—— remeant nam dextera ab ictu
Deciſa eſt gladio, ac dilecto immortua telo.

 v. 170.

Et saevis gens laeta, ruunt, tormentaque portant.
Non ignes, candensque chalybs, non verbera passim
Ictibus innumeris lacerum scindentia corpus,
Carnificesve manus, penitusve infusa medullis
Pestis, & in medio lucentes vulnere flammae
Cessavere: ferum visu dictuque, per artem
Saevitiae extenti, quantum tormenta jubebant,
Creverunt artus; atque, omni sanguine rapto,
Ossa liquefactis fumarunt fervida membris.
Mens intacta manet: superat, ridetque dolores,
Spectanti similis, fessosque labore ministros
Increpitat, dominique crucem clamore reposcit.

Haec

v. 170. *Ruunt, tormentaque portant*] Non satisfaciunt haec, & de menda quid suspicor. Fortasse *ruunt tormenta parare.* sic *pestiferas animare ad crimina taxos Torva Megaera ruit*, apud Claud. lib. III. Rapt. Proserp. vers. 386. uti illic scribendum esse monuimus, & pluribus illustramus. Apud Lucan. quoque codices veterrimi

Scire ruunt, quanta fuerint mercede nocentes.

non *Scire volunt*, quod vulgatis exemplaribus inhaeret. N. HEINSIUS. Statius lib. VII. Theb. vers. 177.

——— novercales ruimus ditare Mycenas.

Vide infra ad lib. XIV. vers. 582. Nihil tamen mutandum puto. infra lib. XII. vers. 310.

Certatim matrona ruit, belloque ministrant.

Portant tormenta, id est, equuleum, similiave instrumenta, quibus torquerent hunc famulum.

v. 173. *Carnificesve manus*] Sic omnes libri scripti praeter Oxon. qui cum priscis editis praefert *carnificaeve*, quod recte rejecit Dausquejus. sic *vindices manus* apud Prudent. Hymn. X. περὶ στεφ. vers. 447. *manusque continetis vindices.*

v. 174. *Lucentes vulnere flammae*] *luctantes* Romana editio, quod placet; nempe tamquam invitae. lib. II. vers. 504.

Luctantem fatis petis inflammata Saguntum.

lib. III. vers. 520. *Luctantem ferro glaciem premit.* lib. IV. vers. 240. *luctari equo.* & vers. 592. ex scriptis *luctari vado*, ubi plura. lib. XIV. vers. 454. *crudo Luctari pelago.* lib. VI. vers. 126.

Ante reluctantes liquit quam spiritus artus.

& vers. 359. *luctantur mugire juvenci.* Horat. lib. I. od. I.

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

N. HEINSIUS. *luctantes* etiam Mediol. editio: ut mens Silii sit, ignem invitum huic ministerio adhibitum fuisse. Senec. in Herc. Oet. vers. 1728.

Refugit ignis, & reluctantur faces,
Et membra vitant.

in Thyeste vers. 767.

——— impositas dapes
Transiluit ignis, inque trepidantes focos
Bis ter regestus, & pati jussus moram
Invitus ardet.

v. 176. *Quantum tormenta jubebant*] Perperam in aliis editionibus *videbant*, vel *sinebant.* vide Livin. ad Plin. Paneg. cap. XXVIII.

v. 177. *Creverunt artus*] Ego haec Silii de illo tormenti genere Hispanis peculiari sumo, quo plectebant servos illi, de quo lib. IV. Propert.

Ducet damnatas ignea testa manus:

de quo plura nolo, quia id in Propertio suo divine prosequitur incomparabilis Scaliger, qui τὸ *ducere* in loco illo docet esse *filatim liquefacere.* D. HEINSIUS. Omnino hoc capiendum de equuleo, in quo noxiorum membra extendebantur. Hinc *equuleo longior factus* apud Senec. in Epist. LXVII. Eo refer illud Prudent. Hymn. I. περὶ στεφ. vers. 105.

Crescit & suspensus ipse vinculis latentibus.

v. 177. *Omni sanguine rupto*) *rapto* ex scriptis. mox in Gryph. codice,

Ossa liquefactis fumarunt turbida nervis.

turbida etiam habent primae editiones. Modius ad Liv. lib. XXI. reposuit ex Colon. *fervida*, τῷ *nervis* relicto, ut in Agrippinis membranis sic quoque videatur fuisse; nec displicet. Fortasse, *fumarunt torrida nervis.* sed *membris* bene se habet. sic lib. II. vers. 467. *nervis* pro *membris* reposuerant. *torrida* ut lib. XII. vers. 372. *saxoso torrida dorso* Sardinia. Calpurn. Ecl. I. vers. 7.

Torrida cur solo defendimus ora galero.

torrida aestas poetis. Idem vocabulum Ovid. reddimus lib. II. Fastor. vers. 24. ubi similiter in vulgatis *turbida* circumfertur. vide illic notata. Senec. Herc. Oet.

Dumeta jugis horrida torridis.

N. HEINSIUS. Modius etiam ad Liv. lib. XXI. *rapto* legebat. Saepe eae voces errore scribarum in membranis permiscentur. vide infra ad lib. III. vers. 196.

v. 185. *Huic studia accendit* &c.] Hos ego versus invito & repugnante Scholiographo, qui, si usquam alibi, hic certe insigniter hallucinatur, sic emendo:

Hinc studia accendit patriae virtutis imago,

Hinc

Haec inter spretae miseranda piacula poenae,
Erepto trepidus ductore exercitus, una
Hannibalem voce, atque alacri certamine poscit.
Hinc studia accendit patriae virtutis imago,
Hinc fama in populos jurati didita belli,
Hinc virides ausis anni, fervorque decorus,
Atque armata dolis mens, & vis insita fandi.
Primi ductorem Libyes clamore salutant:
Mox & Pyrenes populi, & bellator Hiberus.
Continuoque ferox oritur fiducia menti,
Cessisse imperio tantum terraeque marisque.
Aeoliis candens Austris, & lampade Phoebi

Aestifero

Hinc fama in populos jurati didita belli,
Hinc virides ausis anni.

Accendebant, inquit, militum studia, ut Hannibalem prae ceteris sibi ducem mallent; primum, quod in eo paternarum virtutum imaginem quandam cernere sibi videbantur; deinde, quod scirent eum (erat enim res omnibus decantata) jurasse puerum patri sacra tenentem, se, cum primum per aetatem posset, Romanos bello esse persecuturum; tum aetas ad res gerendas aptissima; postremo, decor, & quae plura ibi referuntur. Video enim haec ipsa fusius esse a me dicta, quam res requirat; sed obviam eundum fuit inveterato Marsi errori, qui obtinuit, ut hactenus ubique illud *Huic* retineretur, & ad Hannibalem referretur, contra libros sane meliores; ut & illud, quod minus recte etiam vulgo legeretur *animi* pro *anni*, quae germana hujus loci scriptura est, exemploque nititur, quo Ovid. de Ponto *aevum viride*, Colum. Praefat. lib. I. *viridem aetatem* dixit. Atque alioqui *viridis animi* laus alacrioris & aetatem bene ferentis senectutis est, non juventae, saltem non plane ignavae, multo minus ejus, quam in Hannibale viguisse poeta passim praedicat. *Didita* quoque scripsi, quod ita reponendum ex more Lucretii, qui lib. IV. ait

—— *& in cunctas jaciuntur didita partes.*

ac lib. V. *solatia didita per gentes* dixit, &, qui Lucretium aemulatus, Virgilii, cujus illud est,

Cognatique patres, tum terris didita fama
Conjunxere sibi.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LVII. Hic denuo adversum membranas Colon. Interpres argutatur. *Hinc* ter continue scripti codices. bene. recte etiam *didita* Colon. codex, quod Modio sublegit Interpres. *didere munia* Horat. lib. II. Sat. II. vers. 66.

—— *hic neque servis,*
Albuti senis exemplo dum munia didit,
Saevus erit.

Virides ausis anni, non *animi*, praeterea cum scriptis admittendi; & id visum Modio. N. HEINSIUS. Saepe voces *hinc* & *huic* invicem commutantur. vide infra ad lib. IV. vers. 631.

v. 186. *Fama dedita*] *debita* editio Mediolanensis. sed recte viri docti ex Colon. *didita* vindicarunt, quod & in Rom. editione esse ad marginem Silii notavit Illustrissimus Heinsius. *Didere* est passim differere: *spargere* dixit noster lib. IV. vers. I.

Fama per Ausoniae turbatas spargitur urbes.

Multus in eo vocabulo est Lucret. ut ex Indice Gifanii patet. Praeterea & usus est Virgil. lib. VII. Aen. vers. 144.

Diditur hic subito Trojana per agmina rumor.

Plura vide apud Rittersh. ad Gunth. Ligur. pag. 144. Illustrem Grotium ad Martian. Capell. pag. 2. & N. Heinsium ad Prud. περὶ στεφ. Hymn. II. vers. 91. quibus locis vulgo similiter peccabatur.

v. 187. *Hinc virides ausis animi*] Optime *anni* viri docti restituerunt ex libris priscis, quibus accedunt editiones Rom. Mediol. ac Gryph. *Aevi flore virent* supra dixit vers. 60. *virides animi* propria senum laus est, ut Modius etiam notavit. Senec. Epist. LXVI. *Claranum condiscipulum meum vidi post multos annos; non, puto, exspectas, ut adjiciam senem: sed, mehercules, viridem animo atque vigentem.* Stat. lib. III. Theb. vers. 453. *Jam senior, sed mente virens.* vide Barth. ad Rutil. lib. I. Itin. vers. 116. & ad Claud. bell. Getic. vers. 260. proprie enim senes *animis frigent*. infra lib. XVI. vers. 597.

Sed frigens animis, nec bello prospera turba
Ancipiti senior, temeraria coepta vetabant.

Contra *virides anni* ad juvenes spectat. Silius lib. V. vers. 413.

—— *Massylus succiderat ensis*
Pubescente caput malo, properoque virentes
Delerat leto bellator barbarus annos.

eo sensu *florentes annos* dixit Stat. lib. III. Silv. V. vers. 23. *junctam florentibus annis Serves & in senium.* *Florere* enim & *virere* poetis fere idem est. v. N. Heinsium ad Claud. lib. I. Rapt. Proserp. vers. 263. *Annus* autem & *animus* in libris scriptis nonnumquam inter se miscentur: vide Illustrissimum Heinsium ad Nason. Rem. Amor. vers. 392. & ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 55.

v. 189. *Primi ductorem Libyci*] *Libyes* vere scripti

 ac

Aestifero Libye torretur subdita Cancro,
Aut ingens Asiae latus, aut pars tertia terris.
Terminus huic roseos amnis Lagêus ad ortus
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum:
At qua diversas clementior aspicit Arctos,
Herculeo dirimente freto, diducta propinquis
Europes videt arva jugis: ultra obsidet aequor;
Nec patitur nomen proferri longius Atlas,
Atlas subducto tracturus vertice coelum.
Sidera nubiferum fulcit caput, aetherеasque
Erigit aeternum compages ardua cervix:
Canet barba gelu, frontemque immanibus umbris
Pinea silva premit; vastant cava tempora venti,

Nimbosoque

ac Parmens. etiam alibi apud nostrum non uno loco. lib. VI. vers. 454. *Accirique jubet Libyas*, non *Libycos*. vers. 486. *Exposcunt Libyes*. vers. 501. *Tollite me Libyes comitem*. lib. II. vers. 56. *Discinctos inter Libyas*. lib. III. vers. 701. *belloque agitare parasis Assaraci prolem, Libyes*: sic enim distinguendum. lib. VIII. vers. 272. *pelli Libyas Romamque levari Hoste jubent*: sic & ibi castigandum. N. HEINSIUS.

v. 194. *Aestifero torquetur subdita Cancro*] Bene *torretur* Interpres. lib. XII. vers. 373. de Sardinia

Arva coquit nimio Cancro atque humentibus Austris.

Lucan. lib. VIII. vers. 851. *exustam Cancro torrente Syenen*. lib. X. vers. 234. *Cancroque suam torrente Syenen. torrens sol* Nemes. in Ecl. Justin. de Hispania lib. XLIV. cap. I. *Nam neque, ut Africa, violento sole torretur*. Avien. descr. Orb. vers. 778. *aestiferi torretur sidere Cancri*. Mox etiam bene Interpres *roseos ortus*, quod scripti & priscae editiones firmant. N. HEINSIUS. Infra lib. XVI. vers. 100.

Torret anhelantem saevis ardoribus orbem.

Senec. Herc. Fur. vers. 236.

Et adusta medius regna qua torret dies.

Claud. lib. II. in Rufin. vers. 41.

Instar anhelantis Libyae, quae torrida semper
Solibus.

lib. II. de Rapt. Proserp. vers. 105.

Silvaque torrentes ramorum frigore soles
Temperat.

Arnob. lib. VI. contra Gent. pag. 191. *Solibus torrentur aestivis*. *Torrere* autem, teste Festo ea voce, *à torreo deductum, proprie significat siccare atque arefacere*. Alibi etiam voces *torrere* & *torquere* in membranis confunduntur. vide N. Heinsium infr. lib. VII. vers. 490. & Broekhus. ad Prop. lib. IV. Eleg. IX. vers. 21. & ad Tibull. lib. I. El. IV. vers. 36. Pro *Aestifero Cancro* Oxon. codex cum priscis editionibus *Pestifero*, quod non placet. nam ipsam Libyam, Cancro subditam, *aestiferam* infra dicit vers. 657.

Omnis ab aestifero sitiens Libys imminet axe.

& Lucan. lib. I. vers. 205. *squalentibus arvis Aestiferae Libyes*. ubi in nonnullis codicibus eadem lectionis varietas observatur. quem Silius *aestiferum cancrum*, alii *ferventem* vocant. *Libye* autem pro Africa: nam *placuit ut Africam Libyam diceremus*, monente Solino Polyh. cap. XXIV. & ita praesertim apud poetas quam frequentissime.

v. 195. *Pars tertia terris*] Notat Dausq. quosdam libros *pars tertia mundi* habere, ut apud Ovid. lib. V. Metam. vers. 372. *agitur pars tertia mundi*. Claud. in Bell. Gildon. vers. 162. *pars tertia mundi Unius praedonis ager*. Sidon. Apoll. carm. V. vers. 56. *venio pars tertia mundi*. Editiones tamen, quas consului, nihil mutant, ut nec libri scripti.

v. 203. *Sidera nubiferum* &c.] Imitatur Silius Maronem, quem late vide lib. IV. Aen. vers. 246.

v. 206. *Vastant cava tempora venti*] *quassant* arbitror, licet membranis obnitentibus. sic lib. VII. vers. 227. *morsu quatiunt restantia claustra*. lib. VIII. vers. 603.

Certavit Mutinae quassata Placentia bello.

N. HEINSIUS. Ita scribendum conjecit jam olim N. Heinsius ad Nason. lib. V. Fast. vers. 83. Infra noster lib. V. vers. 503.

Ceu Zephyrus quatit antiquos ubi flamine lucos.

Virgil. lib. I. Aen. vers. 551.

Quassatam ventis liceat subducere classem.

Claud. deprecat. ad Hadr. vers. 37. de Borea;

Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina quassat.

Avien. descr. Orb. vers. 864. *latus quatit amplis bruma procellis*. Senec. lib. V. Natur. Quaest. cap. XVII. *Galliam infestat Circius, cui aedificia quassanti tamen incolae gratias agunt*. *quassae* pro *vastae* scribendum infra etiam conjecit N. Hein[illegible] libro vers. 362. Fortasse tamen hic nihil mutandum. Pariter enim de Zephyro Priscian. in Perieg. vers. 124.

Qui juga montivagus vastat, silvasque fatigat.

v. 208. *Tum geminae laterum fauces*] *cautes* Colon. codex; scribe,

Tum geminae laterum crates maria alta fatigant.

laterum

Nimbosoque ruunt spumantia flumina rictu.
Tum geminae laterum cautes maria alta fatigant:
Atque ubi fessus equos Titan immersit anhelos,
Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.
Sed qua se campis squalentibus Africa tendit,
Serpentum largo coquitur fecunda veneno.
Felix qua pingues mitis plaga temperat agros,
Nec Cerere Hennaea, Phario nec victa colono.
Hic passim exsultant Nomades, gens inscia freni;
Quîs inter geminas per ludum mobilis aures
Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis.
Altrix bellorum, bellatorumque virorum
Tellus, nec fidens nudo sine fraudibus ensi.

Altera

laterum fauces non recte dicuntur. N. HEINSIUS. Ovid. lib. XII. Metam. vers. 396. *Quae laterum cratem perrupit.* sic *pectoris*, *costarum crates*. Virgil. lib. XII. Aen. vers. 508.

Transadigit costas & crates pectoris ensem.

Prudent. περὶ στεφ. Hymn. XI. vers. 57.

Ungula fixa cavis costarum cratibus.

Alcim. Avit. lib. I. vers. 100.

Diffundit duplicem costarum ex ordine cratem.

Prae ceteris tamen arridet lectio membranarum Coloniensium *laterum cautes*, id est, cautes, quae ab utroque montis latere eminent, & in mare procurrunt, quam olim ipse Heinsius probavit ad Nason. lib. V. Fast. vers. 83. *genua* vocat Valer. Flacc. lib. V. vers. 410. *genibusque tumens infringitur unda.* Non raro ita peccarunt librarii. vide infra ad lib. VIII. vers. 657. cautes autem *fatigant* maria, cum undis undique impactis resistant, & impetum fluctuum frangant: *lassare* & *praedelassare* alii dixerunt. Ovid. lib. XI. Met. vers. 729.

——— *moles, quae primas aequoris iras*
Frangit, & incursus quae praedelassat aquarum.

Lucan. lib. II. vers. 617.

——— *insula Coros*
Exciperet saxis, lassasque refunderet undas.

lib. VI. vers. 265.

——— *mare lassatur; cum se tollentibus Euris*
Frangentem fluctus scopulum ferit.

Eodem sensu & ventus *lassari* dicitur, qui irrito conatu in silvas furit, apud eundem lib. IX. vers. 452.

Nec ruit in silvas, annosaque robora torquens
Lassatur.

V. 215. *Hic passim exsultant Numidae*] *Nomades* cum Colon. membranis Graecorum more. lib. XV. vers. 368. *Invadunt Nomades jaculis.* lib. XVI. vers. 116. de Masinissa, *Regnator Nomadum fuerat.* & vers. 155. de eodem, *Sic Nomadum ductor.* lib. II. vers. 186.

Gens extrema Austri terris delentur Hiberis
Eurydamas Nomades dextra,

uti & illic castigandum. tum mox vers. 264. *At Nomadum furibunda cohors.* lib. VI. vers. 675.

——— *Autololes, Nomadesque, & Maurus, &*
Hammon.

N. HEINSIUS.

V. 219. *Nec fidens nudo sine fraudibus ensi*] *Nudo ensi* μόνῳ τῷ ξίφει: *nudus* enim pro solus eleganter, ut apud Graecos γυμνός, ponitur. scio hanc praeter opinionem vulgi a me hujus loci mentem referri, non praeter Silii tamen. sic lib. XIII. vers. 198.

Ille hastam quatere, & medicatae cuspidis ictu
Proelia moliri, & nudo non credere ferro.

quare? quia nimirum venenum adjungebat, *non credebat nudo ferro*, id est, soli. sic hoc loco *nec fidens nudo ensi* inquit, quia nimirum fraudes dolosque una cum ense tractabat: summae elegantiae. Sic Clemens Alex. γυμνῇ τῇ ᾠδῇ dixit. Ἐπιδάττουσι τὰ θηρία, inquit, γυμνῇ τῇ ᾠδῇ, id est, solo cantu, quod antiqui *assa voce* dicerent: & Moschus:

Οὐ γυμνὸν τὸ φίλημα τὸ δ', ὦ ξένε, καὶ πλέον ἕξεις.

Non habebis nudum osculum, inquit, *sed etiam amplius.* γυμνὸν igitur φίλημα est μόνον φίλημα, ut Silio *nudus ensis* & *nudum ferrum* est *solus ensis* & *solum ferrum*. D. HEINSIUS. Silius lib. XIII. vers. 161. *vibrabat nudis conatibus hastam.* Lucan. lib. III. vers. 481. *nudis evolvunt tela lacertis.* Ovid. lib. XIII. Metam. vers. 159.

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur.

Grat. Cyneg. vers. 3. *nuda silvas virtute movebant.* Lucan. lib. IX. vers. 593. *successu nuda remoto Inspicitur virtus.* Quinctil. Declam. III. pag. 50. *Cui vel gratior potest esse nuda virtus.* vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. LXXXVIII. *Fraudes* autem dolos accipit D. Heinsius; sic infra lib. VI. vers. 307. *astus adjungere ferro.* & lib. XII. vers. 52. *acuebat fraudibus enses.* Dausquejus vero venenum intelligit, quo ferrum inficiebatur, ut mox vers. 322.

Nunc hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas
Contendit nervo, atque insultat fraude pharetrae.

Similiter fere Lucan. lib. VIII. vers. 303.

Spicula

Altera complebant Hiſpanae caſtra cohortes,
Auxilia Europa genitoris parta tropaeis.
Martius hinc ſonipes campos hinnitibus implet,
Hinc juga cornipedes erecti bellica raptant:
Non Eleus eat campo ferventior axis.
Prodiga gens animae, & properare facillima mortem.
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens aevi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt. Hic omne metallum:
Electri gemino pallent de ſemine venae,
Atque atros chalybis fetus humus horrida nutrit.
Sed ſcelerum cauſſas operit Deus. Aſtur avarus
Viſceribus lacerae telluris mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.
Hinc certant, Pactole, tibi Duriuſque, Taguſque,
Quique ſuper Gravios lucentes volvit harenas,
Infernae populis referens oblivia Lethes.

Nec

Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro
Stridula, ſed multo ſaturantur tela veneno.

Utro modo hic capias, non multum intereſſe putem. Utrumque enim Afris convenit.

v. 221. *Auxilia Europae*] *Europe parta* maluerim, vel potius *Europa*, quod in ſcriptis. Deinde *hinc ſonipes*, & *Hinc juga* cum iiſdem, uti Interpres, & ante illum Modius, jam correxerunt. N. HEINSIUS. Editiones priſcae etiam *Europa.* tum Mediol. *hic campos ſonipes*, & mox *Hinc juga.*

v. 225. *Prodiga gens animae*] Ovid. lib. III. Amor. Eleg. IX. verſ. 64.

Sanguinis atque animae prodige, Galle, tuae.

prodiga vitae pectora dixit Stat. lib. III. Theb. verſ. 69. *prodigus lucis* Claudian. lib. II. in Rufin verſ. 183. *proprii cruoris prodiga Fides* Prudent. Hymn. II. περὶ στεφ. verſ. 17. pari elegantia *largus animae* eſt apud Statium lib: III. Theb. verſ. 602.

v. 229. *Electri gemino pallent de ſemine venae*] Stat. lib. IV. Theb. v. 270.

Electro pallens, & iaſpide clarus Eoa.

Priſcian. Perieg. verſ. 309.

Naſcitur electrum praefulgens luce nitenti,
Menſe ſolet primo qualis ſplendeſcere luna.

v. 231. *Scelerum cauſſas operit Deus*] Senec. lib. VII. de Benef. cap. X. *Nunc volo tuas opes recognoſcere, laminas utriuſque materiae, ad quas cupiditas noſtra caligat. At mehercule terra, quae, quidquid utile futurum nobis erat, protulit, iſta defodit & merſit, & ut noxioſis rebus, ac malo gentium in medium prodituris, toto pondere incubuit.* Similia plura ubique obvia ſunt.

v. 233. *Effoſſo concolor auro*] Totum hunc verſum Papinio debet Silius, qui in Lyrico ad Maximum Junium.

——— *ubi Dite viſo*
Pallidus foſſor redit, erutoque
Concolor auro eſt.

D. HEINSIUS. Alia exempla habet Dauſquejus hoc loco: quibus adde illud Claudiani in Conſ. Mall. Theod. verſ. 41.

Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.

ubi vide Barthium, & hoc Iſcanii lib. I. Bell. Troj. verſ. 57.

Egeſtae ſic Ditis opes, quas ambitus audax,
Quas praedo pallens Stygiis extorquet ab antris.

v. 234. *Hinc certant*] *Hic* cum Dauſquejo. N. HEINSIUS.

v. 135. *Gravios*] N. Heinſius ex Oxon. codice ad marginem Silii notavit *Gromos* vel *Grumos*, (alia ejuſdem codicis excerpta, quae poſſideo, *Groinos* habent) ex Putean. *Gronios*, cui & Mediol. editio accedit; ex Colonienſi autem nullam lectionis varietatem deſcripſit: neque reliquae etiam editiones, quas conſului, à vulgata ſcriptura abeunt. quare Voſſius alios codices vidiſſe debuit, qui notis ad Pompon. Melam lib. III. cap. I. notavit, meliores Silii libros hic *Gravios* habere: de qua lectione vide N. Heinſium infra ad lib. III. verſ. 366.

v. 237. *Nec Cereri terra indocilis*] Ejuſmodi terram ἄφαρον unica voce Callim. dixit.

Οὐδ' ἄφαρον φαρόωντι, μάλα δ' ἐν σφιν ἄσπετον ἔργον.

Ita enim lego verſum illum Callimachi, qui mutilus citatur à grammaticis: φαρὶν enim *arare* antiquis. D. HEINSIUS.

v. 237. *Nec inhoſpita Baccho*] Sic Moſchus οὐ ξεινῶας ἀοινολικᾶς eodem modo, niſi quod caſu ſuo Graeco uti maluerit. D. HEINSIUS.

v. 241. *Conſulta Senatus*] *nunc ſcita* Dauſq. quem refellit Gronov. ad Livium lib. III. cap. XXXVII. N. HEINSIUS.

v. 245. *Somnumque negabat Naturae*] Forte, *ſomnumque negabat Alternum.* N. HEINSIUS. Nihil

Nec Cereri terra indocilis, nec inhospita Baccho,
Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.
Hae postquam Tyrio gentes cessere tyranno,
Utque dati rerum freni, nunc arte paterna
Conciliare viros; armis consulta Senatûs
Vertere, nunc donis: primus sumsisse laborem,
Primus iter carpsisse pedes, partemque subire,
Si valli festinet opus: nec cetera segnis,
Quaecumque ad laudem stimulant: somnumque negabat
Naturae, noctemque vigil ducebat in armis;
Interdum projectus humi: turbaeque Libyssae
Insignis sagulo duris certare maniplis:
Celsus & in magno praecedens agmine ductor
Imperium perferre suum: tum vertice nudo
Excipere insanos imbres coelique ruinam.
Spectarunt Poeni, tremuitque exercitus Astur,
Torquentem cum tela Jovem, permixtaque nimbis

Fulmina,

hil muto. Liv. lib. XXVII. cap. XLV. *Vix quod satis ad naturale desiderium corporum esset, quieti dare.*

v. 247. *Turbaeque Libyssae Insignis sagulo*] τὸ *Insignis* minime huc quadrat: corrigendum *Incinctus sagulo.* Editiones non nullae *In signi.* N. HEINSIUS. Viri illustrissimi emendationem non probo: Karthaginiensibus enim, quorum dux Hannibal, *sinus cingere inadsuetum* fuisse ipse notat Silius lib. III. vers. 234. unde *discincti Libyes* infra est lib. II. vers. 56. *discincti Afri* apud Maron. lib. VIII. Aen. vers. 724. ubi vide Servium, *distincta Karthago* apud Auson. Grat. Act. cap. XIV. & Nomadum *distinctus eques* apud Livium lib. XXXIV. cap. XI. Silii itaque mens est, Hannibalem hoc praeter reliquos duces insigne habuisse, quod gregarii militis habitu semper usus fuerit: ut de illo etiam narrant Liv. lib. XXI. cap. IV. Frontin. Strat. lib. IV. cap. III. ex. 7. & Saresb. lib. V. Polycr. cap. VII. Deinde ita hunc locum distinguo: *noctemque vigil ducebat in armis; Interdum projectus humi: turbaeque* &c. ut innuatur, Hannibalem noctu interdum vigilasse, interdum in terra nuda cubasse, sed semper armatum.

v. 251. *Insanos imbres*] Ut Auson. *dives insanum in modum. insanos*, magnos. D. HEINSIUS. Recte. vide doctos Interpretes ad Plauti Trin. act. III. scen. II. vers. 47. & Barth. ad Statii lib. I. Theb. vers. 367. Non enim puto Silium intellexisse valetudinis ἀφροῦς, insalubres, ut Dausquejus volebat.

v. 251. *Coelique ruinas*] *ruinam* scripti & primae editiones. N. HEINSIUS. Ita & Mediol. editio. Infra lib. XII. vers. 630. *post clades sociûm coelique ruinam.* Virgil. lib. I. Aen. vers. 129.

Fluctibus oppressos Troas coelique ruina.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 334.

Crebra ruina poli coelestia lumina laxat.

Per *coeli* autem *ruinam* tonitru intelligitur. cum enim tonat, Jupiter vel coelum *ruere* dicitur. vide Cerdam ad Virgil. lib. I. Georg. vers. 324. & N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 663.

v. 252. *Tremuitque exercitus Astur*] ἁπλοῦν est ἀντὶ κτητικοῦ. Sic Graeci Ἕλληνα στρατὸν pro Ἑλληνικὸν dici notant, & Thucydides Ἕλληνα καὶ βάρβαρον πόλεμον dixit, ut monet Thomas Magister, eo modo, quo Silius, non quo existimat Grammaticus ille; & Σκύθην οἶμον pro Σκυθικόν. sic apud Nonn. Dionys.

Ἄλλος ὑποπτήσσων μανιώδεα Παιὸς ἱμάσθλην
Εἰς ἑνοπὴν ἄγραυλον ἄναξ ἐβαχεύετο ποιμήν.

ubi Ἄραψ legendum monui in meis ad hunc poëtam emendationibus. sic ejusdem Poetae pag. 653.

Ἐγρεμόθους ὅτι μῆνας Ἄραψ τοσσάσσατο τίκτων.

& pag. 367.

Νόσφι ἀμφάλακτος Ἄραψ ὀρχήσατο πυθμήν.

atque haec ἴδιωμα sunt. Audaculi vero in iis sunt Attici & Dores, cum ἀλιζωνον μέλος pro ἀλιζώνικον dicunt, & similia. Ut Silius autem *exercitus Astur*, sic Claudianus *exercitus Scytha* dixit:

Ut Scytha post multos rediens exercitus annos.

quod fiebat saepenumero in polysyllabis, ut in Κυζικηνος, quod pro Κυζικηνικὸς saepenumero. Stephanus: Κέχρηται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἁπλῷ ἀντὶ κτητικοῦ, ὡς τὸ Τυρσηνοὶ ἀντὶ τοῦ Τυρσηνικοί. quod vocabulum restituendum moneo Hesychio: Βάμβα Κυζικηνῶν, Κυζικηνοὶ διὰ τὸ ἴωνες εἶναι ἐκφωνοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. scribe Κυζικηνῶν & Κυζικηνοί. Sunt enim hi, qui Dolones Homero. D. HEINSIUS. Membranae legunt *exterritus*, quod nobis minime rejiciendum videtur: ipse enim miles prodigiosam virtutem ducis stupebat. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Pro *exercitus Astur* malit Barthius ex Oxonio *exterritus*,

Fulmina, & excussos ventorum flatibus ignes
Turbato transiret equo: nec pulvere fessum
Agminis ardenti labefecit Sirius astro.
Flammiferis tellus radiis cum exusta dehiscit,
Candentique globo medius coquit aethera fervor,
Femineum putat humenti jacuisse sub umbra:
Exercetque sitim, & spectato fonte recedit.
Idem correptis sternacem ad proelia frenis
Frangere equum, & famam letalis amare lacerti;
Ignotique amnis tranare sonantia saxa,
Atque e diversa socios arcessere ripa.
Idem expugnati primus stetit aggere muri:

Et

ritus. Sed male. N. HEINSIUS. Quamvis & Putean. codex cum priscis editis *exterritus* habeat, facerem tamen cum Heinsiis, qui receptam lectionem vindicarunt. Sic Martial. lib. XIV. Epigr. CXCVII.

Venit ab auriferis gentibus Astur equus.

similiter *Bajae aquae* apud Propert. lib. I. Eleg. XI. vers. 30. ubi vide Broekhuis. *Cantaber oceanus* apud Claudian. de laudib. Serenae vers. 74. *Maurum jaculum* apud Horat. lib. I. od. XXII. vers. 2. ubi vide eruditissimum Bentlejum. alia infra habes lib. XVI. vers. 180.

v. 254. *Excussos ventorum ex flatibus ignes*] *ventorum flatibus* MS. sublato altero *ex*, quod perperam intruditur. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *ventorum flatibus* libri veteres constanter. & sic Barthius. N. HEINSIUS. Exsulat etiam praepositio ab editione Mediol. Sic Lucan. lib. I. vers. 151.

——— *expressum ventis per nubila fulmen.*

Claudian. lib. II. in Rufin. vers. 222. *madidis elisa tonitrua Coris.*

v. 256. *Ardenti labefecit Sirius astro*] Turpi errore operae in Dausquejana editione *labescit* dederunt. Sirii non ferendos calores pluribus describit Manil. lib. V. vers. 207.

v. 258. *Coquit aethera fervor*] Primae editiones *aequora* exhibent, id est, campos, ut infra vers. 267. N. HEINSIUS. Nec aliter Mediol. editio. *aequora* pro campis saepe apud Silium, ut lib. IV. vers. 143. 275. lib. V. vers. 375. & alibi. Eaedem autem voces non raro in libris vetustis confunduntur. vide N. Heinsium ad Nason. lib. IV. Metam. vers. 622.

v. 259. *Inventa jacuisse sub umbra*] *umenti umbra* Colon. codex. opinor *uventi.* N. HEINSIUS. Celeberrimo Burmanno N. Heinsii conjectura non placet. *inventa* enim *umbra* ipsi est, forte oblata. Ut velit Silius, Hannibalem, cum iter medio die ardentissimo sole in nudis campis fecisset, femineum nec viro conveniens credidisse, si forte arbor occurrisset, sub ejus umbra recubare.

v. 261. *Sternacem*] *sternax* equus est, qui vectorem sive erigendo, sive cernuando effundit. vide Salmas. ad Solin. pag. 628. Virgil. lib. XII. Aen. vers. 364.

——— *sternacis equi lapsum cervice Thymoeten.*

Avien. Descr. Orb. vers. 203.

——— *pecoris dorso sternacis in aequor*
Inachis illata est.

v. 262. *Frangere equum*] Pro domare, eleganter. Nec audiendus amicus noster, qui castigabat *Fingere equum.* etsi minime me praeterit illud Horatianum lib. I. Epist. II. vers. 64.

Fingit equum tenera docilem cervice magister
Ire viam, quam monstrat eques.

Pro *famam lacerti* Romanus *flammam.* sed male; fortasse *frameam.* N. HEINSIUS. *Fingere equum*, quod Vlitius conjicit in curis secundis ad Gratii Cyneg. (is enim amicus est, quem Heinsius innuit) ut Varus apud Macrob. lib. VI. Saturn. cap. 2.

Insultare docet campis, fingitque morando.

Frangere autem & *fingere* saepe à scribis librariis commutantur invicem. vide D. Heinsium ad Horat. lib. I. Sermonum Ecl. X. vers. 38. Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXXVIII. & Eruditissimum Bentlejum ad Horat. lib. III. od. VI. vers. 22. Nihil tamen hic mutem; *frangere* enim, ut Illustrissimus Heinsius notavit, est domare. Sic *Fractum atque domitum est* jungit Senec. Herc. Fur. vers. 31. eo sensu *frangere gentem*, *urbem* passim obvia sunt. vide Gronov. ad Senec. Herc. Oet. vers. 20.

262. *Famam laetalis amare lacerti*] Quaerunt docti, quid sit *letalis lacertus?* ego interpretandum existimo *letalis jactus*, hoc est maxime certi jactus. pariter enim loqui videtur lib. XVI. vers. 560.

Accola Burnus avis majorum & stemmate clarus,
Et Glagus insignis ventos anteire lacerto.

BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *letalis lacertus*, ut *fatifera dextra* infra h. libro vers. 641.

v. 264. *Gaudet & adversa populos arcessere ripa*] Aliter membranae concipiunt hunc versum:

Atque e diversa socios arcessere ripa.

sane melius. Promptum enim ire & redire per amnem

Et quoties campo rapidus fera proelia miscet,
Qua sparsit ferrum, latus rubet aequore limes.
Ergo instat fatis, &, rumpere foedera certus,
Quo datur, interea Romam comprendere bello
Gaudet, & extremis pulsat Capitolia terris.
Prima Saguntinas turbarunt classica portas,
Bellaque sumta viro belli majoris amore.
Haud procul Herculei tollunt se litore muri,
Clementer crescente jugo, quîs nobile nomen
Conditus excelso sacravit colle Zacynthos.
Hic comes Alcidae remeabat in agmine Thebas

Geryone

mnem facit Hannibalem. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Corrigendum cum Colon. Oxon. & Puteaneo

Atque è diversa socios arcessere ripa.

socios etiam exhibet Romana editio, & sic passim noster. *Gaudet*, cum paullo post denuo subsequatur, hoc loco inconcinnum est. subscribit scriptis quoque exemplaribus editio Parmensis. N. HEINSIUS. *adversam ripam* habes lib. VI. vers. 164.

Jam caput adversae ponebat margine ripae.

Livius lib. XXI. cap. XXXI. *Profectus adversa ripa Rhodani.* Lucan. lib. I. vers. 223. *adversam superato gurgite ripam Attigit.* Statius lib. IX. Theb. vers. 231. *adversae lasuerunt pulvere ripae.* Recipiendum tamen puto, quod ex libris priscis vindicarunt viri docti: quibuscum etiam facit Mediol. editio. *Diversa ripa* est opposita, adversa, contraria. Sil. lib. XIV. vers. 77.

——— *diversi lateris frons tertia terrae*
Vergit in Italiam.

Sallust. Bell. Catilin. cap. V. *Pessima ac diversa inter se mala, luxuria atque avaritia.* Curtius lib. IV. cap. IV. *Forte rex classem in diversam partem agi jusserat, triginta minoribus navigiis relictis in litore.* Varronis & Aemilii *mentem diversam* vocat Silius lib. VIII. vers. 351. id est, oppositam: quorum hic bellum trahere volebat, ille quam primum proelium committere. vide Paser. ad Propert. lib. I. Eleg. III. vers. 31. Brockhus. ibid. & ad Tibull. lib. IV. Eleg. I. vers. 45. In his vocibus autem *diversus* & *adversus* frequenter librarii turbarunt. vide Praestantissimi Gronovii Observ. in Eccl. Script. cap. XXI. ad Senec. lib. II. de ira cap. XXIII. & ad Livii lib. XXII. cap. VII. Pro *arcessere* perperam optimus codex Coloniensis *accersere*. ita in eodem codice erratum etiam lib. XI. vers. 204. lib. XIII. vers. 160. & alibi.

v. 269. *Qua datur*] *Quo datur* membranae Agripp. nempe *bello*; & tum mutanda distinctio, quod sequentia satis confirmant: Deinde *Romam comprendere vallo*, nam de bello sequitur. N. HEINSIUS.

v. 270. *Extremis pulsat Capitolia terris*] *Extrema terra* plerumque est Africa, quae respectu Asiae & Europae ultima erat. vide Broekhus. ad Prop. lib. II. Eleg. XIII. vers. 40. hic vero intelligenda est Hispania, quae interdum etiam *extrema terra* vocatur, quod ibi sol occidat, & Oceano mergi credatur. unde *Solis cubilia Gades*, aliaque apud Poëtas passim. Lucan. lib. VII. vers. 541.

Cappadoces, Gallique, extremique orbis Hiberi.

v. 271. *Saguntinas*] Aspirationem in hac voce expunxit Illustrissimus Heinsius, quem vide ad lib. XVII. vers. 333. neque aliter habent priscae editiones. Stephano est Σαγοῦντος, Ptolemaeo Σαγοῦντον: quibus & auctoritas marmorum *Saguntus* habentium accedit. Hunc scribendi modum videtur etiam Dausq. probasse in Orthogr. part. II. h. voce. Aliter Schottus ad Aurel. Vict. de Vir. Illustr. cap. XLII.

v. 272. *Bellaque sumta viro belli majoris amore*] Idem praedicunt legati Saguntini infra h. libro vers. 644.

Excivit Calpen, & mersos Syrtis harenis
Molitur populos, majoraque moenia quaerit.

Sumere bellum ut apud Petron. in Satyr. cap. LXXXIX. *commovent orbes manu, Bellumque sumunt.* ubi vide Celeberrimum Burmannum. cap. CXXII. *sumite bellum, Et tentate manus.* ubi vide Amplissimum Cuperum. Sic *sumere hostem*, *certamen*, *laborem*, *pericula*, aliaque apud Silium passim.

v. 274. *Clementer crescente jugo*] Senec. Oedip. vers. 280.

——— *coelum petens*
Clementer acto colle Parnasos biceps.

Tacit. de Morib. Germ. cap. I. *Danubius molli & clementer edito montis Abnobae jugo effusus.* Colum. lib. II. cap. II. *Collem clementer & molliter adsurgentem maxime probaverunt.* Appulej. lib. IV. Met. pag. 66. Ed. Pric. *Clementi transmisso clivulo pervenimus ad locum destinatum.*

v. 275. *Conditus excelso colle Zazynthus*] *Zacynthos* scripti & primae editiones, quomodo mox infra vers. 290. N. HEINSIUS.

v. 276. *Comes Alcidae remeabat Thebas*] Silius itaque Geryonem ab Hercule Thebano occisum esse statuit, quam expeditionem alii Herculi Tyrio juniori tribuunt. vide Voss. Theol. Gent. lib. I. cap. XXXIV.

Geryone exstincto, coeloque ea facta ferebat.
Tres animas namque id monstrum, tres corpore dextras
Armarat, ternaque caput cervice gerebat.
Haud alium vidit tellus, cui ponere finem
Non posset mors una viro, duraeque sorores
Tertia bis rupto torquerent stamina filo.
Hinc spolia ostentabat ovans, captivaque victor
Armenta ad fontes medio fervore vocabat,
Cum tumidas fauces accensis sole venenis
Calcatus rupit letali vulnere serpens:
Inachiumque virum terris prostravit Hiberis.
Mox profugi ducente Noto advertêre coloni,
Insula quos genuit Grajo circumflua ponto,
Atque auxit quondam Laërtia regna Zacynthos.

Firmavit

v. 277. *Coeloque ea fata ferebat*] *facta* castigandum cum Colon. & Romana editione. Facta Herculis intelligit. videantur, quae annotamus lib. XIII. vers. 224. noster supra vers. 1. *coelo se gloria tollit Aeneadum.* N. HEINSIUS. *facta* etiam Parmens. ac Mediolan. editio. Frequentissima librariorum culpa τὸ *facta* in *fata* migravit. vide N. Heinsium ad Silii lib. XI. vers. 30. Claud. lib. II. in Rufin. vers. 144. ad Nason. Epist. X. Heroid. vers. 99. ut contra etiam *fata* in *facta*. vide infra ad lib. XI. vers. 9. Pro *ferebat* in Romana editione est *gerebat*. sed male. sequitur enim mox, *ternaque caput cervice gerebat*.

v. 280. *Haud alium vidit tellus*] Paria tamen Virgil. de Herilo refert lib. VIII. Aen. vers. 564.

Nascenti cui tres animas Feronia mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma movenda:
Ter leto sternendus erat.

v. 281. *Non posset mors una viro*] *virum Haud alium* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 283. *Hic spolia ostentabat*] *Hinc spolia*, non *Hic*, in scriptis. N. HEINSIUS. Servius ad Maron. lib. I. Aen. vers. 6. *Hinc particulam sumsit loco adverbii Terentius, cum venuste ad personam transtulerit: Sed eccum Syrum incedere video; hinc jam scibo, quid fiet.* Locus Terentii est in Adelph. act. III. sc. III. vers. 7. qui similiter etiam loquitur in Hecyr. act. II. sc. II. vers. 4. *Atque eccum Phidippum optime video: hinc jam scibo, quid fiet.* Ita ex Bembino codice legit Faernus. Silius lib. III. vers. 106.

Hinc patriam clarumque genus referebat Imilce.

Hinc, id est, ab his supra memoratis proavis. eodem modo *unde* ad personam transtulit Sallust. Bell. Jugurt. cap. XIV. *Unde minime decuit, vita erepta est.* vide Servium d. loco, ad Virgil. lib. VIII. Aen. vers. 71. & Bentlejum ad Horat. lib. I. od. XII. vers. 19.

v. 288. *Advertêre coloni*] Imo *advenere*. D. HEINSIUS. Nihil muto. Nam, ut Dausq. observat, *advertêre* elliptica est locutio, pro *advertêre proram, navem, se*, vel simile. Virgil. lib. VII. Aen. vers. 35. *terraeque advertere proras Imperat.* lib. VIII. vers. 101. *Ocius advertunt proras.* Ovid. Epist. XII. Heroid. vers. 23. *Colchos advertere puppim.* vide infra ad lib. VI. vers. 327. Pari modo & Graecos locutos docuit Clarissimus Boss de Ellipsi ling. Graec. pag. 81. vel *advertêre* pro adversi sunt. ut apud Virgil. lib. I. Aen. vers. 104. *tum prora avertit, & undis Dat latus*, pro avertitur. quod Lucano etiam restituendum lib. III. vers. 150.

Ocius avertant diri mala semina belli.

ita enim in quatuor codicibus scriptis invenit N. Heinsius: vulgo est *avertas*. vide infra ad lib. IX. vers. 645.

v. 289. *Insula quos genuit Grajo circumflua ponto*] Dausq. laudando locum Polybii ex lib. III. videtur hunc versum de Sagunto cepisse, qui de Zacyntho maris mediterranei insula intelligi debet. vide Doctissimum Tristan. tom. II. Comment. Hist. pag. 414.

v. 290. *Atque auxit*] *ausit* Putean. *hausit* editio Rom. *aluit* Parmensis. N. HEINSIUS. *auxit* genuina Silii manus est, unde *ausit* & *hausit* vitio scribendi orta sunt. indocti enim librarii interdum alieno loco aspirationem addidere, interdum literam *x* in *s* vel *ss* mutarunt. vide infra ad lib. IX. vers. 230.

v. 293. *Nunc Ardea nomen*] Ita capiendum, cujus nihil praeter nomen superest, olim Heroum magnorum domicilium. Ovid.

Quid Pandioniae restat, nisi nomen, Athenae?

BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Silius lib. VI. vers. 478.

—— exsangui spectatis corpore nomen.

lib. X. vers. 583.

Ac stare Ausoniae vacuum sine corpore nomen.

Liv. lib. V. cap. XVIII. *Me jam non eundem, sed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis.* lib. VII. cap. XXIX. *Campani magis nomen ad praesidium sociorum, quam vires, cum attulissent.* Mela lib. II. cap. III. *Thoricos & Brauronia olim urbes, jam tantum*

nomina

Firmavit tenues ortus mox Daunia pubes,
Sedis inops; misit largo quam dives alumno,
Magnanimis regnata viris, nunc Ardea nomen.
Libertas populis pacto servata, decusque
Majorum; & Poenis urbi imperitare negatum.
Admovet abrupto flagrantia foedere ductor
Sidonius castra, & latos quatit agmine campos.
Ipse caput quassans circumlustravit anhelo
Muros saevus equo, mensusque paventia tecta,
Pandere jamdudum portas, ac cedere vallo
Imperat; & longe clausis ista foedera, longe
Ausoniam fore, nec veniae spem Marte subactis:
Scita Patrum, & leges, & jura, fidemque, Deosque

In

nomina. vide N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. XXX. Silius autem imitatur Maronem, qui lib. VII. vers. 411.

——— locus Ardea quondam
Dictus avis, & nunc magnum manet Ardea nomen.

ubi erravit, qui apud Taubmann. legebat, *tantum manet Ardea nomen.* Hoc enim vult Virgil. licet Ardea de prisca gloria immensum decreverit, tamen, propter Turnum & bella cum Aenea gesta, etiam nunc magnum ejus nomen superesse. Pariter ut poëta incertus in Catal. Pithoei lib. III. in princ.

Exigua ingentis retinet vestigia famae,
Et magnum infelix nil, nisi nomen, habet.

v. 294. *Libertas populis* &c.] Inter Romanos & Karthaginienses convenisse refert Liv. lib. XXI. cap. 2. *Ut Saguntinis mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur:* sive, teste Appiano in bell. Hispan. pag. 258. ut *αὐτόνομοι καὶ ἐλεύθεροι* forent. De quo privilegio, quod posteriori tempore in multarum urbium nummis frequenter occurrit, vide Spanhem. de usu & praest. numism. Dissert. IX. pag. m. 783. Pro *populis* in Putean. codice est *populi.*

v. 295. *Et Poenis postquam imperitare negatum*] at *Poenis* Modius & illum secutus Interpres. Colon. & Putean. scripti *ubi imperitare.* Nimirum à Silio erat *& Poenis urbi imperitare negatum.* Virgilianum verbum *Quis nemori imperitet* lib. XII. Aen. vers. 719. Solinus, *Onagri singuli imperitant gregibus feminarum.* Occurrit etiam apud Lucretium & Horatium. N. HEINSIUS.

v. 297. *Laetas quatit agmine caussas*] Suadent scribendum membranae *latos quatit agmine campos*, ac recte suadent, etsi ne hic quidem Commentatori defuit commoda, ut ipsi quidem videbatur, vulgatae scripturae explicatio. Nam *quatit laetas caussas*, inquit, *valet inferendo bello Saguntinis quaerebat caussas belli cum Romanis, quae facerent ipsum laetum & compotem voti.* Acumen hujus literatoris vide: qui, ut accusari eo nomine debet, quod nihil nescire voluit, ita in multis veniam meretur, deceptus à libris minus emendatis. Hinc plaustra illa monstrosarum interpretationum; quas deportari, quo merentur, insuper etiam aegre videntur & moleste ferre, qui hanc nostram criticen, ut infrugiferam & plane inutilem, damnare non dubitant. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVI. In membranis est lectio ea, quam reduxit Modius. Id ad initia obsidionis sane accommodatius. Quae vero sunt *laetas caussae*, & quomodo *agmine* eas *quatit?* BARTHIUS lib. VII. Adverf. cap. XV. Merito Modius ex Coloniensi libro probavit *latos campos*, quomodo & Oxon. liber. Neque aliter ab erudita manu in Aldini codicis, qui penes me exstat, margine erat castigatum. Habes apud Maron. lib. VIII. Aen. vers. 596.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

lib. XI. vers. 875.

Quadrupedumque putrem cursu quatit ungula campum.

quatere campos equite apud historicos passim occurrit. etiam apud eundem Maron. lib. XI. Aen. vers. 512.

——— equitum levia improbus arma
Praemisit, quaterent campum.

apud Ennium,

Pulverulenta putrem sonitu quatit ungula campum.

Avien. Descr. Orbis terr. de Numidis & Massylis,

Nunc in dumosae surrepunt devia cautis,
Nunc quatiunt campos, nunc silvas inter oberrant.
Conjugibus natisque simul cibus aspera glans est.

ubi perperam circumfertur, *in dumosas erepunt denique rupes*, & *aspera glando.* Lucret. lib. II. vers. 325.

Et circumvolitant equites, mediosque repente
Transmittunt valido quatientes impete campos.

Statius lib. IV. via Domitiani vers. 6. de Hannibale,

 Campanes

In dextra nunc esse sua: verba ocius acer
Intorto sancit jaculo, figitque per arma
Stantem pro muro, & minitantem vana Caïcum.
Concidit exacti medius per viscera teli:
Effusisque simul praerupto ex aggere membris,
Victori moriens tepefactam retulit hastam.
At multo ducis exemplum clamore secuti
Involvunt atra telorum moenia nube.
Clara nec in numero virtus latet: obvia quisque

Ora

Campanos quatit inquietus agros.
noster lib. XII. in principio,
Prorumpit Capua Poenus, vicinaque late
Praemisso terrore quatit.
& *quatere calcibus axem* lib. XVI. vers. 377. vide Bochart. de Anim. S. Script. lib. II. cap. VIII. pag. 127. 128. Adeantur etiam, quae Georg. III. annotamus vers. 88. Interpres, qui Marso, vulgatam lectionem amplectenti, hic adsurgit, nos doceret, vellem, quaenam ista sit Latinitas, *quatere caussas.* vidit & erroris lapsum Barthius. *Latias caussas* est in Parmensi. N. HEINSIUS. Enn. lib. VI. Annal.
Explorant Numidae, totam quatit ungula campum.
ubi plura habet Hier. Columna.

v. 304. *In dextra nunc esse sua*] *in manibus positum* eodem sensu infra dixit lib. XI. vers. 163. ubi plura vide apud N. Heinsium.

v. 306. *Monstrantem membra Vaïcum*] Hic alii libri habent *motantem membra.* Male etiam procul dubio, sed unde faciebat eruditissimus P. Victorius *mutantem verba*: aptiore fateor locutione prioribus; sed non illa, quam referunt MSti codices; quae est *minitantem vana Caïcum*: de qua non verebor pronuntiare, esse Silii germanam. lib. XII. vers. 262. certe ait, *conantem & vana minantem Circumagit.* Horatius quoque ita fere dixit,
Atqui vultus erat magna & praeclara minantis.
Sed & Graeci in eadem re verbo ἀπειλεῖν utuntur. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVI. *Minaces* Illustris Scaliger ex antiquitate eos dici probat, quos aretalogos appellamus vulgo: qui, multa cum jactant, nihil praestant tamen. Atque haec divine magnus ille heros, ut solet, ad Festum suum ex Catullo, & Ausonio. Ceterum ego *minitantem* hoc loco esse puto πομπεύοντα, *minitantem vana* μάτην πομπεύοντα, & λοιδοροῦντα. Dicunt autem eum πομπεύειν Attici, qui sine effectu ullo conviciis proscindit aliquem, ut apparet ex divina illa & numquam satis laudata Demosthenis περὶ στεφάνου oratione; ubi orator ille Aeschinem suum πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν dicit, voce à conviciis, quae in pompa Dionysiacorum è curru jaciebantur, deducta: quod antiquiores Attici χλευάζειν dicebant ratione alia: unde Menander,
Ἐὰν κακῶς μου τὴν γυναῖχ' οὗτω λέγῃς,
Τὸν πατέρα, καί σε, τούς τε σοὺς τούτους ἐγὼ
Πλυνῶ.
Ita enim legendum. D. HEINSIUS. Scripta lectio *nutantem Naicum.* vides ex correctione recte Modium scripsisse *minitantem vana.* tamen ad gestum irridentis poterat hoc capi. BARTHIUS libr. VII. Advers. cap. XV. *mutantem* Putean. codex cum editione Romana; Oxon. *nutantem*: unde *nudantem membra* faciebam notis ad Claud. in bell. Gildon. vers. 281. Noster lib. XIII. vers. 211.
Et qua nudarat, dum fundit spicula, ab alto
Arcum protendens, Numitor latus.
Adeantur annotata lib. XVII. vers. 449. sequor tamen cum Carrione & Modio membranas Colon. in quibus *minitantem vana Caicum*: caussas apud Dausquejum vide. neque aliter Barthius. *Caicum* bene etiam Parmensis. apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 197. habes *Ophelton vana sonantem.* N. HEINSIUS. Victorius ad Varron. lib. II. de re rustica in fine, conjicit scribendum *mutantem verba*, quod exponit altercantem, convicia facientem, & maledicta dicentem: quod Modius recte rejecit, reducta Colon. libri scriptura, *minitantem vana Caicum*, cui & alii viri docti calculum apposuerunt. Deinde *Caicum* etiam Mediol. editio. Militis illud nomen habet & Virgil. lib. IX. Aen. vers. 35.
Primus ab adversa conclamat mole Caicus.
& Valer. Flacc. lib. VI. vers. 658. *conjux miseranda Caico Linquitur.*

v. 307. *Concidit exacti medius per viscera teli*] Insolenter, non sine exemplo tamen, nec absque imitatione Graecorum. Sic Horatius,
Pacis eras mediusque belli.
D. HEINSIUS. Membranae, pro *inlecte medius per viscera tela*, habent *exacti medius per viscera telo.* scribe *exacti teli*, ut Carrion ante. Sed quid est *medius teli?* BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *exacti medius per viscera teli*, praeter Colon. membranas à Carrione hic laudatas, etiam Putean. codex & Oxoniensis, & editio Rom. atque Parm. & cum iis Gronov. ad Senec. Consol. ad Marciam cap. XVI. & Barthius, qui tamen quaerit, quid sibi velit *medius teli?* Sed ipsi satisfecit Gronov. Sic *medius silentum* apud Statium lib. IV. Theb. vers. 683. *exacti teli* ut apud Senec. in Troad. vers. 1155. loco mendoso,

Ut

Ora duci portans, ceu solus bella capessit.
Hic crebram fundit Baliari verbere glandem,
Terque levi ducta circum caput altus habena
Permissum ventis abscondit in aëre telum.
Hic valido librat stridentia saxa lacerto:
Huic impulsa levi torquetur lancea nodo.
Ante omnes ductor, patriis insignis in armis,
Nunc picea jactat fumantem lampada flamma,
Nunc sude, nunc jaculo, nunc saxis impiger instat.

Aut

Ut dextra ferrum penitus exactum abdidit. Ita enim legendum, non *dextra exacta.* ubi vide notas nostras. N. HEINSIUS. Lectionis, quae nunc vulgo exstat, auctor est Nicander, qui iliam Juntina edidit. Omnes enim priores editiones habent *exacti teli*, quod recte viri docti probarunt. Infra vers. 638. *qua mole sonantes Exigit ille trabes.* ubi plura vide. Quintil. Declam. III. pag. 41. *Gladium per pectus infandi corruptoris exegit.* Declam. X. p. 183. *Noxium per sua viscera exegerat ferrum.* Veram lectionem Silio etiam vindicavit vir summus J. Fr. Gronovius ad Liv. lib. XXVIII. cap. VI. & quid sit *medius teli* Barthium docuit, de quo videndus etiam Torrent. ad Horat. lib. II. od. XIX. vers. 28.

v. 309. *Rettulit hastam*] Teste Illustrissimo Heinsio, in MSto Coloniensi semper *retulit* scribitur, prima producta: & recte. apud veteres enim vocula *re* anceps erat in verbis compositis, quae à consona incipiebant, ut *recido*, *reduco*, *refero*, *reperio*, similibusque, cum semper corriperetur in iis, quae ad vitandum hiatum literam assumebant, ut *redeo*, *redoleo*, aliisque. vide J. Ger. Vossium lib. II. de Art. Gramm. cap. XIX. ubi insuper monet, non idcirco, quoties illa producitur, consonam geminandam esse, *reccido*, *redduco*, *reffero*, *repperio*. Vide etiam Gifan. Ind. Lucret. in voce *Vacillo*, & Broekhus. ad Propert. lib. IV. Eleg. VIII. vers. 44. In libris tamen veterrimis saepe contra obtinet. vide Crucq. ad Horat. lib. II. Sermon. Ecl. III. vers. 191. & N. Heinsium ad Nason. Epist. XIV. Her. vers. 46.

v. 313. *Ceu solus bella capessat*] *capessit* in scriptis & Rom. ac Parm. libro. recte. N. HEINSIUS. Ita etiam omnes editiones aliae, quae editionem Martini Herbipolensis praecesserunt. Primus enim is *capessat* edidit, quod post eum plerique secuti sunt.

v. 314. *Balcari verbere*] Funditores in universum omnes Βαλιαρεῖς appellat Polybius. Πρὸς δὲ τούτοις, inquit, Βαλιαρεῖς, οὓς κυρίως μὲν καλοῦσι σφινδονήτας· ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης συνωνύμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν προσαγορεύοντες, καὶ τὴν νῆσον, lib. III. sic semper οἱ Βαλιαρεῖς inquit καὶ λογχοφόροι, & ad armorum genus, non ad patriam, refert. Ἀννίβας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους, διαβιβάσας τὸν ποταμὸν, προβάλλετο τῆς δυνάμεως, libro eodem, & alibi saepe. D. HEINSIUS. Scribe, *Baliari verbere*, non *Baleari.* vide infra ad librum III. vers. 365.

v. 315. *Terque levi ducta circum caput altus habena*] Ovid. lib. IV. Metam. vers. 517. *bisque per auras More rotat fundae.* Virgilius, quem imitatur Silius, lib. IX. Aen. vers. 586.

Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena.

Proprie autem Silius versu sup. *fundis* dixit; nam teste Isidoro lib. XVIII. Orig. cap. X. *Funda dicta eo, quod ex ea fundantur lapides, id est, emittantur.*

v. 316. *Abscondit in aëre telum*] Scripti *adscendit.* an *accendit?* sed vulgata lectio bene se habet. N. HEINSIUS. Si addicerent codices, non male *accendit* legere posses. Glans enim plumbea rotando emissa è funda, quasi fornace correpta, nonnunquam in aëre liquescere solet, si poëtis fides habenda est. Virg. lib. IX. Aen. vers. 586.

Stridentem fundam, positis Mezentius hastis,
Ipse ter adducta circum caput egit habena,
Et media adversi liquefacto tempora plumbo
Diffidit.

Ubi vide Interpretes. Servius inquit, *Plumbum enim jactum nimio rotatu & aëris calore dissolvitur. Statius: & arsuras coeli per inania glandes.* Qui locus Statii, quam maxime ad Silii illustrationem faciens, exstat lib. X. Theb. vers. 528. Ovid. lib. XIV. Metam. vers. 825.

——— *seu lata plumbea funda*
Missa solet medio glans intabescere coelo.

Lucan. lib. VII. vers. 512.

——— *spatioque solutae*
Aëris & calido liquefactae pondere glandes.

Gunther. lib. X. Ligur. vers. 354.

Fundaque contorto transverberat aëra plumbo,
Et mediis liquidae glandes in nubibus ardent.

Voces autem *accendere* & *abscondere* librarii infra etiam turbarunt lib. XI. vers. 522. Sed, ut Heinsio visum, nec vulgata se male habet: sensus enim poëtae est, glandem funda tam alte actam esse, ut acies oculorum eo pertingere non potuerit: quo sensu *jaculo supra nubila surgere* infra dixit lib. XIV. vers. 506.

v. 318. *Torquetur lancea nodo*] id est, amento, ut saepe apud Silium. Bene autem lancea hic amento armatur: nam, teste Isid. lib. XVIII. Orig. cap. VII.

Aut hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas
Contendit nervo, atque insultat fraude pharetrae:
Dacus ut armiferis Geticae telluris in oris,
Spicula quae patrio gaudens acuisse veneno
Fundit apud ripas inopina binominis Histri.
Cura subit, collem turrita cingere fronte,
Castelloque urbem circumvallare frequenti.
Heu priscis numen populis, at nomine solo
In terris jam nota Fides! stat dura juventus,
Ereptamque fugam, & claudi videt aggere muros.
Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto,
Servata cecidisse fide. jamque acrius omnes
Intendunt vires: adductis stridula nervis
Phocaïs effundit vastos ballista molares:
Atque eadem, ingentis mutato pondere teli,
Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.

Alternus

VII. *Lancea est hasta amentum habens in medio: dicta autem lancea, quia aequa lance, id est, aequali amento, ponderata vibratur.*

v. 322. *Hydro imbutas, bis noxia tela, sagittas*] Eleganter Silius sagittas veneno tinctas *bis noxias* vocat, quod & veneno & vulnere mortem inferant. Ovid. lib. I. ex Pont. Epist. II. vers. 17.

Qui, mortis saevo geminent ut vulnere caussas,
Omnia vipereo spicula felle linunt.

Claudian. lib. I. de Laudib. Stilic. vers. 351.

Sed didicit non Aethiopum geminata venenis
Vulnera.

Sidon. Apollin. Carm. v. vers. 407.

Spiculaque infusum ferro latura venenum,
Quae feriant bis, missa semel.

Joseph. Iscan. lib. VI. de Bell. Troj. vers. 233.

——— *duplicique fatigat*
Morte animam, furit hinc virus, cruor inde secutus
Missile, & inciso tandem de flamine certant.

v. 325. *Spicula quae patrio*] *qui* scribendum, vel invitis vetustis codicibus. N. HEINSIUS.

v. 326. *Binominis Histri*] Ovid. lib. I. ex Pont. Epist. VIII. vers. 11.

Stat vetus urbs, ripae vicina binominis Histri.

Stat. lib. v. Silv. I. vers. 90.

Quid vagus Euphrates, quid ripa binominis Histri.

Ausonius in Mosella vers. 106.

——— *per Illyricum, per stagna binominis Histri.*

Fluvius enim ille & Hister, & Danubius, antiquitus vocabatur.

v. 329. *Ac nomine solo*] *at* cum Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 332. *Sed dignam Ausonia mortem putat esse Saguntum Servata cecidisse fide*] Lego, quidquid nugentur alii, *Ausonia Sagunto.* Eleganter autem Saguntum vocat *Ausoniam*, quod Romanarum partium esset, ut Scipio Trebiam *Sidonium amnem* appellat, quod Poenis favere, & eorum victoriam adjuvare videretur. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVI. In membranis est *Sagunto.* Dignum censet Ausonia Sagunto; nam Romanis se plane transcripserat Saguntus, unde & prima inter istas urbes, quae Fortuna sinistra fidae fuerunt apud Ausonium. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *Sagunto* in scriptis, de quo Modius. quod si sequimur, *Ausoniae* etiam erit corrigendum, ut subintelligatur, quod sequitur, *Servata fide.* Possis & *Saguntom.* Barthius ex Oxonio *Sagunto Ausonia*, ut *Ausonia Sagunto* sit Romanis addicta, & Ausonias partes secuta: imo *Ausonia Saguntus* ab Ardeatibus exstructa. N. HEINSIUS. Optime *Ausonia Sagunto* ex MSS. viri docti vindicarunt, quod recte Illustrissimus Heinsius ad originem Latinam retulit. Quum enim partim Graeca urbs fuerit, condente eam Hercule, quam postea auxerunt coloni ex Zacyntho profecti, partim Latina, eo habitatum concedentibus Ardeatibus quibusdam, ut Silius supra narravit. nunc *Ausonia* cognominatur, quemadmodum *Graeca* infra lib. III. vers. 178. ubi caussam vide. Doctissimus Dausquejus stat à vulgata scriptura, cujus hunc sensum putat: universum Saguntum existimat mortem suam dignam esse Ausonia, si ob fidem servatam interirent. Sed scriptos codices sequi praestat.

v. 334. *Intendunt vires*] Lege *Intendi.* N. HEINSIUS.

v. 334. *Adductis nervis*] *eductis* Codex Putean. sed nihil muto. Cic. lib. II. Tuscul. Quaest. cap. XXIV. *Ut enim ballistae lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.* lib. I. de Divin. cap. LIV. *Cum autem ille respondisset, in agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse.* Virgil. lib. v. Aen. vers. 507. *adducto constitit arcu.*

Alternus resonat clangor. certamine tanto
Conseruere acies, veluti circumdata vallo
Roma foret: clamatque super, Tot millia, gentes
Inter tela satae, jam capto stamus in hoste?
Anne pudet coepti? pudet ominis? en bona virtus,
Primitiaeque ducis. taline implere paramus
Italiam fama? tales praemittere pugnas?
Accensae exsultant mentes, haustusque medullis
Hannibal exagitat, stimulantque sequentia bella.
Invadunt manibus vallum, caesasque relinquunt
Dejecti muris dextras. subit arduus agger,
Imponitque globos pugnantum desuper urbi.
Armavit clausos, ac portis arcuit hostem
Librari multa consueta falarica dextra,
Horrendum visu robur, celsisque nivosae

Pyrenes

arcu. lib. IX. Aen. vers. 632.

Effugit horrendum stridens adducta sagitta.

Ovid. lib. I. Metam. vers. 455.

Viderat adducto flectentem cornua nervo.

Auson. Gratiar. Act. cap. XXVII. *Nemo adductius jacula contorsit*. Ita recte emendarunt viri docti ex codice Tiliano: olim erat *abductius*, pessime. quaedam infra vide ad lib. II. vers. 127.

v. 340. *Clamatque super*] In scriptis *clamantque*: sed Hannibalis est oratio, quae sequitur. lege, *Roma foret; clamatque super*. nisi mavis, *clamansque*. legendum etiam, *tot millia gentis*. deinde *pudet ominis*, cum Modio & Coloniensi; qui etiam *Nonne pudet coepti*. N. HEINSIUS.

v. 342. *Pudet omneis*] Ajo reponendum, cum libri veteres habeant *omnis*, pro *omneis*, *pudet ominis*. Sunt verba Hannibalis milites increpantis: & credebant veteres, teste etiam Ovidio, omina principiis inesse. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVI. Recte viri docti *ominis* revocarunt. Quod Mediol. & nonnullae aliae editiones servant. Neque aliter hunc locum constituendum judicarat Illustrissimus Heinsius olim ad Claudian. Epist. ad Probin. vers. 15. Saepe autem voces *omina* & *omnia* errore scribarum invicem locum mutarunt. vide infra ad lib. IX. vers. 4.

v. 344. *Tales praemittere pugnas*] *promittere* opinor. mox *stimulantque sequentia bella* scripti & Romana editio, ut & Parmensis, non *stimulatque*. bene. *sequentia bella*, Romana. N. HEINSIUS.

v. 345. *Haustusque medullis Hannibal exagitat*] Insigni gravitate dictum est, cum Hannibal nihil nisi bella spirarit: unde & *sequentia* dixit, quasi ei annexa. Statius, *& vocem fata sequuntur*. Sic Juvenalis Sat. VIII. vers. 71.

Haec satis ad juvenem, quem nobis fama superbum
Tradit, & inflatum, plenumque Nerone propinque.

hoc est, atrocitate cognati Neronis. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Claudian. Consul. Mall. Theod. vers. 196.

—— nisidis quisquis te sensibus hausit,
Irruet intrepidus flammis.

plura infra vide ad lib. VIII. vers. 318. Mox, pro *stimulat*, etiam Mediolan. editio *stimulant*.

v. 351. *Librari multa consueta falarica dextra*] Lipsius lib. V. Poliorc. cap. V. ubi pluribus de falarica agit, *multa dextra* exponit catapulta, ad quam plures operae. recte. quamvis apud alios etiam unus emittat. Sic Turnus hoc telum manu librat apud Maron. lib. IX. Aen. vers. 705. ubi vide Servium, & Columm. ad Enn. Annal. pag. 131. Grat. Cyneg. vers. 342.

Terribilemque manu vibrata falarica dextra
Det sonitum.

etiam Livius lib. XXXIV. cap. XIV. *Emissis soliferreis falaricisque gladios strinxerunt*. Vlitius ad d. loc. Gratii *Vibrari* hic scribendum conjecit; quas voces nonnumquam inter se misceri in libris scriptis, & *vibrari* de hastilibus dici, infra adstruxi ad lib. XIII. vers. 165. Nihilominus tamen receptam lectionem ob codicum consensum hic probo. Nam frequenter tela etiam *librari* dicuntur. Infra lib. V. vers. 576. *tum librat ab aure Intorquens jaculum*. lib. IX. vers. 455.

—— libratam à pectore Poeni
Pallas in obliquum dextra deterserat hastam.

lib. IV. vers. 455.

Et librat saeva conjectum cuspide ferrum.

lib. XII. vers. 317.

Hic valido librat stridentia saxa lacerto.

& vers. 404. *perlibrat viribus hastam*. ut adeo jacula tam *librentur*, quam *vibrentur*. quare nec Gifanium probo, qui in Indic. Lucret. voce *Volgata* scribit, gladios proprie *vibrari*, missilia vero *librari*. praeterquam enim quod tela dicantur *vibrari*, sic contra & gladius, seu bipennis & securis, qua gladii loco utuntur, etiam *librantur* ac *perlibrantur*. infra lib.

II.

Pyrenes trabs lecta jugis, cui plurima cuspis;
Vix muris toleranda lues, sed cetera pingui
Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.
Fulminis haec ritu, summis e moenibus arcis
Incita, sulcatum tremula secat aëra flamma.
Qualis sanguineo praestringit lumina crine,
Ad terram coelo decurrens, ignea lampas.
Haec ictu rapido pugnantum saepe per auras,
Attonito ductore, tulit fumantia membra.
Haec vastae lateri turris ceu turbine fixa,

Dum

II. vers. 190. 617. lib. v. vers. 293. & alibi.

v. 353. *Pyrenes trabs lecta jugis*] *secta* scribendum. apud Nason. Epist. Oenon. vers. 41. *Caesa abies sectaeque trabes.* apud Maron. lib. II. Aen. vers. 16. *sectaque intexunt abiete costas.* & lib. IV. vers. 505. *ilice secta.* potest tamen & vulgatum ferri. Postea etiam *fumat* corrigo, ut sit Graecismus, *cetera fumat Uncta pice.* lib. II. vers. 331. *nam cetera non latet hostis.* N. HEINSIUS. Virgil. lib. VI. Aen. vers. 214. *taedis & robore secto Ingentem struxere pyram.* Vulgatum tamen non muto. Infra lib. II. vers. 85.

Ipsa autem gregibus per longa mapalia lectos
Ante aciem ostentabat equos.

lib. IV. vers. 176.

——— *Picenti rasilis hasta*
Ripis lecta Padi letum tulit.

v. 358. *Praestringit lumina crine*] *nubila* opinor. Similem diversitatem in Virgilianis quoque codicibus deprehendi. Horat. lib. I. od. XXXIV.

——— *Diespiter*
Igne corusco nubila dividens.

N. HEINSIUS. Codex Putean. *perstrinxit*, priscae editiones *perstringit*: quas voces saepissime librarios in membranis antiquis miscuisse notum est. Lambinus ad Lucret. lib. III. vers. 1058. ad Horat. lib. II. Epist. I. vers. 14. ad Cic. Orat. pro Rabirio cap. XVI. & alibi vocem *praestringere* damnat, eique, ubicumque occurrat, τὸ *praestinguere* substituendum esse existimat. Eum omnino falli contendit Gifan. Indice Lucret. & Observ. in Ling. Lat. voce *praestringere*, & Nic. Heinsius ad Prudent. περὶ στεφ. Hymn. II. vers. 86. & recte. Si enim, quod Lambino damus, *praestinguere oculos* interdum dixerint optimi auctores; minime tamen hinc effici potest, locutionem illam, ejecto τοῦ *praestringere* vel *perstringere oculos*, ubique recipiendam esse. Cum vero tutissimum sit, hac in re codices antiquissimos sequi, *praestringit* hinc non movebitur, quod lectio illa sit in longe optimis codicibus Colon. & Oxon. qui majoris auctoritatis sunt, quam priscae editiones. Ita autem locutus est Cic. Orat. in Vatin. cap. X. *Dignitas & splendor praestringebat, credo, oculos Vatinii.* quam scripturam ex quinque MStis Ciceroni vindicavit Gruter. vulgo erat *perstringebat.* in Divin. contra Caecil. cap. XIV. *Gestu ipso ac motu corporis praestringat aciem ingenii tui.* De Senect. cap. XII. *Mentis, ut ita dicam, praestringit oculos.* ubi tamen multos MStos *praestinguit* habere in libello var. Lection. notavit Academiae nostrae quondam decus & gloria, nunc desiderium, J. G. Graevius. Senec. lib. VII. de Benef. cap. IX. *Quae gentium oculos Regumque praestringunt.* Ita habent antiquiores editiones, etiam optima illa Magni Gronovii. malo autem exemplo Lipsius *perstringunt* edidit, nec mutationis caussam vel verbo addidit. de Tranquill. Anim. cap. I. *Praestringit animum apparatus alicujus paedagogii.* Lucan. lib. I. vers. 154.

——— *obliqua praestringens lumina flamma.*

ubi Pulmann. in uno codice *praestinguens* invenit, quod Grotius recepit: cum tamen plus quam viginti codices, quos Heinsius consuluit, omnesque alii Pulmanni, *praestringens* vel *perstringens* habeant. Nazar. Paneg. Constant. cap. V. *Si qui mentem propius adegerunt, quod oculis in solem se intendentibus evenit, praestricta acie videndi facultate caruerunt.* Claudian. in III. Cons. Honorii vers. 134. *praestringit aena Lux oculos.* Plura exempla vide apud Gifan. dictis locis, & Non. Marcell. hac voce. *Perstringere oculos*, quod nondum observarat Gifanius, dixit Valer. Max. lib. II. cap. X. ex. 6. *Cimbrica nimirum calamitas oculos hominis perstrinxit.* Ita constanter duo codices scripti Bibliothecae Trajectinae: neque ullam diversitatem notarunt docti Interpretes. Mamert. Genethl. Maxim. cap. 2. *Sensus meos dicatorum vobis dierum proxima quaeque veneratio sui maiestate perstringit.* ubi Gruter. *praestinguit* legebat, sed sine librorum auctoritate. Pro *lumina* autem hic apud Silium Illustrissimus Heinsius *nubila* malebat, qualis earum vocum confusio & alibi observatur. vide infra ad lib. VIII. vers. 437. Sed nihil mutandum. nam & *praestringens lumina flamma* Lucan. dixit loco modo laudato, quem Silius imitatus esse videtur.

v. 362. *Vastae lateri turris cum turbine fixa*] *ceu turbine* bene Oxoniensis codex cum Aldino. Maluerim etiam *quassae lateri turris.* lib. II. vers. 294. *Oppida quassantur bello.* vers. 300. *Externas arces quatit.* lib. XII. vers. 40.

Pulsavit quatiens obstructas ariete portas.

vide

Dum penitus pluteis Vulcanum exercet adesis,
Arma virosque simul pressit flagrante ruina.
Tandem condensis actae testudinis armis
Subducto Poeni vallo, caecaque latebra,
Pandunt prolapsam suffossis moenibus urbem.
Terribilem in sonitum procumbens aggere victo
Herculeus labor, atque immania saxa resolvens,
Mugitum ingentem coelo dedit. Alpibus altis
Aëriae rupes, scopulorum mole revulsa,
Haud aliter scindunt resonanti fragmine montem.
Surgebat cumulo certatim prorutus agger,

Obstabatque

vide infra lib. IX. vers. 338. N. HEINSIUS. *ceu turbine* pleraeque habent editiones, quas vidi, ut Mediol. Juntina, Gryphii, aliaeque. Frequenter librarii voculas *ceu* & *cum* inter se permiscuerunt. vide infra ad lib. XII. vers. 234. Deinde *vastae turris* non mutarem in *quassae.* quam enim hic *vastam turrem* dicit, paullo ante vers. 348. *arduum aggerem* vocavit.

v. 363. *Pluteis Vulcanum exercet adesis*] Male *pluteis adustis* editiones nonnullae. Dixi ad Amores Nasonis lib. I. Eleg. ult. vers. 41. N. HEINSIUS. *τὸ adustis* ex glossa vocis *adesis* natum est. Pariter locutus Virgil. IX. Aeneid. vers. 537. de flamma, *& postibus haeret adesis.* hinc *edax ignis* passim: infra lib. IX. vers. 604.

—— pastusque sonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur.

Ovid. lib. IX. Metam. vers. 202. *pulmonibus errat Ignis edax imis.* lib. XIV. vers. 540.

—— nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes & membra meorum.

Quinctil. Declam. VI. pag. 113. *Rogum meum videam, & edaces circa corpus filii mei flammas.* Similiter & *vorare* de igne. infra lib. IV. vers. 687.

Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos
Absorbet latices.

Albinov. Consol. ad Liviam vers. 134.

Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Arnob. lib. III. advers. Gent. pag. 114. *Aedes frequentissime sacras atque urbium portiones ad cinerem patitur flammarum voracitate collabi.*

v. 365. *Actae testudinis armis*] Perperam in scriptis *arctae*, quod est etiam in Parmensi editione. *obsessumque acta testudine limen* apud Maron. habes lib. II. Aeneid. vers. 441. Caesar lib. V. Bell. Gall. cap. XLIII. *Hostes maximo clamore insecuti, quasi parta jam atque explorata victoria turres testudinesque agere.* *aptae testudinis* editio Romana. N. HEINSIUS. *Agere testudinem* dixit etiam Virgil. lib. IX. Aen. vers. 505.

Accelerant acta pariter testudine Volsci.

& Sallust. in Bell. Jugurt. cap. XCIV. *Tum vero cohortatus milites, & ipse extra vallum egressus, testudine acta succedere.* In Mediolan. editione erat *apte testudinis.* Sed eas voces librarii nonnumquam solent permiscere. vid. infra ad lib. IX. vers. 117.

v. 366. *Caecaque latebra*] Non recte docti interpretes Marsus, Dausquejus, & Cellarius, hunc locum accepisse videntur de cuniculis. Intelligit enim Silius ipsos milites sub clipeis latentes, qui murum subruebant. Cuniculos enim agentes non ad id moenia suffodiebant, ut ea proruerent, sed ut milites in media urbe emergere possent, & *arcano limite muros elusos transilirent*, ut loquitur Claudian. lib. II. de Rapt. Proserp. vers. 163. eo modo captae sunt Vejae à Romanis, referente Livio lib. V. cap. XXI.

v. 369. *Immania saxa revolvens*] *resolvens* praestat è scriptis. Deinde distingue *coelo dedit. Alpibus altis Aëriae rupes.* N. HEINSIUS. Infra lib. III. vers. 643.

Dat gemitum putris resoluto pondere moles.

Amm. Marcell. lib. XXXI. cap. I. *Ordine resoluto saxorum, quadrato lapide hi Graeci versus incisi reperti sunt.* Saepe ita turbarunt scribae librarii. vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 829. lib. III. vers. 41. & lib. VII. vers. 463.

v. 370. *Mugitum ingentem coelo dedit*] In scriptis Colon. & Oxon. *coeli dedit.* N. HEINSIUS. *casu dedit* editiones Junt. Ald. & Gryphii, ut fere Virgil. lib. II. Aen. vers. 465. *ea lapsa repente ruinam Cum sonitu trahit.* sed nihil muto. *mugitum coelo dedit* est, tantum mugitum dedit, ut sonitus ad coelum penetrarit. Sic *polo crescant Alpes* infra est lib. II. vers. 353. ubi plura vide.

v. 373. *Surgebat cumulo certantum protinus agger*] Emendandum volentibus & jubentibus membranis *prorutus agger.* hoc enim dicit; agger, paullo ante à Poenis dirutus, surgebat denuo, militum hinc inde cadentium corporibus cumulatus. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVI. *prorutus agger* bene cum scriptis Modius: nisi quod illum fugit, scribi oportere, *certatim prorutus*; quod tamen membranae Colonienses exhibebant: Oxon. *certantem.* Infra lib. XII. vers. 310.

Certatim matrona ruit, belloque ministrant.

N. HEINSIUS. *prorutus agger* Dausquejus etiam probavit. Ita locutus est Liv. lib. IV. cap. XXIX. *Dictator*

E

Obstabatque jacens vallum, ne protinus instent
Hinc atque hinc acies media pugnare ruina.
Emicat ante omnes primaevo flore juventae
Insignis Rutulo Murrus de sanguine: at idem
Matre Saguntina Grajus, geminoque parente
Dulichios Italis miscebat prole nepotes.
Hic magno socios Aradum clamore vocantem,
Qua corpus loricam inter galeamque patescit,
Conantis motus speculatus, cuspide sistit;
Prostratumque premens telo, voce insuper urget:
Fallax Poene, jaces: certe Capitolia primus
Scandebas victor. quae tanta licentia voti?
Nunc Stygio fer bella Jovi. tum fervidus hastam
Adversi torquens defigit in inguine Hiberi:
Oraque dum calcat jam singultantia leto,
Hac iter est, inquit, vobis ad moenia Romae,

O metuenda

Elator proruto vallo jam in castra proelium intulerat. ubi vide J. Fr. Gronovium. lib. IX. cap. XXXVII. *Dolabrae calonibus dividuntur ad vallum proruendum.* & mox, *proruto vallo erupit acies.* Caesar lib. III. Bell. Gall. cap. XXVI. *Celeriter ad eas, quas diximus, munitiones pervenerunt, atque his prorutis* &c. Silius lib. III. vers. 642. *proruta ferro moles.* lib. IV. vers. 602.

Namque vadis rapitur praeceps, seu proruta cautes
Avulsi montis.

Senec. in Phoen. vers. 114.

Duc, ubi sit altis prorutum saxis jugum.

Eadem vox Curtio restituenda est lib. IV. cap. XIII. *Proruto vallo copias exire jubet.* ita habet codex Bongars. vulgo est *prorupto vallo.* Plura vide apud Gronov. ad Tacit. lib. I. Annal. cap. LXVIII.

v. 374. *Ne protinus instent*] Omnes libri scripti *ni protinus.* olim enim *ni* pro *ne* scribebant. vide doctos Interpretes ad Maron. lib. III. Aen. vers. 686. Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. VI. vers. 3. & Noris. ad Cenotaph. Pisana Dissert. IV. cap. V. pag. 474.

v. 376. *Primaevo flore juventae*] Lege *primaevae.* N. HEINSIUS. Infra lib. XVI. vers. 405. *conspicuus primaevae flore juventae.* Similia ubique in poetis restituere captavit Illustrissimus Heinsius; sic apud Claudian. in III. Consul. Honor. vers. 10. pro *primo à limine visae*, scripsit *primae vita.* atque ita alibi saepe. Hoc tamen loco vulgata lectio bene se habet. Infra lib. V. vers. 18.

Flore capi juvenum primaevo lubrica mentem.

lib. VI. vers. 65. *Flore nitens primo.* Cic. lib. I. de Divin. cap. XIII. *Ereptum primo jam à flore juventae.* Virgil. lib. VII. Aen. vers. 162.

Ante urbem pueri & primaevo flore juventus
Exercentur equis.

Senec. in Hippol. vers. 620.

Tu qui juventae flore primaevo viges.

Plin. lib. V. Epist. IX. *In flore primo tantae indolis juvenis exstinctus est.* Quinctil. Declam. IX. pag. 156. *Primo juventae flore fraudatus periit miser fato suo.* Curtius lib. VII. cap. II. *Juvenis erat primo aetatis flore pubescens.* L. Alfius Marcellinus dicitur IN. PRIMO. AETATIS. FLORE. PRAEREPT. in lapide literato apud Gruter. pag. CCCL. num. 6.

v. 380. *Vaidum*] *Aradum* ex scriptis potioribus, *Haiadum* Parmensis, *Aiadum* Puteaneus: alii aliter. N. HEINSIUS. Recte etiam Mediolan. editio *Aradum.* Arados autem parva Phoeniciae insula est, cujus Mela aliique meminerunt. Hinc Silius illud nomen deduxit, qui ubique solet militibus suis nomina imponere ab insulis, populis, urbibus, fluminibusque regionis, unde orti sunt, ut docuit Gronov. lib. IV. Observ. cap. XVIII. Poeni autem, ex quorum numero hic Aradus, per Didonem ex Phoenicia in Africam venerunt.

v. 387. *Defigit in inguine Hiberi*] Vel hic, vel mox, mendosum est nomen Hiberi à Murro occisi; bis enim idem ponitur: sed absque ope librorum nihil in eo mutare audemus. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Nomen Hiberi neque hic, neque mox, mendosum est. Nunc enim Murrus hastam quidem in inguine ejus defigit, & ora leto singultantia calcat, non vero plane occidit: sed postea demum

— *instaurantis pugnam circumsilit arma,*
Et rapto nudum clipeo latus haurit Hiberi,

& ita interficit. Pro *in inguine*, ex alio codice ad marginem editionis Romanae notatum erat *in inguen*, testante Illustrissimo Heinsio.

v. 394. *Bella feris arcu jaculoque agitabat Hiberus*] *ferens* scripti & Romana ac Parm. editio. legendum utique *serens. serere bellum* etiam supra habuimus. vers. 80.

Romanum sevit puerili in pectore bellum.

serere vulnera lib. V. vers. 295. itidem ex scriptis.

bella

O metuenda manus. sic, quo properatis, eundum.
Mox instaurantis pugnam circumsilit arma,
Et rapto nudum clipeo latus haurit Hiberi.
Dives agri, dives pecoris, famaeque negatus
Bella feris arcu jaculoque agitabat Hiberus.
Felix heu! nemorum, & vitae laudandus opacae,
Si sua per patrios tenuisset spicula saltus.
Hunc miseratus adest infesto vulnere Ladmus.
Cui saevum arridens, Narrabis Hamilcaris umbris
Hanc, inquit, dextram, quae jam post funera vulgi
Hannibalem vobis comitem dabit: & ferit alte
Insurgens gladio cristatae cassidis aera,
Perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa.
Tum frontem Chremes intonsam umbrante capillo
Septus, & horrentes effingens crine galeros:

Tum

bella ex bellis feri Livius lib. XXXI. cap. VI. N. HEINSIUS. *ferens* etiam Mediolan. editio. Sed & recepta lectio commodum sensum habet. *Bella feris agitare* est venatui operam dare.

v. 396. *Tenuisset spicula saltus*] *tenuasset* arbitrabar aliquando, hoc est, minuisset, consumsisset paullatim. sic *tenuare colos* apud Statium Achill. lib. I. vers. 644. apud Claudian. de VI. Conf. Honor. vers. 128. *Pollentini tenuatus funere campi* dicitur Alaricus, cujus ad Pollentiam profligatus erat exercitus à Stilicone. Avien. Descr. Orbis,

Donec harenosas attollant aequora Syrtes,
Infidumque rates tenuent mare.

Hirtius in bello Afr. *Subito adversariorum exercitus se extendere, & in latitudinem promovere, collesque complecti, & Caesaris equitatum extenuare. extenuare* quia se extendebant pauci numero adversus plures: ita *tenuata acies* confertae aut condensae opponitur apud Veget. lib. II. cap. III. & lib. III. cap. XV. ubi male codices nonnulli *attenuata*. N. HEINSIUS.

v. 397. *Ladmus*] Forte *Latmus*, à Latmio insula. quidam codices *Lagmus*, *Lagnus*, *Laudus*. N. HEINSIUS. Cum miles hic memoratus a Karthaginiensium partibus steterit, placet prae ceteris Oxon. membranarum scriptura *Laudus*: nam *Laudia* Ptolemaeo oppidum est Mauritaniae Caesariensis, *Laud* vero Plinio fluvius Mauritaniae Tingitanae, unde Silius id nomen formasse videtur.

v. 398. *Cui saevum arridens*] *arridens saevum* Homerus Il. H. vers. 212. μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι dixit de Ajace suo, ubi Grammatici μειδιᾶν in vultu esse volunt talem faciei dispositionem, quae risu sit severior, severitate remissior. D. HEINSIUS.

v. 399. *Post vulnera vulgi*] *funera* scripti & Rom. ac Parm. editio. bene. N. HEINSIUS. Ita etiam Mediol. editio; quae lectio longe praeferenda est: auribus enim ingrata est prioris syllabae repetitio, praeterquam quod *vulneris* etiam mox praecesserit. Voces autem *vulnera* & *funera* saepe invicem commutatae fuerunt. Vide N. Heinsium ad Nason. Epist. XI. Heroid. vers. 125. ad Silii lib. V. vers. 156. & lib. XVII. vers. 421. apud Lucan. lib. VIII. vers. 433. pro *post funera nostra*, unus codex ex Vossianis, ab Heinsio inspectus, habet *vulnera*. & ita alibi saepe.

v. 402. *Perque ipsum tegmen*] *tegimen* in optimis membranis semper. N. HEINSIUS.

v. 403. *Tum frontem Chremes intonsam vibrante capillo*] Scribendum *Chromis*, quod nomen, cum apud alios poëtas, tum apud Nason. XI. Metam. occurrit. vulgata scriptura peccat in leges metricas. Infra, *Et geminos Chromin atque Gyan*. porro *umbrante capillo* Colon. & Oxon. at Putean. *ubrante*. unde Gronov. Observ. lib. IV. cap. XVIII.

Tum frontem Chremetes intonsam umbrante capillo.

N. HEINSIUS. Varie turbant editiones priscae: ita tamen, ut appareat falli Dausq. qui hunc & sequentem versum desiderari putat in editione Aldina, & Nutii; cum uterque ille versus in iis & in Juntina editione duobus sequentibus versibus postponatur. Deinde praeferendam duco exactissimi Gronovii conjecturam *Chremetes*, & tum ex optimis scriptis recipiendum *umbrante capillo*. Petron. Satyr. cap. CIX.

Nunc umbra nudata sua jam tempora maerent.

Claud. Consul. Olyb. & Prob. vers. 68.

—— metasque tenetis
Ante, genas dulces quam flos juvenilis inumbret.

in Epithal. Pall. & Celer. vers. 42. *dubiam lanuginis umbram Caesaries intonsa tegit*. Arnob. lib. III. adv. Gentes pag. 107. *Oculorum orbiculos mobiles, superciliorum marginibus obumbratos*. Appul. lib. V. Metam. pag. 93. *Confingit esse juvenem quendam, & speciosum, commodum lanoso barbitio genas inumbrantem*. ubi vide Pricaeum.

v. 404. *Effingens crine galeros*] Dausquejus ex hoc

loco

Tum Mafulus, crudaque virens ad bella fenecta
Karthalo, non pavidus fetas mulcere leaenas,
Flumineaque urna caelatus Bagrada parmam,
Et vaftae Nafamon Syrtis populator Hyempfal,
Audax in fluctu laceras raptare carinas,
Una omnes dextraque cadunt iraque peremti.
Nec non ferpentem diro exarmare veneno
Doctus Athyr, tactuque graves fopire chelydros,
Ac dubiam admoto fobolem explorare cerafte.
Tu quoque fatidicis Garamanticus accola lucis

Infignis

loco errare eos pronuntiat, qui putant *galerum*, feu *galericulum*, femper notare comam adfcititiam, cum hic etiam de crine nativo fumi putet. Sed ipfum Daufquejum recte erroris arguit Eruditiffimus Gronovius lib. iv. Obferv. cap. xviii. Non enim crinem hic *galerum* vocat, fed crinis dicitur *effingere galerum*, id eft, tot cincinnis implicatus effe, quafi galerus foret.

v. 406. *Hartalo*] Turbant libri veteres. Sed recte *Karthalo* Colonienfis. N. HEINSIUS. Recte Illuftriffimus Heinfius *Karthalo* vindicavit: neque aliter ex eodem codice Colon. olim reftituit Carr. lib. ii. Emendat. cap. xi. *Karthalo* quidam infra memoratur lib. xv. verf. 453. *Karthalo, penes quem fumma equeftris imperii erat*, apud Livium lib. xxii. cap. xv. *Karthalo nobilis Karthaginienfis* ibid. cap. lviii. *Karthalo Malei exfulis ducis filius* apud Juftin. lib. xviii. cap. ult. ita enim ubique fcribendum, cum vulgo fit, nunc *Cartalo*, nunc *Carthalo*. Καρθάλων Poenorum dux eft apud Polyb. lib. i. Hift. cap. liii. & denique Καρθάλων Tarenti, dum à Romanis obfidebatur, praefectus Punicus apud Appian. Alex. in Hannib. pag. 342.

v. 407. *Bragada*] *Bagrada* fcribendum cum libro Colonienfi & veterrimis editionibus Romana, Parm. ac Mediol. v. infra ad lib. vi. verf. 140.

v. 411. *Nec non ferpentes*] Legitimam namque fobolem, ut Celtis Rhenus, fic Libycis ceraftae diftinguunt: quod quomodo fiat, elegantiffimis verbis fcriptor elegantiffimus Aelianus perfequitur, lib. de hift. Anim. i. cap. lvii. Διαῤῥεῖ δὲ καὶ λόγος Λιβυκὸς ὁ λέγων, Ψύλλον ἄνδρα τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ὑφορᾶσθαι, καὶ μισεῖν ὡς μεμοιχευμένην· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς βρέφος ὑποπτεύειν ὡς νόθον τε, καὶ τοῦ σφετέρου γένους κίβδηλον· πεῖραν οὖν καθεῖναι, καὶ μάλα ἐλεγκτικὴν φασὶν αὐτόν. λάρνακα πλησάντας κεραστῶν, ἐμβάλλει τὸ βρέφος, ὥσπερ πυρὶ τὸν χρυσὸν ὁ τεχνίτης, τὸ παιδίον ἐξελέγχων ἐκεῖνος τῇ ἀποθέσει· καὶ οἱ μὲν παραχρῆμα ἐξανίσταντο, καὶ ἠγρίαινον, καὶ τὴν συμφυῆ κακίαν ἠπείλουν· ἐπεὶ δὲ τὸ παιδίον αὐτῶν προσέψαυσεν, αὖθις ἐμαράνθησαν. Unde apparet ἑνικῶς à poeta dici, quod πληθυντικῶς debebat. Notat amplius Dio lib. li. ferpentes attacta puerorum vefte protinus marcefcere, quod & pro Silio. Φύονται δὲ ἐξ ἀλλήλων, inquit, καὶ δοκιμάζουσι τὰ γεννηθέντα, ἤτοι μετ' ὄφεων ποῦ εὐθὺς ἐμβληθέντα, ἢ καὶ τῶν σπαργάνων ἐπιβληθέντων τισίν. οὔτε γὰρ τῷ παιδίῳ τι λυμαίνονται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐσθῆτος αὐτοῦ ναρκῶσιν. Pfylli enim funt, de quibus haec dicuntur: unde idem Dio lib. eodem, non Pfyllas, fed Pfyllos, id eft, mafculos tantum reperiri contendit: quem confule. D. HEINSIUS. *ferpentem* fcripti. mox Colon. *Athyr*, non *Atyr*. N. HEINSIUS.

v. 415. *Infignis flexo galeam per tempora cornu*] De galea cornigera infra vide ad lib. xv. verf. 138. cui nihil nunc addere propofui, nifi folum nummum fequentem,



quem Patin. in familiis Rom. in gente Julia edidit. In eo exftare putatur caput Jovis Hammonis, ad cujus imitationem Iarbas galeam flexis per tempora cornibus exornavit. De Hammone enim Silius infra lib. ix. verf. 298.

Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon.

v. 417. *Hyarba*] Colon. *Iarba*. & ita infra lib. ii. verf. 58.

v. 419. *Fumabant caede ruinae*] Sic fcripti & Parmenfis, non *fumabat*. N. HEINSIUS. Integriores pleraeque editiones *fumabant*, non *fumabat*, vel *fervebat*. Deinde, pro *perfufae*, perperam Daufq. praeferebat *confufae*. veterrimae enim editiones nihil mutant ante Juntinam Nicandri, in qua primum hae voces confufae funt. Infra lib. ii. verf. 17. *perfufos caede clipeos* habemus. ubi vide.

v. 421. *Spartanis latrantibus actus*] Poffet etiam legi, *Spartanis latrantibus*. *Latrantes* enim poetis canes. N. HEINSIUS. Ita *fenex latrans*, pro cane vetulo, apud Phaedr. lib. v. fab. x. ubi vide Rittersh. & Rigalt. Gunther. lib. v. Ligur. verf. 204.

Portavit fcapulis paffus plus mille latrantem.

Similiter *medentes* pro medicis paffim apud poëtas.

Sed

Insignis flexo galeam per tempora cornu,
Heu! frustra reditum sortes tibi saepe locutas
Mentitumque Jovem increpitans, occumbis, Hiarba.
Et jam corporibus cumulatus creverat agger,
Persusaeque atra fumabant caede ruinae.
Tum ductorem avido clamore in proelia poscit.
Fulmineus ceu Spartanis latratibus actus,
Cum silvam occursu venantum perdidit, hirto
Horrescit saetis dorso, & postrema capessit
Proelia, canentem mandens aper ore cruorem:
Jamque gemens geminum contra venabula torquet.

At

Sed hic nihil muto. Silius lib. xvi. vers. 574.

Nec timidos agitare canes latratibus apros.

Virgil. lib. iii. Georg. vers. 411.

Saepe volutabris pulsos silvestribus apros
Latratu turbabis agens.

Ovid. lib. xiii. Metam. vers. 806. *cervo claris latratibus acto.* libro ii. Fastor. vers. 231.

——— *aper silvis longe latratibus actus.*

v. 422. *Hirto Horrescit saevus dorso*] Colon. membranae *Horrescit saetis dorso.* & recte quidem, nisi *saetas* mavis, qui Silio familiaris oppido est Graecismus. confirmant, quae ex Appulejo modo producam, *spinas insurgunt saetae*, id est, dorso. Statius Theb. xi. vers. 530.

Fulmineos veluti praeceps cum comminus egit
Ira sues, strictisque erexit tergora saetis.

ita malo, quam *pectora.* N. HEINSIUS. Recte. aper enim & sus ubique apud poëtas *saetiger* vocantur, ut vel centum exemplis praestari posset. Malim autem *Horrescit saetis*, quam *saetas* per Graecismum, quod Heinsio visum fuit. Ita enim infra Silius lib. v. vers. 441.

Et villosa feris horrebant pectora saetis.

Ovid. lib. xiv. Metam. vers. 277. *saetis horrescere coepi.* & libro ii. Fastor. vers. 347.

Horrebant densis aspera crura pilis.

Horrere autem de pilosa hirsutie dici notavit Celeberrimus Burmannus ad Petron. Satyr. cap. xcix.

v. 424. *Candentem cruorem*] Ita improprie spumam dicit. BARTHIUS lib. vii. Advers. cap. xv. Romanus codex & Parmensis *spumantem*, Colon. *canentem.* bene. sic *cana spuma* poëtis passim. Putean. uti & Oxonius *tenentem.* N. HEINSIUS. Male Jan. Vlitius ad Gratii Cyneg. vers. 109. ex editione Romana *spumantem cruorem* probavit, quod habet etiam editio Mediolan. N. Heinsius vero *canentem* ex Colon. codice recepit. Voces *canens* & *candens* librariorum culpa nonnumquam invicem commutantur. Vide N. Heinsium ad Silii libr. x. vers. 205. lib. xiii. vers. 68. & ad Nason. lib. ii. Fast. vers. 109. *canens cruor* autem est spuma, ut Barthius notavit. Infra lib. iv. vers. 250.

——— *horrida barba*
Sanguinea rutilat spuma, rictusque furentis
Albet.

Claudian. lib. ii. de Laud. Stilic. vers. 350. *spumis fucantem serica frena Sanguineis.* Ubi vide Illustrissimum Heinsium.

v. 425. *Jamque gemens geminum contra venabula torquet*] Prodigiose in membranis legitur,

Jamque gemet geminum contra venabula decem.

Correctorum inscitiam clare prae se fert lectio vulgata. Scriptum arbitror Silio,

Jamque acuens geminum contra venabula torquet.

BARTHIUS lib. vii. Advers. cap. xv. Locus pessime affectus. Codex omnium optimus ac vetertimus sic versum hunc exhibet scriptum,

Jamque gemet geminum contra venabula dentem.

nec discedit multum Oxon. nisi quod in illo *decem*, pro *densem*: unde Barthius,

Jamque acuens geminum contra venabula torquet.

Codex Putean. & vetusta editio Romana,

Jamque gemens geminum contra venabula fertur

Fortasse,

Jamque ciet geminum contra venabula dentem.

Infra vers. 598. *flatusque ciete secundos.* lib. xii. vers. 618.

Fulminaque, & tonitrus, & nimbos conciet atros.

Possis etiam,

Jamque fremens genuino intra venabula fertur.

vel quoque,

Jamque fremens genuinum intra venabula torquet.

vel denique, si Colon. libri vestigiis insistamus,

Jamque fremens genuino intrat venabula dente.

Pro *gemens*, quod merito carpebat Julius Scaliger, *fremens* reposui; nam id proprie aprorum est. Appul. lib. viii. Metam. in descriptione apri, *Saetis insurgentibus spina hispidus, dentium attritu sonaci spumeus, oculis aspectu minaci flammeus, impetu saevo frementis oris totus fulmineus.* & sic alii passim. *genuinus dens* eidem Appulejo reddendus lib. vi. Metam. *Inter genuinos saevientium, & trisulca vibramina draconum, remigium dextra laevaque porrigens nolentes aquas excipit.* agit de aquila. inepte nunc legitur, *inter genas saevientium dentium.* Et ita apud Persium Sat. i. vers. 115. *genuinum fregis in illis. genuinum agitare* Juven. Sat. v. vers. 69. D. Hieronym. prolog. adv.

 Rufin,

At parte ex alia, qua se insperata juventus
Extulerat portis, ceu spicula nulla manusque
Vim ferre exitiumve queant, permixtus utrisque
Hannibal agminibus passim furit, & quatit ensem,
Cantato nuper senior quem fecerat igni
Litore ab Hesperidum Temisus: qui carmine pollens
Fidebat magica ferrum crudescere lingua:
Quantus Bistoniis late Gradivus in oris

Belligero

Rufin. *Possim genuinum laesus infigere.* Idem praefat. Chron. *Nec ignoro multos fore, qui huic volumini genuinum dentem infigant.* ubi τὸ *dentem* abest à nonnullis codicibus. dicti autem *genuini* à genis, teste Festo. *Intrare*, quomodo apud Statium Theb. XI. vers. 630. *prono vix pectore ferrum Intravit tandem.* N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad oram libri sui emendarat,

Jamque gemens genuinum intra venabula torquet,

quod N. Heinsio etiam in mentem venerat, nisi quod is, pro *gemens*, mallet *fremens.* Vlitius ad Gratii Cyneg. vers. 109. tentabat,

Jamque gemens, gemituque intra venabula fertur.

vel, *geminum cornu in venabula torquet:* vel, *gemino cornu in venabula fertur.* Jul. Caesar Scaliger lib. V. Poëtic. cap. XIV. carpit τὸ *gemens*, quod gemitus non sit iracundi & rabidi, sed maerentis: unde Nic. Heinsius *fremens* legit. Sic de apro apud Maron. lib. X. Aen. vers. 710.

——— *postquam inter retia ventum est,*
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit armos.

vide infra ad lib. X. vers. 244. Saepe autem indocti librarii has voces invicem commutarunt. vide N. Heinsium ad Silii lib. XVII. vers. 207. & ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 43. Apud Lucan. lib. VII. vers. 483. editur hoc modo,

Pindus agit gemitus, Pangaeaque saxa resultant,
Oetbaeaeque gemunt rupes.

sed in duodecim scriptis Illustrissimus Heinsius *Pindus agit fremitus* invenit: & fortasse non male; nam sequitur, *gemunt rupes.* Barthius hoc loco, pro *gemens*, conjicit *acuens*, quo sensu est apud Tibull. lib. IV. Eleg. III. vers. 3.

Nec tibi sit duros acuisse in proelia dentes.

Senec. in Hippol. vers. 346.

Tunc vulnificos acuit dentes
Aper.

ut Silius imitatus sit Homer. Iliad. Λ. vers. 414.

Ὡς δ' ὅτε κάπριον ἀμφὶ κύνες θαλεροί τ' αἰζηοὶ
Σεύονται, ὁ δέ τ' εἶσι βαθείης ἐκ ξυλόχοιο
Θήγων λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπτῇσι γένυσσιν

Ac veluti cum in aprum undique canes florentesque aetate juvenes incitate feruntur, ille vero prodit alto ex fruticeto acuens album dentem in incurvis malis. Sed apro à canibus acto non puto tempus fuisse, ut dentes acueret: contra quam si subsistens impetum venatoris vel canum ex longinquo in se irruentium exspectat, quod egregie docet fabula, quae sub Aesopi nomine circumfertur, num LIV. Jan. Vlitius eodem loco τὸ *gemens* retinendum docet auctoritate Maronis lib. III. Georg. vers. 223. & 226. quod omnino probandum. Saepe enim animalia irata & rabida *gemere* dicuntur. Virgil. lib. VII. Aen. vers. 15.

Hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
Vincla recusantum, & sera sub nocte rudentum.

Lucan. lib. VI. vers. 688.

Latratus habet illa canum, gemitusque luporum.

Petron. in Satyr. cap. CXV. *Audimus murmur insolitum, & sub diaeta magistri quasi cupientes exire belluae gemitum.* Tigris vulnerata apud Avien. Fab. XVII.

Illa gemens fractoque loqui vix murmure coepit:
Nam solitas voces ira dolorque rapit.

vide Illustrissimum Heinsium ad Valer. Flac. lib. I. vers. 758. in cetera hujus versiculi parte cum Heinsio legerem, *genuino intrat venabula dente*; ut Silius Murrum apro compararet, qui per vulnera hostem colligere tentat; qualem infra Paullum Consulem describit lib. X. in princ. nisi si quis vulgatam lectionem *geminum contra venabula torquet* praeferendam judicaret: unde nec multum abit scriptura codicis Coloniensis, *geminum contra venabula dentem.* potuit enim accidisse, ut τὸ *dentem* glossa & interpretatio vocis *geminum* ex margine, rejecta voce *torquet*, in contextum irrepserit: *geminum* enim est geminos dentes, quos aper in ore prominentes habet. Possis etiam legere, *gemino contra venabula fertur*, ut habet Putean. codex, nisi quod perperam *geminum* in eo scribatur.

v. 427. *Extulerat portis*] Male quaedam editiones *Expulerat*: quam lectionem olim etiam damnavit Acidal. ad Plauti Bacchid. cap. VIII. Infra lib. XIII. vers. 132.

——— *primos ad luminis ortus*
Extulerat sese portis.

Frequentissime haec verba in libris scriptis inter se commutari solent. vide infra ad lib. IX. vers. 306.

v. 430. *Cantato igni*] id est, igne magico. Ovid. Epist. VI. Heroid. vers. 83.

Non facie meritisve placet; sed carmine movit:
Diraque cantata pabula falce metit.

vide D. Heinsium supra ad vers. 103.

v. 431. *Litore ab Hesperidum missus*] Reponendum *Litore ab Hesperidum Temisus*, ut libri MSS. referunt, & elegantissima erit locutio: cum illa vulga-

tur

Belligero rapitur curru, telumque coruſcans,
Titanum quo pulſa cohors, flagrantia bella
Cornipedum afflatu tonat, & ſtridoribus axis.
Jamque Hoſtum, Rutulumque Pholum, ingentemque Metiſcum,
Jam Lygdum, Duriumque ſimul, flavumque Galaeſum,
Et geminos, Chromin atque Gyan, demiſerat umbris.
Daunum etiam, grata quo non ſpectatior alter
Voce movere fora, atque orando fingere mentes,

Nec

ris parum Latina à mala manu ſit, nec digna ſatis Silio, aut omnino ullo alio ejus aetatis ſcriptore. Corrigimus ſimilem locum lib. v. quoque verſ. 271. & pro vulgato verſu,

Obvius huic Atlas, à ſanguine clarus Hibero,

ſcribimus ex membranis,

Obvius huic Atlas, Atlas à ſanguine Hibero.

taleſque ſunt locutiones iſtae, Caeſarina *equites à Placentia*, Liviana *Herdonius ab Aricia*, & in inſcriptionibus *Veranius Tridente*, *Caſſius domo Ateſtae*, *Acilius Birbili*, *Vettius domo Antiochia Syria*, &, quas longum omnes perſequi ſit, aliae. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. XLVI. Nomen viri ex MS. repoſuit Modius. juvant membranae Oxon. quibus *remiſſus* ineſt. *Litore ab Heſperidum*, ut *Paſtor ab Amphryſo*. BARTHIUS lib. VII. Adverſ. cap. XV. Scribe, *Temiſus* cum Modii membranis. *Rhemiſus* Aldus, *remiſſus* in Oxonio, *Remſus* in Parmenſi. N. HEINSIUS. Mediolan. etiam editio cum nonnullis aliis *Rhemiſus*, unde errore operarum *remiſſus* factum: quod cum contra rationem legis metricae eſſe poſteriores editores animadverterent, non conſultis vetuſtis libris *miſſus* correxerunt: idque poſtea invaluit. Sed ipſam Silii manum optime viri docti ex Colon. codice revocarunt. vide infra ad lib. v. verſ. 271.

v. 436. *Cornipedum afflatu domat*] *tonat* editio Romana cum Parmenſi. N. HEINSIUS. Juntina editio *donat*, proxime verum. *tonat* editio Mediol. eamque lectionem in aliis etiam invenit Illuſtriſſimus Heinſius: quae omnino recipienda eſt, ut evadat Silius notam J. Caeſ. Scaligeri, qui monet Martem dicendum eſſe *accendere* bella, non *domare*. Cum emphaſi autem verbum *tonare* ad bellum transfertur. vide infra lib. XI. verſ. 525. Reſtituenda ea vox eſt Avieno in Deſcr. Orb. verſ. 1373. *toto tonuerunt claſſica coelo.* vulgo mendoſe *tenuerunt* circumfertur. *tonat bella*, ut *tonat omina* apud Claudian. in Conſ. Olyb. & Prob. verſ. 208.

Proſpera vibrati tonuerunt omina nimbi.

ubi olim etiam *tenuerunt* fuit. Pluribus ad eum locum Heinſius hanc locutionem illuſtravit, Silioque veram lectionem aſſeruit.

v. 437. *Jamque Hoſcum* &c.] *Oſtum* libet Colon. opinor *Oſcum*, quod nomen Hiſpanum ab Oſca colonia. Praeterea membranae Colon. habent *Durium*, & *Gyan*, & *Chromin*, non *Dyrium*, & *Gyam*, & *Chronum*: omnia bene. Sed & *Galaeſum* ſcribendum cum diphthongo, de quo ad Virgilium. N. HEINSIUS. *Oſcum* malebat vir Illuſtr. ab Oſca, quae Romanorum in Hiſpania colonia erat: poteſt etiam nomen illud deduci ab *Oſcis*, antiquo Italiae populo. Ardeates enim nonnullos ex Italia in Hiſpaniam veniſſe, & oppidum Saguntum incoluiſſe, ſupra dictum eſt, qui eo hoc nomen ſecum deferre potuerunt. In codice Oxon. & editionibus Mediol. ac Parm. eſt *Hoſtum*, omiſſa vero aſpiratione in Colonienſi libro *Oſtum*. Forſitan recipiendum *Hoſtum*. *Hoſtus* enim, quo nomine Regis Tulli Hoſtilii avus appellatus fuit, & inde *Hoſtius*, ac *Hoſtilius*, notiſſima apud Romanos nomina ſunt. Sed & *Hoſtus*, Hampſagorae filius, infra memoratur lib. XII. verſ. 347. Pro *Dyrium*, membranae Oxon. cum editionibus Mediol. & Parm. *Durium*, probante ex Colon. Heinſio; cujus nominis fluvius in Hiſpania apud Geographos memoratur. Et ita hoc loco legendum eſſe evincitur ex ipſo Silio, qui *Durium* ab Hannibale ad Saguntum caeſum eſſe infra etiam notat lib. v. verſ. 322.

Caeſo quam victor ſub moenibus ille Sagunti
Abſtulerat Durio.

pro *Chronum*, codex Oxon. *Chronim*, Putean. *Chromim*, proxime verum. *Gyan* autem idem liber Putean. cum priſcis editionibus. utraque nomina apud Graecos frequentiſſima ſunt. *Galaeſus* per diphthongum ſcribi in Rom. codice apud Maron. lib. VII. Aen. verſ. 535. in notis teſtatur Pierius: unde & Γαλαῖσοι, pro Γαλαῖοι, apud Polyb. lib. VIII. pag. 748. emendarunt viri docti.

v. 439. *Demiſerat umbris*] Putean. codex & editio Mediol. *dimiſerat*: ſed male. vide infra ad lib. XI. verſ. 142.

v. 441. *Orando fingere mentes*] Sic Horat. *os pueri* poetam *figurare* dicit lib. II. Epiſt. I. verſ. 126. unde *formare* eſt inſtruere. Sedul. lib. III.

Litore ſiſtentem formabat ab aequore plebem.

Similia Lucian. Hercule Gallico, & Capella in Rhetor. BARTHIUS lib. X. Adverſ. cap. XXIV. *figere* Modius, me nolente. Notum illud Maronianum lib. VI. Aen. verſ. 80.

—— *fera corda domat, fingitque monendo.*

noſter ipſe lib. VII. verſ. 385.

Atque his praeformat dictis, fingitque monendo.

vide notas infra lib. XI. verſ. 452. N. HEINSIUS. Silius lib. VI. verſ. 536. *dignum te ſanguine tanto Fingere ne ceſſa.* Gratius in Cyneg. verſ. 105.

Ergo

Nec legum custos sollertior, aspera telis
Dicta admiscentem: Quaenam te, Poene, paternae
Huc adigunt Furiae? non haec Sidonia tecta
Feminea fabricata manu, pretiove parata,
Exsulibusve datum dimensis litus harenis.
Fundamenta Deûm, Romanaque foedera cernis.
Ast illum, toto jactantem talia campo,
Ingenti raptum nisu, medioque virorum
Avulsum inter tela globo, & post terga revinctum,
Hannibal ad poenam lentae mandaverat irae;
Increpitansque suos inferri signa jubebat:
Perque ipsos caedis cumulos, stragemque jacentum
Monstrabat furibundus iter, cunctosque ciebat
Nomine, & in praedas stantem dabat improbus urbem.

Sed

Ergo illum primis nemorum Dea finxit in annis.
Statius lib. v. Silv. III. vers. 192.

Non tibi certasset juvenilia fingere corda
Nestor.
Valer. Flacc. lib. v. vers. 534.

——— *fingit placidus fera pectora dictis.*
vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXVII. Similes autem eloquentiae laudes infra habes lib. XV. vers. 458. apud Quinctil. lib. II. Instit. Orat. cap. V. Auctor. Dial. de Orat. cap. VI. & Martian. Capell. lib. V. in princ.

v. 443. *Quonam te, Poene, paternae Huc adigunt Furiae*] *Quaenam* scripti & Romana ac Parmensis editio. mox malim, *dimensae litus harenae.* *dimensa castra* infra lib. XII. vers. 541. lib. XIV. vers. 509. *dimensi spatia improba campi.* Statius lib. I. Theb. vers. 505. *dimensis orbibus anni.* N. HEINSIUS. *Quaenam Furiae* etiam Mediol. editio. Infra lib. II. vers. 643. *Quinam, Eurymedon, furor iste.* lib. IV. vers. 649.

——— *quaenam ista repente*
Sidonium, infelix, rabies te reddidit amnem.
lib. X. vers. 117.

——— *quinam ad cassos furor impulit ictus*
Exsanguem senio dextram.

v. 451. *Ad poenam lentae mandaverat irae*] Ut nempe Daunum per cruciatus & tormenta lenta morte afficeret. Infra lib. XI. vers. 478.

——— *Decius reduci lentas servatus ad iras.*
qualem nempe Caligulam describit Sueton. in ejus vita cap. XXX. *Non temere in quemquam, nisi crebris & minutis ictibus, animadverti passus est, perpetuo notoque jam praecepto; ita feri, ut se mori sentiat.*

v. 454. *Cunctosque ciebat Nomine*] An, *cuneosque*? vide lib. IV. vers. 144. N. HEINSIUS. Nihil muto. Non solum enim Hannibal omnes cuneos, sed singulos etiam milites, nomine ciebat; ut tanto magis ad fortiter agendum incitarentur, si quisque se duci notum cerneret, qui omnes pro merito vel praemiis vel poenis afficeret. Sic infra lib. IX. vers. 245.

Hortandoque iterum atque iterum insatiabilis urguet
Factis quemque suis.
Furius apud Macrob. lib. VI. Saturn. cap. I.

Nomine quemque ciet; dictorum tempus adesse
Commemorat.
quod dicit ab eo mutuatum fuisse Maronem lib. XI. Aen. vers. 729. quem locum Dausquejus laudavit. Idem Maro lib. XII. Aen. vers. 758. *Rutulos simul increpat omnes, Nomine quemque vocans.* ubi vide Cerd. Solin. in Polyh. cap. I. *Cyrus memoriae bono inclaruit, qui in exercitu, cui numerosissimo praefuit, nominatim singulos alloquebatur. Fecit hoc idem in populo Romano Scipio.* Vide N. Heinsium ad Claudiani VI. Consul. Hon. vers. 255.

v. 457. *Murroque secundos Hunc Superos tribuisse diem*] Ex opinione enim gentilium numina singulis ferme diebus favorem mutabant, &, modo huic, modo illi, victoriam concedebant. Homer. Il. Θ. vers. 140.

Ἦ οὐ γινώσκεις, ὅτι ἐκ Διὸς οὐχ ἕπετ' ἀλκή;
Νῦν μὲν γὰρ τούτῳ Κρονίδης Ζεὺς κῦδος ὀπάζει
Σήμερον, ὕστερον αὖτε καὶ ἡμῖν, αἴ κ' ἐθέλῃσι,
Δώσει.

An non sentis, quod à Jove non sequatur victoria? Nunc enim huic Saturnius Jupiter gloriam tribuit hodie, postea rursus etiam nobis, si voluerit, dabit. Silius lib. XII. vers. 193.

Perge, age, fer gressus; dexter Deus, horaque
nostra est.
Statius lib. VIII. Theb. vers. 663.

Thydeos illa dies; illum fugiuntque, tremuntque.
ubi vide Barthium: Gevart. etiam in Lect. Papin. lib. II. cap. XVIII. Gronov. lib. I. Observ. cap. II. & quae infra notantur ad lib. XII. vers. 193.

v. 459. *Lymphato cursu*] Antiquis *lymphare* idem, quod *oblucinare*, erat; utrumque ἐνθουσιάζειν, & furore corripi: ut enim a luco *oblucinare* dicebant, quod lucos sacros Diis existimarent, &, qui in iis multum versarentur, Deorum occursu & praesen-

tia

Sed postquam a trepidis allatum, fervere partem
Diversam Marte infausto, Murroque secundos
Hunc Superos tribuisse diem, ruit ocius amens
Lymphato cursu, atque ingentes deserit actus.
Letiferum nutant fulgentes vertice cristae.
Crine ut flammifero terret fera regna cometes,
Sanguineum spargens ignem: vomit atra rubentes
Fax coelo radios, ac saeva luce coruscum
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.
Praecipiti dant tela viam, dant signa, virique;
Atque ambae trepidant acies: jacit igneus hastae
Dirum lumen apex, ac late fulgurat umbo.
Talis ubi Aegaeo surgente ad sidera ponto

Per

tia furore agitari: sic eum, cui conspectae Nymphae essent, νυμφόληπτοι vocabant, & *lymphatum*, furiosum nempe & furore divino percitum. Hesychius, Νυμφόληπτοι οἱ κατεχόμενοι Νύμφαις, μάντεις δὲ εἰσὶ καὶ ἐπιθυμιτικοί. D. HEINSIUS. Varro lib. VI. de ling. Lat. pag. 79. *In Graecia commota mente quos νυμφολήπτους appellant; ab eo Lymphatos dixerunt nostri.* Silius lib. VII. vers. 274. *lymphata feruntur Corpora anhela boum.* lib. VIII. vers. 154. *lymphato regia cursu Tecta peto.* Plura vide apud Dan. Heinsium ad Horat. lib. I. Serm. Ecl. V. vers. 98. Quod Silius hic *lymphato cursu*, infra *furibundis gressibus* dixit lib. XII. vers. 545.

v. 460. *Letiferumque micant fulgentes vertice cristae*] Dico videri mihi rectius in membranis exstare *Letiferum nutant.* Ipse Silius mox vers. 501.

——— *innumerae nutare in casside cristae.*

atque iterum vers. 524.

——— *decisae vertice cristae,*
Direptumque decus nutantum in caede jubarum.

&, qui totum locum imitatus videtur, Calpurn. in Bucol.

Cernitis, ut puro nox jam vigesima coelo
Fulgeat? ut placidum radianti luce cometen
Proferat? ut liquidum nutet sine vulnere sidus?
Numquid utrumque polum, sicut solet, igne cruento
Spargit, & ardenti scintillat sanguine lampas?

MODIUS Novant. Lection. Epist. LVII. *Letiferum nutant* bene Modius ex Coloniensi, neque aliter nostri codices, nisi quod in Parmensi editione sit,

Letifero nutant surgentes vertice cristae.

Sane satis erat, *fulgentes cristas* dixisse. sic infra vers. 501. & vers. 524. lib. XVII. vers. 397.

Excelsumque caput penna nutante levabat
Crista rubens.

lib. II. vers. 398.

——— *vibrant cui vertice coni*
Albentis niveae tremulo nutamine pennae.

lib. IV. vers. 355. *nutantes casside cristae.* Statius lib. VII. Theb. vers. 528.

Nutantesque virûm galeas & sparsa videres
Fletibus arma piis.

lib. XII. vers. 409.

——— *teque ille acie respexit ab alta*
Ense salutatam, & nutantis vertice coni.

Statius in silvis epist. ad Marcellum,

Seu campo pedes ire paras, est agmina supra
Nutaturus apex.

Claudian. lib. II. in Rufin. vers. 355.

Hinc alii saevum cristato vertice nutant.

Valeat igitur Interpres cum vulgata. N. HEINSIUS. Pari modo quam frequentissime cristae νεῦν dicuntur apud Homer. ut Il. N. vers. 115. Il. O. vers. 481. Il. Π. vers. 138. & alibi. Silius autem similitudinem inter cristas Hannibalis & cometen non in utriusque fulgore constituit, ut Dausquejo visum est, neque etiam in cursu, propensione, vel prolapsione, in quibus positam fore putat, si *nutant*, pro *micant*, reponatur; sed in eo, quod, quemadmodum cometae apparitio terris extrema mala portendere credebatur, sic etiam Hannibal, quocumque se convertebat, & nutantium cristarum, quae ex longinquo videri poterant, terribilis aspectus apparebat, Saguntinis letiferum terrorem afferret. Deinde recte est *Letiferum*, neque opus ut cum Parmensi *Letifero*, vel cum aliis *Letiferae* scribatur. vide N. Heinsium ad Claudian. de Consul. Olyb. & Prob. vers. 4. & 119. & quae infra notantur ad lib. IX. vers. 575.

v. 466. *Atque ambae*] *Aeque ambae* editio Romana & Parmensis. N. HEINSIUS.

v. 468. *Qualis ubi Aegaeo.*] Saepe generaliter mare fluctuosum poetae Αἰγαῖον vocant. Sic in fragmentis Corn. Galli, non illis Maximiniani,

Non secus Aegaeo moles objecta fragori:
Illa manet, frustra ventus & unda furit.

lege, *Firma manet*: ubi *Aegaeo fragori* simpliciter est magno fragori & inusitato. Hesychius Αἰγαίους. θαλάσσαν περιαιγίζουσι. scribo, Αἰγαίους, θαλάσσας κόλπους περιαιγίζουσι; nam & Suidas Αἰγαίους, θαλάσσης κόλπους reddit, & περιαιγίζειν, ut καταιγίζειν, ab

eodem.

Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tremunt: sonat ille procul, flatuque tumescens
Curvatis pavidas transmittit Cycladas undis.
Non cuncta e muris unum incessentia tela,
Fumantesque ante ora faces, non saxa per artem
Tormentis excussa tenent. ut tegmina primum
Fulgentis galeae conspexit, & arma cruento
Inter solem auro rutilantia, turbidus infit:
En, qui res Libycas, inceptaque tanta retardet,
Romani Murrus belli mora. foedera, faxo,
Jam noscas, quid vana queant, & vester Hiberus.
Fer tecum castamque fidem servataque jura:

Deceptos

eodem. Erat autem καταιγίζειν, cum vestes suas, quas Diis pro incolumitate sua suspendebant ii, qui è mari salvi domum revertebantur, conscinderent, ne à furibus videlicet tollerentur; quam vellem, Neptuno sacram, *supparum* antiqui dicebant: qua utitur Naevius in Nautis: quae omnia ab αἴξ deducuntur, quod procellam antiquis notabat, unde αἰγίλιψ πέτρα dicitur Homero ita excelsa, ut eam procellae petere non possint: quod pace omnium Grammaticorum dictum velim, qui αἴξ in compositione illa pro animali accipiunt, unde & αἰγιαλός; in quo & perinde nugantur, cum ab αἴξ & ἅλς deducatur. Hesychius. Ἄιγες τὰ κύματα. Δωριεῖς. Haec vera etymologia est, quam ignorant illi: Ἄιγες, inquam, fluctus sunt & procellae, unde Ἀιγαῖον mare: sic enim proprie scribendum. Ἀιγαῖον vero Dores dixerunt primo, suo more, non communi lingua, ut αἶθι, pro εἶθε. D. HEINSIUS. In scriptis est, *Talis ubi Aegaeo*, non *Qualis*. N. HEINSIUS. Has voces etiam alibi scribae librarii inter se confuderunt. vide Broekhusium ad Prop. lib. II. El. XXII. vers. 29.

v. 468. *Surgente ad sidera ponto*] ἐπαναχωροῦντες, & ἐπαναχώρησιν κυμάτων dicunt Attici maris eminentiam; quod optime apud Thucydidem observat Thomas Magister. D. HEINSIUS.

v. 472. *Curvatis pavidas transmittit Cycladas undis*] Scribo,

Turbatis gravidas transmittit Cycladas undis.

Eleganti, inquam, metaphora, nec paullo minus tumida, quam cum infra lib. XIII. vers. 494. *At gravida arcanis Cymes anus.* Naso de equo durateo,

Militibus gravidum laeta recepit equum.

Sic hoc loco *gravidas curvatis undis*, ut ibi *militibus*. quamquam *Curvatis* retineo, longe alio sensu tamen, quam faex interpretum: Homerico more nempe. *curvata* enim *unda* Silio est, quod κυρτὸν & κορυφωθὲν κῦμα Homer. Od. Λ. vers. 242.

Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη οὔρεϊ ἶσον
Κυρτωθέν.

Est igitur *curvatus* in altum sublatus poëtae nostro: per κυρτὸν enim Homerus maris tumorem indicat, ut per φρίσσειν: unde φρίξ, prima maris eminentia; quae duo vocabula divino illi viro peculiaria sunt. Hesychius, Κυρτόν, τὸ κυρίως κυρτὸν, καὶ τὸ ὑψηλὸν, καὶ μετέωρον κῦμα. Agnosco igitur τὸ *Curvatis*, ut eluceat imitatio Homerica poetae nostro usitata, quam numquam perspexerunt inepti Grammatici, qui nihil praeter Latina somniant, & Graecorum elegantiae bellum indixerunt. *Curvatis undis*, κύμασιν ὑψηλοῖς καὶ μετεώροις. D. HEINSIUS. Verissime vir eruditissimus *Curvatas undas* exposuit; neque admittenda est Dausqueji sententia, qui Silium τῷ *Curvatis* ad *Cycladum* nomen respexisse putabat. Infra lib. XV. vers. 154.

Isthmon curvata sublime suberigit unda.

Ovid. lib. XV. Metam. vers. 507.

——— *cumulusque immanis aquarum*
In montis speciem curvari & crescere visus.

Statius lib. XI. Theb. vers. 437.

Quam Scytha, curvatis erectus fluctibus, umquam
Pontus Cyaneos vetuis concurrere montes.

Avien. Descr. Orbis vers. 296.

Curvatumque salum quatit amplo litora fluctu.

Eodem sensu habes *curvum aequor* apud Nason. lib. XI. Metam. vers. 505. *curva freta* apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 614. *curvas aquas* apud Statium lib. V. Theb. vers. 384. & Βορέηθεν ἀγκύλον ὕδωρ, *à Borea curvata aqua*, apud Nonn. lib. VI. Dion. vers. 127. quibus omnibus locis Cycladum tamen nulla mentio fit. Recte autem idem Dausquejus *pavidas Cycladas* contra D. Heinsii *gravidas* vindicavit.

v. 480. *Vester Hiberus*] Quomodo *vester*, qui ab iis contemnebatur? an *Hiberum* dicit modo à Murro in pugna occisum, qui ei tantos animos faciebat, ut Hannibalem provocare auderet? Ironia est acris & militaris. *vester*, quem ad urbem vestram concidi posse speratis. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *vester Hiberus*, quem nempe Karthaginiensibus non licebat per pacta transire. Illustrat contra Barth. Gronov. Obs. lib. IV. cap. XVIII. N. HEINSIUS.

v. 481.

Deceptos mihi linque Deos. cui talia Murrus:
Exoptatus ades. mens olim proelia poscit,
Speque tui flagrat capitis: fer debita fraudum
Praemia, & Italiam tellure inquire sub ima.
Longum in Dardanios fines iter, atque nivalem
Pyrenen, Alpesque tibi mea dextera donat.
Haec inter cernens subeuntem comminus hostem,
Praeruptumque loci fidum sibi, corripit ingens
Aggere convulso saxum, & nitentis in ora
Devolvit, pronoque silex ruit incitus ictu.
Subsedit duro concussus fragmine muri.
Tum pudor accendit mentem, nec conscia fallit
Virtus pressa loco; frendens luctatur, & aegro
Scandit in adversum per saxa vetantia nisu.

Sed

v. 481. *Ferto aequum, castamque fidem*] Docti viri, dudum est, cum reposuerunt *Fer tecum*: quam scripturam veram esse licet & suffragio membranarum animadvertere; nam in iis *Fert equum* clare legitur. BARTHIUS lib. VII. Adversf. cap. XV. Optime parens meus *Fer tecum*: in scriptis *Fert equum*. *Fer tecum* à Barthio etiam probatur. *Fer aequum* Parm. editio. Avien. fab. XLII.

I, tecum viles, improbe, tolle minas.

Senec. in Medea vers. 269.

Egredere, purga regna; letales simul
Tecum aufer herbas.

servata jura, ut *servantissimus aequi* apud Maronem. Deinde forte legendum, *cassamque fidem*, nil profuturam Saguntinis. deridet oblique. *Nomen inane fidem* dixisset Naso. Sic *cassa fides* lib. III. vers. 17. *cassi ictus* lib. X. vers. 116. *castam fidem* tamen habes lib. XIII. vers. 285.

Foedera, mortales, ne saevo rumpite ferro;
Sed castam servate fidem.

Statius silv. lib. V. in Pietat. Abasc. vers. 156.

Quid pietas, aut casta fides, quid numina prosunt
Culta Deûm?

casta fides non semel etiam apud Senec. in Tragoediis occurrit, sed semper fere de conjugio, ut in Hercul. Fur. vers. 309.

——— *casta fide*
Servans torum gnatosque magnanimi Herculis.

& aliis locis pluribus. N. HEINSIUS. Juven. Sat. III. vers. 276.

Ergo optes, votumque feras miserabile tecum.

Quinctil. Declam. III. pag. 38. *Laudem perpetuam castissimi pudoris secum feret.* Deinde *castam fidem* non mutarem. Infra lib. VI. vers. 574. *dum coeli sedem terrasque tenebis Casta fides.* Colum. lib. X. pag. 355.

Casta fides nobis colitur, sanctique penates.

Hinc *castus* vocatur, qui fidem caste colit. vide infra ad lib. XVII. vers. 131.

v. 485. *Italiam tellure inquire sub ima*] Pariter Turnus apud Maron. lib. X. Aen. vers. 649.

Quo fugis, Aenea? thalamos ne desere pactos:
Hac dabitur dextra tellus quaesita per undas.

v. 486. *Longum in Dardanios* &c.] Dausquej. ad Silii lib. I. vers. 548. male hunc locum intellexit. vide quae ibi notavi.

v. 487. *Alpesque tibi mea dextera donat*] *donat*, condonat, lucro exhibet, sonat. Lucan. lib. VII.

Et quantum poenae misero mens conscia donat.

& similius lib. IX. vers. 1018.

Rex tibi Pellaeus terrae pelagique labores
Donat.

BARTHIUS lib. X. Adversf. cap. XXIV. *donat Alpes* est remittit laborem Alpes superandi. Infra lib. II. vers. 325.

Quantum, heu! Karthago, donat tibi sanguinis
Hannon?

lib. XV. vers. 736.

——— *quot funera Poenis*
Donarunt pravi suffragia tristia campi.

Senec. Oedip. vers. 999.

——— *quis Deus tandem mihi*
Placatus atra nube perfundit caput?
Quis scelera donat?

Lucan. lib. IV. vers. 764.

Et spatium jaculis oblato vulnere donat.

lib. VI. vers. 58.

Et ratibus longae flexus donare Maleae.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 473.

Donat & Iphiclo pelagus juvenumque labores.

vide infra ad lib. XV. vers. 602.

v. 489. *Praeruptumque loci, fidum sibi*] Distinguendum, *Praeruptumque loci fidum sibi*, nam pro Murro erat locus Hannibale subeunte, cum ille altior staret. BARTHIUS lib. VII. Adversf. cap. XV. Scio amare Silium hujusmodi locutiones: fors tamen scripserit, *Per praerupta loci.* mox malim, *prono actu*, quam *ictu*. N. HEINSIUS.

v. 495. *Per saxa minantia nixu*] *mutantia*, vel *micantia*, vel *nutantia*. Colon. vero *per saxa vetantia nisu.* Optime, ne dubita. sic [illegible] *vetantia pugnam*

Sed poſtquam propior vicino lumine fulſit,
Et tota ſe mole tulit, velut incita clauſum
Agmina Poenorum cingant, & cuncta paventem
Caſtra premant, lato Murrus caligat in hoſte.
Mille ſimul dextrae, denſuſque micare videtur
Enſis, & innumerae nutare in caſſide criſtae.
Conclamant utrimque acies, ceu tota Saguntos
Igne micet: trahit inſtanti languentia leto
Membra pavens Murrus, ſupremaque vota capeſſit:
Conditor Alcide, cujus veſtigia ſacra
Incolimus, terrae minitantem averte procellam,
Si tua non ſegni defenſo moenia dextra.
Dumque orat, coeloque attollit lumina ſupplex,
Cerne, ait, an noſtris longe Tirynthius auſis
Juſtius affuerit. ni diſplicet aemula virtus,
Haud me diſſimilem, Alcide, primoribus annis
Agnoſces, invicte, tuis: fer numen amicum,

Et

gnam lib. IX. verſ. 262. poſſis etiam *per ſaxa negantia*; de quo loquendi modo plura Gronov. Diatr. Stat. cap. XLV. ubi & *ſaxa negantia ferro* reſtituit Statio. mox *propior* non *propius* ſcripti cum Rom. editione. N. HEINSIUS. Recte *vetantia*. Claudian. lib. II. in Rufin. verſ. 184.

——— haud illos rupes, haud alta vetarent
Flumina; praecipiti ſtraviſſent omnia curſu.

niſu autem, pro *nixu*, Parm. & Mediol. editio. vide infra lib. X. verſ. 197. eaedem etiam habent *propior*, non *propius*, more Siliano. vide ad lib. II. verſ. 173.

v. 499. *Lato caligat in hoſte*] Apage correctores, qui *laeto* nobis obtrudunt. N. HEINSIUS. Dauſquejus eſt, qui *laeto hoſte* ſcribendum eſſe conjiciebat; vel *lato* referendum eſſe ad opinionem Murri, qui unum Hannibalem univerſi exercitus inſtar exiſtimabat. Sed neutrum probo. Silius Hannibalem *latum hoſtem* dicit ex more Poëtarum, qui ubique heroas *latos* ſeu *latis humeris* deſcribunt. Ita Silius Therona lib. II. verſ. 154. Hannibalem verſ. 452. Scipionem patrem lib. IV. verſ. 417. Othryn lib. V. verſ. 437. Darctem Virgil. in V. Aen. verſ. 376. Pandarum in IX. Aen. verſ. 725. Ornytum in XI. Aen. verſ. 679. Hectorem Homer. Il. Π. verſ. 360. & Tydea Statius I. Theb. verſ. 488. vid. eo loco Barth. & ad Claudian. Conſ. Olyb. & Prob. verſ. 223. Quin & Vegetius monet lib. I. de re milit. cap. VI. praeter cetera in milite ſpectandum eſſe, ut ſit *lato pectore, humeris muſculoſis*. Et hoc ſenſu Hannibalem *ingentem hoſtem* vocaſſe videtur Silius lib. II. verſ. 254.

Ne ſimul accipiant ingentem moenibus hoſtem.

v. 500. *Mille ſimul dextrae* &c.] Ejus rei cauſſam Pavori, Martis comiti, tribuit Statius VII. Theb. verſ. 114.

Si geminos ſoles, ruituraque ſuadeat aſtra,
Aut nutare ſolum, aut veteres deſcendere ſilvas,
Ah! miſeri vidiſſe putent.

Ad hunc itaque ſenſum intelligendus Iſcan. lib. V. Bell. Troj. verſ. 183.

——— populum vaga turba ſecutum,
Non unam ſaevire manum, creditque, pavetque.

v. 501. *Innumerae nutare in caſſide criſtae*] Forte *innumera*. N. HEINSIUS.

v. 505. *Cuius veſtigia ſacra Incolimus, terrae minitantem* &c.] Lege *ſacra terra*; vel forte, *terrae huic*. N. HEINSIUS.

v. 507. *Defenſo*] *defendo* Colon. N. HEINSIUS. *defenſo* vox proba eſt, qua praeter Salluſtium, Livium, alioſque optimos ſcriptores etiam uſus eſt Ovid. lib. XI. Metam. verſ. 373.

Pars quoque de nobis funeſto ſaucia morſu,
Dum defenſamus, leto eſt data.

Dict. Cretenſ. lib. II. de Bell. Troj. cap. I. *Omnis regio ab incurſione maritimorum hoſtium defenſaretur.* Pſeudo-Egeſ. lib. V. de Excid. Hieros. cap. XLVI. *Quin potius defenſate patriam, adeſtote templo.* An itaque ſcriba libri Colonienſis minus uſitato verbo *defenſo* notius aliud *defendo* ſubſtituiſſe exiſtimandus eſt?

v. 515. *Preſſumque ira*] Τὸ *ira* minus hic arridet. Fortaſſe, *preſſumque utero ſimul exigit enſem*, vel, *preſſumque humero*. *mora* eſt in Parmenſi mox. Pro *Qua capuli ſtatuere morae*, Livinejus malebat *ſtant aere morae*. Opinor, *Qua capulus dat in aere moras*. *dare moras*, ut apud Statium lib. IX. Theb. verſ. 327. *Stagna dedere moras*. Ibid. libro eodem,

Intorquet jaculum, duro quod in aere moratum,
Tranſmiſſumque tamen, clipei ſtetit orbe ſecundo.

ira quodammodo ferri poteſt: ſic lib. IX. verſ. 382.

——— capuloque tenus ferrum impulit ira.

immurmurare

Et, Trojae quondam primis memorate ruinis,
Dexter ades Phrygiae delenti stirpis alumnos.
Sic Poenus, pressumque ira simul exigit ensem,
Qua capuli statuere morae: teloque relato
Horrida labentis perfunditur arma cruore.
Ilicet ingenti casu turbata juventus
Procurrit: nota arma viri, corpusque superbo
Victori spoliare negant. coït aucta vicissim,
Hortando manus, & glomerata mole feruntur.
Hinc saxis galea, hinc clipeus sonat aereus hastis;
Incessunt sudibus, librataque pondera plumbi
Certatim jaciunt: decisae vertice cristae,
Direptumque decus nutantum in caede jubarum:
Jamque agitur largus per membra fluentia sudor,
Et stant loricae squamis horrentia tela:
Nec requies, tegimenve datur mutare sub ictu.
Genua labant, fessique humeri gestamina laxant.

Tum

immurmurare irae lib. VII. vers. 146. N. HEINSIUS.

v. 517. *Labenti perfunditur arma cruore*] De Hannibalis armis capiendum, quae, ense hostili corpore extracto, cruore exsiliente perfunduntur; quare nihil mutandum. BARTHIUS lib. VII. Adverf. cap. XV. Lege, *labentis cruore*, Murri videlicet, ex scriptis codicibus & editionibus priscis, licet Barthius pro vulgata stet scriptura. N. HEINSIUS.

v. 524. *Decisae in vertice cristae*] *decisae vertice* Colon. cum Parmensi: Putean. *& dempsae vertice*: Oxon. cum editione Rom. *& densae vertice*. Opinor, *decussae vertice cristae*, vel *detersae*, vel *praecisae*. sed nihil muta. Infra hoc lib. vers. 667.

—— decisa atque avulsa a corpore membra.

N. HEINSIUS. *decussae vertice*, ut apud Liv. lib. XXV. cap. VII. *Murus turresque quaedam Cumis non ictae modo fulminibus, sed etiam decussae.* lib. XL. cap. XLV. *Muri pinnae aliquot locis decussae erant. Discussae jubae* simili sensu est apud Maron. lib. IX. Aen. vers. 810.

—— strepit assiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & saxis solida aera fatiscunt;
Discussaeque jubae capiti, nec sufficit umbo
Ictibus.

quem locum omnino Silius hic expressit. Nihil tamen muto, nisi quod cum Colon. codice & editionibus Parm. ac Mediol. deleta praepositione malim *decisae vertice*. Sic *decisa dextra* infra lib. IX. vers. 387. lib. XVI. vers. 67. *decisa laeva* lib. IV. vers. 209.

v. 527. *Et stant loricae squamis*] *Exstant* praestiterit. sic lib. VII. vers. 626.

Exstabat fixo quod forte cadavere ferrum.

Statius lib. V. Theb. vers. 252.

Hic impressa toris ora, exstantesque reclusis
Pectoribus capulos.

lib. VII. vers. 594.

Ter, quater, adducto per terga per ilia ferro
Transfigit: illae autem, longo cum limite fusi
Sanguinis, ad portas utrimque exstantia ducunt
Spicula semianimes.

& vers. 769.

—— e mediis exstantes ossibus hastas
Avellit.

Ovid. lib. IX. Metam. vers. 128.

—— exstabat ferrum de pectore aduncum.

Senec. Thyest. vers. 740.

—— at pueri statim
Pectore receptus ensis in tergo exstitit.

Sic bene optimus Etruscus, non *exiit*. N. HEINSIUS. Ovid. lib. VI. Metam. vers. 235. *exstabat nudum de gutture ferrum.* Eo modo frequenter errarunt scriptores librarii, ut infra monui ad lib. III. vers. 57. Nihil tamen hic muto: nam vult Silius, tela conjecta non transire loricam, sed in squamis *stare*, ibique haerere, ut infra lib. IV. vers. 142.

Cornus & oblatae stetit inter cornua frontis.

Eodem sensu *sedere* mox dicet vers. 540.

Ac femine adverso librata cuspide sedit.

ut & Flor. lib. IV. cap. II. *Cujus in scuto centum atque quadraginta tela sedere.* Ita ergo hic *stare* dicitur. Neque aliud requirit, quod sequitur, τὸ *horrentia*, id est, quae instar silvae in lorica stabant densa & crebra: quomodo *horrere* est apud Maron. lib. X. Aen. vers. 178.

Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.

ubi vid. Cerd. Senec. in Agam. vers. 221.

Equos, & arma, classibusque horrens fretum
Propone.

Pacat. in Paneg. cap. XXXV. *Ecce lux tandem, & jam omnis campus horrebat exercitu.* Plura vide apud Ma-

 crob.

Tum creber, penitusque trahens suspiria, sicco
Fumat ab ore vapor, nisuque elisus anhelo
Auditur gemitus, fractumque in casside murmur.
Mente adversa domat, gaudetque nitescere duris
Virtutem, & decoris pretio discrimina pensat.
Hic subitus scisso densa inter nubila coelo
Erupit quatiens terram fragor: & super ipsas
Bis pater intonuit geminato fulmine pugnas.
Inde inter nubes ventorum turbine caeco
Ultrix injusti vibravit lancea belli,

Ac

crob. lib. VI. Saturn. cap. IV. & Column. ad Ennii lib. I. Annal. pag. 33.

v. 533. *Suadesque nitescere duris Virtutem*] Manifeste legendum videtur ex membranis, *gaudetque.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LVII. In membranis *gaudesque.* optime; illa enim erat Poeni ductoris consolatio. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *gaudetque* scripti & Rom. ac Parm. editio, uti recte Modius & Barthius. Interpretem jubemus plorare pro vulgata stantem lectione. N. HEINSIUS. *gaudetque* etiam Mediol. editio; primus Marsus *suadetque* edidit, quod post eum plerique secuti sunt.

v. 539. *Vibravit lancea*] Sic Homerus saepe ἐνεργητικῶς, pro παθητικῶς, loquitur. Menelaus Od. Δ. vers. 95.

——— ἐπεὶ μάλα πόλλ' ἔπαθον, καὶ ἀπώλεσα οἶκον,
Εὖ μάλα ναιετάοντα.

Sic apud Sallustium Marius. *Mihi, qui omnem aetatem in optimis artibus egi, bene facere jam ex consuetudine in artem vertit.* hoc est, ἐμοὶ δὲ τὸ εὖ ποιεῖν ἐξ ἔθους εἰς φύσιν μετέβαλε. *vertit* enim passive dixit Sallustius, ut μεταβάλλειν Artemidorus & Aristoteles. sic Artemid. Ἄρκτος δὲ γυναῖκα σημαίνει, φασὶ γὰρ ἐκ Καλλιστοῦς (ita enim legendum) τῆς Ἀρκαδικῆς μεταβάλλειν τὸ ζῶον. & Aristoteles saepe. Sic deliciae Graecarum elegantiarum Aristophanes παρακινήσαντα, ἀντὶ τοῦ παρακινηθέντα, dixit, Βατραχ. Σκέψαι νῦν μὴ παρακινήσαντ' ἴδῃς. &, quod manifestius, gravissimus poetarum Sophocl. Oedip. Tyr. ὁ δὲ καὶ θανὼν κεύθει κάτω δὴ γῆς. Interpres, ἀντὶ τοῦ κεύθεται, κρύπτεται. Ita igitur *vibravit* à Silio dici, ut κεύθει à Sophocle, putaram, παθητικῶς nimirum: quod ipsum cum indicarem Illustri Scaligero, a se quoque animadversum nuper mihi retulit. Nunc vero aliud latere arbitror, & peculiariter τὸ *vibravit* à Silio usurpari, ut à Senec. Philos. Ep. CVII. *Quaedam in nos fixa sunt, quaedam vibrant, & cum maxime veniunt, quaedam ad alios perventura nos constringunt.* & alibi, *Adhuc vox illa in auribus meis vibrat.* quod dicerent Attici ἄναυλος παραμένει. Valer. Flacc. lib. II. vers. 66.

Sic ait, & certi memorat qui vultus Olympi,
Pleiones, Hyadumque locos, quo sidere vibret
Ensis, & Actaeus niteat qua luce Bootes.

lib. II. vers. 341.

——— *mediis famulae convivia tectis*
Expediunt, Tyrio vibrat torus igneus ostro.

Atque hoc modo potuit Silius *vibravit lancea* eleganter dixisse. D. HEINSIUS. vide infra lib. IV. vers. 156.

v. 540. *Ac femore adverso*] *femine* Colon. recte. apud Maron. lib. X. Aen. vers. 788. membranae constanter,

——— *ocius ensem*
Eripit à femine, & trepidanti fervidus instat.

ubi dixi. N. HEINSIUS. *femine* hoc loco scribendum esse monuit etiam Modius ad Livii lib. XXI. cap. VII. Sic Africanus apud Gellium lib. VII. Noct. Attic. cap. XII. *Qui barba volsa, feminibusque subvolsis ambulet.* Plaut. in Mil. Glor. act. II. scen. II. vers. 48. *in femine habet laevam manum.* Varro lib. III. Rei rust. cap. IX. *collo vario aut aureolo, feminibus pilosis, cruribus brevibus.* Plin. lib. XXVIII. Hist. Natur. cap. II. *Dixit Homerus, profluvium sanguinis vulnerato femine Ulixem inhibuisse carmine.* Appul. lib. VIII. Metam. *Si faciem tuam mediis ejus feminibus immiseris.* lib. XI. *Compressis in arctum feminibus, & superstrictis accurate manibus.* In Ἀνεχομ. ex Menand.

Libido cum lascivo instinctu suscitat
Sinuare ad Veneris usum femina.

Femen casu quarto, cujus casum rectum à veteribus assertum se non legisse testatur Charis. lib. I. Instit. Gramm. pag. m. 130. exstat apud Saxon. Gramm. lib. VI. Hist. Dan. pag. 100.

Cur femen hoc ridendus ensis obligat.

Saepe autem librarii in codicibus scriptis *femina* in *femora* mutarunt. Vide Stewich. ad Arnob. lib. IV. advers. gent. pag. 105. Gifanii Indic. Lucr. voce *Vividus*, Grot. ad Martian. Capell. lib. VI. pag. 224. Gronov. ad Livii lib. XXX. cap. XVIII. & Broekh. ad Tibull. lib. I. Eleg. IX. vers. 26.

v. 541. *Tarpejae rupes*] Ex hoc loco emendatur nobis optime Propertius lib. IV. Eleg. I. vers. I.

Tarpejum nemus, & Tarpeja rupe sepulcrum.

Sic rescripsimus, cum *Tarpejae turpe sepulcrum* male legatur. Ita nobis hic Silii locus illum Propertii emendandum suggessit. Sic de eodem Capitolio apud

Ac femine adverfo librata cufpide fedit.
Tarpejae rupes, Superifque habitabile faxum,
Et vos, virginea lucentes femper in ara,
Laomedonteae Trojana altaria flammae,
Heu! quantum vobis fallacis imagine teli
Promifere Dei? propius fi preffa furenti
Hafta foret, claufae ftarent mortalibus Alpes:
Nec, Thrafymene, tuis nunc Allia cederet undis.
Sed Juno, afpectans Pyrenes vertice celfae
Nava rudimenta, & primos in Marte calores,

Ut

pud eundem peffimo hodie inftituto legitur ibid. verf. 13.

Murus erant montes, ubi nunc eft curia fepta.

lege,

Murus erant montes, ubi nunc eft curia, feptem.

murus, ubi eft curia, erant montes feptem. Ita, bis de eodem Capitolio cum loquitur, bis corruptus fuit poëta ille. D. HEINSIUS.

v. 541. *Superifque habitabile faxum*] Ita faepiufcule Capitolium antiqui. Silius nofter alibi, *Tarpejaque faxa.* Propert.

Cum quateret lento murmure faxa Jovis.

Atque Silius quidem haec à poeta principe more fuo tranftulit, qui *Capitoli immobile faxum* alibi; à faxeo nimirum Termino, à cujus pertinacia, ut antiqui in facris loquebantur, & immobilitate *faxum* ipfum Capitolium appellarunt: nam cum aut ftipes aut faxum olim fuerit terminus, faxum in Capitolio fuit. Accipio igitur hoc, ut apud Maron. illud,

Templa Dei faxo venerabar ftructa vetufto,

fumebat Epaphus libro decimo feptimo, praeterquam quod hic more poëtarum de toto praedicatur: vide, quae notet Macrobius Saturn. lib. III. cap. VI. & loco dicto Servius. Lactant. de falfa religione lib. I. cap. XX. *Quid qui lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen eft Terminus? Hic eft, quem pro Jove Saturnus dicitur devoraffe; nec immerito illi honos tribuitur: nam cum Tarquinius Capitolium facere vellet, eoque in loco multorum Deorum facella effent, confuluit eos per auguria, utrum Jovi cederent; & cedentibus ceteris, folus Terminus manfit, unde illum poëta Capitoli immobile faxum vocat.* Videndus & hic Servius. D. HEINSIUS.

v. 549. *Vana rudimenta* &c.] Non fatis proba lectio haec, ut apparet: quomodo enim illud *Vana rudimenta* convenit hic cum *Martis caloribus?* Nam, quod Marfus fomniat, nihil eft. Sed, ut conveniat, quomodo *Invalida hafta*, quae in ipfa offa adacta fit? atque ut hoc ipfum etiam ita excufetur, *Invalidum* hic pofitum pro valde validum, qua forma dixit Virgil. *incanaque menta Cyniphii tondent hirci*, quaque ratione Symmach. lib. I. Ep. XCV. & Martian. Capell. nefcio quo loco, *impotentem Fortunam* pro valde potentem, pofuere: itaque Pii conjectura emendantis *Evalidam* (quod perinde ambiguae fignificationis effe vel unus ille Ovidii verficulus,

Egelidum Borean, egelidumque Notum,

abunde convicerit) nihil opus fit. Ut haec, inquam, omnia fic fe habeant, qui potuit, cedo, Juno ex vertice Pyrenaei montis, ut Dis Deabufque etiam longiores, quam Regibus, manus largiamur, haftam ex corpore Hannibalis evellere, qui ad pedem muri Saguntini pugnaret? Omnino hic locus non vitio tantum uno atque altero coinquinatus, fed & verfibus duobus defectus vulgo, ita ex optimo, antiquiffimo, & elegantiffimis characteribus exarato metropoleos Coloniae Silio corrigendus & fupplendus eft:

Sed Juno, afpectans Pyrenes vertice celfae
Nava rudimenta, & primos in Marte calores,
Ut videt impreffum conjecta cufpide vulnus,
Advolat, obfcura circumdata nube, per auras,
Et validam duris evellit ab offibus haftam.

MODIUS Novant. Lect. Epift. XLI. MS. Oxonienfe nihil mutat: at docti *nava*. nimirum virtutem Hannibalis Juno miferetur. Sic primordia fua ipfemet Hannibal Herculeis componere non veretur fupra verf. 511.

Haud me diffimilem, Alcide, primoribus annis
Agnofces, invicte, tuis.

Ego doctorum virorum emendationi citra ullam invidentiam accedo. BARTHIUS lib. VII. Adverf. cap. XV. *Nava* recte cum Colonienfi libro Modius & Barthius. fic infra verf. 560. idem codex, *miferando nava labori*, non *vana*. lib. IV. verf. 487. fcribendum quoque,

Jamque dies rapti curfu navoque labore.

lib. V. verf. 413.

Laurigeris decus illud avis navaque juventa
Florebat.

lib. VII. verf. 350. *Navus abire timor.* Sic lib. XVII. verf. 126. caftigavi, *Nava manus.* N. HEINSIUS. Voces *navus* & *vanus* faepe inter fe commutarunt indocti librarii: vide N. Heinfium ad Nafon. lib. V. Trift. Eleg. III. verf. 37. lib. I. ex Pont. Ep. X. verf. 12. Porro Juno, in Pyrenes vertice confiftens, quid ad Saguntum gereretur, cernere potuit, quemadmodum à Pachyno, Siciliae promontorio, videt, quid ad Tibrim agat Aeneas apud Maron. lib. VII.

Aen.

Ut videt impressum conjecta cuspide vulnus,
Advolat, obscura circumdata nube, per auras,
Et validam duris evellit ab ossibus hastam.
Ille tegit clipeo fusum per membra cruorem,
Tardaque paullatim & dubio vestigia nisu
Alternata trahens, aversus ab aggere cedit.
Nox tandem optatis terras pontumque tenebris
Condidit, & pugnas erepta luce diremit.
At durae invigilant mentes, molemque reponunt
Noctis opus. clausos acuunt extrema pericli,

Et

Aen. vers. 286. Sed, utcumque Dearum Regina, tamen hastam è vulnere Hannibalis evellere non potuit, nisi propius accesserit. quare omnino recipiendi sunt duo versus, quos servavit liber Colon. *Ut videt impressum* &c. cum seq. quos etiam Doctissimus Dausquejus admisit, qui in iis *fulturam nonnullam* agnoscit, ut adeo immerito mox ab Illustrissimo Heinsio reprehendatur; quamvis tamen perperam *Vana rudimenta* tuetur, & primos Hannibalis conatus in Sagunto expugnanda irritos explicat. Idem etiam Dausquejus non recte hic intellexit locum Silii supra vers. 486. Non enim sensus Silii est, longum à Sagunto iter esse in Pyrenen; sed Murrus ait, se Hannibali longum in Dardanios fines iter remittere, molestiamque eo contendendi per Pyrenen Alpesque.

v. 549. *Primos in Marte calores*] *calores* primum bellicum ardorem notat, ut libro XIII. vers. 33.

Laetus opum, sed clauda fides, sesëque calenti
Addiderat Poeno.

BARTHIUS lib. VII. Adverf. cap. XV.

v. 552. *Invalidam* &c.] Scripti omnes, *Et validam*: Rom. & Parm. libri *Evalidam*: unde manifestum est, hic excidisse nonnulla, quae Modius ex membranis Colon. huc revocavit feliciter, quamquam obloquente Dausquejo. Pro Modio stat & Barthius. N. HEINSIUS. Praeter scriptos insuper editio Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbip. *Et validam*, pro quo primus Nicander in Juntina *Invalidam* dedit. sed frustra. *validam* enim vocat Silius, quod *in duris ossibus* sedit, quamvis ea non perruperit. Vir Celebertimus Petrus Burmannus, si codices accederent, scribi mallet. *Et calidam hastam*, sanguine scilicet tepefactam: quas voces in MSS. Nasonis saepe confundi notavit; ut lib. IX. Metam. vers. 132. *calido velamina tincta cruore*, ubi membranae habent *valido cruore*, & alibi: etiam apud Lucan. lib. IV. vers. 511. *calido fodiemus viscera ferro*, ubi & codices quidam *valido ferro*. Similia alia exempla infra vide ad lib. XV. vers. 337.

v. 554. *Dubio vestigia nisu Alternata trahens*] id est, claudicans. Virgil. lib. XII. Aen. vers. 386.

Alternos longa nitentem cuspide gressus.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 92.

Alternos aegre cunctantem poplite gressus.

v. 555. *Aversus ab aggere cedit*] Hanc lectionem, quam etiam habent codices Coloniensis & Oxonius, Doctissimus Dausquejus contra non neminem recte defendit, qui *adversus* malebat. ita tamen habet liber Puteaneus cum vetustis editionibus: sed sollemni librariorum errore, de quo infra vide ad lib. II. vers. 618.

v. 559. *Clausos acuunt extrema pericli.*] Eleganter expressit Silius cum desperatis manum non conserendam, quia eorum virtus acerrima: idque Virgilius, si satis memini, Curtius, & alii tradunt. BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XXIV. Silius lib. X. vers. 219.

Atque animos jam sola dabat fiducia mortis.

Curtius lib. V. cap. IV. *Ignaviam quoque necessitas acuit, & saepe desperatio spei caussa est.* Similia alia ubique obvia sunt.

v. 561. *Hinc pueri*] *puer* concinnius membranae Colon. & mox *nava labori*, non *vana*. N. HEINSIUS.

v. 564. *Jam Patribus clarisque senum*] Perpetuo ἐμπαίζει Silius. Ceterum sic *Senex* saepe honoris nomen est Graecis quoque, in quo falluntur multi, & apud Homer. Iliad. Δ. vers. 259. γερούσιον αἴθοπα οἶνον. ubi doctissimi hujus aetatis falluntur profecto in sua versione Homerica, cum, quod τῆς τιμῆς est, ad τὴν ἡλικίαν referunt. Est autem Homero γερούσιος οἶνος *vinum*, *rorarium* antiquis Romanis dictum. *Rorarii* enim *milites* antiquis dicebantur, qui levi armatura maxime honorati proelium committebant, primique in hostem ferebantur: *Rorarium* autem *vinum*, quod rorariis militibus, maximeque honoratis, ob rem praeclare in bello gestam propinabatur. Recte igitur Hesych. Γερούσιον, τὸ τοῖς ἐντίμοις κατὰ γέρας διδόμενον & quid manifestius illo Homeri loco [Iliad. Δ. vers. 257.]

Ἰδομενεῦ, περὶ μέν σε τίω Δαναῶν ταχυπώλων,
Ἠ μὲν ἐνὶ πτολέμῳ, ἠδ' ἀλλοίῳ ἐπὶ ἔργῳ,
Ἠδ' ἐν δαίθ', ὅτε πέρ τε γερούσιον αἴθοπα οἶνον
Ἀργείων οἱ ἄριστοι ἐνὶ κρητῆρι κέρωνται.

Sic apud Maronem *Perpetui tergum bovis*, & apud Homer. [Il. H. vers. 321.] Νῶτος διηνεκὴς, γερούσιον utrumque donum est, cum apud alterum Aeneae, ut hospiti, apud alterum Ajaci, ut re bene gesta, κατὰ γέρας apponatur. Sic Γέροντες Hesych. ἔντιμοι,

&

Et fractis rebus violentior ultima virtus.
Hinc puer, invalidique senes, hinc femina ferre
Certat opem in dubiis miserando nava labori,
Saxaque mananti subvectat vulnere miles.
Jam Patribus, clarisque senum sua munia curae.
Concurrunt, lectosque viros hortantur; & orant,
Defessis subeant rebus, revocentque salutem,
Et Latia extremis implorent casibus arma.
Ite citi, remis velisque impellite puppim,
Saucia dum castris clausa est fera: tempore Martis

Utendum

& Γέρων, inquit, ἐπὶ ἐντίμου, &, quod plus est, κικλήσκω δὲ, inquit, γέροντας τοὺς ἀρίστους. Sic hoc loco *clari senum*, clarus senatus, ut δῖα θεάων. D. HEINSIUS. *Senex* & *senior* interdum apud Latinos non tam aetatis, quam honoris, vocabula esse, certum est. vide Gevart. Lection. Papin. lib. I. cap. x. *clari senum* autem, ut *Venus pulcra Dearum* apud Ennium in fragm. lib. I. Annal. Et ita alii passim locuti sunt. Liv. lib. xxx. cap. ix. *Cum omni Romano & Numidico equitatu, expeditisque militum.* ubi vide Gronov. Ovid. lib. iv. Metam. vers. 630.

Hic hominum cunctos ingenti corpore praestans
Japetionides Atlas fuit.

Stat. lib. ii. Theb. vers. 152.

Egregii juvenum, quos non sine numine regnis
Invexit nox atra meis.

vers. 483.

—— juvenum fidos, lectissima bello
Corpora, nunc precio, nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis.

lib. vi. Theb. vers. 15.

Et nunc eximii regum, quibus Argos alumnis
Connexum coelo.

Curtius lib. iv. cap. iv. *Plures naves admoveri jubet, delectosque militum imponi.* Florus lib. iii. cap. ii. *Impiger fluminum Rhodanus.* & sexcenta talia ubique. Pro *claris*, Putean. codex perperam *caris* habet: frequenter ita in vetustis MSS. turbarunt inepti librarii. vide Barthium ad Stat. Silv. pag. 162. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. vers. 1874. N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. vi. vers. 286. & Bentlejum ad Horat. lib. I. od. xx. vers. 5. lib. iii. od. xiv. vers. 7. & lib. iv. od. xiii. vers. 14.

v. 566. *Defessis subeant rebus, revocentque Sagunto Sidonias flammas, nunc ite impellite puppim*] Videtur integer hic locus: non est tamen, quod videtur; sed tum erit, cum, rejectis interpolationibus sciolorum, qui cum pessimo, mehercle, exemplo ita deformarunt, uno etiam versu auctior, hoc modo legetur:

Defessis subeant rebus, revocentque salutem,
Et Latia extremis implorent casibus arma.
Ite citi, remis velisque impellite puppim.

remis velisque ire propria hic locutio, ut in illo Cicer. Philipp. I. *Tum vero tanta sum cupiditate incensus, ut mihi nulli neque remi, neque venti, satisfacerent*; & in illo Virgil. versu,

Laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.

sed quae proverbialiter non raro sumatur, pro omni conatu aliquid agere, & alio transferatur. Idem Cicero Tuscul. Quaest. lib. iii. *Taetra res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, ut ita dicam, remisque fugienda.* Plaut. Asin. Act. I. Sc. iii. vers. 5. *Remigio veloque, quantum poteris, festina & fuge.* Simile huic proverbio proverbium *equis velisque*, quo utitur M. Tullius ad Q. Fratrem, & lib. iii. de Offic. quodque dixisse videtur Horat. *navibus atque quadrigis*, lib. I. Ep. xi. vers. 28. ubi ait,

Strenua nos exercet inertia, navibus atque
Quadrigis petimus bene vivere.

MODIUS Novant. Lection. Epist. xli. In iis, quae, ubi navis Romam mittitur, mutavit & inseruit Modius, non habet faventes membranas Anglicanas. Quia tamen contra mangones typographicos & ipse prisco codice nititur, non puto aspernendas esse ejus observationes. BARTHIUS lib. vii. Advers. cap. xv. Versus ille, cujus initium *Sidonias flammas*, non comparebat in Oxoniensi & Puteaneo, uti & pars praecedentis versus, relictis illis *Defessis subeant rebus, revocentque.* Quin in Vaticano quodam codice vidi annotatum, cetera esse a manu Pomponii Laeti. unde liquet, solas Colon. membranas hic integras atque audiendas esse, quidquid obstrepit Dausquejus. N. HEINSIUS. Locutionem *remis velisque* recte illustravit Modius; adde etiam Schesser. lib. I. de Milit. Nav. cap. iv. Sic Ovid. Epist. xiii. Heroid. vers. 101.

Cum venies, remoque move, veloque carinam.

lib. vi. Metam. vers. 444. *veloque & remige portus Cecropios intrat.*

v. 569. *Saucia dum castris clausa est fera*] Opinatus sum aliquando a Siliana manu esse, *dum clathris clausa est fera*; quod proprie & eleganter dictum. de clathris copiosius egi curis secundis ad Claudiani lib. iii. de laud. Stilic. vers. 272. quae adeantur. & sane in Parmensi libro *satris* exaratum hoc loco offendi. *claustra* dixerunt nonnulli, ut in illo Livii lib. xxxv. *Lum ferarum modo, quae claustris aut vinculis teneantur, ingentes jam dudum iras in pectore volvere.*

G

Utendum eſt rapto, & graſſandum ad clara periclis.
Ite citi, deflete fidem, muroſque ruentes,
Antiquaque domo meliora arceſſite fata.
Mandati ſumma eſt: Dum ſtat, remeate, Saguntos.
Aſt illi celerant, qua proxima litora, greſſum,
Et fugiunt tumido per ſpumea caerula velo.
Pellebat ſomnos Tithoni roſcida conjux,
Ac rutilus primis ſonipes hinnitibus altos
Afflarat montes, roſeaſque movebat habenas.
Jam celſa e muris exſtructa mole juventus
Clauſam nocturnis oſtentat turribus urbem.
Rerum omnes pendent actus, & milite maeſto
Laxata obſidio, ac pugnandi ſubſtitit ardor,
Inque ducem verſae tanto diſcrimine curae.
Interea Rutulis longinqua per aequora vectis
Herculei ponto coepere exiſtere colles,
Et nebuloſa jugis attollere ſaxa Monoeci.

Thracius

re. Statius ſilvar. lib. II. de Leone manſueto verſ. 4.

Quid? quod abire domo, rurſuſque in clauſtra reverti
Suetus.

Clathra autem ſunt, quae cancellorum inſtar caveis praeducuntur, ex ferro ut plurimum facta; aliis ſunt caveae ferreae, ut apud Martial. lib. IX. Ep. LVIII.

Nec raſum cavea latus biſontis.

lib. I. Epigr. XLIX. de leone,

Nec caveae tanta clauditur ille fide.

Claudian. lib. III. de Laudib. Stilic. verſ. 324. *rudibus fagis texuntur & ornis Frondentes caveae.* Statius eodem loco verſ. II.

Sed victus fugiente fera: ſtat cardine aperto
Infelix cavea.

Pari modo Prudentius in Hymnis:

Intrat interea locum rotundae
Concluſum caveae, madens ferarum
Multo ſanguine.

Nec aliter Juſtinus de Calliſthenis ſupplicio, *cum cane in cavea clauſus.* Sueton. in Nerone, *Ferae pelle contectus emittitur è cavea.* Symmach. lib. II. Ep. LXXII. de canibus Scoticis ferreis caveis incluſis, ac Romam devectis. Erant & avium caveae. Sed jam nimii ſumus. N. HEINSIUS.

v. 569. *Tempore Martis Utendum eſt rapto*] Perperam Dauſquejus *tempore rupto*, pro *rapto*, pejores codices ſecutus. *rapere tempus, rapere viam, fugam, occaſionem, pugnam*, ac mille talia eleganter dicta: de quibus nos ad epiſtolam Herus Naſonianae, & ad Valer. Flaccum. N. HEINSIUS. *tempore rupto* eſt in codice Oxon. & pleriſque antiquioribus editionibus, ut Romana, Parmenſi, Mediolanenſi, & aliis; id eſt, interrupto, quo propter vulnus Hannibalis vel tardius procedit obſidio, vel à pugna omnino ceſſant Karthaginienſes. vide Liv. lib. XXI. cap. VIII. Recte tamen vir Illuſtriſſ. vulgatum *tempore rapto* vindicavit, quam lectionem habent etiam membranae Colonienſes. Silius lib. VII. verſ. 531.

Dum Dictator abeſt, rape, miles, tempora pugnae.

Lucan. lib. X. verſ. 507.

——— *ſemper feliciter uſus*
Praecipiti curſu bellorum & tempore rapto.

Joſeph. Iſcan. lib. V. Belli Troj. verſ. 358.

——— *cum tempore rapto*
Imperiale tonans acies Agamemno labantes
Increpat.

ubi vide Dreſem. *rapiunt certamina Martis* dixit Silius lib. XV. verſ. 443.

v. 570. *Graſſandum ad clara periclis*] Quod infra exprimit lib. IV. verſ. 36. *juvat ire periclis Ad decus. graſſari* enim hic bono ſenſu ponitur, ut infra lib. VIII. verſ. 331.

——— *nec me unica fallit*
Cunctandi ratio, qua te graſſante ſeneſcens
Hannibal oppreſſum vidit conſidere bellum.

Salluſt. in Bell. Catil. cap. I. *Ad gloriam virtutis via graſſandum.* Liv. lib. III. cap. XLIV. *Aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata ait, ſe jure graſſari, non vi.* lib. X. cap. XIV. *Conſilio graſſandum, ſi nihil vires juvarent.*

v. 583. *Tanto in diſcrimine curae*] Recte libri veteres τὸ *in* omittunt. N. HEINSIUS.

v. 587. *Thracius hos Boreas ſcopulos immitia regna Solus habet*] Non quod non alii etiam venti hic flarent, ſed quod is praecipue ibi regnaret, ac ſolito vehementius graſſaretur, & reliqui venti, ad Boream comparati, quaſi non ſentirentur. quo ſenſu *Vulturnum Aeoliis campis regnare* infra dicit lib. IX. verſ. 495. Similia vide apud Celeberrimum Burmannum

Thracius hos Boreas scopulos immitia regna
Solus habet, semperque rigens nunc litora pulsat,
Nunc ipsas alis plangit stridentibus Alpes:
Atque ubi se terris glaciali fundit ab Arcto,
Haud ulli contra fiducia surgere vento.
Vorticibus torquet rapidis mare, fractaque anhelant
Aequora, & injecto conduntur gurgite montes:
Jamque volans Rhenum Rhodanumque in nubila tollit.
Hunc postquam Boreae dirum evasere furorem,
Alternos maesti casus bellique marisque,
Et dubium rerum eventum sermone volutant.
O patria, o Fidei domus inclita, quo tua nunc sunt
Fata loco? sacraene manent in collibus arces?
An cinis, heu Superi! tanto de nomine restat?
Ferte leves auras, flatusque ciete secundos,
Si nondum insultat templorum Poenicus ignis
Culminibus, Latiaeque valent succurrere classes.

Talibus

num ad Petronii Satyr. cap. CXIV. Illum vero ventum innuere videtur Silius, quem incolae hujus regionis proprie *Circium*, vel *Cercium*, dicunt; cujus meminit Lucan. lib. I. vers. 406.

——— nec Corus in illum
Jus habet, aut Zephyrus; solus sua litora turbat
Circius, & tuta prohibet statione Monoeci.

Senec. lib. V. Natur. Quaest. cap. XVII. *Atabulus Apuliam infestat*, &c. *Galliam Circius.* Sueton. in Claud. cap. XVII. *Vehementi Circio bis pene submersus est prope Liguriam, juxtaque Stechadas insulas.* Vide Gellii lib. II. Noct. Attic. cap. XXII. Appul. de Mundo, & Salmas. ad Solin. pag. 887.

v. 589. *Alis frangit stridentibus Alpes*] Probo lectionem MS. *plangit.* Cur probem, illud in caussa est, quod Lucret. ea voce in simili re saepe usum videam: sic enim ille lib. VI.

Aut ubi suspensam vestem, chartasque volantes
Verberibus venti versans, planguntque per auras.

lib. II. quoque dixerat, *fluctus plangentes saxa*, exemplo nempe Lucilii, qui ait, *plangunt litora fluctus.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXIII. Omnino bene Modius *plangit* ex Colon. codice, quo & ceteri cum priscis alludunt editionibus, in quibus *tangit.* Interpres solus obstrepit. alarum proprium est *plangere.* N. HEINSIUS. Silius lib. XIII. vers. 840.

——— en, quantum resonat plangentibus alis.

Statius lib. III. Theb. vers. 502.

——— vides, cursus ut nulla serenos
Ales agat? liquidoque polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile planxerit omen.

ita legebat summus Gronovius in gustu ad hunc locum: vulgo erat, *plauserit omen.* Veram scripturam Silio vindicavit etiam N. Heinsius in notis ad Nason. lib. V. Metam. vers. 675.

v. 598. *Quo tua nunc sunt Fata loco*] Pro, quo in statu nunc sunt, ut apud Maron. lib. II. Aen. vers. 322. *Quo res summa loco, Pantheu?* lib. IX. vers. 723.

Et quo sit Fortuna loco, qui casus agat res.

Horat. lib. I. Epist. XII. vers. 25.

Ne tamen ignores, quo sit Romana loco res.

Senec. in Hippol. vers. 358.

Altrix, profare, quid feras. quonam in loco est
Regina?

v. 601. *Flatusque ciete secundos*] ἐπουρίζειν. D. HEINSIUS.

v. 602. *Insultat templorum protinus ignis Culminibus*] Elegantissimo loco corrumpendo est illud *protinus*, quod illi fungi in libros retulerunt, cum luscitiosis suis oculis, quod in membranis rectum exstat, *Poenicus* assequi non potuissent. Nimirum hos tales natos rastros tractare, non libros. quid enim illo, quod vero succidaneum dederunt, absurdius? saltem cum ratione insanirent. Quod, ne nos quoque dedisse operam, ut faciamus, videamur, monito illud *Fidei* paullo ante majuscula notandum, & de Dea, quam alibi *tacitum* poëta vocat *in pectore numen*, accipiendum. MODIUS Novant. Lect. Epist. XLI. Quid clarius emaculatione e libro Modii nata, & a nostro confirmata? nimirum ut *Latium* & *Poenicus furor* de propinquo opponantur. Tamen *protinus* defendere maluit Interpres, cui minime omnium assentimur. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Optime Carrion & Modius ex membranis Coloniensibus *Poenicus ignis:* Oxon. *punitus*, proxime verum. Interpretem in alia omnia euntem non audimus, nec audit Barthius. N. HEINSIUS. Recte viri docti *Poenicus ignis* restituerunt, quod antiquum est, pro *Punicus.* in Fastis Triumphalibus apud Gruter. pag. CCXCVII. col. 2. C. DVILIVS. M. F. M. N. COS. PRIMVS.

 AN.

Talibus illacrimant noctemque diemque querelis,
Donec Laurentes puppis defertur ad oras;
Qua pater, acceptis Anienis ditior undis,
In pontum flavo descendit gurgite Thybris.
Hinc consanguineae subeunt jam moenia Romae.
Concilium vocat augustum, castaque beatos
Paupertate Patres, ac nomina parta triumphis
Consul, & aequantem Superos virtute Senatum.
Facta animosa viros, & recti sacra cupido

Attollunt,

AN. CDXCIII. NAVALEM. DE. SICVL. ET. CLASSE. POENICA. EGIT. K. INTERKALAR. Valer. Max. lib. II. cap. IV. 6. *Poeniceis indutum tunicis M. Scaurus exquisito genere vestis cultum induxit.* & cap. VI. 2. *Poeniceis in proelio tunicis utebantur.* Tertull. de Pallio cap. II. *Ne Poenicum inter Romanos aut erubescat, aut doleat.* vide Gisan. Indic. Lucret. voce *Poeniceus*, & N. Heinsium ad Nason. lib. III. Amor. Eleg. VII. vers. 29. & ad lib. XII. Metam. vers. 103. Eodem modo *Moenera* olim dixerunt, quod nunc *munera.* vide Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 30. *moerus*, quod nunc *murus.* vide Gisan. Indic. Lucret. v. *Moerus.* Prius vero etiam *Poinicius* scripserunt, quod exstat in tabula aenea apud Gruter. pag. DXII. QVEI. EORVM. AMEICITIAM. POPVLI. ROMANEI. BELLO. POINICIO. PROXSVMO. MANSERVNT. *Poenicus ignis* autem, ut *flamma Sidonia* supra vers. 130.

v. 609. *Castaque beatos Paupertate Patres*] Hoc loco paupertas non inopiam notat, sed mediocrem fortunam, cui nihil deest. Eam ita describit Senec. Epist. LXXXVII. *Paupertas est, non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet.* & Epist. IV. *Magnae divitiae sunt lege Naturae composita paupertas. Lex autem illa Naturae scis quos nobis terminos statuit? non esurire, non sitire, non algere.* Eo sensu Senatum Euandri Virgil. *pauperem* vocat lib. VIII. Aeneid. vers. 105. Lucan. lib. X. vers. 151.

Pone duces priscos & nomina pauperis aevi.

Auctor Moreti vers. 16.

Fusus erat terrae frumenti pauper acervus.

Hinc apud Horatium lib. I. od. XII. vers. 43. jungitur

Saeva paupertas, & avitus apto
Cum lare fundus.

lib. I. Sermon. Ecl. VI. vers. 71.

Caussa fuit pater his, qui, macro pauper agello,
Noluit in Flavi ludum me mittere.

& Valer. Maximus inopiam à paupertate distinguit lib. IV. cap. VIII. 2. *Fabius in honorem patriae paupertatem inopia mutavit.* Plura vide apud Broekhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. I. vers. 3. Deinde *beatus* hoc loco est dives. Varro lib. V. de Ling. Lat. pag. 24. *Beatus, qui multa bona possidet.* Ovid. lib. I. Amor. Eleg. XV. vers. 34.

Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Claud. Consul. Olyb. & Prob. vers. 46.

Assiduos intrare inopes, remeare beatos.

Sensus itaque Silii hic est; Senatores satis se beatos ac divites putasse, si ea solum, quorum usus indigebat, caste possiderent: eodem modo, quo Seneca d. loc. lege Naturae compositam paupertatem *magnas divitias* vocat.

v. 610. *Nomina parta triumphis*] Atque haec caussa, cur laureati Senatores senatum quotidie intrarent, symbolumque triumphi gestarent, quod quidem ex Commodo Xiphilini [pag. 827.] observavi, apud quem Dio se cum reliquis Senatoribus lauri folia è corona, quam gestabant, decerpta manducasse scribit, ne, gesticulante & histrionem agente monstro illo, in risum solverentur. Κἂν συχνοὶ, inquit, παραχρῆμα ἐπ' αὐτῷ γελάσαντες ἀπηλλάγησαν τῷ ξίφει, (γέλως γὰρ ἡμᾶς, ἀλλ' οὐ λύπη, ἐλάμβανεν) εἰ μὴ δάφνης φύλλα, ἃ ἐκ τοῦ στεφάνου εἶχον, αὐτός τε διέφαγον, καὶ τοὺς πλησίον μου καθημένους διατρώγειν ἔπεισα. D. HEINSIUS. Verum est, hoc tempore Africani, Asiatici, Numantinique nondum noti erant, ut monuit Dausquejus; sed, ut addit, per *nomina parta triumphis* indicantur Capitolini, Torquati, Corvini, similesque alii: quibus omnino addendi Marciae gentis *Coriolani*, Sergiae ac Serviliae *Fidenates*, & Valeriae *Messallae.* Nam bello Punico primo M. Valerius ex capta Messana *Messallae* cognomen adeptus est, teste Senec. de Brevit. vitae cap. XIII. ubi videndus est Lipsius.

v. 613. *Hirtaeque comae*] Membranae *togae*, & ita credo Silium scriptum reliquisse, quod Tacitus quoque, ut alibi doceo, ita locutus deprehendatur. MODIUS Novant. Lection. Epist. LVII. *togae* Modius ex Coloniensi libro, ut vestitum incomtum innuat. Vide, quae pro vulgata lectione Interpres adfert in medium. N. HEINSIUS. Locus Taciti, quem Modius in animo habuit, exstat in Dial. de Orat. cap. XXVI. *Malim oratorem vel hirta toga, quam fucatis & meretriciis vestibus, insignire.* Sic Lucan. lib. II. vers. 385.

Hirtam membra super Romani more Quiritis
Induxisse togam.

hirta toga est etiam apud Cornel. Nepot. in Datame cap. III. Malim tamen cum Doctissimo Dausquejo *comae*, quod praeter Colon. librum omnes

reliqui

Attollunt, hirtaeque comae, neglectaque mensa,
Dexteraque a curvis capulo non segnis aratris,
Exiguo faciles, & opum non indiga corda,
Ad parvos curru remeabant saepe penates.
In foribus sacris, primoque in limine templi
Captivi currus, belli decus, armaque rapta
Pugnantum ducibus, saevaeque in Marte secures,
Perfossi clipei, & servantia tela cruorem,

Claustraque

reliqui scripti & editi constanter habent. Proprie enim *hirtus* de squalido, denso, intonso capillo. vide infra ad lib. v. vers. 313. apud antiquos autem Romanos tonsura incognita erat, unde *hirsutos proavos* vocat Silius lib. XIII. vers. 812. *intonsum Catonem* Horat. lib. II. od. XV. *incomtis Curium capillis* lib. I. od. XII. vers. 41.

v. 614. *A curvis capulo non segnis aratris*] Forte, *a curvi capulo non segnis aratri.* capulum aratri. N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus ad marginem Silii etiam conjecerat, *ad curvi capulos non segnis aratri. Non segnis ad capulos aratri*, ut apud Claudian. lib. II. in Eutrop. vers. 395. *numquam mea dextera segnis Ad ferrum.* Sed nihil muto: ita enim Silius & infra locutus est libr. VIII. vers. 405.

Suessa atque a duro Frusino haud imbellis aratro.

v. 616. *Ad parvos curru remeabant saepe penates*] Currum triumphalem intelligit Cellarius, & ante eum Marsus, etiam N. Heinsius ad Silii lib. VI. vers. 545. Convenientius tamen videtur, ut capiamus de curribus, quibus Senatores, rure evocati, in curiam veniebant, & inde domum redibant, unde sellae curules originem habuerunt.

v. 617. *In foribus sacris* &c.] Silius imitatur Maronem, qui pariter lib. VII. Aen. vers. 183.

Multaque praeterea sacris in postibus arma:
Captivi pendent currus, curvaeque secures,
Et cristae capitum, & portarum ingentia claustra,
Spiculaque, clipeique, ereptaque rostra carinis.

v. 618. *Captivi currus*] Lege *Captivae exuviae. currus* bis repetitur. N. HEINSIUS. Poëtas eandem vocem paucis interjectis interdum repetere solitos fuisse alibi docuimus, idque Statium saepissime fecisse ad eum poëtam Barthius plurimis exemplis probavit lib. x. Theb. 449. quare nec hoc loco aliquid muto. Silius enim *captivos currus* ad postes templi suspensos memorat ex imitatione Maronis loco laudato. Et ita etiam Statius lib. III. Theb. vers. 580.

——— *arma parentis*
Postibus, & fixos Superûm ad penetralia currus
Vellere amor.

Persius Satyr. VI. vers. 45.

——— *jam postibus arma,*
Jam chlamydes Regum, jam lutea gausapa captis,
Essedaque, ingentesque locat Caesonia Rhenos.

v. 620. *Perfossi clipei*] Quaerit in problematis suis Plutarchus, cur spolia sola non licuerit renovare in templis: Διά τι, inquit [pag. 273.] τῶν τοῖς θεοῖς ἀνατιθεμένων μόνα τὰ σκῦλα νενόμισται περιορᾶν ἀφανιζόμενα τῷ χρόνῳ, καὶ μήτε προσκυνεῖν, μήτε ἐπισκευάζειν; πότερον ἵνα τὴν δόξαν οἰόμενοι τοῖς πρώτοις συνεκλιπεῖν, ἀεί τι πρόσφατον ὑπόμνημα τῆς ἀρετῆς ζητῶσι κομίζειν; ἢ μᾶλλον ὅτι τοῦ χρόνου τὰ σημεῖα τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους διαφορᾶς ἀμαυροῦντος, αὐτοὺς ἀναλαμβάνειν καὶ καινοποιεῖν ἐπίφθονόν ἐστι καὶ φιλαπεχθῆμον; Mirum profecto, homini tanto in re tam levi aquam haerere, aut saltem veram ipsam caussam non προβάλλειν, quam hic obiter tangit Silius, cum inquit,

Perfossi clipei & servantia tela cruorem.

Servabant enim clipeos, non quod clipei essent, sed quod perfossi, & tela, non quod tela essent, sed quod servarent cruorem, quod in novis telis esse non poterat: deinde colebant ea, non quod tela aut clipei essent, sed quod spolia; quod profecto non erat καινοποιεῖν, ut interpretatur magnus ille vir: nova enim substituere potuissent, sed non spolia. Huc pertinent elegantissima duo epigrammata, quae lib. I. tit. εἰς ἀναθήματα leguntur, quorum alterum hic posuimus.

Τίς θέτο μαρμαίροντα βοάγρια; τίς δ' ἀφόρυκτα
Δούρατα, καὶ ταύτας ἀρραγέας βοέας
Ἀγχεμάχας Ἄρει μιάστορι κόσμον ἄκοσμον;
Οὐκ ἀπ' ἐμῶν ῥίψει ταῦτά τις ὅπλα δόμων;
Ἀπτολέμων τάδ' ἔοικεν ἐν ὀλβισταῖς τεμένεσσι
Κεῖσθαι, ἢ θριγκῶν ἐντὸς Ἐνυαλίου.
Σκῦλά μοι ἀμφίδρυπτα, καὶ ὀλλυμένων ἀπὸ λύθρῳ
Ἀνδρῶν, ὅπερ ἔφυ ὁ βροτολοιγὸς Ἄρης.

Quis clipeis sacram, quisnam splendentibus hastis,
Quis (pudor) illaesa casside cinxit humum?
Mavortis ingratum suspendit gratus honorem.
Di, precor, a nostra sint procul illa domo.
Justius haec Bacchi poterant pendere tabernis;
Haud ea sunt templis, Mars pater, apta tuis.
Mi lacerae exuviae, pulvisque hominumque cruorque
Sint. hominum gaudet caedibus ille Deus.

Quae quidem ita reddidimus, ut nec verborum ubique, nec elegantiae nusquam rationem habendam duxerimus: ita enim vertimus nos, ut Graeculorum servi esse nolimus. Sed ut nec melius idem à nobis interdum dici posse desperemus, modo ne interpretationis leges transgrediamur. Quibus omnibus Plutarchi dubitatio manifeste solvitur, & moris illius Romanorum, *qui pro veteribus spoliis nova substitui arma nolebant*, ratio redditur. Atque haec hactenus. D. HEINSIUS.

 v. 621.

Claustraque portarum pendent: hic, Punica bella,
Aegates cernas, fusaque per aequora classe
Exactam ponto Libyen testantia rostra:
Hic galeae Senonum, pensatique improbus auri
Arbiter ensis inest, Gallisque ex arce fugatis
Arma revertentis pompa gestata Camilli:
Hic spolia Aeacidae, hic Epirotica signa,
Et Ligurum horrentes coni, parmaeque relatae
Hispana de gente rudes, Alpinaque gaesa.
Sed postquam clades patefecit & horrida bella
Orantum squalor, praesens astare Sagunti
Ante oculos visa est extrema precantis imago.
Tum senior maesto Sicoris sic incipit ore:
Sacrata gens clara fide, quam rite fatentur

Marte

v. 621. *Hic Punica bella Aegates cernas*] *vela* maluerim. vexilla navalia, quibus, uti & rostris, inter tropaea erat locus. N. HEINSIUS. *bella* & *vela* alibi etiam à librariis commutantur. vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 42*. infra lib. x. vers. 324. pro *laceroque aplustria velo*, Henr. Stephanus *lacero bello* citarat, ut D. Heinsius notavit. Nihil tamen hic mutari malo. nam *Aegates Punica bella* est proelium cum Karthaginiensibus ad Aegates commissum, cujus picturam in foribus templi dedicatam fuisse finxit Silius. *Bellum* autem Latinis, & πόλεμος Graecis, pro proelio frequenter ponitur. vide Casaub. ad Polyb. pag. 147. Edit. Celeberrimi Gronovii, aliosque passim.

v. 628. *Et Ligurum horrentesque comae*] Lego, ut manifeste legendum esse libri & res ipsa clamat, *horrentes coni.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXIII. Disceptant eruditi de hujus loci lectione. Alia vero ab hactenus cognitis exstat in MS. Anglicano, *horrentes tonse.* Ego arbitror vulgatam *horrentesque comae* non esse ineptam, quam *tonse* voluerunt enarrare: nisi & *tonse* comas significare voluerint, nam *tonsa coma* triumphum signat. Propert.

Quorum sub titulis Africa tonsa jacet,

hoc est, in signum triumphi detonsa. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Atqui de *hirta coma* jam praecesserat. Deinde quis locus est *comis Ligurum* inter spolia, aut quis devictae gentis crinem inter tropaea templis suffixum fuisse memoriae umquam prodidit? bene igitur *horrentes conos* ex libro Colon. Modius invexit: nisi quod ego praetulerim Oxon. libri scripturam *horrentes tonsae*, quae vox libro XIV. non semel occurrit pro remis, ut & apud Lucanum lib. III. Non intellexit eam Barthius, dum scripturam Oxon. profert. N. HEINSIUS. Dausquejus distinctione se huic loco medicinam attulisse putat hoc modo: *hic Epirotica signa, Et Ligurum, horrentesque comae. Ligurum*, nempe signa, quod praecessit. Sed nec vulgatam scripturam *horrentesque comae*, nec Oxon. libri lectionem *horrentes tonsae* probem, tum quod non soliti fuerint Romani vel devictarum gentium detonsas comas, vel captarum navium remos seu tonsas in templis suspendere, tum & quod toto hoc bello Ligustico, cujus varios casus ac fata late descripsit eruditissimus Noris. in Cenot. Pisan. Dissert. I. cap. I. Romanos vel semel proelio navali decertasse non meminerim. Illustrissimus Heinsius tamen etiam ad Claud. IV. Consul. Honor. vers. 48. *horrentes tonsae* probat, ut scilicet suam in Claudiano emendationem adstrueret, in quo legebat,

Aeraque vestitis numerosa vecte columnis
Consita:

& *numerosa vecte* exponebat multis contis: in scriptis nonnullis invenerat *numerosa veste*, vulgo autem *numerosa puppe* exaratum erat, quod omnino rectum est: intelligit enim Claudianus columnas rostratas, ut Claver. & Barthius docuerunt. Sed, ut ad Silium revertar, omnino praefero Colon. codicis scripturam *horrentes coni*, cui *cristae capitum* in loco Maronis à Silio expresso favere videntur, quas Servius *galeas* exponit, ut & *Senonum galeae*, quas etiam in hoc templo suspensas fuisse Silius supra testatus est.

v. 629. *Alpinaque gaesa*] Cellarius *Alpina* exponit ex arboribus Alpinis, ut durioribus, confecta: sed male. Dausquejus ea intelligit, quae Senonibus erepta sunt in obsidione Capitolii, vel Celtis, qui primo bello Punico in castris Poenorum stipendia fecerunt. Verum possunt etiam intelligi erepta Gallis Insubribus, qui Alpium accolae erant, & medio tempore inter bellum Punicum primum ac secundum a Romanis devicti sunt.

v. 635. *Ferro parere coacti*] *subacti* longe rectius Colon. & Putean. cum Parmensi editione. Virgiliana locutio, de qua ad ipsum, Georg. IV. vers. 85. & ad Claudiani lib. II. in Rufin. vers. 314. N. HEINSIUS. Eandem lectionem vir Illustrissimus etiam probavit ad Nason. lib. VI. Metam. vers. 497. neque

aliter

Marte satam populi ferro parere subacti,
Ne crede emensos levia ob discrimina pontum.
Vidimus obsessam patriam, murosque trementes:
Et, quem insana freta aut coetus genuere ferarum,
Vidimus Hannibalem. procul his a moenibus, oro,
Arcete, o Superi, nostroque in Marte tenete
Fatiferae juvenem dextrae. qua mole sonantes
Exigit ille trabes? & quantus crescit in armis?
Trans juga Pyrenes, medium indignatus Hiberum,
Excivit Calpen, & mersos Syrtis harenis
Molitur populos, majoraque moenia quaerit.
Spumeus hic, medio qui surgit ab aequore, fluctus,
Si prohibere piget, vestras effringet in urbes.

An

aliter erat in Mediol. editione. Infra lib. XIII. vers. 709.

Atque habitanda semel subigit quis visere regna.

lib. XVII. vers. 576.

Quaenam te silvis accedere caussa subegit.

Virgil. lib. III. Aen. vers. 257.

Ambesas subigat malis absumere mensas.

lib. VII. vers. 214.

Astra subegit hiems vestris succedere terris.

Auctor Ceir. vers. 227.

Nec levis, hoc faceret, (neque enim pote) caussa subegit.

Claudian. lib. II. in Rufin. vers. 132.

Incertus, peteretne fugam, veniamne subactus Posceret.

Sallust. in Bell. Catil. cap. X. *Ambitio multos mortales falsos fieri subegit.* ubi vide notas Rivii. Curtius lib. IV. cap. XI. *Darium, ut pacem à te jam hoc tertio peteret, nulla vis subegit.* Consule & Gifan. Indic. Lucret. v. *Subigere.*

v. 636. *Emensos levia ob discrimina pontum*] In codice scripto rotundior scriptura *emensum.* BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Oxon. & Putean. cum Parm. *emensum pontum*, quod Barthius videtur probare. N. HEINSIUS. *emensum pontum* etiam Mediol. editio. Infra lib. III. vers. 648.

Emensis aderat Garamantum laetus harenis.

Virgil. lib. II. Aen. vers. 181. *pelagoque remenso Improvisi aderunt.* Ovidius lib. XV. Metam. vers. 226.

——— *emensis medii quoque temporis annis.*

Ita emendabat Illustrissimus Heinsius, pro *emeritis annis*, & locum corruptum putabat ab illis, qui *emensis* passive dici non posse arbitrati sunt. Appulej. lib. VI. Metam. in princ. *Gnaviter emensis celsioribus jugis, pulvinaribus sese proximam intulit.* & alibi apud eundem saepe. Quinctil. Declam. XII. p. 213. *Nondum tibi objicio duplicata tempora, nec remensum toties mare.* Utram vero lectionem apud Silium recipias, nihil interesse videtur.

v. 642. *Conjicis ille trabes*] MS. *Exigit.* BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *Erigit* Puteaneus, *Exytit* Coloniensis. Opinor *Exigit*, & sic in Oxoniensi esse Barthius testatur; neque aliter Parmensis editio. lib. V. vers. 254.

Altior insurgens galeam super exigit ictum.

ibidem, *ferrum e corpore exigere.* lib. IX. vers. 585.

——— *per arma*
Exigit Ufentis sceleratum belua dentem.

ubi Coloniensis denuo *Exiis.* lib. XIV. vers. 506.

Pro qualis! seu splendentem sub sidera nisu
Exigeret discum.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 300.

——— *mediis in cantibus exigit harpen.*

Virgil. lib. X. Aen. vers. 815. *validum namque exigit ensem Per medium Aeneas.* Ovid. Epistola Dejanirae vers. 157.

Exegit ferrum sua per praecordia mater.

N. HEINSIUS. *Exigis* habet etiam Mediolan. editio, neque aliter hunc locum citavit ὁ πάνυ Gronovius in gustu ad Statii lib. VIII. Theb. vers. 468. & ad Senec. Consol. ad Marciam cap. XVI. ubi hanc locutionem pluribus illustravit. Supra vers. 515.

——— *pressumque ira simul exigit ensem.*

Virgil. lib. X. Aen. vers. 682.

——— *& crudum per costas exigat ensem.*

Seneca in Herc. Oetaeo vers. 845.

Eat per artus ensis exactus meos.

in Agam. vers. 199.

——— *per tuum, si aliter nequit,*
Latus exigatur ensis, & perimat duos.

vide quaedam supra ad vers. 307. Simili lectionis diversitate apud Lucan. lib. VII. vers. 575. plures codices, pro *Ipse manu subicit gladios*, habent *subigit. Transicit*, pro *transigit*, Statio vindicavit Barthius notis ad lib. VII. Theb. vers. 505.

v. 642. *Et quantus crescit in armis*] Locum Maronis imitatur ex lib. XI. Aen. vers. 283.

——— *experto credite, quantus*
In clipeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.

v. 647. *Vestras effringet in urbes*] Malim legere *vestras se franget.* in MS. perperam est *nostras.* BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Puto à manu

Silii

An tanti pretium motus, ruptique per enses
Foederis, hoc juveni, jurata in bella ruenti,
Creditis, ut statuat superatae jura Sagunto?
Ocius ite, viri, & nascentem exstinguite flammam,
Ne serae redeant post aucta pericula curae.
Quamquam o, si nullus terror, non obruta jam nunc
Semina fumarent belli: vestraene Sagunto
Spernendum consanguineam protendere dextram?
Omnis Hiber, omnis rapidis fera Gallia turmis,
Omnis ab aestifero sitiens Libys imminet axe.
Per vos culta diu Rutulae primordia gentis,
Laurentemque larem, & genetricis pignora Trojae,

Conservate

Silii esse *vestras se impinget in urbes.* Infra lib. XII. vers. 187.

Propulsum ut Boreâ scopulis impingitur aequor.

lib. XIV. vers. 15.

Impactum pelagus laceratae viscere terrae.

Seneca in Herc. Furente vers. 991. *Quo se caecus impegit furor?* ita bene ex membranis Gronovius. Valer. Flaccus lib. VII.

Obvius ut sera cum se sub nocte magistris
Impingit pecorique pavor.

Statius lib. IV. Theb. vers. 318.

Ut fletis, adversisque impegit pectora frenis.

vers. 422. *Getica Boreas impactus ab Ursa.* lib. VII. vers. 28.

Ocius impingit Tyriis Danaa agmina muris.

lib. IX. vers. 461.

——— *nigrum trepidis impingit Oriona nautis.*

lib. X. vers. 760.

Ferte retro bellum, captaeque impingite Lernae
Reliquias turpes.

Possis tamen *se franget.* Seneca in Medea vers. 392.

Quo pondus animi verget? ubi ponet minas?
Ubi se iste fluctus franget?

In Catalectis Pithoei.

Palladiumque nemus pingui se vertice franget.

se franget etiam Barthio placuisse agnosco. N. HEINSIUS. *impinget* ut infra lib. III. vers. 657. *turbo impacta glomeratus harena.* libro IV. vers. 299.

Pila immane sonant impingitur ardua ponto.

lib. IX. vers. 319.

——— *vellere sede*
Si coeptet Calpen impacto gurgite pontus.

Lucan. lib. V. vers. 697. *te nostris impegit harenis.* lib. IX. vers. 338.

Tunc magis impactum brevibus mare, terraque saevit.

Statius lib. VIII. Theb. vers. 34.

Quae Superûm labes inimicum impegit Averno
Aethera?

Vide Barthium ad Statii lib. VII. Theb. vers. 28. Fortasse tamen nec vulgata scriptura mutari debet. Sic Valer. Flacc. lib. V. vers. 412. *genibusque tument infringitur unda. affrangere* dixit Statius lib. V. Silv. I. vers. 35. *Achilleis hiemes affrangere bustis.* vide N. Heinsium ad Nason. lib. V. Metam. vers. 83. *effringet* autem pro effringet se, vel effringetur. v. infra ad lib. IX. vers. 645.

v. 650. *Statuat superata jura Sagunto*] *superatae* Coloniensis. bene. initio lib. VII. *finem Vincendi Libyae statuat.* N. HEINSIUS.

v. 656. *Omnis Hiber, omnis rapidis*] Ita scripti editique veteres; & recte. Ἰβηρ enim posteriorem producit. N. HEINSIUS. Qui versui metuebant, ita ediderunt,

Omnis Hiber, rapidis omnis fera Gallia turmis.

v. 658. *Vos per culta diu*] *Per vos culta* optime scripti editique vetustiores. lib. XII. vers. 80. iidem,

——— *per vos Tyrrhena faventum*
Stagna Deûm, per ego & Trebiam cineresque Sagunti.

lib. V. vers. 82. ex vetustis membranis,

Iliacas per te flammas Tarpejaque saxa
Oramus.

Virgil. lib. V. Aeneid. vers. 597.

Per te, per qui te talem genuere parentes.

Lucan. lib. X. vers. 370.

——— *per te, quod fecimus una,*
Perdidimusque, nefas, perque ictum sanguine Magni
Foedus, ades.

Videantur, quae de hac formula, frequenter apud optimos scriptores corrupta, operose disseruit ad Livium elegantissimus Gronovius lib. XXIX. cap. XVIII. & Interpretem hoc loco. N. HEINSIUS. Plura infra vide ad lib. V. vers. 82. Solens autem in his formulis ellipsis verbi *rogo, precor*, vel similis. Virgil. lib. X. Aeneid. vers. 369.

——— *per vos & fortia facta,*
Per ducis Euandri nomen, devictaque bella,
Spemque meam, patriae quae nunc subit aemula laudi,
Fidite ne pedibus.

Livius lib. XXIX. cap. XVIII. *Quibus per vos fidem vestram, Patres Conscripti, priusquam eorum scelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quidquam rei gesseritis.*

Conservate pios, qui permutare coacti
Acrisionëis Tirynthia culmina muris.
Vos etiam Zanclen Siculi contra arma tyranni
Juvisse egregium: vos & Campana tueri
Moenia, depulso Samnitum robore, dignum
Sigaeis duxistis avis. vetus incola Dauni,
Testor vos, fontes, & stagna arcana Numici,
Cum felix nimium dimitteret Ardea pubem,
Sacra domumque ferens, & avi penetralia Turni,
Ultra Pyrenen Laurentia nomina duxi.
Cur ut decisa, atque avulsa a corpore membra
Despiciar, vesterque luat cur foedera sanguis?
Tandem, ut finitae voces, (miserabile visu)

Submissi

gesseritis. Quinctil. Declam. IV. pag. 69. *Per ego, si fas est, quidquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, quae me nondum timere coepisti, miserere.* Declam. V. pag. 92. *Per ego te, juvenis, illos meos, de quibus nunc quereris, annos,* &c. *pasce nunc, quod te redimere volui.*

v. 662. *Vos etiam tandem Siculi contra arma tyranni Juvisse egregium*] Censeo Delphos, si domi est, Eurypylum scitatum oracula Phoebi mittamus, quis tandem populus aut gens, Rex aut Regina, Deus vel Dea denique *tandem* vocetur, & Romanorum auxilio eguerit; nisi si forte in bello grammaticali, in quo tamen ego solius nominis & verbi cum suis, neque ullius extranei, arma fulsisse putabam. Mecum faciunt, qui, illo ignorabili *tandem* hinc ejecto, *Mamertem* in locum ejus substituunt, legendo historiae fiducia, qua Mamertinos a Romanis contra Gelonem Syracusanorum regem defensos & propugnatos constat, *Vos & Mamertem Siculi.* Sed in eo ego hic ab illis dissentio, quod rem esse non nimis belli exempli existimo, tam longe à recepta scriptura, etsi falsaria, ex vera tamen pro captu librariorum assimilata, & haud dubie ad ductum literarum ejus expressa, recedere. Ideoque, rejecta eorum de reliquo non infelici ad rem conjectura, scribo à Theteo meo, membranis puta, adjutus, *Vos etiam Zanclen Siculi.* Zancle autem quae sit, nemo nescit; nimirum ea, quae & Messena. Ovid. lib. XIV. Metam.

Liquerat & Zanclen, adversaque moenia Rhegi,
Navifragumque fretum, gemino quod litore pressum
Ausoniae Siculaeque tenet confinia terrae.

item,

Oppositumque petens contra Zancleia saxa
Rhegion.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XLI. Non dubito veram esse scripturam, *Vos etiam Zanclen Siculi.* MS. tamen cum vetustis *tandem* refert. Omnino loci nomen aut urbis subest. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. Quantivis pretii est scriptura, quam Carrion lib. II. Emend. cap. XI. & Modius jam pridem retulerunt acceptam Coloniensibus membranis. Sed vel sic importunus obstrepit & renititur Interpres. vulgati *tandem. Zanclen* etiam Barthio probatum. N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad oram libri sui emendavit,

Vos etiam tandem Siculos contra arma tyranni
Juvisse egregium,

pro *Siculi.* sed praeferenda est codicis Colon. lectio; quae doctor est, quam ut a librario profecta foret.

v. 667. *Cum felix nimium dimitteret Ardea pubem*] *nimiam pubem* Silium nobis dedisse arbitror. sic *nimia virtus* lib. VI. vers. 404.

Infelix nimia magni virtute mariti.

nimio cancro lib. XII. vers. 374. ut illic corrigendum. N. HEINSIUS. Vide quae notavit Illustrissimus Heinsius ad Valerii Flacci lib. VII. vers. 21.

v. 669. *Laurentia numina vexit*] Loquitur in persona urbis legatus. scribendum igitur cum membranis existimo *numina duxi.* mox, pro *è corpore,* membranae *avulsa a corpore:* verissime, ut puto. BARTHIUS lib. VII. Advers. cap. XV. *nomina duxi* Colon. & Oxon. codex: bene. in Puteaneo *nomina duxit.* Barthius, *numina duxi.* Mox, *avulsa à corpore membra* codex Agrippinas, non *è corpore.* Deinde etiam scribendum, *vesterque luam cur foedera sanguis?* Saguntus enim ipsa loquitur ore legatorum, vulgati *luat sanguis.* nec scripti auxiliantur, nisi quod in nonnullis *nosterque luat.* N. HEINSIUS. Voce *numina* Silius respexisse potuit ad morem populorum; qui, in peregrinam terram habitatum abeuntes, prisca sacra Deosque patrios eo secum deferre solebant. Sic Aenean Deos Trojanos Latio intulisse memoriae proditum est; vide Maronem, Silium, aliosque. Verum cum viri docti ex libris scriptis *nomina* asserant, eorum auctoritati cedere malo, quam librariorum ineptias contra veritatem & ipsam Silii manum tueri. Saepe autem voces *numina* & *nomina* negligentia librariorum invicem turbatae fuerunt. vide infra ad librum XVI. vers. 653. Deinde *à corpore*, pro *e corpore,*

Submissi palmas, lacerato tegmine vestis,
Affigunt proni squalentia corpora terrae.
Inde agitant consulta Patres, curasque fatigant.
Lentulus, ut cernens accensae tecta Sagunti,
Poscendum poenae juvenem, celerique negantis
Exuri bello Karthaginis arva jubebat.
At Fabius, cauta speculator mente futuri,
Nec laetus dubiis, parcusque lacessere Martem,
Et melior clauso bellum producere ferro,
Prima super tantis rebus pensanda: ducisne
Ceperit arma furor, Patres an signa moveri

Censuerint;

pore, firmant etiam codices Oxoniensis & Puteaneus.

• v. 673. *Submissi palmas*] Praeter Coloniensem Puteaneus codex agnoscit hunc versum, ut & editio Parmensis, quem Interpres damnare non debuit. In Coloniensi est *Submissis palmis*. N. HEINSIUS. Exstat hic versus etiam in Mediolanensi aliisque editionibus, quem pessimo ausu Marsus, ejusque exemplo nonnulli alii, praetermiserunt. Nisi id in Marsi editione non tam ipsi Marso, quam negligentibus & luscitiosis librariis ejus, tribui debeat, quos alii inconsulte secuti sunt. Non accedam tamen Coloniensi codici, in quo est *Submissis palmis*: nam *Submissi palmas* Graecismus est optimis scriptoribus, sed inprimis Silio, perquam frequens, quem infra etiam indocti librarii corruperunt lib. VIII. vers. 73. nam *terrae defixam oculis* dederunt, pro *oculos*, ut ex libris scriptis illustrissimus Heinsius vindicavit.

674. *Affigunt proni squalentia corpora terrae*] *Adfigunt* minime mutandum in *Adfligunt*, quod Gifanio ad Lucretium indice in *Adfigere* videbatur. Apud Corippum Africanum lib. III. vers. 259. Avarorum legatus

—— ter poplite flexo
Pronus adoravit, terraeque adfixus inhaesit.

N. HEINSIUS. *Affliguntur terrae* res vel homines, qui cum impetu terrae alliduntur. Plaut. in Rudente act. IV. sc. III. vers. 71. *Affligam ad terram te itidem, ut piscem soleo polypum.* Senec. lib. I. de Ira cap. XVI. *Quid opus est mensam evertere, pocula affligere.* Ovid. lib. XIV. Metam. vers. 205.

—— vidi bina meorum
Bis quater affligi sociorum corpora terrae.

Quum itaque Silius hic non impetum se prosternentium, sed situm supplicantium, qui procumbendo, & in eo habitu aliquamdiu permanendo, venerationem monstrabant, indicare voluisse videatur, viri docti adversus Gifanium scripturam vulgagatam defendere conati sunt. Contra Eruditissimus Bentlejus notis ad Horat. lib. II. Sermonum Ecloga II. vers. 79. *Affligunt* malebat, qua voce existimat Silium respexisse ad morem infelicium ac miserorum, qui olim in magno luctu aut infortunio corpora humo allidere, & capite ac pectoribus solum tundere solebant: quod forte haud improbabile reddit, quod modo praecessit, *miserabile visu*. Quidquid tandem sit, illud certum, scriptores librarios passim voces *Affligere* & *Affigere* confundere solitos fuisse. vide Gronov. lib. IV. Observ. cap. VIII. ubi etiam pro vulgata hujus loci lectione *Affigunt* stare videtur, N. Heinsium ad Ovid. lib. XII. Metam. vers. 139. ad Claud. lib. II. in Eutrop. vers. 171. Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. V. vers. 15. & Bentlej. ad Horat. lib. I. Serm. Ecl. I. vers. 81.

v. 680. *Nec laetus dubiis, parvusque lacessere Martem*] Viderat Marsus illud *parvusque* hic minime convenire, & ideo ex eo *parvisque* faciebat, cum ea expositione, *parva re*. Sed potuisset in utroque operae suae pepercisse; scivisset modo, membranarum scripturam esse *parcusque*, quae & elegantissima est, & vere Siliana. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXIII. Verissime Carrion lib. II. Emend. cap. XI. & Modius ex Coloniensi libro *parcusque*. Sic apud Martialem quoque vera est scriptura

Saepe recusatos parcus duxisse triumphos.

Dausquejus, ut optimo codici solens obganniat, *pernixque lacessere* nobis proponit, ut Silius de Fabio cunctatore hoc dixerit. o insignem impudentiam! Noster lib. VIII. vers. 466.

—— haud parci Martem coluisse Tudertes.

N. HEINSIUS. Alibi etiam indocti librarii vocem *parcus* cum τῷ *parvus* confuderunt, ut infra lib. XVI. vers. 471. vide etiam N. Heinsium ad Nason. lib. III. Amor. Eleg. VI. vers. 9. & ad lib. II. Artis Am. vers. 256. Doctissimus Dausquejus notat, se in Ph. Nutii editione vitiose *pervisque* reperisse, unde *pernixque* scribendum conjecit. Sed, praeterquam quod in ea, quam dicit, editione clare *parvisque* viderim, tutius lectioni codicis Coloniensis acquiescere potuisset. Immeritus tamen Illustrissimo Heinsio ob impudentiam poenas dedit, quasi id voluisset, Fabium Maximum, qui cunctando & proelium quotidie differendo rem Romanam restituit, & Hannibalem ac Karthaginienses fregit, pernicem fuisse bellum lacessere. Non animadvertit enim vir Illustrissimus, Dausquejum, recepta hac conjectura, voluisse, ut negatio, in principio

versus

Censuerint; mittique viros, qui exacta reportent.
Providus haec, ritu vatis, fundebat ab alto
Pectore praemeditans Fabius surgentia bella.
Ut saepe e celsa grandaevus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum,
Summo jam dudum substringit lintea malo.
Sed lacrimae atque ira mixtus dolor impulit omnes
Praecipitare latens fatum: lectique Senatu,
Qui ductorem adeant: si perstet surdus in armis
Pactorum, vertant inde ad Karthaginis arces:
Nec Divûm oblitis indicere bella morentur.

versus posita, etiam hic repeteretur hoc modo; nec lactus dubiis, nec pernix lacessere: quod praesertim apud Lucanum frequens est. Versu sequenti omnes scripti *At Fabius*, non *Ast*.

v. 685. *Providus haec ritu vatis* &c.] Silius videtur imitatus Livium lib. xxx. cap. xxviii. ubi pariter de Fabio, *Locum nimirum, non periculum, mutatum, cujus tantae dimicationis vatem, qui nuper decessisset, Q. Fabium haud frustra canere solitum, graviorem in sua terra futurum hostem Hannibalem, quam in aliena fuisset.*

v. 687. *Ut saepe è celsa grandaevus puppe* &c.] Venusta & elegans comparatio, qua Silius infra etiam usus est libro ii. vers. 289.

Ut, qui stelligero speculatur sidera coelo,
Venturam pelagi rabiem, Caurique futura
Praedicit miseris haud vanus flamina nautis.

Quinctil. lib. xii. Instit. Orat. cap. xi. *Hos ille formabit tamquam eloquentiae parens, & ut vetus gubernator litora & portus, & quae tempestatum signa, quid secundis flatibus, quid adversis ratis poscat, docebit.*



C. SILII ITALICI
PUNICORUM
LIBER II.

Caeruleis provecta vadis jam Dardana puppis

Tristia

v. 1. *Caeruleis provecta vadis*] Membranae aliam à vulgata lectionem inferunt, in quibus manifeste conspicitur *Herculeis vadis*. Sed ego non mutarim lectionem receptam. *Herculeum* tamen *vadum* potest esse aequor Sagunto proximum. Nam Sagunti maxime colebatur Hercules, ut vel sequentibus elucet, & conditor illius urbis idem Deus, ut notissimum. *Herculei muri* Saguntus lib. I. vers. 273. Potest & de alio loco intelligi: nam sic de Saguntinis legatis, Italiam petentibus, lib. I. vers. 585.

Herculei ponto coepere existere colles.

BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *Herculeis vadis* Oxon. & Putean. codex; ut per *vada Herculea* aut fretum Gaditanum, aut Saguntinum portum designet. Scripturae discrepantiam Barthius quoque deprehendit. *Herculeo dirimente freto* noster supra lib. I. vers. 199. sic Lucan. initio lib. VIII. de Oeta: *Jam super Herculeas fauces.* N. HEINSIUS. Si quis *Herculeis vadis* malit, caveat, ne fretum Gaditanum cogitet, per quod legati Româ Saguntum abeuntes non navigabant; sed intelligat vel aequor Sagunto proximum, vel mare circa Monoecum. Malim tamen cum codice Coloniensi & omnibus editionibus *Caeruleis vadis*, quod notissimum maris est epitheton. *Vadum* vero non solum est locus brevibus aquis; sed & fontis, fluminis, lacus, marisve alveus, per quem vadit aqua, in quo aqua continetur, etiam in locis quamlibet profundis. vide Gronov. libr. I. Observ. cap. XIX. & hinc Silius *undosum vadum* infra dixit libr. VIII. vers. 556.

—— undosum frangere nando
Indutus thoraca vadum.

v. 2. *Tristia jussa Senatus*] Marsus *Tristia jussa* exponit, afferentia dolorem & tristitiam Hannibali, quoniam illum ad poenam rupti foederis reposcebant. Sed perperam. Multo enim magis jussa ea gaudium Hannibali attulissent, qui belli majoris amore Saguntinos oppugnabat, & hinc speciosum praetextum sumere poterat, cur post Saguntum edomitam etiam Romanos bello persequeretur. *Tristia jussa* igitur Silio sunt minacia, ut lib. XI. vers. 83.

Ut, saevo afflictus saxo, spectante piaret
Tristia dicta Jove.

Virgil. libr. XI. Aen. vers. 611.

—— quid, o pulcherrime conjux,
Sollicitas aegram, & tua tristia dicta timentem.

Tacit. lib. VI. Annal. cap. LXXI. *Gnarus, lentum in meditando, ubi prorupisset, tristibus dictis atrocia facta conjungere.* Vide Nonium Marcell. hac voce.

v. 3. *Fabius Tirynthia proles*] *Tirynthius heros* infra vocatur lib. VIII. vers. 217.

—— jam bellum atque arma Senatus
Ex inconsulto posuit Tirynthius heros.

& de gente Fabia libr. VII. vers. 47.

—— privataque castra Penates
Herculei implevere.

Ex Hercule autem & Euandri regis filia ortam esse Fabiorum gentem infra docet Silius lib. VI. vers. 627. & hinc Herculis caput in eorum nummis interdum conspicitur, qualem exhibet Vaillant. in numm. Consul. Gent. Fabiae num. VIII.



Quin & ex eo olim *Fovii*, & postea *Fabii*, dicti dicuntur, quod Hercules cum Euandri filia in fovea rem habuit. vide Festum in voce *Fovii*. quamquam Plinius illud nomen à fabis optime serendis deducat, lib. XVIII. Hist. Natur. cap. III. *Cognomina etiam prima inde, Pilumni, qui pilum pistrinis invenerat; Pisonis, à pisendo: Jam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret.* Cum eo facit & Vossius in Etymol. in voce *Faba*. Alii tamen pro *Fabiorum* apud Plinium *Fabatorum* legere malunt. vide Yvon. Villiom. in locis controv. Titii pag. 37.

v. 4. *Ter centum memorabat avos, quos* &c.] Peccat in historiam poeta, sed poetice, nec sine exemplo tamen. Aurelius Prudentius contra Symmachum [lib. II. vers. 570.]

Cur Cremerae in campis cornice vel oscine parrhâ

Nemo

Tristia magnanimi portabat jussa Senatus,
Primoresque Patrum. Fabius, Tirynthia proles,
Ter centum memorabat avos, quos turbine Martis
Abstulit una dies, cum Fors non aequa labori
Patricio Cremerae maculavit sanguine ripas.
Huic comes aequato sociavit munere curas
Poplicola, ingentis Volesi Spartana propago.

Is,

Nemo Deûm vidit perituros Marte sinistro
Ter centum Fabios, vix stirpe superstite in uno?
Numerum observat Naso [lib. II. Fastor. vers. 195.]
Haec fuit illa dies, in qua Vejentibus armis
Ter centum Fabii, ter cecidere duo.
Tit. Livius decad. I. lib. 2. [cap. L.] *Fabii caesi ad unum omnes, praesidiumque expugnatum.* CCCVI *perisse satis convenit; unum prope puberem aetate relictum, stirpem genti Fabiae, dubiisque rebus populi Romani saepe domi bellique vel maximum futurum auxilium.* Nec Halicarnassensis Dionysius priorem illam Livii sententiam explodit, sed posteriorem de uno relicto superstite, quam Livius, Ovidius, Prudentius serio amplectuntur. Verba nobilis historici haec sunt; [lib. IX. cap. XXII.] *Λέγουσι γὰρ δή τινες, τῶν ἓξ καὶ τριακοσίων Φαβίων ἀπολομένων, ὅτι ἓν μόνον ἐλείφθη τοῦ γένους παιδίον, πρᾶγμα οὐ μόνον ἀπίθανον, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον εἰσάγοντες.* & rationem deinde sententiae suae subjungit. D. HEINSIUS. *numerabat*, pro *memorabat*, malebat Cellarius, ut supra libr. I. vers. 72.

——— *vetustos*
A Belo nûmerabat avos.
& vers. 364.

——— *multaque vetustum*
Hammonis comitem numerabat imagine patrem.
Numerare autem & *memorare* librariorum culpa nonnumquam invicem commutantur. vide infra ad libr. XV. vers. 750. Sed libri, quos consului, nihil hic variant, quare vulgatam scripturam non muto. *Memorare* autem fere idem est, quod numerare, recensere. Ovidius XIII. Metam. vers. 13.
Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi.
Fabiorum ad Cremeram caesorum historiam memorat Silius etiam infra libr. VII. vers. 40. de qua omninò consulendus est vir Celeberrimus Jac. Perizonius in Animadvers. Histor. cap. V.

v. 5. *Abstulit una dies*] Nic. Heinsius ad oram Silii notavit, esse non nullos, qui *atra dies* legunt, id est, infelix, ut infra lib. V. vers. 591.
Atra, Sychaee, dies properato funere carpsit.
Maro VI. Aen. vers. 428.
Quos dulcis vitae exsortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
& XI. Aen. vers. 27.

——— *quem non virtutis egentem*
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.
Valer. Flacc. lib. V. vers. 41.
Aut socios rapit atra dies, aut ipse relinquo.
Sed nihil hic est mutandum: ludit enim Silius in oppositione vocum *ter centum avos* & *una dies.* Sic Ovid. II. Fastor. vers. 235.
Una dies Fabios ad bellum miserat omnes:
Ad bellum missos abstulit una dies.
& I. ex Pont. Epist. II. vers. 3.
Qui nasci ut posses, quamvis cecidere trecenti,
Non omnes Fabios abstulit una dies.
Lucret. lib. III. vers. 913.

——— *omnia ademit*
Una dies infesta tibi tot praemia vitae.
Propert. lib. II. Eleg. XVI. vers. 18.
Ambos una fides auferet, una dies.
Cornel. Severus de morte Cicer. apud Senec. Suafor. VI.
Abstulit una dies aevi decus, ictaque luctu
Conticuit Latiae tristis facundia linguae.
Vide praeterea Nic. Heinsium ad Ovid. I. Amor. Eleg. XV. vers. 24.

v. 8. *Publicola ingentis Volesi Spartana propago*] *Poplicola* legendum ex marmoribus antiquis. vide Schott. ad Auctor. de Vir. Illustr. cap. XV. Tamen apud Rutilium quoque legitur Itiner. I. vers. 271. ubi de Messalla,
Hic est, qui primo seriem de Consule ducit,
Usque ad Publicolas si redeamus avos.
Volesus aliis est *Volusus*: Agrippinas liber *Folci.* N. HEINSIUS. *Poplicola* ex fide Capitolinorum marmorum & Graecorum librorum Dionysii, Plutarchi, Dionis, praeterea ex etymologia vocis, scribendum esse contendit etiam Sigon. ad Livii lib. II. cap. VIII. qui *Poplicola* derivat à *populum colens*, quod Dion. Halic. eam vocem interpretetur *δημοκηδής*, ut sit *poplicola*, pro *populicola*: eodem modo quo, quod nunc *publicus*, olim *poplicus*, pro *populicus*, dicebatur. Sic in lapide apud Gruter. pag. CL. inscr. 7.

EIDEMQVE. ΠRIMVS. FECEI. VT. DE. AGRO. POPLICO
ARATORIBVS. CEDERENT. PAASTORES.

Atque ita *Poplicola* etiam scribitur in Fastis Triumphal. apud Gruter. pag. CCXCVI.

P. VALERIV. . . . .
POPLICOL. . . . .

& paullo post,

. . . . . IVS. P. F. P. N. POPLICOLA. POTIT.

Vorstius vero ad Valer. Maxim. lib. IV. cap. I. ex. I. *Publicola*, vel *Poblicola*, probat: ut enim, inquir,

 à *populus*

Is, cultam referens insigni nomine plebem,
Ausonios atavo ducebat consule fastus.
Hos ut depositis portum contingere velis
Allatum Hannibali, consultaque ferre Senatus,
Jam medio seram bello poscentia pacem,
Ductorisque simul conceptas foedere poenas;
Ocius armatas passim per litora turmas
Ostentare jubet minitantia signa, recensque

Perfusos

à *populus* formarunt *publicum*, pro *populicum*: ita, pro *Populicola*, dicere potuerunt *Publicola*, vel *Poblicola*. *Poblicola* est in nummo apud Mediobarb. pag. 31. & in Fastis Capitol. apud Gruter. pag. CCLXXXIX.

P. VALERIVS. P. F. VOLVSI. N. POBLICOLA.

pro quo Pighius in suis Fastis *Poplicula* dedit. Deinde *Volesus* etiam infra est lib. XIII. vers. 244.

Ascanium Volesus projectis ocius armis
Assequitur planta.

Dionys. Halicarn. lib. II. Antiq. Roman. cap. XLVI. Οὐολόυσος Οὐαλέσιος dicitur: in nummo vero gentis Valeriae apud Patin. & in Fastis Capitolinis *Volusus*. quam scribendi rationem sequendam judicat Sigon. ad Liv. lib. I. cap. LVIII. atque ita editur apud Rutil. I. Itin. vers. 169.

Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen.

Volusus autem Valerius, Valerii Poplicolae pater, ex Sabinis ortus fuit, & cum rege Tatio Romae remansit, teste Dion. Halic. dicto loco. *Spartana* tamen *propago* Silio dicitur, quod Sabini è Lacedaemoniis originem habeant. Quidam enim eorum, qui legum Lycurgi severitatem perferre non poterant, huc coloni appulerunt, ut auctor est Dion. Halic. lib. II. cap. XLIX. Ita & Claudius Nero *Amyclaeus nepos* vocatur infra lib. XV. vers. 546.

Tendis Amyclaei praeceps ad castra nepotis,

quod Claudia gens pariter è Sabinis Romam venerit. Notandum etiam id, quod monuit vir Celeberrimus Jac. Perizonius in Animadv. Histor. cap. I. pag. 24. hunc Valerium cognomen *Flacci* habuisse; sed Silium licentia poëtica ei longe celebrius cognomen *Poplicolae* dedisse.

v. 9. *Is cultam referens*] Scripta lectio *Insculptum referens*, & versu sequenti, *ducebat consule fastus*. Judicent, qui post nos Silium recensituri: nos enim neutro loco quid sollicitamus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV.

v. 10. *Ducebat consule fasces*] *fastus* Oxon. & Putean. de quo ad Fastos Nasonianos initio libri primi, & ad Claudiani IV. Cons. Honor. vers. 155. N. HEINSIUS. Servius ad Virgil. III. Aeneid. vers. 326. *Fastus, superbiam, & est quartae declinationis. Nam liber, qui dierum habet computationem, secundae declinationis est, unde erravit Lucanus dicendo,*

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Locus ille Lucani exstat in libro X. vers. 187. Sed ipse erravit doctissimus Grammaticorum veterum. Nam Romani librum, qui dierum computationem habebat, & *fastus*, & *fastos*, dixerunt. vide Priscian. VI. Gramm. p. m. 197. Beroald. Syllog. Annotat. contra Servium pag. 268. Barth. XII. Advers. cap. XIX. & Voss. IV. Gramm. cap. XXV. Saepissime vero scriptores librarii in priscis codicibus has voces turbarunt. Vide Jos. Scalig. lib. V. de Emend. Tempor. pag. 501. N. Heins. ad Claud. Cons. Mall. Theod. vers. 2. ad Ovid. I. Fast. vers. 11. Gronov. ad Senec. Consol. ad Polyb. cap. XXXIII. & Rich. Bentlejum ad Horat. lib. III. od. XVII. vers. 4. Apud Valer. Maxim. lib. VIII. cap. XV. ex. 3. vulgo nunc editur: *Explica totos fastos, constitue omnes currus triumphales.* Sed in codice MSto bibliothecae Trajectinae est *totos fasces*, in alio codice ejusdem Bibliothecae *totos fastus*. In tribus his vocibus, *Fasces*, *Fastus*, ac *Fasti*, ludit Sidon. Apollin. carm. II. vers. 1.

Auspicio & numero fasces, Auguste, secundos
Erige, & effulgens trabealis mole metalli
Annum pande novum Consul vetus, ac sine fastu
Scribere bis fastis.

v. 11. *Depositis portum contingere velis*] Ex more nautico. Portum enim intraturi vela contrahebant, remisque utebantur. Homer. in Odyss. Γ. vers. 10.

Οἱ δ' ἰθὺς κατάγοντο, ἰδ' ἱςία νηὸς ἐΐσης
Στεῖλαν ἀείραντες, τὴν δ' ὅρμισαν.

Ipsi vero recta appellebant, atque vela navis aequabilis contrahebant tollentes, eamque in portum ducebant. Plautus in Sticho act. II. scen. II. vers. 45.

In portum vento secundo, velo passo pervenit.

ubi vide Douzam. Lucan. lib. III. vers. 43.

—— tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus faciles, legere rudentes,
Et posito remis petierunt litora malo.

Donat. ad Virgil. V. Aen. vers. 281. ad verba, *plenis subit ostia velis. Facit contra nauticam consuetudinem; nam subituri portum demittunt vela: sed necessitas coëgerat, quia carebant remis.* quae verba paullo aliter ex Fabritii editione laudat Schefferus lib. I. de Milit. Navali cap. IV. contra hanc consuetudinem fit etiam apud Ovid. lib. VI. Metam. vers. 445.

- - - veloque & remige portus
Cecropios intrat, Piraeaque litora tangit.

Neque vela solum substringebant, sed & malum deponere soliti erant. vide infra ad libr. VI. vers. 354.

v. 17. *Perfusos clipeos & tela rubentia caede*] Scribo

Perfuſos clipeos, & tela rubentia caede.
Haud dictis nunc eſſe locum; ſtrepere omnia, clamat,
Tyrrhenae clangore tubae, gemituque cadentum.
Dum detur, relegant pontum, neu ſe addere clauſis
Feſtinent: notum, quid caede calentibus armis,
Quantum irae liceat; motuſve quid audeat enſis.
Sic ducis affatu per inhoſpita litora pulſi,
Converſo Tyrios petierunt remige Patres.
Hic alto Poenus fundentem vela carinam

Inceſſens

bo *Perfoſſos*. ſupra lib. I. verſ. 620.

Perfoſſi clipei & ſervantia tela cruorem.

infra,

- - - perfoſſo corpore Mavors.

item,

- - - & binis thoraca petitum
Perfoſſumque locis.

D. HEINSIUS. *Perfoſſos* parenti meo videbatur ſcribendum, ut libro I. verſ. 620. libr. X. verſ. 401.

At multa thorax perfoſſus cuſpide.

Plinius Panegyr. cap. XVII. *Videor videre inſtantem currus domitarum gentium tergo; ante currum autem clipeos, quos ipſe perfoderis.* Poſſis & *Pertuſos clipeos* reponere. N. HEINSIUS. Silius infra libr. XVI. verſ. 107.

Stat tamen una loco perfoſſis debilis armis,
Luctaturque acies.

Virgil. libr. XI. Aen. verſ. 8.

Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum
Perfoſſumque locis.

Stat. lib. II. Theb. verſ. 711.

Huic leves galeas perfoſſaque vulnere crebro
Inſerit arma ferens.

Transfixos clipeos eodem ſenſu dixit Silius lib. X. verſ. 317.

Transfixi clipei, galeaeque, & inutile ferrum.

Libri priſci tamen in vulgatam lectionem conſpirant, quae optimo etiam ſenſu exponi poteſt, retrahendo vocem *caede* etiam ad praecedens *Perfuſos*, ut ſit *Perfuſos caede clipeos.* ſic ſupra lib. I. verſ. 419.

Perfuſaeque atra fumabant caede ruinae.

infra libr. X. verſ. 334.

Dum fervet cruor, & perfuſae caede cohortes.

Senec. in Thyeſt. verſ. 738.

Ferrumque gemina caede perfuſum tenens.

Caede madens dixit Ovid. lib. I. Metam. verſ. 149.

- - - & virgo caede madentes
Ultima coeleſtum terras Aſtraea reliquit.

Receptam etiam lectionem defendit doctiſſimus Dauſquejus, qui ad hunc locum videndus eſt.

v. 21. *Notum, quid caede calentibus armis, Quantum irae liceat*] Pariter Senec. in Herc. Fur. verſ. 4?3.

- - - arma non ſervant morem,
Nec temperari facile, nec reprimi poteſt
Stricti enſis ira.

v. 24. *Converſo Tyrios petierunt remige Patres*] Id eſt, πρύμναν κρουσάμενοι, inquit Joſ. Scaliger ad Manil. lib. V. verſ. 38. & addit, πρύμναν κρούσασθαι, quando nautae, mutato ſitu, navim averſam in puppim impellunt, non, ut antea, in proram. Carpit hanc viri maximi expoſitionem Exactiſſimus Gronovius lib. IV. Obſerv. cap. XXVI. & *converſum remigem* pro converſa navi poni docuit, & ex eo etiam Scheffer. lib. III. de Milit. Nav. cap. IV. quid vero ſit πρύμναν, vel ἐπὶ πρύμναν κρούσασθαι, late ibid. docuerunt viri docti, ut & Salmaſ. Epiſt. CXIII. & CXIV, quos vide.

v. 25. *Fundentem vela carinam Inſequitur, verbis acuens trepidantia caſtra*] Verſus poſterior quin ſpurius ſit, & ſuppoſititius, numquam dubitavi; praeſertim cum & a libris aliis abeſſe eum viderem, &, cur trepidare debuerit inſolentiſſimus Hannibalis exercitus deceſſu legationis Romanae, non viderem. Tandem incidi in membranas, in quibus pro illo alius hic extaret, hoc modo:

Hic alto Poenus fundentem vela carinam
Inceſſens dextra, Noſtrum, pro Jupiter! inquit,
Noſtrum ferre caput parat illa per aequora puppis.

Qua ſcriptione nihil melius excogitari poteſt. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. LXXVI. Nemini, qui naris eſt emunctae, dubium poteſt eſſe, quin verſus, ex Colonienſibus membranis depromptus, ſit longe efficacior. Quem hic intruſerunt homines male feriati, is in vetuſtis non comparet editionibus, nec in ſcriptis exemplaribus. N. HEINSIUS. Verſus ille *Inſequitur, verbis* abeſt à veterrimis editionibus, quibus uſus ſum; unde & Petr Marſus hic ἀκοινώνητον eſſe ſuſpicatur: notat enim ad vocem *Carinam*. „ Scilicet oſtendit, ſive allocutus „ eſt: deeſt enim verbum, quod ille non expreſſit „ propter iram, ut ſaepe apud poëtas legitur. Verum ſi Marſus accuratius ad ſenſum Silii attendiſſet, haec non voluntate ipſius poetae, ſed negligentia librariorum, hiulca eſſe compériſſet. Non enim eſt irati Hannibalis ſermo, ut exiſtimat, ſed ipſius Silii, quid iratus Hannibal egerit, dixeritve, narrantis. Verſum ſpurium primus edidit Nicander in editione Juntina, eumque reliqui ſecuti ſunt: quo in malam rem abire juſſo, recte viri docti ipſam Silii manum ex codice Colon. vindicaruut. Haud re-

cte

Inceſſens dextra; Noſtrum, (pro Jupiter!) inquit,
Noſtrum ferre caput parat illa per aequora puppis.
Heu caecae mentes, tumefactaque corda ſecundis!
Armatum Hannibalem poenae petit impia tellus.
Ne depoſce, adero: dabitur tibi copia noſtri
Ante exſpectatum: portiſque ſociſque timebis,
Quae nunc externos defendis, Roma, Penates.
Tarpejos iterum ſcopulos praeruptaque ſaxa
Scandatis licet, & celſam migretis in arcem,
Nullo jam capti vitam penſabitis auro.
Incenſi dictis animi, & furor additus armis.
Conditur extemplo telorum nubibus aether,
Et denſa reſonant ſaxorum grandine turres.

Ardor

cte hic fluctuavit Dauſquejus. Miram autem vim & vehementiam Hannibalis orationi addit repetitio vocis *noſtrum.* Silius infra hoc libro verſ. 302.

- - - nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros
Oppugnas, Karthago, tuos.

verſ. 531.

- - - hos, inquit, Noctis alumna,
Hos muros impelle manu.

libr. xv. verſ. 362.

Summe Deûm, Libyco ſaxis de praeſide nunc his,
His humeris tibi opima feram.

ut recte eo loco emendandum oſtendit Nic. Heinſius. Sic etiam alii, ut Virgil. lib. VIII. Aen. verſ. 84.

Quam pius Aeneas tibi enim, tibi, maxima Juno,
Mactat ſacra ferens.

Lucan. lib. I. verſ. 203.

Ille, erit ille nocens, qui me tibi fecerit hoſtem.

Stat. lib. II. ſilv. II. verſ. 138.

At nunc diſcuſſa verum caligine, verum
Aſpicis.

quomodo legendum docet Gronov. Diatr. Stat. cap. XX. Idem libr. III. Theb. verſ. 62.

- - - vix credo & nuncius, omnes,
Procubuere omnes.

Claudian. lib. II. in Rufin. verſ. 401.

- - - dictiſque & vulnere torvus
Hac petit, hac Stilicho, quem jactas pellere, dextra
Te ferit.

ubi vide, quae notavit Illuſtriſſimus Heinſius. vide etiam Bentlej. ad Horat. libr. III. od. XXIV. verſ. 25.

v. 29. *Armatum Hannibalem poenae petit impia tellus*] *petis* praeſtiterit, ut patet ex ſequentibus. N. HEINSIUS. Iterat hoc mox verſ. 44.

Poſcimur, o ſocii, Fabiuſque e puppe catenas
Oſtentat, dominique vocat nos ira Senatus.

Multum vero gravitatis allocutioni Hannibalis addit Silius inducendo eum dicentem non *Armatum me*, ſed *Armatum Hannibalem poenae petit.* Pariter Marcellus infra libr. XII. verſ. 197.

- - - dimitto a caede cohortes;
Spectemur ſoli; Marcellus proelia poſco.

Mneſtheus apud Virgil. lib. V. Aen. verſ. 194.

Non jam prima peto Mneſtheus, neque vincere certo.

Medea apud Ovid. lib. VII. Metam. verſ. 11.

- - - fruſtra, Medea, repugnas;
Neſcio quis Deus obſtat, ait.

Caeſar apud Lucan. libr. I. verſ. 200.

- - - non te furialibus armis
Perſequor; en, adſum victor terraque marique
Caeſar, ubique tuus (liceat modo) nunc quoque miles.

Atreus apud Senec. in Thyeſte verſ. 178.

Inulte, poſt tot ſcelera, poſt fratris dolos,
Faſque omne ruptum, queſtibus vanis agis
Iratus Atreus?

Quod aliis exemplis ad eum locum illuſtravit vir ſummus Joh. Fred. Gronovius, quem vide.

v. 31. *Ante exſpectatum*] Excerpta Gloſſarii Virgiliani inediti apud Barthium lib. XXXVII. Adv. cap. V. *Antexſpectatum una pars orationis eſt, id eſt, adverbium, & ſignificat, antequam praevideas. Virgilius,*

Ante exſpectatum poſitis ſtat in ordine caſtris

Locus Virgilii exſtat libr. III. Georg. verſ. 348. ad quem paria notavit Servius: vide etiam ibidem Pierium. Ovid. lib. IV. Metam. verſ. 789.

Ante expectatum tacuit tamen.

lib. VIII. verſ. 5.

Ante exſpectatum portus tenuere petitos.

Reſtituendum hoc quoque auctori Ciris putavit Illuſtris Scaliger verſ. 278.

Nam niſi te nobis malus, ô malus, optima Charme,
Ante exſpectatum caſuſve Deuſve tuliſſet.

vulgo eſt *Ante hunc conſpectum*, quod damnare non audeo: niſi forte malles *Ante in conſpectum.*

v. 39. *Ardor agit, provecta quatat &c.*] Dauſquejus locum mutilum eſſe arbitratur: cui non nihil medeberis, ſi hunc verſum proxime ſequenti ſubjunxeris. N. HEINSIUS. Vulgatam ſcripturam non

male

Ardor agit, provecta queat dum cernere muros,
Inque oculis profugae Martem exercere carinae.
Ipſe autem. incenſas promiſſa piacula turmas
Flagitat, inſignis nudato vulnere, ductor:
Ac repetens queſtus furibundo perſonat ore:
Poſcimur, o ſocii: Fabiuſque e puppe catenas
Oſtentat, dominique vocat nos ira Senatus.
Si taedet coepti, culpandave movimus arma,
Auſoniam ponto propere revocate carinam.
Nil moror: evincta lacerandum tradite dextra.
Nam cur, Eoï deductus origine Beli,
Tot Libyae populis, tot circumfuſus Hiberis,
Servitium perferre negem? Rhoeteius immo
Imperet aeternum, & populis ſecliſque propaget

Regna

male ſe habere, nec tamen locum mutilum eſſe exiſtimo. Offendit viros doctos *τὸ provecta* ſine ſubſtantivo poſitum. Sed repetendum illud ex verſu ſequenti: *provecta*, ſcilicet carina; ut ſenſus ſit: Ardor milites incitat bellum exercere, & Saguntum oppugnare in conſpectu profugae carinae, & dum ea provecta in mare urbis muros adhuc cernere queat. Atque ita de hoc loco etiam judicavit ſagaciſſimus Gronov. in Guſtu ad Stat. Thebaid. libr. I. verſ. 112. ubi plura vide.

v. 42. *Inſignis nudato vulnere ductor*] Hannibal, dum milites alloquitur, vulnus, quod adverſo femore accepit in oppugnatione Sagunti, nudavit, ut hoc aſpectu illis praeterita ſua facinora in memoriam revocaret, ſimulque tanto acrius incitaret, ut ſe de Romanis ulciſcerentur, à quibus apud Senatum Karthaginienſem violati foederis reus agebatur. Ad mores autem fori videtur reſpexiſſe Silius, ipſe olim Romae non ignobilis cauſarum patronus; ibi enim idem facere ſolebant illi, qui judicum benevolentiam ſibi conciliare, & miſericordiam commovere volebant. Ita M. Manlius, cui dies dicta erat, inter cetera, quibus populum ſibi faventem reddere conabatur, *nudaſſe pectus inſigne cicatricibus bello acceptis* dicitur apud Livium lib. VI. cap. XX. Ita Quinctil. lib. II. Inſtit. Orat. cap. XV. *Nam & M. Aquilium defendens Antonius, quum ſciſſa veſte cicatrices, quas is pro patria pectore adverſo ſuſcepiſſet, oſtendit; non orationis habuit fiduciam, ſed oculis populi Romani vim attulit: quem illo ipſo aſpectu maxime motum in hoc, ut abſolveret reum, creditum eſt.* Idem libr. VI. cap. I. *Periclitantem vero commendat dignitas, & ſtudia fortia, & ſuſceptae bello cicatrices, & nobilitas, & merita majorum.* Eodem reſpexit etiam Ovid. libr. XIII. Metam. verſ. 262.

—— ſunt & mihi vulnera, cives,
Ipſo pulchra loco. nec vanis credite verbis;
Aſpicite, en: veſtemque manu diducit; &, Haec ſunt
Pectora ſemper, ait, veſtris exercita rebus.

v. 48. *En vincta lacerandum tradite dextra*] Repone *evincta* ex Colonienſibus membranis. Sic infra verſ. 340. ex iiſdem

—— artis poſt terga catenis
Evinctus palmas.

N. HEINSIUS. Tibull. lib. I. Eleg. VIII. verſ. 6.

—— novos pubes Romana triumphos
Vidit, & evinctos brachia capta duces.

Saepiſſime Virgil. eo verbo uſus eſt, ut lib. VIII. Aen. verſ. 286.

Populeis adſunt evincti tempora ramis.

ubi, teſte Pierio, in nonnullis codicibus pari fere errore erat, *& vincti.*

v. 51. *Servitium perferre negem*] *praeferre* editio Romana & Parmenſis. N. HEINSIUS. *praeferre* etiam Marſi Veneta, Juntina, & plures aliae editiones. ſed male. Mediolanenſis editio, quae plerumque concordat cum Romana & Parmenſi, hic vulgatam lectionem habet. vid. inf. lib. XI. 102.

v. 52. *Imperet aeternum, & populis ſediſque propaget Signa ferox*] Videntur hoc loco, ut ſaepe alias in bonis auctoribus, *c* & *l*. duae literae in *d* coaluiſſe. Dubitari enim non poteſt, quin *ſecliſque*, pro *ſediſque*, reponendum ſit; ut *τὸ populis*, quod praecedit, ad dilationem imperii, hoc poſterius ad diuturnitatem ejus pertineat. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. LXXVI. Colonienſis *Aeternum imperet, &c.* Scribe, *Aeternum imperitet.* Lucani eſt hemiſtichium libro nono. Occurrit id verbum & apud noſtrum lib. primo verſ. 295. tertio verſ. 377. & octavo verſ. 270. & apud Maronem. Denique *ſecliſque propaget Regna ferox* Modius bene ex eodem codice jam dudum. vere. *ſeclis* etiam vetuſtae editiones Romana cum Parmenſi. N. HEINSIUS. Oxonienſis etiam codex *Aeternum imperet, &*; unde recte Illuſtriſſimus Heinſius *Aeternum imperitet, populis.* Habet Silius id verbum & lib. VIII. verſ. 480.

—— cum, Porſena magne, jubebas

I

Nequidquam,

Regna ferox: nos jussa virûm nutusque tremamus.
Effundunt gemitus, atque omina tristia vertunt
In stirpem Aeneadum, ac stimulant clamoribus iras.
Discinctos inter Libyas, populosque bilingues
Marmaricis audax in bella Oenotria signis
Venerat Asbyte, proles Garamantis Hiarbae.
Hammone hic genitus, Phorcynidos antra Medusae
Cinyphiumque Macen, & iniquo e sole calentes
Battiadas late imperio sceptrisque regebat:
Cui patrius Nasamon, aeternumque arida Barce,

Cui

Nequidquam, pulsos Romae imperitare Superbos.
Lucret. libr. III. vers. 1041. *magnis qui gentibus imperitarunt.* & Livius, quem Silius ubique imitari studuit, lib. XXI. cap. I. *Poenis indignantibus, quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse.* apud Horatium nihil est frequentius. Plura notâvit Jan. Broekhuf. ad Tibull. lib. II. Eleg. VI. vers. 16. Deinde pro *sedisque* etiam Oxoniensis codex *seclisque.* Pari modo in libris nonnullis infra peccatur libr. XIV. vers. 684.

Ergo exstat seclis, stabitque insigne tropaeum.
ubi perperam Oxon. codex cum aliquot vetustis editionibus *exstat sedis.* Recte autem Modius notavit, originem erroris esse, quod literae *c* & *l* in scriptura Longobardica in literam *d* coaluerint, ut frequentissime lapsi sunt librarii. Inde enim *Zanclen* mutarunt in *tandem* supra libr. I. vers. 661. *damant*, seu *damnant*, in *clamant* infra hoc lib. vers. 225. *clusit* in *duxit* lib. VI. vers. 451. *dura* in *clara* lib. VII. vers. 3. *Cloelia* in *Delia* in Oxoniensi codice libr. X. vers. 493. *gubernacli* in *gubernādi*, seu *gubernandi*, lib. XIV. vers. 408. *Cydus* cum superposita virgula, seu *Cydnus*, in *Ciclus* ibid. vers. 435. *Doridos* in *Cloridos*, vel *Chloridos*, apud Propert. lib. IV. Eleg. VII. vers. 72. ubi videndus est Broekhuf. *clivo* in *divo* apud Petron. in Satyr. cap. XLVII. ubi adeundi sunt docti commentatores. Similia alia ubique obvia sunt; unde constare potest, perperam literas *c* & *l* librariorum culpa in literam *d* coaluisse, & contra *d* literam in literas *c* & *l* divisam esse. vide etiam Carrion. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 11. Deinde *Regna* pro *Signa* hic scribendum esse etiam Cellario visum fuit. Voces has & alibi inter se confuderunt librarii. vide Nic. Heinsium ad Claudiani lib. I. in Rufin. vers. 266.

v. 54. *Atque omnia tristia vertunt In stirpem Aeneadum*] *omina* cum scriptis & Interprete; quod ante Interpretem jam occuparat G. Canterus Nov. Lect. lib. I. cap. VIII. N. HEINSIUS. *omina* etiam priscae quaedam editiones, quod & Dempstero placuit ad Rosini lib. II. Antiq. Rom. cap. II. Saepissime has voces in libris scriptis invicem commutari infra pluribus exemplis probavi lib. IX. vers. 3. Observa autem hic veterum superstitionem; qui, si quid triste atque ominosum audierant, id in hostes vertere solebant, ne omina illa sibi nocerent. Silius infra hoc lib. vers. 377.

Exsiluere Patres, ratioque id verteret omen
Oravere Deum.

Ovid. lib. III. Amor. Eleg. XI. vers. 15.

Hoc tamen est levius, quam quod sum visus ab illo:
Eveniat nostris hostibus ille pudor.

lib. III. Art. Amat. vers. 247.

Hostibus eveniat tam foedi causa pudoris,
Inque nurus Parthas dedecus illud eat.

lib. VI. Metam. vers. 212.

——— *& me (quod in ipsam recidat) orbam*
Dixit: & exhibuit linguam scelerata paternam.

lib. III. Fast. vers. 493.

At puto praeposita est fuscae mihi candida pellex.
Eveniat nostris hostibus ille color.

Pariter in sacris literis Propheta Daniel, Regi Nabuchodonosori somnium inominatum expositurus, illius eventum hostibus imprecatur. vid. Daniel. cap. IV. comm. 16. Plura notavit Jan. Broekhuf. ad Propert. lib. III. Eleg. VI. vers. 20.

v. 56. *Discinctos inter Libycos, populosque bilingues*] *inter Libyas* bene Coloniensis. Dictum lib. I. vers. 189. mox *Iarbae* idem. N. HEINSIUS. Oxon. codex *Libyes*, Puteaneus *Libycas*: proxime uterque ad verum. *bilingues* autem *populi* sunt fraudulenti, fallaces. vide infra ad lib. XVI. vers. 157.

v. 58. *Hasbytae proles Garamantis Hyarbae*] Ita Dausquejus edidit. Sed legendum *Asbyte.* Nomen hoc deduxisse videtur Silius ab Asbytis Africae populo, cujus Plinius meminit lib. V. Hist. Nat. cap. V. *Post Nasamones Asbytae & Macae vivunt.* Prisciano *Asbystae* vocantur in Perieg. vers. 195.

Asbystae post hos terrarum rura tenentes
In medio, summus Libycis & gentibus Hammon.

Vide Salmas. Exercit. Plin. pag. 270. *Asbutes* quidam memoratur Virgilio lib. XII. Aen. vers. 362.

Huic comitem Asbuten conjecta cuspide mittit.

Ita plerique libri vetustissimi, teste Pierio: vulgo est *Buten.* Sed Butes Trojanus jam ante a Camilla occisus refertur lib. XI. Aen. vers. 690. Forte itaque & hic apud Virgil. *Asbyten* legendum, ut ab iisdem Africae populis nomen finxerit, & unum eorum innuat, qui cum Aenea ex Africa in Italiam venerit: Sed apud Maronem viri nomen, a-

pud

Cui nemora Autololum, atque infidae litora Syrtis
Parebant, nullaque levis Gaetulus habena.
Atque is fundarat thalamos Tritonide nympha:
Unde genus, proavumque Jovem regina ferebat;
Et sua fatidico repetebat nomina luco.
Haec ignara viri, vacuoque assueta cubili,
Venatu & silvis primos defenderat annos:
Non calathis mollita manus, operatave fuso,
Dictynnam, & saltus, & anhelum impellere planta
Cornipedem, ac stravisse feras immitis amabat.

Quales

pud Silium virginis est. Deinde non male Nic. Heinsius *Iarbae*: nam ita & apud Virgilium illud nomen exaratum occurrit. Potest tamen & aspiratio retineri.

v. 59. *Hammone hic genitus*] Iterum Silius Maronem imitatur, apud quem Iarbas Jovis Hammonis & Garamantidis Nymphae filius dicitur, lib. IV. Aen. vers. 196.

Protinus ad regem cursus detorquet Iärban.
Hic Hammone satus rapta Garamantide nympha.

v. 60. *Iniquo e sole calentes*] *iniquo sole* ex quibusdam editionibus Dausquejus, quomodo etiam editio Juntina, Aldina, Gryphii, & Antwerpiensis. Sic Horat. lib. II. od. XVI. vers. 18.

——— *quid terras alio calentes*
Sole mutemus?

editio Mediol. *iniquo à sole*, ut infra lib. IX. vers. 224.

Corpora ab immodico servans nigrantia Phoebo.

Sed cum in libris manu exaratis nulla sit lectionis discrepantia, vulgatam scripturam non muto. Ita fere Terentius locutus est in Andr. act. I. sc. V. vers. 33. *Laborat è dolore.* vide, quae notarunt viri docti ad Cicer. orat. pro Cluent. cap. ult.

v. 65. *Atque is fundarat thalamos Tritonide nympha*] Eleganter *thalamos fundare* dicitur, qui uxorem ducit, vel ex ea liberos suscipit. Stat. lib. IV. silv. VII. vers. 29.

Sed damus lento veniam, quod alma
Prole fundasti vacuos penates.

Auct. Octaviae vers. 532.

Dignaque nostram sobole fundare domum.

Appulej. VII. Metam. pag. 136. *Rarae fidei atque singularis pudicitiae femina, quae decimo partus stipendio viri familiam fundaverat.* vide, quae ibi notavit doctissimus Pricaeus. hinc liberi fundamenta & fulcra familiae vocantur. Eurip. Iphig. in Taur. vers. 57.

Στῦλοι γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες.
Columnae enim familiarum sunt liberi masculi.

Propert. lib. IV. Eleg. XI. vers. 11.

Fac teneas unum, nos imitata, virum:
Et serie fulcite genus.

Huc respexit Amata Turnum, cui unicam filiam desponsaverat, allocuta XII. Aen. vers. 59.

——— *in te omnis domus inclinata recumbit.*

Contra *domum imperfectam reliquisse* dicitur, qui non procreatis liberis moritur. Valer. Flacc. lib. VI. vers. 688.

——— *conjux miseranda Caico*
Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.

vide Turneb. lib. XXI. Adverf. cap. XVII. quem non nominato auctore descripsit Lamp. Alardus ad d. loc. Valer. Flacc. quam ubique ejus esse consuetudinem aliquot exemplis probavit Jan. Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. VII. vers. 17.

v. 68. *Haec ignara viri*] Γάμων ἀδίδακτος suavissimus Musaeus, quod Graeci comici ἀπείρατος dicerent: nam τῦφος est id, qui sumus; de hoc aliquando ad Hesychium meum, qui hic mendosus, plura fortasse dicam. D. HEINSIUS.

v. 69. *Silvis primos assueverat annos*] Recipienda est lectio scripta, ne idem verbum repetatur, *& silvis primos defenderat annos.* BARTHIUS libro VI. Adverf. cap. XXV. Puto *exegerat annos.* nam, vulgatum quo minus tolerari possit, proxime praecesserat *assueta cubili.* Sed cur non audimus Colonienses & Putean. membranas cum vetustissimis editionibus? in quibus *defenderat annos.* sub finem hujus libri habes vers. 673.

Arma viri multo nuper defensa cruore.

defenderat ex Oxonio quoque Barthius. N. HEINSIUS. Nicander apud Juntas *assueverat* dedit, imprudenter ex praecedenti versu repetito vocabulo; quem reliqui omnes editores secuti sunt. priores editiones *defenderat annos* habent: quod tamen durum etiam; nisi ita capiendum, Asbyten virginitatem venatu ab illecebris procorum defendisse. Ceteroquin haud displiceret *impenderat annos*, ut Celeberrimo Burmanno, si libri addicerent, scribendum videbatur.

v. 70. *Non calathis mollita manus*] Pindarus [Pyth. od. IX. vers. 33.] Ἁ μὲν οὔθ' ἱστῶν παλιμβάμους ἐφίλασεν ὁδούς. & paullo post, Ἀλλ' ἀκόντεσσίν τε χαλκέοις φασγάνῳ τε μαρναμένα, κεράϊζεν ἀγρίους θῆρας, id quod Silius:

——— *ac stravisse feras immitis amabat.*

D. HEINSIUS. Silius imitatur Maronem: pariter enim is de Camilla VII. Aen. vers. 805.

——— *non illa colo calathisve Minervae*
Femineas assueta manus: sed proelia virgo

 Dura

Quales Threïciae Rhodopen Pangaeaque lustrant
Saxosis nemora alta jugis, cursuque fatigant
Hebrum innupta manus. spreti Ciconesque, Getaeque,
Et Rhesi domus, & lunatis Bistones armis.
Ergo habitu insignis patrio, religata fluentem
Hesperidum dono crinem, dextrumque feroci
Nuda latus Marti, ac fulgentem tegmine laevam
Thermodontiaca munita in proelia pelta,
Fumantem rapidis quatiebat cursibus axem.
Pars comitum bijugo curru, pars cetera dorso

Fertur

Dura pati, cursuque pedum praevertere ventos.

v. 73. *Quales Threiciae* &c.] Asbyten Silius Amazonibus comparat, iterum ad exemplum Virgilii, qui illis Camillam ejusque comites virgines hoc modo comparat in XI. Aeneïd. vers. 659.

Quales Threiciae cum flumina Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, seu cum se Martia curru
Penthesilea refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exsultant lunatis agmina peltis.

Amazones autem quare Virgilio, & ad ejus imitationem Silio, *Threiciae* vocentur vide apud Tan. Fabrum lib. I. Epist. LI.

v. 74. *Cursuque fatigant Hebrum.*] Forsitan his Silius exprimere voluit illa Maronis, *flumina Thermodontis Pulsant.* Sed quomodo Amazones possunt *Hebrum cursu fatigare?* aut quis umquam per flumina currit? Quare facerem cum Celeberrimo Burmanno, qui *Haemum*, pro *Hebrum*, hic legendum esse conjicit. *cursu* autem *Haemum fatigare* eodem modo dictum existimabat, quo *silvas venatu fatigare* apud Virgil. Aen. IX. vers. 605.

Venatu invigilant pueri; silvasque fatigant.

ubi vide Cerdam, & apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 20.

Dindyma, sanguineis famulûm bacchata lacertis,
Dum volucri quatit asper equo, silvasque fatigat.

Apprime huc etiam facit locus Claudiani in III. de Laudib. Stilic. vers. 307.

Nubiferas Alpes, Appenninique recessus,
Garganique nives, Hecaerge promta fatigat.

v. 75. *Spreti Ciconesque Getaeque*] *Getaeque* constanter omnes libri, quos Illustrissimus Heinsius consuluit, & quos ego vidi. Doctissimus Dausquejus in quibusdam codicibus *Geraeque* invenisse videtur; & hos populos sibi non nescios dicit. *Gerrhas*, sed quos lex metri hic non admittit, novi ex Dion. Perieg. vers. 321. ejusque Interpretibus Prisciano in Perieg. vers. 313. & Avieno in descript. orb. vers. 457. aliisque, nullos vero *Geras.* Recte autem Silius *Getas* cum Ciconibus & Bistonibus junxit: omnes enim sunt Thraciae populi.

v. 76. *Rhesi domus*] Virgilius *Rhesi tellus* dixit IV. Georg. vers. 461. jungens ei montes Rhodopen & Pangaeum, quos Silius hoc loco etiam recenset:

——— *flerunt Rhodopeïae arces,*
Altaque Pangaea, & Rhesi Mavortia tellus.

Domus itaque hic est patria. vide infra ad lib. X. vers. 95.

v. 77. *Religata fluentem Hesperidum crinem dono*] Quo *dono* tandem? nugae. scribo sensu optimo, *religata fluentem Hesperidum crinem nodo. nodo, κρωβύλῳ.* Hesychius, Κρώβυλος ὁ ὁμαλὸς τῶν παίδων, (scribo ὁ μαλλὸς) ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐμπλοκῆς, ἢ ἴσω ἀνηγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν: quem nodum *resiolum* sunt, qui appellent. Hinc *nodare* ἐμπλέκειν. [Virg. IV. Aeneid. vers. 138.]

Cui pharetra ex humeris, crines nodantur in aurum.

D. HEINSIUS. *dono crinem* Coloniensis. scribo *nodo crinem*, quod jam monuerat meus parens, sed Interpreti non est auditus. Satis Maroniana illa castigationem tuentur libr. IV. Aeneid. vers. 138.

——— *crines nodantur in aurum.*

N. HEINSIUS. Recte uterque Heinsius transpositis literis *nodo* legunt: non quasi aut Asbytae crinem nodarint Hesperides, aut Hesperidum crinem sibi illam imposuisse dicat poëta, ut Dausquejus hanc conjecturam carpens putabat: sed quod eo modo crines in nodum coëgerit, quo Hesperides; vel religaverit nodo, id est reticulo, Hesperidum, quem fortasse ab ipsis dono acceperat. Nodorum in crinibus frequens apud Poëtas mentio est. Infra lib. IV. vers. 200.

Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Caesariem, crinemque tibi, Gradive, vovebat
Auro certantem, & rutulum sub vertice nodum.

Senec. in Oedip. vers. 416.

Spargere effusos sine lege crines,
Rursus adducto revocare nodo.

in Hippol. vers. 401.

——— *& nodo comas*
Coëgit, emisitque, lunata latus
Protecta pelta.

Claudianus lib. I. in Rufin. vers. 119.

Illa ubi caeruleo vestes connexuit angue,
Nodavitque adamante comas.

Vide eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XIV. vers. 22. Appositam Amazona crinibus nodatis

Fertur equi; nec non Veneris jam foedera passae
Reginam cingunt: sed virgine densior ala est.
Ipsa autem, gregibus per longa mapalia lectos,
Ante aciem ostentabat equos: tumuloque propinquo,
Dum sequitur gyris campum, vibrata per auras
Spicula contorquens summa ponebat in arce.
Hanc, hasta toties infestantem moenia, Mopsus
Non tulit, & celsis senior Gortynia muris
Tela sonante fugat nervo, liquidasque per auras

Dirigit

datis ex Joann. Angeli Caninii Iconographia exhibet vir Eximius Jac. Gronov. in Thesauro Antiq. Graec. tom. I.



Crines in nodum convolutos Latini propria voce *Tutulum* vocasse videntur ex Varr. lib. VI. de Ling. Lat. pag. 73. *Id Tutulus appellatur, ab eo quod matres familias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent reti velatos, dicunt Tutulos.* quomodo Varronem hoc loco scripsisse felicissime conjecit vir Amplissimus Gisb. Cuperus lib. IV. obs. cap. IX. similis lectionum varietas est in vetustis apud Claudian. codicibus libr. II. de Laudib. Stilic. vers. 156. ut ibi monuit Illustrissimus Heinsius.

v. 79. *Fulgenti tegmine laevum*] *fulgentem laevam* cum Coloniensi libro. N. HEINSIUS. *fulgentem* etiam Oxoniensis codex.

v. 80. *Thermodoontiaca munita in proelia pelta*] Ita edidit Doctissimus Dausquejus, cum tamen rectius in notis ad hunc locum, & in Orthogr. lib. II. ea voce, docuerit *Thermodontiaca* scribendum. Ex codicibus vero, quos Illustrissimus Heinsius consuluit, solus Putean. recte legit, reliqui male. Et sane *Thermodon*, non *Thermodoon*, & *Thermodontiacus*, non *Thermodoontiacus*, scribendum esse ex iis locis patebit, quibus ob leges metricas ea vox ceteroquin consistere non posset. Ita infra lib. VIII. vers. 433.

Perstrepit & tellus & Amazonius Thermodon.

ita ibi habent omnes codices. Stat. lib. I. silv. VI. vers. 56.

Thermodontiacas calere turmas.

Avien. Descr. Orb. vers. 950.

Armenioque jugo late surgens Thermodon.

Plura vide apud Pierium ad Virgil. XI. Aen. vers. 659. Nic. Heinsium ad Claud. II. de Rapt. Proserp. vers. 66. ad Ovid. II. Metam. vers. 249. Gebhard. denique & Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. XIII. (quae aliis est El. XII.) vers. 16. aliosque. Peltae autem figura lunae corniculatae similis erat, cui eam venuste comparat Quintus Calaber lib. I. vers. 146.

Αγ' ἕλετ' ἀσπίδα δῖαν, ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης,
Ἥθ' ὑπὲρ ὠκεανοῖο βαθυῤῥόου ἀντέλλῃσιν
Ἥμισυ πεπληθυῖα περὶ γναμπτῇσι κεραίῃς.

Divinum etiam clipeum sustulit, lunae orbi similem, quae super altifluo oceano exoritur, sub cornibus incurvis ad dimidium sui plena. Et hinc plerumque poetis *lunatae peltae* vocantur. Silius infra lib. VIII. vers. 431. Virgil. XI. Aen. vers. 663. Senec. in Hippol. vers. 402. vide plura apud Petit. de Amaz. cap. XXV. & XXVI.

v. 86. *Tumuloque propinquo Dum sequitur gyris campum*] Forte, *Dum secat in gyros campum.* ut infra vers. 170.

——— *laevumque per orbem*
Fallax gyro campum secat.

N. HEINSIUS. *campum secare*, ut *viam secare* apud Lucretium libr. V. vers. 273.

Qua via secta semel liquido pede detulit undas

Virgil. VI. Aen. vers. 900.

Ille viam secat ad naves, sociosque revisit.

ubi videndus Doctissimus de la Cerda. idem XII. Aen. vers. 368.

Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt.

Ovid. II. Amor. Eleg. VI. vers. 15.

Sollicitì jaceant, terraque premantur iniqua,
In longas orbem qui secuere vias.

Dirigit aligero letalia vulnera ferro.
Cres erat, aerisonis Curetum advectus ab antris,
Dictaeos agitare puer levioribus annis
Pennata saltus assuetus harundine Mopsus.
Ille vagam coelo divisit saepe volucrem;
Ille procul campo linquentem retia cervum
Vulnere sistebat: rueretque inopina sub ictu
Ante fera incauto, quam sibila poneret arcus.
Nec se tum pharetra jactavit justius ulla,
Eoïs quamquam certet Gortyna sagittis.

Verum

Aut juvenum comites jussissent ire puellas,
Si fuit in longas terra secanda vias.
lib. III. El. I. vers. 18.
Narrant in multas compita secta vias.
Minori tamen mutatione hoc modo legi posset, *tumuloque propinquum Dum sequitur gyris campum*, ut amico meo ingeniosissimo Guil. Best in mentem venit, hoc sensu: Dum Asbyte equos in gyrum agens petit campos colli, in quo condita est Saguntus, propinquos. Eleganter *sequi campum*, *regionem*, pro petere, adire posuerunt. Silius supra lib. I. vers. 141.
Atque hominum finem Gades Calpenque secutus.
Virgil. V. Aen. vers. 629.
Italiam sequimur fugientem, & volvimur undis.
Ovid. Epist. VII. Heroid. vers. 10.
Quaeque, ubi sint, nescis, Itala regna sequi.
& VI. Fastor. vers. 109.
Rura sequi, jaculisque feras agitare solebat.
Cicero lib. X. ad Attic. Epist. XVIII. *Formias nunc sequimur.* Ubi vide illud quondam dulce decus, nunc triste desiderium Trajecti nostrae, virum Celeberr. J. G. Graevium, & Illustrissimum Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 66.

v. 92. *Dirigit aligero letalia vulnera ferro*] *Deligit* Coloniensis. N. HEINSIUS. Nihil tamen mutandum. *Dirigit vulnera* ut apud Virgil. X. Aen. vers. 139.
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.
Senec. in Herc. Oet. vers. 159.
Vicino Nabathae vulnera dirigit
Parthus, Cnossiacis certior ictibus.
Sic & *ictus dirigere*, Stat. IX. Theb. vers. 773.
——— *modo dirigit ictus,*
Nunc latere alterno dubius conamina mutat.
Virgil. XI. Aen. vers. 654.
Spicula converso fugientia dirigit arcu.
Manil. lib. I. Astron. vers. 269.
In cujus caudam contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem missurus jamque sagittam.
ubi Scalig. ex Gemblac. codice malebat *contento dirigit arcu.* Ex scriptura tamen codicis Coloniensis *Deligit* colligo, olim fortassis *Derigit* scriptum fuisse, quae vox frequenter in membranis pro *Dirigit* occurrit. vide infra ad lib. IV. vers. 678.

v. 94. *Levioribus annis*] *armis* maluerim. contra lib. XI. vers. 585.
Nondum portandis habiles gravioribus armis.
N. HEINSIUS. Illustrissimi Heinsii conjecturam probo. Silius lib. V. vers. 556.
——— *Namque illi vulnere praeceps*
Terga dabat levibus diffisus Arauricus hastis.
lib. X. vers. 242.
Immanis ceu, depulsis levioribus hastis,
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum.
Valer. Flacc. lib. V. vers. 563.
——— *Pariterque levi Cytisorus in hasta.*
Errorem hunc librariorum, quo voces *arma* & *annos* confuderunt, saepissime emendarunt viri docti. Vide Pierium ad Virgil. II. Aeneid. vers. 339. Zinzerl. in Prom. Crit. cap. XLII. Nic. Heins. ad Silii lib. XV. vers. 747. ad Ovid. Epist. I. Heroid. vers. 105. Epist. XVI. vers. 205. lib. II. Art. Amat. vers. 83. lib. VIII. Metam. vers. 313. lib. XII. vers. 186. lib. XIV. vers. 617. & Broekhus. ad Propert. lib. III. El. I. vers. 62. & lib. IV. El. I. vers. 137. & sic infra lib. XI. vers. 145. pro
Juratumque viro bellum puerilibus annis,
male Putean. codex habet *puerilibus armis.* Apud Lucan. etiam lib. VII. vers. 421. pro
Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis,
plurimi codices ex iis, quos Nic. Heinsius consuluit, habent *omnibus armis.* & ita saepe.

v. 96. *Ille vagam coelo demisit saepe volucrem*] Ita membranae Colonienses: sed codex Putean. cum editione Parmensi *dimisit*; Romana & Mediolanensis editio *divisit*: quam lectionem amplectitur Illustrissimus Heinsius in notis ad Claudiani II. in Rufin. vers. 25. & *divisit* exponit, jaculo transfegit. Saepe ita turbarunt prisci librarii. apud Lucan. lib. IX. vers. 833.
Invaditque manum, quam protinus ille retracto
Ense ferit, totoque simul demittit ab armo.
ubi libri scripti etiam *dimittit* & *divisit* praeferunt. vide Nic. Heinsium ad Ovid. lib. III. Metam. vers. 380. Idem Heinsius ad marginem libri, cui discrepantes codicum lectiones adscripsit, conjiciebat, *dejecit* forte legendum esse: quomodo locutus est Virgil. XI. Aen. vers. 580.
Strymoniamque gruem aut album dejecit olorem.
& Aeneid.

Verum ut, opum levior, venatu extendere vitam
Abnuit, atque artae res exegere per aequor,
Conjuge cum Meroë natisque inglorius hospes
Intrarat miseram fato ducente Saguntum.
Coryti fratrum ex humeris, calamique paterni
Pendebant, volucerque chalybs, Minoïa tela.
Hic, medius juvenum, Massylae gentis in agmen
Crebra Cydonêo fundebat spicula cornu.
Jam Garamum, audacemque Thyrum, pariterque ruentes
Gisgonem

& Aeneïd. v. vers. 542.

Quamvis solus avem coelo dejecit ab alto.

Ubi non necesse est, cum Tan. Fabro ad Lucret. pag. 430. legere *dejexet*, pro dejecisset. Vulgata scriptura hoc loco non placet: hominem enim *coelo avem demittere* Latine dici, non audeo affirmare: nam *demittit*, qui in loco superiori ipse est, & in inferiorem mittit: quo sensu tela, fundae, aliaque, *avem coelo demittere* dicuntur. Infra lib. VIII. vers. 526.

Assuetae volucrem coelo demittere fundae.

non autem homo, qui tela jaculatur. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjiciebat, etiam legi posse *defixit*, quod τῷ *vagam* apte respondet. *Figere* habes apud Maron. v. Aen. vers. 516.

Plaudentem nigra fixit sub nube columbam.

Deprendere dixit Manil. lib. v. vers. 291.

Pendentemque suo volucrem deprendere coelo.

Si tamen id nimium a recepta lectione abiret, alterutram Heinsii conjecturam probabat. Eligat igitur quisque quod magis placet.

v. 98. *Rueretque inopina sub ictu Ante fera incauto*] *Incautus* Latio non solum eum designat, qui sibi cavere non studet, quo pacto vulgo ea vox usurpatur; sed etiam eum, qui non cavetur, licet rarius. Sic sane capiendus hoc loco Silius. BARTHIUS lib. xxxv. Adverf. cap. III. *rueratque* maluerim. possem etiam *ruere atque*, pro ruebat. paullo ante pro *coelo demisit volucrem*, editio Romana habet *divisit*. N. HEINSIUS. Vir summus Joh. Fr. Gronovius in Diatr. Statiana cap. XVI. haec per hypallagen explicat, ut sit; ante fera incauta rueret sub inopino ictu, & Barthii expositionem damnat: quae tamen etiam ferri posse videtur. Eo enim sensu, quo Barthius volebat, vox *incautus* occurrit apud Lucan. lib. IV. vers. 719.

Hoc solum metuens incautus ab hoste timeri.

Juba incautus, qui nondum à Curione cavebatur, à quo sibi Curio non cavebat, hoc solum metuebat, ne ab hoste timeretur. Ita plurima adjectiva, quae activam habent significationem, saepe passive sumuntur. Sic *Nescius* est ignotus, qui nescitur. Plaut. in Rud. act. I. sc. v. vers. 17.

Quae in locis nesciis nescia spe sumus.

ubi vide Boxhornium. *Ignarus* qui ignoratur. Ovid. VII. Metam. vers. 672.

*Aspicit Aeoliden ignara ex arbore factum
Ferre manu jaculum.*

Ita in plurimis MStis invenit Heinsius, quem consule eo loco. editur nunc *ignota*. *Dubius* de quo dubitatur, non quidem an sit, verum an videri possit, qui vix apparet. Senec. in Agamemnone vers. 457.

Et dubia parent montis Idaei juga.

vide Gronov. ad Senec. Oedip. vers. I. *Incredulus* cui non creditur. Gellius IX. Noct. Attic. cap. IV. *Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fabularumque pleni: res inauditae, incredulae.* *Surdus* qui non auditur. vide infra ad Silii lib. VIII. vers. 248. *Caecus* qui non videtur. vide infra ad Silii lib. VI. vers. 7. *Infestus* qui infestatur. vide infra ad Silii lib. XII. vers. 399. Plura exempla habet Gellius IX. Noct. Attic. cap. XII. & docti ad eum commentatores. Sic contra, quae plerumque passivae sunt significationis, nonnumquam etiam active sumuntur. Hinc *Ignotus* & *Notus* notant, qui non noscit, & qui noscit. Phaedr. lib. I. fab. XI.

Ignotos fallit, notis est derisui

ubi vide, quae notarunt viri docti. Cic. lib. I. in Verrem cap. VII. *Putabam non solum notis, sed etiam ignotis, probatam meam fidem esse & diligentiam.* ubi vide Hottomann. *Suspectus* pro suspiciens, suspicax, ponitur apud Appul. IX. Metam. pag. 190. *Ipsa tarditate magis magisque suspectus dira comminatur Myrmeci supplicia.* ubi vide Pricaeum. *Innocuus* pro eo, qui non nocet. Vide Barth. libr. XXXV. Adverf. cap. XIX. Familiarissimum hoc etiam est apud Graecos, ut observavit Aemil. Portus in Lexico Ionico, in voce Ἄπιστος, & alibi.

v. 110. *Jam Gravium*] *Garamum* scripti. mox iidem *Thyrum* & *Lyxum*, & *laevumque Bagam* cum priscis editionibus. forte *saevumque*. N. HEINSIUS. *Granium* Parmensis editio, sed Mediolanensis *Garamum*. Vulgatam lectionem se ἀτρεκ retinere professus est Dausquejus ad vers. 112. quod consueverit Silius, ducibus aut militibus nomina à regionibus, unde orti sint, tribuere. Eandem autem ob rationem ego *Garamum* malo cum libris melioribus. *Gravios* populum Hispaniae novi, cujus supra meminit Silius lib. I. vers. 235. Sed cum *Thyrus*, *Gisgo*, *Bagas*, & *Lyxus*, quos omnes jaculis Mopsus interfecit, sint Afrorum nomina: *Gravius*, ab

Gisgonem, levemque Bagam, indignumque sagittae
Impubem malas tam certae occurrere Lyxum
Fuderat, & plena tractabat bella pharetra.
Tum, vultum intendens telumque in virginis ora,
Desertum non grata Jovem per vota vocabat.
Namque ut fatiferos converti prospicit arcus,
Opposito procul insidiis Nasomonias Harpe
Corpore, praeripuit letum, calamumque volantem,
Dum clamat, patulo excipiens tramisit hiatu:
Et primae ferrum a tergo videre sorores.

At comitis

ab Hispaniae populo nomen mutuatus, minus commode hic ferri potest. *Garamus* itaque a Garamantibus, Africae notissimo populo, dictus erit. Omnes autem, quos Mopsus occidit, Afros fuisse ipse ostendit Silius, dum vers. 108. inquit,

Hic, medius juvenum, Massylae gentis in agmen
Crebra Cydonêo fundebat spicula cornu.

v. 111. *Levemque Bagam*] *laevumque* Mediol. editio, unde *saevumque* conjiciebat vir Illustrissimus. *Immitem Bagam*, quamquam is ab hoc diversus fuerit, Silius infra memorat lib. v. vers. 235. Sic contra *laeva manu* pro *saeva* apud Senec. emendandum censet Gronov. ad Troad. vers. 46. vide alia exempla infra ad lib. v. vers. 660. Possis tamen & *levemque Bagam* servare: ut, quemadmodum mox Gisgo impubes, sic nunc Bagas fingatur impilis, qui barbam sibi vellebat exemplo mollium virorum, quod & Caesarem aliosque fecisse notum est. τὸ *laevumque*, quod libri vetusti habent, erit ex prava ratione scribendi vocem *levis*, quam quidam per diphthongum *laevis* dicunt, sed perperam; est enim a Graeco λεῖος. vide Dausquej. Orthogr. lib. II. hac voce. pro *Gisconem* Putean. codex & Mediol. editio *Gisgonem*.

v. 114. *Tum vultum intendens*] τιτυσκόμενος Graeci poetae. D. HEINSIUS. *oculos tendere* dixit Virgil. v. Aen. vers. 508.

——— *pariterque oculos telumque tetendit.*

collineare oculos quidam apud Gellium IX. Noct. Attic. cap. I. *Ad percutiendum superne aliquid manum & oculum collinees.*

v. 115. *Desertum non grata Jovem per vota vocabat*] Cui *Desertum?* Hannibali nimirum ejusque militiae, ut saeptus hoc opere *Jovem temeratum* dicit foedere fracto. *non grata*, quia puella erat, quam occisurus vota faciebat. Jupiter autem toto huic generi non tam infensus, ut facile talibus votis, si per ipsum sit, assentiatur. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Dausquejus ideo *Desertum Jovem*, quod Creta Mopsus discesserat, quae Jovis patria habebatur. Sed vide Nic. Heinsium ad Ovid. XIII. Metam. vers 707.

v. 117. *Nasamonia Sarpe*] *Nasamonias Harpe* recte Coloniensis cum Parmensi editione. Puteaneus cum Oxoniensi *Nasamonius Harpe*. proxime verum. N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. editio *Nasamonius Harpe*. Sed recte N. Heinsius *Nasamonias Harpe* vindicavit, quam lectionem & Dausquejus probavit. *Nasamonias* Graeco more. Sic infra *Cymeias* legit idem Heinsius lib. XIII. vers. 494. *Gravida arcanis Cymeias*: vulgo erat *Cymes anus*. libr. XIV. vers. 253. *Cephaloedias ora*. vers. 270.

Sidonias Drepane, atque undae clamosus Helorus.

sic quaedam editiones: vulgo *Sidonia & Drepane*. Virgil. IV. Georg. vers. 463.

Atque Getae, atque Hebrus, & Actias Orithyia.

Ovid. I. Art. Amat. vers. 556.

Pone metum, Bacchi, Gnossias, uxor eris.

libr. II. vers. 381.

——— *violataque jura maritae*
Barbara per natos Phasias ulta suos.

Auctor Eleg. de mort. Drusi ad Liviam vers. 106.

Deflet Threicium Daulias ales Ityn.

Senec. Hercul. Oet. vers. 191.

——— *qualis natum*
Daulias ales solet Ismaria
Flere sub umbra.

Plura vide apud Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. XV. Heroid. vers. 164. ubi jam veram lectionem Silio vindicavit, nisi quod mallet *Nasamonias Arpe*. Sed rectius est *Harpe* propter consensum codicum veterum. *Harpe* nomen virginis bellatricis est apud Valer. Flacc. lib. VI. vers. 375. equae vero nomen est infra lib. XVI. vers. 365.

v. 121. *At comitis casum frendens*] *At comitis frendens casu* Colon. & Puteaneus. N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii legendum opinabatur *Ad comitis casum.*

v. 122. *Parvaque oculos jam luce natantes*] Pariter de Eurydice iterum moriente Virgil. IV. Georg. vers. 495.

——— *en, iterum crudelia retro*
Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

ubi hoc plenius illustravit diligentissimus Cerda. vide etiam Gebhard. ad Propert. lib. IV. Eleg. VII. vers. 23.

v. 123. *Totisque annixa doloris Viribus*] Sic de irata Venere Appulejus Metam. VI. *Totis numinis sui viribus ultionem flagitat. doloris vires* hominis extreme dolentis: iterum de Lucano est lib. V.

——— *jam*

At comitis frendens casu labentia virgo
Membra levat, parvaque oculos jam luce natantes
Irrorat lacrimis, totisque annisa doloris
Viribus intorquet letalem in moenia cornum.
Illa volans humerum rapido transverberat ictu
Conantis Dorylae, junctis jam cornibus arcus,
Et ducti spatium nervi complente sagitta,
Excutere in ventos resoluto pollice ferrum.
Tum subitum in vulnus praeceps devolvitur altis
Aggeribus muri: juxtaque cadentia membra

Effusi

—— *jam voce doloris*
Utendum est; non ex aeque divisimus orbem.

BARTHIUS libro x. Advers. cap. xxiv. *annisa* Coloniensis. N. HEINSIUS. Servius ad Virgil. lib. I. Aen. vers. 144. *Annixus antiquum est, ut connixus, quibus hodie non utimur. Dicimus enim annisus & connisus. Sed multa alia usus contra antiquitatem vindicavit.* Et postea ad vers. 605. *Subnixa pro subnisa, ut supra dictum est.* Inter *nisus* tamen & *nixus* distinguunt Excerpta different. quae post auctores LL. à Gothofr. editos leguntur, pag. 94. *Inter nixus & nisus hoc interest, quod nixus ad corpus refertur, nisus ad animum, id est, conatus.* Quod discrimen non esse perpetuo observatum pluribus exemplis ostendit Ger. Joh. Vossius v. de Art. Gramm. cap. xxxi. in fine. Saepissime autem ita restituit Heinsius ex auctoritate membranarum veterum. vide infra vers. 629. lib. IV. vers. 292. & 588. lib. IX. vers. 379. lib. x. vers. 197. & 257. & lib. XV. vers. 578. Vide etiam Carrion. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 193. *Viribus doloris*, ut *nisu doloris* lib. v. vers. 325.

Telum ingens perque arma viri, perque ora, doloris
Adjutum nisu, letalem pertulit ictum.

viribus quantas ira dabat dixit Ovid. v. Metam. vers. 32.

Cunctatusque brevi contortam viribus hastam,
Quantas ira dabat, nequidquam in Persea misit.

annisa totis viribus ut infra vers. 627.

Ille jacit totis connisus viribus aegrum
In flammas corpus.

Virgil. IX. Aen. vers. 744.

Intorquet summis annisus viribus hastam.

Appulej. in Apolog. pag. 76. ed. Pricaei: *Ibi omne virus totis viribus annisi effudere.*

v. 125. *Humerum rapide transverberat ictu*] *umerus* semper, abjecta aspiratione, scribitur in Coloniensi libro, qui eodem modo habet *umens*, *umidus*, pro humens, humidus. Vide Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IV. vers. 44. Vario fato aspiratio apud Latinos usa est: diversis enim temporibus nunc addiderunt vocabulis, nunc detraxerunt veteres. Quinctil. lib. I. Instit. Orat. cap. v. *Quamquam per aspirationem, sive adjicitur vitiose, sive detrahitur, apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si H litera est, non nota? cujus quidem ratio mutata cum temporibus est saepius. Parcissime ea veteres usi etiam in vocalibus, cum* oedos ircosque *dicebant. Diu deinde servatum, ne consonantibus aspirarent, ut in* Graccis *&* triumpis. *Erupit brevi tempore nimius usus, ut* choronae, chenturiones, praechones *adhuc quibusdam inscriptionibus maneant: qua de re Catulli nobile epigramma est.* Sed, quidquid tandem veteribus placuit, nobis nunc videndum, ut observemus diligenter, quibus locis aspirationem addi recepta consuetudo vel voluit, vel prohibuit, ne ceteroquin voces sola hac nota distinctas cum totius sensus dispendio misceamus, ut indoctis librariis aliquoties in MStis accidit, qui detracta aspiratione *abeant* dederunt, pro *habeant*, ut testis est Nic. Heins. ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 423. eaque perperam addita *hominis*, pro *ominis*, cujus plura exempla vide apud Stewich. ad Arnob. VII. advers. Gent. pag. 147. Similia alia suppeditabit Behot. lib. I. Apophor. cap. I.

v. 127. *Et ducti spatium nervi complente sagitta*] pro *Et ducti*, dico una voce *Educti* legendum. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXVI. Colon. & Putean. *Educti*, quod Modio placebat. Forte *Adducti*: quamquam vulgatum non immerito tuetur Interpres, de quo nos ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 122. N. HEINSIUS. *Educti* etiam Mediolan. editio. Nic. Heinsius *Adducti* conjicit, ut supra lib. I. vers. 334.

—— *adductis stridula nervis*
Phocaïs effundit vastos ballista molares.

ubi plura notavi. Verum, nisi cum libris priscis *Educti* malis, vulgatam scripturam praeferrem: praesertim ob auctoritatem Maronis XI. Aen. vers. 860.

Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita.

quem Silius hic imitatus est, ut docuit Dausquejus, qui stat pro vulgata scriptura. & sic Valer. Flacc. lib. VI. vers. 375.

—— *jamque ibat in Harpen,*
Vixdum prima levi ducentem cornua nervo.

Complere autem & *Implere* artis sagittatoriae vocabula sunt. vide Savar. ad Sidon. Apollin. lib. I.

K Epist.

Effusi versa calami fluxere pharetra.
Exclamat paribus frater vicinus in armis
Icarus, ulciscique parat lacrimabile fatum:
Atque illum, raptim promentem in proelia telum,
Hannibal excussi praevertit turbine saxi.
Labuntur gelido torpentia frigore membra,
Deficiensque manus pharetrae sua tela remisit.
At pater in gemino natorum funere Mopsus
Correptos arcus ter moesta movit ab ira:
Ter cecidit dextra, & notas dolor abstulit artes.
Poenitet heu! sero dulces liquisse penates,
Arreptoque avide, quo concidis, Icare, saxo,

Postquam

Epist. II. & , qui hanc ipsi observationem debet, Cerdam ad Virgil. dictum locum.

v. 131. *Effusi versa calami fulsere pharetra*] Non est dubitandum, verissimam scripturam superesse in membranis, *calami fluxere*, quod res ipsamet testatur. BARTHIUS libro VI. Advers. cap. XXV. *fluxere* perquam eleganter tres scripti cum Parmensi editione, quod inscite rejecit Interpres. Senec. Herc. Oetaeo v. 1653.

——— sive de media voles
Auferre volucres nube, descendent aves,
Et certa praedae tela de coelo fluent.

Statius v. Theb. vers. 308.

Desuper invalidis fluitantia tela lacertis
Spargimus.

Idem VII. Theb. vers. 682. de Eunaeo moriente,

Arma fluunt, longisque crepat singultibus aurum.

& IX. Theb. de Parthenopaeo moriente,

——— videt ex humeris fluxisse pharetras.

Claudian. Epithal. Palladii vers. 40.

Ad terram tacito defluxit fistula lapsu.

Noster lib. VII. vers. 632.

——— membris dimissa solutis
Arma fluunt.

Iterum lib. IX. vers. 50.

Nonne vides, cum vicinis auditur in arvis,
Quam subitus linquat pallentia corpora sanguis,
Quamque fluant arma ante tubas?

& postea vers. 120.

Ast illi jam tela manu, jamque arma fluebant.

lib. XI. vers. 19.

Illecebris somni torpentia membra fluebant.

lib. XV.

——— laxataque luctu
Fluxerunt miseris arma infelicia palmis.

τὸ *fluxere* etiam Barthium approbatorem invenit. N. HEINSIUS. *fulsere* commentum Marsi est, qui ita Silium primus interpolavit: pro quo viri docti recte *fluxere* ex libris vetustis vindicarunt. Mediol. editio proxime verum *flexere*. Furius apud Macrob. VI. Saturn. cap. IV.

Ille, gravi subito devinctus vulnere, habenas
Misit equi, lapsusque in humum defluxit

Senec. Herc. Oetaeo vers. 1228.

Nec ossa durant ipsa, sed compagibus
Discussa ruptis mole collapsa fluunt.

quibus locis pariter *lapsus defluxit*, & *collapsa mole fluunt*, quemadmodum hic *Effusi fluxere*: ut vana sit ratio Dausqueji, propterea receptam lectionem desendentis, quoniam Silius jam satis primore verbo *Effusi* id designaverit, quod sequens *fluxere* denotat. In libris scriptis vocabula *fulsi* & *fluxi* transpositis literis saepius invicem commutantur. Infra libr. X. vers. 541. *fulserunt primis Phaetontia frena Ignibus.* pro quo male Oxon. membranae *fluxerunt*. apud Lucan. lib. VI. vers. 129. pro

Tot simul è campis Latiae fulsere volucres,

codex Rottendorfii habet *fluxere*. lib. VIII. vers. 690. *putrisque effluxit ab alto Humor:* ubi cod. Hamburg. exhibet *effulsit*. vide etiam Barth. ad Stat. V. Theb. vers. 267.

v. 132. *Paribus frater vicinus in armis*] Eleganter, pro pariter armatus. Silius lib. IV. vers. 382.

——— hinc Virbius acer,
Hinc Capys assiliunt, paribusque Albanus in armis.

Appul. III. Metam. pag. 46. *Cum me viderent in ferro, tamen audaciter resistunt.* Maro V. Aen. vers. 550.

Ducat avo turmas, & sese ostendat in armis.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 641.

——— subitus trifida Neptunus in hasta
Caeruleum fundo caput extulit.

lib. V. vers. 463.

——— pariterque levi Cytisorus in hasta.

Stat. IV. Theb. vers. 221.

——— procul ipse gravi metuendus in hasta
Eminet, & clipeo victum Pythona coruscat.

vide Salmas. ad Pollion. XXX Tyrann. cap. XXXII. & Elegantissimum Gronov. in gustu ad Stat. I. Achill. vers. 558. pari modo dicitur *esse in toga laxa*, pro toga laxa amiciri. Tibull. libro I. eleg. IX. vers. 70.

Heu miserum! in laxa quid juvat esse toga?

ubi plene hanc locutionem illustravit praestantissimus Brockhus. quem etiam vide ad Propert. lib. IV.

Poſtquam aevum ſenior percuſſaque pectora fruſtra
Sentit, &, ut tantos compeſcat morte dolores,
Nil opis in dextra, vaſtae ſe culmine turris
Præcipitem jacit, & delapſus pondere prono
Membra ſuper nati moribundos explicat artus.
Dum cadit externo Gortynius advena bello,
Jam nova molitus ſtimulato milite Theron,
Alcidae templi cuſtos, araeque ſacerdos,
Non exſpectatum Tyriis effuderat agmen,
Et fera miſcebat reſerata proelia porta.
Atque illi non haſta manu, non vertice caſſis,
Sed, fiſus latis humeris & mole juventae,
Agmina vaſtabat clava, nihil indigus enſis.

Exuviae

IV. eleg. II. verſ. 28.

v. 138. *At pater è gemino natorum funere*] *in gemino* ſcripti & Aldus. N. HEINSIUS. *è funere* primus edidit Martinus Herbipolenſis, ut emendaret peccatum metricum, quod erat in prioribus editionibus, unde male praepoſitio exſulabat. *in funere* vero eſt etiam in Juntina ac Nutii Antwerpienſi editione.

v. 140. *Ter cecidit dextra*] Imitatio eſt illius Maronis ex VI. Aen. verſ. 32.

Bis conatus erat caſus effingere in auro;
Bis patriae cecidere manus.

v. 143. *Poſtquam aevum ſenior ſentit*] id eſt, poſtquam jam Mopſus expertus eſt, ſenectutem non ſatis virium reliquiſſe, ut ſaxo illo, quo Hannibal Icarum occidit, mortem ſibi inferret. Pariter de ſene Silius infra lib. V. verſ. 570.

——— *ſed vani frigentem in Marte ſenectam*
Prodebant ictus: ſtipula crepitabat inani
Ignis iners, caſſamque dabat ſine robore flammam.

lib. X. verſ. 115.

Haeſit multiplici non alte cuſpis in auro,
Ac ſenium invalido dependens prodidit ictu.

Senior hic eſt ſenex. vide Gevart. Lection. Papin. lib. I. cap. X.

v. 149. *Teron*] Recte *Theron* legendum eſſe monuit Doctiſſimus Dauſquejus. Inter Thebanos terrigenas *Theron* etiam memoratur apud Statium II. Theb. verſ. 572. inter virgines autem Dianae comites refert Statius II. Theb. verſ. 304.

——— *innuptae comitem Therona Dianae.*

cujus quoque Claudian. meminit in III. de Laud. Stilic. verſ. 250.

- - - *ſequitur nutrita Lyaeo*
Nebrophone, teliſque domat quae Maenala Thero.

Ex Colon. codice nullam hic varietatem Nic. Heinſius notavit, in quo tamen huic voci aſpirationem addi infra ſaepe teſtatur. vide quae notantur mox ad verſ. 192.

v. 151. *Non exſpectatum Tyriis effuderat agmen*] Fortaſſis *offuderat*: quod verbum non uni ſcriptori reddidimus animadverſis ad Valerium Flaccum libro IV. verſ. 482. Hic tamen & vulgatum ferri poteſt non incommode. N. HEINSIUS. De voce *effundere* plura vide etiam infra lib. X. verſ. 366. Sed recte ſe habet hoc loco vulgata lectio. Infra lib. III. verſ. 241.

Proxima Sidoniis Utica eſt effuſa maniplis.

verſ. 543.

Atque effuſa cavis exeſi pumicis antris
Alpina invadit manus.

non *evulſa*, ut nunc vulgo legitur. lib. X. verſ. 622.

Ergo omne effundit longe jam ſe ordine vulgus.

Liv. lib. V. cap. XL. *Alia maxime plebis turba ex urbe effuſa velut agmine jam uno petiit Janiculum.* lib. XXIX. cap. XIV. *Omni effuſa civitate obviam.* Vellej. Paterc. lib. II. cap. XII. *Effuſa, ut praediximus, immanis vis Germanarum gentium.* Appul. VII. Metam. pag. 193. Ed. Elm. *Quam ſimul acceſſimus, tota civitas ad votivum conſpectum effunditur.* idem III. Metam. non longe à princ. *Civitas omnis in populum effuſa mira denſitate nos inſequitur.* quo in loco Barth. ad Stat. I. Theb. verſ. 633. lib. II. verſ. 119. & lib. V. verſ. 198. ex membranis malebat *in propatulum effuſa.* Sed Gruter. *in publicum* conjecit, quod magis placet. Forſitan enim olim *in poblicum* ſcriptum fuit, ut inde natum ſit *in populum.* *Tyriis* autem hoc loco non ad *effuderat*, ſed ad *Non exſpectatum*, referendum.

v. 155. *Agmina vaſtabat clava, nihil indigus enſis*] Ex illo Homerico [Il. H. verſ. 141.]

Ἀλλὰ σιδηρείῃ κορύνῃ ῥήγνυσκε φάλαγγας.

Silius certe τὸ κορύνῃ *clava* reddidit; nec refert, quod Graeci interpretes de differentia τῆς κορύνης καὶ τοῦ ῥοπάλου agant: nam quod illi τὴν κορύνην plus eſſe, quam τὸ ῥόπαλον, obſervant, explodit illud Theocriti [ecl. IX. verſ. 22.]

- - - καὶ αὐτίκα δῶρον ἔδωκα·
Δάφνιδι μὲν κορύναν, τάν μοι πατρὸς ἔτρεφεν ἀγρὸς,
Αὐτοφυῆ, τὰν οὐδ' ἂν ἴσως μωμάσατο τέκτων.

Sit itaque καρηβαρὴς ῥάβδος utrumque, vel παχεῖαν

Exuviae capiti impositae, tegimenque leonis,
Terribilem attollunt excelso vertice rictum.
Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat
In clipeo, & sectis geminam serpentibus hydram.
Ille Jubam, Thapsumque patrem, clarumque Micipsam
Nomine avi, Maurumque Sacen, a moenibus actos,
Palantesque fuga, praeceps ad litora cursu
Egerat, atque una spumabant aequora dextra.
Nec contentus Idi leto, letoque Cothonis,
Marmaridae nec caede Rothi, nec caede Jugurthae;
Asbytes currum & radiantis tegmina laenae
Poscebat votis, gemmataque lumina peltae,
Atque in belligera versabat virgine mentem.

Quem

κεφαλὴν ἔχουσι, ut utrumque Etymologiae suae respondeat, in qua sibi placent tantopere Grammatici. *Clavatores* ejusmodi Romanis dictos invenio. Festus, *Calones militum servi dicti, quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci κᾶλα vocant. Is quoque, qui hujusmodi telo utitur, clavator appellatur.* Unde non aliter, quod antiqui *calam* dicebant; Lucilius [apud Servium ad Virgil. VI. Aeneid. vers. 1.]

Scinde puer calam ut caleas.

ubi Servius fustes ita dictos ait, quos gerebant ad proelium sequentes dominos servi, unde *calones* antiqui, ut nos clavatores, eos dicebant. D. HEINSIUS. Silius Therona, templi Herculei custodem, ejusque arae sacerdotem, clava armat, armis nempe Herculis, ut Maro Cissea & Gyan, quorum pater Melampus Herculis comes fuerat, Aen. X. vers. 317.

—— nec longe Cissea durum
Immanemque Gyan, sternentes agmina clava,
Dejecit leto; nihil illos Herculis arma,
Nec validae juvere manus, genitorque Melampus
Alcidae comes, usque graves cum terra labores
Praebuit.

Vide etiam Stat. XI. Theb. vers. 45. & passim alios. Dausquejana editio hic *nil indigus* habet, contra fidem omnium librorum.

v. 158. *Centum angues idem caelatum insigne gerebat In clipeo*] Serpentes olim commune in militia antiquorum insigne, fere omnium nimirum *τῶν σημειοφόρων*. Quod evincit vel unum oraculum apud Plutarchum, quod monebat quendam, ut anguem vitaret: id cum praestaret sedulo ille, in militem, cui anguis insigne clipei erat, incidit, ac obtruncatus fuit. Quamquam putem ego (pace magni illius philosophi & historici tamen) monuisse Deum, ut *ἀσπίδα* vitaret, quod commune nomen & clipei & serpentis est: ita oraculo illi aequivocatio sua constat. D. HEINSIUS. Manuscriptus codex lectionem servat, quae minime nata ex cerebro videtur librariorum: *Lernaeaque monstra gerebat In clipeo.* Quam ego cur non dicam recipiendam, cum colludat sequentibus? BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *Lernaeaque monstra gerebat* scripti & Parmensis editio. Opinor per appositionem *Lernaea monstra.* lib. III. vers. 32.

In foribus labor Alcidae Lernaea recisis
Anguibus hydra jacet.

ex libro Oxon. hanc scripturam Barthius quoque jam est amplexus. N. HEINSIUS. Integer hic versus deest in Mediol. editione. Recte autem viri docti ex libris priscis revocarunt veram lectionem,

Centum angues idem Lernaeaque monstra gerebat.

Pariter autem & Aventinus Herculis, ut creditur, filius idem in clipeo insigne gerit apud Virgil. VII. Aen. vers. 657.

—— clipeoque insigne paternum
Centum angues cinctamque gerit serpentibus hydram.

Ubi Virgilius, ut hoc loco Silius, hydram centum anguibus cinctam dicit; qui locus insuper docet, τὸ *Lernaeaque monstra* minime in *Lernaea monstra* mutandum: Virgilius enim *Centum angues & hydram* dicit, ut Silius *Centum angues Lernaeaque monstra.* Hydram autem centum anguibus cinctam etiam Senec. testatur in Herc. Octaeo vers. 1193.

—— aut centum anguibus
Vallatus hydram tabe pavissem mea.

Simonidem hujus opinionis auctorem esse prodit Servius ad d. loc. Virgilii: qui idem tamen ad libr. VI. Aen. vers. 576. ubi Virgilius Hydrae quinquaginta ora tribuit, ejus etiam famae eundem Simonidem auctorem facit. *Hydram alii tria volunt habuisse capita, alii novem: Simonides quinquaginta dicit.* In nummis autem antiquis hydrae septem plerumque capita tribuuntur; ut in hoc maximi moduli nummo Imperatoris Veri, quem publici juris fecerunt Doctissimus Tristan. tom. II. Comment. Histor. pag. 301. & Illustrissimus Spanhem. de usu

&

Quem ruere ut telo vidit regina cruento,
Obliquos detorquet equos, laevumque per orbem
Fallaci gyro campum secat, ac velut ales
Averso rapitur sinuata per aequora curru.
Dumque ea se ex oculis aufert, atque ocior Euro
Incita pulveream campo trahit ungula nubem,
Adversum late stridens rota proterit agmen,
Ingerit & crebras virgo trepidantibus hastas.
Hic cecidere Lycus, Thamyrisque, & nobile nomen
Eurydamas, clari deductum stirpe parentis:
Qui thalamos ausus quondam sperare superbos,
(Heu demens!) Ithacique torum: sed enim arte pudica

& praest. Numism. Diss. III. pag. 233. & seqq. quemque etiam hic videri volui.



Sed haec fabulosa sunt. Pausan. autem in Corinth. cap. XXXVII. credit beluam fuisse omnium, quae exstabant, maximam: Pisandrum vero Camirensem, quo terribilior appareret, & carminibus suis plus dignitatis conciliaret, primum pro uno plura capita tribuisse.

v. 160. *Thapsumque patrem*] Fortasse *patris*: *nomine clarum* videlicet, quod subsequitur. N. HEINSIUS.

v. 161. *Maurumque Sacen*] Doctissimus Dausquejus conjicit *Maurumque Macen*, a nomine populi Africae, cujus supra jam Silius meminit vers. 60. cum Saces in Asia sint. Potes tamen & *Sacen* retinere, quod proprium militis nomen erit, ut τὸ *Maurum* ejus patriam notet. *Saces* miles quidam vocatur etiam apud Virgil. XII. Aen. vers. 651. *medios volat ecce per hostes Vectus equo spumante Saces*.

v. 163. *Egerat, atque una spumabant aequora dextra*] An *fumabant?* N. HEINSIUS. Eo sensu *fumare* dixit Statius II. Theb. vers. 702. *fumantem hunc aspice late Ense meo campum*. & Claudian. in III. cons. Hon. vers. 100.

Alpinae rubuere nives, & frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis.

Duo autem haec vocabula saepenumero in vetustis membranis invicem commutantur. vide Nic. Heinsium ad Ovid. II. Metam. vers. 324. ad XIV. Metam. vers. 363. & ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 233. Non incommode tamen & vulgatum ferri potest. Sic Virgil. IV. Aen. vers. 663. *ensem cruore spumantem* dixit. Plura vide supra ad lib. I. vers. 126.

v. 166. *Radiantis tegmina laevae*] Clipeum seu peltam innuit. Colon. tamen cum editione Romana ac Parmensi *laenae*. & recte; nam de pelta sequitur. atque ita Puteaneus quoque codex & Oxoniensis. N. HEINSIUS. cum priscis libris facit etiam Mediolan. editio. infra libr. XV. vers. 424. *fraternum laena nitebat Demissa ex humeris donum*. ubi eodem errore in cod. Put. est *laeva nitebat*.

v. 173. *Ocius Euro*] *ocior* scripti. N. HEINSIUS. sic infra lib. XIII. vers. 242.

——— *ventis fugit ocior, & se,*
Quam longa est, une remorum praeterit ictu.

Virgil. VIII. Aen. vers. 233. *fugit ilicet ocior Euro, Speluncamque petit*. Aen. XII. vers. 733.

- - - *fugit ocior Euro*,
Ut capulum ignotum dextramque aspexit inermem.

Stat. VI. Theb. vers. 521. *volat ocior Euro*. & vers. 602.

Effugit hic oculos rapida puer ocior aura.

Sic supra Silius lib. I. vers. 496.

- - - *propior vicino lumine fulsit*

non *propius*. ubi vide quaedam. lib. XVI. vers. 191. *prior incipit ultro* ex libris scriptis, non *prius*. omnes tamen libri praeferunt lib. X. vers. 10.

- - - *velocius inde*
Haemonio Borea, pennaque citatior ibat.

non *velocior*, ut idem sonus auribus ingratus vitaretur.

v. 178. *Eurydamas*] Lege *Eurymachus*, qui unus ex sponsis. nullus illic Eurydamas. quidquod Eurydamas denuo interficitur paullo post. N. HEINSIUS. Dausquejus hunc Eurydamanta ex stirpe Eurymachi fuisse conjicit, quem Penelopes nuptias audentius inhiasse ex Homero probat, in Od. XV. posterius illud non agnosco solum, sed & porro astruo ex Athen. lib. I. Deipnos. cap. XIV. pag. 17. qui Eurymachum εὔελπιν εἶναι τῷ γάμῳ Penelopes narrat. Potest tamen Silius alium ex procis Pene-

Fallacis toties revoluto ſtamine telae
Deceptus, merſum pelago jactarat Ulixem.
Aſt Ithacus vero ficta pro morte loquacem
Affecit leto, taedaeque ad funera verſae.
Gens extrema viri campis deletur Hiberis
Eurydamas Nomados dextra: ſuperinſtrepit ater,
Et ſervat curſum perfractis oſſibus axis.
Jamque aderat remeans virgo, inter proelia poſtquam
Diſtringi Therona videt, ſaevamque bipennem
Perlibrans mediae fronti, ſpolium inde ſuperbum
Herculeaſque tibi exuvias, Dictynna, vovebat.
Nec ſegnis Theron tantae ſpe laudis, in ipſos
Adverſus conſurgit equos, villoſaque fulvi
Ingerit objectans trepidantibus ora leonis.
Attoniti terrore novo rictuque minaci
Quadrupedes, jactant reſupino pondere currum.
Tum ſaltu Asbyten conantem linquere pugnas
Occupat, incuſſa gemina inter tempora clava;

Ferventeſque

lopes, unde Eurydamas genus deducat, in animo habuiſſe, qui non alius mihi videtur, quam Eurydamas quidam, ab Homero memoratus in Odyſſ. X. verſ. 283.

Ἔνθ' αὖθ' Εὐρυδάμαντα βάλε πτολίπορθος Ὀδυσσεύς.

Tunc rurſus Eurydamanta percuſſit urbium vaſtator Ulixes. Aliud itaque hic egit Illuſtriſſimus Heinſius, qui *Eurymachus* legendum cenſuit, tum quod nullus Eurydamas inter ſponſos Penelopes eſſet, quem tamen ex Homero produximus, tum quod Eurydamas paullo poſt denuo interficitur. Sed non recte Nic. Heinſius Silii ſenſum percepiſſe videtur, qui hic eſt: Asbyte, Therona morti ſuae inſtantem fugiens, paſſim tamen in hoſtes tela ingerebat, quibus interfecit Lycum, Thamyrin, & Eurydamanta, ortum ex ſtirpe illius Eurydamantis, qui inter procos Penelopes quondam fuerat, & Ulixem naufragio periiſſe mendacio jactarat. Hunc poſtea reverſus Ulixes, tamdiu enim Penelope nuptias praetextu detexendae antea telae diſtulerat, vera morte affecit. Illius igitur Eurydamantis extrema progenies Eurydamas ab Asbyte Nomade in Hiſpania interficitur, ut alter ille manu Ulixis Ithacenſis. quaedam ad illuſtrationem hujus loci infra porro vide verſ. 185.

v. 181. *Fallacis toties revoluto ſtamine telae*] Memorat hoc Homer. Odyſſ. B. verſ. 94. Sabin. Epiſt. 1. verſ. 53.

Pacta quoque et thalamos, niſi mendax tela moretur,
Et coeptum revoces callida ſemper opus.

Epiſt. 11. verſ. 81.

Illa piae (ſic rumor ait) mendacia telae
Struxit, & inſtantes diſtulit arte procos.

Cum properata palam revocares ſtamina noctis
Atque iterum in lanas omne redires opus.

Propert. lib. 11. eleg. v11. verſ. 41.

Penelope poteras bis denos ſalva per annos
Vivere, tam multis femina digna procis.
Conjugium falſa poterat differre Minerva,
Nocturno ſolvens texta diurna dolo.

ubi vide Broekhuſ. Statius lib. 111. ſilv. v. verſ. 8.

—— tu mille procos intacta fugares,
Non intertextas commenta retexere telas,
Sed ſine fraude palam, thalamoſque armata negares.

v. 185. *Gens extrema viri campis deletur Hiberis*] Locus mendoſus. Scribe *Gens extrema feri*, vel *auſtri.* poſſes etiam,

Gens extrema virûm campis delentur Hiberis
Eurydamae Nomades dextra.

nam in Colon. *Nomades. Nomades* reſtitui etiam libr. 1. verſ. 215. in nonnullis editionibus poſt *Eurydamas* diſtinguitur. N. HEINSIUS. Ex iis, quae de ſenſu hujus loci ad verſ. 178. diſputavi, nihil me hic mutari velle patet. *Gens extrema viri* eſt extrema proles, progenies, ſoboles, ultimus ex poſteris Eurydamantis. saepiſſime ita *gens* pro genus, familia, ſtirps ponitur. Eo ſenſu *gens Julia*, *Cornelia* apud Romanos paſſim. Serv. ad Maron. lib. 1. Aen. verſ. 67. *Gens*] *Sermo hic & nationem ſignificat & familiam.* Silius infra lib. x111. verſ. 636. *Gens Cadmi Cleadas.* ubi vide Dauſquej. lib. x111. verſ. 466. Scipio Appium Claudium alloquens dicit,

—— gens o veteris pulcherrima Clauſi.

ibid. verſ. 862.

—— ille Deûm gens
Stelligerum attollens apicem Trojanus Iulo
Caeſar avo.

Vide

Ferventesque rotas, turbataque frena pavore
Disjecto spargit collisa per ossa cerebro:
Ac rapta properans caedem ostentare bipenni,
Amputat e curru revolutae virginis ora.
Necdum irae positae. celsa nam figitur hasta
Spectandum caput. id gestent ante agmina Poenûm,
Imperat, & propere currus ad moenia vertant.
Haec caecus fati, Divûmque abeunte favore,
Vicino Theron edebat proelia leto.
Namque aderat toto ore ferens iramque, minasque
Hannibal, & caesam Asbyten, fixique tropaeum
Infandum capitis, furiata mente dolebat.
Ac simul aerati radiavit luminis umbo,
Et concussa procul membris velocibus arma
Letiferum intonuere, fugam perculsa repente
Ad muros trepido convertunt agmina cursu.
Sicut agit levibus per sera crepuscula pennis
E pastu volucres ad nota cubilia vesper:

Aut,

Vide Gronov. ad Senec. Hippol. vers. 900. *viri* autem est mox memorati Eurydamantis. Silius lib. v. vers. 559.

Et dignum sese ratus in certamina saevo
Comminus ire viro.

id est, Viridasio. lib. XVI. vers. 110.

Ni perlapsa viro loricae tegmine harundo.

id est, Hasdrubali. Virg. IV. Aen. vers. 3.

Multa viri virtus animo, multusque recursat
Gentis honos.

id est, Aeneae; & ita passim alibi.

v. 186. *Superinstrepit acer axis.*] Immo *ater* ex scriptis. N. HEINSIUS. Recte *ater*. Marsus etiam in commentario *ater axis* exponit currus Asbytes crudelis, & jam respersus atro sanguine. Sic infra lib. v. vers. ,154.

——— *meus, heu! meus atris*
Ticini frater ripis jacet.

id est, ripis atro sanguine respersis. Saepius autem librarios has voces confundentes peccasse eo loco, qui pari morbo laborabat, docui.

v. 190. *Perlibrans mediae fronti*] *Praelibrans* opinor. N. HEINSIUS.

v. 192. *Nec segnis Teron*] *Theron* addita aspiratione scribendum supra monitum est ad vers. 149. Gronov. autem ad Senec. Agam. vers. 514. ex Oxon. codice *Thero* legebat, ubi plura hujus terminationis, cujus loco nunc, addito plerumque *n*, *Theron* dicunt, exempla attulit: quem etiam vide ad Plin. lib. XX. Hist. Nat. cap. XXI. ut & Pierium ad Virgil. X. Aen. vers. 322. & quae infra notantur ad lib. XVI. vers. 335.

v. 200. *Disjecto sparsit*] *spargit* Coloniensis: rectius. & *Ac rapta*, non *At*. pari modo & Oxoniensis. Deinde lege hoc ordine versus. *Tum saltu Asbyten*, & *Ferventesque rotas.* N. HEINSIUS.

v. 206. *Divûmque abeunte favore*] Non sequor codices, in quibus *adeunte favore* se invenisse testatur Barthius ad Claudian. de IV. Consul. Hon. vers. 166. editionis Hanov. anni 1612. in 8. *adeunte* tamen etiam Cellarius edidit. Omnes libri, quos Heinsius consuluit, quique mihi praesto fuerunt, vulgatam scripturam recte servant. Pari sensu Statius II. Theb. vers. 539.

——— *fuscas intervolat auras*
Hasta, sed audenti Deus & Fortuna recessit.

v. 208. *Namque aderat toto ore ferens irasque minasque*] *iramque* Coloniensis cum Oxonio. N. HEINSIUS. Idem Heinsius ad marginem Silii etiam conjecerat *Jamque*, pro *Namque*, legendum, ut est apud Maron. II. Aen. vers. 662.

Jamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.

Saepissime autem particulas *Nam* & *Jam* in libris scriptis confundi docui ad lib. XVI. vers. 38.

v. 213. *Percussa agmina*] *perculsa* cum scriptis. N. HEINSIUS. *perculsa* erit metu turbata, ut infra lib. XII. vers. 203.

Sistere perculsos ille & revocare laborat.

& alibi saepe. Nihil frequentius in libris scriptis est, quam voces *perculsus* & *percussus* passim invicem commisceri. vide Pierium ad Virg. I. Aen. vers. 513. & lib. V. vers. 372. Nic. Heinsium ad Ovid. IV. Metam. vers. 138. & ad Silii lib. VII. vers. 416. Manuscripti ita etiam variant apud Lucan. lib. I. vers. 481. Distinguunt vulgo grammatici, ut *percellere* ad animum, *percutere* ad corpus referatur. quod non est perpetuum. *Percellere* enim de corpore est infra lib. V. vers. 461. *Murranum ille eminus hasta*
Perculerat.

Aut, ubi Cecropius formidine nubis aquosae
Sparsa super flores examina tollit Hymettos,
Ad dulces ceras & odori corticis antra
Mellis apes gravidae properant, densoque volatu
Raucum connexae glomerant ad limina murmur.
Praecipitat metus attonitos, caecique feruntur.
Heu blandum coeli lumen! tantone cavetur
Mors reditura metu, nascentique addita fata?
Consilium damnant; portaque atque aggere tuto
Erupisse gemunt: retinet vix agmina Theron:

Interdumque

Perculerat. lib. XIII. vers. 231. *Marium tellure revulso Perculerat saxo.* contra *percutere* de animo. lib. V. vers. 587.

——— *praesago percussus pectora luctu.*

Cic. pro Milone cap. XXIX. *Quonam modo ille vos vivus afficeret, quos mortuus inani cogitatione percussit.* Valer. Flacc. lib. III. vers. 529.

——— *Herculeo Dryope percussa fragore.*

Vide Rivium ad Terent. Andr. act. I. sc. I. vers. 98. & Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXI. pag. 516. Lambinus vero ad Lucret. lib. I. vers. 13. *percellere* plus esse, quam *percutere*, notat; quem etiam vide ad Horat. Epod. XI. vers. 3. ubi pluribus egit de vi vocis *percellere*, ut & eodem loco Eruditissimus Bentlejus. Patriae nostrae, dum viveret, eximium decus J. G. Graevius ad Cic. Orat. pro Rege Dejot. cap. VI. inter *percellere animum* & *percutere animum* ita distinguit; ut illud notet in stuporem rapere, consternare, hoc vero suspicionem in animo movere.

v. 217. *Aut ubi Cecropius* &c.] Similiter Homerus Achillis comites in proelium ruentes comparat vespis, in eos, à quibus vexantur, impetum facientibus, in Iliad. Π. vers. 259.

Αὐτίκα δὲ σφήκεσσιν ἐοικότες ἐξεχέοντο. &c.

Protinus autem vespis similes effundebantur. Populum autem ad concionem ruentem apibus ad flores volantibus in Iliad. B. vers. 86.

——— Ἐπεσσεύοντο δὲ λαοί,
Ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἁδινάων. &c.

Accurrebant autem populi sicut apes confertae eunt. Ovidius vero multitudinem feminarum ad spectandos ludos euntium apibus ex alveario ad mel colligendum volantibus, lib. I. Art. Amat. vers. 95.

Aut ut apes, saltusque suos & olentia nactae
Pascua, per flores & thyma summa volant:
Sic ruit ad celebres cultissima femina ludos,
Copia judicium saepe morata meum.

v. 217. *Formidine nubis aquosae*] Apes impendentem pluviam praevidere posse rei rusticae scriptores testantur. & sic Virgil. IV. Georg. vers. 166.

Inque vicem speculantur aquas & nubila coeli.

& vers. 191.

Nec vero à stabulis pluvia impendente recedunt
Longius, aut credunt coelo adventantibus Euris.

Quinctil. Declam. XIII. pag. 240. *Multa dictu visuque miranda; praevidere tempestates, nec dubio se coelo credere, nec ultra viciniam nubilo tendere.* Vide Cerdam ad d. Maron. loca.

v. 220. *Mellis apes gravidae*] Verba sunt Columellae lib. IX. de Re Rustic. cap. 2. *Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando & in qua regione primum natae sint.* &c. *& utrum evomant liquorem mellis, an alia parte reddant. Haec enim & his similia magis scrutantium rerum naturae latebras, quam rusticorum est inquirere. Studiosis quoque literarum gratiora sunt ista in otio legentibus, quam negotiosis agricolis: quoniam neque in opere, neque in re familiari quidquam juvant.* Pluribus in ea inquirit hoc loco Dausquej. quibus nihil addo, nisi Virgilio eam sententiam placuisse, ut cruribus mel colligere soleant, lib. IV. Georg. vers. 180.

At fessae multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenae.

v. 221. *Raucum connexae*] *convexae* in scriptis. sed uvas apum innuit. Virgil. de iisdem IV. Georg. vers. 257.

——— *pedibus connexae ad limina pendent.*

nubes apium dixit lib. VIII. vers. 629. ut illic restituimus, ubi plura. N. HEINSIUS. Vulgatum recte tuetur Vir Illustrissimus. Sic Senec. in Oedip. vers. 601.

Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cum examen alto nectitur densum globo.

Pedibus connecti apes Virgilio placet VII. Aen. vers. 66.

——— *pedibus per mutua nexis*
Examen subitum ramo frondente pependit.

Alis autem Lucano lib. IX. vers. 285.

- - - *effetas linquunt examina ceras,*
Atque oblita favi non miscent nexibus alas.

v. 223. *Tantone cavetur Mors reditura metu*] *reditura* σύνθετον ἀντὶ ἁπλοῦ, pro ventura. Aliter cave sumas. D. HEINSIUS.

v. 224. *Nascentique addita fata*] Eleganter oppido, cum nativitas mortem inferat. sic lib. III. vers. 134.

Et pace & bello cunctis stat terminus aevi;
Extremumque diem primus tulit.

&

Interdumque manu, interdum clamore minisque:
State, viri: meus ille hostis: mihi gloria magnae,
State, venit pugnae. muro tectisque Sagunti
Hac abigam Poenos dextra: spectacula tantum
Ferte, viri: vel, si cunctos metus acer in urbem
(Heu deforme!) rapit, soli mihi claudite portas.
At Poenus rapido praeceps ad moenia cursu,
Dum pavitant trepidi rerum, fessique salutis,
Tendebat: stat primam urbem, murosque patentes,
Postposita caede & dilata, invadere, pugna.

Id

& Manil. lib. iv. vers. 16.

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

BARTHIUS libro vi. Adverf. cap. xxv.

v. 225. *Auxilium clamant, portis atque aggere tuto Erupisse gemunt*] De hoc loco cum membranas contulerem, animadverti, damnata hac supposititia lectione ex iis reponendum,

Consilium damnant, portisque atque aggere tuto Erupisse gemunt.

Optime, & aptissime praecessit vers. 149.

Jam nova molitus stimulato milite Theron,
Alcidae templi custos, araeque sacerdos,
Non exspectatum Tyriis effuderat agmen,
Et fera miscebat reserata proelia porta.

MODIUS Novant. Lection. Epist. lxxvi. Membranae *Consilium clamant, portisque.* Ego veram lectionem ex suis puto Modium restituisse, *Consilium damnant, portisque.* Nec est, quod exemplaria edita defendendis typographorum impudentiis praeferat Dausquejus. Nullus enim editor membranas laudat ullas. & quid nobis cum mutationibus stupidorum chalcographorum? BARTHIUS lib. vi. Adverf. cap. xxv. Quaerit Interpres, cur Modius maluerit *Consilium damnant.* Nos respondebimus, quando delirare desinet. Praeter membranas Colonienses Puteaneus quoque & Oxonius id agnoscunt; nisi quod in illis *Consilium clamant.* deinde iidem codices *portaque*, non *portis.* Vidit & amplexus est jam quoque Barthius veram lectionem. *campos damnare* infra est libr. xii. vers. 420. N. HEINSIUS. Recte viri docti *Consilium damnant.* sic Lucan. lib. viii. vers. 327.

——— *sic fatus murmure sensit*
Consilium damnasse viros.

Interdum autem scriptores librarii voces *clamare* & *damnare* inter se confuderunt. Infra vers. 595. pro *damnantque cibos*, non recte in Putean. codice *clamantque* est. lib. viii. vers. 496. pro *Lycios damnans arcus*, perperam idem Codex habet *clamant.* apud Claudian. in Bell. Getic. vers. 467. in MSS. est *seditio damnosa*, pro vulgato *clamosa*, ut me Celeberrimus Burmannus monuit. Origo erroris est, quod literae *c* & *l* in literam *d* coaluerint; de quo vide supra vers. 52. pro *portis* etiam Mediolan. editio *portaque.*

v. 230. *Spectacula tantum Ferte, viri*] Quid est, *viri, este spectacula?* Membranae etiam augent duritiem reducendo *tanta*; quod considerans attentius, videor veram lectionem expiscatus esse. Legam *spectacula tanta Ferte, viri.* in breviatione nihil hic est immane mutatu. Si viri estis, saltem spectaculo sufficite, non flagito, ut ipsi nobis adsitis, modo possitis durare spectandae pugnae. Haec lectio omnia illustriora facit. BARTHIUS Adverf. libro vi. cap. xxv. Optime Colon. membranae, *spectacula tantum Ferte, viri:* quo & Barthiana conjectura alludit, *spectacula tanta Ferte, viri.* N. HEINSIUS. Ut Barthio quaerenti, quid sit *viri, este spectacula*, satisfaciam, hoc modo exponi potest vulgata lectio: manete, o viri, & tantum me pugnantem spectate: ut *spectacula* hic ponantur pro spectatoribus, quomodo *servitium* pro servis, similiaque alia ubique. *Este spectacula* ergo, pro este spectatores: ut infra lib. viii. vers. 557.

——— *spectacula tantae*
Ambo acies virtutis erant.

ita enim viri docti legendum censuerunt. Malim tamen hoc loco cum integerrimo MSto *Ferte spectacula. Ferre spectacula*, ut *perferre* infra lib. xi. vers. 324.

Si perferre nequit spectacula tanta senectus.

v. 235. *Stat primum urbem invadere*] *primam* ex scriptis & Romana ac Parmensi editione. Adeantur, quae annotamus ad Maronem Aeneid. vi. vers. 811. Noster lib. ix.

Vidimus obscuris primam sub vallibus urbem.

lib. x. vers. 580.

Jam maria ac terras, primamque invaserat urbem.

lib. xi. ex scriptis vers. 299.

Tum Capys ut dederit primis sua nomina muris.

Vidit jam veram scripturam Gronovius Observ. lib. i. cap. vii. N. HEINSIUS. *primam urbem* etiam Mediol. editio. sic infra lib. ix. vers. 33.

- - - *cum spargere primus*
Incipiet radiis Gargana cacumina Phoebus.

pro primo incipiet: quamvis illic tamen *primis radiis* ex libris scriptis malint viri docti. lib. xii. vers. 273.

Ille dies primus docuit, quod credere nemo Auderet.

L ubi

Id postquam Herculeae custos videt impiger arae,
Emicat, & velox formidine praevenit hostem.
Gliscit Elissaeo violentior ira tyranno.
Tu solve interea nobis, bone janitor urbis,
Supplicium, ut pandas, inquit, tua moenia leto.
Nec plura effari sinit ira: rotatque coruscum
Mucronem: sed contortum prior impete vasto
Daunius huic robur juvenis jacit: arma fragore
Icta gravi raucum gemuere, alteque resultant
Aere illisa cavo nodosae pondera clavae.
At viduus teli, & frustrato proditus ictu,
Pernici velox cursu rapit incita membra,
Et celeri fugiens perlustrat moenia planta.
Instat atrox terga increpitans fugientia victor.
Conclamant matres, celsoque e culmine muri
Lamentis vox mixta sonat: nunc nomine noto

Appellant

ubi vulgo etiam *primo docuit.* Virgil. v. Aen. vers. 857.

Vix primos inopina quies laxaverat artus.

lib. XII. vers. 103.

Mugitus veluti cum prima in proelia taurus
Terrificos ciet.

Haec vera est scriptura, quamvis quidam codices pervetusti *primum* habeant. Valer. Flacc. lib. III. vers. 257.

Ecce, levi primos jam spargere lumine portus
Orta dies.

ita N. Heinsius ex conjectura reposuit, pro *primo.* Horat. libr. I. Sermonum Ecl. III. vers. 99.

Cum prorepserunt primis animalia terris.

Vide Nic. Heinsium ad Claudiani I. in Rufin. vers. 302. Eodem sensu & hoc cape apud Silium lib. VII. vers. 554.

Accipe, & aeterno fixum sub pectore serva.

pro aeternum, semper serva.

v. 237. *Herculeae custos impiger arae*] *aras* Coloniensis. Forte scribendum *Herculeae arcis.* Supra tamen hic idem Theron dicitur

Alcidae templi custos, araeque sacerdos.

N. HEINSIUS. Alibi etiam in commutandis vocibus *aras* & *arces* peccarunt librarii. vide Barthium ad Statii v. Theb. vers. 644. Verum hoc loco nihil muto. Optime enim doctissimus Dausquejus ex Macrobio docuit, *custodem* poni pro ministro. Sic Virgil. VIII. Aen. vers. 270.

Et domus Herculei custos Pinaria sacri.

ubi Servius: *Quod autem dicit Domus Herculei custos, hoc est ministra, ut in undecimo.*

At Triviae custos jam dudum in montibus Opis
Alta sedet.

id est, ministra.

v. 240. *Bone janitor urbis*] Sic de Praefecto Urbis per contemtum Juvenal. Sat. IV. vers. 77.

—— *attonitae positus modo villicus urbi.*

BARTHIUS libro X. Adversf. cap. XXIV. Apud comicos notissima sunt ista *bone vir, bone custos, bona libertas*, aliaque similia, ironice dicta. Ita autem & saepe Silius, ut lib. I. vers. 342.

Anne pudet coepti, pudet ominis? en bona virtus,
Primitiaeque ducis.

lib. VIII. vers. 271.

Exaudi, bone dictator, quid Martia plebes
Imperitet.

lib. XI. vers. 569.

- - - *deponere curas*
Tandem ergo, bone, da, victor; liceatque sedere
In patria.

etiam Statius II. Theb. vers. 460. *Projicis excidio, bone Rex.*

v. 244. *Arma fragore Icta gravi raucum gemuere*] Sic Lucan. libr. VI. vers. 137.

Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.

Infr. lib. IV. vers. 96. *Quadrupedum cornu tellus gemit.*

v. 246. *Nodosae pondere clavae*] *pondera* cum scriptis & priscis editionibus. mox cum Coloniensi *& frustrato.* & sic Oxon. quoque. N. HEINSIUS. *pondera* etiam Mediolan. editio. optime. *pondera clavae*, pro clava ponderosa, gravis. infra lib. XV. vers. 687.

- - - *pondera conti*
Sarmatici prona adversos urgebat in hostes.

cum Mediolanensi editione faciunt quoque editiones Aldina, Gryphii, & Nutii Antwerpiensis.

v. 249. *Et celeri fugiens perlustrat moenia planta*] Forte *ter lustrat.* Sic Homerus de Hectore. Ovid. etiam,

Hostis anhelanti moenia lustrat equo.

noster mox vers. 266.

Et rapto cineres ter circum corpore lustrat.

perlustrat tamen est infra libr. III. vers. 192.

Quantus non aequas perlustrat flexibus Arctos.

N. HEINSIUS. Aliquoties librarii voces *per* & *ter*

inter

Appellant, feras fesso nunc pandere portas
Posse volunt: quatit hortantum praecordia terror,
Ne simul accipiant ingentem moenibus hostem.
Incutit umbonem fesso, assultatque ruenti
Poenus, & ostentans spectantem e moenibus urbem,
I, miseram Asbyten leto solare propinquo.
Haec dicens, jugulo optantis dimittere vitam
Infestum condit mucronem; ac regia laetus
Quadrupedes spolia abreptos a moenibus ipsis,
Quis aditum portae trepidantum sepserat agmen,
Victor agit, curruque volat per ovantia castra.
At Nomadum furibunda cohors miserabile humandi
Deproperat munus, tumulique adjungit honorem,
Et rapto cineres ter circum corpore lustrat.
Hinc letale viri robur, tegimenque tremendum
In flammas jaciunt: ambustoque ore genisque,
Deforme

inter se commutarunt. vide Jan. Broekhuf. ad Propert. lib. III. Eleg. I. vers. 28. Hic tamen nihil mutandum. Ipse enim Silius hunc locum ab omni conjectura vindicat simili loco lib. III. vers. 159.

- - - repetit properato moenia gressu:
Quae dum perlustrat, crebroque obit omnia visu.

v. 255. *Accipiant ingentem moenibus hostem*] *urguentem* praestiterit, ni fallor. Simile mendum sustulimus libr. VI. vers. 264. Infra libro IX. *Urguet praecipites Libys.* N. HEINSIUS. Voces *urguens* & *ingens* librarii interdum commiscuerunt. vide infra ad lib. VI. vers. 265. Sed, ut hic *ingens hostis*, sic *ingens Paullus* infra lib. XVII. vers. 297.

- - - tu primus in ictus
Ingentis Paulli ruis, ac defigis in ossa
Mucronem.

ingens Aeneas, *ingens Turnus*, apud Virgil. passim occurrit. eodem sensu *latus hostis* supra est lib. I. vers. 499.

- - - lato Murrus caligat in hoste.

ubi plura vide.

v. 257. *Et obtestans*] Scripti *ostentans*: etiam primae editiones. N. HEINSIUS.

v. 258. *Asbyten leto solare propinquo*] Silius infra lib. XIII. vers. 236.

- - - solamen properans optabile in armis
Hostem prostrato morientem ostendere amico.

v. 264. *Miserabile humandi Deproperat munus*] Aliter M. Tullii, aliter Ennii tempore vocabulum *humandi* acceptum fuit: nec enim tunc temporis quisquam *humatus* dicebatur, priusquam gleba injecta esset, ac tum demum locus sacer erat. Tullius lib. de Legib. II. *Quod nunc*, inquit, *communiter in omnibus sepultis penitus humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus injecta contegeret, eumque morem & jus pontificale confirmat. Nam priusquam in os injecta gleba est, locus ille, ubi crematum est corpus, nil habet religionis: injecta gleba tumulis & humatum est, & gleba vocatur, ac tum denique multa religiosa jura complectitur.* Vide Varronem lib. de Lingua Lat. IV. qui *Humilior*, inquit, *mortuus vocabatur & familia ante jactam glebam, aut os ad lustrandam familiam exceptum.* Quod autem *glebam injicere* Romani, id ἐπιμοιρᾶσθαι κόνιν eleganter dixit Moschion, cujus suavissimos versiculos aliquot dignos, qui non in Stobaei solum physicis [pag. 18.] legantur, duximus.

- - - γαῖα δὲ πρὶν ἄσπορος,
Ἦδυ ζυγηλκοῖς βουσὶν ἠροτρεύετο,
Αὐτῆ δ' ἐπυργώσαντο, καὶ περισκεπεῖς
Ἔτευξαν οἴκους, καὶ τὸν ἠγριωμένον
Εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον,
Κἀκ τοῦ δὲ τοὺς θανόντας ὥρισε νόμος
Τύμβοις καλύπτειν, κἀπιμοιρᾶσθαι κόνιν
Νεκροῖς ἀθάπτοις, μηδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἐᾶν
Τῆς πρόσθε θοίνης μνημόνευμα δυσσεβῆς.

- - - terra, seminis prius
Ignara, bubus asperum trahentibus
Jugum patebat, turris alta, tectaque
Hinc inde celsum prodidere verticem,
Asperque visae cultus in mores novos
Sese reduxit, lex cadaverum strues
Terrae sacravit, pulveremque mortuo
Levem dedere, luce non functos suo
Tumulo negarunt, nec remansit ulla dehinc
Voracitatis indicina pristinae.

Atque hunc pulverem interdum ab amicis praetereuntibus levi manu officii ergo infundi sibi postulabant. Suavissimus Nonnus

- - - ἀλλὰ σὺ, κούρη,
Μοῦνον ἐμοὶ φθιμένῳ γλυκερὴν περίχευε κονίην
Χειρὶ τεῇ πυμάτην ὀλίγην χάριν, ὄφρά τις εἴπῃ
Παρθένος ὡς ἐλέαιρε τὸν ἱκέτην.

D. HEINSIUS.

v. 266. *Lustrat*] *lustrant* Romana editio & Parmensis, quod probo. N. HEINSIUS. *lustrant* etiam

Mediolan.

Deforme alitibus liquere cadaver Hiberis.
Poenorum interea quis rerum summa potestas,
Consultant bello super, & quae dicta ferantur
Ausoniae a populis: oratorumque minaci
Adventu trepidant. movet hinc foedusque, fidesque,
Et testes Superi, jurataque pacta parentum:
Hinc popularis amor coeptantis magna juventae:
Et sperare juvat belli meliora. sed, olim
Ductorem infestans odiis gentilibus, Hannon
Sic adeo increpitat studia incautumque favorem:
Cuncta quidem, Patres, (neque enim cohibere minantum
Irae se valuere) premunt formidine vocem.
Haud tamen abstiterim, mortem licet arma propinquent.
Testabor Superos, & coelo nota relinquam,
Quae postrema salus rerum patriaeque reposcit.
Nec nunc obsessa demum & fumante Sagunto
Haec ferus vates Hannon canit: anxia rupi
Pectora, ne castris innutriretur & armis
Exitiale caput monui, &, dum vita, monebo,

Ingenitum

Mediolan. editio.

v. 272. *Ausoniae populis*] *à populis* rectius Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 273. *Monet hinc foedusque, fidesque*] Revocetur *movet hinc* ex scriptis. N. HEINSIUS. *movet* etiam Mediol. editio. Verba *monere* & *movere* frequentissime in libris scriptis invicem commutantur. vide infra ad libr. VIII. vers. 347. lib. XV. vers. 606. lib. XVII. vers. 84. Nic. Heinsium ad Ovidii I. Metam. vers. 531. lib. III. Metam. vers. penult. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 78. Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XV. vers. 20. & Bentlej. ad Horat. lib. III. od. VII. vers. 20. apud Lucan. lib. I. vers. 631.

- - - vix fas, Superi, quaecumque monetis,
Prodere me populis.

ubi plurimi libri scripti *movetis*. lib. VI. vers. 416.

- - - propius jam fata moveri
Degeneres trepidant animi.

codex Hamburg. qui in Ecclesia cathedrali servatur, *moneri* perperam habet. Valer. Max. lib. I. cap. I. ex. 6. *Digna visa est, quae flagro admoneretur.* Ita Coler. emendavit, & postea probavit Dempsterus ad Rosini lib. II. Antiq. Rom. cap. XII. neque aliter exstat in uno codice Bibliothecae Trajectinae: in altero vero est *admoveretur*, ut habent etiam vetustiores editi. pari modo *motus* & *monitus* etiam perturbantur. vide infra ad lib. X. vers. 373.

v. 275. *Captantis magna juventae*] *coeptantis* diu est, quod legendum vidi. Confirmant membranae Colonienses cum Oxonio. lib. X. vers. 259. habes *coeptanti attollere corpus.* adi annotata libro IX. vers. 320. N. HEINSIUS. De voce *coeptare* plura vide apud Daumium de caussis amissar. radic. Latinae Linguae cap. V.

v. 276. *Et sperare juvat belli meliora*] *meliora belli* pro bellum felicius, faustius, ut *dura rerum*, *iniqua viarum*, & alia. Placet tamen, quod Celeberrimo Burmanno in mentem venit, *bello meliora*, vel *bellis meliora*, scilicet quam pace.

v. 277. *Anno*] *Hannon* Coloniensis, & ita infra bis terque. N. HEINSIUS. vide infra ad lib. XVI. vers. 674.

v. 279. *Cuncta quidem, Patres*] Locus manifeste fictus ad hunc Maronis XI. Aeneid. vers. 344.

- - - cuncti se scire fatentur,
Quid Fortuna ferat populi; sed dicere mussant.
Det libertatem fandi, flatusque remittat,
Cujus ob auspicium infaustum moresque sinistros
(Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus
Consedisse urbem luctu.

ut fortasse non aspernenda sit Dausqueji conjectura, *Cuncti equidem*; quae Illustrissimo Heinsio etiam olim in mentem venerat, ut manus ejus ad marginem libri, cui discrepantes codicum lectiones adscripsit, testatur. Sensus tunc erit, cunctos prae timore silere, neque libere ea, quae reipublicae utilia judicabant, proponere audere propter iras & minacia verba eorum, qui Barcinae factionis erant, cum ne quidem in Senatu ea cohibere possent. Vulgatum tamen non damno; omnium enim codicum auctoritate defenditur.

v. 282. *Et coelo vota relinquam*] Immo *nota* cum membranis Coloniensibus. N. HEINSIUS. *nota* habet etiam Nutii Antwerpiensis editio, quod recte Illustrissimus Heinsius probavit. Indocti librarii frequenter ita peccarunt. vide infra ad lib. VI. vers.

Ingenitum noscens virus, flatusque paternos.
Ut, qui stelligero speculatur sidera coelo,
Venturam pelagi rabiem, Caurique futura
Praedicit miseris haud vanus flamina nautis.
Consedit solio, rerumque invasit habenas.
Ergo armis foedus, fasque omne abrumpitur armis:
Oppida quassantur, longeque in moenia nostra
Aeneadum arrectae mentes, disjectaque pax est.
Exagitant Manes juvenem furiaeque paternae,
Ac funesta sacra, & conversi foedere rupto
In caput infidum Superi, Massylaque vates.
* Annuit. ille novi caecus caligine regni
Externas arces quatit ut Tirynthia tecta,
Sic propria luat hoc poena, nec misceat urbis
Fata suis: nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros
Oppugnat, Karthago, tuos, teque obsidet armis.
Lavimus Hennaeas animoso sanguine valles,
Et vix conducto produximus arma Lacone.
Nos ratibus laceris Scyllaea replevimus antra,

Classibus

vers. 434. & lib. XVII. vers. 23.

v. 286. *Ne castris innutriretur & armis*] Pariter Hannon apud Liv. lib. XXI. cap. X. *Per Deos foederum arbitros ac testes monuisse, praedixisse se, ne Hamilcaris progeniem ad exercitum mitterent.* &c.

v. 288. *Ingenitum noscens virus, flatusque paternos*] *virus* ut libro IX. vers. 479.

- - - nam virus & aestus
Flammiferae novi mentis.

lib. XI. vers. 599.

- - - tumet ingenio, fraternaque corda
Haud tarde agnoscas, & virus futile linguae.

flatus autem est ferocia, insolentia, superbia. vide infra ad libr. XVII. vers. 119.

v. 289. *Ut qui stelligero speculantur sidera coelo*] Ex membranis scribendum *speculatur sidera coelo.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *speculatur* scripti, quod Barthio se probabat. Opinor *speculatus.* N. HEINSIUS. *speculatur* hic scribendum Illustrissimus Scaliger etiam ad marginem Silii monuit. De hac autem comparatione vide supra ad libr. I. vers. 687.

v. 298. *Massylaque vates Annuit*] *An nunc* Coloniensis liber. Deinde *haud Tirynthia.* Barthius vulgatum jure nullo tuetur. tum *luat hoc poena* idem Coloniensis. & mox,

Fata suis: nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros.

Ceteri cum priscis editionibus: *nunc hoc, inquam, hoc tempore.* scribo,

Haud nunc ille, novi caecus caligine regni,
Externas arces quatit, haud Tirynthia tecta:
(Sic propria luat hoc poena, nec misceat urbis
Fata suis) nunc hoc, inquam, hoc in tempore muros
Oppugnat, Karthago, tuos.

Sic *in tempore tali* lib. VII. vers. 228. & lib. XII. vers. 311. *odium renovare in tempore* lib. XI. vers. 8. Ceterum hoc loco Hannonis illa apud Livium manifeste aemulatus est, lib. XXI. cap. X. de Saguntina obsidione. *Karthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet, Karthaginis moenia quatit ariete. Sagunti ruinae (utinam falsus vates sim) nostris capitibus incident.* N. HEINSIUS.

v. 300. *Externas arces quatit ut Tirynthia tecta*] Hoc interpretatione juvandum. Mstum, pro *ut*, legit *aut.* sed vera est scriptura vulgata. Vocula *ut* transposita est: *ut externas arces quatit Tirynthia tecta.* Saguntum nimirum; quae tamen sub tutela Romanorum erat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV.

v. 302. *Inquam, hoc nunc, inquam, tempore*] Locus, transpositione turbatus, levi mutatione scribendus videtur *nunc hoc, hoc, inquam, tempore.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXVI.

v. 304. *Lavimus Aetnaeas animoso sanguine valles*] *Hennaeas* bene Coloniensis. adi notata libro I. vers. 93. N. HEINSIUS. Reliqui praeter Coloniensem libri vulgatum non mutant: quae lectio etiam commode ferri potest. *Aetnaeus* enim saepe est Siculus. Gratius in Cyneg. vers. 524.

Possent Aetnaeas utinam se ferre per artes.

ubi Vlitius *Aetnaeas artes* accipit Pyrrhicam equestrem, quam Aeneas primus in Sicilia instituisse dicitur: aut saltem exponit de velocitate, qua equi Aetnaei, id est, Siculi, in ludis Olympicis praecelluerunt. Et ita *Aetnaea Ceres* est Sicula. vide virum Summum J. Fr. Gronovium Diatr. Stat. cap. LIX.

Classibus & refluo spectavimus aequore raptis
Contorta e fundo revomentem transtra Charybdin.
Respice, (pro demens! pro pectus inane Deorum!)
Aegates, Libyaeque procul fluitantia membra.
Quo ruis? & patriae exitio tibi nomina quaeris?
Scilicet immensae, visis juvenilibus armis,
Subsident Alpes? subsidet mole nivali
Alpibus aequatum attollens caput Appenninus?
Sed campos fac, vane, dari. num gentibus istis
Mortales animi? aut ferro, flammave fatiscunt?
Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem.

Pubescit

II. Quam acriter verò primo bello Punico inter Romanos & Karthaginienses in Sicilia dimicatum sit, docet Polyb. lib. I. Hist. aliique, qui hoc bellum descripserunt.

v. 307. *Classibus & refluo spectavimus aequore raptis Contorta* &c.] Malim *satiavimus*, vel quid simile. N. HEINSIUS. Cave cum Illustrissimo Heinsio rescribas *satiavimus*; aut cum Doctissimo Dausquejo intelligas, spectavimus tantum, non etiam malum depulimus. Nam cum Hannon dicat *spectavimus*, ipsum se huic bello interfuisse potius indicat, Punicamque cladem oculis suis hausisse. Innuunt id etiam verba ejus infra vers. 322.

Ipse ego Romanas, perfosso corpore, turmas
Tela intorquentes correpta è vulnere vidi:
Vidi animos, mortesque virûm, decorisque furorem.

Perperam etiam Dausquejus τὰ *raptis classibus* refert ad ferreas manus, quibus classis Punica partim dilata, partim dilacerata fuit. Omnino enim Silius respexit ad Charybdin, classes, quas prius refluo aequore rapuerat, è fundo contortas revomentem. Charybdis enim locus vorticosus esse dicebatur, qui, quod demerserat aquae turbine, iterum reddebat. Infra lib. XIV. vers. 255.

Et qui correptas sorbentem vorticis haustu,
Atque iterum è fundo jaculantem ad sidera puppes
Tauromenitana cernunt de sede Charybdin.

Ovid. VII. Metam vers. 62.

Quid? quod nescio qui mediis concurrere in undis
Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis
Nunc sorbere fretum, nunc reddere.

& XIII. vers. 730.

Scylla latus dextrum, laevum irrequieta Charybdis
Infestant. vorat haec raptas, revomitque carinas.

lib. IV. ex Pont. Epist. x. vers. 27.

Nec potes infestis conferre Charybdin Achaeis;
Ter licet epotum ter vomat illa fretum.

Propert. lib. II. Eleg. xx. vers. 53.

Crede mihi, nobis mitescet Scylla, nec umquam
Alternas revomet vasta Charybdis aquas.

ubi vide quae notarunt viri docti Passerat. & Broekhus. Senec. in Thyest. vers. 580.

Ac mare in portu timuere nautae,
Quod rapax haustum revomit Charybdis.

& in Hippol. vers. 1023.

——— *talis extremo mari*
Pistrix citatas sorbet aut reddit rates.

Pacat. in Paneg. cap. XXVI. *Charybdin loquor, quae, cum plena navigia sorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia, & contortas fundo rates Tauromenitanis litoribus exponere.* atque ita passim alii.

v. 310. *Libyaeque procul fluitantia membra*] *Libyae membra* egregie classem appellat, in qua Karthaginis vis omnis & robur consistebat. Deinde inserendus est versus ex membranis Coloniensibus, ut jam alii monuerunt. N. HEINSIUS. *Libyae membra* Silius vocat Karthaginienses, qui in classe Punica militabant. Sic Saguntini se Romanorum *membra* dicunt supra lib. I. vers. 670.

Cur ut decisa atque avulsa à corpore membra
Despiciar, vesterque luat cur foedera sanguis?

Pacatus in Paneg. cap. XXXVI. *Junguntur socia arma, & sub uno capite diversa Reipublicae membra coalescunt?*

v. 311. *Quo ruis* &c.] Hi versus quanto elegantiores erunt, si uno ex libris MStis auctiores ita legantur?

Quo ruis, & patriae exitio tibi nomina quaeris?
Scilicet, immensae, visis juvenilibus armis,
Subsident Alpes, subsidet mole nivali
Alpibus aequatum attollens caput Appenninus?

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXVI. Versus ille,

Scilicet, immensae, visis juvenilibus armis,

quem Carrion lib. II. Emendat. cap. IV. & Modius post hunc induunt, non est in membranis Oxoniensibus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV.

v. 312. *Visis juvenilibus armis*] Ita viri docti Carrion & Modius ex Coloniensibus membranis. Ex eodem tamen codice Nic. Heinsius *juvenalibus armis* edi jussit, quae eorum discrepantia, nisi inspectis ipsis membranis, decidi nequit. Utrumque enim & *juvenilis*, quod frequens est, & *juvenalis*, quod rarius occurrit, dicitur. Virgil. V. Aen. vers. 475.

Et mihi quae fuerint juvenali in corpore vires.

ubi plura habet doctissimus Pierius. Auson. Idyll. V. vers. 38.

Nunc

Pubescit castris miles, galeaque teruntur
Nondum signatae flava lanugine malae.
Nec requies aevi nota, exsanguesque merendo
Stant prima inter signa senes, letumque lacessunt.
Ipse ego Romanas, perfosso corpore, turmas
Tela intorquentes correpta e vulnere vidi;
Vidi animos, mortesque virûm, decorisque furorem.
Si bello absistis, nec te victoribus offers,
Quantum, heu, Karthago, donat tibi sanguinis Hannon!
Gestar ad haec: namque impatiens asperque coquebat
Jamdudum immites iras, mediamque loquentis

Bis

Nunc ego te puerum, mox in juvenalibus annis,
Jamque virum cernam.

Vide Gifan. Observ. Ling. Lat. hac voce, & Juret. ad Symmach. lib. VI. Epist. LXV.

v. 317. *Haud tibi Neritia cernes cum prole laborem*] Id est, cum Saguntinis, ut recte viri docti exposuerunt. Ad regnum enim Ulixis, unde Saguntum coloni abierunt, Neritos insula olim pertinuit. Ovid. XIII. Metam. vers. 711.

Et jam Dulichios portus, Ithacamque, Samenque,
Neritiasque domos, regnum fallacis Ulixis,
Praeter erant vecti.

Pro *Neritia*, codex Putean. cum editione Parm. ac Mediol. *Naritia*, quod a Dorico Νάριτος esse potest, pro quo Graeci alii Νήριτος dicunt. vide N. Heinsium ad Ovid. Remed. Amor. vers. 264.

v. 322. *Ipse ego vidi*] Cum emphasi *Ipse ego*. Sic Statius lib. V. silv. II. vers. 113.

Ipse ego te nuper Tiberino in litore vidi.

alibi *Vide ego* dixit: vide mox vers. 340.

v. 323. *Tela intorquentes*] Forsitan praestiterit *Tela retorquentes*; ut Celeberrimo Burmanno scribendum videtur. ita *remittere* Ovid. V. Metam. vers. 95.

Jamque remissurus tractum de corpore telum.

v. 324. *Decorisque furorem*] Ut lib. X. vers. 27.

——— *furere ac decorare labores.*

Rursus graecissat, & quidem manifeste, meus Silius: sic τὸ μαίνεσθαι illis, praesertim in compositis, raro vitio, saepe etiam laudi datur. sic ὑλομανὴς, Hesychius: Ὑλομανὴς, ὁ ταῖς ὕλαις χαίρων. Nonno ἱππομανὴς & γυναιμανὴς Διόνυσος, etiam cum laudatur, dicitur, & ἡλιομανὴς ὁ τέττιξ ipsa cicada. Et Comicus Ὄρν.

Ἀλλ' ἀνθηρῶν λειμώνων
Φύλλων ἐν κόλποις ναίω,
Ἡνίκ' ἂν ὁ θεσπέσιος ὀξυμελὴς ἀχέτας
Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ὑφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ.

Ubi μανεὶς simpliciter χαίρων est, & propensionem animi notat, ut apud Silium hoc loco *furor decoris*, ut recte monuimus alibi. Sic τὸ μωρὸς quoque interdum, ut ἐγχεσίμωρος, & ἰόμωρος poetae principi, quorum alterum est ἔγχεσι, alterum ἰοῖς χαίρων, utrumque πολεμικὸν designat & bellicosum. Sic *furere* Silio est ἐρμᾶν καὶ πολεμικῶς διακεῖσθαι. D. HEINSIUS. Statius VIII. Theb. vers. 594.

——— *imbelles vitulos, mollesque juvencas*
Tramittit, magno furor est in sanguine mergi.

v. 325. *Si bello absistis*] *obsistis* scripti & priscae editiones, nisi quod in Romana *abistis*. *absistere bello* elegans locutio est, qua Horatius, Valerius Flaccus, Tacitus, aliique usi sunt. Dirigitur autem allocutio non ad Hannonem, sed Karthaginem. *Quantum donat tibi sanguinis*, quantum sanguinis tibi remittit. Vide annotata nostra editionis secundae ad III. Art. Amat. Nasonis vers. 85. *donare sanguinem*, ut in illo Sedulii lib. IV. *demens donat sententia culpam*, id est, remittit. N. HEINSIUS. *obsistis* etiam editio Mediolanensis. Sed *absistere bello* dixit etiam Livius lib. XXI. cap. IV. *Legati missi Saguntum ad Hannibalem, atque inde Karthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in poenam foederis rupti deposcendum.* Horat. lib. I. Sermonum Ecl. III. vers. 104.

- - - *dehinc absistere bello,*
Oppida coeperunt munire, & ponere leges.

Valer. Flacc. libr. III. vers. 450.

- - - *procul agmine nostro*
Et procul este mari: cunctisque absistite bellis.

absistere pugna Silius lib. VII. vers. 393.

Hunc iterum atque iterum vinctum vel montibus altis,
Amnibus aut rapidis (pugna modo absistite) tradam.

sic *absistere ponto, gemitu, inceptis, lacrimis*, similiaque apud Silium obvia sunt. vide infra ad lib. XV. vers. 190.

v. 326. *Quantum donat tibi sanguinis*] Recte Nic. Heinsius *donat* exposuit, remittit, ut lib. I. vers. 487.

Longum in Dardanios fines iter, atque nivalem
Pyrenen, Alpesque tibi mea dextera donat.

lib. XV. vers. 603.

Tot caesis ducibus patriae donaverat iram.

quibus locis plura notavi.

v. 327. *Impatiens asperque coquebat iras*] Id est, parabat iras, quas nimirum finita oratione in Hannonem effunderet. sic libr. VII. vers. 404.

Respectantem

Bis conatus erat turbando abrumpere vocem:
Concilione, inquit, Libyae Tyrioque Senatu,
(Pro Superi!) Ausonius miles sedet? armaque tantum
Haud dum sumta viro? nam cetera non latet hostis.
Nunc geminas Alpes, Appenninumque minatur:
Nunc freta Sicaniae, & Scyllaei litoris undas:
Nec procul est, quin jam manes umbrasque pavescat
Dardanias: tanta accumulat praeconia leto
Vulneribusque virûm, ac tollit sub sidera gentem.
Mortalem, mihi crede, licet formidine turpi
Frigida corda tremant, mortalem sumimus hostem.
Vidi ego, cum, geminas artis post terga catenis
Succinctus palmas, vulgo traheretur ovante
Carceris in tenebras spes & fiducia gentis
Regulus Hectoreae: vidi, cum robore pendens
Hesperiam cruce sublimis spectaret ab alta.
Nec vero terrent puerilia protinus ora

Sub

Respectantem adeo, atque iras cum fraude coquentem.

hoc libro vers. 539.

Et quidquid scelerum, poenarum quidquid & irae
Pectore secundo coquitur tibi.

Statius II. Theb. vers. 299.

- - - aras
Ante omnes epulasque trucem secreta coquebat
Invidiam.

Ubi recte Scholiastes Barthii *coquebat* exponit, *fovebat in animo & pectore non apparentem. Quae enim aestuant intus, neque flammam emittunt exterius, coqui dicuntur.* vide infra ad lib. X. vers. 430. sic *decoqui ira, dolor*, dicuntur, dum minuuntur. Homer. Iliad. A. vers. 81.

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ.

Quamvis enim iram vel eodem die decoxerit. Ubi Schol. Ἡ γὰρ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν γαστρὶ πλείονα χρόνον κατεχομένων σιτίων διὰ τὴν πέψιν τὴν ἐν αὐτῇ γινομένην. Claudian. II. in Eutrop. vers. 350.

- - - accensam sed qui bene decoquat iram.

indecoctus dolor contra, nihil minutus. Iscanius III. Bell. Troj. v. 131.

Dum praeclarum aliquid dolor indecoctus anhelat.

De voce *coquere* quaedam non vulgaria notavit vir Egregius J. Fr. Gronovius in Diatr. Stat. cap. XIV.

v. 330. *Concilione, inquit*] Malim *Concilio, en, inquit*; ut interrogationis nota tollatur. N. HEINSIUS.

v. 331. *Armaque tantum*] Forte, *Arma Quiritum*. N. HEINSIUS.

v. 332. *Nam cetera (non latet) hostis*] Tolle importunam parenthesin, & merum Graecismum efficier, ut sit, *nam cetera non latet hostis*, τὰ γὰρ ἄλλα ἐχθρὸς οὐ λανθάνει ὤν. Videtis grammatici? D. HEINSIUS.

v. 333. *Nunc geminat Alpes Appenninumque minatur*] Intelligo Alpes ipsas & Pyrenen. Mirus est Interpretis stupor, qui, cum Prudentii locum unice huc facientem adducat, nec illum percepit, & hic mirifice est nugatus. pro *minatur* autem Puteaneus *minaci*, Oxonius *minati*. puto *minari*, pro minatur. N. HEINSIUS. *geminae Alpes*, ut Sidon. Apoll. carm. V. vers. 593.

- - - tenui, sicut nunc, carmine dicam,
Te geminas Alpes, te Syrtes, te mare magnum,
Te freta, te Libycas pariter domuisse catervas.

v. 337. *Tollitque ad sidera gentem*] *ac tollit sub sidera gentem* Coloniensis: rectius. deinde distinguendum post τὸ *gentem*, ut exprimi curavimus. & sic editio Parmensis. N. HEINSIUS. *sub sidera*, ut *sub auras* apud Maron. III. Aen. vers. 422.

Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit.

& vers. 576.

- - - liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat.

lib. IV. vers. 504.

- - - pyrâ penetrali in sede sub auras
Erectâ ingenti.

Deinde recte Nic. Heinsius distinctione huic loco medicinam attulit. Repetitio itaque τοῦ *mortalem, mortalem hostem* verbis Gestaris emphasin addit. Ovid. lib. II. Fast. vers. 151.

Ne fallare tamen; restant tibi frigora, restant.

vide supra vers. 26. vulgo hoc modo distinguebatur, *sub sidera gentem Mortalem: mihi* &c.

v. 340. *Vidi ego, cum geminas*] Provocabulum *ego* hic additum cum emphasi, ut poëtis saepe moris est. Ovid. III. Amor. el. IV. vers. 13.

Vidi ego nuper equum, contra sua vincla tenacem,
Ore reluctanti fulminis ire modo.

Plura

Sub galea, & pressae properata casside malae.
Indole non adeo segni sumus. aspice, turmae
Quot Libycae certant annos anteire labore,
Et nudis bellantur equis. ipse, aspice, ductor,
Cum primam tenero vocem proferret ab ore,
Jam bella & lituos, ac flammis urere gentem
Jurabat Phrygiam, atque animo patria arma movebat.
Proinde polo crescant Alpes, astrisque coruscos
Appenninus agat scopulos: per saxa, nivesque,
(Dicam etenim, ut stimulent atram vel inania mentem)
Per coelum est qui pandat iter. pudet Hercule tritas
Desperare vias, laudemque timere secundam.
Sed Libyae clades, & primi incendia belli
Aggerat, atque iterum pro libertate labores
Hannon ferre vetat. ponat formidinis aestus,
Parietibusque domus imbellis femina servet

Singultantem

Plura exempla collegit felix ille Musarum alumnus, Jan. Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IV. vers. 29. *ipse ego vidi* dixit Silius supra vers. 322.

v. 341. *Succinctus palmas*] In Colon. *Evinctus.* vide supra vers. 48. mox *spectabat*, non *spectaret*, editiones vetustae & codex Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 343. *Robore pendens*] De supplicio Reguli vide Doctissimum Dausquej. ad Silii lib. VI. vers. 538.

v. 348. *Certant annos anteire labore*] Infra lib. IV. vers. 428.

- - - annos transscendere factis
Molitur, longumque putat pubescere bello.

Stat. lib. V. silv. II. vers. 12.

- - - octonos bis jam tibi circuit orbes
Vita; sed angustis animus robustior annis,
Succumbitque oneri, & mentem sua non capit aetas.

idem XI. Theb. vers. 34.

- - - tener hinc conatibus annos
Egreditur, juvenemque patrem puer aequat Alatreus.

Ammian. Marcell. lib. XVI. cap. XII. *Latus vero dextrum Serapio agebat, etiam tum adultae lanuginis juvenis, efficacia praecurrens aetatem.*

v. 352. *Atque animo patria arma movebat*] *animo patrio* Puteaneus. Apud Nasonem arte Amatoria lib. I. vers. 191.

Auspiciis animisque patris puer arma movebis.

sic & supra apud nostrum vers. 288. Hannon de Hannibale,

Ingenitum noscens virus, flatusque paternos.

Deinde tolle versum sequentem, cujus initium, *Ultor erit caedis*, quod in scriptis exemplaribus non exstet, uti & alii jam monuerunt. N. HEINSIUS. *patrio* etiam codex Oxoniensis.

* *Ultor erit caedis jam, te spectante, propinquae*] Ut paullo ante ex auctoritate membranarum versus inserendus fuit, qui vulgo deerat, ita vice versa iisdem auctoribus inducendus hic surreptitius, ut nebulonis alicujus & falsarii commentum, utpote qui nec coelum nec terram tangit, corrigendusque, qui istum sequebatur,

- - - astrisque coruscos
Appenninus agat scopulos.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXVI. Deest hic versus in membranis Oxoniensibus, & sane nihil est isti, hoc loco quod agat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Delet etiam hunc versum Carrion lib. II. Emend. cap. IV.

v. 353. *Proinde polo crescant Alpes*] Ita scripti: forte *accrescant*. Avien. Descr. Orb. vers. 484.

—— vertice ad aethram
Concrescunt Alpes, surgit caput Appenninus.

Rutilius in Itinerario

Hos potius dicas crevisse ad sidera montes.

N. HEINSIUS. Putean. *Propinquaeque polo*: editiones non nullae *Proinde paullo*, quas Dausquejus secutus est, sed contra leges metricas utrumque. Vetustiores libri *Proinde polo* habent, teste Nic. Heinsio, qui hic sine necessitate *polo accrescant* conjicit. *crescant polo* enim est usque ad polum, quae Silio familiarissima est locutio. sic lib. I. vers. I.

Ordior arma, quibus coelo se gloria tollit
Aeneadum.

vers. 277. *coeloque ea facta ferebat.* vers. 370. *Mugitum ingentem coelo dedit.* vers. 508. *coeloque attollit lumina supplex.* libr. XII. vers. 410. *Attollitque duces coelo.* quibus locis *coelo* ponitur pro usque ad coelum.

v. 353. *Altusque coruscos Appenninus agat scopulos*] *astrisque coruscos* Colon. & Oxon. non *altusque*. N. HEINSIUS. Optime viri docti *astris agat*, pro usque ad astra, ut hoc eodem versu *polo crescant.*

v. 361. *Parietibusque domus*] τοῖς τοιχίοις, Homero interprete. D. HEINSIUS.

v. 361. *Imbellis femina*] Gravissimum hoc apud

M omnes

Singultantem animam: nos, nos contra ibimus hostem,
Quis procul a Tyria dominos depellere Byrsa,
Vel Jove non aequo, fixum est. sin fata repugnant,
Et jam damnata cessit Karthagine Mavors,
Occumbam potius, nec te, patria inclita, dedam
Aeternum famulam, liberque Acheronta videbo.
Nam quae (pro Superi!) Fabius jubet? ocius arma
Exuite, & capta descendite ab arce Sagunti.
Tum delecta manus scutorum incendat acervos:
Uranturque rates, ac toto absistite ponto.

Di,

omnes gentes convicium, & viro forti non ferendum. Herod. lib. IX. cap. CVI. *Παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι γυναικὸς κακίω ἀκοῦσαι, δέννος μέγιστός ἐστι. Apud Persas autem dici muliere ignaviorem, summa contumelia est.* De his Persis Alexander M. milites suos allocutus apud Curt. lib. III. cap. X. *Abirent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent.* Ea contumelia Hector afficit Nestorem fugientem apud Homer. Il. Θ. vers. 163.

- - - γυναικὸς ἄρ' ἀντὶ τέτυξο·
Ἔῤῥε, κακὴ γλήνη.

Mulieri enim similis es: abi in malam rem, timida puella. Varro Paullum infra lib. IX. vers. 262.

- - - ferte haec, ait, omina Paullo:
Namque illum, cui femineo stant corda timore,
Moverit ista manus.

Hannibal Decium lib. XI. vers. 237.

- - - Decio prorsus servabar inerti
Vincendus, Decio imbelli: cui femina nulla
Orta in Agenoreis nostrae Karthaginis oris
Cesserit.

Numanus Trojanos apud Virg. IX. Aen. vers. 617.

Et vere Phrygiae, non enim Phryges, ite per alta
Dindyma.

ubi vide Cerdam. Vide etiam Barth. ad Claudiani I. in Eutrop. vers. 233. ad Statii II. Theb. vers. 665. Reines. ad Petron. Satyr. cap. LXVII. & Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 48.

v. 362. *Singultantem animam*] Cessantem, otioque torpentem, ut in lacrimantibus fieri solet, quibus a singultu subinde vox inhibetur: unde Homerus ἀμβλήδην, quod intermissionem quandam notat, pro singultatim posuit, quod numquam ceperunt Latini ejus interpretes in illo: Ἀμβλήδην γοόωσα: est enim ἀμβλήδην, quod ingeniosus poeta,

Singultu medios impediente sonos.

Hesych. Ἀμβλήδην, ἀμβολάδην, μετὰ προοιμίου, ἢ μετὰ ὀλολυγμοῦ ἀναβάλλων. nescio an satis recte. at interpres Latinus, vir in hac Lingua princeps, *Alte ejulans* reddit: male. est enim ἀμβλαδὴν, ἀμβολάδην, καὶ μετὰ ἀναβλήσεως τινὸς γοόωσα· sic *Singultantem animam*, Ἀμβλήδην σχολάζουσαν καὶ ἀργοῦσαν cum adverbio Homerico. D. HEINSIUS.

v. 362. *Nos, nos contra ibimus hostem*] *nostros* Putean. codex, ut forte voluerit *nostros hostes.* sed nihil muta. pronomen enim hic cum emphasi repetitur. vide supra ad vers. 26.

v. 364. *Sin fata repugnent*] *repugnant* scripti. N. HEINSIUS. *repugnant* etiam priscae editiones.

v. 366. *Nec te patria inclita dudum Aeternum famulam, liberque Acheronta videbo*] Hoc quid sibi vult? manifeste scribendum & legendum, una litera mutata, *nec te, patria inclita, dedam Aeternum famulam.* Vident haec, qui hoc scribendi genus ut inutile damnant, & non resipiscunt? en, ut tantula literula sententiae avertendae, aut potius evertendae, fuerit. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXI. *Dudum famulam non videbo aeternum.* vera haec est, & in codice Oxoniensi conservata, lectio. Auget vero invidiam Romanorum in senatu Karthaginiensi, quasi jam dominatui eorum incumbant. Et sane pacis leges talia non pauca habent. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XXV. *dedam* optime Modius ex Coloniensi libro. apage Interpretem odiose obstrepentem. nec audiendus Barthius, qui vulgatum tuetur. N. HEINSIUS.

v. 367. *Liberque Acheronta videbo.*] *subibo* malucrim. Statius Epiced. Glauciae, *manesque subivit Integer.* N. HEINSIUS. Idem Statius IX. Theb. vers. 507.

——— segnesque lacus & stagna subibo.

Sed satius est, ut lectionem omnium codicum auctoritate nixam, *videbo*, retineam: nam sic infra etiam loquitur Silius lib. VII. vers. 739.

Aeternas multo cum sanguine vidimus umbras.

lib. XIII. vers. 709.

Atque habitanda semel subigit quis visere regna?

Lucret. lib. I. vers. 116.

An tenebras Orci visat, vastasque lacunas.

Horat. lib. II. od. XIII. vers. 21.

Quam pene furvae regna Proserpinae
Et judicantem vidimus Aeacum.

& od. XIV. vers. 17.

Visendus ater flumine languido
Cocytus errans.

Senec. Herc. Oet. vers. 547.

Qua spe praecipites actus ad inferos,
Audax ire vias irremeabiles
Vidisti Siculae regna Proserpinae.

& vers. 1965. *manes semel Umbrasque vidi.* in Agam. vers.

Di, procul, o, (merita est numquam si talia plecti
Karthago) prohibete nefas, nostrique solutas
Ductoris servate manus. ut deinde resedit:
[Factaque censendi, Patrum de more, potestas:
Hic Hannon reddi propere certamine rapta
Instat, & auctorem violati foederis addi.]
Tum vero attoniti, ceu templo irrumperet hostis,
Exsiluere Patres, Latioque id verteret omen,
Oravere Deum. At postquam discordia sensit
Pectora, & infidas ad Martem vergere mentes;

Non

vers. 751.

Juvat videre Tartari saevum canem
Avidique regna Ditis.

Ὀπτεῖσθαι similiter Homer. Il. O. vers. 251.

Καὶ δὴ ἔγωγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο
Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι.

Et jam ego putabam mortuos & domum Plutonis hoc die visurum. Eodem modo autem, quo hic Gestar, etiam Polyxena libera mori cupiebat apud Ovid. XIII. Metam. vers. 465.

Vos modo, ne Stygias adeam non libera manes,
Este procul.

Senec. in Troad. vers. 144.

——— *felix Priamus*
Dicite cunctae: liber manes
Vadit ad imos.

Domitius apud Lucan. lib. VII. vers. 612.

——— *Stygias, Magno duce, liber ad umbras*
Et securus eo.

v. 368. *Nam quae (pro Superi!) Fabius jubet*] Adde interrogationis notam. N. HEINSIUS.

v. 372. *Merita est si numquam talia plecti Karthago*] Naevus etiam restat in his. Scribam, *in talia plecti.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. In scriptis *merita est numquam si.* Barthius, *si numquam in talia plecti.* N. HEINSIUS.

v. 374. *Tum deinde resedit*] Parva mutatione scribatur, siquidem recte scribatur, *ut deinde resedit.* Probant tam praecedentia quam sequentia, illa praesertim, *Tum vero attoniti, ceu templo* &c. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXI. Concinnius, quod in membranis, *ut deinde resedit*, quam *tum*, quod editur, & sermonem suspendit. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Barthius, *ut deinde resedit*, non *tum*; quod veteres confirmant membranae & primae editiones. N. HEINSIUS.

v. 375. *Factaque censendi Patrum de more potestas*] Inducendus est hic versus & duo sequentes, ineptissimi isti, & barbariem, à qua sunt, redolentes: quos tales, tam spurcos & auctore suo, non Silio, dignos qui hic delendos, ut adulterinos, non viderunt, eos ego oculis non bene uti arbitror. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXI. Hos tres versus non agnoscunt membranae Colonienses. Ego tamen delere eos non ausim. N. HEINSIUS. Viro Celeberrimo Petro Burmanno, pro *Patrum*, placebat *Patribus:* quod probo; si modo à manu Silii profecti sunt hi versus.

v. 376. *Hic Hannon reddi propere* &c.] Hannonis haec fuit sententia apud Liv. lib. XXI. cap. X. *Ego ita censeo; legatos extemplo Romam mittendos, qui Senatui satisfaciant: alios, qui Hannibali nuntient, ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Hannibalem ex foedere Romanis dedant: tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerne.*

v. 377. *Foederis addit*] imo *addi*, vel obstantibus membranis. N. HEINSIUS.

v. 378. *Ceu templo irrumperet hostis*] *templa* malint alii, quod sic soleant poëtae. sed tamen noster lib. X.

——— *neque enim sacris irrumpere muris,*
Poene, tibi dabitur.

lib. IX. vers. 365. *Irrupit trepidis hostis.* v. infra lib. XII. vers. 490. N. HEINSIUS. Silius lib. XIII. vers. 175.

Ac dum vix oculis, vix credunt mentibus, hostem
Consilium nullo comitante irrumpere tectis.

Virg. VI. Aen. vers. 528.

Quid moror? irrumpunt thalamo.

ubi *thalamo* Pierio magis poëticum visum est, licet Romanus codex & plerique alii *thalamos* habeant. Ita tamen etiam poetae nonnumquam loqui soliti sunt, ut Statius III. Theb. v. 633.

Quid me Persëi secreta ad culmina montis
Ire gradu trepido, superosque irrumpere coetus
Egistis?

& lib. IX. vers. 342.

Sacrum amnem, sacrum (& miser experiere) Deûmque
Altrices irrumpis aquas.

Per *templum* autem Silius curiam Karthaginiensem intelligit; ut saepe est apud Livium & alios.

v. 379. *Exsiluere Patres*] Lucan. lib. I. vers. 481.

——— *non solum vulgus inani*
Perculsum terrore pavet, sed curia & ipsi
Exsiluere Patres

ubi plures scripti *Exsiluere Patres* habent, & rectius. vide infra ad lib. VII. vers. 44.

v. 380. *Discordia sentit*] *sensit* Coloniensis. N. HEINSIUS.

 v. 382.

Non ultra patiens Fabius rexiſſe dolorem,
Concilium expoſcit propere, Patribuſque vocatis
Bellum ſe geſtare ſinu pacemque profatus;
Quid ſedeat legere, ambiguis neu fallere dictis
Imperat; ac, ſaevo neutrum renuente Senatu,
Ceu clauſas acies gremioque effunderet arma,
Accipite infauſtum Libyae, eventuque priori
Par, inquit, bellum: & laxos effundit amictus.
Tum patrias repetit pugnandi nuntius arces.
Atque ea dum profugae regnis agitantur Eliſſae,
Accitis velox populis, quîs aegra lababat

Ambiguo

v. 382. *Non ultra patiens Fabius texiſſe dolorem*] *rexiſſe* Colonienſis, non *texiſſe*. Pari modo & Oxonienſis & editio Parmenſis. Sic *imperare irae*. N. HEINSIUS. *tegere dolorem* dixit Liv. lib. XXXIII. cap. I. *Texere tamen dolorem, quem & nequidquam, & non ſine periculo, oſtendiſſent.* ita *tegere iram, furorem.* Senec. in Thyeſt. verſ. 504.

Cum ſpirat ira ſanguinem, neſcit tegi:
Tamen tegatur.

in Hyppol. verſ. 362.

——— *& incluſus quoque,*
Quamvis tegatur, proditur vultu furor.

condere dixit Silius lib. X. verſ. 618.

Adverſis etenim frangi, non eſſe virorum,
Qui Martem inſcribant genti, non poſſe dolores
Condere, & ex poena ſolatia poſcere luctus.

His tamen nihil obſtantibus, priſcorum codicum auctoritate munitam lectionem *rexiſſe dolorem* probo, quam inveni etiam in omnibus ante Juntinam editionibus, ubi ex Nicandri interpolatione primùm *texiſſe* editum eſt. Doctiſſimus Dauſquejus ideo praecipue *rexiſſe* damnat, quod Fabius animi compos affectuum habenas ſemper norit premere, norit laxas dare in tempore pro ſua ſapientia, aevi jam maturus, & multo edoctus uſu. Sed, ſi quid video, eundem ſenſum efficiet utraque lectio: qui enim *dolorem tegere* nequit, eum nec *regere* poteſt, adeoque affectuum habenas premere neſcit, & vice verſa. Ita *regere* dixit Seneca I. de Ira cap. XVI. *Habet iracundia hoc mali; non vult regi.* idem in Medea verſ. 558.

Precorque & ipſa, fervidam ut mentem regas.

& verſ. 591.

Caecus eſt ignis, ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patiturve frenos.

in Troadib. verſ. 279.

- - - *ſed regi frenis nequit*
Et ira, & ardens hoſtis, & victoria
Commiſſa nocti.

in Hippol. verſ. 251.

- - - *qui regi non vult, amor*
Vincatur.

Auctor Octav. verſ. 54.

- - - *nec regi mentis poteſt*
Generoſus ardor, ſed malis vires capit.

frenare & *domare* dixit Senec. in Herc. Oet. verſ. 276.

Alumna, queſtus comprime, & flammas doma,
Frena dolorem, conjugem oſtende Herculis.

Silius lib. VIII. verſ. 290.

Undantes aegro frenabat corde dolores.

moderari lib. XIII. verſ. 669.

- - - *per noſtri, fortiſſime, leti*
Obteſtor cauſſas, Martis moderare furori.

imperare hoc libro verſ. 652.

Quis diros urbis caſus laudandaque monſtra
Imperet evolvens lacrimis.

ubi alia vide. Verba autem *regere* & *tegere* nonnumquam in libris ſcriptis invicem commutantur. vide quae notavi infra ad libr. VI. verſ. 307.

v. 384. *Bellum ſe geſtare ſinu*] Hiſtoricorum teſtimoniis, à Dauſquejo citatis, adde etiam Appian. Alexandr. in Bello Hiſpan. pag. 261.

v. 387. *Ceu clauſas acies, gremioque effunderet arma*] Ita Florus lib. II. cap. VI. *Excuſſo in mediam curiam togae gremio, non ſine horrore, quaſi plane ſinu bellum ferret, effudit.*

v. 389. *Effudit amictus*] *effundit* cum ſcriptis. N. HEINSIUS. *effundit* etiam priſcae editiones.

v. 392. *Accitis velox populis*] Una litera eſt, quae omnia haec obſcurat. Hannibal, audito nonnullas gentes tumultuari, eo iter repente arripit: ſopitiſque ſeditionibus, auro argentoque iis populis ademto, in caſtra rediit. Scribendum *Acciſis velox populis.* minime enim accivit eos, ſed ipſe armatus in ordinem redegit. Eſt imitatum ex Horatio lib. II. Epiſtol. II. verſ. 50. *Acciſis humilem pennis.* BARTHIUS libro VI. Adverſ. cap. XXV. Non accivit hos populos, ſed armata manu eſt aggreſſus. Liv. lib. XXI. cap. XI. *Paulliſper tamen affectos animos recreavit repentina profectio Hannibalis in Oretanos Carpetanoſque: qui duo populi, delectus acerbitate conſternati, retentis conquiſitoribus, metum defectionis quum praebuiſſent, oppreſſi celeritate Hannibalis, omiſerunt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat.* Vides rem, quam hic tangit Silius, nempe Carpetanos & Oretanos oppreſſos. Scribendum igitur *Attritis velox populis. defecta viris, & opes attrita Africa* habes lib. VI. verſ. 301. Sic apud Claudian. Epithal. Honor.

verſ.

Ambiguo sub Marte fides, praedaque gravatus
Ad muros Poenus revocaverat arma Sagunti.
Ecce autem clipeum, saevo fulgore micantem,
Oceani gentes ductori dona ferebant,
Callaïcae telluris opus, galeamque coruscis
Subnixam cristis, vibrant cui vertice coni
Albentis niveae tremulo nutamine pennae;
Ensem unum, ac multis fatalem millibus hastam.
Praeterea textam nodis auroque trilicem
Loricam, nulli tegimen penetrabile telo.
Haec, aere & duri chalybis perfecta metallo,

Atque

vers. 178. castigavimus

- - - attritis cum tenderet ultor Achivis.

ubi in aliis scriptis *afflictis Achivis*. Apud nostrum lib. XVI. vers. 454. simili errore legebatur *Attritum donat ductor*, pro *Accitum*. vide plura infra lib. XI. vers. 614. Possis etiam *Accisis velox populis*, quod Livianum verbum: ut libro VIII. cap. XXIX. *Ita proelio uno accidit Vestinorum res*. atque ita is passim; quam conjecturam Barthio quoque video in mentem venisse. Adi annotata nostra libro VIII. vers. 582. N. HEINSIUS. Dausquejus *Adscitis*, quod non magis satisfacit, quam vulgatum *Accitis*. *Attritis* hoc loco scribendum esse conjecit etiam N. Heinsius ad Claud. de Nupt. Honor. vers. 179. Sic Silius lib. XV. vers. 2.

Quis trepidas gentes, Martemque subiret Hiberum Attritis rebus.

Tacitus III. Histor. cap. L. *Ipsos in regione bello attrita inopia & seditiosae militum voces terrebant*. Justin. lib. V. cap. II. *Domesticis itaque bellis Graeciam atterendam, ne externis vacet*. Propius ad vulgatum accedit *Accisis populis*, id est, imminuta eorum potentia. Liv. lib. VI. cap. V. *Ostentabatur in spem Pomptinus ager, tum primum post accisas à Camillo Volscorum res possessionis haud ambiguae*. lib. VII. cap. XXIX. *Quum, robore juventutis suae acciso, nulla propinqua spes esset, coacti sunt ab Romanis petere auxilium*. Horat. lib. II. Sermon. eclog. II. vers. 113.

- - Integris opibus novi non latius usum,
Quam nunc accisis.

Neutra vero conjectura viro Celeberrimo Petro Burmanno placebat: non *Attritis*, quia id de lento bello, non de subito impetu, qualis Hannibalis in Carpetanos Oretanosque militia fuit, dicitur: non *Accisis populis*, quia passim quidem occurrit *robur*, *res accisa*, nullum vero exemplum notatur, ubi ipsi *populi accisi* dicuntur. Itaque hic mihi aqua haeret. videant acutiores.

v. 392. *Aegra lababat Ambiguo sub Marte fides*] Livius libro XXI. cap. XI. populos nuper devictos *defectionis metum praebuisse* dicit, id est suspectam & fluxam eorum fidem Hannibali visam fuisse. Minus verum itaque est discrimen, quod Auson. Popma de differ. verbor. & Ryckius ad Taciti XVI. Ann. cap. XXXIII. inter voces *labi* & *labare* statuebant, ut illud sit leniter, sensimque deorsum ire; hoc ruere & repente cadere. *Labare* enim est deficere, labefactari, minari ruinam, nutare, propemodum labi, nondum tamen labi, ut egregie notat vir nulli comparandus J. Fr. Gronov. ad Praefat. Livii. Sic. Liv. lib. XXII. cap. LXI. *Qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare coeperunt*. ubi vide eundem Gronovium. lib. XXXII. cap. XXX. *Suberat tamen quaedam suspicio animis, labare fidem sociorum*. Et ita Hannibal patriam suam *labantem* vocat lib. XVII. infra vers. 337.

——— patriam post trina labantem
Lustra peto.

id est, adversorum proeliorum eventu debilitatam. Atque ita alibi.

v. 398. *Vibrant cui vertice coni Albentes*] *Albentis* Coloniensis. *coni Flaventis* opinor, hoc est aurati. N. HEINSIUS. De galea aurea, vel aurata, vide infra ad lib. V. vers. 78.

v. 399. *Tremulo nutamine pennae*] *Nutamen* elegans vox, nec admodum usitata: quales multas Prudentius finxit, temere inter barbaras à censoribus nimis delicatis relatas. Est vero *nutamen* examen librae. Glossarium vetus: *Nutamen, suspendiculum librae*. & illae Glossae auro contra carae non sunt? BARTHIUS lib. X. Adversar. cap. XXIV. Vide Daum. de causs. amiss. radic. Latinae linguae cap. XII.

v. 400. *Ensem unum*] Arbitror legendum *Ensem una*. quorsum enim *unum*? BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Scribe *Ensem una*, nempe, donum ferebant. nam in Agrippino & Oxoniensi *unam*. *una* etiam Barthius amplectitur. pro *nutamine* in Oxoniensi etiam *tutamine*: sed frustra. Diximus lib. I. vers. 460. N. HEINSIUS.

v. 400. *Multis fatalem millibus hastam*] *fatalem*, θανατηφόρον; elegantissime: *multis fatalem*, πολλοὺς ἀναιρουμένην. D. HEINSIUS. vide infra ad lib. XIII. vers. 612.

v. 401. *Praeterea textam nodis*] Coloniensis *texam*. puto *intextam*. Proximo versu idem *nulli segimen penetrabile*, omisso τῷ *&*, eleganti appositione. N. HEINSIUS.

Atque opibus perfusa Tagi, per singula laetis
Lustrat ovans oculis, & gaudet origine regni.
Condebat primae Dido Karthaginis arces,
Instabatque operi subducta classe juventus.
Molibus hi claudunt portus: his tecta domusque
Partiris, justae Bitia venerande senectae.
Ostentant caput effossa tellure repertum
Bellatoris equi, atque omen clamore salutant.
Has inter species, orbatum classe suisque,

Aenean

v. 404. *Per singula laetis Lustrat ovans oculis*] *Lustrat per singula*, pro *Perlustrat singula*, ut loquitur Silius lib. XIII. vers. 792.

——— *perlustrat oculis laetantibus umbram.*

v. 405. *Gaudetque in origine regni*] *& gaudet origine* Coloniensis. *gaudetque &* Putean. N. HEINSIUS.

v. 409. *Juste Bitia venerande senecta*] *justae venerande senectae* scripti plerique cum Parmensi & Aldino codice. bene, ut libro XVI. vers. 249. *sceptri venerande Syphax*. N. HEINSIUS. Ita etiam Mediolan. Juntin. Gryph. aliaeque editiones. Infra lib. VI. vers. 573.

Hic inter trepidos curae venerandus agebat
Serranum Murrus.

Vulgatum perperam tuetur Doctissimus Dausquejus, quod ad nonnullas editiones propagatum ex Wolfii Basileensi. vide infra ad libr. III. vers. 88. & lib. XV. vers. 751. *Bitias* autem nomen Punicum est: *Bitias* enim, teste Servio ad Virgilii I. Aen. vers. 738. *classis Punicae fuit praefectus, ut docet Livius.* Βιθύαν frequenter memorat Appianus Alex. in Bell. Punic. ut pag. 67. & alibi.

v. 410. *Ostentant caput Bellatoris equi*] A quo omine Karthago etiam Κακκάβη dicta dicitur. Stephan. Byz. voce Καρχηδών. Ἐκαλεῖτο δὲ Καινὴ πόλις, καὶ Καδμεία, καὶ Οἰνοῦσσα, καὶ Κακκάβη· τοῦτο δὲ κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν λέξιν ἵππου κεφαλὴν δηλοῦται. *Vocatur etiam Nova urbs, & Cadmea, & Oenussa, & Caccabe; eo autem vernacula ipsis lingua equi caput indicatur.* Plura ibi habet Berkel. & inter alia memorat argenteum Karthagini percussum nummum, quem Ant. Augustinus olim possedit: in ejus altera parte conspicitur caput equi, affabre sculptum, additis ad imum colli quibusdam literis, unde nomen Κακκάβη colligi putat. Vide etiam Doctiss. Bochart. part. II. lib. I. Geogr. Sacr. cap. XXIV. Similem alium nummum Patinus etiam edidit in numm. aereis Imper. pag. 12. quem hoc etiam loco conspici volui.



v. 411. *Omen clamore salutant*] Silius lib. IV. vers. 215.

——— *patrio divos clamore salutant.*

libr. XV. vers. 146.

——— *genibusque salutant*
Submissi augurium.

Virgil. XII. Aen. vers. 257.

Tum vero augurium Rutuli clamore salutant.

v. 413. *Aeneam pulsum pelago, dextraque precantem*] Parva mutatione verum erui; scribo, *pulsum pelago terraque, precantem:* adumbrata Maronis locutio. D. HEINSIUS. *Aenean* edi voluit vir Illustrissimus, non *Aeneam*, more Graeco. vide quae notavit ad Ovid. Epist. VII. Her. vers. 26. Deinde *dextra precantem* optime tuetur Doctissimus Dausquejus, docens dextram protendere solennem esse supplicantium morem, unde etiam saepe *dextra precans* & *supplex* dicitur. Ovid. III. Metam. vers. 721.

Illa, quid Actaeon, nescit; dextramque precantem
Abstulit.

Ita conjicit Illustrissimus Heinsius in curis secundis Nasonianis, quae utinam additis simul eruditis Celeberrimi Burmanni notis brevi, ut spes est, in lucem prodeant! lib. II. ex Ponto Epist. IX. vers. 65.

Ad vatem vates orantia brachia tendo.

Stat. lib. I. silv. II. vers. 67.

——— *lacrimis, & supplice dextra,*
Et votis, precibusque virûm concede moveri.

Senec. Herc. Fur. vers. 1004.

Scelus nefandum, triste, & aspectu horridum
Dextra precante rapuit.

ubi vide Gronov.

v. 416. *Hinc & speluncam, furtivaque foedera*] Praeter Maronem, à Dausquejo laudatum, tangunt etiam hanc historiam Ovidius Epist. VII. Heroid. vers. 93.

Illa dies nocuit, qua nos declive sub antrum
Caeruleus subitis compulit imber aquis.

& Joh. Saresberiensis I. Polycrat. cap. IV. *Dum Maro Karthaginis altae jocaretur hospitium, amantium vota conciliare nescivit, nisi eis ab oportunitate venandi dilapsu comitum silvarum latebras reseraret.*

v. 417. *Is clamor ad auras Latratusque canum*]

Non

Aenean pulsum pelago, dextraque precantem
Cernere erat. fronte hunc avide regina serena
Infelix, ac jam vultu spectabat amico.
Hinc & speluncam, furtivaque foedera amantum
Callaïcae fecere manus: it clamor ad auras
Latratusque canum, subitoque exterrita nimbo
Occultant alae venantum corpora silvis.
Nec procul Aeneadum vacuo jam litore classis
Aequora nequidquam revocante petebat Elissa.

Ipsa

Non satis prudenter. Nam hoc impossibile erat: nec auribus, sed oculis imagines illae factae erant. Excedit hoc sane rerum naturam, nedum Poetae licentiam; quae, utcumque libera, intra communes tamen sensus manere debet. BARTHIUS libr. VI. Adversf. cap. XXV. Hoc est, putes ire clamorem ad auras, videtur ire clamor ad auras. Immerito haec à Barthio notantur. N. HEINSIUS. Verba sunt Senec. in Suasor. I. *Virgilius ait de navibus: credas innare revulsas Cycladas. Non dicit hoc fieri, sed videri: propitiis auribus accipitur, quamvis incredibile est, quod excusatur, antequam dicitur.* Ita hac in re plerique etiam poëtae locuti sunt. mox vers. 482.

At senior Siculis exsultat Hamilcar in arvis:
Spirantem credas certamina anhela moventem.

Anacr. carm. XXVIII.

Γράφε μοι τρίχας τὸ πρῶτον
Ἁπαλάς τε καὶ μελαίνας·
Ὁ δὲ κηρὸς ἂν δύνηται,
Γράφε καὶ μύρου πνεούσας.

Pinge mihi comas imprimis molliculasque & nigricantes: quod si cera & id assequi possit, pinge etiam unguentum spirantes. Ovid. XIII. Metam. vers. 689.

——— *Nymphas quoque flere videntur,*
Siccatosque queri fontes.

Statius I. Theb. vers. 525.

——— *jam jamque vagas (ita visus) in auras*
Exsilit: illa graves oculos languentiaque ora
Pene movet, vivoque etiam pallescit in auro.

Appulej. II. Metam. pag. 116. *Canes utrimque secus Deae latera muniunt; qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, ora saeviunt, &, sicunde latratus de proximo ingruerit, eum putabis de faucibus lapideis exire.* Ponnanus in epigrammate inedito, quod mecum communicavit Illustrissimus Passioneus:

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi,
Artifici formata manu: nam vivere serpens
Creditur, & morsa gaudens da● fata papilla.
O quam vivit opus, quam pene figura dolorem
Sentit, & ex ipso moritur pictura veneno!

Ex quo patet, ut hoc obiter notem, non nostri aevi pictores primum errasse, dum Cleopatram aspidem non brachio, quod historici testantur, sed pectori admoventem pingunt, de quo vide Victor. lib. IV. Var. Lect. cap. XXII. Quin eodem etiam modo mortem sibi inferens sculpta est Cleopatra in gemma apud Gorlaeum in Dactyl. part. II. num. 146.



Ut è deverticulo redeam, quamvis plerique poëtae, incredibilia narraturi, ea addito *pene, credas, putes,* aliisve mollire soleant, non tamen Silius acerbam hanc Barthii censuram meritus est, quem etiam aliorum, & praesertim Virgilii, exemplo defendit vir summus Joh. Fred. Gronovius in Diatr. Statiana cap. IV.

V. 421. *Aequora nequidquam revocante petebat Elissa*] In scripto libro legitur *praeibat*. Scribendum *redibat* existimo. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XXV. *peribat* Puteaneus; Oxoniensis cum editione Romana & Parmensi *praeibat*. an *iterabat?* ut apud Horatium libro I. od. VII. vers. 32.

Cras ingens iterabimus aequor.

Barthius legebat, *Aequora redibat.* sed legendum, *Aequora operibat.* sic *adopertum classibus aequor.* Maronianum illud cogitabat de classe Aeneae ex quarto Aen. vers. 582. *latet sub classibus aequor.* Statius Achill. I. vers. 443.

——— *fervent portus & operta carinis*
Stagna.

Claudian. in IV. Consul. Hon. vers. 54.

Flavaque Bistonios operirent agmina campos.

apud quem ante editionem nostram, pro *operirent*, legebatur *reperirent*. apud eundem ibidem vers. 641. *Ionium tegitur velis.* Senec. in Agam. vers. 40.

Cujus secutae mille vexillum rates
Iliaca velis maria texerunt suis.

ibidem vers. 434.

Splendetque classe pelagus, & pariter latet.

in Octav. vers. 43.

Ignotae

Ipſa, pyram ſuper ingentem ſtans, ſaucia Dido
Mandabat Tyriis ultricia bella futuris:
Ardentemque rogum media ſpectabat ab unda
Dardanus, & magnis pandebat carbaſa fatis.
Parte alia ſupplex infernis Hannibal aris
Arcanum Stygia libat cum vate cruorem,
Et primo bella Aeneadum jurabat ab aevo.
At ſenior Siculis exſultat Hamilcar in arvis:
Spirantem credas certamina anhela movere.
Ardor ineſt oculis, torvumque minatur imago.
Necnon & laevum clipei latus aſpera ſignis

Implebat

Ignota & ante claſſibus texit freta.
in catalectis Pithoei carmine de Antonio,
Deſerta eſt tellus, claſſis contexerat aequor.
Auctor in obitum Maecenatis de proelio Actiaco,
Cum freta Niliacae texerunt lata carinae.
Plin. lib. vi. Epiſt. xx. *Nec multo poſt illa nubes deſcendere in terras, operire maria.* claſſis *tegere* & *abſcondere mare* etiam dicitur. Sidon. Apollin. Paneg. Major. verſ. 456.
——— *non tantis major Atrides*
Carpathium texit ratibus.
& verſ. 456.
Nec ſi Leucadia claſſis Mareotica portu
Actiacas abſcondit aquas.
Statius xii. Theb. verſ. 695.
Jam prope jam trepidos operire cohortibus agros.
N. HEINSIUS. In Colonienſi libro *petebas* erat, ut & in omnibus poſt Marſum editionibus: ut *petere aequora* poſitum ſit pro *repetere*. Sic Senec. in Troad. verſ. 165.
Seu petere bellum, petere ſeu patriam volunt.
id eſt, repetere patriam. vide Munker. ad Hygin. fab. cxciv. *repetere maria* autem dixit Senec. in Troad. verſ. 1178.
Repetite celeri maria, captivae, gradu.
& Lucan. lib. iv. verſ. 436.
Et temere ingreſſos repetendum invitat ad aequor.
Sed haec lectio tolerari nequit. claſſis enim *vacuo litore*, ut verſu praecedenti dicit, non *petebat aequora*, ſed jam in aequore erat. Quare vel cum Illuſtriſſimo Heinſio legendum *Aequora operibas claſſis*, ut infra lib. xvii. verſ. 49.
Abſcondit late propulſis puppibus aequor:
vel, ut vir Celeberrimus P. Burmannus conjecit, emendandum *Aequora tenebat:* cui optime conveniunt ea verſu praecedenti, *vacuo jam litore*. Sic Virgil. v. Aeneid. verſ. 1.
Interea medium Aeneas jam claſſe tenebat
Certus iter.
& paullo poſt verſ. 8. *Ut pelagus tenuere rates.* Lucan. lib. iii. verſ. 2.
——— *mediumque rates tenuere profundum.*
Valerius Flaccus lib. iv. verſ. 6.
At comite immemores Minyae facileſque relicto
Alta tenent.
& libro vii. verſ. 129.
——— *qui profuga forſan tenet alta carina.*
petere autem & *tenere* alibi etiam errore librariorum in codicibus priſcis invicem confunduntur: apud Ovid. certe in vi. Metam. verſ. 640. *colla tenentem* habent quidam libri, non *petentem*. Porro, pro *nequidquam*, viri docti ſcribere malunt *nequiquam*. vide Broekhuſ. ad Propert. lib. ii. Eleg. iii. verſ. 5.

v. 423. *Mandabat Tyriis ultricia bella futuris*] Mandata haec Didonis retulit Virgilius iv. Aen. verſ. 621.

v. 426. *Infernis Hannibal aris*] *Infernis* τῶν καταχθονίων ἱερῶν. Naſo de Sichaeo [Epiſt. vii. Heroid. verſ. 113.]
Occidis in terras conjux mactatus ad aras.
Cujus loci miſeret me profecto. Hic enim quia vident viri docti τὸ *in terras* nullo modo ſenſum praebere idoneum, & ἀπροσδιόνυσον eſſe, legunt *internas*, idque ante Deos Penates ſignificare volunt. At quo argumento? quiane lib. iv. Virgil. verſ. 21.
——— *& ſparſos fraterna caede Penates*
dixit? hoc ſcilicet perſuaſit illis, & coram Penatibus Dus mactatum Sichaeum, & apud Naſonem *internas* legendum. Atqui, o boni, ſi *Penates* eo loco, ut mille aliis locis eidem poëtae, pro domo familiaque ſimpliciter poni doceam, pueros docere videar: & ita eſt, mehercule; ubi frater interemit fratrem, quis neſcit ſparſos fraterna caede Penates eſſe, licet coram Penatibus factum non ſit? legimus ergo,
Occidis infernas conjux mactatus ad aras.
Infernis enim Diis, ut Saturno & aliis, Karthagini fieri ſolere, ex hiſtoria ſcimus. Saturnus autem inferorum primus; unde Homerus Deos τοὺς ἀμφὶ Κρόνον ἐόντας vocat. D. HEINSIUS.

v. 427. *Arcanum Stygiâ libas* &c.] Finis hujus libationis eſt νεκυία, quae primo libro aperte indicatur hoc verſu:
Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti.
quae quidem plena τῆς νεκυίας definitio eſt. Cui inprimis

Implebat Spartana cohors: hanc ducit ovantem
Ledaeis veniens victor Xanthippus Amyclis.
Juxta triste decus pendet sub imagine poenae
Regulus, & fidei dat magna exempla Sagunto.
Laetior at circa facies, agitata ferarum
Agmina venatu, & caelata mapalia fulgent.
Nec procul usta cutem nigri soror horrida Mauri
Assuetas patrio mulcet sermone leaenas.
It liber campi pastor, cui sine fine ullo
Invetitum saltus penetrat pecus: omnia Poenum
Armenti vigilem patrio de more sequuntur:
Gaesaque, latratorque Cydon, tectumque, focique

In

primis instituto sanguinem libare conducebat. Claudian. in Rufin. I. vers. 125.

- - - quo fertur Ulixes
Sanguine libato populum movisse silentem.

Arcanum igitur vocat, quod in fossam magicam fundi cruor ille soleat. Est igitur hoc loco *arcanus* ἀπόῤῥητος; utrumque enim κρυπτὸν significat: quam elegantissimam significationem non semel in Pausania observavi, qui τὸ ἀπόῤῥητον τῷ φανερῷ opponit, & id, quod *seclusum* Romani in sacris dicebant. Sic in Corinthiacis ait, τὰ ἄλλα ἀγάλματα esse ἐν τῷ ἀποῤῥήτῳ: ubi manifeste vult in arcano adyti loco. Item, ἄγαλμα δὲ οὐδὲ ἐν ἀποῤῥήτῳ φυλάσσουσιν οὐδὲν, ὅτι ἴσα ἐν φανερῷ διακείμενον. ubi ex adverso duo illa opponi vides. Nisi malis *Arcanum* esse, quod Apollonio μυδάλεον, Maroni *obscoenum* dicitur, in sacris nimirum: ita enim Graecam illam Apollonii vocem à Marone reddi animadvertimus. D. HEINSIUS.

v. 430. *Spirantem credat certamina anhela movere*] Dausquejus infra ad libr. III. vers. 240. male hunc locum intellexit. Exponens enim *fratrem spirat in armis*, ei simile hoc putabat, *spirantem certamina*. Sed sensus Silii hic est, adeo ad vivum Hamilcarem in clipeo expressum esse, ut vivere videretur, & pugnare. *Spirare* enim pro vivere saepissime ponitur. Silius libro VIII. vers. 6.

——— namque, hac spirante senecta,
Nequidquam sese Latium sperare cruorem.

lib. IX. vers. 115.

——— referasque superba,
Me spirante, domus Pelignae perfidus arma.

lib. XIV. vers. 657.

Vestis spirantes referens subtemine vultus.

Martial. lib. XI. Epigr. X. de statua Memoris,

Spirat, Apellea redditus arte, Memor.

& ita passim.

v. 441. *It liber campis pastor* &c.] Literae unius à fine detractione hic locus emendandus est. Scribendum enim videtur, *It liber campi pastor*, & est imitatio Virgiliana ex III. Georgic. vers. 339. in quo ista leguntur:

Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu
Prosequar, & raris habitata mapalia tectis?
Saepe diem noctemque, & totum ex ordine mensem
Pascitur, itque pecus longa in deserta sine ullis
Hospitiis, tantum campi jacet. omnia secum
Armentarius Afer agit &c.

Phrasi autem Siliana usus ante Lucan. lib. VI. vers. 301. *felix ac libera legum Roma fores.* Non enim probo eos MSS. in quibus *regum*, pro *legum*, reperitur. Sed & lib. eodem vers. 106. ait idem Lucanus,

At liber terrae spatiosis collibus hostis.

Est germana cum nostra locutione. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXI. In MS. Oxoniensi *liber campi* clare legitur, quod & in Coloniensi observavit Modius. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. XXV. *campi* Coloniensis & Oxoniensis. bene. ad Maronem Aeneid. X. vers. 154. jam monuimus: ubi plura hujus locutionis exempla congeruntur. & sic etiam Barthius. N. HEINSIUS. Silius infra lib. V. vers. 212.

Et, velut erepto metuendi libera coelo,
Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit.

Ovid. Epist. I. Heroïd. vers. 80.

Neve revertendi liber abesse velis.

Lucan. lib. IV. vers. 384. *suas curarum liber in urbes Spargitur.* lib. VII. vers. 818. *Libera Fortunae mors est.* Senec. Hippol. vers. 490.

Non ille regno servit; aut regno imminens
Vanos honores sequitur aut fluxas opes,
Spei metusque liber.

vide etiam Nic. Heinsium ad Claud. I. de Laud. Stilic. vers. 151. minus recte Dausquejus vulgatum tuetur. Exempla vero, quae ex Lucano Modius adduxit, huc non faciunt. Priori enim loco construendum est *fores legum*, quod eo modo dictum, ut *esse sui juris*: posteriori vero *terrae*, non ad *liber*, sed ad *collibus* pertinet: *liber collibus terrae*. Notavit hunc Modii errorem etiam Exactissimus Gronovius in Diatrib. Statiana cap. 2.

v. 444. *Gaesaque*] Gaesum itaque, quod alii telum Gallicum, alii Hispanicum esse volunt, Afris tribuit Silius; non aliter quam Livius, qui Ap-

N pium

In silicis venis, & fistula nota juvencis.
Eminet excelso consurgens colle Saguntos:
Quam circum immensi populi, condensaque cingunt
Agmina certantum, pulsantque trementibus hastis.
Extrema clipei stagnabat Hiberus in ora,
Curvatis claudens ingentem flexibus orbem.
Hannibal, abrupto transgressus foedere ripas,

Poenorum

pium in obsidione Capuae, eruptionem facientibus Campanis & Numidis, gaeso vulneratum dicit, lib. XXVI. cap. VI. *Suppressit impetum Romanorum vulnus imperatoris Appii Claudii: cui suos ante prima signa adhortanti sub laevo humero summum pectus gaeso ictum est.* An itaque hinc forte vindicandus est Pollux lib. VII. §. 156. *Δορίξυς, δόρυ ὁλοσίδηρον. καλεῖται δὲ γαισὸς, καὶ ἔστι Λιβυκόν. Δορίξυς hasta tota ex ferro. Vocatur autem Gaesum, & est Libycum.* ubi Kuhnius Ἰβηρικὸν legendum conjicit, quum & alibi Hispanis tribuatur. Vossius autem in I. de Vitiis Serm. cap. II. emendabat Κελτικόν. Sed loca Silii & Livii non obscure docere videntur, quosdam hoc telum etiam Afris tribuisse, in qua opinione & Pollux esse potuit. De Gaeso plura habet Vossius d. l. cap. II. & III. & Pontan. in Glossar. Prisco-Gall. hac voce.

v. 444. *Latratorque Cydon*] Nam soliti fuerunt pastores secum in pascua canes ducere. Noster infra hoc libro vers. 689.

Late fusa jacent pecudes, custosque molossus,
Pastorumque cohors, stabuli, gregisque magister.

Ovid. in Rem. amor. vers. 181.

Pastor inaequali modulatur harundine carmen;
Nec desunt comites, sedula turba, canes.

Ratio est, ut armenta à lupis aliisve rapacibus animalibus defenderent. De cane pecuario praecepta dederunt rei rusticae scriptores, ut Varro II. de Re rust. cap. IX. & Colum. libro VII. cap. XII. Pastorem cum cane exhibet gemma apud Gorlaeum part. II. num. 53.



v. 445. *Et fistula nota jumentis*] Non dubium est, legendum cum Dausquejo *fistula nota juvencis.* In MS. est *inventis.* Exemplum notae armentis fistulae insigne est in Longi Poemenicis [lib. I. non longe à fine.] BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XXV. *juvencis* scripti, non *jumentis.* Vulgata scriptura peccat in leges metricas, uti Interpres & Barthius jam viderunt. N. HEINSIUS. Optime *juvencis* ex libris priscis viri docti emendarunt: quibuscum faciunt editiones Parmensis & Mediolanensis. Et ita etiam Illustrissimus Scaliger legebat ad marginem Silii. in codice Putean. erat *juvensis*, quaedam editiones habent *viventis*: Martinus autem Herbipolensis, qui anno 1504. Silium edidit, primus sive suo, sive librariorum insigni errore, *jumentis* legit. Exemplum armenti, quod fistula regitur, habes infra lib. VII. vers. 438.

——— errantes dumosa per avia tauros
Arguta revocans ad roscida pascua canna.

apud Claudian. de Bell. Getic. vers. 408.

Sic armenta boum, quae vastis turbida silvis
Spargit hiems, cantus ac sibila nota magistri
Certatim repetunt, & avitae pascua vallis;
Inque vicem se voce regunt, gaudentque fideles
Reddere mugitus; & qua sonus attigit aurem,
Rara per obscuras apparent cornua frondes.

& Macrob. II. in Somn. Scipion. cap. III. *Et quid mirum, si inter homines musicae tanta dominatio est? cum aves quoque, ut lusciniae, ut cygni, aliaeve id genus, cantum veluti quadam disciplina artis exerceant; nonnullae vero vel aves, vel terrenae, seu aquatiles beluae, invitante cantu, in retia sponte decurrant; & pastoralis fistula ad pastum progressis quietem imperet gregibus.* Nonnulli in India populi pecora, non fistula, sed clamore etiam hodie regunt, ut ea ad sonum vocis vel progrediantur, vel subsistant; quod maximo suo damno Protugallos olim expertos esse Osorius refert in gestis Eman. regis Portugalliae lib. VI.

v. 451. *Hannibal, abrupto transgressus foedere ripas*] Non illo foedere, quo priori bello finis impositus est, cautum fuit, ne Hiberum flumen transgrederentur Poeni, ut censebat Doctissimus Dausquejus: verum id pacti sunt Romani diu post cum Hasdrubale in Hispania, qui Hamilcari, quo duce pax inter Romanos & Karthaginienses convenit, successit. Liv. lib. XXI. cap. 2. *Cum hoc Hasdrubale foedus renovaverat Populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Hiberus.* Vide etiam Polyb. III. Hist. cap. XXVII. & Appian. in Libyc. pag. 4. quem male suae sententiae testem adduxerat Dausquejus. Habet tamen hujus opinionis auctorem Aurel. Victor. in viris Illustr. cap. XLI. cui non tam exactam historiam, quam breve compendium conscribenti, hic error facile donatur.

v. 455. *Ausonio sudabitis, arma, cruore*] Infra lib. XIII.

Poenorum populos Romana in bella vocabat.
Tali sublimis dono, nova tegmina latis
Aptat concutiens humeris, celsusque profatur.
Heu quantum Ausonio sudabitis, arma, cruore!
Quas, belli judex, poenas mihi, Curia, pendes!
Jamque senescebat vallatis moenibus hostis,
Carpebatque dies urbem, dum signa manusque
Exspectant fessi socias. tandem aequore vano

Avertunt

XIII. vers. 72.

Quidquid ad Idaeos Xanthum Simoëntaque nobis
Sanguine sudatum.

Virgilius II. Aeneid. vers. 582.

Dardanium toties sudarit sanguine litus.

pro quo male Valef. in Valesianis pag. 191. *undarit* legendum conjiciebat. Valer. Flacc. lib. V. vers. 288.

——— *manet ingens aegida sudor.*

Similiter proprio vocabulo in venatione sanguis leporis aliorumve animalium hodie *sudor* vocatur. Singula enim propriis vocibus appellare consueverunt artis venaticae studiosi, quod jam olim in usu fuisse ex Joh. Saresberiensi constat I. de Nugis Curial. cap. IV. *Nunc pugione stricto, nunc hebetata machaera mirabilis, si te casu sollemniis eorum contigerit interesse, cave tamen, ne artem loquendi verbo quovis offendas, quia aut vapulabis, aut condemnaberis inscitiae bonorum omnium, si eorum figmenta non noveris.*

v. 456. *Quas, belli vindex, poenas mihi, Curia, pendes*] Probo lectionem scriptam *belli judex*. Romani enim instat judicum decíderant, Sagunto abscedendum Hannibali. Hoc in invidiam eorum dicit. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *belli judex* Colon. & Oxoniensis: recte. ut Curiam, sive Senatum Romanum, designet arrogasse sibi arbitrium belli Saguntini. Hannibal apud Liv. lib. XXI. cap. XLIV. de Romanis. *Crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique arbitrii facit: cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere aequum censet. Ne transieris Hiberum; ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. judex* etiam Barthio ex Oxoniensi codice est probatum. Eo sensu est apud Lucan. lib. VII. vers. 263.

Nulla manus, belli mutato judice, pura est.

judex etiam praeterea est & apud eundem Lucan. lib. I. vers. 227. *utendum est judice bello.* Claudian. II. in Euttop.

- - - *parvam latronum errare cohortem,*
Nec duce frangendas jactat, sed judice, vires.

Idem in IV. Consul. Honorii de Maximo & Eugenio Tyrannis, à Theodosio Augusto interfectis,

Non hostes victore cadunt, sed judice sontes:
Damnat voce reos, petiit quot Marte tyrannos.

N. HEINSIUS. *judex* & *vindex* interdum parum differunt, praesertim cum *judicis* sit *vindicare* ea, quae contra legem peccantur. sic apud Ovid. I. Metam. vers. 92.

- - - *nec supplex terra timebat*
Judicis ora sui, sed erant sine vindice tuta.

& paullo anterius,

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.

Sic *belli vindex* hic erit curia, quae puniendos belli contra pacta suscepti auctores censet. Praestat tamen ex libris scriptis *belli judex* recipere. Saepe indocti librarii in vocibus *vindex* & *judex* variant, alteram pro altera ponentes. Infra lib. XI. vers. 195. pro *dextera vindex Molitur facinus*, in Oxoniensi codice erat *dextera judex.* Apud Lucan. lib. I. vers. 227. pro *utendum est judice bello*, in codice Hamburgensi erat *vindice*, quod & pro varia scriptura in codice Langermanni fuit. alia exempla habent Nic. Heinsius ad Claudian. Consul. Olybr. & Prob. vers. 168. ad Ovidii VI. Fast. vers. 648. & Jan. Broekhus. ad Propert. lib. IV. Eleg. XI. vers. 20.

v. 457. *Jamque senescebat vallatis moenibus hostis*] Literae immutatione hoc emendandum. plane enim reponendum, *senescebat vallatus moenibus hostis*, & de Saguntinis intelligendum. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXI. *senescere* eleganter consumi. vide Nonium. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Nihil necesse cum Modio reponi ex membranis Coloniensibus *vallatus moenibus hostis*; praesertim cum ceteri codices stent pro recepta lectione. N. HEINSIUS. Recte Barthius *senescere* consumi exponit. vide infra ad lib. XVI. vers. 136.

v. 458. *Carpebatque dies urbem*] Vide, an non paullo melius *quies*, id est, belli immunitas. D. HEINSIUS. Cum Dausquejo nihil muto. *dies urbem carpebat*, id est, singuli dies paullatim minuebant vires civium. Haec enim vis inest voci *carpere*, ut non repente aliquid, sed minutatim, fieri notet. Ovidius III. Metam. vers. 489.

——— *attenuatus amore*
Liquitur, & caeco paullatim carpitur igni.

Seneca II. de ira cap. XXVIII. *Tota vincetur, dum partibus carpitur.* in Oedip. vers. 113.

Carpitur leto tuus ille, Bacche,
Miles.

in Hippolyto vers. 475.

Quamquam varia leti genera mortalem trahunt,
Carpuntque turbam.

Auctor Octav. vers. 550. admodum apposite,

Florem decoris singuli carpunt dies.

Vide, quae notavit Gronov. ad Senec. Herc. Fur.

 vers.

Avertunt oculos, frustrataque litora ponunt,
Et propius suprema vident. sedet acta medullis
Jamdudum, atque inopes penitus coquit intima pestis.
Est furtim lento misere durantia tabo
Viscera, & exurit siccatas sanguine venas
Per longum celata fames. jam lumina retro
Exesis fugêre genis: jam lurida sola

Tecta

vers. 874.

v. 460. *Frustrataque litora ponunt*] Simili significatione libro IV. vers. 397.

Inque vicem erepta posuerunt proelia vita.

libro VIII. vers. 95.

Non umquam spem ponit amor

libr. XI. vers. 157.

Sed non invictum ponebat pectore robur
Tum solum Decius Capuae decus.

libro eodem, *ponat ritus vescendi.* libro XIII. vers. 473.

Regia cum lucem posuerunt membra.

N. HEINSIUS. Durum hoc Celeberrimo Burmanno videbatur, ideoque totum locum ita constituendum putabat:

- - - tandem aequore vanos
Avertunt oculos, frustrataque lumina ponunt.

quod omnino receptae lectioni praeferendum puto.

v. 461. *Et propius*] *Ut* fortasse. N. HEINSIUS. vide infra ad libr. v. vers. 217.

v. 463. *Lento miseris durantia tabo Viscera*] Non concoquo ista, *tabo durantia Viscera. misere durantia tabo* Coloniensis, pro *miseris.* aliquanto rectius. Si quid video, scriptum antiquitus fuit *rurantia*, hoc est, *rorantia. liquentia tabo viscera* Statius Thebaidos primo vers. 616.

- - - juvat ire, & visere juxta
Liventes in morte oculos, uterique nefandam
Proluviem, & crasso liquentia viscera tabo.

ita enim corrigo, cum *liventia viscera* in scriptis inveniam; quod ferri non potest, quoniam *liventes oculi* praecesserunt. vulgo *squalentia pectora.* Non ausim tamen hic loci quidquam temere mutare. *durantia* pro *obdurantia* videtur posuisse. Sic apud Statium Epithalamio Stellae lib. I. silv. II.

Ipse ego te tantos stupui durasse per aestus,
Firmavique animos.

sic vetusta editio Parmensis, non *superesse.* In pietate Abascantii lib. v. silv. I.

——— *omnes animo durata per aestus.*

in Epicedio Glauciae lib. II. silv. I.

Nec fera crudeles durasset Colchis in iras.

Protreptico ad Crispinum lib. v. silv. II. vers. 152.

Felix, qui, viridi gaudens coeptaque juventa,
Durabis quascumque vias.

sic scribo, non *fidens optate juventa.* Valerius Flacc. lib. I.

Ingentes durate animas, dulcesque parentum
Tendite ad amplexus,

idem lib. VII. vers. 338.

Occidis, heu! primo (potes hoc durare?) sub aevo.

Lucan. lib. II. vers. 256.

——— *quid tot durasse per annos*
Profuit immunem corrupti moribus aevi?

libro IV. vers. 517.

——— *agnoscere solis*
Permissum est, quos jam tangit vicinia fati,
Victurosque Dei celant, ut vivere durent,
Felix esse mori.

libro VI. vers. 92.

——— *coeloque paratior unda*
Omne pati virus duravit viscera coeno.

Noster libro VI. vers. 309.

——— *vellem hunc, ô tristia nobis*
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotae ripis.

libro X. vers. 651.

Idem obsecrantes, captivum vulgus ut auro
Pensarent parvo, (nec pauca fuere precantum
Millia) miranti durarunt prodere Poeno.

libro XI. vers. 74.

—— *portantes talia dicta*
Romuleis durastis, ait, succedere templis.

& eodem libro, *bellis durata virorum Pectora.* Horat. lib. I. od. XIV.

- - - sine funibus
Vix durare carinae
Possint imperiosius
Aequor.

N. HEINSIUS. Nec ego aliquid hoc in loco mutare sustineo, nisi forte *misere*, pro *miseris*, cum Colon. codice; ut sensus sit, famem per longum celatam consumere Saguntinorum viscera, quae tamen durabant, quoniam non repentino, sed lento malo, exedebantur. Ita *durare* apud Lucan. lib. IV. vers. 52.

Non duraturae conspecto sole pruinae.

v. 465. *Jam lumina retro Exesis fugêre genis* &c.] Graphica hominis fame consumti descriptio. Pariter Senec. lib. I. Controv. I. *Venit immissa barba, capilloque deformi, non senectute, sed fame membris trementibus, semesa & tenui atque elisa jejunio voce, ut vix exaudiri posset, introrsum conditos oculos vix allevans.* Quinctil. Declam. XII. pag. 210. *Quo vos mitto? ipsam intuemini concionem, unius deficientis speciem tota civitas habet; cavum macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris trementibus dentes, rigentem vultum, & destitutas genas,*

&

Tecta cute, & venis male juncta trementibus ossa
Exstant, consumtis visu deformia membris.
Humentis rores noctis terramque madentem
Solamen fecere mali, cassoque labore
E sicco frustra presserunt robore succos.
Nil temerare piget. rabidi jejunia ventris
Insolitis

& inanes faucium sinus. Prona est cervix, tergum ossibus inaequale; infernis imaginibus similes, foeda etiam cadavera. Claudian. in Bell. Gildon. vers. 21.

Vox tenuis, tardique gradus, oculique jacentes:
Interius fugêre genae: jejuna lacertos
Exedit macies: humeris vix sustinet aegris
Squalentem clipeum: laxata casside prodit
Canitiem, plenamque trahit rubiginis hastam.

De voce *exedere* vide Nic. Heinsii fragmentum adversar. quod edidit Jan. Broekhus. post Tibull. pag. 461.

v. 468. *Deformia nervis*] *membris* bene scripti. vidit jam Modius. N. HEINSIUS. Pariter supra turbarunt librarii libr. I. vers. 177. ubi vide N. Heinsium.

v. 469. *Humentis rores noctis*] MS. *Viventis.* legendum *Uventis.* Exempla alibi posuimus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *Viventis* Oxonius, id est *Uventis:* & sic Barthius. N. HEINSIUS. *Humere* & *Uvere* in libris scriptis olim saepe invicem permutata esse non nego, vide infra ad lib. IX. vers. 30. vulgatum tamen hic mutari nolo. in Colon. libro, omissa aspiratione, erat *Umentis*, quemadmodum in eo semper scribitur, ut & in antiquissimis aliis membranis. vide Victorium ad Caton. de re rust. cap. IX. τὸ *Viventis* autem codicis Oxoniensis propius ad *Umentis*, quam ad *Uventis*, accedit. literae enim *iu* in Longobardica scriptura ferme discerni nequeunt ab litera *m*, praesertim si rudiori scriptoris manu formatae sint. *Humens* vero *nox* frequenter occurrit. Infra lib. XIII. vers. 413.

——— *à medio cum se nox humida cursu*
Flexerit.

Virgil. V. Aen. vers. 738.

——— *torquet medios nox humida cursus.*

ibidem vers. 835.

Jamque fere mediam coeli nox humida metam
Contigerat.

Ovidius XI. Metam. vers. 607.

——— *quarum de lacte soporem*
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.

Statius X. Theb. vers. I.

Obruit Hesperia Phoebum nox humida porta.

Claudian. I. de Rapt. Proserp. vers. 275.

- - - *sparso nox humida somno*
Languida caeruleis invexerat otia bigis.

Quibus omnibus locis optimi commentatores nihil mutant, quin ne verbum quidem de voce *humere* faciunt. *Humida* autem *nox* propter rorem; hinc & umbra noctis *humida* dicitur. Infra lib. III. vers. 168.

Jamque per humentem noctis Cyllenius umbram
Aligero lapsu portabat jussa parentis.

Virgil. III. Aen. vers. 589.

Humentemque Aurora polo dimoverat umbram.

& IV. Aeneid. vers. 351.

- - - *quoties humentibus umbris*
Nox operit terras.

Statius II. Theb. vers. 527.

Coeperat humenti Phoebum subtexere palla
Nox.

& Theb. III. vers. 2.

Nocte sub ancipiti quamvis humentibus astris
Longus ad Auroram superet labor.

& ita passim. Nihil itaque hic mutandum videtur.

v. 471. *E sicco frustra presserunt robore succos*] Mirum, siccitatem fami opponi. Ita tamen, ut haec omnia magis loquendi genera esse, quam ad historiam pertinere, cognoscas: Graeci nostri certe insigni elegantia ξηροφαγεῖν de homine egeno dicunt & famelico, ut in Epigrammate; &, quod propius instituto nostro conducit, ἀναξηραίνειν *edendo evacuare* Callimachus dixit in divino suo in Cererem hymno vers. 114.

Ἀλλ' ὅτε δὴ μέγαν οἶκον ἀνεξήρανον ὀδόντες.
Ast ubi jam vastos siccavit dente penates.

ubi recte Interpres ἔρημον ἐποίησε: & Theocrit. Id. I. ἐπὶ ξηροῖσι καθιξεῖν minatur ei, cui cibum eripit, vers. 50.

- - - τὸ παιδίον οὔ πρὶν ἀνήσειν
Φατὶ, πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.
- - - *nec linquere certum est,*
Ni prius in sicco puerum deponat inanem.

Glossator ejus ἐπὶ τοῖς κενοῖς interpretatur. D. HEINSIUS.

v. 472. *Nil temerare piget*] Quid *temerare?* ita tamen omnes libri. Sed manifesta res est, *Nil tentare piget.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *temerare* pro violare. *temerare*, proprie res sacras violare. Hic positum videtur pro violare morsu res eas, quae victui humano non sunt destinatae. Barthius *Nil tentare piget.* vix assentior. *temerare* etiam pro temere aliquid moliri nonnumquam ponitur. Valer. Flacc. lib. I. vers. 627.

Hoc erat illicitas temerare rudentibus undas,
Quod nostri timuere patres.

& mox vers. 632.

- - - *sacros iterum seponite fluctus.*

N. HEINSIUS. Optime hunc locum exposuit Nic. Heinsius, & vulgatam lectionem contra Barthii conjecturam

Insolitis adigunt vesci: resolutaque, nudos
Linquentes clipeos, armorum tegmina mandunt.
Desuper haec coelo spectans Tirynthius alto,
Illacrimat fractae nequidquam casibus urbis.
Namque metus, magnique tenent praecepta parentis,
Ne saevae tendat contra decreta novercae.

Sic

conjecturam vindicavit. Apposita huic loco sunt verba Pythagorae apud Nasonem in xv. Metam. vers. 75.

Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis
Corpora.

Vide Broekhuſ. ad Propert. lib. II. Eleg. xv. vers. 21.

v. 474. *Resolutaque, nudos Linquentes clipeos, armorum tegmina mandunt*] Non satis exprimit, quid velit, Silius. τὸ *Linquentes* hic plane ineptum est. Deinde quid sibi volunt *armorum tegmina?* clipei enim non tam armorum, quam corporis ipsius, tegumenta. Opinor à Silio esse,

- - - resolutaque nudo
Liquantes clipeo taurorum tegmina mandunt.

Liquare, seu liquefacere, coria, est aqua mollire. Livius de obsidione Casilina libro XXIII. cap. XIX. *Postremo ad id ventum inopiae est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur.* Valer. Max. lib. VII. cap. VI. de eadem obsidione Casilini. *Lora, necessariis vinculorum usibus subducta, eque scutis detractas pelles, ferventi resolutas aqua, mandere voluisti.* Hegesippus de Hierosolymitanis obsessis à Vespasiano lib. v. cap. XXXIX. *Et cum alia famis solatia non reperirent, detrahebant coria scutis.* Hoc est, quod voluit Silius. *Taurorum tegmina* lorum innuit ex tergore taurino, quo clipeorum crates inducebantur. Hinc *tergum* pro clipeo apud Maronem; de quo nos pluribus ad illum poëtam. Statius Thebaïdos VII. vers. 310. loco non sano de Hypseo,

- - - clipei septemplice tauro
Laeva, ter insuto servant ingentia ferro
Pectora; nam tergo numquam metus.

Notum istud Ausonianum,

Tergora, dic, clipeis accommoda quid faciat? glus.

Sic & caestus *tegmina boum*, quod ex pellibus boum fieri solerent. Stat. Theb. VI.

- - - nigrantia plumbo
Tegmina cruda boum.

Apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 420.

Taurea vulnifico portat vallataque plumbo
Terga Lacon.

ubi *caelataque* perperam ex Carrionis codice legitur. In *liquescere* & *liquere* cum anceps sit prima syllaba, quid ni & in *liquare?* Possis etiam

- - - resolutaque nudo
Liquentum clipeo taurorum tegmina mandunt.

Et hoc malo. nam quamquam ratio videtur postulare, ut prima syllaba non minus anceps sit in *liquare*, quam in *liquere*; tamen correptam ab antiquis frequenter invenio, productae exemplum non occurrit. *Liquentum* pro aqua fervida liquefactorum. Catullus,

Omentum in flamma pingue liquefaciens.

Vide etiam, an non legi possit,

- - - resolutaque nudo
Ingentum clipeo taurorum tegmina mandunt.

Ingentum taurorum, ut Lucan. lib. IX. vers. 730.

- - - armentaque tota secuti
Rumpitis ingentes amplexi verbere tauros.

Statius Thebaid. VIII. vers. 230.

- - - ingenti sulcatum Nerea tauro.

ubi alii codices *immiti.* Idem IX. Theb. de vacca,

Spumat, & ingentes imitatur femina tauros.

Noster lib. VI. vers. 646.

Projecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et sedet ingentem pascens Mevania taurum.

lib. VIII. vers. 451.

Et lavat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum.

Juvenal. sat. VI.

- - - duc ad Capitolia magnum
Cretatumque bovem.

Virgil. *maxima taurus Victima.* Stat. Theb. VIII. vers. 595.

- - - magno furor est in sanguine mergi,
Nec nisi regnantis cervice recumbere tauri.

Avien. fab. XXXI.

Ingentem fertur mus quondam parvus oberrans
Ausus ab exiguo laedere dente bovem.

Valer. Flacc. lib. II.

Protinus ingentem procerum sub nomine taurum
Dejicit.

Ovid. I. Art. Amat. vers. 317.

Dixit, & ingenti jam dudum de grege duci
Jussit, & immeritam sub juga panda trahi,

scilicet, vaccam. *Ingens grex*, est grex taurorum. Martialis lib. x. Epigr. LXXIX.

Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim:
Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

ubi male Andreas Querneus Egregiorum cap. XI. corrigit *leo ranam.* bos enim leone major. Claudian. III. Consul. Honor. vers. 82. de leone

Gaetulo comes ire patri, stabulisque minari
Aestuat, & celsi tabo sordere juventi.

Hinc ταῦρος Graecis antiquis nominabatur, quidquid magnum erat. à tauris Taurus mons dictus, quod magnus esset. Eustath. ad Homerum. Similia de bubus Varro lib. II. de R. R. cap. v. & ita

Luca

Sic igitur, coepta occultans, ad limina sanctae
Contendit Fidei; secretaque pectora tentat.
Arcanis Dea laeta, polo tum forte remoto
Caelicolûm magnas volvebat conscia curas:
Quam tali alloquitur Nemeae pacator honore.

Ante

Luca bos elephas dicitur apud veteres, quod ante elephantem visum id animal inter quadrupedes omnium maximum credebant. Vide Varronem lib. VI. de L. L. pag. 72. N. HEINSIUS. Locum hunc, quem vir Illustrissimus variis conjecturis tentavit, commode sine ulla mutatione exponi posse existimo hoc sensu: absumto omni commeatu, tandem & pelles clipeis detraxerunt, ut inde vitam sustentarent, nudasque solum clipeorum crates, quibus hostium impetum retunderent, reliquas fecerunt. Linquentes itaque nudos clipeos, resoluta eorum tegmina mandunt. *Tegmina*, seu *tegmina armorum*, ab *clipeis* distinguit, quomodo *tegmina* ab *aere* infra lib. V. vers. 318.

- - - per tegmina velox
Tunc aerisque moras laevo stetit hasta lacerto.

Ad similem omnium eduliorum inopiam pervenit etiam Cambysis exercitus in infelici contra Aethiopas expeditione; teste Seneca enim in III. de ira cap. XX. *Sustinebant famem primo tenerrima frondium, & cacumina arborum, tum coria igne mollita, & quidquid necessitas cibum fecerat.* De Gaillardi incolis quibusdam vide Gulielm. Brit. lib. VII. Philipp. vers. 548. Proavorum memoria cives Lugduno-Batavi mirabile similis constantiae exemplum ediderunt. Cum enim Hispanorum obsidione in dirissimam omnium commeatuum penuriam incidissent, praeter alia insolita etiam concisas & aqua mollitas pelles comederunt, ut historici nostri testantur: quae tamen eorum pertinacia feliciorem exitum habuit, quam haec Saguntinorum. Ea enim primo hostium animos fregerunt, & tandem, adjuvantibus sociis, turpiter obsidionem solvere coegerunt.

v. 479. *Ad limina sanctae Contendit Fidei*] De Fide in Saguntina obsidione hac Valer. Maximus lib. VI. cap. VI. ex. ex. I. *Crediderim tum ipsam Fidem, humana negotia speculantem, maestum gessisse vultum; perseverantissimum sui cultum iniquae fortunae judicio tam acerbo exitu damnatum cernentem.* N. HEINSIUS. *sacrae Fidei* editio Mediolan. ut infra lib. XIII. vers. 281.

- - - despectat ab alto
Sacra Fides, agitatque virum fallacia corda.

Sed nihil mutant alii libri, unde & vulgatum servo. *Sancta Fides* est apud Virgil. VII. Aen. vers. 365.

Quid tua sancta Fides, quid cura antiqua tuorum?

Auctor Octav. vers. 398.

Justitia coelo missa cum sancta Fide
Terras regebat mitis.

v. 481. *Arcanis Dea laeta polo tum forte remoto*] Non displicet Eliae Putschii elegantissimi juvenis conjectura, qui *solo tum forte remota* legebat; sequitur enim aliquot interjectis versibus in oratione Fidei,

Sed me, pollutas properantem linquere terras,
Sedibus his tectisque Jovis secedere adegit
Fecundum in fraudes hominum genus.

Potest tamen *polo remota* pro remotissima poli parte accipi, ut 'Αριστοφ. εἰρήνῃ, ubi ὅπως ἀνωτάτω, & in coeli ipsius, ut ita loquar, ὑπερῴῳ resedisse ait Deos omnes: nam *sedibus his* διηνεκῶς dicitur. D. HEINSIUS. Minime placet Putschii conjectura *solo remota*. Non enim *forte* Fides *tum solo remota* degebat, sed cum reliquis Diis jam diu ante ex fictione poëtarum in coelum aufugerat, ibique postea non *tum forte*, sed semper, degere dicebatur. Vulgatum etiam vindicavit Doctissimus Dausquejus.

v. 483. *Quam tamen alloquitur veniae pacator honorae*] Marius adeo inepta quaedam commentus est nobis hoc libro secundo, adeo stulta, insana denique, ut si praemium inscitiae, ignorantiae, ineptiae statutum sit, merito auferre hoc uno ad hunc locum nugamento debere videatur. Inquit hoc loco: „*Pacator* (lubet enim exempli caussa quantum, ut saepe dixi, intersit libris uti emendatis, huc ejus deliramenta adscribere) „ ipse Hercules. qui „eam honoravit & pacatam reddidit, captans bene-„volentiam. *Honorae veniae*, dignae omni honore, „nam majores alloqui non debemus, nisi impetra-„ta venia. *Honora*, id est, honore digna. Hercules „erat pacator veniae aut propter hoc solum, aut „quia illi hoc peculiare fuit tempore Eurysthei: „tunc enim nihil faciebat, nisi venia impetrata ab „eo, à quo ad domanda monstra mittebatur. O vere insana mentis indicia ebriae! & quorum auctori, si cui alii, imprimis nummo opus sit, qui, ut ait Plautus, porcum sacrum. sed nos his missis parva mutatione versum ita constituamus, ut sententia ejus omnibus clara sit. quod fiet, si scribamus,

Quam tali alloquitur Nemeae pacator honore.

Cur Hercules *Nemeae pacator* poetae dictus, ne illi quidem ignorant, qui nondum aere lavantur. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXIII. Modius correxit,

Quam tali alloquitur Nemeae pacator honore.

quae verba ipsa exstant in MS. Oxoniensi. nec opus est, nos glandes defendere, frugibus inventis. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Nihil verius est & elegantius emendatione Modii, quam praeter Coloniensem Oxonius etiam agnoscit. Nihil insulsius

Ante Jovem generata, decus Divûmque hominumque,
Qua ſine non tellus pacem, non aequora norunt,
Juſtitiae conſors, tacitumque in pectore numen;
Exitiumne tuae dirum ſpectare Sagunti,
Et tot pendentem pro te, Dea, cernere poenas
Urbem lenta potes? moritur tibi vulgus, & unam
Te matres, vincente Fame, te maeſta virorum
Ora vocant; primaque ſonant te voce minores.
Fer coelo auxilium, & feſſis da ſurgere rebus.
Haec fatus Alcmena: contra cui talia virgo.
Cerno equidem, nec pro nihilo eſt mihi foedera rumpi;
Statque dies, auſis olim tam triſtibus ultor.
Sed me, pollutas properantem linquere terras,
Sedibus his, tectiſque novis ſuccedere adegit
Fecundum in fraudes hominum genus: impia liqui,

Et,

ſius & putidius vulgata, quam tamen Interpres exprimendam curavit, improbante Barthio. Locum pluribus illuſtravi ad Maron. Aen. VI. verſ. 804. ubi pari modo caſtigandum:

Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

contra *vaſtator Nemees* dicitur fera, quam Hercules interemit, apud Statium lib. IV. Silv. VI. verſ. 40. N. HEINSIUS. Veram lectionem olim Silio etiam vindicavit vir Illuſtriſſimus Nic. Heinſius ad Claud. III. de Laudib. Stil. verſ. 284. & ante Lud. Carrion lib. II. Emend. cap. IV. Pariter Scipio *pacator terrae Hiberae* vocatur infra libro XVI. verſ. 246.

Tum prior his infit terrae pacator Hiberae.

pacare ſaltus, ut hic Hercules *Nemeen pacaſſe* dicitur, habes apud Statium IV. Theb. verſ. 248.

—— *tum ſaltus forte remotos*
Torva parens (neque enim haec juveni foret ire poteſtas)
Pacabat cornu.

Hercules autem non Nemeen ſolum, ſed & univerſum orbem, *pacaſſe* dicitur. Ovid. Epiſt. IX. Heroid. verſ. 15.

Se tibi pax terrae, tibi ſe tuta aequora debent.

Senec. Herc. Oet. verſ. 282.

—— *geſſeris coelum licet,*
Totuſque pacem debeat mundus tibi.

verſ. 1989.

Sed tu, domitor magne ferarum,
Orbiſque ſimul pacator, ades.

lib. I. de Beneſ. cap. XIII. *Hercules nihil ſibi vicit: orbem terrarum tranſivit non concupiſcendo, ſed vincendo. Quid vinceret malorum hoſtis, terrarum mariſque pacator?* Mamertin. in Paneg. Maximiani cap. XI. *A ſummis tamen auctoribus manant, Jove rectore coeli, & Hercule pacatore terrarum.* Idem in Genethl. Maxim. cap. III. *Itidem quoque, Maximiane, Hercules tuus, mitto quod, cum inter homines erat, terras omnes & nemora pacavit, urbes dominis crudelibus liberavit.* &c. Hinc *Hercules pacifer* in nummis Maximiani apud Beger. in Theſaur. Brandenb. tom. II. pag. 779. & 780.







Interdum etiam in marmoribus priſcis, ut apud Gruter. pag. XLIX. inſcr. I.

HERCVLI. PACIFERO
INVICTO. SANCTO
SACR. &c.

& pag. MXIII. inſcr. 4.

HERCVLI
PACIFERO

ET,

Et, quantum terrent, tantum metuentia regna,
Ac furias auri, nec vilia praemia fraudum,
Et super haec, ritu horrificos, ac more ferarum
Viventes rapto populos, luxuque solutum
Omne decus, multaque oppressum nocte pudorem.
Vis colitur, jurisque locum sibi vindicat ensis:
Et probris cessit virtus. en, aspice gentes:
Nemo insons: pacem servant commercia culpae.
Sed secura tua fundata ut moenia dextra
Dignum te servent memorando fine vigorem;
Dedita nec fessi transmittant corpora Poeno:
(Quod solum nunc fata sinunt seriesque futuri)
Extendam leti decus, atque in saecula mittam,
Ipsaque laudatas ad manes prosequar umbras.
Inde severa levi decurrens aethere virgo

Luctantem

ET. MVSIS. &c.
In loco autem Virgiliano Nic. Heinsius recte *Pacarit nemora* emendavit, ut etiam laudavit Priscian. XVII. Gramm. pag. m. 557. & Pierius in libris suis invenit. vulgo erat *Placaris*, quomodo habet Joh. Saresber. I. de nugis Curial. cap. IV. Sed librarii frequenter verba illa in libris scriptis turbarunt. vide Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 9.

v. 485. *Non aequora norunt*] Maluerim *norint*. N. HEINSIUS.

v. 486. *Tacitumque in pectore numen*] Forte, *tacitoque*. N. HEINSIUS.

v. 489. *Es una Te matres*] *unam Te* ex scriptis, quod Interpreti etiam suboluerat. N. HEINSIUS.

v. 491. *Sonant te voce minores*] *Minores*, pueri. Juven. sat. VI. vers. 513.

- - - obscoeno facies reverenda minori.

BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Sic Senec. in Herc. Oet. vers. 1787.

Si quis minor Busiris, aut si quis minor
Antaeus urbes fervidae terret plagae.

Frequentius autem τὸ *minores* pro posteris, etiam ulterioribus, ponitur. vide infra ad lib. XVI. vers. 44. Locus Juvenalis, quem Barthius habet, alio pertinet, ut ex doctorum commentariis ad eum locum patet.

v. 496. *Pollutas properantem linquere terras*] Poëtae hoc tempore saeculi ferrei accidisse plerumque fabulantur. Ovidius I. Metam. vers. 127.

- - - de duro est ultima ferro.
Protinus irrumpit venae pejoris in aevum
Omne nefas; fugêre Pudor, Verumque, Fidesque.

Alii tamen hoc numen, instante magno scelere, terras linquere fingunt: ut, cum Caesar bellum civile moturus erat. Sic Petron. in Satyr. cap. CXXIV.

Pax prima ante alias, niveos pulsata lacertos,
Abscondit galea victum caput, atque relicto
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it submissa Fides, & crine soluto
Justitia, ac maerens lacera Concordia palla.

v. 497. *Sedibus his, tectisque Jovis*] *tectisque novis* scripti, bene. *nova tecta* vocat sedes superas respectu terrarum, quas antea incoluerat. neque aliter Parmensis editio. N. HEINSIUS. *tectisque novis* etiam Mediolan. editio.

v. 502. *Luxque solutum Omne decus*] Ita est in editione Marsi, fortasse operarum errore; in commentariis enim *luxuque* agnoscit. typographorum tamen errorem plerique editores perperam servaverunt. Pariter autem Avien. in descr. Orb. vers. 1261.

Tantus Persarum dissolvit pectora luxus.

v. 504. *Vis colitur, jurisque locum* &c.] Quomodo infra noster lib. XI. vers. 183.

- - - pro foedere, proque
Justitia est ensis, solaeque è sanguine laudes.

v. 507. *Sed secura tua*] Forte *Sed si cura* scribendum, vel obnitentibus membranis. si tibi curae est. N. HEINSIUS.

v. 513. *Inde severa Jovi decurrens aethere virgo*] *severa Jovi*, inquit Interpres, id est, quae etiam ipsum Jovem ad fidem servandam coëgit. Sed sciat bonus ille, legendum,

Inde severa levi decurrens aethere virgo.

Atque ita nova illa & inaudita interpretatione nihil quidquam esse opus. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXIII. Nihil penitus mutandum. Irata enim Jovi erat Fides propter cladem Saguntinorum imminentem. Jovis enim erat, alio praemio Constantiam eorum in Fidelitate rependere: praecipue cum jurisjurandi praeses sit & princeps tutela Jupiter. sic infra de Sagunto vers. 655.

- - - ruit inter perfida gentis
Sidoniae tela, atque immania facta suorum
Injustis neglecta Deis.

BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *levi aethere* optime Modius ex Coloniensi. qui obstrepunt, abeant ἐς κόρακας. Nolim, illis & Barthius accederet.

O decret.

Luctantem fatis petit inflammata Saguntum:
Invadit mentes, & pectora nota pererrat,
Immittitque animis numen. tum, fusa medullis,
Implicat, atque sui flagrantem inspirat amorem.
Arma volunt, tentantque aegros ad proelia nisus.
Insperatus adest vigor, interiusque recursat
Dulcis honos Divae, & sacrum pro virgine letum.
It tacitus fessis per ovantia pectora sensus,
Vel leto graviora pati, saevasque ferarum

Attentare

deret. N. HEINSIUS. Sic auctor Ceiris vers. ult.

Illa levem fugiens rapidis secat aethera pennis.

Ita forte ex antiqua editione legendum, pro *raptim secat.* Non nemo apud Dausquejum malebat *Jovis decurrens aethere.* Jupiter enim istius regionis praeses est. Sed lectionem optimi MSti praestare censeo.

v. 514. *Petit inflammata Saguntum*] Verbum *petere*, hoc loco à Silio usurpatum, carpit Cerda ad Virgil. VII. Aen. vers. 343. quod poetae illud in aggressu Furiarum, non vero adventu Virtutum, adhibere soleant.

v. 521. *Et tacitus fessis*] Diu est, quod scribendum vidi, *It tacitus.* confirmat liber Coloniensis, ne dubitationi sit locus. Atque ita restituit Gronovius noster Observ. IV. cap. XVIII. Noster libro III. vers. 215. *It membris gelidus sudor.* libro XII. vers. 243. *niveosque per artus It Stygius color.* N. HEINSIUS. Virgil. II. Aen. vers. 173. *salsusque per artus Sudor iit.* Statius I. Theb. vers. 493.

Obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
Horror iit.

& V. Theb. vers. 238.

- riguere comae, atque in viscera saevus
Horror iit.

vadit simili sensu Senec. in Herc. Fur. vers. 414.

Gelidos per artus vadit exsanguis tremor.

Frequenter autem *τὸ it* in libris scriptis mutatum in *&*. Vide Barth. ad Stat. V. Theb. vers. 71. & VIII. Theb. vers. 172. Nic. Heinsium infra ad lib. XI. vers. 306. & ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 110. Et ita supra hoc lib. vers. 417. pro *it clamor ad auras*, Putean. codex perperam exhibebat *& clamor ad auras.*

v. 522. *Vel leto graviora pati*] Cum quis non capit generosae virtutis stimulos, mortem ipsam contemnit; quod elegantissime extulit Silius, *Vel leto graviora pati.* BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Vide quae mox dicam.

v. 522. *Saevasque ferarum Attentare dapes, & mensis addere crimen*] Accipio haec, ut illa Euripidis Hecube [vers. 1071.]

Πᾷ πόδ' ἐπᾴξας σαρκῶν ὀστέων-
τ' ἐμπλησθῶ, θοίναν ἀγρίων θηρῶν
τιθέμενος.

Saevas ferarum dapes θοίναν ἀγρίων θηρῶν vocat, e quo loco hic plane illustratur; omnino enim geminus est: quas enim dapes intelligat, docet Graecus, cum addit σαρκῶν ὀστέων τ' ἐμπλησθῶ, nimirum ἀνθρωπίνων. Nec alia Silii mens: obscurior enim locus est. D. HEINSIUS. Carnes humanas intelligi, quas Saguntini tandem comedere volebant, ut famem depellerent, recte notarunt Heinsius & Dausquejus. Eas *feras dapes* vocat Senec. in Thyeste vers. 150.

- - - nec dapibus feris
Decerni potuit poena decentior.

inhumanos cibos Minuc. Felix in Octav. cap. VIII. *Nocturnis congregationibus, & jejuniis sollemnibus & inhumanis cibis, non sacro quodam, sed piaculo, foederantur.* Eleganter etiam Tertull. id *feram libidinem* vocat in Apolog. cap. IX. *Libidine fera humanis membris inhiant.* Et hoc est, quod Silius *leto gravius* vocat, & à Barthio non recte intellectum est. Vir Celeberr. Petrus Burmannus malebat *foedasque ferarum Attentare dapes.* Voces autem *foedus* & *saevus* alibi etiam apud librarios invicem commutantur. Porro paria plures populos fecisse ob summam, qua premebantur, famem, docuit hic Dausquejus: quibus adde exercitum Cambysis, cum is Aethiopibus bellum inferret, teste Seneca III. de Benef. cap. XX. Numantinos, teste Flor. libr. II. cap. XVIII. Samaritanos a Judaeis obsessos, teste Pseudo-Egesippo de Excid. Hierof. lib. I. cap. I. Hierosolymitanos à Vespasiano, teste Josepho VII. de Bell. Jud. cap. XXI. & Pseudo-Egef. lib. V. cap. XL. Milites Hadingi Daniae regis, teste Saxon. Gramm. I. Hist. Dan. pag. 14. tandem etiam Gaillardi incolas, teste Gulielm. Brit. VII. Philipp. vers. 540. Aeterna memoria dignus est Petrus Adriani F. van der Werve, consul Lugduno-Batavus. Cum enim urbs illa ab Hispanis artissima obsidione per longum tempus cincta foret, & cives, omni commeatu jam absumto, vel panem, vel urbis deditionem, flagitarent; seditiosis illis ipse se in cibum obtulit, modo morte sua patriam à dirissima servitute defendere posset. Tantum autem universis civibus hac sua constantia ardorem additum referunt historici nostri, ut hosti ex moenibus jactarint, duo se habere brachia; quorum laevo, si omnia edulia deficiant, famem explerent, dextro vero crudelem tyrannidem & certissimum exitium à patria arcerent.

v. 526.

Attentare dapes, & mensis addere crimen.
Sed prohibet culpa pollutam extendere lucem
Casta Fides, paribusque famem compescere membris.
Quam simul invisae gentis conspexit in arce,
Forte ferens sese Libycis Saturnia castris,
Virgineum increpitat miscentem bella furorem,
Atque, ira turbata gradum, ciet ocius atram
Tisiphonen, imos agitantem verbere manes:
Et palmas tendens, Hos, inquit, noctis alumna,

Hos

v. 526. *Prospexit*] *conspexit* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 528. *Virgineum increpitat miscentem bella furorem*] Opinor *miscentis*, vel *miscenti*. N. HEINSIUS.

v. 529. *Atque ira turbata*] Ita excudi jussimus, cum in omnibus, quas nos quidem vidimus, editionibus *ita* excusum invenerimus. D. HEINSIUS. *irâ turbata*, Colon. cum Puteàn. sic *malit turbata* infra vers. 642. & *turbidus ira* vers. 617.

——— *hic turbidus ira*
Et rabie cladum perpessaeque ultima vitae.

lib. IX. vers. 23.

——— *nam turbidus ira*
Insensusque mora dilata ob proelia ductor.

Claudian. Gigant. vers. 108.

——— *sed turbidus ira*
Palleneus, oculisque adversa tuentibus atrox.

v. 531. *Et palmas tendens*] Scribo, *Et palma ostendens*. Paullo ante pessime in editionibus plerisque *ita turbata*, pro *ira*. Mox bene, *Dextris sterne suis*, non *tuis*, Carrion II. Emendat. cap. IV. & Modius ex Coloniensibus membranis. N. HEINSIUS. Notant viri docti, Silium hoc loco expressisse Maronem in VII. Aeneid. vers. 323. Addit autem Cerda ibid. ad vers. 330. & 331. Silium hic praeter decorum neglexisse majestatem regiam Junonis, quod eam Furiis supplicasse, seu palmas tetendisse, fingat: dum Virgil. tantum dicat:

Quam Juno his acuit dictis, ac talia fatur:
Hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem.

idque illustrat praeterea Plutonis ad Tisiphonen oratione apud Statium VIII. Theb. vers. 65. Sane Juno eadem, si non majori, auctoritate usa est apud Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 322. ubi Ventis classem Colchorum, quam tempestatibus infestari cupiebat, dextra tantum ostendit, ne quidem addere dignata, quid fieri vellet:

Ipsa subit terras, tempestatumque refringit,
Ventorumque domos. volucrum gens turbida fratrum
Erumpit. classem dextra Saturnia monstrat.
Videre; inque imum pariter mare protinus omnes
Infesto clamore ruunt.

Atque ita alii poetae pariter. Verosimile tamen non puto, turpiter adeo in his errasse Silium, & nescivisse, quid numen Junonis deceret. An itaque, ut excusetur, dicendum? data cum opera ad tam indignas preces demisisse Junonem, ut tanto magis elucesceret odium illud acerrimum, quo Juno Romanos, eorumque socios Saguntinos, prosequebatur; & contra palam faceret, quam prolixe Karthaginiensibus ac Hannibali studeret. Eodem nempe modo, quo eadem Juno, cunctae Cadmi posteritati ob Semelen ac Bacchum quam gravissime succensens, Furias precatur, ut Athamanta & omnem ejus domum perturbaret, apud Nason. IV. Metam. vers. 471.

Imperium, promissa, preces confundit in unum,
Sollicitatque Deas.

quod paullo ante ipse Naso excusavit vers. 444. dicendo,

Sustinet ire illuc, coelesti sede relicta,
(Tantum odiis iraeque dabat) Saturnia Juno.

ut nullo merito suo ille etiam poeta ejusdem erroris à Doctissimo Cerda insimuletur. Sed nec hoc modo Silium liberari placet. Alia igitur insistenda est via, quam recte praemonstravit Nic. Heinsius. Nimirum, vix quemquam fore confido, cujus non assensum mereatur egregia viri Illustrissimi conjectura, *Et palma ostendens*: sequentia enim, *Hos muros impelle manu*, omnino id requirunt. Juno igitur, Saguntum Tisiphoni *palma ostendens*, seu digito monstrans, ut eam protinus exscindat, satis dictatorie jubet. Tanto verosimilior nunc haec videtur emendatio, quod per elisiones ab indoctis librariis passim peccatum sit. Antiquitus autem hic scriptum videtur *Et palm' ostendens*, vel *palmostendens*, (vide Vinet. ad Auson. Profess. Burdigal. in Coronide) ut hinc facilis ansa, *palmos tendens*, & mox *palmas tendens*, scribendi data sit. Similia alia exempla, ubi elisio corruptionis caussa exstitit, ubique occurrunt. vide infra ad lib. III. vers. 42. lib. X. vers. 440. lib. XI. vers. 241. lib. XIII. vers. 172. N. Heinsium ad Claudian. I. in Rufin. vers. 311. & Eruditissimum Bentlejum ad Horat. lib. I. od. XXVII. vers. 3. lib. I. sermon. Ecl. II. vers. 30. Ecl. IV. vers. 25. sed inprimis N. Heinsium ad Sabini Epist. III. vers. 91. ubi simillimo errore *illas tende* in *illam ostende* mutandum docuit.

v. 531. *Hos, inquit, Noctis alumna, Hos* &c.]

Sunt

Hos muros impelle manu: populumque ferocem
Dextris sterne suis: Juno jubet. ipsa propinqua
Effectus studiumque tuum de nube videbo.
Illa Deos summumque Jovem turbantia tela,
Quîs Acheronta moves, flammam, immanesque chelydros,
Stridoremque tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, ac, mixto quae spumant felle, venena,
Et quidquid scelerum, poenarum quidquid & irae
Pectore fecundo coquitur tibi, congere praeceps
In Rutulos, totamque Erebo demitte Saguntum.
Hac mercede Fides constet delapsa per auras.
Sic voce instimulans, dextra Dea concita saevam
Eumenida incussit muris: tremuitque repente

Mons

Sunt verba Junonis ad Tisiphonem, sed ita male ab hominibus male feriatis habita, ut numquam ille Pentheus aut saevius à Bacchis discerptus fuerit, aut crudelius Saguntini sua manu perierint, quam haec aliena, & eorum quidem, qui, nescio qua rabie, in bonos auctores verissime passim bacchantur ita audacter, ut, nisi libri veteres auxilio essent, exequias ire elegantissimis auctoribus licuerit. Sed ad nostra, quibus ita ex iisdem veteribus libris avulsa à corpore membra restituentur, vitiosaque alia curabuntur:

——— hos, inquit, Noctis alumna,
Hos muros impelle manu, populumque ferocem
Dextris sterne suis: Juno jubet. ipsa propinqua
Effectus studiumque tuum de nube videbo.
Illa Deos summumque Jovem turbantia tela,
Quis Acheronta moves, flammam, immanesque chelydros,
Stridoremque tuum, quo territa comprimit ora
Cerberus, &c.

Unde videri potest, quid sit libros quam emendatissimos habere, & quam inique, ut publice inutiles, arguantur ii, qui, ut tales illi in manibus habeantur, operam dant. Porro *suis* hic, non *tuis*, legendum docet mox Saguntinorum exitus, qui impellente & stimulante Tisiphone ipsi sibi ad unum omnes, sed, quod ferae numquam facerent de catulis suis, interfectis prius parvis liberis, mortem consciverunt, ac violentas manus attulerunt. Operae pretium autem hic est videre, in quos errores, aut potius in quos non, inducat etiam homines, ceteroquin doctissimos & vigilantissimos, depravata alicujus auctoris scriptura: ubi cum Marsus non videret, quo referenda essent tandem ista, *propinqua Effectus*, somniavit nobis videns novum & inauditum auribus tantum Romuleis loquendi genus, dum ait: (verba enim ejus apponere libet) *Propinqua effectus*, „accelera id, quod potes efficere, & „tuam voluntatem. Servit poëta affectui Juno„nis, quae properabat ad Saguntinorum perniciem. Egregia, me-Hercule, appositaque admodum interpretatio. & tamen ejus generis, aut certe non multo venustioribus, aut ad rem mage pertinentibus, pleni sunt istorum Scholiographorum libri. MODIUS Novant. Lect. Epist. XLI.

v. 534. *De nube videbo*] Quos versus inseruit Modius ex MS. cur non recipiamus? cum procul dubio Siliani sunt, & loco omni accommodatissimi. BARTHIUS Advers. libro VI. cap. XXV. Hoc hemistichion cum tribus versibus secutis Coloniensi libro debentur, uti Carrion lib. II. Emend. cap. IV. & Modius jam monuerunt. Obloquitur tamen Interpres, ne sui aliquando non sit similis: sed nobiscum facit Barthius. N. HEINSIUS.

537. *Stridoremque tuum*] Forte corrigendum *Stridoremque jubae:* crinitae quippe serpentibus Eumenides, de quorum sibilo agit, quod sequentia confirmant. N. HEINSIUS. *juba* pro coma est apud Martial. lib. I. Epigr. XXXI.

Dum nulla teneri sordent lanugine vultus,
Dumque decens fusae lactea colla jubae.

Stridorem autem, ut Heinsius docuit, propter serpentes, quibus crinitae Eumenides; qui proprie *stridere* dicuntur. Infra vers. 587.

Oraque vibranti stridebant sibila lingua

lib. III. vers. 191.

Ater letifero stridebat turbine serpens.

aliique passim.

v. 542. *Fides delapsa per auras*] ἀνεμώλιος. D. HEINSIUS.

v. 546. *Turgentia circum*] *circa* Coloniensis Oxoniusque, cum editionibus Romana ac Parmensi. N. HEINSIUS. *circa* etiam Mediolan. editio. Passim ita peccarunt librarii. vide Broekh. ad Propert. lib. III. Eleg. VI. vers. 13. & lib. IV. Eleg. VI. vers. 6.

547. *Squalenti pectore serpens*] *tergore* scripti rectius: nam *pectora* sequuntur paullo post. *tergus* autem pro pelle passim apud poëtas occurrit. In Aldino *squamoso pectore*: sed frustra. Infra lib. III. vers. 209.

Contorquet silvas squalenti tergore serpens.

mox Coloniensis, *cava pandens guttura*, pro *pandens cava*. Tum, libris scriptis auctoribus, addidimus

versum,

Mons circum, & gravior sonuit per litora fluctus.
Sibilat, insurgens capiti, & turgentia circum
Multus colla micat squalenti tergore serpens.
Mors graditur, vasto pandens cava guttura rictu,
Casuroque inhiat populo: tunc luctus, & atri
Pectora circumstant planctus, maerorque, dolorque:
Atque omnes adsunt poenae, formaque trifauci
Personat insomnis lacrimosae janitor aulae.
Protinus assimulat faciem mutabile monstrum
Tiburnae, gressumque simul, sonitumque loquentis.
Haec bello vacuos, & saevi turbine Martis
Lugebat thalamos, Murro spoliata marito;
Clara genus, Daunique trahens a sanguine nomen.
Cui

versum, cujus initium, *Casuroque inhiat populo.* Miror, id Modium fugisse, praesertim cum Marsus quoque cum agnoscat, uti ex commentario illius apparet. agnoscit & Barthius pro genuino. Iidem scripti *Pectora circumstant*, non *circumdant.* N. HEINSIUS. Recte *squalenti. squamoso* enim, quod etiam in Juntina editione inveni, τῷ *squalenti* glossema est. Macrob. vi. Saturn. cap. vii. *Squalere enim dictum est ab squamarum crebritate asperitateque, quae in serpentum piscjumve coriis visuntur.* Sic *maculae auro squalentes*, quae serpentibus saepe tribuuntur, erunt squamae auri colorem referentes. Infra mox vers. 583.

Caeruleus maculis auro squalentibus anguis.

lib. xv. vers. 139.

—— squalentibus auro
Effulgens maculis ferri inter nubila visus
Anguis.

Maronis *auro squalentem tunicam* Macrobius dicto loco hoc modo exponit: *Id autem significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. squalens anguis* habes etiam infra lib. xiii. vers. 643.

——— squalentem conversus in anguem
Ingenti traxit curvata volumina gyro.

Veram hujus loci scripturam viderat jam Doctissimus Carrion lib. ii. Emend. cap. iv.

v. 548. *Cava guttura rictu*] Addunt versum vulgo invisum Oxon. membranae,

Casuro inhiat populo: tunc luctus, & atri

Sane *luctus* optime jungitur ceteris. sed prima vox emendanda est, addito *que*, *Casuroque inhiat populo.* Sic mox,

Fripe te conjux miserandae casibus urbis.

BARTHIUS lib. vi. Adversf. cap. xxv. Versum illum pro genuina Silii manu agnovit etiam Carrion lib. ii. Emend. cap. iv.

v. 550. *Pectora circumdant Planctus*] *circumstant* eodem loco Carrion hic probavit. infra lib. viii. vers. 170.

- - - nec, quae tibi fraudes
Tendantur, quae circumstent discrimina, cernis.

Plin. in Paneg. cap. iii. *Haec me cura, haec difficultas sola circumstat.* Claudian. in Bell. Getic. vers. iii.

At vero Italiam quoties circumstetit atrox
Tempestas.

Infra lib. xii. vers. 170. Nic. Heinsius contrario modo *Circumdant juvenes*, pro *Circumstant*, malebat. Alibi etiam ita peccarunt scriptores librarii. vide Nic. Heinsium ad Ovidii v. Trist. Eleg. vi. vers. 41.

v. 551. *Atque omnes adsunt Poenae*] *Poena* pretium est, quod interfecti hominis propinquis solvebat homicida. Hesychius, Ποινὴ, ἀντίτισις, ἡ ὑπὲρ φόνου διδομένη, καὶ ἡ ζημία, καὶ τὰ διδόμενα χρήματα ὑπὲρ τοῦ ἀνῃρημένου τοῖς αὐτοῦ οἰκείοις. proprie enim ad caedem spectabant ποιναί. unde eleganter ab Electra apud Sophoclem [in Electr. vers. 593.] Clytemnestra dicitur ἀντίποινα λαμβάνειν, cum ob interfectam Iphigeniam Agamemnona interficit. Hinc τῶν ποινῶν exactrices, *Poenae* Silio dicuntur, ipsae Erinnyes, quae τοὺς φονεῖς proprie sequi putabantur: unde ἐμποίνιμοι eidem poetae dicuntur in Ajace. D. HEINSIUS. *Poenas* hic Furias non male exposuit Eruditissimus Heinsius. Hesychius. Ποιναῖς, ἰφικταῖς, Ἐριννύσι, τιμωρίαις. Anthol. Graec. lib. iii. cap. xxv. Epigr. 60.

Οὐδὲ μάτην ἰάχησας, ἐπεὶ ποινή τις Ἐρινὺς
Τῶνδε διὰ κλαγγῶν τίσατο σεῖο φόνον.

Neque frustra inclamasti, quandoquidem quaedam poena Erinnys harum per clangorem ulta est mortem tuam. Virg. in Culic. vers. 217.

Obvia Tisiphone, serpentibus undique cincta,
Et flammas, & saeva quatit mihi verbera Poena.

ubi vide Scalig. pag. 22. & Barth. lib. xxi. Adversf. cap. ix. Alii tamen *Poenas* à Furiis distinguunt, & Poenam Furiarum parentem dicunt. v. Delr. ad Senec. Med. vers. 13. Barth. lib. xxi. Adversf. cap. xx. & ad Statii viii. Theb. vers. 25. Sed vox *poenae* hic etiam sensu communi capi potest.

v. 557. *Clarumque trahens a sanguine nomen*] Locus quanto elegantior erit? si legatur,

O 3 - - *Dau-*

Cui vultus induta pares, disjectaque crinem
Eumenis, in medios irrumpit turbida coetus:
Et maestas lacerata genas: Quis terminus, inquit?
Sat Fidei proavisque datum. vidi ipsa cruentum,
Ipsa meum vidi lacerato vulnere nostras
Terrentem Murrum noctes, & dira sonantem:
Eripe te, conjux, miserandae casibus urbis:
Et fuge, si terras adimit victoria Poeni,
Ad manes, Tiburna, meos: cecidere Penates:
Occidimus Rutuli: tenet omnia Punicus ensis.
Mens horret; nec adhuc oculis absistit imago.
Nullane jam posthac tua tecta, Sagunte, videbo?
Felix, Murre, necis, patriaque superstite felix.
At nos, Sidoniis famulatum matribus actas,

Post

- - - Daunique trahens à sanguine nomen.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXIII. Oxonienses membranae confirmant lectionem Modianarum, *Daunique trahens.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *Daunique trahens* optime ex Coloniensibus membranis Modius; is enim Ardeae imperitarat. in ora Aldini codicis ex vetusto exemplari notatum,

- - - Daunique trahens ab origine nomen.

Daunique ex Oxonio Barthius quoque. De Therone supra: *Daunius huic robur juvenis jacit.* N. HEINSIUS. Veram lectionem asseruit etiam Carrion lib. II. Emend. cap. IV.

v. 558. *Cui vultus induta pares*] Malo, *Cui cultus induta pares:* nam de vultu Tiburnae assimulato jam ante praecesserat. N. HEINSIUS. Sensus requirit, ut nihil mutetur. nam talis est. Tisiphone, quae in omnes formas facile se mutare poterat, audito Junonis imperio, protinus assimulat faciem, gressum, & sonitum vocis Tiburnae, quae ex illustri Ardeatium sanguine genus ducebat, & maritum Murrum crudeli hoc bello manu Hannibalis interemtum lugebat. Huic itaque Tiburnae pares vultus induta Tisiphone sparsis crinibus sectisque genis in medios coetus irrumpit. Similis constructio viris doctis supra etiam imposuit, ut locum corruptum judicarent, vers. 178. ubi pariter nihil mutandum esse asserui.

v. 561. *Stat Fidei proavisque datus*] Locus quanto elegantior erit, si legatur, *Sat Fidei proavisque datum?* Mihi sane aurea haec, illa vix plumbea videtur lectio. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXIII. In MS. Anglicano, ut & Coloniensi, melior lectio est:

- - - quis terminus, inquit?
Sat Fidei proavisque datum.

ex Virgil. Aen. II. vers. 291.

Sat patriae Priamoque datum.

BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *Sat Fidei proavisque datum* bene Coloniensis, laudante Modio. *Stat datum* Oxon. *Stat datur* editio Romana. Maronianum illud respexit II. Aen. vers. 291. *Sat patriae Priamoque datum.* Valer. Flacc. lib. III. vers. 688.

Sat lacrimis comitique datum.

Senec. in Thyeste vers. 899.

Jam satis mensis datum est, satisque
Baccho.

N. HEINSIUS. Omnino germana Silii scriptura est, quam ex libris scriptis vindicarunt viri docti. Τὰ *Sat* autem & *Stat* communi librariorum errore etiam alibi confunduntur, ut infra lib. VIII. vers. 496.

- - - capiti cudone ferino
Stat cautum.

ita vulgo editur. sed viri docti *Sat cautum* ex optimo scripto reduxerunt. lib. X. vers. 367.

Sat magna, o juvenis, prensa est tibi gloria Cannis.

Male ibi codex Puteaneus *Stat magna* exhibet.

v. 574. *Morte obita*] *Nocte* Coloniensis cum Oxonio. libro X. vers. 173.

- - - Paullus numerosa caede futuram
Ultus jam noctem.

Sic & ibi Oxoniensis. N. HEINSIUS. *Nox* saepe pro morte, praesertim apud Poëtas, ponitur. vide infra ad libr. X. vers. 173. Sed neque vulgata scriptura elegantia sua caret. Ita etiam Virgil. locutus X. Aen. vers. 641.

Morte obita, quales fama est volitare figuras.

qui, ut notat Macrob. VI. Saturn. cap. I. imitatur Lucret. libro I. vers. 135.

Morte obita, quorum tellus complectitur ossa.

Saepissime etiam Ausonius, ut Idyll. VI. vers. 13.

Omnia quae lacrimis & amoribus anxia maestis
Exercent memores, obita jam morte, doloris.

Idyll. II. *Falsum me autem, morte eius obita, dicere, & verum tacere, ejusdem piaculi existimo.* In Professorib. Burdig. Epigr. XXIII.

Officiumque meum, sensus si manibus ullus,

Accipe

Post belli casus vastique pericula ponti,
Karthago aspiciet victrix: tandemque supremum,
Nocte obita, Libyae gremio captiva jacebo.
Sed vos, o juvenes, vetuit quos conscia virtus
Posse capi, quîs telum ingens contra aspera mors est,
Vestris servitio manibus subducite matres.
Ardua virtutem profert via. pergite primi
Nec facilem populis, nec notam invadere laudem.
His ubi turbatas hortatibus impulit aures,
Inde petit tumulum, summo quem vertice montis
Amphitryoniades spectandum ex aequore nautis
Struxerat, & grato cineres decorarat honore.
Excitus sede (horrendum) prorumpit ab ima
Caeruleus maculis auro squalentibus anguis:
Ignea sanguinea radiabant lumina flamma;

Oraque

Accipe jam verus, morte obita, Dynami.

ibidem in Coronide,

Quos memorasse mihi, morte obita, satis est.

Vide Gisan. Ind. Lucret. in voce *Obita morte.*

v. 578. *Ardua virtutem profert via*] Ex Stesichori Lyricis illud translatum est, cujus verba ex Clemente Alexandrino alibi posuimus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. Forte *praefert.* N. HEINSIUS. Silius infra lib. XV. vers. 101. ubi virtus loquitur:

Casta mihi domus, & celso stant colle penates,
Ardua saxoso perducit semita clivo.
Asper à principio (nec enim mihi fallere mos est)
Prosequitur labor: annitendum intrare volenti.

v. 579. *Nec facilem populis, nec notam invadere laudem*] Ut nempe morte sua servitio se subducerent. In eandem rabiem versi sunt postea Abydeni, quorum tragicum exitum late describit Livius lib. XXXI. cap. XVII. & XVIII. Numantini apud eundem Epit. lib. LIX. Senec. in I. de Ira cap. XI. & Flor. lib. II. cap. XVIII. ubi Freinsh. plura aliorum exempla adducit, qui simili furore se suaque à victorum potestate vindicarunt. Memorandus hic etiam est Vultejus, tribunus militum à parte Caesaris, ejusque milites: de quibus vide Flor. lib. IV. cap. II. & Lucan. lib. IV. vers. 545.

v. 583. *Grato cineres decorarat honore*] Quos cineres? comitis sui Zacynthi, à quo Hercules urbem dixerat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV.

v. 584. *Prorupit ab ima*] *prorumpit* in scriptis. N. HEINSIUS.

v. 585. *Caeruleus maculis auro squalentibus anguis*] Cur vero de hoc serpente tantum Silius? cur totam adventu ejus urbem consternatam vult? genium nimirum urbis depingit. Civitatibus autem suos fuisse genios scimus vel ex inscriptionibus antiquis, & in horrendo illo Hannibalis juramento, cujus lib. VII. Polybius meminit, diserte fit δαίμονος Καρχηδονίων mentio. Ἐναντίον Διὸς, inquit, καὶ Ἥρας καὶ Ἀπόλλωνος, ἐναντίον δαίμονος Καρχηδονίων. & in Rutilii Itiner. lib. I. genium Romae habemus:

Religiosa patet peregrinae curia laudi,
Nec putat externos, quos decet esse suos.
Ordinis imperio collegarumque fruuntur,
Et partem Genii, quem venerantur, habent.

Ita & urbes, omnisque fere populorum congregata multitudo, genium suum habebat; & Populus Romanus in urbe Genii sui templum habebat. Dio [lib. L. pag. 423.] Καὶ τέλος ἐπειδὰν πανταχόθεν ἀπολαύητο ἐπί τε τοῦ ναοῦ τοῦ Γενίου τοῦ δήμου ἱδρύθη. &c. Veteres Hispaniae inscriptiones genium conventus agnoscunt: ita enim legitur,

GENIO CONVENTVS
ASTVRICENSIS.

Serpente autem genium antiquos significasse, infra vel ex Silio nostro sat manifestum est. D. HEINSIUS. Videtur Silius Maronem expressisse in V. Aen. vers. 87.

Caeruleae cui terga notae, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor.

Anguem ibi Virgilius ex Anchisae tumulo prorepentem describit, quem Aeneas geniumne loci, an famulum parentis putet, incertus est. utrumque enim esse poterat. Sub anguium enim figura saepissime locorum genii depinguntur. Vide Meurs. ad Lycophr. Cassandr. vers. 1473. Iidem autem angues etiam umbrarum famuli creduntur. ita vocantur apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 457.

- - - summas frondentibus intulit arvis
Libavitque dapes; placidi quas protinus angues,
Umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.

Quin & Deorum famuli creduntur. vid. infra ad libr. VI. vers. 288.

v. 586. *Ignea sanguineâ radiabant* &c.] Iterum Silius Maronem imitatur, qui ita serpentes, qui Laocoonta cum liberis interemerunt, describit in II. Aen. vers. 210.

Ardentesque

Oraque vibranti ftridebant fibila lingua:
Ifque inter trepidos coetus, mediamque per urbem
Volvitur, & muris propere delabitur altis,
Ac fimilis profugo vicina ad litora tendit,
Spumantifque freti praeceps immergitur undis.
Tum vero excuffae mentes, ceu prodita tecta
Expulfi fugiant manes, umbraeque recufent

Captivo

Ardentefque oculos fuffecti fanguine & igni,
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Silius infra de ferpente Reguli lib. vi. verf. 220.

Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis.

v. 592. *Tum vero excuffi amentes*] Quis dubitabit mecum legere, *Tum vero excuffae mentes?* Eft enim & hoc, ut videmus, à Virgilio; qui ait, *excuffaque pectore Juno.* & Lucanus libro iv. verf. 535.

- - - nullique tumultus
Excuffere viris mentes ad fumma paratas.

Loquuntur ita oratores quoque. Plin. lib. i. Epift. xviii. *Eram acturus adolefcentulus adhuc, eram in quadruplici judicio, eram contra potentiffimos civitatis, atque etiam Caefaris amicos, quae fingula excutere mentem mihi poft tam trifte fomnium poterant.* MODIUS Novant. Lection. Epift. lxxxi. Scribo *excuffae mentes.* Sic libro v. verf. 54.

Excuffus conful fatorum turbine mentem.

& faepe alias poetae omnes. D. HEINSIUS. *excuffae mentes* recte parens meus, & jam ante ex membranis Colonienfibus Modius. Interpres tamen vulgatae fcripturae adhaeret. nofter libro v. verf. 54. *Excuffus mentem.* & lib. ix. verf. 644.

Tum vero excuffus mentem, in certamina Paullo
Avia diducto, converti Varro.

Appofite Statius iii. Theb. verf. 93.

Excuffae procerum mentes, turbataque muffant
Concilia.

Lucan. lib. iv. verf. 535. Plin. lib. i. Epift. xviii. Statius ii. Theb. verf. 250.

Ecce, metu fubito (Lachefis fic dira jubebat)
Impulfae mentes, excuffaque gaudia vulgi.

ubi MSS. potiores *patris*; puto *patri.* Sic *expellere* infra lib. xiii. verf. 16.

—— procul hanc expellite menti
Femineam Tyriae labem.

fic lego. *turbatae mentes* eft infra lib. xv. verf. 440. Gronovius nofter Diatribes Statianae cap. xliii. mavult in hoc Siliano loco *excuffi mentes*, quod tamen minus placet, propter fubfequens illud *expulfi.* N. HEINSIUS. *excuffi mentes* Magnus Gronovius etiam probabat ad Senecae i. de Ira cap. vii. & Richter. in Specim. Obf. Crit. pag. 74. Vulgata lectio verae fcripturae gloffema eft, quod per fciolos librarios ex margine in contextum irrepfit: cui enim *mens excutitur*, ille *amens* eft. ita Graeci etiam ἐκπλήσσειν φρένας. Homer. Iliad. N. verf. 394.

Ἐκ δέ οἱ ἡνίοχος πλήγη φρένας, ἃς πάρος εἶχεν.

Ipfius autem aurigae excuffae funt mentes, quas antea habebat: quod Schol. exponit, Ἐξεπλάγη δὲ καὶ ἔκφρων ἐγένετο ὁ αὐτοῦ ἡνίοχος.

v. 592. *Ceu prodita tecta Expulfi fugiant manes*] Manes tectorum praefides poëta facit: Lares enim & Manes pro iifdem ab antiquis colebantur. unde compitalibus effigies virilefque & muliebres ex lana fufpendebant Laribus, ut Diis inferis; ne nimirum familias violarent, aut morte alicujus familiarium vacuam aut funeftam domum redderent; fed, illis laneis capitibus contenti, ab amicis temperarent: ficut pilas pro incolumitate fervorum quoque fufpendebant. Feftus: *Pilae, & viriles & muliebres effigies in compitis fufpendebantur Compitalibus ex lana, quod effe Deorum inferorum hunc diem feftum, quos vocant Lares, putarent, quibus eo die tot pilae, quot capita fervorum; tot effigies, quot effent liberi, ponebantur: ut vivis (fic enim invocantur) parcerent, & effent his pilis & fimulacris contenti.* Ubi diferte Lares pro Manibus agnofcit: unde & *Maniam Deam* matrem Larum colebant, quam capitibus allii & papaveris placabant, aut effigie fufpenfa, ut diximus; cum olim capite humano placari foleret. quod Junius Brutus, indignum populi Romani fanctitate ratus, antiquavit. Macrob. Sat. i. cap. iv. *Idque aliquamdiu*, inquit, *obfervatum, ut pro familiarium fofpitate pueri mactarentur Maniae Deae, matri Larum: quod facrificii genus Junius Brutus Conful, Tarquinio pulfo, aliter conftituit celebrandum; nam capitibus allii & papaveris fupplicari juffit, ut refponfo Apollinis fatisfieret de nomine capitum.* reliqua vide: locus enim major eft, quam ut hoc loco legi debeat. Scipio *patrios Manes*, ut πατρῴους *Deos*, apud Silium noftrum colit lib. xv.

—— infernis habitantia numina lucis,
Et fupplex patrios compellas nomine manes.

Unde antiqui primò omnium in urbium obfidionibus manes excantabant, cantuque eliciebant. D. HEINSIUS.

v. 594. *Captivo latuiffe folo*] *jacuiffe* rectius Colonienfis, ut apud Statium,

—— cinerefque loco jacuiffe negarunt.

N. HEINSIUS. Sic paullo ante, verf. 574.

Morte obita, Libyae gremio captiva jacebo.

libro x. verf. 546.

—— fi Fors ita Martis iniqui
Mox ferat, ac ipfis inimica fede jacendum.

lib. xiv. verf. 635.

—— vel nullo jacuiffe fepulcro,
Quam debellari morbis, placet.

lib.

Captivo jacuisse solo. sperare saluti
Pertaesum: damnantque cibos: agit addita Erinnys.
Haud gravior duris Divûm inclementia rebus,
Quam leti proferre moras: abrumpere vitam
Ocius attoniti quaerunt, lucemque gravantur.
Certatim structus surrectae molis ad astra
In media stetit urbe rogus; portantque, trahuntque
Longae pacis opes, quaesitaque praemia dextris,

Callaico

lib. XVI. vers. 546.

——— *cineresque simul jacuisse negarunt.*

In epitaphiis veterum vox *jacere* notissima est. Sic apud Nason. III. Trist. Eleg. III. vers. 73.

Hic ego qui jaceo tenerorum lusor amorum,
Ingenio perii Naso poëta meo.

Tibull. lib. I. Eleg. III. vers. 55.

Hic jacet immiti consumtus morte Tibullus,
Messalam terra dum sequiturque mari.

n Catalect. Pithoei pag. 104.

Hoc jacet in tumulo secura Glyconis honesto.

pag. 114.

Florus ego hic jaceo raptus bigarius infans.

pag. 118.

Hic jacet exutis Dionysia flebilis annis.

pag. 121.

Hic cum sex natis rex Ataülphe jaces.

In marmoribus vetustis nihil fere frequentius occurrit. *Jacere* autem & *Latere* negligentes librarii saepissime confuderunt. vide infra ad libr. v. vers. 583.

v. 565. *Agit abdita Erinnys*] Bene *addita* Gronovius ad Senec. Herculem Furent. vers. 1237. neque aliter Putean. codex. *damnant cibos* pessime in plerisque editionibus, claudicante versu. nec mendum amovit Interpres. *damnare cibos agit* in Gryphiano. nec displiceret, nisi obstarent membranae Colonienses. N. HEINSIUS. Virgilius VI. Aen. vers. 90.

- - - *nec Teucris addita Juno*
Usquam aberit.

Ubi Servius, *Addita Juno*] *inimica. Est autem verbum Lucilii & antiquorum: ut Plautus. Argus, quem quondam Ioni Juno custodem addidit.* Hoc autem ad imitationem Lucilii a Virgilio positum pariter notavit Macrob. VI. Saturn. cap. IV. Statius II. Theb. vers. 319.

——— *exedere animum dolor, iraque demens,*
Et, qua non gravior mortalibus addita cura,
Spes, ubi longa venit.

& v. Theb. vers. 33.

——— *o miserae, quibus hic furor additus, o nox.*

Senec. in Agam. vers. 589.

Heu quam dulce malum mortalibus additum
Vitae dirus amor!

ubi vide, quae notavit ὁ πάνυ Gronovius. *Ad* & *Ab* praepositiones in compositis culpa librariorum frequenter inter se commutari, infra pluribus ex Silio exemplis docui ad libr. XI. vers. 14. Pro *damnant cibos* etiam Nutii editio *damnare cibos*, Martini Herbipolensis *damnatque cibos*: In Colon. codice autem & Parmensi editione *damnantque cibos*: in Putean. *clamantque cibos.* Scriba nempe ejus codicis *c* & *l* cum litera *d* confuderat; de quo supra vide hoc libro vers. 52. & 225.

v. 598. *Lucemque gravantur*] id est, impatienter adeo vitam ferebant, postquam, ab Hannibale obsessi, inopia ciborum laborare coeperunt, ut quoquo modo miserias suas morte finire, & vitam infelicissimam abrumpere vellent. *Gravamur re* enim, quam cum maxime sustinemus, & utcumque aegre ferimus; at *Gravamur rem*, quam, si jam ferimus, tentamus excutere, vel nondum susceptam recusamus, ac procul habemus: ut optime docuit eruditissimus Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 106. & ex eo Celeberrimus Graevius ad Justin. lib. XX. cap. II. Vide etiam Gronov. Diatr. Stat. cap. XXIV. Sic Livius lib. XXI. cap. XXIII. *Supra septem millia hominum domos remisit, quos & ipsos gravari militiam senserat.* quomodo legendum docuit idem Gronov. pro vulgato *militia*. Lucan. lib. VII. vers. 284.

Romanos odere omnes, dominosque gravantur.

ubi frustra plures libri scripti *dominisque*. Pacat. in Paneg. cap. XLIV. *Ecce iterum, Imperator, averteris, & illam tyrannici exitus relationem gravaris.* Non solum aegre ferebat hanc relationem Imperator, sed avertendo satis indicabat, velle se, ut ab argumento illo discederet orator.

v. 601. *Longas pacis opes*] Restituatur, me monitore, auctoribus membranis, *Longae pacis opes.* In eadem voce idem monui apud Curtium, qua parte direptionem Persepolis describit. Et sic Tacit. quoque, *Direptus longa pace, in modum municipii exstructus locus.* atque alibi, *Subversa longae pacis opera haud procul castris in modum municipii exstructa.* MODIUS Novant. Lection. Ep. LXXXI. Malim *Longae pacis* cum Modio & Coloniensi. N. HEINSIUS. *Longa pax* ut Virgil. VII. Aen. vers. 45.

- - - *rex arva Latinus & urbes*
Jam senior longa placidus in pace regebat.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 385.

Haud secus Aesonides monitis accensus amaris,
Quam bellator equus, longa quem frigida pace
Terra juvat.

Vellej. Paterc. lib. II. cap. CX. *Universa Pannonia insolens longae pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia ex constituto arma corripuit.* Curt. lib. IV. cap. IV.

P *Mulis*

Callaïco vestes distinctas matribus auro,
Armaque Dulichia proavis portata Zacyntho,
Et prisca advectos Rutulorum ex urbe Penates:
Huc quidquid superest captis, clipeosque, simulque
Infaustos jaciunt enses, & condita bello
Effodiunt penitus terra: gaudentque superbi
Victoris praedam flammis donare supremis.
Quae postquam congesta videt feralis Erinnys,
Lampada, flammiferis tinctam Phlegethontis in undis,
Quassat, & inferna Superos caligine condit.
Inde opus aggressi, toto quod nobile mundo
Aeternum invictis infelix gloria servat.
Princeps Tisiphone, lentum indignata parentem,
Pressit ovans capulum, cunctantemque impulit ensem,
Et dirum insonuit Stygio bis terque flagello.

Invitas

Multis ergo casibus defuncta, & post excidium renata, nunc tamen longa pace cuncta refovente sub tutela Romanae mansuetudinis acquiescit. Lactant. de Mort. Persec. cap. III. *Sed enim postea longa pax rupta est.* Opes longa pace quaesitas eleganter *mites opes* vocat Silius lib. XIV. vers. 653.

Hic Agathoclis sedes ornata tropaeis,
Hic mites Hieronis opes.

Hieronem autem Siciliae *placido* praefuisse dixerat ibidem vers. 80.

v. 605. *Huc quidquid superest captis*] Ita & scripti: opinor nihilominus, *Huc quidquid superest parti.* Infra lib. XV. vers. 485.

——— *non urbe recepta*
Plus ulla partum praedae.

& vers. 501.

Augebant animos argenti pondera & auri,
Parta metalliferis longo discrimine terris.

partae res apud Maximianum eleg. I.

Immo etiam poena est partis succumbere rebus.

Posses etiam legere, *quidquid superest gazae.* N. HEINSIUS.

v. 607. *Effodiunt penitus terrae*] Malim *terra* cum Interprete & veteri libro. Postea fortasse *flammis damnare*; quod efficacius est, quam *donare.* N. HEINSIUS. Manus viri docti, nescio cujus, ad marginem Silii legendum conjecerat *penitis terrae.* Sed male. vide supra ad libr. I. vers. 59. Melius viri docti *penitus terra.* Pompon. Mela lib. II. cap. I. *Gryphi, saevum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egestum mire amant, mireque custodiunt, & sunt infesti attingentibus.*

v. 610. *Lampada, flammiferis*] Proprium Erinnyos telum: unde Papinius *Lampada* loco Erinnyos posuit:

——— *pallidumque visa*
Matris lampade respicit Neronem.

Ubi *lampas matris* matris Erinnys est. D. HEINSIUS.

v. 610. *Tractam Phlegethontis ab undis*] *tinctam in undis* scripti. bene. N. HEINSIUS. In amnis Phlegethontis unda Erinnys lampada accenderat. Infra libr. XII. vers. 713.

——— *viden', ut Latonia virgo*
Accensas quatiat Phlegethontis gurgite taedas.

Claudianus I. in Rufin. vers. 121.

——— *ambusto flagrantis ab aggere ripae*
Ingentem piceo succendit gurgite pinum.

Similiter autem & alibi lapsi sunt librarii. infra libr. XVII. vers. 320.

Scipiadae patris tinxisti sanguine ferrum.

ubi *traxisti* male Puteaneus. Recte etiam Dan. Heinsius *lampada* proprium Furiarum gestamen esse notavit. Sic Seneca in Thyeste vers. 251. Medea vers. 15. Petron. in Satyr. cap. CXXIV. Claudian. lib. I. in Rufin. vers. 49. libr. I. de Rapt. Proserp. vers. 40. & alibi. vide Broekhus. ad Propert. lib. I. Eleg. III. vers. 70.

v. 612. *Toto quod nobile mundo*] *τὸ nobile* antiquorum more accipio, non nostro. Festus. *Nobilem antiqui pro noto ponebant. Attius Diomede. Ego me Argos referam, nam hic sum nobilis.* D. HEINSIUS.

v. 613. *Aeternum invictis infelix gloria servat*] Opinor scribendum,

Aeternum victis infelix gloria servet.

N. HEINSIUS.

v. 614. *Lentum indignata parentum Pressit ovans capulum*] Parva omnino mutatione ita scribendum putabam, *Lentum indignata parentem.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXIV. Scribo, *letum indignata paventem:* hoc sensu: Tisiphone, indignata ensem nimium ad caedem tardum esse, ipsa impulit dextra admota gladium cessantem. D. HEINSIUS. *parentem* Colon. & Oxon. quod Modio placebat. Latet mendum. in editione Parmensi *parente.* Forte *lentum indignata pavere capulum*, vel *paventum*, vel *letum indignata paventes.* N. HEINSIUS.

v. 618.

Invitas maculant cognato sanguine dextras,
Miranturque nefas aversa mente peractum,
Et facto sceleri illacrimant. hic, turbidus ira,
Et rabie cladum, perpessaeque ultima vitae,
Obliquos versat materna per ubera visus:
Hic, raptam librans dilectae in colla securim
Conjugis, increpitat sese, mediumque furorem
Projecta damnat stupefactus membra bipenni.
Nec tamen evasisse datur. nam verbera Erinnys
Incutit, atque atros insibilat ore tumores.
Sic thalami fugit omnis amor: dulcesque marito
Effluxere tori, & subiere oblivia taedae.
Ille jacit, totis connisus viribus, aegrum
In flammas corpus, densum qua turbine nigro

Exundat

v. 618. *Miranturque nefas adversa mente peractum*] Parva mutatione scribendum putabam *aversa mente*, non *adversa*. *aversa mente* valet alio versa, alienata mente. Virgilius de Pallade à Graecis jam alieniore, *aversa Deae mens.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XXXIV. *aversa* recte jam correxere viri docti, sic jubente Coloniensi libro. *aversa mens*, quomodo *invita dextra* paullo ante. Interpres hic denuo odiosus est. mox *fracto sceleri* Colon. idem. non probo. N. HEINSIUS. Saepius scribae librarii, homines ut plurimum indocti, in vocibus *aversus* & *adversus* turbarunt. Vide Gronov. ad Senec. Medeam vers. 10. Heins. infra ad libr. VII. vers. 595. lib. XIII. vers. 178. lib. XVI. 691. ad Ovid. Epist. VII. Heroid. vers. 4. ad IV. Metam. vers. 714. ad Valer. Flacc. libr. I. vers. 518. libr. VI. vers. 463. & Barth. ad Statii V. Thebaid. vers. 641. Eodem modo peccari in plurimis verbis, quae ex praepositionibus *ad* & *ab* componuntur, dixi infra lib. XI. vers. 14.

v. 621. *Versat materna per ubera visus*] Scribo *nisus*: quam vocem & libro primo corruptam video vers. 64.

Jamque aut nocturno penetrat Capitolia visu.

lego *nisu*; loquitur enim de ὁρμῇ illa, quae in somnis a dormientibus fit, quam Maro *conatum* dixit. D. HEINSIUS. Pro vulgato stat doctissimus Dausquejus.

v. 626. *Atros insibilat ore timores*] Ubique in Silio Graecae eruditionis vestigia, ubique elegantiae. *timor* igitur pro furore & insania hoc loco. *atros timores* μελαγχολίας. Sic, Graecorum aemulus, Venusinus poeta *metum* pro furore posuit, quod ignorarunt operosi illi Interpretes in immensis commentariis, quibus hunc poëtam onerarunt, suis, lib. II. od. XIX.

Evoe recenti cor trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Laetatur.

D. HEINSIUS. Non *timores* inspirabat Erinnys, sed aliquid timori contrarium. Opinor, *tumores*; quod & in Parmensi legitur editione. *tumorem* & *iram* a poëtis frequenter conjungi ad Claudianum jam monui, epistola deprecatoria ad Hadrianum; quomodo paullo ante, *hic turbidus ira*, *Et rabie cladum*. N. HEINSIUS. Haud male vir Illustrissimus *tumores* restituit. Familiarissimum id librariis, ut voces *timor* ac *tumor*, *timere* ac *tumere*, *timidus* ac *tumidus*, aliaque similia, in libris scriptis invicem confundant. Sic infra lib. VIII. vers. 547. pro *pravo peritura tumore*, in Puteaneo codice & primis editionibus eodem errore *pravo timore* erat. Alia exempla vide apud Gronov. ad Senecae Oedip. vers. 450. N. Heins. ad Claudiani II. de Laud. Stil. vers. 358. ad Nason. III. Amor. Eleg. VI. vers. 79. Broekh. ad Prop. lib. II. eleg. XVIII. vers. 70. eleg. XXIII. vers. 86. & lib. III. eleg. IX. vers. 51. Inprimis tamen videantur, quae notarunt viri summi J. Fr. Gronov. ad Liv. lib. XXXIII. cap. XI. & Rich. Bentlejus ad Horatii Art. Poët. vers. 197. qui *iratos* ac *tumentes* saepe jungi docuerunt. Ita Ovid. II. Metam. vers. 602.

- - - *utque animus tumida fervebat ab ira.*

ubi MStum quidem Gebhardi *calida ab ira* habet, ut testatur lib. I. Crepund. cap. XII. sed minus recte.

v. 628. *Effluxere tori*] *Effluere* dicuntur, quorum obliviscimur. vide infra ad librum III. vers. 187. *Effluere ex animo* dixit Cicero VII. ad famil. Epist. XIV. *Sin nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo.*

v. 629. *Ille jacit totis connixum viribus aegrum In flammas corpus*] Legendum *connisum*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXIV. *connisum* in Coloniensi. scribo *connisus*. Interpretis *connixus* eodem recidit. libro IV.

——— *celso connisus corpore prensat*
Gramina summa manu.

N. HEINSIUS. vide supra ad vers. 123. De calamitate hac Saguntina Augustin. de Civit. Dei lib. III.

 cap.

Exundat fumum piceus caligine vertex.
At medios inter coetus pietate sinistra,
Infelix Tymbrene, furis, Poenoque parentis
Dum properas auferre necem, reddentia formam

Ora

cap. xx. *Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiva in manus Hannibalis perveniret, ingentem rogum publice struxit; in quem ardentem, ferro etiam trucidatos, omnes se suosque miserunt.*

v. 631. *Exundat fumans*] Scribendum *fumum*. MODIUS Novant. Lect. Epist. xxxiv. Bene *fumum* Modius ex optimis membranis. vide lib. vii. vers. 355. lib. xiv. vers. 63. *Flammarum exundat torrens.* & vers. 312.

—— ingenti simul exundante vapore.

& lib. xvii. vers. 104. *exundat pestis*, de incendio. N. HEINSIUS.

v. 633. *Poenoque parentis Dum properas auferre necem*] Dum properas efficere, ne Hannibal parentem tuum occidere possit. Hannibali autem parentis necem auferebat parricidio; ipse nempe parentem occidebat: quod Saguntinorum scelus necessitate excusat Seneca iv. controv. xxvii. *Necessitas magnum humanae infelicitatis patrocinium est. Haec excusat Saguntinos, quamvis non ceciderint patres, sed occiderint.*

v. 634. *Redolentia formam Ora tuam laceras*] Non dubitem affirmare, esse legendum *reddentia formam Ora suam. Ora formam suam reddentia* dixit, ut postea ingeniosus & tersus poeta Claudianus de Consul. Olybr. & Probin. vers. 215.

Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu,
Caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum.

MODIUS Novant. Lection. Epist. xxxiv. Optime Modius *reddentia*, & ita MS. Oxoniensis. ineptum est, quod editur. BARTHIUS libro vi. Adversf. cap. xxv. *reddentia* optime scripti cum Modio & Barthio. Velit tamen Interpres vulgatam scripturam tueri, si possit; certe in editione sua expressit. Seneca Herc. Furent. vers. 1016.

Agnosce Megaram: natus hic vultus tuos
Habitusque reddit.

Claudian. de Consul. Olybr. & Prob. vers. 215. idem de piis Fratribus,

Alter in alterius redditur ore parens.

Statius Lacrim. Hetrusci,

Sed decus eximium formae par reddit imago
Vultibus.

Idem ii. Achill.

Ut vero accessit propius, luxque aemula vultum
Reddidit, & similem tandem se vidit in astro.

Lucan. lib. i. vers. 538.

Jam Phoebe toto fratrem cum redderet orbe.

Claudianus in Epigrammate,

Crti puer haud talem potuisset reddere formam,
Praestarent totum si fera membra patrem.

Vetus marmor apud Gruterum opere inscriptionum pag. MCLXXVI. II. ubi Gerontio & Constantio pater infelix:

Reddebar teneris in vultibus, ipsaque per vos
Tempora credebam lapsa redisse mihi.

Plin. lib. vii. Epist. xix. *Tantae feminae matrem videor rursus amittere, quam haec, ut reddit ac refert nobis, sic secum aufert.* & libro ix. Epist. xxii. *Praeterea in literis veteres aemulatur, exprimit, reddit.* N. HEINSIUS. Sic Statius libro iv. silv. vii. vers. 53.

Orsa Sallusti brevis, & Timavi
Reddis alumnum.

lib. iv. silv. viii. vers. 10.

—— quem turba nepotum
Circuit, & similes contendit reddere vultus.

Martial. lib. xi. Epigr. x.

Clarus fronde Jovis, Romani fama coturni,
Spirat, Apellea redditus arte, Memor,

tam artificiose haec pictura Memoris imaginem referebat, ut eum vivere omnino crederes. Plinius xxxvii. Histor. Natur. cap. x. *Reddunt enim species fluminum, nemorum, & jumentorum, etiam esseda, & staticula, & equorum ornamenta.* Ibid. *Selenites ex candido translucet, melleo fulgore, imaginem Lunae continens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero.* lib. xxi. cap. i. *Sed ne pictura quidem sufficiente imagini colorum reddendae.* Solin. in Polyh. cap. v. *Dat India* (Achatem) *reddentem nunc nemorum, nunc animalium, facies.* Marbod. de lapid. pretiosis cap. 2.

Reddentem facies varias dat & Indus Achatem.

Ennod. Ticin. lib. i. Epist. xii. *Visa est mihi, dum loquor, pagina mea te reddidisse, te sapere, & tuis picta imaginibus verba referre.* Idem lib. i. carm. viii.

Tu Phoebum reddis, fumat tibi victima pinguis.

Referre eodem sensu dixit Ovidius xiii. Metam. vers. 442.

—— similisque minaci,
Temporis illius vultum referebat Achilles.

Senec. in Troad. vers. 647.

- - - vivat, ut possit tuos
Referre vultus.

Stat. lib. i. silv. iii. vers. 55.

- - - & nitidum referentes aëra testae
Monstravere solum.

revocat tua forma parentem dixit infra Silius libr. xvi. vers. 194. Magnum autem hoc maternae castitatis argumentum credebant, si filius similitudine vultus parentes redderet. Athen. v. Deipnosoph. pag. 190. *Πάνυ γὰρ αἱ γυναῖκες διὰ τὸ παρατηρεῖσθαι τὴν ἀλλήλων σωφροσύνην δειναὶ τὰς ὁμοιότητας τῶν παίδων πρὸς τοὺς γονέας ἐλέγξαι. Mulieres enim, quia suam curiosius pudicitiam observant, liberorum similitudinem cum parentibus dignoscunt, & annotant certius.* Hinc conscii flagitiorum

mirabantur,

Ora tuam laceras, temerasque simillima membra.
Vos etiam primo gemini cecidistis in aevo,
Eurymedon fratrem, & fratrem mentite Lycorma,
Cuncta pares; dulcisque labor sua nomina natis
Reddere, & in vultu genetrici stare suorum.

Jam

mirabantur, unde evenire tandem posset, ut Julia, Augusti filia, semper Agrippae marito similes filios pareret, quae tam vulgo corporis sui potestatem faceret, teste Macrobio II. Saturnal. cap. V. Plura vide apud Casaubon. in Lection. Theocrit. cap. XVIII. & Barthium ad Claudiani II. de Laudib. Stilic. vers. 348. & ad Statii libr. I. silv. II. vers. 272.

v. 637. *Fratrem mentite Lycorma*] Paucos scire arbitror, quid sit *mentite* hoc loco. Est autem referens & similis. Sic Nonnus similitudinem in pictura vocat ψευδαλέον.

Ψευδαλέην ἐλέλιξεν ἑὴν αὐτόσσυτον ἠχώ.

&,

Ψευδαλέον σύριγμα διήρυγεν ἀνθρώπου.

&,

Ψευδαλέη δὲ λύρη μεμελημένον ἄνδρα δοκεύων,

id est, *pictum*, quod nos *effictum* dicimus, & Nonnus ipse μιμηλὸν alibi. Sic Valerio Flacco *mentiri* est referre aliquem, formamque alicujus inducere: lib. VII. vers. 155.

Nec jam mentitae vultum vocemque resumit
Chalciopes.

libro eodem vers. 211.

Sic ut erat mutata Deam, mentitaque pictis
Vestibus & magica Circen Titanida virga.

mentita Circen dixit, ut Silius *mentitus fratrem*, quod Homerus εἰσαμένη. Est igitur *mentiri aliquem*, quod poetae Graeci ἀπομάττεσθαί τινα dicunt, ut Theocritus & alii; de quo nos aliquando plura contra doctorum aliquot opinionem, Deo favente, dicemus. D. HEINSIUS. *mentiri* est plane referre, ut species sit eadem, re licet differente. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XXV. Recte viri eruditissimi. Martial. libr. III. Epigr. XLIII.

Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis.

Solin. in Polyh. cap. XXIV. *Flexuoso meatu aestuarium e mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus anguineos fracta vertigine mentiatur.* Rutil. I. Itiner. vers. 259.

Sive Deus faciem mentitus & ora juvenci.

Plurimus in hac voce est Claudianus. Sic I. in Rufin. vers. 135.

Tunc, in canitiem mutatis sponte colubris,
Longaevum mentita senem.

de III. Consul. Hon. vers. 141.

- - - vario mentitur sibila tractu.

in II. de Laudib. Stilic. vers. 248.

- - - cujus vestigia verrit
Caerulus, Oceanique aestum mentitur amictus.

de Bell. Getic. vers. 319.

- - - umbrosa vestit qua litus oliva
Larius, & dulci mentitur Nerea fluctu.

in I. de Rapt. Proserp. vers. 255.

Filaque mentitos jamjam caelantia fluctus
Arte tument.

in Hystrice vers. 5.

- - - os longius illi
Assimulat porcum, mentitae cornua saetae
Summa fronte rigent.

vide Erhard. ad Petron. Satyric. cap. C.

v. 638. *Cuncta pares, dulcisque labor* &c.] Eleganter Silius hanc indiscretam geminorum fratrum similitudinem descripsit: in qua depingenda saepe sese exercuerunt scriptores antiqui. Quaedam exempla hic dabo. Plautus in Prologo Menaechm. vers. 18.

Ei sunt nati filii gemini duo,
Ita forma simili pueri, uti mater sua
Non internosse posset, quae mammam dabat;
Neque adeo mater ipsa, quae illos pepererat.

Quinctil. Declam. VIII. pag. 129. *Hunccine facit exitum illa modo civitate tota conspicua mater? ille indiscretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum.* Joseph. Iscan. lib. II. de Bell. Troj. vers. 176. *noverat alter Cum Polluce error. alter error* ibi est Castor, Polluci adeo similis, ut in utroque discernendo quilibet facile erraret. vide Dresem. ad eum locum, & Gronov. in Diatr. Stat. cap. IX. In omni tamen geminorum similitudine dissimilitudinem agnoscit Quinctil. Declam. VIII. pag. 138. *Hanc ipsam indifferentiam, quam mirantur occursus, stupent civitatis oculi, parentum tamen agnitio dignoscit, separat notitia nutricum, & fallentibus notis est rursus, quod faciat ipsa similitudo dissimile. In plerisque quamvis sit indiscreta facies, invenitur tamen alius oris sonus, habitus, incessus; &, ut ipsa consentiant, diversa mens, contrarii mores, & vitae genera rixantia.*

v. 639. *In vultu genetrici haerere suorum*] *stare suorum* Coloniensis & Puteaneus cum editione Parmensi. *haerere* est interpretatio alterius. Ovidius I. Amor. El. VIII. vers. 24.

Haesit, & in vultu constitit usque tuo.

ubi utrumque conjungitur. *stare* pro haerere passim apud Silium. vide annotata ad librum VII. vers. 398. Plinius in Panegyr. *Magnum est, Imperator Auguste, magnum est, stare in Danubii ripa, si transeas certum triumphi, nec decertare cupere cum recusantibus.* Seneca in Thyeste vers. 744.

- - - hactenus, si stat nefas,
Pius est.

Jam fixus jugulo culpa te solverat ensis,
Eurymedon, inter miserae lamenta senectae:
Dumque malis turbata parens, deceptaque visis,
Quo ruis? huc ferrum, clamat, converte, Lycorma;
Ecce simul jugulum perfoderat ense Lycormas.
Sed magno, Quinam, Eurymedon, furor iste? sonabat
Cum planctu; geminaeque nota decepta figurae,
Funera mutato revocabat nomine mater:
Donec, transfacto tremebunda per ubera ferro,
Tunc etiam ambiguos cecidit super inscia natos.
Quis diros urbis casus, laudandaque monstra,
Et Fidei poenas, & tristia fata piorum

Imperet

sic lego ex Mediceo, in quo *sistat*, quod Gronovius arripuit. vulgo *non stat*. Valerius Flacc. lib. IV.

- - - stant ora metu, nec fessa recedunt
Lumina, diversas circumservantibus undas.

idem ibid. vers. 729.

Illic umbroso semper stant aequore nubes.

Statius I. Theb. vers. 315.

- - - & longum signis cunctantibus annum
Stare gemit.

in VI. Theb. vers. 483.

Ut Siculas si quando rates tenet aestus, & ingens
Auster agit, medio stant vela tumentia ponto.

in X. Theb. vers. 514.

Solvitur interea vallum, primaeque recusant
Stare morae.

rursus Valerius Flacc. lib. VIII. de rupibus Cyaneïs,

Haec ait, ignarus fixas jam numine rupes
Stare, nec adversis ultra concurrere saxis.

Noster lib. III. vers. 94.

- - - te longa stare senecta,
Aevumque extendisse velim.

& vers. 173.

- - - vigili stant bella magistro.

N. HEINSIUS. *stare* etiam Oxon. codex cum omnibus priscis editionibus, quas consului, ante Juntinam, in qua primum ex interpolatione Nicandri *haerere* legitur. Sic infra libro IV. vers. 43.

At non & rerum curas consultaque belli
Stare probat, solusque nequit perferre quietem.

haerere autem interpretationem τῦ *stare* recte agnoscit Illustrissimus Heinsius. utrasque voces junxit etiam Senec. in Oedipo vers. 585.

- - - gelidus in venis stetit
Haesitque sanguis.

v. 642. *Dumque malis turbata parens*] *mali turbata* Puteaneus. noster infra libro XIV. vers. 679.

Nec turbatum animi miles tum forte peremit.

Amat secundos casus vehementer Silius, ut alibi pluribus demonstramus. Scribe praeterea, *deceptaque visu*, vel *visus*; ut sit Graecismus. N. HEINSIUS. Sic *turbidus irae* infra est libro XII. vers. 417. *turbidus ausi* lib. XIII. vers. 214. Reliqui libri tamen nihil mutant. Et ita Silius cum sexto casu saepius vocem *turbatus* construit. vide infra ad libr. XV. vers. 182.

v. 645. *Quonam, Eurymedon, furor iste?*] Imitatio Virgiliana, de geminis Laurentibus, sed quae tum demum proba erit, cum hoc modo legetur,

——— quinam, Eurymedon, furor iste? sonabat
Cum planctu, geminaeque notis decepta figurae
Funera mutato revocabat nomine mater.

non, *Nomine mutato revocabas funera.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXIV. *Quinam* ex scriptis. mox *notâ decepta*, non *notis*, Coloniensis. tum scripti, & Parmensis editio,

Funera mutato revocabat nomine mater.

N. HEINSIUS. *Quinam furor*, pro quisnam, qualis. Plura infra vide ad librum VII. vers. 538. & ad librum IX. vers. 651. Mox in Mediol. proxime verum,

Funere mutato revocabat nomina mater.

Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii, pro *Sed magno, quonam, Eurymedon*, emendarat *Sed, Mago, quonam Eurymedon*, sed quae sensum commodum habere non videntur. Nihil enim huc facit *Mago*.

v. 648. *Donec, transfacto tremebunda per ubera ferro, Cessit, & ambiguos*] Lege *Tunc etiam ambiguos*. Et est sententia horum versuum; donec cecidit super natos, quos ne moriens quidem ob formae similitudinem discernere inter se potuit. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXIV. *Tunc etiam ambiguos*, scripti. monitum jam Modio. N. HEINSIUS.

v. 651. *Tristia facta piorum*] *fata* rectius Coloniensis. Idem infra denuo: *immania fata suorum*. N. HEINSIUS. Similiter saepe lapsi sunt librarii. vide infra ad librum XI. vers. 9.

v. 652. *Temperet evolvens lacrimis*] Novi illud Maronianum, ex II. Aen. vers. 8. *quis talia fando Temperet à lacrimis?* Scripti tamen & Romana editio constanter *Imperet lacrimis*. N. HEINSIUS. *Temperare lacrimis* dixit etiam Livius libro XXX. cap. XX. *Frendens, gemensque, ac vix lacrimis temperans, dicitur legatorum verba audisse.* Tacitus XV. Annal. cap. XVI. *Maesti manipuli, ac vicem commilitonum miserantes, ne lacrimis quidem temperavere.* Melius tamen est, cum viro Illustrissimo *Imperet* ex libris melioribus recipere. *Imperat* autem *lacrimis*, qui eas

continet

Imperet evolvens lacrimis? vix Punica fletu
Cessassent castra, ac miserescere nescius hostis.
Urbs, habitata diu Fidei, coeloque parentem
Murorum repetens, ruit inter perfida gentis
Sidoniae tela, atque immania facta suorum,
Injustis neglecta Deis: furit ensis & ignis:
Quique caret flamma, scelerum est locus. erigit atro
Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem.
Ardet in excelso proceri vertice montis
Arx, intacta prius bellis: hinc Punica castra,
Litoraque, & totam soliti spectare Saguntum:
Ardent tecta Deûm. resplendet imagine flammae
Aequor, & in tremulo vibrant incendia ponto.

Ecce

continet & coërcet. Sic *imperare irae*, *menti*, *amori*, *libidini*, *ingenio*. Ovid. Epist. xi. Her. vers. 15.

Imperat (heu!) ventis, tumidae non imperat irae.

in ix. Metam. vers. 27.

——— *& accensae non fortiter imperat irae.*

Senec. in Thyeste vers. 919. *nec satis menti imperat.* Petron. in Satyr. cap. lxxxiii. *Hylam Nympha praedata imperasset amori suo, si venturum ad interdictum Herculem putasset.* Valer. Max. lib. ix. cap. xiv. ex. 2. *Supplicium irato Deorum numine compositum, nec libidini, nec timori posse imperare.* M. Senec. in praefat. 1. Controv. *Nemo plus ingenio suo imperavit, nemo plus indulsit.* Similiter *dolorem regere* dixit Silius supra vers. 380. ubi plura vide. Pari modo etiam Oxon. codicis scriptor peccaverat supra vers. 204. *id gestent ante agmina Poenûm Imperat.* perperam enim in eo erat *Temperat.*

v. 652. *Vix Punica fletu Cessassent castra*] Tot malis ac miseriis obruebantur Saguntini, ut ne Karthaginiensium milites quidem, hostes infestissimi, ea siccis oculis conspicere possent. Ita Ovidius inimicum, qui calamitatibus ejus insultabat, alloquens in iii. Trist. El. ix. vers. 59.

Tot mala sum fugiens tellure, tot ab aequore passus,
Te quoque ut auditis posse dolere putem.

in Ibin vers. 207.

Tot tibi, vae, misero venient, talesque ruinae;
Ut cogi in lacrimas me quoque posse putem.

Senec. in Agamemn. vers. 521. *cladibus nostris daret Vel Troja lacrimas.* Plura exempla collegit diligentissimus Cerda ad Virgilii xi. Aen. vers. 259.

v. 654. *Coeloque parentem Murorum repetens*] *parentem*, est conditorem. Virgil. viii. Aen. vers. 134.

Dardanus Iliacae primus pater urbis & auctor.

Silius libro viii. vers. 441. de urbe Asculo,

Hoc Picus quondam nomen memorabile ab alto
Saturno statuit genitor.

lib. xi. vers. 263.

——— *singula discit,*
Quis muris sator, & pubes sit quanta sub armis.

Pacuv. in Periboea apud Nonium cap. de Numeris & Casibus. *Regum imperator, aeternûm moerûm sator:* quomodo locum illum legendum docuit Gulielm. 1. Verisim. cap. xvii. *sator moerûm*, id est, murorum. Cicero 1. de Divin. cap. 2. *Hujus urbis parens Romulus non solum auspicato urbem condidisse, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur.* Ovid. xv. Metam. vers. 861.

——— *Dique Indigetes, genitorque Quirine*
Urbis, & invicti genitor Gradive Quirini.

Propert. lib. iv. Eleg. x. vers. 17.

Urbis virtutisque parens sic vincere suevit.

Mamertin. Paneg. Maximiani cap. 2. *Nunc Romae omnes magistratus & Pontifices & sacerdotes, juxta parentes urbis & Statores Deos, Herculis templa venerantur.* Pari locutione populus alterius populi a se orti pater dicitur apud Achill. Tatium lib. 1. de Amor. Clitop. & Leuc. in principio, Σιδὼν ἐπὶ θαλάττῃ πόλις. Ἀσσυρίων ἡ θάλασσα, μήτηρ Φοινίκων ἡ πόλις, Θηβαίων ὁ δῆμος πατήρ. *Sidon urbs est ad mare sita, mare autem est Assyrium, urbs metropolis est Phoenicum, unde Thebani orti sunt.* Neque abludit hinc alia locutio, qua auctor libri sui pater dicitur, apud Athen. in Argum. Deipnosoph. Ἀθήναιος ὁ τῆς βίβλου πατήρ. ubi vide Casaubon. & Julian. Imp. Orat. ii. pag. 50. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸν Ἀγαμέμνονά φησιν ὁ πατὴρ ἐκείνων τῶν λόγων μετρίως καὶ πολιτικῶς προσενεχθῆναι τῷ στρατηγῷ. *Tametsi ne Agamemnonem quidem ipsum illorum versuum scriptor moderate cum duce ac civiliter se gessisse memorat.*

v. 656. *Immania facta suorum*] *fata* Coloniensis liber, ut monuit Nic. Heinsius ad vers. 651. ubi vide, neque aliter in priscis editionibus inveni. Hic tamen vulgatum malo.

v. 662. *Soliti spectare Saguntum*] Scribo *solita hinc*; neque enim video, quomodo aliter haec cohaereant. Ardet arx solita spectare, hinc litus cum Punicis castris, hinc totam Saguntum. Male etiam haec vulgo distinguebantur. Rectius enim ad arcem in monte positam referas, quam ad templa. N. HEINSIUS.

v. 663. *Resplendet imagine flammae Aequor.*] Non dubito,

Ecce inter medios caedum Tiburna furores,
Fulgenti dextram mucrone armata mariti,
Et laeva infelix ardentem lampada quassans,
Squalentemque erecta comam, ac liventia planctu
Pectora nudatis ostendens saeva lacertis,
Ad tumulum Murri super ipsa cadavera fertur.
Qualis, ubi inferni dirum tonat aula parentis,
Iraque turbatos exercet regia manes,
Alecto solium ante Dei sedemque tremendam
Tartareo est operata Jovi, poenasque ministrat.
Arma viri, multo nuper defensa cruore,
Imponit tumulo illacrimans: manesque precata,
Acciperent sese, flagrantem lampada subdit.
Tunc rapiens letum, Tibi ego haec, ait, optime conjux,
Ad manes, en, ipsa fero: sic ense recepto
Arma super ruit, & flammas invadit hiatu.
Semiambusta jacet nullo discrimine passim,
Infelix obitus, permixto funere, turba.
Ceu, stimulante fame, cum victor ovilia tandem
Faucibus invasit siccis leo, mandit hianti

Ore

dubito, quin legendum sit *resplendet imagine flammae.* Sic enim idem Claudian. ait:

—— & accenso resplendent aequore Syrtes.

MODIUS Novant. Lect. Epist. XXXIV. Non damnabimus hoc. Sed in membranis est *resplendet*, quod reperit etiam Modius. Locus similis apud Claudian.

—— quocumque it in aequore, fulvit
Adnatat umbra fretis, extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit, clarescit Hetruscum
Litus, & accenso resplendent aequore Syrtes.

BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XXV. *resplendet* esse scribendum Carrion lib. II. Emendat. cap. IV. & Modius jam dudum viderunt: confirmant scripti codices cum Romana atque Parmensi editione, quibus & Barthius accedit. Contrario modo libro XII. vers. 9. de serpente,

Et splendente die novus emicat,

Coloniensis habebat *spendente.* Interpres vulgatae lectioni nescio quid occultioris Philosophiae argutatur subesse. En cor Xenodoti! jecur Cratetis! Forte ut apud Auson. in Mosella,

—— glaucus opaco
Respondet colli fluvius. Frondere videntur
Fluminei latices.

vide notas ad Claudiani III. de raptu Proserpinae sub finem. N. HEINSIUS. *resplendet* etiam Mediolan. editio, pro quo primus Marsus *respondet* dedit. sed perperam, ut viri docti docuerunt. Non enim *imagine*, sed *imagini*, *respondere* dicendum foret; at *resplendere imagine*, ut infra libr. XII. vers. 732.

Et tremula infuso resplendent caerula Phoebo.

resplendet hic legendum sibi videri vir doctus etiam, sed quis nescio, ad marginem. Silii asscripserat. Contrario modo Gruter. ex libris scriptis *respondere*, pro *resplendere*, Ciceroni vindicavit lib. II. de finib. cap. VIII. his verbis: *Respondeat his vestis, argentum, Corinthium, locus ipse, aedificium.* pro quo vulgo erat *Resplendeat.* Barthius, qui recte hic apud Silium *resplendet* scribendum vidit, postea tamen notis ad Statii XII. Theb. vers. 272. ubi hunc locum laudat, *respondet* citavit.

v. 668. *Squalentemque erecta comam*] *arrecta* praestiterit. quomodo apud Maronem,

Arrectaeque horrere comae.

N. HEINSIUS. Sine auctoritate codicum manuscriptorum nihil muto. *erecta coma* ubique occurrit. apud Nason. Epist. XVI. Heroid. vers. 67.

Obstupui, gelidusque comas erexerat horror.

ubi pariter *arrexerat* scribendum conjecit N. Heinsius. Lucan. libro V. vers. 170.

- - - vittasque Deae, Phoebeaque serta
Erectis discussa comis.

Senec. in Herc. Oetaeo vers. 706.

Vagus per artus errat excusses tremor:
Erectus horret crinis.

Claudian. de Piis fratr. vers. 11. *Erexit formido comam.* hic etiam Heinsius *Arrexit* malebat. Claudian. Epigr. de freno, phaleris &c. vers. 7.

- - - crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos.

Simili modo infr. libr. VII. vers. 686. *arrectis cristis* & libro IX. vers. 595. *arrectis cruribus* legendum putabat vir Illustrissimus, pro *erectis cristis*, & *erectis cruribus.* sed vide, quae ibi notavi.

v. 674.

Ore fremens imbelle pecus, patuloque redundat
Gutture ructatus large cruor: incubat atris
Semesae stragis cumulis; aut, murmure anhelo
Infrendens, laceros inter spatiatur acervos.
Late fusa jacent pecudes, custosque molossus,
Pastorumque cohors, stabulique gregisque magister;
Totaque vastatis disjecta mapalia tectis.
Irrumpunt vacuam Poeni tot cladibus arcem.
Tum demum ad manes, perfecto munere, Erinnys
Junoni laudata redit, magnamque superba
Exsultat rapiens secum sub Tartara turbam.
At vos, sidereae, quas nulla aequaverit aetas,
Ite, decus terrarum, animae, venerabile vulgus,
Elysium & castas sedes decorate piorum.
Cui vero non aequa dedit victoria nomen,
(Audite, o gentes, neu rumpite foedera pacis,
Nec regnis postferte fidem!) vagus exsul in orbe
Errabit toto, patriis projectus ab oris;
Tergaque vertentem trepidans Karthago videbit.
Saepe Saguntinis somnos exterritus umbris

Optabit

v. 674. *Poenasque ministrat*] Fors scribendum *poenisque ministrat*; ut apud Maron. x. Aen. vers. 218. *velisque ministrat*. apud nostrum libro xii. vers. 310. *belloque ministrant*: ubi tamen referri potest ad *decus*. Statius vii. Thebaidos,

Ipse sedens telis pariterque ministrat habenis
Delius.

Gratius Cyneg. vers. 313.

Dum servata cavis potant Mareotica gemmis,
Nardiferumque metunt Gangem, vitiisque ministrant.

N. HEINSIUS.

v. 675. *Arma viri, multo nuper defensa cruore*] Haec jam supra illustravi hoc libro vers. 69. N. HEINSIUS. Refert hoc Silius supra lib. i. vers. 519.

- - - nota arma viri, corpusque superbo
Victori spoliare negant. coit aucta vicissim
Hortande manus, & glomerata mole feruntur.
Hinc saxis galea, hinc clipeus sonat aereus hastis;
Incessunt sudibus, librataque pondera plumbi
Certatim jaciunt: decisae vertice cristae,
Direptumque decus nutantum in caede jubarum.
Jamque agitur largus per membra fluentia sudor,
Et stant loricae squamis horrentia tela. &c.

v. 684. *Faucibus invadit*] *invasit* è scriptis. N. HEINSIUS. *invasit* etiam priscae editiones Parmensis ac Mediolanensis.

v. 691. *Vastatis disjecta mapalia tectis*] *septis* maluerim. *septa ovium*, *septa boum* poetis passim pro bovili ac ovili. N. HEINSIUS. Voces *septa* & *tecta* alibi etiam per scriptores librarios inter se commutata creduntur. vide Mariang. Accursium ad Auson. Epist. x. vers. 27. N. Heinsium infra ad lib. xv. vers. 710. & ad Ovidii iv. Metam. vers. 86. Nihil tamen mutandum puto. supra hoc libro vers. 444.

Gaesaque, latratorque Cydon, tectumque, socique
In silicis venis, & fistula nota juvencis.

v. 697. *Venerabile vulgus Elysium, & castae sedes decorate*] Opinor, *venerabile vulgus Elysio*, quomodo apud Maronem,

- - - amoena piorum
Concilia, Elysiumque colo.

&, *per amplum Mittitur Elysium*. N. HEINSIUS. Nihil muto, nisi solam distinctionem. *Venerabile vulgus, Elysium & castas. Elysium & castae sedes piorum*, ut *Elysium & amoena concilia piorum* in loco Maronis, quem Nic. Heinsius laudavit. Deinde *ite, decorate*, sine copula media, ut saepe fit. vide, quae notavit vir Illustrissimus ad Claudiani i. de Rapt. Proserp. vers. 92.

v. 699. *Quis vero non aequa dedit*] *Cui* probe Coloniensis, & refer ad Hannibalem: nam allocutio ad gentes universas referenda est, non ad solos Karthaginienses. N. HEINSIUS.

v. 701. *Nec regnis postferte fidem*] Vocabulum *postferre* non temere obvium putat Doctissimus Dausquejus. Praeter exempla tamen ab ipso ex Seneca, Plinio & Curtio notata, invenitur etiam apud Vellej. Patere. lib. ii. cap. lxix. *Cum Vatinius nulli nomini non esset postferendus*. & Auson. Epist. xxii. in fine,

Tuo locabo postferendos nomini.

v. 704. *Saguntinis somnos exterritus umbris*] Olim enim credebant, interfectorum animas eos, quorum scelere perierant, hostiliter persequi. Claudianus

Q

Optabit cecidisse manu; ferroque negato,
Invictus quondam Stygias bellator ad undas
Deformata feret liventi membra veneno.

nus II. in Rufin. vers. 324.

——— *vix toto corde quierat;*
Ecce, videt diras alludere protinus umbras,
Quas dedit ipse neci.

infra Silius libro XVII. vers. 161.

Namque, gravis curis carpit dum nocte quietem,
Cernere Flaminium, Gracchumque, & cernere Paullum
Visus erat simul adversos mucronibus in se
Destrictis ruere, atque Itala depellere terra:
Omnisque à Cannis, Thrasymenique omnis ab undis
In pontum impellens umbrarum exercitus ibat.

Plura habet Elegantissimus Brockhusius ad Tibull. lib. I. Eleg. VI. vers. 15.

v. 705. *Optabit cecidisse manu*] Manu nempe viri fortis, non propria, cecidisse Hannibal optabit, ut jam Dausquej. monuit. Videtur Silius in animo habuisse locum Maron. in II. Aen. vers. 434.

——— *&, si fata fuissent,*
Ut caderem, meruisse, manu.

Ita distinguendum: vulgo enim male cohaerent *meruisse manu.* Donatus exponit, ut meruerim ab hostibus interimi. Senec. pariter in Agamemn. vers. 515.

Felix vocatur, cadere qui meruit manu.

ubi tamen, teste Gronovio, optimus codex, pro *manu*, habet *gradu.*

v. 707. *Deformata feret liventi membra veneno*] Hannibal enim, postquam se à Prusia rege Romanis proditum iri senserat, hausto veneno mortem obiit, ut narrat Livius lib. XXXIX. cap. II.



C. SI-

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER III.

Postquam rupta fides Tyriis, & moenia castae,
Non aequo Superûm genitore, eversa Saganti;
Extemplo positos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataque limina Gades.
Nec vatum mentes agitare & praescia corda
Cessatum super imperio. citus aequore Bostar
Vela dare, & rerum praenoscere fata jubetur.
Prisca fides adytis longo servatur ab aevo,
Qua sublime sedens, Cirrhaeis aemulus antris,
Inter anhelantes Garamantas corniger Hammon
Fatidico pandit venientia secula luco.
Hinc omen coeptis, & casus scire futuros
Ante diem, bellique vices novisse petebat.
Exin clavigeri veneratus numinis aras

Captivis

v. 2. N*on aequo Superûm genitore, eversa Sagunti moenia*] Vel *Non aequo Superûm genitore* erit injusto Jove, qui ejus eversionem permisit; ut Marsus hunc locum accipiebat: quomodo Silius Saguntum *injustis Deis neglectam* dicit libro II. vers. 655.

—— ruit inter perfida gentis
Sidoniae tela atque immania facta suorum,
Injustis neglecta Deis.

aequus enim pro justus saepe occurrit. supra lib. II. vers. 699.

Cui vero non aequa dedit victoria nomen.

& alibi. Vel, quemadmodum *aequo Jove* fieri dicitur, quidquid recte & ordine fit, ita contra *Non aequo Superûm genitore eversa Saguntus* est, praeter fas & aequum excisa Saguntus. Horat. lib. II. Ep. I. vers. 68.

Et sapit, & mecum facit, & Jove judicat aequo.

vide Dan. Heinsium ad Horat. lib. I. od. II. vers. 20. Vel denique cum Cellario *Non aequo Superûm genitore*, est Jove irato, invito, non favente: ut lib. II. vers. 363.

Quis procul à Tyria dominos depellere Byrsa,
Vel Jove non aequo, fixum est.

quomodo *aequus* pro favens habes etiam lib. VI. vers. 105.

- - - tandemque adverte procellis
Aequos Iliacis oculos.

v. 4. *Cognataque limina Gades*] *litora* Puteaneus. N. HEINSIUS. Alibi etiam librarii has voces invicem commutarunt. vide Pierium ad Virgil. II. Aeneid. vers. 321. VIII. Aen. vers. 555. N. Heinsium ad Silii lib. VII. vers. 417. & ad Ovid. XIII. Metam. vers. 628.

v. 5. *Vatum mentes agitare & praescia corda*] περιφραστικῶς *vatum mentes* pro vates. Stat. lib. III. Theb. vers. 449.

- - - dubie sententia tandem
Sera placet, vatum mentes ac provida veri
Sacra movere Deûm.

Horat. lib. III. od. V. vers. 13.

Hoc caverat mens provida Reguli.

id est, providus Regulus. Plura ad illum locum ex utriusque linguae scriptoribus collegit Lambinus.

v. 14. *Exin clavigeri veneratus numinis aras.*] Plane legendum reponendumque videtur *cornigeri numinis*. Est enim de Jove Hammone sermo; qui, teste Curtio meo, umbilico tenus arieti similis est: dicetque adeo mox ipse Silius, *nemorosaque regna Cornigeri Jovis*. MODIUS Novant. Lect. Epist. XXXIV. Hic doctissimus vir, pro *clavigeri*, *cornigeri* substituendum censet. bonane fide vero? sed quo argumento, quaeso? *Corniger*, inquit, Hammon ubique poetis fingitur; nusquam *claviger* autem ἐπιθετικῶς de ipso, aut clava ipsi attributa, legitur. Neutrum nego, atque adeo etiam confirmo. Minucius Felix. *Jupiter cum Hammon dicitur, habet cornua; & cum Capitolinus, gerit fulmina.* &c. Sed quid ad rem? Ille haec de Hammone dici probet, ego disertim nego. *Clavigerum numen* est Hercu-

 les


Captivis onerat donis, quae nuper ab arce
Victor fumantis rapuit semusta Sagunti.
Vulgatum (nec cassa fides) ab origine fani
Impositas durare trabes, solasque per aevum
Condentum novisse manus: hinc credere gaudent
Consedisse Deum, seniumque repellere templis.
Tum, quis fas & honos adyti penetralia nosse,
Femineos prohibent gressus, ac limine curant
Saetigeros

les, ut pueri sciunt è trivio. Lapsus est autem vir doctus, cum, quae de Hammone praecesserunt, ab iis, quae de Hercule sequuntur, non videt *τὸ Exin* sejungere. *Exin*, inquit, *clavigeri veneratur numinis aras*, venerato nimirum Hammone, id est, cornigero numine. D. HEINSIUS. Loquitur Silius Italicus de templo Herculis, cui post excisum Saguntum dona dat Bostar. Quare recte non assentitur duobus MSS. libris Interpres doctissimus, qui, cum vulgo feratur *clavigeri*, ipsi *cornigeri* substituunt, persuasi de Jove Hammone loqui poetam: nisi quis Herculem etiam cornigerum observaverit. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XV. Scripti cum Romana editione constanter *clavigeri*, non *cornigeri*, quod ad Hammonem esset referendum. Agi tamen hic de Hercule, non Hammone, certum est. Forte scripserat Silius *coeligeri*. Sed *clavigerum numen* haud moveatur loco: nam & Herculem Gaditanum, seu Tyrium, commemorari non me fugit, de quo hic manifeste agitur. Stat & pro vulgata scriptura Barthius. De Hercule Gaditano praeter Pomponium Melam, cujus locum jam produxit Interpres, etiam Caesar belli civilis libro secundo, *Naves longas decem Gaditanis ut facerent imperavit: complures praeterea Hispali faciendas curavit: pecuniam omnem, omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gades contulit*: & mox, *Biduumque Cordubae commoratus Gades proficiscitur, pecunias monumentaque, quae ex fano Herculis collata erant in privatam domum, referri in templum jubet.* Statius in Hercule Surrentino,

Nec mihi plus Nemee, priscumque habitabitur Argos,
Et Tiburna domus, solisque cubilia Gades.

Interpres, qui ex veteri numismate Hadriani Hammonem capro insidentem se opinatur nobis exhibere, Serapin exhibuit. N. HEINSIUS. Verae scripturae incertus fluctuavit Dempster. ad Rosin. lib. II. Antiquit. Rom. cap. V. Sed omnino *clavigeri* cum viris doctis scribendum, cum quibus etiam facit Doctissimus Dausquejus. *clavigerum numen* & *claviger* apud poetas ubique obvium est. Videatur Ovid. XV. Met. versf. 22. & 437. IV. Fastor. versf. 67. in Ibin versf. 253. & alii alibi. Sed, quod maxime huc facit, Herculem Gaditanum clavigerum exhibet nummus Hadriani, quem ex Tristano tom. I. Comment. Histor. pag. 486. hic exprimendum curavi. Cui & alium Hadriani nummum adjeci, à Dausquejo olim productum, ut appareat, recte judicasse N. Heinsium, ei non Hammonem Jovem, sed Serapin insculptum esse.





Tandem templo Herculis Gaditani non Bostar dona dedit, ut Barthius voluit, sed ipse Hannibal; quod sequentia clare evincunt.

v. 15. *Captivis onerat donis*] Locutio est Maroniana ex X. Aen. versf. 619.

—— & tua largâ
Saepe manu multisque oneravit limina donis.

Atque ita passim auctores *promissis*, *laudibus onerare*. Sallust. in Bell. Jugurt. cap. XII. *Quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat.* Liv. lib. X. cap. XIV. *Ipsos nominatim juvenes, pari comitate utrumque, nunc laudibus, nunc promissis, onerat.* libr. XXV. cap. VIII. *Collaudati oneratique promissis jubentur, ut fidem popularibus facerent, praedandi caussa se urbe egressos.* libr. XXXII. cap. XI. *Ducem, promissis ingentibus oneratum, si fides exstet, vinctum tamen tribuno dedit.*

Saetigeros arcere sues: nec discolor ulli
Ante aras cultus: velantur corpora lino,
Et Pelusiaco praefulget stamine vertex.
Discinctis mos tura dare, atque e lege parentum
Sacrificam lato vestem distinguere clavo.
Pes nudus, tonsaeque comae, castumque cubile,
Irrestincta focis servant altaria flammae.
Sed nulla effigies, simulacrave nota Deorum

Majestate

dit. libr. xxxv. cap. xi. *Collaudatum cum Consul spe praemiorum onerat.* Phaedr. lib. v. fab. v. vers. 20.

——— multis onerant laudibus,
Hominemque plausu prosequuntur maximo.

Nam ita potius legam cum Celeberrimo Burmanno, quam *onerant laudibus* cum aliis. Hinc etiam vindicandus Justin. lib. v. cap. iv. *Omnibus, non humanis tantum, verum & divinis, eum honoribus onerant.* pro quo Acidal. ad Vellej. Paterc. lib. ii. cap. cxxiv. ex manuscriptis *honerant* mavult, quod pro *honorant* positum existimat. Sed vulgatum praefero. *Honerant* autem, quod in MSiis est, librariorum peccato perperam aspiratione adjecta, qui solens eorum error fuit, pro *onerant* scriptum fuit. De hac locutione plura vide apud Stewich. ad Arnob. iv. contra Gent. in princip. & N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. iii. vers. 9.

v. 19. *Hic credere gaudent*] *hinc* cum Agrippinate rectius. N. HEINSIUS. *hinc* etiam Putean. codex cum Veneta Marsi, nonnullisque aliis editionibus. idem & Dausquejus probavit.

v. 22. *Limine curant Saetigeros arcere sues*] Fuerit hoc Herculi Gaditano proprium, & ab Aegyptiis ortum, quibus sues & subulci impuri habebantur, ut ex Herodoto Dausquejus docuit; aliis tamen in locis Herculi olim porcos immolabant. Sextus Empyr. lib. iii. Pyrrh. Hypoth. pag. 155. *Σεράπιδι χοῖρον οὐκ ἂν θύσειέ τις, Ἡρακλεῖ δὲ καὶ Ἀσκληπιῷ θύουσι. Serapidi nemo umquam porcum immolaverit, at Herculi & Aesculapio immolatur.* Phaedr. lib. v. fab. iv.

Quidam immolasset verrem cum sancto Herculi.

Nam, quod notum est, iidem Dii diversis in locis saepenumero etiam diversis ritibus, ac sacrificiis non unius generis, colebantur. Nota vero *curant arcere*, pro arcent. vide Barthium ad Statii ii. Theb. vers. 360.

v. 24. *Velantur corpora lino, Ex Pelusiaco* &c.] Ita Dausquejus & nonnulli alii ediderunt: sed recte libri scripti cum priscis editionibus habent *Et Pelusiaco.* quomodo etiam legendum monuit vir eruditione & meritis in Rempublicam literariam omnibus notus, Rich. Bentlejus in epistola ad Celeberrimum Burmannum, qui has & quasdam alias ejus conjecturas humanissime mecum communicavit. Simili modo alibi etiam peccarunt librarii. vide Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. xx. Heroïd. vers. 16. *Pelusiaco stamine* est Aegyptio lino, quod candore vestibus utile, retibus inutile dicit Gratius in Cyneg. vers. 42.

Vix operata suo sacra ad Bubastia lino,
Velatur sonipes aestivi turba Canopi.
Ipse in materia damnosus candor inerti
Ostendit longe fraudem, atque exterruit hostem.

De usu lini in sacris vide Jan. Broekhuis. ad Tibull. lib. i. Eleg. iii. vers. 30. & Eleg. v. vers. 15. Pessime autem Barthius lib. xxv. Advers. cap. xi. de sacerdotibus Jovis Hammonis intelligebat haec verba, quae de Herculis Gaditani sacerdotibus capienda esse nemo non videt, & ex iis etiam, quae ipse supra notavit ad vers. 14. satis patet.

v. 26. *E lege parentum*] Haec erudite, ut omnia, ab Alberto Rubenio, elegantissimi ingenii viro, illustrantur ex Herodiano, lib. i. Rei vestiariae cap. xvii. N. HEINSIUS.

v. 28. *Pes nudus*] Sagittar. de Nudipedalibus veterum cap. 2. §. 6. Aegyptiorum Hierophantas nudipedes incessisse ex hoc loco probare conatur. sed, de Herculis Gaditani sacerdotibus hic agi, jam supra monui. Mihi tamen persuasum est, eodem ritu Aegyptiorum sacerdotes Herculem suum coluisse, quamvis Gadibus non proprie Herculem Aegyptium, sed Tyrium, cultum fuisse testatur Arrian. lib. ii. de Exped. Alex. Magni cap. xvi. Alibi autem alio ritu Herculem venerabantur. Varro in Satyra Menipp. quae *Pseudolus Apollo* inscribitur, apud Nonium voce *Excalceatur. Quod in ejus Dei templa calceati introeunt, nam in oppido quae est aedes Apollinis, & qui ibi ad Herculis introeat, nemo se excalceatur.*

v. 30. *Sed nulla effigies, simulacrave nota Deorum*] Ita & scripti. corrigendum tamen utique *simulacra vota*, uti & apud Minucium Felicem Octavio cap. x. *nulla simulacra vota.* ubi *nota* pari errore *simulacra* nunc circumferuntur. apud Nasonem Metam. x. vers. 693.

——— quo vota sacerdos
Lignea contulerat veterum simulacra Deorum.

Ita illic praestantiores scripti. in vulgatis *multa simulacra.* Malim praeterea in hoc Silii loco *nullae effigies*, quam *nulla*, etsi in scriptis nil praesidii. N. HEINSIUS. Voces *vota* & *nota* alibi confudisse librarios infra docui ad libr. vi. vers. 434. Hic autem recepta scriptura bene se habet, cujus sensus est, in hoc templo simulacrum Herculis non nosci, ejusque numinis effigiem non exstare. Ita Philostratus, à Dausquejo ad partes vocatus, testatur

Majestate locum & sacro implevere timore.
In foribus labor Alcidae Lernaea recisis
Anguibus hydra jacet, nexuque elisa leonis

Ora

lib. v. de vita Apollon. Tyan. cap. v. utriusque Herculis, Thebani nempe & Aegyptii, quos in hoc templo coli dicit, ἀγάλματα οὐκ εἶναι. Similia aliorum numinum templa suo adhuc tempore obvia fuisse testis est Tertull. de Idolol. cap. III. *Idolum aliquamdiu retro non erat. Priusquam hujus monstri artifices ebullissent, sola templa & vacuae aedes erant, sicut in hodiernum quibusdam locis vetustatis vestigia permanent.* Errasse autem puto doctissimum Dausquejum, qui existimat, voluisse Silium, Herculem Gadibus cultum non fuisse sub consueto ejus simulacro, sed sub symbolo quodam; quod arborem esse arbitratur, ex ipso Silio infra hoc libro vers. 691. *Arbor numen habet.* Sed agitur ibi de luco Jovis Hammonis, hic vero de templo Herculis Gaditani. Si autem sub symbolo quodam Herculem coluerint Gaditani, existimo illud fuisse irrestinctum ignem, altaribus ejus perpetuo ardentem, cujus Silius anteriori versu meminit: Hercules enim idem numen ac Sol putabatur. Vide Tristan. tom. I. Comment. Histor. pag. 494. tom. II. pag. 165. & Beger. in Thesauro Brandenb. tom. III. pag. 46.

v. 32. *In foribus labor Alcidae* &c.] Hoc ex veritate historica, ut ex Philostr. patet, qui, de templo Herculis Gaditani loquens, inquit libro v. de vit. Apoll. Tyan. cap. v. Τὰς δὲ Ὕδρας τε καὶ τὰς Διομήδους ἵππους, καὶ τὰ δώδεκα Ἡρακλέους ἔργα ἐκτετυπῶσθαί φασι καὶ ταῦτα, λίθου ὄντα. *Hydras item, & Diomedis equas, & duodecim Herculis opera, ipsa quoque statuario opere esse expressa, ex lapide omnia.* Hos Herculis labores Silius in foribus sculptos fuisse ait, ex more nempe veterum, qui templorum fores variis historiis ornare solebant. De templo Apollinis, quod Cumis erat, Virgil. VI. Aen. vers. 20. Minervae Syracusis Cicero libr. IV. in Verr. cap. LVI. Phoebi apud Colchos Valer. Flacc. libr. V. vers. 417. Jovis Romae Claudian. in VI. Consul. Honor. vers. 44. de regia Solis Ovid. II. Metam. vers. 4. porticu Apollinis Palatini Propert. lib. II. Eleg. XXIII. vers. II. & alibi passim. Labores autem Herculis plurimi descripserunt auctores, quos collegit Gruter. ad Plaut. Pers. act. I. sc. I. vers. 3. quibus adde Epigramma in Anthol. Graeca l. IV. cap. VIII. Ovid. IX. Metam. vers. 182. Senec. in Herc. Fur. vers. 216. in Agamemn. vers. 829. Claud. in Praefat. lib. II. de Rapt. Proserp. vers. 31. & Jos. Iscan. lib. II. de Bell. Troj. vers. 116. Plurima quidem ejus opera memorantur: duodecim tamen prae reliquis meruerunt *Herculis labores* vocari, quos totidem versibus consignavit Auson. Edyll. XIX. aliique. unde *Herculeos annis aequare labores* Statius lib. II. silv. I. vers. 124. dixit de eo, qui duodecimum annum attingebat. vide, quae ibi notavit Barthius.

v. 32. *Lernaea recisis Anguibus hydra jacet*] Hunc Herculis laborem supra illustravi lib. II. vers. 158.

v. 33. *Nexuque elisa leonis Ora*] *nixuque* quidam. vide Interpretem. N. HEINSIUS. Peccant libri, qui *nixuque* habent. *nexus* enim & *nectere* propria luctae verba sunt, quae de eo dicuntur, qui adversarium brachiorum nodo alligat, & constringit. Ovid. in lucta Herculis & Acheloi IX. Met. vers. 57.

Vix tamen exserui sudore fluentia multo
Brachia; vix solvi duros à corpore nexus.

Senec. VII. de Benefic. cap. I. *Magnus luctator est, non qui omnes numeros nexusque perdidicit, quorum usus sub adversario rarus est; sed qui in uno se aut altero bene & diligenter exercuit.* Quinctil. II. Instit. Orator. cap. VIII. *Exercendi corpora peritus, non, si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire, vel calce tantum, aut nexus modo, atque in his certos aliquos docebit, sed omnia, quae sunt hujus certaminis.* Plura notavit eruditissimus Gronov. in Diatr. Stat. cap. XXV. Hercules autem in omnibus monumentis antiquis, partim stans, partim genu nixus, leonem Nemeaeum brachiorum nodis elidit, ut in nummo Maximiani apud Tristan. tom. III. Comm. Hist. pag. 360. & in nummo Syracusanorum apud Goltz. in Sicilia tab. IV. n. 3. in uno tamen Heracleensium Leonem cauda apprehensum clava conficit apud eundem Goltz. in Sicil. tab. IX. n. 10. quae monumenta lectoris oculis subjeci.





Nec

Ora Cleonaei patulo caelantur hiatu:
Ast Stygius, saevis terrens latratibus umbras,
Janitor, aeterno tum primum tractus ab antro,

Vincla

Nec aliud colligi potest ex testimoniis auctorum veterum. Pausaniae in Lacon. cap. XVIII. memoratur *ἄγχων Ἡρακλῆς τὸν λέοντα*, *elidens leonem Hercules.* Sophocl. in Trachin. interprete Cicer. II. Tuscul. Quaest. cap. VIII.

O pectora, o terga, o lacertorum tori,
Vestrone pressu quondam Nemeaeus leo
Frendens efflavit graviter extremum spiritum?

Senec. in Herc. Fur. vers. 225.

Gemuit lacertis pressus Herculeis leo.

Agam. vers. 829.

Te sensit Nemeaeus arto
Pressus lacerto fulmineus leo.

apud Archium in Antholog. Graec. lib. IV. cap. VIII. Epigr. 8. leo Nemeaeus dicitur

Αὐχένα θηροφόνοις ἀγχόμενος παλάμαις,

guttur artatus manibus feras occidentibus. alia vide apud Delr. in comment. ad Senec. Herc. Oet. vers. 1235. & Gronov. in gust. ad Stat. VI. Theb. vers. 270. Idem etiam ex Silii verbis *elisa ora* patet. *elidi* enim dicuntur, qui strangulatione vel suffocatione occiduntur. De hoc leone Ovid. IX. Met. vers. 197.

His elisa jacet moles Nemeaea lacertis.

De Hercule Cacum interficiente Virgil. VIII. Aen. vers. 260.

Corripit in nodum amplexus, & angit inhaerens
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur.

Vide Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XXVII. vers. 60. Ex his igitur patet, recte vulgo legi *nexuque*; deinde etiam jure Victor. lib. IV. Var. Lect. cap. XXII. reos egisse nostrae aetatis pictores, quibus persuasum est, Herculem leonem Nemeaeum divulsis malis interfecisse: qualis fere depingitur in nummo Getae apud Patin. in numm. Imper. pag. 254.



sed error ille sculptoris, non monetarii prisci fuisse videtur, quoniam Patin. in eo leonem ab Hercule *suffocatum* exstare dicat. Voces autem *nexus* & *nixus*, quemadmodum hic apud Silium, ita & alibi, saepe commutantur invicem. Apud Lucan. lib. III. vers. 612. est,

- - - illa tamen nixu, quo prenderat, haesit.

pro quo in veterrimo manuscripto Bibliothecae S. Germani est *nexu*. apud Valer. Max. lib. IV. cap. II. ex. 2. recte vulgo editur, *pari virtutis impetu connisi*, pro quo in codice Bibliothecae Trajectinae est *connixi*: unde perperam Rob. Stephanus *connexi* edidit. & ita pariter alibi erratum est.

v. 34. *Patulo celantur hiatu*] Ita Dausquejus, Cellarius, & plerique alii ediderunt, sed Nobilissimus Bentlejus recte monuit, *caelantur* emendandum esse; quomodo etiam Nic. Heinsius ad marginem Silii legit. *hiatu leonis* ut apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 34.

- - - Cleonaeo jam tempora clusus hiatu
Alcides.

aliis *rictus* dicitur; *χάσμα ὀδόντων* vocavit Anacreon carm. 2. *patulus* autem *hiatus* propter elisum guttur, non vero diductas malas. utramque enim sententiam male junxerat Petrus Marsus in Commentariis.

v. 35. *Ast Stygius, saevis terrens latratibus umbras, Janitor*] Posses etiam cum Celeberrimo Burmanno legere,

Ast, Stygias saevis terrens latratibus umbras,
Janitor.

Stygiae umbrae millies occurrunt.

v. 36. *Aeterno tum primum tractus ab antro*] Opinor, *inferno tum primum abstractus ab antro.* de *abstrahendi* verbo, huc minime praeter ordinem revocato, adeantur, quae curis secundis ad Nasonis Metamorphoses annotamus, libro VII. vers. 415. N. HEINSIUS. Voces *aeternus* & *infernus* in libris scriptis saepe confunduntur. apud Lucan. lib. VI. vers. 781. nunc legitur,

Impiaque infernam ruperunt arma quietem:

sed quatuor libri scripti habent *aeternam quietem*, quod erit ab omni aevo nondum abruptam quietem. Similem lectionum diversitatem apud Claudian. etiam occurrere lib. II. de Rapt. Proserp. vers. 331. monuit me Celeberr. Burmannus. Malim tamen hoc loco nihil mutare:. Silius enim *aeternum antrum* opposuit vocibus *tum primum tractus*, ut *aeternum antrum* sit, unde Cerberus numquam erat abstrahendus, ubi aeternum manere debebat. sic *dona aeterna* infra habes lib. IX. vers. 117.

Haec tibi, cara parens Acca, ad solatia luctûs
Dona fero, nati ut figas aeterna sepulcro.

quae nempe numquam inde erunt refigenda. *aeterna Megaera* lib. XIII. vers. 611.

Vipereo domat hunc aeterna Megaera flagello.

pro Megaera semper, aeternùm, domat hunc. Avernus *aeterna sedes* vocatur lib. XVII. vers. 470.

——— *tum manes inimicus sede repellas*
Aeterna.

quod ibi manes aeternùm manere credebantur. Pro *tractus*

Vincla indignatur, metuitque Megaera catenas.
Juxta Thraces equi, pestisque Erymanthia, & altos
Aeripedis ramos superantia cornua cervae.
Nec levior vinci Libycae telluris alumnus
Matre super, stratique genus deforme bimembres

Centauri,

tractus autem Illustriss. Heinsius legit *abstractus*, quo verbo eadem de re usus etiam Cicero Sophoclem interpretatus II. Tuscul. Quaest. cap. VIII.

Hac a Tartarea tenebrica abstractum plaga
Tricipitem abduxit Hydra generatum canem.

Senec. in Hippol. vers. 844.

Qui cum revulso Tartaro abstraheret canem.

ita enim optimum codicem habere testis est Gronovius. De Theseo Pirithoi, Proserpinam rapturi, socio ibid. vers. 95.

Solio ut revulsam regis inferni abstrahat.

Sed ne hic quidem vulgatum muto. Pariter enim locutus est Virgil. VI. Aen. vers. 396.

Tartareum ille manu custodem in vincla petivit
Ipsius à solio regis, traxitque trementem.

Senec. Herc. Fur. vers. 809.

Custos opaci pervigil regni canis
Componis aures timidus, & patiens trahi.

vers. 819.

Geminis uterque viribus tractum canem
Intulimus orbi.

in Agam. vers. 859.

Tractus ad coelum canis inferorum
Triplici catena tacuit.

Hercul. Oet. vers. 1766.

——— quando ab inferna Styge
Remeabis iterum, non ut & spolium trahas?

Hunc autem Herculis laborem ob oculos nobis ponit gemma apud Beger. in Thes. Brandenb. tom. III. pag. 192. quam hic exprimi curavi.

v. 38. *Juxta Thraces equi*] Herculem, unum ex Diomedis Thraciae regis equis interficientem, exhibet nummus Antonini Pii apud Tristan. tom. I. Comment. Hist. pag. 609. quem hic aeri insculptum videri volui.

v. 38. *Pestisque Erymanthia*] Aper nempe Erymanthius. *pestis* enim vocatur, quidquid noxium & perniciosum existit. de serpente Italiae vastationem denotante mox vers. 200. *ardua quae sit, Scitatur, pestis.* de serpente à Regulo interfecto lib. VI. vers. 165.

Imprudens tantae pestis gradiebar.

de vulpe Ovid. VII. Metam. vers. 763.

Protinus Aoniis immittitur altera Thebis
Pestis.

Vide Nic. Heinsium ad Ovid. IX. Metam. vers. 197. & ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 498. Hunc Herculis laborem ex nummo Maximiani apud Tristan. tom. III. Comm. Hist. pag. 358. lectori visendum dedi.

v. 39. *Aeripedis ramos superantia cornua cervae*] Τὰς ταχίνας. vide, quae in Ausonianis suis annotavit aeternus ille literarum censor Scaliger [lib. I. cap. XVI. sive ad Auson. Edyll. XI. vers. 14.] D. HEINSIUS. *cervi* Coloniensis Oxoniusque cum editione Parmensi. N. HEINSIUS. *cervi* etiam Mediolan. editio: atque ita Plaut. in Persa act. I. sc. I. vers. 3.

Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, cum apro Aetolico
Cum avibus Stymphalicis, cum Antaeo deluctari mavelim.

Auson. Edyll. XIX.

Aeripedis quarto tulit aurea cornua cervi.

Martial. lib. IX. Epigr. CI.

Aeripedem silvis cervum, Stymphalidas astris Abstulit.

Ita locus hic olim legebatur; sed Gruter. postea *cervam* edidit ex codice MSto, ad imitationem nempe Graecorum vetustissimorum, qui vocem ἔλαφος, sive de masculo, sive de femina loquerentur, feminino genere fere semper extulerunt. vide Spanhem. ad Callim. Hymn. in Dian. vers. 102. Similiter Latinos *cervam*, quam *cervum*, dicere maluisse docet Broekhus. ad Tibull. lib. IV. Eleg. III. vers. 13. Eandem ob causam ortum puto similem dissensum auctorum veterum in aliis Herculis laboribus; quidam enim volunt Herculem regem Diomeden *equis*, quidam *equabus* suis, objecisse. v. N. Heinsium ad Ovid. Epist. IX. Heroïd. vers. 68. & nonnulli Herculem Geryonae *boves masculos*, alii *feminas*, ex Hispania abduxisse scribunt. vid. infra ad lib. VI. vers. 629. Hinc itaque Salmas. apud Jungermann. ad Polluc. lib. V. sect. 76. τὰν ἔλαφον apud poëtas, & inter eos apud Pindar. in Olymp. od. III. qui de hoc Herculis labore verba faciunt, semper *cervum*, non *cervam*, accipiendum & vertendum existimat, quod cornibus aureis insignis fuisse dicatur, & cervae cornibus careant, ut Aristoteles aliique Physiologi docuerunt. Sed, quod pace viri summi dicam, apud Pindar. saltem *cervus* accipi & verti nequit: Poeta enim χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν vocat: quare, si verum est, nullas cervas cornua habere, peccavit Pindarus, aeque ut de Sophocle idem Salmas. notavit in Exercit. Plin. pag. 157. qui Telephum à cerva cornuta enutritum fuisse dixerat. Inveniri tamen nonnunquam, sed raro, cervas, quae cornua habent, notarunt Jul. Caes. Scaliger in lib. III. de Re poet. cap. IV. & Theodor. Graevius ad Callim. H. in Dian. vers. 102. *Aeripedis* autem esse celeris, etiam monet Voss. in Etym. in voce *Aes*, certe quam Silius *aeripedem*, Graeci χαλκόποδα, Quint. Calab. lib. VI. vers. 223. θοὼν

πόδας



pag. 128 et 129.

ΔΙΟϹΚΟΥΡΙΔΟΥ

VIRTVTI AVGG

VIRTVS AVGVSTORVM

P·ROM.

ΑΙΤΩΛ ΩΝ

HERCVLI LIBYCO



Centauri, frontemque minor truncam amnis Acarnan.
Inter quae fulget sacratis ignibus Oete,
Ingentemque animam rapiunt ad sidera flammae.
Postquam oculos varia implevit virtutis imago,
Mira dehinc cernit: surgentis mole profundi
Injectum terris subitum mare, nullaque circa

Litora

πόδας pedibus celerem dixit. Exhibet hunc Herculis laborem praeter alia monumenta nummus Maximiani apud Tristan. tom. III. Comment. Hist. pag. 365. quem hic vident lectores.

v. 40. *Nec levior vinci Libycae telluris alumnus*] Herculis cum Antaeo lucta ex nummo Postumi apud Morell. in specim. rei numm. tab. VI. hic aere expressa est.

v. 41. *Stratique genus deforme bimembres Centauri*] Hunc Herculis laborem describi jussi ex nummo ΑΙΤΩΛΩΝ, quem edidit Goltzius in Graec. tab. VII.

v. 42. *Frontemque timet minor omnis Atarnan*] Erudite ex Eustathio Dausquejus. in MS. Oxoniensi prodigiosa scriptura est, *frontemque rumor nunc omnis Acarnan.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *frontemque minor nunc omnis Acarnan* in Coloniensi. In Puteaneo & Romana editione, *frontemque timet nunc amnis Acarnan.* scribe indubitata conjectura,

- - - *frontemque minor truncam amnis Acarnan.*

Acheloum ab Hercule cornu altero fuisse truncatum quis nescit? Apposite omnino Naso de Acheloo, initio Metam. IX.

Quae gemini truncaeque Deo Neptunius heros
Caussa rogat frontis.

Statius IV. Theb. vers. 106.

——— *Herculea turpatus gymnade vultus*
Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis.

Nihil omnino vidit Interpres in hoc loco, cui tamen Barthius applaudit inconsulte. *frontem truncam minor* eleganti Graecismo dixit noster, quomodo apud Juven. sat. VIII. habes,

Et Curios jam dimidios, humerosque minorem
Corvinum.

ita enim Pithoei vetustissimae membranae: ubi forte legendum quoque, *Et Curios jam dividuos*, id est, fissos. Noster lib. IV. vers. 540.

Cui Consul, namque ira coquit: Pone, improbe, quidquid
Restat in ore fero, & truncata fronte relucet.

libro IX. vers. 399.

——— *atraque manant*
Orbibus elisis & trunca lumina fronte.

N. HEINSIUS. Dausquejus hunc locum refert ad Abantes, olim comatos, postea vero crinem non alentes: sed illi ad labores Herculis, in quibus recensendis Silius hic versatur, nihil faciunt, ut etiam Illustrissimus Heinsius notavit ad Sabini Epist. III. vers. 91. ubi per elisionem evenisse docet, ut librarius ineptam hanc lectionem excogitarit: omnino vero scribendum esse, *frontemque minor truncam amnis Acarnan. truncam frontem* habet, cui aliquid in fronte deest. Sic Senec. in Oedip. vers. 1021.

Per has reliquias corporis trunci precor.

corporis trunci propter elisos oculos. Sic *trunca cornua* Statius IV. Theb. vers. 72.

——— *nam trunca vident de vulnere multo*
Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.

Claudian. in Laudib. Seren. vers. 176.

Saucia truncato pallebant flumina cornu.

minor truncam frontem Graecismus est, pro *trunca fronte*, ut locutus est Lucan. lib. II. vers. 717.

Rapta puppe minor subducta est montibus Argo.

Recte etiam pro *omnis* emendatum *amnis*, ut alibi etiam peccarunt librarii. vide Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. XV. Heroid. vers. 157. De elisione, erroris frequentissime caussa, quaedam supra vide ad lib. II. vers. 531. Eruditissimus Bentlejus etiam non male hic legendum suspicatur,

——— *frontemque illinc minor amnis Acarnan,*

eodem sensu; *illinc* enim exponit ab altera parte. Herculem cum Acheloo certantem exhibere putatur nummus *Αμπρακιωτῶν* apud Goltz. in Graec. tab. XX. quem hic etiam oculis lectoris subjeci.

v. 45. *Varia implevit virtutis imago*] Malim, *variae virtutis imago.* N. HEINSIUS.

v. 46. *Surgentis mole profundi*] *Molem profundi* pro aquarum immani copia dixit nova, ut videtur, phrasi. Sic Sedulius, Poëta non ineptus,

Qui genus humanum, praeter quos clauserat arca,
Diluvii rapida spumantis mole sepultum,
Una iterum de stirpe creas.

Profundum apud Silium Graecum est, quibus *βάθος* notat tempestuosum mare. Q. Smyrnaeus,

Πουτάδη δ' ἄρα γαῖα, βάθος δ' ἐπεχεύατο πάντη.

BARTHIUS lib. XXI. Advers. cap. XV. Pari locutione *molem maris* dixit Silius lib. XIV. vers. 124.

——— *sequitur cum murmure molem*
Ejecti maris, & stridentibus affremit alis.

Senec. III. Natur. Quaest. cap. XXVIII. de mari, *ideoque, ut effluat, non magna mole se tollet. Molem aquarum* dixit Solin. in Polyh. cap. XXIII. *Aquarum moles, torto in septentrionem prius latere, anfractibus magnis &c. in angustias stringitur Propontidis.* Avien. in descript. Orb. vers. 295.

Undarum moles Tyrrheno cogitur aestu.

v. 47. *Injectum terris subitum mare*] In scripto codice est *Invectum*, quod melius laboribus Herculei

Litora, & infuso stagnantes aequore campos.
Nam qua caeruleis Nereus evolvitur antris,
Atque imo freta contorquet Neptunia fundo,
Proruptum exundat pelagus, caecosque relaxans
Oceanus fontes torrentibus ingruit undis.
Tum vada, ceu saevo penitus permota tridenti,
Luctantur terris tumefactum imponere pontum.
Mox remeat gurges, tractoque relabitur aestu,

Ac

culei numinis convenit. BARTHIUS libr. VI. Advers. cap. XV. *Inventum* Puteaneus. an *Invectum?* & sic Barthius ex Oxonio. possis & *Ingestum.* sed Parmensis editio *Innectum.* N. HEINSIUS. *Invectum* melius Herculei numinis laboribus convenire dicit Barthius: ut adeo putet, Silium respexisse ad perfossum ab Hercule isthmum, qui inter mare mediterraneum & Oceanum erat, unde postea fretum Herculeum nomen habuit: eodem modo, quo Xerxes rex, perfosso monte Atho, *mare terris immisisse* dicitur apud Arnob. lib. I. contr. Gent. pag. 5. At non amplius hic agit Silius de laboribus Herculis, sed aestum Oceani describit, quem Hannibal spectabat. *Invectum* ex Oxon. cod. etiam Illustrissimus Heinsius in contextum receperat. Sed nihil mutavi. locus enim Silii ex lib. XIV. ad versum anteriorem laudatus receptam scripturam commode tuetur; quemadmodum enim Boreas illic mare *ejicit* ex alveo, ita hic aestus illud *terris injicit. immittere* dixit Manil. lib. II. vers. 89.

Sic pontum movet, & terris immittit, & aufert.

v. 51. *Praeruptum exundat pelagus*] Optime Coloniensis *Proruptum.* Apud Maronem Aeneid. I. vers. 246.

It mare proruptum, & pelagè premit arva sonanti.

apud eundem VII. Aen. vers. 459. *toto proruptus corpore sudor. proruptus Vesevus* apud Valer. Flacc. lib. IV. vers. 507. & libro VI. vers. 632. *hiberno proruptus ab arcu Imber.* Stat. Theb. II. vers. 626. ex antiquis membranis,

Intercepta natat prorupto in sanguine lingua.

Idem verbum Claudiano bis reddidimus. adeantur curae secundae ad librum II. in Stiliconem vers. 462. N. HEINSIUS. Idem verbum Avieno etiam restituendum videtur fab. XVI.

In tua proruptus offendit robora nimbus,

ubi vulgo etiam est *praeruptus.* vide plura apud Barthium ad dictum Statii locum, & N. Heinsium ad Claudiani II. de Laudib. Stilic. vers. 462. Librarii imperiti, cum voculae *prae* & *per* simili fere siglo à ταχυγράφοις scriberentur, recte eas distinguere nequiverunt. vide infra ad lib. XVII. vers. 56.

v. 51. *Caecosque relaxans Oceani fontes*] Manuscriptum *Oceanus*, quod non videtur repudiandum. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *Oceanus* ex Oxonio libro placebat Barthio: neque aliter Colon. & Putean, cum Rom. ac Parm. editione. N. HEINSIUS. *Oceanus* etiam Mediol. editio. primus Marsus *Oceani* edidit.

v. 55. *Tractoque relabitur aestu*] Scribe, *fractoque aestu*, & consule, si tanti sunt, quae ad Valer. Flacc. annotamus libro VII. vers. 584. N. HEINSIUS. *fracto aestu* hoc loco scribendum esse monuit etiam olim idem Heinsius ad Ovidii XI. Metam. vers. 729. *Frangitur* autem unda, fluctus, mare, aestus, cum eorum impetus litore vel scopulis aut alio aliquo impedimento refunditur. Silius lib. I. vers. 592.

Verticibus torquet rapidis mare, fractaque anhelant
Aequora, & injecto conduntur gurgite montes.

lib. V. vers. 398.

Dant gemitum scopuli, fractasque in rupibus undas
Audit Tartessos latis distermina terris.

lib. VIII. vers. 429.

Tam creber fractis albescit fluctus in undis.

lib. XVII. vers. 259.

Ductoris frangit super ora trementia fluctum.

Senec. in Oedip. vers. 603.

Fluctusque non tot frangit Ionium mare.

in III. Natur. Quaest. cap. XXVIII. *Deinde à tergo ventis surgentibus ingens aequor evolvunt, quod longe à conspectu interioris litoris frangitur.* Lucan. lib. II. vers. 401.

Hinc Tyrrhena vado frangentes aequora Pisae.

libro VI. vers. 265.

——— *mare lassatur, cum se tollentibus Euris*
Frangentem fluctus scopulum ferit.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 453.

——— *fractaque remurmurat unda.*

lib. V. vers. 411.

——— *genibusque tumens infringitur unda.*

Statius IX. Theb. vers. 464.

——— *clipeum nigrante supervenit aestu*
Spumeus assultans, fractaque refunditur unda.

Paullin. in vita D. Martini lib. I. vers. 243.

——— *opposito fluctus dum pectore frangit.*

& ita passim. vide Celeberr. Burmann. ad Petron. Satyr. cap. CXXIII. Voces autem *fractus* & *tractus* interdum librarii invicem commutarunt. consule, quae notavit Jan. Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. VII. vers. 19.

v. 56. *Ac ratis erepto campis deserta profundo*] *Stat ratis* opinor. & sic Gronovius IV. Observ. cap. XVII. N. HEIN-

Ac ratis erepto campis deserta profundo,
Et fusi transtris exspectant aequora nautae.
Cymothoës ea regna vagae, pelagique labores
Luna movet: Luna, immissis per caerula bigis,
Fertque, refertque fretum, sequiturque reciproca Tethys.
Haec propere spectata duci: nam multa fatigant.
Curarum prima exercet, subducere bello

Consortem

N. HEINSIUS. Sic Flor. lib. III. cap. X. *Sed haerebat in vadis pugna, quum aestibus solitis cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello videretur.* & Pedo de navigatione Germanici in Oceano apud Senec. Suas. I.

Accumulat fragor ipse metus: jam sidere limo
Navigia, & rabido desertam flumine classem,
Seque feris credunt per inertia fata marinis
Tam non felici laniandos sorte relinqui.

Ita forte scribendum. vulgo est, *rapido flamine*: sed *flumine* in libris priscis fuisse ex Schotti libello variarum lectionum patet. *rabido flumine deserta classis*, est destituta maximis illis fluctibus, qui in Oceano volvuntur.

v. 57. *Effusi transtris nautae*] Scribendum ex prisco codice *Et fusi transtris*. in vulgaribus nihil cohaeret. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XV. *Et fusi* Colon. & Oxon. quod Barthius est jam amplexus. Ni fallor, *Et fusi in transtris* erat à manu ipsius Silii. N. HEINSIUS. Optime vir Illustrissimus *Et fusi in transtris*, id est, in transtris sedentes, vel jacentes. infra lib. VII. vers. 303.

——— *sociosque in cespite fusos*
Incussa revocat castrorum ad munera planta.

Virgil. I. Aen. vers. 214.

——— *fusique per herbam*
Implentur veteris Bacchi, pinguisque farinae.

Et fusi, pro *Effusi*, Dausquejus omnium primus reposuit ex conjectura. Frequenter scriptores librarii hoc modo peccarunt. *effusus* pariter mutandum in *& fusus* docuit vir Celeberrimus Jac. Gronovius ad Livii lib. I. cap. XXXVIII. *edidicit* in *& didicit*, Nic. Heinsius ad Claudiani I. in Rufin. vers. 99. *elapsi* in *& lapsi* ibidem in B. Gildon. vers 47. *evicta* in *& victa*, Gronov. ad Auctorem Octav. vers. 902. infra apud Silium lib. XI. vers. 12. *Erupisse*, pro *Et rupisse*, perperam est in Oxon. codice. Contra autem *& jocaris* mutandum in *exiocaris* censet Jos. Scaliger ad Catull. carm. XXI. *& ducti* in *educti* Modius supra ad lib. II. vers. 127. *& fractum* in *effractum* N. Heinsius ad Claud. Bell. Gildon. vers. 136. & ad Ovidii V. Trist. El. II. vers. 40. & ita passim alibi.

v. 58. *Pelagique labores Luna movet*] Eorum Philosophorum, qui Lunam aestus marini caussam statuunt, sententiam plerumque amplectuntur Poetae. Vide Manil. lib. II. vers. 90. Claudian. in VI. Consul. Hon. vers. 499. in Paneg. Mall. Theod. vers. 107. Sidon. Apollin. carm. XXII. vers. 107. Guil. Brito VIII. Philipp. vers. 43. Lucanus autem plures simul junxit lib. I. vers. 412. ut & Mela lib. III. cap. I. Aestum marinum *reditumque, fugamque Lucentis pelagi* eleganter vocat Iscanius I. de Bello Trojano vers. 83.

v. 60. *Sequiturque reciproca Thetis*] Ita corrupte Dausqueji, & non nullae aliae editiones. Sed *Tethys* legendum, monuit Eruditissimus Bentlej. & Davis. ad Caesar. lib. III. de Bell. Gallic. cap. XII. ut & Richter. in Specim. Observ. Crit. pag. 74. quemadmodum etiam habent vetustissimae editiones. Atque ita scribendum esse syllabarum modus etiam Silii editores docere debuerat.

v. 61. *Nam multa fatigant Pondera curarum, primum subducere bello*] Et interpunctione, & verborum qua interpolatione, qua invicem sibi suppositione, peccatum est: quod corrigetur utrumque, reponendo MSS. scripturam, quae est,

——— *nam multa fatigant.*
Curarum prima exercet, subducere bello
Consortem thalami.

libro VI. vers. 592. ait Poëta,

Maxima curarum rectorem ponere castris.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XCVIII. Ut Modius correxit, expresse etiam habent membranae Britannicae. Et quis ausit nobis persuadere, talia potuisse nasci ab ingeniis librariorum? praecipue τὸ *exercet* non est de nihilo. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XV. *Curarum prima exercet* in scriptis, nec non Romana & Parmensi editione. monuit jam Modius. Nec vulgatae tamen deest sua elegantia; sed praestat altera, sic etiam censente Barthio. N. HEINSIUS. *Pondera curarum* ut Lucan. lib. IX. vers. 575.

Cetera curarum projecit pondera.

Stat. IV. Theb. vers. 38.

——— *rex tristis & aeger*
Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis.

& IX. Theb. vers. 575.

Namque per attonitas curarum pondere noctes.

Haud dubito tamen, quin praeferendum *Curarum prima exercet*, ut libri prisci habent, quibuscum facit etiam Mediolan. editio, & omnes aliae ante Juntinam, in qua primum Nicander vulgatam lectionem protulit. Ita autem saepissime locutus est Silius noster, ut lib. IX. vers. 134.

Curarum tibi prima tamen sit, nate, referre
Ductori monitus Paullo.

lib. XI. vers. 379.

Altera curarum, Libycis dimittitur oris

Consortem thalami, parvumque sub ubere natum.
Virgineis juvenem taedis, primoque Hymenaeo
Imbuerat conjux, memorique tenebat amore.
At puer, obsessae generatus in ore Sagunti,
Bissenos Lunae nondum compleverat orbes.
Quos, ut seponi stetit, & secernere ab armis,
Affatur ductor: Spes o Karthaginis altae,
Nate, nec Aeneadum levior metus, amplior, oro,
Sis patrio decore, & factis tibi nomina condas,

Quîs

Heu! Decius.
lib. XIII. vers. 467.
Haud ulla ante tuam, quamquam non parva fatigent,
Curarum prior exstiterit.
lib. XVII. vers. 76.
Sed non Ausonio curarum extrema Syphacem
Ductori monuisse fuit.
& ita fere Statius XII. Theb. v. 176.
——— *extremum curarum ac turpe reverti.*
Dausquejus tamen Nicandri somnia probare maluit, quam veritati manus dare.

v. 63. *Parvumque sub ubere natum*] Pariter Virgil. v. Aeneid. vers. 285.
Cressa genus Pholoe, geminique sub ubere nati.
ubi codex Romanus habet *sub ubera*, quod recte Pierius improbat. Statius III. Theb. vers. 683.
——— *parvumque sub ubere caro*
Thessandrum portabat avo.
Arnob. II. advers. Gent. pag. 97. *Non infantes sub uberibus matrum stentoreos legicis edidisse vagitus?* Juvenc. lib. I. de Euang. Histor. v. 263.
Infantes mandans, teneramque sub ubere plebem
Innocuam in finibus rigido succumbere ferro.
in uberibus dixit Silius libr. IX. vers. 70.
Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus.
ad ubera in Passione DD. Perpetuae & Felicitatis. *Habens patrem & matrem & fratres duos, alterum aeque catechumenum, & filium infantem ad ubera.* Barbara voce *sububeres* vocantur. Gloss. Isid. *Sububeres, infantes, qui adhuc sunt sub ubere.* Graecis ὑπομαζίδιοι dicuntur, quod in Gloss. Labb. *subrumi* exponitur.

v. 66. *Generatus ad ora Sagunti*] Lege cum MS. *in ore*, cujus generis exemplorum copia est, cum alterius vix ullum subeat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *in ore* iidem codices, tam editi, quam scripti, constanter. & recte: quod & Barthius probavit: quam in rem non pauca congessimus ad epistolam Ariadnes Nasonianae, & ad Claudiani Aponum. Nasonis Ariadne,
Cum steteris urbis celsus in ore tuae.
qui locus vulgo erat pessime affectus. Arusianus Messius Elocutionum libello inedito: *In ore illius agens, pro in conspectu illorum. Sallust. Histor. I. Ut in ore gentibus agens.* N. HEINSIUS. Mediol. etiam editio *in ore*. Marsus ediderat *in ora*, idque in commentariis exposuit, *in regione Saguntina*, quem metrica lex meliora docere poterat. Primus Nicander, quum syllabae modus versui non responderet, *ad ora* edidit. sed ipsam Silii manum Barthius & Heinsius vindicarunt. Infra lib. X. vers. 464.
Evolat, & domini consistit in ore jacentis.
Senec. VII. de Benef. cap. XIX. *In ore parentum filios jugulant.* Eumen. pro restaur. schol. cap. IX. *In publica ostentatione & in ipso urbis istius ore vegetentur.*

v. 72. *Qui superes bellator avum*] *Quis superes* bene scripti & editio Romana ac Parmensis. meminit ejus Interpres. N. HEINSIUS. *Quis* etiam editio Mediolan. & quaedam aliae. Primus Marsus *Qui* dedit, prave omissa ultima litera *s*, unde vox sequens initium iterum ducebat.

v. 72. *Jamque aegra timoris Roma tuos numeret lacrimandos matribus annos*] MS. *jam gesta timoris*; an legendum *justa timoris*? quae jam caussam timendi habeat. *Matribus* ex illo Horatii,
Parentibusque abominatus Hannibal.
Allocutionem nati ex Homero esse ad III. Consul. Honor. vers. 33. apud Claudian. annotavi. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *jam gesta* Oxon. unde Barthius *justa timoris*: forte *jam certa timoris*: ut libr. VIII. vers. 52. *corripit ensem Certa necis.* Apud Statium Theb. v. *jam certa malorum Mentis ab augurio.* Sed pro vulgata lectione videantur quae diximus ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 737. Noster lib. VIII. vers. 108.
Respiciens, aegerque animi tua regna reliqui.
Pro *numeret*, Puteaneus & editio Parmensis *numerat*. N. HEINSIUS. Nihil omnino muto: optime enim recepta lectio Hannibalis jactantiam exprimit. *certa timoris* est, quae jam noverat, olim se timore perculsum iri; *justa timoris* quae caussam habebat, cur timeret; at *aegra timoris*, quae jam timebat, non solum Hannibalem, sed etiam filium ejus, vixdum annum natum. Frequenter autem *aeger* cum secundo casu construitur. infra lib. XV. vers. 135.
Sed quamquam instinctis, tacitus tamen aegra pericli
Pectora subrepit terror.

ubi

Quîs superes bellator avum: jamque aegra timoris
Roma tuos numeret lacrimandos matribus annos.
Ni praesaga meos ludunt praecordia sensus,
Ingens hic terris crescit labor: ora parentis
Agnosco, torvaque oculos sub fronte minaces,
Vagitumque gravem, atque irarum elementa mearum.
Si quis forte Deûm tantos inciderit actus,
Ut nostro abrumpat leto primordia rerum;
Hoc pignus belli, conjux, servare labora.

Cumque

ubi vide, quae notavit vir Illustrissimus. Livius lib. I. cap. LVIII. *Consolantur aegram animi.* libr. II. cap. XXXVI. *Aegro animi eadem illa in somnis obversata species.* Curtius lib. IV. cap. III. *Aegro animi Alexandro classis Cypro advenit.*

v. 73. *Lacrimandos matribus annos*] De Hannibale infra lib. IV. vers. 731. *Latio lacrimabile nomen Hannibal.* vide supra ad lib. I. vers. 110.

v. 75. *Ingens hic terris crescit labor*] In Msto esse annotatur *Ingens hic malis.* quid facilius, quam *Italis* scribendum deinceps censere? BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *Ingens hic malis* Oxonius, teste Barthio, unde ille *Ingens hic Italis crescit labor* conjicit. Argute. in meo tamen codice nulla hic scripturae discrepantia ex Oxonio annotata. Nec alia quidquam variant exemplaria. Putabam, *Ingens Hesperiae crescit labor*, ut libro IV. vers. 817. de hoc ipso Hannibalis filio,

Spes, o nate, meae, Tyriarumque unica rerum,
Hesperia titubante, salus.

vel, *Ingent hic Teucris crescit labor.* sic infra vers. 127. *serva caput inviolabile Teucris*, pro Italis. lib. VII. vers. 484.

Aetolae rursus Teucris pugnabitis umbrae.

lib. IX. vers. 532. *Non Teucros delere aderam.* lib. XVII. vers. 353. *gentem contra & fatalia regna Teucrorum*, pro Romanorum. simile mendum sustulimus lib. XIII. vers. 115. ubi *Teucri* pro Campanis. Sed *terris* bene. lib. XI. vers. 523.

Ductor, quo numquam majorem ad bella tulerunt
Rectorem terrae.

N. HEINSIUS. De Scipione similiter Florus lib. II. cap. VI. *Hic erit Scipio, qui in exitium Africae crescit.* Sed Silii locus recte se habet, & nulla conjectura indiget. *Terrae* sunt homines in terra viventes: Karthaginem enim non Italiae solum, sed universi terrarum orbis, caput relinquere cogitabat Hannibal. De eo moriente Silius lib. XIII. vers. 893.

At tandem terras longa formidine solvet.

Ita *terrae* frequenter. libr. eod. vers. 790.

Atque haec cuncta prius, quam cerneret; ordine terris
Prodidit.

lib. IX. vers. 59.

Vulgavit terris proavorum aetate furores.

Virgil. VI. Aen. vers. 870.

Ostendent terris hunc tantum fata, nec ultra
Esse sinent.

Senec. in Herc. Fur. vers. 250.

Sensere terrae pacis auctorem suae
Abesse terris.

Valer. Flacc. I. Argon. vers. 631.

—— linquite, terrae,
Spem pelagi, sacrosque iterum seponite fluctus.

Cic. I. de Divin. cap. XI.

Haec fore, perpetuis signis clarisque frequentans
Ipse Deûm genitor coelo terrisque canebat,

id est, Diis hominibusque praedicebat. vide Barthium ad Claudiani I. in Eutrop. vers. 157.

v. 78. *Si quis forte Deûm tantos inciderit actus*] Eruditissimus Bentlejus conjicit *tantis inviderit actis.* Nimirum gentilibus olim persuasum erat, Deos nimium felicibus hominum rebus invidere, eorumque fortunam omni conatu abrumpere. Silius lib. VII. vers. 60.

—— pariter cecidere Deorum
Invidia, subitis circumvenientibus armis.

lib. XV. vers. 514.

—— neve usque ad sidera adisse
Invideat laevus nobis Deus.

& alii saepe. Vel etiam receptam lectionem servat, at versu sequenti, pro *Ut nostro abrumpat*, reponit *Et nostro abrumpat*; idque malo. *Inciderit actus* est ruperit. Auctor Ceir. vers. 276.

Sin autem optatae spes est incisa salutis.

Livius lib. II. cap. XV. *Tarquinius spe omni reditus incisa exsulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit.* Senec. Epist. CI. *Ipsam, quam premimus, horam casus incidit.* Geminus fere locus est ille Lucani lib. V. vers. 659.

—— licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis.

Voculas autem & & *ut* frequenter in libris scriptis confundi infra docui ad lib. V. vers. 217. qui error praesertim facile in principio versus committi potest, quia scriptores librarii literas initiales omittebant plerumque, ut eas postea minio scriberent: quod cum non consulto codice alio facerent, saepissime in varios errores inciderunt.

v. 79. *Ut nostro abrumpat*] Forte, *nostra.* N. HEINSIUS.

v. 80. *Hoc pignus belli*] An, *bellis?* N. HEINSIUS.

 v. 82.

Cumque datum fari, duc per cunabula nostra;
Tangat Elissaeas palmis puerilibus aras,
Et cineri juret patrio Laurentia bella.
Inde, ubi flore novo pubescet firmior aetas,
Emicet in Martem, &, calcato foedere, victor
In Capitolina tumulum mihi vindicet arce.
Tu vero, tanti felix quam gloria partus
Exspectat, veneranda fide, discede periclis
Incerti Martis, durosque relinque labores:
Nos clausae nivibus rupes, suppostaque coelo
Saxa manent; nos, Alcidae mirante noverca,
Sudatus labor, &, bellis labor acrior, Alpes.
Quod si promissum vertat Fortuna favorem,
Laevaque sit coeptis, te longa stare senecta,
Aevumque extendisse velim: tua justior aetas,
Ultra me improperae ducant cui fila sorores.
Sic ille. At contra Cirrhaei sanguis Imilce

Castalii,

v. 82. *Elissaeas aras*] ἐσχάρας, ut recte distinguunt Graeci: Βωμοὶ enim τῶν θεῶν καὶ θείων sunt; ἐσχάραι autem Ἡρώων καὶ Ἡρωίδων. D. HEINSIUS.

v. 84. *Flore novo pubescet firmior aetas*] κυρίῳ ἄνθει.

Ἀλλὰ μοῦ οὐ γενύων ὑπεδέξατο κούριον ἄνθος
Ἡλικίῃ ἐρατῇ, οὐ γάμον, οὐ δαΐδας.

Unde Pindar. [in Olymp. od. I.] εὐάνθεμον φυὰν dixit: πρὸς εὐάνθεμον δ' ὅτε φυὰν λάχναι νιν μέλαν γένειον ἔρεφον. ita enim sumo magis, quam περὶ τοῦ τῆς ἀκμῆς ἄνθους cum ejus glossatore. ἄνθος enim Graecis, quod antiquae Latinorum aetati *vestis*. Nonn. Dionys. [lib. x. vers. 179.]

Οὐδέ οἱ ἁβρὸς ἴουλος ἐρευθομένου γενείου,
Ἄχνοα χιονέης ἐχαράσσετο κύκλα παρειῆς,
Ἥβης χρύσεον ἄνθος.

Ubi ἄνθος χρύσεον, amice lector, esse nota, quod Maroni *aurea vestis* in illo VIII. Aeneïd. vers. 659.

Aurea caesaries ollis atque aurea vestis.

Unde versus illos Nonni nos aliquando ita reddidimus:

Nondum dulce rubens puero lanuginis umbra
Vestiit os, niveasque genas circumdedit olli
Aetatis roseae flos aureus.

lanuginis umbra dixi, ut Pacuvius: *Nunc primum opacat flore lanugo genas.* D. HEINSIUS.

v. 85. *Calcato foedere*] Sic τὸ πατεῖν apud Graecos non modo καταφρονεῖν, sed & ὑπερβαίνειν, sic in composito ὁ ὁρκοπάτης est ὁ δι' ὅρκων χλευαστής, ὁ ἐπιορκῶν, perjurus, quem Silius noster *calcatorem foederis* diceret: nam *calcatum foedus* est ἡ ὑπερβασία Homero. D. HEINSIUS. Statius III. Theb. vers. 208.

—— nec adhuc calcati foederis Argos
Fama subit.

v. 86. *In Capitolina tumulum mihi vindicet arce*] Immo *tumulum mihi dedicet*, quamquam obnitentibus membranis. apud Trebell. Pollion. in vita Aureoli vetus epigramma,

Ille tamen clemens, qui, corporis ultima servans,
Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

Sed & vetus Marmor in Gruteri inscriptionibus (ubi *jugera terrae tumulo dedicari* dicuntur) pag. DCCCCXXXI.

DAT. TAMEN. HAEC. PATRONAE. PIETAS. SOLATIA. FIDAE
IVGERA. QVOT. TERRAE. DEDICAT. HIC. TVMVLVS.

N. HEINSIUS. Vulgata lectio non male Hannibalis jactantiam exprimit, qui in Capitolio Romano locum, quasi ad se pertineret, & injuste à Romanis possideretur, sibi *vindicari* volebat, ut in eo sepeliretur. Proprie enim *vindicamus* ea, quae nostra sunt, sed cujus possessione excidimus.

v. 88. *Veneranda fide*] Parum illud interest ad sensum. malim tamen hic τὸ *fide* accipere secundum casum, quam sextum; nam ita Silius similia nomina more Graecorum construere solet. vide infra ad lib. XV. vers. 751. *fide* itaque pro *fidei*, ut Virgil. I. Georg. vers. 208.

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

Ovid. III. Metam. vers. 128.

Fraternaeque fide pacem petiitque, deditque.

nam ita hunc locum ex ductu MSti legebat Gebh. II. Crepund. cap. VII. ubi alia exempla adduxit. vide etiam Voss. IV. Gramm. cap. XIX.

v. 91. *Nos, Alcidae mirante noverca*] Hercules enim prior Hannibale Alpes penetraverat, unde & ara in earum valle erat Herculi sacra. Petronius,

Alpibus aëriis, ubi Grajo nomine pulsae
Descendunt rupes, & se patiuntur adiri,
Est locus Herculeis aris sacer.

BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. XV.

v. 94. *Te longa stare senecta*] An *longae instare senectae?*

Castalii, cui materno de nomine dicta
Castulo Phoebêi servat cognomina vatis,
Atque ex sacrata repetebat stirpe parentes:
Tempore quo Bacchus populos domitabat Hiberos,
Concutiens thyrso atque armata Maenade Calpen,
Lascivo genitus Satyro nymphaque Myrice,
Milichus indigenis late regnarat in oris,
Cornigeram attollens genitoris imagine frontem.
Hinc patriam clarumque genus referebat Imilce,
Barbarica paullum vitiato nomine lingua.
Quae tunc sic lacrimis sensim manantibus infit:
Mene, oblite tua nostram pendere salute,
Abnuis inceptis comitem? sic foedera nota,
Primitiaeque tori, gelidos ut scandere tecum
Deficiam montes conjux tua? crede vigori
Femineo: castum haud superat labór ullus amorem.
Sin solo aspicimur sexu, fixumque relinqui:

Cedo

stat? N. HEINSIUS.

v. 95. *Tua justior aetas*] Non vulgaris elegantiae, sed Graecae. dixit lib. IX. Maro *tua dignior aetas.* *τὸ dignior* igitur Maronis per *justior* reddit Silius. sic δίκαιος ἀντὶ τοῦ ἄξιος dixit Graecus Comicus, omnium venustatum pater, Aristophanes, & τὸ δίκαιον definitur τὸ πρὸς ἀξίαν ἑκάστῳ νεμητικόν. Sic incomparabilis illa oratorum gravitas, Demosthenes Philippica secunda. Οὐδένα γὰρ βουλοίμην ἂν ἔγωγε, οὐδ' εἰ δίκαιός ἐστ', ἀπολωλέναι. & recte Scholiastes ejus Ulpianus δίκαιος, ἄξιος inquit, ubi in malam partem manifeste accipitur vox δίκαιος, & toties in oratione contra Midiam ἄξιος τυχεῖν, & in oratione contra Androtionem ἄξιος τεθνάναι: Neque enim, quamvis eo poëtae quoque, & praesertim tragici, utantur, penitus ἀναττικὸν est. D. HEINSIUS.

v. 96. *Improperae sorores*] *Improperus* tardum significat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. Illustrat haec locus Statii lib. III. silv. III. vers. 20.

——— celeres genitoris filius annos
(Mira fides!) pigrasque putat properasse sorores.

ita enim legit Illustrissimus Heinsius in curis secundis ad Nason. IV. Metam. vers. 470. hoc sensu: filius putat, Parcas nimium properasse annos paternos; cum tamen constet, hic pigras fuisse, & tarde officium fecisse.

v. 100. *Atque ex sacrata repetebat stirpe parentes*] supra lib. II. vers. 66.

Et sua fatidico repetebat nomina luco.

v. 104. *Milicus*] *Milichus* in scriptis, ut libro XV. Graecis est Μείλιχος. N. HEINSIUS. Ita & Dausquejus scribendum censuit.

v. 109. *Oblite tua nostram pendere salutem*] *salute* Coloniensis. N. HEINSIUS. Proba est Coloniensis codicis scriptura *salute*, ut ea vox cum priori *tua* construatur. sic infra lib. XV. vers. 504.

——— tua, deque tuis pendentia Dardana fatis.

Eleganter autem hoc exprimit Ovid. XI. Met. vers. 388. *animasque duas ut servet in una.* & Senec. Epist. CIV. *Cum sciam spiritum illius in meo verti, incipio, ut illi consulam, mihi consulere.*

v. 111. *Gelidosne scandere tecum Deficiam montes*] Melior, ut puto, lectio in scripto codice, *gelidos ut scandere.* BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *ut scandere* Colon. & Oxon. Probe omnino, quod & Barthius est amplexus; neque aliter Parmensis editio. Vir summus Gerardus Johannes Vossius operis Grammatici lib. II. cap. XI. τὸ *gelidosne* ob sequentes duas consonantes tuebatur. nos scriptis exemplaribus suffragamur. Deinde *Deficiar* à Silio esse opinor. sic enim ut plurimum loquebantur. Exempla qui desiderat, adeat annotata nostra ad epistolam Oenones Nasonianae sub finem. *Defecta viris Africa* apud nostrum lib. VI. vers. 300. N. HEINSIUS. Mediolan. cum non nullis aliis *gelidos sic scandere:* primus autem Nicander in Juntina *gelidosne* edidit. Davisius ad Caesar. lib. VII. de Bello Gall. cap. XXVII. *gelidosne escendere* reponit, probante etiam Richter. in specim. Observ. Critic. pag. 74. Illustrissimus Heinsius vero olim ad Nason. Epist. V. Her. vers. 150. *gelidos nec scandere tecum* malebat. Ego manuscriptis optimis adhaereo. Pro vulgato male pugnat Dausquejus.

v. 114. *Sexumque relinquis*] *sexus* de femina tantum antiquorum more. in Glossario veteri MSto Servii Graeco-Latino, quod beneficio doctissimorum mihique amicissimorum fratrum Labbaeorum ex Bibliotheca Clarissimi Amplissimique Cl. Puteani, Senatoris Parisiensis, habeo, scriptum reperi, *Sexus*, σχῆμα γυναικεῖον. optime. D. HEINSIUS. Non dubito veram esse Oxoniensem scripturam *fi-*

xumque

Cedo equidem, nec fata moror: Deus annuat, oro.
I felix, i numinibus votisque secundis:
Atque, acies inter flagrantiaque arma, relictae
Conjugis & nati curam servare memento.
Quippe nec Ausonios tantum, nec tela, nec ignes,
Quantum te, metuo: ruis ipsos acer in enses,
Objectasque caput telis; nec te ulla secundo
Eventu satiat virtus: tibi gloria soli
Fine caret, credisque viris ignobile letum
Belligeris in pace mori. tremor implicat artus:
Nec quemquam horresco, qui se tibi conferat unus.
Sed tu, bellorum genitor, miserere, nefasque
Averte, & serva caput inviolabile Teucris.
Jamque adeo egressi steterant in litore primo,
Et promota ratis, pendentibus arbore nautis,
Aptabat sensim pulsanti carbasa vento;
Cum, lenire metus properans, aegramque levare
Attonitis mentem curis, sic Hannibal orsus:
Ominibus parce & lacrimis, fidissima conjux.

Et

xumque relinqui. quam in nescio qua editione repertam probat etiam Doctissimus Dausquejus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. Pessime sic legitur hactenus, cum *fixumque relinqui* ex scriptis sit revocandum, quod ex Basileensi editione Interpres quoque observarat; neque aliter editio Parmensis: monuit hoc jam etiam Barthius. N. HEINSIUS. Vulgatæ lectionis auctor fuit iterum Nicander in editione Juntina; anteriores enim omnes, quas vidi, *fixumque relinqui* habent.

v. 120. *Quantum te metuo*] id est, quantum metuo, ne tua culpa & nimia virtute ac audacia quid funesti tibi eveniat. Chr. Cellarius ita hunc locum exponit, *quantum tibi metuo, ne quid gravius tibi accidat.*

v. 121. *Nec te ulla secundo*] *non ulla* Puteaneus, *nec ulla* editio Romana & Parmensis. mox *conferet unus*, non *conferat*, Oxon. & Puteaneus. N. HEINSIUS. *nec ulla* etiam Mediolanensis editio.

v. 126. *Sed tu, bellorum genitor, miserere*] *genitor bellorum* erit Mars, qui *bellorum conditor* dicitur Arnob. lib. III. advers. Gent. pag. 115. *Potestatem, inquit, bellorum Mars habet. Utrumne ut mota compescat, an ut cessantia & quieta commoveat? nam si sedator militaris insaniae est, cur quotidie bella non desunt? sin autem conditor illorum est, Deum ergo dicemus, in voluptatis suae dulcedinem collidere orbem totum.* Durius tamen hoc Eruditissimo Bentlejo videtur, qui ad Horat. lib. I. od. XXXV. vers. 29. legendum conjicit, *Sed tu, Bele, oro, genitor, miserere.* vide eum ibi latius.

v. 129. *Pendentibus arbore nautis*] Scribendum utique *pandentibus*, vel invitis membranis. *pandentibus carbasa*, quod subsequitur. possis & *tendentibus*. Sed nihil muta. Lucan. lib. II. vers. 697.

Strictaque pendentes diducunt carbasa nautae,
Nec quatiunt validos, ne sibilet aura, rudentes.

aliter tamen lib. V. vers. 427.

——— *flexo navita cornu*
Obliquat laevo pede carbasa, summaque pandens
Suppara, velorum perituras colligit auras.

ubi & *pendens* in scriptis nonnullis inveni. N. HEINSIUS.

v. 133. *Ominibus parce & lacrimis*] Principium orationis hujus, quod divinum est, ex principio orationis Hectoris ad Andromachen est [in Il. Z. vers. 486.]

Δαιμονίη, μή μοι τι λίην ἀκαχίζεο θυμῷ·
Ου γάρ τις μ' ὑπὲρ αἶσαν ἀνὴρ ἄϊδι προϊάψει·
Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,
Ου κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.

Sic *μὴ ἀκαχίζεο* vertit Silius, *Ominibus parce & lacrimis.* optime: ominabatur enim & apud Homerum Andromache, &c. Reliqua occultius translata sunt. D. HEINSIUS. Potuit Silius videri etiam imitatus fuisse Maronem XII. Aeneid. vers. 72.

Ne, quaeso, ne me lacrimis, neve omine tanto
Prosequere in duri certamina Martis euntem,
O mater: neque enim Turno mora libera mortis.

Ita & Ovidius VI. Metam. vers. 509.

Supremumque vale, pleno singultibus ore,
Vix dixit: timuitque suae praesagia mentis.

& Claud. I. de Rapt. Proserp. vers. 266.

——— *nec defuit omen.*
Praescia nam subitis maduerunt fletibus ora.

Vide Gronov. in Diatr. Stat. cap. XXVI. *Ominibus & lacrimis* est, lacrimis ominosis.

v. 134. *Cunctis stat terminus aevi*] Forte,

Et

Et pace & bello cunctis stat terminus aevi,
Extremumque diem primus tulit: ire per ora
Nomen in aeternum paucis mens ignea donat,
Quos pater aethereis coelestum destinat oris.
An Romana juga, & famulas Karthaginis arces
Perpetiar? stimulant manes, noctisque per umbras
Increpitans genitor: stant arae atque horrida facra
Ante oculos, brevitasque vetat mutabilis horae
Prolatare diem. sedeamne, ut noverit una
Me tantum Karthago? &, qui sim, nesciat omnis
Gens hominum? letique metu decora alta relinquam?
Quantum etenim distant a morte silentia vitae?
Nec tamen incautos laudum exhorresce furores:
Et nobis est lucis honos, gaudetque senecta
Gloria, cum longo titulis celebratur in aevo.
Te quoque magna manent suscepti praemia belli:
Dent modo se Superi, Thybris tibi serviet omnis,
Iliacaeque nurus, & dives Dardanus auri.
Dumque ea permixtis inter se fletibus orant,

Confisus

Et pace & bello cunctis stat terminus aeque. N. HEINSIUS. Non potuit oportunius Hannibal uxorem Imilcen, quibus periculis maritum intrepida virtus objiceret videntem, consolari, quam monendo, cuique vitae terminum fato praefixum esse, quem quis suo facto, tam pace quam bello, nec evitare, nec accelerare potest. Hoc Stoicorum dogma fuit, ut docet Barthius XXXIII. Advers. cap. XIII. Sic Senec. pater Suasor. II. *Nulli natura in aeternum spiritum dedit, statutaque nascentibus in finem vitae dies est.* L. Senec. Epist. CI. *Stat terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit.* & Epist. LXIX. *Illud praeterea licet tecum cogites; nemo nisi suo die moritur.*

v. 135. *Extremumque diem primus tulit*] Senec. in Oed. vers. 987.

Omnia certo tramite vadunt,
Primusque dies dedit extremum.

Vid. Barth. supra ad lib. II. vers. 224. lib. XXII. Advers. cap. XIX. & lib. LX. Advers. pag. 2992.

v. 135. *Ire per ora Nomen in aeternum*] Receptam scripturam defendit Illustrissimus Heinsius ad Ovid. Epist. X. Heroid. vers. 126. contra Modium, quem perperam *ire per auras* reposuisse scribit. Ita Virgil. XII. Aen. vers. 235. *vivusque per ora feretur.* Liv. lib. II. cap. XXXVI. *Ne in ora hominum pro ludibrio abiret.* Palladius in Catal. Scalig. pag. 158.

Vivus in aeternum docta per ora volat.

Vide optimum Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. I. vers. 2.

v. 140. *Stant arae*] Quas nempe juravi. N. HEINSIUS.

143. *Et, qui sim, nesciat omnis*] Opinor, *ut, qui sim, ne sciat omnis.* Paullo post, *Nec tamen* in scriptis. N. HEINSIUS. Heinsii emendatio non mala est, modo scripti codices accedant. *ut ne* junctim pro *ne* posuit etiam Cic. I. ad Q. Fratr. Epist. I. *Caveamus, quantum efficere & consequi possumus, ut ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur.* ubi vide virum Celeberr. Jac. Gronov. qui hoc Ciceroni recte vindicavit. etiam ibid. Epist. II. *Assalus Iphemenus mecum egit, ut se ne impedires.* Voculam & N. Heinsius mutavit in *ut:* de quo vide ad lib. V. vers. 217. *ne sciat* autem pari errore scriptorum librariorum in *nesciat* corruptum putavit apud Ovid. III. Fast. vers. 489. ut & *nec sciat* in *nesciat* ibid. vers. 24.

v. 145. *Quantum etenim distant a morte silentia vitae*] Divinum est hoc. Paria sunt apud Horatium lib. IV. od. IX.

Paullum sepultae distat inertiae
Celata virtus.

Et Claudianum. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Claudian. in IV. Consul. Hon. vers. 222.

Vile latens virtus. quid enim submersa tenebris
Proderis obscuro?

Sallust. loco pervulgato de Bell. Catil. cap. I. *Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus, summa ope nisi decet, ne vitam silentio transeant, veluti pecora. silentia vitae* Silius infra *vitae tenebras* vocat lib. XV. vers. 69.

——— *juvenem florentibus, inquit,*
Pellicis in fraudes annis, vitaeque tenebras.

v. 150. *Dent modo se superi*] Sic Ovidius I. Fast. v. 17.

Da mihi te placidum, dederis in carmina vires.

Alibi notavi, Deos ejus dici, qui bene rem gerit. *Vota suos habuere Deos.* Horat. lib. IV. od. XIV. *se*

S *consilium*

Confisus pelago celsa de puppe magister
Cunctantem ciet. abripitur divulsa marito.
Haerent intenti vultus, & litora servant;
Donec, iter liquidum volucri rapiente carina,
Consumsit visus pontus, tellusque recessit.
At Poenus belli curis avertere amorem
Apparat; & repetit properato moenia gressu.
Quae dum perlustrat, crebroque obit omnia visu,
Tandem sollicito cessit vis dura labori,
Belligeramque datur somno componere mentem.
Tum pater omnipotens gentem exercere periclis
Dardaniam, & fama saevorum tollere ad astra
Bellorum meditans, priscosque referre labores,
Praecipitat consulta viri; segnemque quietem
Terret, & immissa rumpit formidine somnos.

Jamque

consilium & tuos Praebente Divos. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. xxiv. Vide Gronov. Diatr. Stat. cap. xx.

v. 157. *Consumsit visus, tellus pontusque recessit*] Horridius est illud. Et quomodo *recessit pontus*, quem ipsi intrant? an legas? *tellus pone usque recessit.* Nam *recedere terra* dicitur pontum ingredientibus. Nec ineleganter hoc sit dictum. BARTHIUS lib. vi. Advers. cap. xv. Hæc nihili sunt. repone ex membranis,

Consumsit visus pontus, tellusque recessit.

Atque ita Gronovius Diatr. Stat. cap. xl. Perperam & infeliciter hic desudavit Barthius. N. HEINSIUS. Veram scripturam vindicarunt Gronov. & Heinsius, qui etiam videndus est ad Ovid. Epist. xix. Heroid. vers. 74. *Pontus visum consumit*, cum in medium mare provecti nautae nil nisi undas undique cernunt, postquam jam terra ex oculis evanuit. *recedere* autem *terra* dicitur, à qua recedimus. Sic Virgil. iii. Aen. vers. 72.

Provehimur portu: terraeque urbesque recedunt.

ubi videndi sunt Servius aliique commentatores. Ovid. xi. Metam. vers. 466.

——— *ubi terra recessit*
Longius, atque oculi nequeunt cognoscere vultus.

Valer. Flacc. lib. ii. vers. 8.

Jam Sciathos subsedit aquis, jam longa recessit
Sepias.

lib. iv. vers. 644.

——— *maria ipsa repente*
Diffugere, adversosque vident discedere montes.

Stat. i. Theb. vers. 550.

Gargara desiduns surgenti, & Troja recedit.

Rutil. i. Itin. vers. 223.

Alsia praelegitur tellus, Pyrgique recedunt.

Vide Gronov. ad Senec. Medeam vers. 164. ubi hunc Silii locum ita laudat:

Consumsit pontus visus, tellusque recessit.

sic & *tellus transire* dicitur, quam transimus. Valer. Flacc. lib. ii. vers. 431.

Tunc tenuis Lemnos transitque Electria tellus.

lib. v. vers. 121.

Transit Halys longisque fluens anfractibus Iris.

atque ita passim.

v. 161. *Tandem sollicito cessit vis dura labori*] Lege *sollicitii cessit vix cura laboris.* N. HEINSIUS. In vulgata lectione commodum sensum non video; non puto enim voluisse Silium, vim duram, id est, vehementem amoris effectum, cessisse post longam belli cogitationem & studium, ut Marsus volebat; sed tandem Hannibalem in somnos delapsum esse curis belli fatigatum. Quare, nisi cum Heinsio malis *sollicitii cessit vix cura laboris*, conjiciam forte legendum esse, *sollicitii cessit vis dura laboris. dura vis sollicitii laboris* est durus labor, qui sollicitudinem Hannibali creabat. Posses etiam, *sollicitii cessit vix cura sopori.* Stat. vi. Theb. vers. 237. *seris vix cessit cura tenebris. τὸ labores* paullo post denuo sequitur.

v. 163. *Gentem exercere periclis Dardaniam*] Ingeniose Silius caussam reddit, cur Romani, quibus in Karthaginienses imperium fatis debebatur, initio hujus belli adversissimam fortunam experti sunt. sic infra vers. 576.

——— *hac ego Martis*
Mole viros spectare paro, atque expendere bello.

lib. ix. vers. 348.

Pone, precor, lacrimas, & adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi: nam tempore, Roma,
Nullo major erit.

Flor. lib. i. cap. xiii. *Ea fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus. priscos* autem *labores*, quod mox sequitur, capio de calamitate Gallica: post quae verba distinguendum, & tum tollenda est distinctio post vocem *Praecipitat*, quam pleraeque editiones habent: aliter in his nullus sensus est. Ideo autem *Praecipitat consulta*, quod Hannibalem ut lentum increpabat.

v. 171. *Monitisque incessit amaris*] ac *monitis incessit* scripti & Parmensis editio. N. HEINSIUS. Pariter

Jamque per humentem noctis Cyllenius umbram
Aligero lapsu portabat jussa parentis.
Nec mora. mulcentem securo membra sopore
Aggreditur juvenem, ac monitis incessit amaris:
Turpe duci totam somno consumere noctem,
O rector Libyae. vigili stant bella magistro.
Jam maria effusas cernes turbare carinas,
Et Latiam toto pubem volitare profundo,
Dum lentus coepti terra cunctaris Hibera.
Scilicet, id satis est decoris, memorandaque virtus,
Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos?
En age, si quid inest animo par fortibus ausis,
Fer gressus agiles mecum, & comitare vocantem:
Respexisse veto: (monet hoc pater ille Deorum)

Victorem

riter & Mediol. editio.

v. 172. *Turpe duci totam* &c.] Totum versum transtulit Silius.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

βουληφόρον igitur *ἄνδρα ducem* reddit; & tales revera sunt duces Homerici. D. HEINSIUS. Vide Barthium ad Claud. III. Conf. Hon. vers. 47.

v. 173. *Vigili stant bella magistro*] *ἁπλοῦν ἀντὶ συνθέτου*: *stant* pro constant. sic lib. XV. vers. 28. *stans vultus* constans & gravis dicitur:

Alterius dispar habitus; frons hirta, nec umquam
Composita mutata coma, stans vultus.

D. HEINSIUS. *magistro* est duce. sic lib. VII. de Fabiis vers. 46.

Ter centum exsiluere duces. quocumque liberet,
Uno non pavidus rexisses bella magistro.

vide ad lib. VIII. vers. 391. N. HEINSIUS. vide infra ad lib. VII. vers. 47.

178. *Quod tanto cecidit molimine Graja Saguntos*] Quum Saguntini duplicis originis fuerint, partim Graecae, condente eam Hercule Thebano, & colonorum postea numerum augentibus Zacynthi incolis; partim Latinae, Ardeatibus nonnullis eo habitatum concedentibus, ut supra docuit Silius lib. I. vers. 273. & seqq. Mercurius, Hannibalis victoriam minuens, ut ad majora audenda incitaret, eam hic non *Ausoniam*, vel Latinam, sed *Grajam* Saguntum vocat: per contemptum nempe, ut *Graeca* & *Graecula* Romanis plerumque sumi pluribus docuit vir Celeberrimus Petrus Burmannus ad Petron. Satyr. cap. XLVI. Contra Saguntum laudans Silius *Ausoniam* vocavit lib. I. vers. 332.

Sed dignam Ausonia mortem putat esse Sagunto,
Servata cecidisse fide.

Eadem inter Romanos & Graecos oppositio infra est libro XII. vers. 41.

Stabat Cannarum Graja ad munimina victor.

Hannibal, qui Romanos ad Cannas vicerat, urbes nunc Grajas expugnare non poterat; tantum enim luxuria & deliciis Campanis à prisca virtute degeneraverat. Mercurius itaque, Hannibalem Jovis jussu instigans, ut Romanis bellum inferat, eo utitur argumento, nullum adhucdum partum decus expugnando Saguntum, urbem Graecam & imbellem, sed id omne eum consecuturum obsidione Romae.

v. 179. *Si quid inest animo par fortibus ausis*] Monuit me vir Celeberrimus P. Burmannus, sibi legendum ac distinguendum videri,

En age, si quid inest animi, par fortibus ausis
Fer gressus agiles mecum.

v. 181. *Respexisse veto*] Historici pro Mercurio ducem quemdam introducunt, qui Hannibali in somnis visus sit, inter quos & M. Tullius. Ego vero haec decore fieri à Silio judico, cum Mercurio haec verba tribuit, eumque in somnis potissimum introducit, qui eorum praeses est, virgamque eorum praesidem gestat. [Homer. Od. E. vers. 47. & alibi]

——— *τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,*
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Unde & antiqui discubituri Mercurio linguis faciebant; & apud suavissimum dulcissimumque Heliodorum ille *τὴν σπονδὴν* jam discubiturus *ἀπέχειν*, *ἄλλους τῶν θεῶν καὶ τὸν Ἑρμῆν ἐπὶ πᾶσιν ἐπικαλούμενος, εὐόνειρον ᾔτει τὴν νύκτα, καὶ φανῆναι αὐτῷ τοὺς φιλτάτους κατὰ γοῦν τὸν ὕπνον ἱκέτευε.* Sic fausta jucundaque ab eo somnia jam dormituri exigebant, ultimamque ei libationem à mensa discessuri offerebant, quam antea *τῷ τελείῳ Διὶ* solebant. Hinc & *Ἑρμῆνα* lecti pedem nuncupabant, quod parvos Mercuriolos, tamquam somni praesides, insculptos gerebat. Deinde cum omnes fere, quotquot hujus rei meminere, scriptores illud de non respectando adjungant, optime poeta haec Mercurio tribuit. Est enim haec de non respiciendo superstitio in sacris mortuorum inferorumque non ignota, ut *ἀμεταστρεπτὶ* aliquid fieri jubeant: aptissime autem à Mercurio, qui *νεκροπομπὸς* est, haec praesertim in somnis dicuntur: erat enim *ἀλλοπρόσαλλος* ille &, ut

eleganter

Victorem ante altae statuam te moenia Romae.
Jamque videbatur dextram injectare, graduque
Laetantem trahere in Saturnia regna citato;
Cum subitus circa fragor, & vibrata per auras
Exterrent saevis a tergo sibila linguis:
Ingentique metu Divûm praecepta paventi
Effluxere viro, & turbatus lumina flectit.

Ecce

eleganter Lucianus, κοινὸν κτῆμα ac, ut Claudian. loquitur I. de Rapt. Proserp. vers. 89,

——— *commune profundi*
Et superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habet, geminoque facit commercia mundo.

Quamobrem τὴν κυκεῶνος σπονδὴν antiqui τῷ Ἑρμῇ offerebant, &, quatenus mortuorum erat, cum ταῖς σεμναῖς Θεοῖς colebatur. Atque haec caussa, cur cum τοῖς κατοιχομένοις apud Romanos quoque Mercurio fieret, ut notat Plutarchus, cum quaerit, cur Majo mense non ducant Romani? ἢ ὅτι πολλοὶ, inquit, Λατῖνοι τούτῳ τῷ μηνὶ τοῖς κατοιχομένοις ἐναγίζουσι, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως Ἑρμῆν ἐν αὐτῷ σέβονται, καὶ Μαίας ἐπώνυμός ἐστι: quod hoc loco, magis profecto quam illo, quo ab eo Philosopho adducitur, locum habet; ut omittam hanc quoque esse caussam, cur Argivi post ἔγκνισμα Mercurio quoque aliquid offerre soleant; quod putarent nempe, ut Plutarchus notat, τὰ σώματα τῶν ἀποθανόντων τὴν γῆν, τὰς δὲ ψυχὰς τῶν νεκρῶν δέχεσθαι τὸν Ἑρμῆν. Erat enim ἔγκνισμα caro illa, quam in luctu offerebant Argivi; cum enim amicorum aliquem amitterent, Apollini sacrificabant, ac post triginta tandem dies Mercurio. proprie autem hordeum cum sacerdoti darent, ab ipso carnem, quam ἔγκνισμα vocabant, accipiebant, ac postea Mercurio fiebat. Ceterum ad superstitionem illam non respiciendi alludit princeps elegantiarum Hom. Od. K. vers. 527.

Ἔνθ' ὄϊν ἀρνειὸν ῥέζειν θῆλύν τε μέλαιναν
Εἰς Ἔρεβος στρέψας, αὐτὸς δ' ἀπὸ νόσφι τραπέσθαι.

quod parum ejus interpretes perspexisse videntur: quod sequitur enim Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων est, quod Maro *rivoque fluenti* dixit, ubi de ea superstitione agit Ecl. VIII.

Fer cineres Amarylli foras; rivoque fluenti,
Transque caput jace: ne respexeris.

qui Maronis locus ex illo Theocriti originem cepit [Edyll. XXIV. vers. 91.]

Ἠρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας ἐς πέτρας ὑπὲρ οὔριον, ἂψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος.

Ubi & ritum eundem vides, & elegantissimam imitationem Maronis, qui misertus Theocritici, quod improprie nimis κόνιν πυρὸς diceret, ipse per *cineres* reddidit. Quod autem ἄστρεπτος Theocritus, ἀστρόφοις ὄμμασι dixit Aeschylus, hoc est, *irretortis oculis*, ut Horatius loquitur. Solebant enim Athenienses in funere amicorum, postquam aedem lustrassent, testam odoribus refertam averso vultu & *non respectantes*, ut Silius loquitur, in viam mediam abjicere. Nobilissimus Aeschyli locus est Χοηφόροις vers. 96.

Στείχω καθάρμαθ' ὥς τις ἐκπέμψας πάλιν,
Δικοῦσα τεῦχος ἀστρόφοισιν ὄμμασι.

Ad quem locum interpres: τοῦτο πρὸς τὸ παρ' Ἀθηναίοις ἔθος, ὅτι καθαίροντες οἰκίαν ὀστρακίῳ θυμιατηρίῳ ῥίψαντες ἐν ταῖς τριόδοις τὸ ὄστρακον, ἀμεταστρεπτεὶ ἀνεχώρουν. Atque haec omnia pro poeta nostro annotare visum est, qui egregie profecto τὸ πρέπον servat, & cum Mercurium introducit, & cum ritum hunc funestum mortuorum praesidi attribuit. Zonaras certe & somni ipsius meminit & verborum, ad ducem tamen nescio quem, ut & alii, refert. Τῷ δὲ Ἀννίβᾳ, inquit, θηρία πολλὰ καὶ ἄγνωστα τὸν Ἴβηρα προκατηγήσατο, καὶ ὄψις ὀνείρου ἐφάνη· ἔδοξε γὰρ ποτὲ τοὺς θεοὺς ἐν ἐκκλησίᾳ καθημένους μεταπέμψασθαί τε αὐτὸν, καὶ στρατεῦσαι ὅτι τάχιστα ἐς τὴν Ἰταλίαν προστάξαι, καὶ λαβεῖν παρ' αὐτῶν τῆς ὁδοῦ ἡγεμόνα, καὶ ἀμεταστρεπτεὶ ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῆναι ἕπεσθαι, μεταστραφῆναι δὲ καὶ ἰδεῖν χειμῶνα μέγαν χωροῦντα, καὶ δράκοντα αὐτῷ ἐπακολουθοῦντα ἀμήχανον, καὶ θαυμάσαι, ἐρέσθαι τε τὸν ἀγωγὸν, τί ταῦτα εἴη, καὶ τὸν εἰπεῖν &c. & quem potuit poëta aptiorem fingere ἀγωγὸν aut ἡγεμόνα, quam τὸν Ἑρμῆν? D. HEINSIUS.

v. 181. *Monet hoc pater ille Deorum*] *ille* hic cum emphasi ponitur, ut apud Virgil. VII. Aen. vers. 110. *sic Jupiter ille monebat.* Ovid. II. Metam. vers. 848.

——— *sceptri gravitate relicta*
Ille pater rectorque Deûm &c.

ubi male Gebhard. *Ipse pater* legebat. Tibull. lib. I. Eleg. IV. vers. 19.

Gratia magna Jovi: vetuit pater ille valere,
Jurasset cupide quidquid ineptus amor.

ubi videndus est Jan. Broekhus. & Nic. Heinsius ad Claud. IV. Consul. Honor. vers. 284. Plura de eleganti usu pronominis *ille* hac in re vide apud Canter. III. Novar. cap. XXVI.

v. 183. *Dextram injectare*] Petron. in Satyr. cap. CXV. *Injicio ego phrenetico manum, jubeoque Gitona accedere.* cap. CXXXIII. *Extra vestibulum me injecta manu duxit.* Appulej. lib. III. Metam. pag. 50. Ed. Pric. *Injecta manu me renitentem, lacrimisque promicantibus crebro singultientem, clementi violentia secum attraxit.* lib. I. Metam. in fine. *Injecta dextra clementer me trahere adoritur.* ubi vide Pricaeum.

v. 188.

Ecce jugis rapiens silvas, ac robora vasto
Contorta amplexu, tractasque per invia rupes,
Ater letifero stridebat turbine serpens.
Quantus non aequas perlustrat flexibus Arctos,
Et geminum lapsu sidus circumligat anguis:
Immani tantus fauces diducit hiatu,
Attollensque caput nimbosis montibus aequat.

Congeminat

v. 188. *Effluxere viro praecepta paventi*] *Effluere* hic est oblivisci. supra lib. II. vers. 627.

Sic thalami fugit omnis amor, dulcesque mariti
Effluxere tori, & subiere oblivia taedae.

Senec. III. de Benef. cap. v. *Beneficia quaedam magnitudo non patitur excidere; quaedam minora, sed numero pluria, & temporibus diversa effluunt.* locutionem hanc & similes copiose illustravit Jan. Broekhus. ad Tibull. libr. III. Eleg. I. vers. 20. quae respicienda sunt.

v. 192. *Quantus non aequas perlustrat flexibus Arctos*] Forte *non siccas.* primo *siquas* fuit exaratum, hinc factum *aequas.* Ovid. IV. Trist. Eleg. III. vers. I. *Magna minorque fera utraque sicca.* Senec. Medea vers. 403. *Dum siccas polus versabit Arctos.* in Herc. Oet.

Et ursa pontum sicca caeruleum bibet.

Lucan. lib. IX. vers. 540.

Te segnis Cynosura subit: tu sicca profundo
Mergi plaustra putas.

Malo tamen *non aequis flexibus.* Horat. lib. I. od. IV.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Phaedr. fab. III.

Athenae cum florerent aequis legibus.

hoc est, inter cives aequalibus: ubi vide Scheffer. Silius lib. XI. vers. 426.

——— *aequo sub honore vocatur*
Altera Karthago Capua.

N. HEINSIUS. *siccas* Nic. Heinsius malebat, ut non solum hunc serpentem coelesti illi, qui utramque Arcton dividit, aequipararet, sed etiam praeferat. Sed nihil hoc loco mutandum puto. In pari enim comparatione etiam Ovidius serpentem à Cadmo occisum draconi coelesti aequalem facit, non majorem, in III. Metam. vers. 46.

——— *tantoque est corpore, quanto,*
Si totum spectes, geminas qui separat Arctos.

& Statius v. Thebaid. vers. 529.

Quantus ab Arctois discriminat aethera plaustris
Anguis ad usque Notos, alienumque exit in orbem.

Τὸ *non* itaque hic refer ad *aequas arctos*, eae enim *non aequae* vocantur, quia altera alteram magnitudine superat: Helice nempe & spatio & luce major est, quam Cynosura. German. Arat. in princ.

Dat Grajis Helice cursus majoribus astris,
Phoenicas Cynosura regit.

Manil. lib. I. vers. 296.

Majoremque Helice major decircinat arcum.
Septem illam stellae certantes lumine signant,
Qua duce per fluctus Grajae dant vela carinae.
Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,
Tam spatio, quam luce minor. sed judice vincit
Majorem Tyrio.

Hinc *Magna minorque fera* Ovid. IV. Trist. El. III. vers. I. Sic *aequus* pro aequalis infra lib. v. vers. 99.

Cui par imperium & vires legionibus aequae.

Virgil. v. Aen. vers. 424.

Tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos,
Et paribus palmas amborum innexuit armis.

Ovid. VI. Metam. vers. 10.

Occiderat mater: sed & haec de plebe, suoque
Aequa viro fuerat.

Stat. VI. Theb. vers. 118.

Jamque pari cumulo geminas, hanc tristibus umbris,
Ast illam Superis, aequus labor auxerat aras.

Claud. in Consul. Olybr. & Prob. vers. 237. *quid protulit aequum Falsus olor.* in III. de rapt. Pros. vers. 374.

Germanas adeo credas: sic frontibus aequis
Adstant.

Saxo Gramm. lib. II. pag. 27. *His virtute paribus aequa regnandi incessit aviditas.*

v. 193. *Et geminum lapsu sidus circumligat anguis*] Ita plerumque hunc anguem describunt poëtae, ut utramque arcton, alteram capite, alteram cauda, circumliget. German. in Arat. Phaenom. vers. 48.

Has inter medias, abrupti fluminis instar,
Immanis serpens sinuosa volumina torquet
Hinc atque hinc, superatque illas mirabile monstrum.

Manil. lib. I. vers. 305.

Has interfusus circumque amplexus utramque
Dividit, & cingit stellis ardentibus anguis,
Ne coëant, abeantque suis à sedibus umquam.


Avien. in Arat. Phaenom. vers. 138.

Inter utramque dehinc praeclari nominis Arcton,
Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu,
Squameus agmen agens Draco volvitur, atque obit ambas
Spinarum curvis anfractibus.

aliique. sed male. Cynosuram enim, non Helicen, amplectitur hic anguis, ut ex addito schemate videri potest.

Congeminat sonitus rupti violentia coeli,
Imbriferamque hiemem permixta grandine torquet.
Hoc trepidus monstro, (neque enim sopor ille, nec altae

Vis



Plura vide apud Grotium ad imag. German. pag. 32.

v. 196. *Congeminat sonitus rapti violentia coeli*] *rupti* repone ex Coloniensi. Avien. fab. XLI.

Ruperat hibernis se gravis imber aquis.

N. HEINSIUS. Recte: *rumpi* enim & *abrumpi* dicuntur coelum aut nubes, Jove tonante, vel fulgura mittente. Silius lib. I. vers. 135.

——— *ruptoque polo micat igneus aether.*

lib. VI. vers. 606.

Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
Maeonidum tellus, atramque per aethera volvens
Abrupto fregit coelo super agmina nubem.

libr. VIII. vers. 653.

——— *ruptusque fragore*
Horrisono polus, & vultus patuere Tonantis.

lib. XVII. vers. 252.

Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare
Fulmina.

atque ita passim poëtae. Hinc asserenda est sua Maroni scriptura Aen. III. vers. 198.

Involvere diem nimbi, & nox humida coelum
Abstulit. ingeminant abruptis nubibus ignes.

Lambin. ad Lucret. lib. II. vers. 214. & Gifan. in Ind. Lucret. voce *abruptum*, malebant *abrupti nubibus ignes*, antiquis exemplaribus ita legendum docentibus, ut ait Lambinus. Sed non persuadent. Pierius enim, qui optimas & antiquissimas Virgilii membranas excussit, & religiose lectionum diversitates annotavit, nihil ad hunc locum monuit. Accedit insuper Macrobii auctoritas, qui VI. Saturn. cap. I. *abruptis nubibus* laudat, ubi docet desumtum hunc locum Virgil. esse ex illo Lucret. lib. II. vers. 214.

Nunc hinc, nunc illinc abruptis nubibus ignes
Concursant.

Ita in Macrobio editur, sed viri docti Lucretii codices scriptos *abrupti nubibus ignes* habere testati sunt. pro *rupto coelo* Silius *scisso coelo* dixit lib. I. vers. 535.

Hic subitus scisso densa inter nubila coelo
Erupit quatiens terram fragor.

Voces *raptus* & *ruptus* librarii frequenter invicem commutarunt. infra hoc libro vers. 229. pro *raptis carinis*, in libris priscis erat *ruptis*. vide etiam supra ad lib. I. vers. 177. N. Heinsium ad Claudian. Epith. Hon. & Mariae vers. 126. ad Ovid. Remed. Amor. vers. 598. & Dion. Vossium ad Caesarem I. de Bell. Civil. cap. V. *sonitus* denique hic tonitru notat. vide Jan. Brockh. ad Propert. lib. II. Eleg. XIII. vers. 49.

v. 197. *Hiemem permixtam grandine torquet*] Rectius *permixta* Oxon. & Puteaneus cum Romana editione & Parmensi. N. HEINSIUS. Sic etiam Mediolan.

Vis aderat noctis, virgaque fugante tenebras
Miscuerat lucem somno Deus) ardua quae sit,
Scitatur, pestis; terrasque urguentia membra
Quo ferat, & quosnam populos deposcat hiatu.

Cui

diolan. editio. Ita Horat. lib. IV. od. I. vers. 22.

——— *lyraque & Berecynthia*
Delectabere tibia
Mixtis carminibus non sine fistula.

Vulgatam tamen lectionem non damno, pro qua stat codex Coloniensis. Silius lib. I. vers. 253.

Torquentem cum tela Jovem, permixtaque nimbis
Fulmina, & excussos ventorum flatibus ignes
Turbato transiret equo.

Ovid. III. Metam. vers. 300.

——— *nimbos immixtaque fulgura ventis*
Addidit.

Statius II. Theb. vers. 153.

——— *ipse per imbres*
Fulminibus mixtos, intempestumque Tenantem
Has meus usque domos vestigia fecit Apollo.

Utramque locutionem illustravit ad d. loc. Horatii Eruditiss. Bentlejus, quem etiam vide ad Horat. Epod. IX. vers. 5.

v. 200. *Miscuerat lucem somno Deus*] *somnus* pro nocte: nec aliter sume. Atque illud quidem ad adstruendam visis fidem, καὶ τὴν τοῦ φάσματος ἀλήθειαν: τὸ λυκόφως enim intelligit, quod Homero ἀμολγὸς νυκτός, quoniam illa somnia ἀληθινὰ credebant: unde cum Odyss. Δ. vers. 840. de Penelope ait princeps poeta,

——— φίλον δέ οἱ ἦτορ ἰάνθη,
Ὥς οἱ ἐναργὲς ὄνειρον ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ.

illud νυκτὸς ἀμολγῷ circumspectus interpres Eustathius de ea noctis parte sumit, non quae vesperae, sed quae luci propior est, magisque ad hanc, quam ad illam, vergit. verba ejus sunt: Ὅτι νύκτας ἐνταῦθα τὸ νυκτὸς ἀμολγῷ καθὰ καὶ ἐν Ἰλιάδι, καὶ ἁρμόττει καὶ ὧδε τὰ ῥηθέντα ἐκεῖ· ἀσφαλέστερον δὲ ἐνταῦθα νοῆσαι ἀμολγὸν νυκτὸς οὐ τὴν ἀφ' ἑσπέρας, ἀλλὰ μᾶλλον τὴν πρὸς τῇ ἡμέρᾳ, ὅτι καὶ εἰκὸς ἀληθεύειν τὸν ἐνταῦθα φανέντα ὄνειρον. ὅτι γὰρ ἀληθεῖς οἱ τοιοῦτοι καὶ ἡ Ἰλιὰς ἐδήλωσε. Minime igitur peccarent in Latina versione interpretes, si *crepusculo* verterent. Eleganter igitur *Miscuerat lucem somno*, nam τὸ *somnus* pro nocte ponitur, ut è contra bis *noctem* pro somno poni notavimus [infra hoc lib. vers. 216.] Sic in illo Euripides, quidquid dicant interpretes, in Hecuba vers. 70.

——— ὦ πότνια χθὼν
Μελανοπτερύγων μᾶτερ ὀνείρων,

ὀνείρων pro νυκτὸς posuit. Nec aliter sument philosophi, qui hac in parte à me erunt: *lucem* enim *somno* opponit, ut efficiat tempus illud, quod utriusque pars est, & noctis & diei, quod aptiori longe vocabulo λυκόφως Graeci, quam *crepusculum* Latini; Graecis enim color λυκαῖος color creperus est, qui dubitationem videnti praebet, num plus albi aut nigri in se habeat, id est, τεφρῶδες, parte sui aliqua album, aliqua nigrum prae se ferens, ita ut neutrum sit, & utrumque aliqua ex parte, sic φῶς λυκαῖον est lux crepera: unde λυκόφως. D. HEINSIUS. Recte vir eruditissimus *somno* exposuit noctem. Sic apud Virgil. I. Georg. vers. 208.

Libra die somnique pares ubi fecerit horas.

ubi Servius: *Somni*] *id est, noctis. nam ab officio temporis ipsum tempus ostendis.* Eo autem, ut idem monuit, Silius innuere voluit, Mercurium Hannibali sub crepusculum matutinum apparuisse, ut praedictioni ejus fidem adderet. Somnia enim sub id tempus visa veriora putabantur: unde diligenter plerumque illud tempus in veris visis annotatur. Cicero I. de Divin. cap. XXVIII. *Cum magnam partem noctis vigilasses, ad lucem denique arte & graviter dormitare coepisse.* Horat. lib. I. Sermon. Ecl. X. vers. 32.

——— *vetuit tali me voce Quirinus,*
Post mediam noctem visus, cum somnia vera.

Ovid. Epist. XIX. Heroid. vers. 195.

Namque sub auroram, jam dormitante lucerna,
Somnia quo cerni tempore vera solent. &c.

Tibull. lib. III. Eleg. IV. vers. I.

Di meliora ferant, nec sint insomnia vera,
Quae tulit extrema pessima nocte quies.

ubi vide Broekhuis. Iscan. V. Belli Trojani vers. 427.

——— *sopita marito*
Incubat, &, primi nebula cessante soporis,
In veras matura quies purgata figuras
Dira monet.

Statius similiter, ut somnii veracitatem innueret, in II. Theb. vers. 120. dicit, *etenim jam pallida turbant Sidera lucis equi.* Mosch. Idyll. II. vers. I.

Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον,
Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς.
Ὕπνος ὅτε γλυκίων μέλιτος βλεφάροισιν ἐφίζων,
Λυσιμελὴς, πεδάᾳ μαλακῷ κατὰ φάεα δεσμῷ·
Εὖτε καὶ ἀτρεκέων ποιμαίνεται ἔθνος ὀνείρων.

Europae olim Venus suave somnium immisit, cum tertia pars noctis stat, & Aurora prope est: cum somnus melle dulcior in palpebris sedens, membra resolvens, oculos molli vinculo ligat, cum & veracium pascitur turba somniorum. Contra vespertinorum somniorum plerumque suspecta fides erat. Quint. Calab. lib. I. vers. 133.

Νηπίη, ἥ ῥ' ἐπίθησεν ὀιζυρῷ περ ὀνείρῳ
Ἑσπερίῳ, ὃς φῦλα πολυτλήτων ἀνθρώπων
Θέλγει ἐν λεχέεσσιν, ἄδην ἐπικέρτομα βάζων.

Demens, quae morem gessisti infelici somnio vespertino, quod aerumnosorum genus hominum in stratis demulcet, ludibria affatim blaterans.

v. 202. *Populos deposcat hiatu*] Monuit me vir

Cele-

Cui gelidis almae Cyllenes editus antris:
Bella vides optata tibi. te maxima bella,
Te strages nemorum, te moto turbida coelo
Tempestas, caedesque virûm, magnaeque ruinae
Idaei generis, lacrimosaque fata sequuntur.
Quantus per campos populatis montibus actas
Contorquet silvas squalenti tergore serpens,
Et late humectat terras spumante veneno:
Tantus, perdomitis decurrens Alpibus, atro
Involves bello Italiam, tantoque fragore
Eruta convulsis prosternes oppida muris.
His aegrum stimulis liquere Deusque soporque.
It membris gelidus sudor: laetoque pavore

Promissa

Celeberrimus P. Burmannus Illustrissimum Heinsium ad marginem Claudian. II. de laud. Stilic. vers. 115. adscripsisse, videri sibi hoc loco apud Silium *depascat* legendum. Sed nihil muto. *poscere* enim, *exposcere*, *deposcere*, passim pro ad poenam poscere. Supra lib. I. vers. 673. *Poscendum poenae juvenem.* lib. II. vers. 44.

Poscimur, o juvenes, Fabiusque e puppe catenas
Ostentat.

& vers. 30.

Ne deposce, adero: dabitur tibi copia nostri.

v. 205. *Te toto turbida coelo Tempestas*] *moto coelo* scripti. optime, ut jam monui ad Fastos Nasonis libro III. vers. 347. N. HEINSIUS. Recte. sic infra lib. XV. vers. 145.

Per subitum moto strepuere tonitrua mundo.

totus aether tamen in tempestate est apud Lucan. lib. VII. vers. 154.

——— *totus venientibus obstitit aether,*
Inque oculos hominum fregerunt fulmina nubes.

& vers. 197.

Seu tonitrus ac tela Jovis praesaga notavit,
Aera seu totum discordi obsistere coelo.

Saepissime autem librarii has voces invicem confuderunt. apud Lucan. lib. VI. vers. 294.

——— *tota cavernas*
Egerit, & torrens in campos defluit Aetna.

ubi libri duo habent *mota cavernas.* apud eundem lib. VII. vers. 273. *non agmine moto Clamorem latura suum:* quatuor libri scribunt *agmine toto.* Vide Nic. Heinsium infra h. lib. vers. 325. lib. XVI. vers. 319. & lib. XVII. vers. 294.

v. 211. *Decurres Involvens*] *decurrens Involves* Colon. & Oxon. N. HEINSIUS.

v. 215. *Laetoque pavore*] *Pavor* & *timor* non δειλία saepenumero Silio, sed δεισιδαιμονία; omnemque religionem aut *pavorem* fere, aut *timorem*, aut *formidinem*, nuncupat. sic infra vers. 690. *prisco inde pavore Arbor numen habet.* sic supra *patria formido* patria religio est, lib. I. vers. 81.

Urbe fuit media sacrum genetricis Elissae
Manibus, & patria Tyriis formidine cultum.

& hoc ipso libro vers. 31. *sacro timore* dixit,

Majestate locum & sacro implevere timore.

& è contra Lucretius *religionem* pro terrore, pavore, & formidine posuit. D. HEINSIUS.

v. 216. *Noctemque retractat*] ἀνακεμπάζει τὸν ὕπνον. sic lib. II. vers. 526.

Ipsa meum vidi lacerato vulnere nostras
Terrentem Murrum noctes.

ubi itidem, ut hic, *nox* pro somno ponitur. D. HEINSIUS. libr. X. etiam vers. 545.

——— *non mille premendi*
Sunt oculi tibi, nec spernens tua numina custos
Inachiae multa superandus nocte juvencae.

Virgilius IV. Aen. vers. 530.

——— *neque umquam*
Solvitur in somnos, oculisve aut pectore noctem
Accipit.

Statius IX. Theb. vers. 599.

Dum gemit, & planctu circumdat pectus inani,
Abrupere oculi noctem.

Claudian. in III. de Rapt. Pros. vers. 69.

——— *noctesque timorem*
Ingeminant, omnique perit Proserpina somno.

v. 219. *Placatur meritis*] *Placatus* scripti cum Romana editione. sed & praecedenti versu Oxon. cum Romano & Aldino codice *Instauratus:* neque aliter Parmensis utroque loco. N. HEINSIUS. Pariter etiam Mediolan. editio utroque loco.

v. 221. *Permixtis dissona linguis*] Ob diversas nempe gentes, quae in Hannibalis exercitu erant. Quibus Dausquejus aliam caussam addit, quod Karthaginienses duplicem linguam calluerint, Tyriam & Africanam, unde Silio & Maroni *bilingues* vocantur. Verum ita à poetis magis vocari censeo ob fraudes & dolos, quibus alios decipere solebant. vide infra ad Silii lib. XVI. vers. 157.

v. 222. *Prodito, Calliope, famae*] Reducatur & restituatur postliminio in possessionem suam germana lectio, Virgilii etiam exemplo probata, *Prodite, Calliope, famae;* cujus generis multa non monerem,

Promissa evolvit somni, noctemque retractat.
Jamque Deûm regi Martique sub omine fausto
Instauratus honos; niveoque ante omnia tauro
Placatus meritis monitor Cyllenius aris.
Extemplo edicit convellere signa, repensque
Castra quatit clamor permixtis dissona linguis.
Prodite, Calliope, famae, quos horrida coepta
Excierint populos, tulerintque in regna Latini:
Et quas indomitis urbes armarit Hiberis,
Quasque Paraetonio glomerarit litore turmas
Ausa sibi Libye rerum deposcere frenos,
Et terris mutare jugum. non ulla, nec umquam
Saevior it trucibus tempestas acta procellis:
Nec bellum raptis tam dirum mille carinis

nerem, nisi ea fuisset sciolorum quorundam temeritas in his talibus, uti à parvis confidentius sibi ad majora viam sternerent, ut nobis quoque ab his ad illa ascendendum videatur. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. Minime germana lectio est *Predito, Calliope*, ut ait Interpres. Nam durior is sonus. Membranae Colonienses & Oxonienses *Prodite*, optime; cum Calliope sit princeps chori Musarum, ex imitatione Maronis IX. Aen. vers. 525.

Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti,
Quas ibi tum ferro strages, quae funera Turnus
Ediderit.

BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. Scribendum *Prodite* ex Marone IX. Aen. vers. 525. Conjecturam confirmant membranae Colonienses, probante & Modio. Noster infra hoc ipso libro ex optimis membranis vers. 288.

Vos quoque desertis in castra mapalibus itis,
Misceri gregibus Gaetulia sueta ferarum.

& mox inferius vers. 369.

Phocaicae dant Emporiae, dant Tarraco pubem
Vitifera.

ita & illic vetustus codex. lib. XII. vers. 390.

Sed vos, Calliope, nostro donate labori.

lib. XVI. vers. 212.

Et vos, qui Tyrias regitis Karthaginis arces,
Hasdrubal, huc aures, huc, quaeso, advertite sensus.

apud Valer. Flacc. *Vos, ait, Aesonide.* Plura de hoc loquendi modo ad Nasonis Remedia amoris observamus vers. 164. Interpres hic denuo nugatur. veram scripturam ex Oxonio etiam Barthius asseruit. N. HEINSIUS. Recte viri docti *Prodite* ex scriptis vindicarunt, quibus etiam accedunt editiones Mediolanensis & Juntina. Neque aliter hunc locum laudat Eruditissimus Gronovius lib. II. de Pecun. veteri cap. IV. Pariter Cydippe de uno Acontio apud Ovid. Epist. XXI. Heroid. vers. 37.

—— nunc me certamine vestro
Proditis & proprio vulneror ipsa bono.

Vide Cerdam ad d. loc. Virgilii. Eadem locutio restituenda etiam in exemplo quodam apud Jul. Rufin. de Schem. lexeos pag. 34. *Figura per personas. Ut si quis dicat, Vos, superi, Jupiter, precor. Ut sunt ista,*

Vos, o Calliope, precor, aspirate canenti.

&,

Vos, o patricius sanguis, quos vivere fas est.

item si qua sunt similia. Ita nunc vulgo editur. Sed puto legendum, *Ut si quis dicat, Vos, Jupiter, precor.* Vox *superi* enim videtur τοῦ *Jupiter* glossema esse, & ex margine, ubi olim fuerat, in contextum perperam irrepsisse. Musas autem hic invocavit Silius ad exemplum Maronis, qui, populos descripturus in Turni & in Aeneae castris stipendia facientes, eas pariter invocat in VII. Aen. vers. 641.

Pandite nunc Helicona, Deae, cantusque movete,
Qui bello exciti reges, quae quemque secutae
Complerint campos acies. &c.

Calliopen vero Silius prae reliquis sororibus invocat, quod *Musarum regina* & *ἁπασέων προφερεστάτη* dicatur. vide Barth. ad Statii IV. Theb. vers. 34. aliosque. Nota etiam elegantem usum vocis *prodere*, pro tradere, manifestare, dicere. sic Lucan. lib. I. vers. 631.

—— vix fas, Superi, quaecumque monetis,
Prodere me populis.

Vide Nic. Heins. ad Claudiani I. de Rapt. Proserp. vers. 3.

v. 224. *Et quas indomitis urbes armarit Hiberis*] *in domitis Hiberis* opinor. Certe in Colonio *Hiberas.* etiam non male. sed infra vers. 326. *Cantaber invictus.* N. HEINSIUS.

v. 229. *Nec bellum raptis tam dirum mille carinis Acrius infremuit*] Lego *rapidis carinis.* D. HEINSIUS. *ruptis carinis* Colon. & Oxon. Paullo ante videtur scribendum *Saevior hac.* N. HEINSIUS. Locus hic viro eximio J. Fr. Gronovio in suspicionem mendae venit. De cujus restitutione consultus ὁ πάνυ

Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem.
Princeps signa tulit Tyria Karthagine pubes,
Membra levis, celsique decus fraudata superbum
Corporis; at docilis fallendi, & nectere tectos
Numquam tarda dolos. rudis his tunc parma; brevique
Bellabant ense; at vestigia nuda, sinusque
Cingere inassuetum; & rubrae velamine vestis
Ars erat in pugna fusum occuluisse cruorem.
His rector fulgens ostro super altior omnes
Germanus nitet Hannibalis, gratoque tumultu
Mago quatit currus, & fratrem spirat in armis,
Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis,
Prisca situ, veterisque ante arces condita Byrsae.

Tum,

Salmasius respondit, legendum sibi videri *raptis in Trojam mille carinis.* vid. ejus epist. LXXXV. Pari conjectura Illustriss. Heinsius ad marginem Silii emendabat *raptis in Pergama mille carinis.* Sed, ut puto, neutra opus est conjectura. *Tam dirum bellum*, est maximopere dirum, dirissimum bellum. Terent. in Andria act. III. sc. V. vers. I. *Atque hoc confiteor jure mihi obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilii sum.* & in Adelph. act. II. sc. IV. vers. 10. *Ah, stultitia est isthaec, non pudor, tam ob parvolam rem, pene ex patria.* Neque necessaria est hic *Trojae* mentio, cum *mille carinae* Trojanum bellum intelligi satis doceant. Quamvis enim plurimum discrepent auctores de numero navium classis Graecae Trojam proficiscentis, ut patet ex Dresem. ad Iscan. III. de Bello Trojano vers. 421. & Vinding. ac Ann. Daceria ad Dict. Cretens. lib. I. cap. XVII. Poetae tamen eam classem mille navium fuisse plerumque scribunt. Ita Silius infra lib. VIII. vers. 623. lib. XV. vers. 277. Virgil. II. Aen. vers. 198. ubi videndi sunt doctissimi Interpretes, Ovid. Epist. VIII. Heroid. vers. 25. Epist. XIII. vers. 97. lib. XII. Metam. vers. 6. lib. XIII. vers. 93. Senec. Troad. vers. 27. in Agam. vers. 40. Petron. in Satyr. cap. LXXXIX. Anonym. in Catalect. Petron. pag. 368. Ed. Boschii prioris, aliique: etiam Livius lib. XLV. cap. XXVII. Cujus praecipue auctoritate permotus Scipio Gentil. lib. I. Parerg. cap. XXXV. putat, vere mille naves Aulide Trojam profectas esse, errasse autem commentatores ad d. loc. Maronis, qui numerum certum pro incerto positum fuisse dixerant. Sed male, ut ex iis, quae de dissensu auctorum supra dixi, patet. Nobilissima autem haec est comparatio, qua Silius etiam infra utitur lib. VIII. vers. 622.

Tantis agminibus Rhoeteo litore quondam
Fervere, cum magnae Trojam invasere Mycenae,
Mille rates vidit Leandrius Hellespontus.

& Claudian. in Bell. Gildon. vers. 484.

Sic Agamemnoniam vindex cum Graecia classem
Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.

v. 233. *Ac docilis fallendi*] *at* cum Coloniensi. N. HEINSIUS. ita etiam Raphelengius edidit.

v. 234. *Rudis his tunc parma*] Mendosa haec: *his tum* Puteaneus. Romana editio *radiis tum.* opinor *rude sutum parma*, rudi opere suta. id propius accedit ad veterem scripturam. Dixi pluribus ad Virgilium. *Rudes parmae* supra lib. I. vers. 626. ubi vide Interpretem. N. HEINSIUS.

v. 235. *Ac vestigia*] *at* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 236. *Rubrae velamine vestis Ars erat in pugna fusum occuluisse cruorem*] De Lacedaemoniis similia vide apud Cragium lib. III. de Republ. Lacedaem. tab. VI. cap. 6. & Meurs. in Miscell. Laconic. lib. II. cap. XIX. De Persis apud Vorstium ad Valer. Max. lib. II. cap. VI. ex. 2.

v. 238. *His rector*] *Hos* puto. N. HEINSIUS.

v. 239. *Gratoque tumultu*] Forte *patrioque tumultu.* N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. *grato tumultu* enim est, qui Magoni gratus erat, quo delectabatur; quod hominis bellicosi signum erat. De Pallade Callimach. Hymn. in Lavacr. Pallad. vers. 44.

Ἵππων καὶ σακέων ἀδομένα πατάγῳ.

Equorum & scutorum strepitu oblectata.

v. 240. *Et fratrem spirat in armis*] Vocem *spirare* ex utriusque linguae auctoribus recte hic illustravit Doctissimus Dausquejus. vide etiam infra ad librum XVII. vers. 536. Non recte tamen ab eo laudatum hic esse Silium lib. II. vers. 431.

Spirantem credas certamina anhela moventem,

ad eum locum docui.

v. 241. *Proxima Sidoniis Utica est effusa maniplis*] Doctissimus Dausquejus *Sidonios maniplos* ad Uticenses refert propter originem. Utica enim a Tyriis condita est. malim tamen construere *Proxima Sidoniis maniplis*, id est, Karthaginiensibus: ut Silius Uticae urbi antiquissimae secundas post Karthaginem tribuat: idque tanto magis, quod Silius voces *propior* & *proximus* tertio cum casu jungere solitus sit. Vide quae notavi supra ad lib. I. vers. 13.

v. 244.

Tum, quae Sicanio praecinxit litora muro,
In clipei ſpeciem curvatis turribus, Aſpis.
Sed dux in ſeſe converterat ora Sychaeus,
Haſdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus, & reſonare ſuperbo
Hannibal haud umquam ceſſabat avunculus ore.
Affuit undoſa cretus Berenicide miles;
Nec, tereti dextras in pugnam armata dolone,
Deſtituit Barce ſitientibus arida venis.
Necnon Cyrene Pelopêi ſtirpe nepotis
Battiadas pravos fidei ſtimulavit in arma:
Quos trahit antiquo laudatus Hamilcare quondam,
Conſilio viridis, ſed belli ſerus, Ilertes,

Sabratha

v. 244. *In clipei ſpeciem curvatis turribus, Aſpis*] Innuit his verbis Silius originem nominis; ita nimirum dictam eſſe, quod in formam clipei condita ſit, ſimulque urbem hanc non *Aſpida* ſolum, ſed & *Clupeam*, dictam eſſe, ut Dauſquejus jam notavit; qui & Merulam recte carpit, quod ad Ennii VII. Annal pag. 424. Clupeam & Aſpida diverſas urbes fecerit. Merula tamen hoc cum Ptolemaeo erravit, qui lib. IV. Geogr. **Κλυπέαι** &**Ἀσπίδα** vicinas urbes ſtatuit, quem errare docuit olim Magnus Salmaſ. in Exercit. Plinian. pag. 227. ubi aliis exemplis probat, Ptolemaeo ſolenne fuiſſe, ex uno oppido, ſed binomine, diverſa duo facere, eumque ita prave diſtinxiſſe Aethaliam & Ilvam, Pithecuſam & Enariam.

v. 250. *Tereti dextras in pugnam armata dolone*] Dolonis meminit etiam Virgilius VII. Aen. verſ. 664.

Pila manu, ſaevoſque gerunt in bella dolones,
Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello.

Ubi Servius ſcribit: *Dolo eſt flagellum, intra cujus virgam latet pugio, aut, ſecundum Varronem, ingens contus cum ferro breviſſimo. Dolones autem à fallendo dicti ſunt, quod decipiant ferro, cum ſpeciem praeferant ligni.* Quae inde pro more ſuo ſurripuit Iſidor. XVIII. Origin. cap. IX.

v. 251. *Barce ſitientibus arida venis*] ſupra lib. II. verſ. 62.

Cui patrius Naſamon, aeternumque arida Barce
Parebant.

Virgilius IV. Aen. verſ. 42.

Hinc deſerta ſiti regio, longeque furentes
Barcaei,

Claudian. in Bell. Gildon. verſ. 160.

Diſſidet occiduis quod Gadibus arida Barce.

v. 253. *Battiadas pravos fidei*] Fortaſſe, *Battiadae proavos.* Sed nihil mutandum. Graecum caſum amat Silius, ut Tacitus, & alii ejus aetatis plerique. ſic alibi *pravus togae, felix uteri*, & libro primo *ſiniſter fidei* dixit, ut hic *pravos fidei.* D. HEINSIUS. Non intelligo ſatis, cur Battiadas dixit *pravos fidei.* an legendum *gnavos fidei.* De Batto ipſo libro VIII. verſ. 57.

Battus Cyrenen molli tum forte regebat
Imperio, mitis Battus, lacrimaſque dediſſe
Caſibus humanis facilis, qui ſupplice viſa
Intremuit Regum eventus, dextramque tetendit.

BARTHIUS libro VI. Adverſ. cap. XV. *gnavos fidei* Barthius: ſed *pravus togae* libro VIII. verſ. 261. *plebs prava favoris* lib. IX. N. HEINSIUS. Editiones Parmenſis ac Mediolanenſis *parvos fidei*; Codex Putean. *parvas fidei.* Barthius, qui, cur Battiadas Silius *pravos fidei* dicat, ſe non intelligere profitetur, *gnavos fidei* ſcribendum conjiciebat. Ego tamen, libris ſcriptis omnibuſque editis pro vulgata lectione ſtantibus, vel eo manifeſte alludentibus, *pravos fidei* mutare non ſuſtineo. Sic *pravus audendi* lib. XII. verſ. 464.

Funditur audendi pravus, faciliſque periclis.

Forte enim reſpexit Silius ad factum illud Batti, quod libro VIII. refert verſ. 62. eum nempe ejeciſſe Annam Didus ſororem, cui dextram, fidei ſignum, tetenderat, poſtquam Pygmaleona adventare audierat. Potuit etiam Silius alluſiſſe ad aliam hiſtoriam, quae nunc periit. Si neutrum placet, exiſtimarem Silium confudiſſe duos Battos, alterum Laconem, Cyrenaeum conditorem, alterum paſtorem, qui à Mercurio, quod contra fidem datam furtum ejus proditurus erat, in lapidem indicem mutatus dicitur: quam fabulam late proſequitur Ovid. II. Metam. verſ. 687. Similes errores apud poëtas nonnumquam obſervantur. Ita Scyllam Niſi filiam, quae poſt proditum patrem & patriam in avem verſa eſt, cum Scylla Phorci filia, quam Circe in monſtrum marinum mutavit, paſſim confuderunt poëtae. vide Nic. Heinſium ad Sabin. Epiſt. I. Heroid. verſ. 33. Minoëm, Jovis ex Europa filium, qui inferorum arbiter eſſe fingitur, cum ejus nepote Minoë, Lycaſtis ex Ida filio. vide Broekh. ad Prop. lib. III. Eleg. XVIII. verſ. 25. alia huc facientia notavit vir Eximius J. Fr. Gronovius in Diatr. Stat. cap. LV.

v. 255. *Bello ſerus Ilertes*] *belli ſerus* in tribus ſcri-

Sabratha tum Tyrium vulgus, Sarranaque Leptis;
Oeaque Trinacrios Afris permixta colonos,
Et Tingin rapido mittebat ab aequore Lixus.
Tum Vaga, & antiquis dilectus regibus Hippo,
Quaeque procul cavit non aequos Rufpina fluctus,
Et Zama, & uberior Rutulo nunc fanguine Thapfus.
Ducit tot populos, ingens & corpore & armis,
Herculeam factis fervans ac nomine famam,
Antaeus, celfumque caput fuper agmina tollit.
Venere Aethiopes, gens haud incognita Nilo,
Qui magneta fecant: folis honor ille metalli,
Intactum chalybem vicino ducere faxo.

His

ptis. optime & more Siliano. Colonienfis praeterea habet *Herces*. N. HEINSIUS.

v. 256. *Tabraca*] In fcriptis conftanter *Sabratha*. recte. Ptolemaeus appellat Σαβάθραι Africae propriae urbem; qui tamen & Σαβάτραι agnofcit, ut duas ejus nominis civitates in Africa fuiffe oporteat. Victor Uticenfis quoque *Sabathram* agnofcit, ut & Procopius de aedificiis Juftiniani. Plinius & Antoninus in Itinerario *Sabratam* appellant. Antoninus & hanc & *Oeam* facit colonias, quomodo & Silius hoc loco. *Sabratam*, *Oeam*, & *Leptin* conjunxit quoque Solin. cap. XXVII. Ifidor. Origin. & Aethicus in Cofmogr. Reftituit ad nomen Salmaf. ad Solin. bis Appulejo. Interpres *Tabracam* cum *Sabratha* infcite confundit. Apud Sueton. in Vefpafiano. *Flaviam Domitillam duxit uxorem*, *Statilii Capellae*, *equitis Romani*, *Sabratenfis ex Africa*, *delicatam olim.* ubi male *Tabracenfis* Torrentius. N. HEINSIUS. In Mediol. editione *Sabraca*; Marfi Veneta, Juntina, aliaeque *Sabrata*, quod proxime ad veram lectionem accedit. *Sabathra* hunc locum laudans Hermol. Barbarus citavit jam olim ad Plinii lib. V. cap. III. ut & Surita ad Antonini Itiner. pag. 227. In editione Bafileenfi primum *Tabraca* mihi occurrit. Diverfas autem urbes fuiffe Sabratham & Tabracam ex Plinio patet, qui lib. V. cap. III. *Tabracham* Numidiae annumerat, & capite fequenti *Sabratam*, feu, ut alii libri habent, *Sabatram* inter Africae proprie fic dictae oppida recenfet: Idem etiam ex Ptolemaeo difcimus, qui Θάβρακαι κολώνιαι memorat lib. IV. in Ἀφρικῆς Θέσει: at Σάβαθραι poftea in Σύρτιος μικρᾶς Θέσει: in recenfendis vero mediterraneis oppidis Σαβράται. *Sabratha* autem potius, quam *Tabraca* hic legi debere, praeter codicum antiquorum confenfum, docerent etiam vicina oppida Oea & Leptis magna fimul memorata, nifi Silium nullum ordinem in recenfendis Africae civitatibus obfervaffe conftaret.

v. 257. *Aeaque*] *Oeaque* recte Colonienfis: quo & ceteri alludunt, in quibus *oraque*. vide Interpretem hoc loco. N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. editio cum Parmenfi *Oraque*, aliae *Eaque*: in Bafileenfi autem Wolfii primum *Aeaque* editum. Sed recte viri docti *Oeaque* vindicarunt. Harduinus, in recenfito opere de numm. Popul. & Urb. memorat nummum Graecum Antonini Pii infcriptum ΩΙΩΝ, quem ad hanc urbem refert. Idem etiam doceremur ex figlis C. A. O. A. F. & C. A. A. O. A. F. quae in aliis nummis occurrunt, fi conftaret, antiquarios eas recte hoc modo expofuiffe, *Colonia Aelia Oea Augufta Felix*, & *Colonia Aelia Antonina Oea Augufta Felix*. Vide Vaillant. numm. Colon. part. I. pag. 171. Apud Ptolem. lib. IV. Geograph. in Σύρτιος μικρᾶς Θέσει corrupte hujus urbis nomen extare puto, pro Ἑῶα enim legendum videtur Ὦια vel Ὠία, nam & urbs haec *Oeea* dicitur. Recte etiam Doctiffimus Surita ad Antonini Itinerar. hunc verfum laudans p. 229 habet *Oeaque Trinacrios*, in erratis enim operas *Oceanique Trinacios* male edidiffe notat.

v. 259. *Tum Vaga*] Codex Colonienfis *Tamvaga*, Puteaneus cum editione Mediolanenfi *Tinvaga*. fed perperam. *Oppidum Vagenfe* enim memorat Plinius lib. V. Hift. Natur. cap. IV. Ptolemaeo Οὐάγα vocatur IV. Geogr. in Africae thefi.

v. 260. *Quaeque procul cernit non aequos Rufpina fluctus*] In libro calamo exarato *procul cavit* legitur. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. XV. *cavit* Oxon. cum Colonienfi. aliquanto rectius, uti & Barthio vifum. Forte legendum *fpernit*. Interpres *Rutupam* Britannicam cum *Rufpina* Africae unam eandemque facit: quid enim aliud Lucani loco producto voluit? ftuporem hominis! N. HEINSIUS.

v. 261. *Uberior Rutulorum fanguine Tapfus*] *Thapfus* legendum cum afpiratione. *Datfus* in Colonienfi. Scribe ex eodem *Uberior Rutulo nunc fanguine*. Oxon. & Putean. habent *rutulamine fanguine*. N. HEINSIUS. Prifcae editiones praeferunt *Rutulo de fanguine*; fed optimi ac integerrimi codicis auctoritas plus apud me valet, quam typographorum nugae. Recte etiam *Thapfus* cum afpiratione fcribendum monuit Nic. Heinfius, quomodo & Livium emendavit Sigon. in notis ad lib. XXIX. cap. XXX. Graecis enim Θάψος dicitur. ΘΑΨΙΩΝ nummum ex Goltzio memorat Harduin. in numm.

Popul.

His simul, immitem testantes corpore solem,
Exusti venere Nubae. non aerea cassis,
Nec lorica riget ferro, nec tenditur arcus:
Tempora multiplici mos est defendere lino,
Et lino munire latus, sceleratque succis
Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno.
Tum primum castris Phoenicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macae. squalentia barba
Ora viris: humerosque tegunt velamine capri
Saetigero: panda manus est armata cateja.
Versicolor contra caetra, & falcatus ab arte
Ensis Adyrmachidis, ac laevo tegmina crure.

Sed

Popul. & Urb. Dubitat tamen, utrum ad hanc Africae urbem, an vero ad Siciliae peninsulam referendus sit. Vide etiam Dausquej. ad hunc locum, & in Orthogr. part. II. in voce *Tapsus.*

v. 263. *Servans factis à nomine famam*] Legendum addita litera *ac nomine.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. Scribe cum scriptis *factis servans ac nomine*, non *à nomine.* N. HEINSIUS.

v. 269. *Exusto venere Mibae*] Ortelius conjecit *Nubae*, quam lectionem firmat Dausquejus. Sciendum vero totidem literis, diphthongo excepta, exstare in codice Oxoniensi. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. XV. Interpres dubitavit *Sibaene*, an *Nubae*, huc revocandi essent. *Nubas* agnoscunt scripti. In iisdem *Exusti venere Nubae.* *Nubae* ab Ortelio etiam & Barthio hic admittuntur. lib. VII. vers. 662. ut & illic scribendum,

Sanguine quippe suo jam Bagrada tinxerat ensem,
Dux rectorque Nubas populi.

N. HEINSIUS. *Nubae* etiam memorantur apud Claudian. I. de Laudib. Stilic. vers. 253.

Veneras & parvis redimitus Nuba sagittis.

Fortasse etiam intelliguntur Nubae infra lib. IX. vers. 224.

——— *pariter gens accola Nili,*
Corpora ab immodico servans nigrantia Phoebo.

Vide, quae eo loco notantur. Non aliter hic legendum etiam monuit Hermolaus Barbarus Castig. ad Plin. lib. VI. Hist. Natur. cap. XXX.

v. 270. *Nec tenditur arcus*] *non tenditur* Coloniensis liber. N. HEINSIUS.

v. 273. *Et ferrum infamare veneno*] *inflammare* scribendum, quomodo vetusti codices apud Valer. Flaccum lib. I. vers. 108.

——— *Arcadio cujus flammata veneno*
Tela.

Ubi plura ad rem congessimus. N. HEINSIUS.

v. 276. *Humerosque tegunt velamina capri Saetigeri*] *velamine Saetigero* scripti constanter: & recte. N. HEINSIUS. Priscae etiam editiones Mediol. ac Parmensis *velamine capri Saetigero.* etiam P. Marsus in commentariis *velamine* agnoscit: in contextu tamen typographorum errore *velamina* editum est, quod inde ad reliquas omnes editiones promanavit. Sic varam vibia sequitur. Quod autem de velamine capri Silius, id Herodotus de Macis, loquens de pelle struthionum, lib. IV. cap. CLXXV. *Ἐς δὲ τὸν πόλεμον στρυθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα. In bello autem pro segumentis struthionum subterraneorum pelles ferunt.*

v. 277. *Panda cateja*] De hoc armorum genere praeter Dausquejum ad hunc locum vide Lipsium IV. Poliorc. Dial. IV. Cerd. ad Virgilii VII. Aen. vers. 741. & Papiam apud Barth. lib. XXXVI. Adverf. cap. VII.

v. 278. *Cetra*] *caetra* Coloniensis, uti & infra vers. 348. N. HEINSIUS. *caetra* scuti genus est, cujus apud Silium frequens mentio fit. Servio ad Virgilii VII. Aen. vers. 732. dicitur *scutum loreum, quo utuntur Afri & Hispani.* Ad quem locum Virgilii Pierius in notis existimat sine diphthongo *cetra* scribendum esse, quem etiam sequitur Dausquej. in Orthogr. part. II. hac voce. Illustrissimus Heinsius autem *caetra* ex Colon. codice recepit. Aliis tamen locis Silii nullam optimorum codicum diversitatem annotavit. De caetris plura vide apud Lipsium in Analect. ad Milit. Roman. libr. III. cap. I..

v. 278. *Falcatus ab arte Ensis*] lego *falcatus in harpen.* N. HEINSIUS. *falcatus ensis* & infra memoratur lib. VIII. vers. 585.

Ille & pugnacis laudavit tela Salerni,
Falcatos enses.

apud Virgil. VII. Aen. vers. 732.

Laevas caetra tegit; falcati comminus enses.

Illustrissimi Heinsii conjecturam adstruit, quod Servius eo loco falcatum ensem *Harpen* exponat. Sic Valer. Flacc. lib. IV. vers. 390. ensem Mercurii, quo Argum occidit, *harpen* vocat, quem Ovidius I. Metam. vers. 717. *falcatum ensem* dicit. De ense falcato alia vide apud Lipsium II. Saturn. cap. IX. & Fabrett. ad Column. Traj. cap. VIII. pag. 256.

v. 279. *Ensis Adyrmachidae*] *Adyrmachidis* legendum ex Oxoniensi codice, ut conjecit Dausquejus quoque. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. XV. *Adyrmachidis* repone cum priscis exemplaribus.

 Hero-

Sed mensis asper populus, victuque maligno:
Nam calida tristes epulae torrentur harena.
Quin & Massyli fulgentia signa tulere,
Hesperidum veniens lucis domus ultima terrae.
Praefuit intortos demissus vertice crines
Bocchus atrox, qui sacratas in litore silvas,
Atque inter frondes revirescere viderat aurum.
Vos quoque desertis in castra mapalibus itis,
Misceri gregibus Gaetulia sueta ferarum,
Indomitisque loqui, & sedare leonibus iras:
Nulla domus; plaustris habitant: migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectare penates.

Hinc

Herodoto sunt 'Αδυρμαχίδαι; & sic Interpres cum Barthio. lib. IX. vers. 223. *& ferro vivere laetum Vulgus Adyrmachidae.* N. HEINSIUS. In Colon. solo quidem est *Adyrmachidis*: recte tamen id vindicarunt viri docti; nam, si fides habenda est excerptis variantium lectionum, quae penes me sunt, reliquae membranae cum priscis editionibus eo quoque manifesto ducunt, in quibus corrupte *Achimaridis*, vel *Achimaradis*, legitur.

v. 279. *Laevo tegmina crure*] De Sabinis pariter infra libro VIII. vers. 421.

Cunctis hasta decus, clipeusque refertur in orbem,
Conique implumes, ac laevo tegmina crure.

v. 280. *Victuque maligno*] Id est parco, paupere, non delicato. Vide Rittershus ad Gunther. Ligur. lib. II. vers. II.

v. 281. *Calida tristes epulae torrentur harena*] De Hunnis aliud non minus ferum refert Amm. Marcell. lib. XXXI. cap. II. *Ita visi sunt asperi, ut neque igni, neque saporatis indigeant cibis, sed radicibus herbarum agrestium & semicruda cujusvis pecoris carne vescantur; quam inter femora sua & equorum tergum subsertam fotu calefaciunt brevi.*

v. 283. *Hesperidum veniens lucis*] Forte *Vicini Hesperidum lucis*, vel, *Hesperidum venam e lucis. Argenti & auri vena* Lucret. lib. VI. vers. 810. Catullus de coma Berenic.

Jupiter ut chalybon omne genus pereat:
Et qui principio sub terra quaerere venas
Institit.

Ovid. *venae pejoris aevum* vocat seculum ferreum. *vena ferventis massae* Persius Satyr. II. *vena ferri* Plin. lib. XXXIV. cap. XIV. Prudent. II. contra Symmach. vers. 286.

Detoquat in massam fervens strictura secures
Rursus, & ad proprium restillet vena metallum.

&,

Ut candor perit argenti, si defuit usus,
Et fuscata situ corrumpit vena colorem.

in Psychom. vers. 142. de casside,

—— frangit quoque vena rebellis
Illisum chalybem.

N. HEINSIUS.

v. 288. *Misceri gregibus, Gaetuli, assueta ferarum*] Nulla mutatione in his opus est. Castris nimirum, suo more positis, incedebant, vel adveniebant, Gaetuli; quibus consueverant miscere ferarum greges. Non viderunt hanc sententiam doctissimi viri. MS. Oxoniense nihil mutat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. Optime Coloniensis, *Gaetulia sueta*, quo & reliqui duo cum editione Romana alludunt, in quibus *Gaetula sueta*. Barthius nequidquam vulgatam scripturam tuetur. Sic noster lib. V. vers. 217. *Libys incumbunt.* Apud Nasonem Fastorum I. vers. 393. in veterrimis membranis exaratum offendi,

Festa corymbiferi celebrabant Graecia Bacchi.

& Remed. Amor. vers. 164.

Transtulerant vires Graecia tota suas.

Addantur, quae superiori libro annotavimus vers. 422. Plura ad Nasonem & Virgilium Aeneid. VI. congessimus. Gronovius Observ. II. cap. IV. *Gaetule assuete*, ubi multa ad rem de hoc loquendi modo vir Eruditissimus congessit. N. HEINSIUS. Verba sunt viri maximi J. Fr. Gronovii lib. II. de Pecun. Veter. cap. IV. „ Silius sic emendandus,

„ *Vos quoque desertis in castra mapalibus itis,*
„ *Misceri gregibus, Gaetule, assuete ferarum,*
„ *Indomitisque loqui & sedare leonibus iras.*

„ vulgo, *Gaetuli assueta.* quod conatur defendere „ Barthius. Frustra: nam tertium versum omittit, „ quem connectere superiori praecipua difficultas. „ Neque enim indomiti leones in castris, neque il„ lud domandi tempus. Quid est autem *castra lo„ qui leonibus?* vide & Heinsium ad Ovidii Reme„ dia vers. 164. ubi alia lectione studuit huic loco „ succurrere. *Vos Gaetule*, ut alibi, *Prodite, Cal„ liope:* & Virgilius, *Vos, ô Calliope, precor, aspira„ te.* & Silius libro XII. vers. 390.

„ *Sed vos, Calliope, nostro donate labori.*

„ Idem lib. VI. vers. 562. *jacent portis, ululante „ dolore, Dispersum vulgus.* Sic MSti, ubi editi, *ja„ cet.* Plura hujusmodi Livio restituimus. Haec Gronovius. Illustrissimus Scaliger etiam ita sibi emendandum videri ad marginem codicis sui monuit. Eligat quisque, quod optimum videtur.

Vulgata

Hinc mille alipedes turmae, velocior Euris,
Et doctus virgae sonipes in castra ruebant.
Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Umber
Nare sagax e calle feras, perterrita late
Agmina praecipitant volucres formidine cervi.
Hos agit haud laeto vultu, nec fronte serena,
Asbytes nuper caesae germanus, Acherras.
Marmaridae, medicum vulgus, strepuere catervis:
Ad quorum cantus serpens oblita veneni,
Ad quorum tactum mites jacuere cerastae.

Tum

Vulgata enim scriptura, quam primum in P. Marsi editione inveni, omnino sana non est; mihi autem Coloniensis codicis lectio *Gaetulia sueta* non displicet. In Mediol. editione erat *Gaetula assueta*. Doctissimus Dausquej. totum versum hoc modo constituit,

Gaetuli assueti gregibus miscere ferarum,

nempe *assueti vos miscere*. Sed medicina haec violentior est, & modum excedit. Quare saniori judicio postea membranarum Coloniensium lectionem probavit.

v. 290. *Nulla domus: plaustris* &c.] Sallust. in Bell. Jugurt. cap. XVIII. *Africam initio habuere Gaetuli & Libyes, asperi incultique, quis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, neque imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox coëgerat, sedes habebant.*

v. 292. *His mille alipedes turmae*] *Hinc* Colon. & Oxoniensis: deinde *ruebant*, non *ruebat*, scripti. N. HEINSIUS.

v. 293. *Et doctus virgae sonipes.*] Auson. in acutissima pro Consulatu gratiarum actione. *Mirabamur poëtam, qui infrenes dixerat Numidas, & alterum, qui ita collegerat, ut diceret, in equitando verbera & praecepta esse fugae, & praecepta sistendi:* quod Silius *virgae doctus* dixit. Verberibus enim ea praestant Numidae, quae frenis alii. Claudian. [in Bello Gildon. vers. 439.]

——— *sonipes ignarus habenae:*
Virga regit.

& Silius noster supra lib. II. vers. 64.

——— *nullaque levit Gaetulus habena.*

Unde Maro *infrenes Numidas* dixit, quem locum respexit Ausonius,

Et Numidae infrenes cingunt, & inhospita Syrtis,

lib. IV. vers. 41. D. HEINSIUS. Herodian. lib. VII. cap. IX. Οἱ δὲ Νομάδες ἀκοντισταί τε εὔστοχοι, καὶ ἱππεῖς ἄριστοι, ὡς καὶ χαλινοῦ ἄνευ ῥάβδῳ μόνῃ τὸν δρόμον τῶν ἵππων κυβερνᾷν. *Numidae jaculatores optimi, atque equitandi peritissimi, sic ut equos etiam infrenos virga tantum currentes moderentur.* Vide Dausquejum supra ad libr. I. vers. 217.

v. 299. *Asbytes nuper caesae germanus Acherras*] *Acherras* in Coloniensi. N. HEINSIUS. Asbyte à Therone Saguntino occisa fuerat supra lib. II. vers. 197. Acherras ipsius Consulis Aemilii Paulli manu lib. x. vers. 76. Iarbas utriusque pater à Murro Saguntino lib. I. vers. 414. Infra autem lib. x. vers. 76. vulgo editur *Acerram*, pro quo Nic. Heinsius ex Colon. codice notavit *Acheram*, cum hoc loco eundem codicem *Acherram* habere notet. Adeo nec optimi codices semper sibi constant.

v. 302. *Ad quorum cantus mites jacuere serastae*] Lege *Ad quorum tactus*. Neque enim hic solum vocis, sed etiam manus usus. Virgil. à quo hunc locum Silius mutuatus est,

Spargere qui somnos cantuque manuque solebat,
Mulcebatque iras, & morsus arte levabat.

Graeci hos ἀσπιδοθήρας καὶ ὀφιοδιώκτας vocant, incantationesque hae sunt Ptolemaeo, notante delicio Musarum Jos. Scaligero ad Manilium, ψυλλεῖς. Et huc allusit Symmach. Epist. XIX. lib. VII. dum ait: *Quis Colchus vel Thessalus aut cantu aut manu has offensiones levasset.* Vide Plin. lib. VII. cap. II. MODIUS Novant. Lect. Ep. XCVIII. *tactum* repone ex Colon. ne bis idem dicat. in Pulean. *sectus.* Denuo hic obstrepit temerarius Interpres: sed veram scripturam recte tuetur exactissimus Gronov. Observ. II. cap. I. Noster lib. v. vers. 354. *somnum tacto immisisse chelydro.* sic & ibi ex vetustis codicibus esse castigandum suo loco monebimus. Lucan. lib. IX. vers. 906.

——— *pignora gentis*
Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.

N. HEINSIUS. Recte *tactum* viri docti vindicarunt. sic Silius lib. I. vers. 411.

Necnon serpentes diro exarmare veneno
Doctus Athyr, tactuque graves sopire chelydros.

lib. VIII. vers. 501.

Aeetae prolem Angitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena.

Hinc *mala manu tactus* apud Petron. in Satyr. cap. LXIII. *Corpus totum lividum habebat, quasi flagellis caesus, quod scilicet illum tetigerat mala manus.* Nulla vero mutatione opus esse in loco Strabonis,

Tum, chalybis pauper, Baniurae cruda juventus,
Contenti parca durasse hastilia flamma,
Miscebant avidi trucibus fera murmura linguis.
Necnon Autololes, levibus gens ignea plantis;
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,
Tanta fuga est: certant pennae; campumque volatu
Cum rapuere, pedum frustra vestigia quaeras.
Spectati castris, quos succo nobilis arbor,
Et dulci pascit lotos nimis hospita bacca.
Quique atro rabidas effervescente veneno
Dipsadas immensis horrent Garamantes harenis.
Fama docet, caesae rapuit cum Gorgonis ora
Perseus, in Libyam dirum fluxisse cruorem;
Inde Medusaeis terram exundasse chelydris.
Millibus his ductor spectatus Marte Coaspes,
Neritia Meninge satus, cui tragula semper
Fulmineam armabat, celebratum missile, dextram.

Hinc

bonis, quem Dausquejus hic ad partes vocarat, & emendare conatus erat, recte monuit Eruditiss. Gronov. lib. II. Obs. cap. I.

v. 303. *Barnurae cruda juventus*] *Baniurae* Coloniensis. vide hic Interpretem. Lege autem *& cruda juventus.* N. HEINSIUS.

v. 309. *Pedum frustra vestigia quaeras*] De Blemmyibus paria Avien. in Descr. Orb. vers. 332.

Hi celeri molles currunt pede semper harenas,
Nec tamen impressae linquunt vestigia plantae.

Vide infr. ad lib. IV. vers. 147.

v. 310. *Quo succo nobilis arbor*] *quos* revocandum è scriptis. Deinde *rabidas Dipsadas* ex iisdem admitte. mox *in Libyam* Coloniensis. & hoc bene. N. HEINSIUS. In editione Juntina librarius, orto errore ex neglecta ultimae literae repetitione, quae & in initio vocis sequentis occurrit, primum *quo succo* dederat, quod omnes aliae postea inconsultè secuti sunt: anteriores enim omnes editiones, quas vidi, cum scriptis *quos* habent. Deinde *rabidas Dipsadas* recte vir Illustrissimus revocavit ex libris scriptis, quod olim etiam Dausquejus probavit. Ita scribae indocti saepissime has voces inter se confuderunt. vid. infra ad lib. V. vers. 451.

v. 311. *Lotos nimis hospita*] Virgil. in Culic. vers. 123.

——— *inter quas impia lotos,*
Impia, quae socios Ithaci maerentis abegit,
Hospita dum nimia tenuit dulcedine captos.

v. 316. *Inde Medusaeis terram exundasse chelydris*] Praeter Lucan. lib. IX. vers. 619. quem Dausquej. hic jam laudavit, idem etiam late describit Apollon. Rhod. lib. IV. vers. 1513.

v. 319. *Celebratum missile*] Opinor *libratum*, ut apud Maron. lib. X. vers. 773.

Dextra mihi Deus & telum, quod missile libro.

libratam dextra hastam habes infra lib. IX. vers. 455. *perlibrare hastam* lib. XII. vers. 404. Proximo etiam versu maluerim *aequoreo fluctu.* N. HEINSIUS. Nihil videtur mutandum. Tragula telum erat *celebratum*, celebre, satis notum, propter ingentia, quae inferebat, vulnera. v. Lipsium IV. Poliorc. Dial. IV.

v. 320. *Invadere fluctu Audax naufragia*] Supr. lib. I. vers. 408.

Et vastae Nasamon Syrtis populator Hyempsal,
Audax in fluctu laceras raptare carinas.

Egregie huc facit locus Lucan. lib. IX. vers. 439.

Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit: nam litoreis populator harenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Novit opes. sic cum toto commercia mundo
Naufragiis Nasamones habent.

quem etiam laudavit Dausquejus.

v. 321. *Praedas avellere ponto*] *avertere* ni fallor. apud Maron. Aen. X. vers. 78. *praedas avertere* simili prorsus modo habemus,

Arva aliena jugo premere, & avertere praedas.

Quomodo Caesar quoque ac Livius sunt locuti. Possis & *averrere.* Vide Gifan. Indic. Lucret. in *verrere.* Horat. libro II. Satyr. IV.

Nec satis est cara pisces averrere mensa.

Sic scripti. alibi *verrere piscem.* Appulej. Apolog. *Atque ita opera artis cujusque permutanda, ut faber mihi piscem everreret, ut piscator mutuo lignum dedolaret.* Sic ex MSS. Florentinis Elmenhorstius. τὸ *everreret* à vulgatis abest. hinc *verriculum* & *everriculum* pro reti. Cicer. in Verrem hominem furacem: *Futurum, ut omnia verreret*, alludens ad nomen ejus. Valer. Flacc. lib. IV. vers. 454. *Diripiunt*

Hinc coït aequoreus Nasamon, invadere fluctu
Audax naufragia, & praedas avellere ponto:
Hinc, qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua virgo (ut fama est) bellatrix edita lympha
Invento primam Libyen perfudit olivo.
Necnon totus adest vesper, populique reposti.
Cantaber ante omnes, hiemisque aestusque famisque
Invictus, palmamque ex omni ferre labore.
Mirus amor populo, cum pigra incanuit aetas,
Imbelles jam dudum annos praevertere saxo,
Nec vitam sine Marte pati. quippe omnis in armis
Lucis caussa sita, & damnatum vivere paci.
Venit & Aurorae lacrimis perfusus in orbem
Diversum, patrias fugit cum devius oras,
Armiger Eoï non felix Memnonis Astyr.
His parvus sonipes, nec Marti notus: at idem

Aut

piunt verruntque dapes, pro averrunt. N. HEINSIUS. De voce *averrere* plura vide infra lib. XIV. vers. 263. hic tamen *avertere* malim: quod vocabulum saepe proprium esse de rebus illis, quas ex aliena in nostram potestatem & ditionem, ut plurimum fraude & malis artibus, redigimus, erudite docuit Exactissimus Gronov. IV. observ. cap. V. Sic Ammian. Marcell. lib. XIV. cap. II. *Obtruncatis omnibus, merces opimas, velut viles, nullis repugnantibus avertebant.* ubi videndus est Lindenbr. & Muret. ad Catull. Nupt. Pel. & Thetid. vers. 5.

v. 322. *Hinc, qui stagna colunt*] *Huc* Colon. & supra *Huic coit*, ubi etiam *Huc* sit reponendum. N. HEINSIUS.

v. 322. *Tritonidos paludis*; *Qua virgo*] Vide Doctiss. Dausquej. ad Quint. Calabr. lib. I. pag. 20.

v. 325. *Nec non totus adest vesper*] Possis & *motus* legere. N. HEINSIUS. Librarios indoctos saepe ita errasse supra docui h. lib. vers. 205. Hoc tamen loco nihil mutandum puto.

v. 325. *Populique reposti*] Θετικὸν ἀντὶ ὑπερσυντελικοῦ. D. HEINSIUS.

v. 326. *Cantaber* &c.] Dausquej. ut probet Cantabros veteres cum Hispanis inimicitias exercuisse, & inde indubitato argumento eorum fortitudinem doceat, citavit locum Horat. ex lib. III. od. VIII. vers. 21.

Servit Hispanae vetus hostis orae
Cantaber, sera domitus catena.

Sed quis non videt, id velle Horatium, priscos Romanorum in Hispania hostes domitos esse? Nam *Cantaber orae Hispanae* est Cantaber Hispaniae populus, vel potius, *hostis orae Hispanae* est, quem nos Romani in Hispania hostem habemus.

v. 335. *His parvus sonipes, nec Marti notus*] Pulcherrime Asturconem, tolutigradarium equum, describit. Asturcones autem equi nomen videntur ab Asturibus accepisse, licet postea & aliarum nationum sic fuerint dicti, ut *Asturco Macedonicus* apud Petronium Arbitrum. BARTHIUS lib. X. Adversf. cap. XXIV. *Marti natus*, pro *notus*, praestiterit: de quo loquendi modo recordor me nonnulla congessisse in Remed. Amor. vers. 220. Arusianus Messius libello de elocutione inedito. *Genitus illi rei faciendae. Sallust. Histor. II. perdendae pecuniae genitus.* Pro *Astyr* in Romana editione *Astur.* sed & *Astyres* habes in marmoribus antiquis. Apud Lucan. lib. IV. vers. 298. cum *Assyrium aurum* primitus legeretur, fecere *Assyrium*, pro *Asturio*. N. HEINSIUS. Non male Nic. Heinsius *Marti natus* conjecit. Sic infr. lib. VI. vers. 340.

——— *tibi dextera & urbi*
Nata tuae tristi damnatur sorte catenae.

lib. XV. vers. 463.

——— *tanto fervore ruebat*
In pugnam atque acies, ut natum ad sola liqueret
Bella.

Horat. lib. I. od. XXVII. vers. I.

Natis in usum laetitiae scyphis
Pugnare Thracum est.

ubi vide Porphyr. & Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. II. vers. 93. In primis autem hanc locutionem Livius dilexit, ut pluribus exemplis palam fecit vir Egregius J. Fr. Gronov. lib. IV. Observ. cap. XVII. Voces *natus* autem & *notus* librarii alibi etiam invicem confuderunt. vide N. Heinsium ad Ovidii II. Metam. vers. 687. Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. I. vers. 10. lib. IV. Eleg. IX. vers. 40. & Bentlej. ad Horat. lib. I. Ep. VII. vers. 56. Porro Panchatem equum Asturium parvum & deformem infra etiam Silius facit lib. XVI. vers. 351.

Ingentes animi, membra haud procera, decusque
Corporis exiguum, sed tum sibi fecerat alas.

 v. 336.

Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer rapit esseda collo.
Cydnus agit, juga Pyrenes venatibus acer
Metiri, jaculove extendere proelia Mauro.
Venere & Celtae sociati nomen Hiberis.
His pugna cecidisse decus, corpusque cremari
Tale nefas. coelo credunt Superisque referri,

Impastus

v. 336. *Aut inconcusso glomerat vestigia dorso*] De commodo & molli Asturconum incessu vide viros doctos ad Petron. Satyr. cap. LXXXVI. & Vlit. ad Gratii Cyneg. vers. 514. Ob incessum autem *tolutarios equos* vocat Senec. Epist. LXXXVII. *Ita non omnibus obesis mannis & Asturconibus & tolutariis praeferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum.* *Gradarios* Saresber. VI. de Nug. Curial. cap. III. *In eo namque militarem gloriam constare opinantur, si gradariis equis insideant mollius.* De voce *glomerare* in equorum incessu vide Commentatores ad Virgilii III. Georg. vers. 117.

v. 337. *Trahit esseda collo*] Scribendum ex MS. Oxoniensi *rapit*, non *trahit*, quod vulgatur. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *rapit* in Colon. & Oxon. rectius. idque Barthio placebat. N. HEINSIUS. Supr. lib. I. vers. 223.

Hinc juxta cornipedes erecti bellica raptant.

v. 338. *Herdas agit*] *Erdus* in editione Romana, in Oxonio *Erdnus*, in Putean. *Ervus*. Alii *Ardus*. At Colon. *Cydnus*. & hoc admiserim. Solet enim Silius fluviorum nomen in virile convertere. Sic libro I. *Caucus*, *Durius*, *Galaesus*, *Sicoris*, & *Bagrada*. *Bagrada* etiam Nubae populi rector lib. VII. Infra hoc libro *Rhyndacus*. lib. IV. *Farfarus*, *Metaurus*, & *Padus*. lib. IX. *Symethus* & *Mincius*. N. HEINSIUS.

v. 340. *Celtae sociati nomen Hiberis*] De Celtiberis haec sumo. Gaudeo vero oportune mihi locum oblatum hunc esse, qui opinionem meam de Graeci scriptoris cujusdam loco, qui eruditos multos diu exercuit, confirmabit. Is est Nonni Dion. lib. XXIII. vers. 94.

Τῆθ' Ἴβηρ βρεφέεσσι κορύσσεται.

Hoc loco quare Iber Rhenus dicatur, multis inquirit doctissimus Falckenburgius, cum nimirum Celticae fuerit. Tandem vero in Johannis Becani sententia mire acquiescit, qui τὸ Ἴβηρ Germanicam vocem esse putabat, qua illi Zelotypiam designent, *Eiver* nimirum: Rhenum vero ita appellari, ut ζηλήμων in Epigrammatis dicitur, quod nimirum acerrimus esset foedi concubitus vindex. Quae mihi, ut, quod res est, dicam, ridicula, nimisque leptologa, ac inepta videntur. nam, ut probent illi, hujus linguae peritum fuisse Nonnum, cur tam insigni emblemate Graecum poëma suum locupletandum putasset, causam non despicio: nisi forte nobis quoque concessum arbitremur, ut cum laude vernacula peregrinaque & exotica Graecis nostris Latinisque versibus inserciamus. Quod si placuisset Nonno, potuisset ab Aegypto suo ea mutuare: sed numquam ea fuit Graeci Latinique, credo, sermonis egestas, ut ab aliis linguis emendicando ea, quae desiderabant, mutuarint. Locutus vero more antiquorum Nonnus est, qui omnes partes ad septentrionem sitas *Iberiam* appellabant, sicut oppositas *Scythas* & *Nomadas*. Itaque excusandus est Nonnus, ut poetam principem excusat Geographus princeps [lib. I. p. 33. Ed. Paris.] his verbis. Ταῦτα δὲ δὴ πρὸς τὸν Ἀρίσταρχον λέγοι ἄν τις, καὶ πρὸς τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ, καὶ ἄλλα τούτων ἐπιεικέστερα, ἀφ' ὧν τὴν πολλὴν ἄγνοιαν ἀφαιρεῖται τοῦ ποιητοῦ· φησὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς βορρᾶν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν, καὶ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος· ὕστερον δὲ καὶ τῶν πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες, ἢ συμμίκτως Κελτίβηρες καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ' ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν οὕτω &c. Tanta igitur cum fuerit vicissitudo, tanta communitas Celtis cum Iberis, ut juncto nomine Celtiberi dicti sint, quid mirum, si Iber pro Celto Nonno ponatur? cum & Silius noster eos nomine sociatos dicat, & in unum idemque nomen coaluerint. Diodor. Sicul. [lib. V. pag. 309.] Ἡμεῖς δ' ἀρκούντως περὶ τῶν Κελτῶν εἰρηκότες μεταβιβάσομεν τὴν ἱστορίαν ἐπὶ τοὺς πλησιοχώρους τούτοις Κελτίβηρας· οὗτοι γὰρ τὸ παλαιὸν περὶ τῆς χώρας ἀλλήλοις διαπολεμήσαντες οἵ τε Ἴβηρες καὶ οἱ Κελτοὶ, καὶ μετὰ ταῦτα διαλυθέντες, καὶ τὴν χώραν κοινῇ διοικήσαντες, ἔτι δὲ καὶ ἐπιγαμίας πρὸς ἀλλήλους συνθέμενοι, διὰ τὴν ἐπιμιξίαν λέγονται ταύτης τυχεῖν τῆς προσηγορίας. De hac ἐπιμιξίᾳ Silius loquitur, Celtiberos namque intelligit, unde *Celtae sociatum nomen Iberi* optime legi possit, ut dividatur vox Celtiberi, sed ἑλληνίζειν cum malo, ita enim haec sumo. Porro, qui mirantur, Nonnum τὸ Iber pro Celtis vel vicinis regionibus posuisse, mirentur & Papinium, qui [I. Theb. vers. 158.] pro occidente ea voce usus est,

Limes uterque poli, quem Sol emissus Eoo
Cardine, quem ponto vergens prospectat Ibero.

Eoum enim *Ibero*, id est occidenti, opponit. D. HEINSIUS.

v. 342. *Tale nefas*] Opinor scribi debere *Tabe nefas*. ut exciderit versus, qui innuat *corpus resolvi Tabe nefas*. Sic apud Nasonem,

Corpora sive rogus flamma, seu tabe vetustas
Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

Lucan. lib. II. vers. 166. de cadaveribus,

Cum

Impastus carpat si membra jacentia vultur.
Fibrarum & pennae divinarumque sagacem
Flammarum, misit dives Callaccia pubem,
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc, pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere caetras.

Haec

Cum jam tabe fluunt, confusaque tempore multo
Amisere notas.

lib. VI. vers. 88. *Corpora tum solvit tabes.* lib. VII. vers. 808.

Nil agat hac ira. tabesne cadavera solvat,
An rogus, haud refert.

& mox,

——— *Haemonii funesta ad pabula belli*
Bistonii venere lupi, tabemque cruentae
Caedis.

lib. VIII. vers. 777.

Carpitur, & lentum Magnus distillat in ignem,
Tabe fovens bustum.

Noster lib. XIII. vers. 486.

At gente in Scythica suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabe.

N. HEINSIUS. Celtiberi nefas putant, illius cadaver, qui in bello occisus est, cremari. Nihil itaque hic mutandum. De Hiberis seu Hispanis similia habet Silius lib. XIII. vers. 471.

Tellure (ut perhibent) is mos antiquus Hibera;
Exanima obscoenus consumit corpora vultur.

ubi vide Dausquejum.

v. 343. *Impastus vultur*] an *In pastus?* Senec. Agam. vers. 98.

Et cum in pastus armenta vagos
Vilia currant, placet in vulnus
Maxima cervix.

Lucan. lib. II. vers. 602.

Nec redit in pastus, nisi cum cervice recepta
Excussi placuere tori.

Impastae volucres tamen apud Lucan. lib. VI. vers. 628. N. HEINSIUS.

v. 344. *Fibrarum, & pennae, divinarumque sagacem Flammarum*] *Divinarum sagaces flammarum* ἐμπυροσκόπους, quos λιβανομάντεις Graeci dicebant, & θυοσκόπους. proprie eos nimirum, qui circa flammas versabantur. nam οἱ ἱερεῖς erant οἱ διὰ σπλάγχνων μαντευόμενοι. θύη enim sunt τὰ θυμιάματα, ἱερὰ τὰ σπλάγχνα. D. HEINSIUS. *Divinae flammae*, quibus inspectis vaticinabantur. Silius lib. I. vers. 103.

——— *audito surgentes carmine flammae.*

BARTHIUS lib. X. Adversf. cap. XXIV. Triplex hic Silius divinationis genus jungit, ut Valer. Flacc. lib. I. vers. 231.

Cui genitor tribuit monitu praenoscere Divûm
Omina, seu flammas, seu lubrica cominus exta,
Seu plenum certis interroget aëra pennis.

Lucan. lib. I. vers. 587.

Fulminis edoctus motus, venasque calentes
Fibrarum, & monitus volantis in aere pennae.

Pro vaticinatione ex igne oraculorum interpretationem habet Tibull. pariter tria divinandi genera jungens, lib. I. Eleg. 9. vers. 3.

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum,
Praecinis eventus nec mihi cantus avis.

ubi plura similia collegit Jan. Broekhuf. Quartum genus his addit Virgil. X. Aen. vers. 176.

Cui pecudum fibrae, coeli cui sidera parent,
Et linguae volucrum, & praesagi fulminis ignes.

Verba sunt Servii ad Virgil. lib. III. Aen. vers. 359. *Varro quatuor genera divinationum dicit, terram, aërem, aquam, ignem: geomantis, aeromantis, pyromantis, hydromantis. Virgilius tria genera complexus est: per lauros Geomantis; per sidera Pyromantis; per praepetes Aeromantis.*

v. 345. *Gallaecia*] *Callaecia* ex optimis membranis. N. HEINSIUS. Vide Vlit. ad Gratii Cyneg. vers. 514. & Dausq. in Orthogr. lib. II. hac voce.

v. 346. *Barbara nunc patriis*] Is mos: in proeliis barbarorum clamor & vox: unde apud antiquos *Barbaricum* clamor exercitus dicebatur. Festus: *Barbaricum, clamor exercitus: videlicet quod eo genere barbari utantur.* D. HEINSIUS. Non eo nunc respicere Silium puto, sed ad morem quorundam populorum, qui heroum suorum laudes praedicare solebant. Vide quae mox notabimus ad vers. 349.

v. 347. *Nunc pedis alterna*] Pyrrhichen intelligit, quam Nonnus σακέσπαλον ἅλμα, & ἀσπιδόεσσαν χορείαν vocat [lib. III. vers. 62.]

Καὶ ξίφος εὐπήληκες ἐρημονόμοι Κορύβαντες
Κνώσσιον ἐκρούσαντο σακέσπαλον ἅλμα χορείης,
Ἴχνεσι μετρητοῖσιν. ἐπεσμαράγουν δὲ χορείης
Τυπτομένης ἐλελιχθὸν ἀμοιβαίοισι σιδήρῳ.

Scribe ἐπεσμαράγουν δὲ βοείης Τυπτομένης. βοείην enim vocat Nonnus, quam *caetram* Silius, qua percussa saltabatur Pyrrhiche. *pedis* autem *alterno verbere* est, quod Nonnus Ἴχνεσι μετρητοῖσι: ita pulchre convenit utrique. πρύλιν hoc saltandi genus Cyprii dicebant: Pindari interpres [ad Pyth. od. 2.] Ἀριστοτέλης, inquit, πρῶτον Ἀχιλλέα ἐπὶ τῇ τοῦ Πατρόκλου πυρᾷ τῇ πυρρίχῃ φησὶ κεχρῆσθαι, ἣν παρὰ Κυπρίοις φησὶ πρύλιν λέγεσθαι. Callim. [H. in Jov. vers. 52.]

Οὖλα δὲ Κύρητές γε περὶ πρύλιν ὀρχήσαντο:

ubi vox οὖλα non est, quod somniant interpretes, *commodum*, sed quod Silius *ad numerum* hoc loco. Curetum autem veteres id tripudii genus existimabant: unde locum illum Claudiani lib. II. de Rapt. Proserp. vers. 269. de hoc sumo,

Seu

Haec requies ludusque viris, ea sacra voluptas.
Cetera femineus peragit labor: addere sulco
Semina, & impresso tellurem vertere aratro,
Segne viris. quidquid duro sine Marte gerendum,
Callaïci conjux obit irrequieta mariti.
Hos Viriathus agit, Lusitanumque remotis
Extractum lustris: primo Viriathus in aevo,
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Nec

Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis, & strictos Curetum despicis enses:

ita enim legendum, non *dispicis*, ut vulgo. per *strictos enses* τὴν ἐνόπλιον χορείαν intelligit, inquam, quae clipeo strictis ensibus percusso saltabatur. Idem poeta:

Curetumque alacres ad tympana suscitat enses.

ubi tamen *tympana* non ad Curetes, sed ad Gallos referendum, qui tympanum, ut Curetes clipeum, tundebant: Graeci certe pyrrhichen τῶν Διοσκούρων esse putarunt, unde eam Pindar. Καστόρειον νόμον appellavit. D. HEINSIUS.

v. 349. *Haec requies ludusque viris, ea sacra voluptas*] Lege *cara*, vel *sera*, nempe post bellum. Virgil. IX. Aen. vers. 481. *tune illa senectae Sera meae requies?* Vel, ea voluptas etiam in rebus sacris, in sacrificiis. N. HEINSIUS. Hic etiam locus clare demonstrat, ea, quae praecedunt, minime ad bellicum clamorem referenda esse. Sensus enim Silii est, solitos fuisse Callaecos saltantes & caetras percutientes heroum laudes canere, cum confecto bello quiescerent, & dies festos agerent, ac Diis sacrificia offerrent. Unde etiam patet, nihil hoc loco mutari debere, *requies ludusque*, ut Statius II. Achill. 440.

Jam procul Oebalios in nubila condere discos,
Et liquidam nudare Palen, & spargere caestus,
Ludus erat requiesque mihi.

ubi vide Barthium.

350. *Addere sulco Semina*] *Abdere* Putean. Sed nil temere mutandum. lib. I. *Hanc rabiem Addiderat puero patrius furor.* lib. VI. initio ex scriptis quoque, *magnanimis sese addere castris.* & vers. 394. *togaeque Addebatur honos.* lib. II. vers. 595. *addita Erinnys.* lib. VI. vers. 535. *pudet addere questus Suppliciis, quae spectavi.* lib. VII. vers. 12. *addere modum favoris Superis.* lib. VIII. vers. 258. *fastis labem addere.* vers. 541. *viris pila addere.* lib. IX. vers. 454. *addere mentibus iras.* lib. XI. vers. 277. *posuisse dapes bis addita cura.* lib. XIII. vers. 34. *seseque calenti Addiderat Poeno.* lib. X. vers. 105. *addere tela.* vers. 255. *addere invidiam Cannis.* vers. 233. *addere bello dextram.* vers. 308. *addere decus urbi.* vers. 510. & lib. XVII. vers. 142. *addere vincla alicui.* lib. XII. vers. 45. *addere cursum fatis.* vers. 320. *addere spem miseris.* vers. 695. *addere frena viro.* lib. XIII. vers. 489. *addere finem sermonibus.* lib. XVI. vers. 580. *addere decus ludis.* Deinde *gerendum* codices scripti, omisso verbo substantivo. N. HEINSIUS. *addere* compositum, pro simplici *dare*, quo verbo simili in re usus est Auson. Praefat. ad Theodos. vers. 1.

Agricolam si flava Ceres dare semina terrae,
Gradivus jubeat si capere arma manu.

& Avien. in prognost. pag. 114. Ed. Grot.

Seu qui vela salo, seu qui dat semina terrae.

v. 357. *Nec Ceretani*] *Cerretani* Coloniensis. bene. Κερρητανοὶ Straboni & Ptolemaeo sunt. in ceteris scriptis & Romana editione *Terretani*. Martialis exemplaria etiam *Cerretanos* appellant. In veteri tamen marmore CERETANI dicuntur. Mox idem Coloniensis *Non, quae Dardanios*, pro *Nec, quae*. N. HEINSIUS.

v. 361. *Cornipedis fusa satiaris, Concave, vena*] Recte suspicatus est Clarissimus Ortelius in lexico suo Geographico, *Concane* legendum. Horat. lib. III. od. IV.

Visam Britannos hospitibus feros,
Et laetum equino sanguine Concanum,
Visam pharetratos Gelonos, &c.

ubi Lambinus nihil à se tale de Concanis umquam observatum ait; cui hunc Silii locum opponimus, qui diserte idem cum Horatio testatur. Acron, *Concani, gens Hispaniae dicebantur, ut quidam volunt Thraciae, quibus dum vinum deest, lacte & sanguine utebantur, de quibus ait Virgilius,*

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Atqui falsum id de Virgilio est, qui in toto opere *Concani* non meminit, neque ibi de *Concanis*, sed de *Gelonis* loquitur his versibus, in III. Georg. vers. 461.

Bisaltae quo more solent, acerque Gelonus,
Cum fugit in Rhodopen atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

de quo errore Acronis miror nihil monuisse Lambinum, praesertim cum illos Maronis versus adducat. μνημονικὸν igitur ἁμάρτημα Acronis fortasse fuisse diceremus, in Porphyrione idem quis ferat? nisi forte ille Acroni citanti credere, quam consulere locum Maronis & adire, maluit. D. HEINSIUS. lege *Concane* cum scriptis. monuere jam alii. N. HEINSIUS. Recte eruditissimus Heinsius ex hoc Silii loco lucem Horatio accendit, è quo *Concanos* solum se apud Horatium olim in possessione servavisse testatur Delrius Comment. ad Senec. Hippol. vers. 110. quos populos Straboni etiam restituit, unde injuria deturbati erant, lib. III. pag. 159.

Nec Cerretani, quondam Tirynthia castra,
Aut Vasco, insuetus galeae, ferre arma morati.
Non, quae Dardanios post vidit, Ilerda, furores,
Nec qui, Massageten monstrans feritate parentem,
Cornipedis fusa satiaris, Concane, vena.
Jamque Ebusus Phoenissa movet, movet Arbacus arma,
Aclyde, vel tenui pugnax instare veruto:
Jam cui Tlepolemus sator, & cui Lyndus origo,
Funda bella ferens Baliaris & alite plumbo;

Et

159. Ed. Paris. legendo Κοννακοὶ, pro Κονιακοί. Hinc mirari subit, quid maximi nominis interpretibus Horatianis, Torrentio ac Cruquio, in mentem venerit. Torrentius enim, tacite Montani cujusdam sententiam secutus, de qua Lambinum vide, per *Concanum* non Cantabros, sed Scythiae gentem quandam, intelligit; quod non verosimile existimaret, tot auctores, qui Cantabrorum meminerunt, hanc rem silentio praeteriisse. At Cruquius audacter affirmare non dubitat, praeter Horatium neminem equini sanguinis, quo Concani laetabantur, mentionem fecisse: auctori tamen fidem habet, vel praecipue, quod Strabo Cantabris multa cum Scythis communia fuisse tradat. Sed, ut Delrium ad Senec. & D. Heinsium ad Silium taceam, iis minime latere debuit Fabricius, alter Horatii interpres, qui in suis ad Horatium castigationibus exempli hujus Siliani meminit, quem consuluisse Horatiani commentatoris erat. At nuper etiam Dacierius, frugibus inventis, glandibus vesci maluit, dum Torrentii nobis sententiam, ut magis probabilem, laudat. Antequam hinc discedam, absolvendus est Acron μνημονικοῦ ἁμαρτήματος, cujus eum accusavit D. Heinsius. Acron enim Virgilii versum adduxerat, ut Thraces, ad quos ex quorundam opinione, quamvis minus recta, Concanos referendos dixerat, sanguinem equinum potasse probaret; non vero, ut Concanos id fecisse ex Virgilio doceret: fortasse autem Acron in eo peccavit, quod Gelonos Thraciae populum faciat, quos prisci Geographi in Scythia Europaea sitos fuisse scribunt: in quo tamen etiam excusari potest more Graecorum, qui Scythas & Thraces saepissime confundunt, ut docuit Claudius ad Vib. Sequestr. pag. 253.

v. 362. *Ebusus*] Malo *Ebosus*. Sic *Ebosia*, secunda correpta, apud Statium. Ἔβυσος, Ἔβοσος. N. HEINSIUS. v. Gevart. Lect. Papin. lib. I. cap. XLI. & Gronov. Diatr. Stat. cap. XIV.

v. 362. *Artabrus arma*] *Arbacus* in Coloniensi, *Arbatus* in Puteaneo & editione Romana ac Parmensi, *Arbutus* in Oxoniensi. *Arbacus* probum. Steph. Byz. Ἀρβάκη πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρβακαῖος. Auctor de vir. Illustr. *Arbachos à Q. Caecilio Metello domitos* appellat. Plinius lib. III. cap. III. *Juxta eos Vaccaei, Vectones, & Celtiberi, Arebaci. gentem Artabrum* nullam esse Plinius manifeste prodit lib. IV. cap. XXII. facessant igitur & è Silio. *Artabrus* tamen Lusitaniae promontorium memoratur Plinio lib. IV. cap. XXI. N. HEINSIUS.

v. 363. *Aclide*] Coloniensis *Aclyde*, quomodo & in optimis Maronis membranis exstat, uti monuimus Aen. VII. vers. 730. N. HEINSIUS. Vide etiam infr. lib. VIII. vers. 552. *Aclydes* autem teli genus est, hodie vix cognitum: Nonio *jacula brevia* dicuntur. Varias doctorum opiniones collegit Cerd. ad Virgilii VII. Aen. vers. 730. vide etiam Lipsium in IV. Poliorc. Dial. IV. & Salmas. ad Trebell. Claudium cap. XIV.

v. 363. *Tenui pugnax instare veruto*] Cerd. ad Virgilii VII. Aen. vers. 665. *tereti veruto* emendabat, quod Virg. ibi dixerat,

Et tereti pugnant mucrone, veruque Sabello;

quod exponit, pugnant veru Sabello, cui est teres mucro. Sed, praeterquam quod Servius hunc locum aliter exponendum doceat, quis verum praestabit, nullam fuisse differentiam inter *veru Sabellum* Maronis, & *verutum Arbacorum* Silii? Cui accedit, *tenue* quid simul & *teres* esse posse. Cerdam itaque non audio, praesertim cum libri scripti nihil mutent. De veruto vide Lips. IV. Poliorc. Dial. IV.

v. 365. *Fervida bella ferens Balearis & alite plumbo*] Hic non dubitabis, sat scio, mecum, aut cum membranis potius, rejecta voce *Fervida*, quae nihil omnino est, reponere *Funda bella ferens*, aut forte *gerens*, exemplo Virgilii, cujus est illud:

Stuppea torquentem Balearis verbera fundae.

Nobiles enim & inventione & usu fundae Baleares. Veget. *Fundarum autem usum primi Balearium insularum habitatores & invenisse, & ita perite exercuisse dicuntur, ut matres parvos liberos nullum cibum contingere sinerent, nisi quem ex funda destinato lapide percussissent.* Quae Vegetii ut melius intelligantur, sciendum est, fuisse eam in iis insulis consuetudinem, ut esurientibus filiis à matribus jentaculum in sublimi trabe poneretur, quod illi contingere non poterant, nisi funda dejecissent. Auctores Lycophron & Florus lib. III. cap. VIII. Ergo etiam Baleares quidam dictos volunt ἀπὸ τοῦ βάλλειν. MODIUS Novant. Lect. Ep. XCVIII. Non inepte

corrigit

Et quos nunc Gravios violato nomine Grajûm
Oeneae misere domus, Aetolaque Tyde.
Dat Karthago viros, Teucro fundata vetusto,
Phocaïcae dant Emporiae, dat Tarraco pubem
Vitifera, & Latio tantum cessura Lyaeo.
Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedetana cohors, quam Sucro rigentibus undis,
Atque altrix celsa mittebat Saetabis arce,
Saetabis & telas Arabum sprevisse superba,

Et

corrigit doctissimus vir [J. Zinzerling.] *ferens.* ego vero & *ferre bella* eleganter dixisse poëtam arbitror; nam hoc acutum quoque est, & videtur par illi Maroniano:

——— venio moriturus, & haec tibi porto
Dona prius,

de jaculo. Porro *alite plumbo* globos intelligit, sive & *glebas*, ut vulgo legitur apud Manilium libro v.

——— dabit & jaculum torquere lacertis,
Et calamum nervis, glebas & mittere virgis.

Quomodo autem *virgis?* jaculis, inquit Scaliger, nec tam jaculis, quam sagittis. At, quaeso, quantillum plumbi sagitta mitti valet? ego vero glandes illas fundis missas puto, & si, contra quam ex vestigiis scriptae lectionis emendavimus alibi, *glebas* omnino retinendas censes, *τὸ virgis* tamen mendosum utique erit. *Glebae* enim non sunt minuta frusta plumbi. Sic apud Appianum Mithridatico: *Glandibus plumbeis inscribebant servi duo, quae intus fiebant, easque fundis ad Romanos trajiciebant.* Quid quod de jaculo & sagitta jam locutus est Manilius? Sed haec alterius loci sunt. BARTHIUS lib. XXIII. Advers. cap. XX. *Fundâ* ex scriptis reponi debere jam viderunt homines eruditi. Sed perperam Modius reponit *bella gerens*, etsi scriptura ea in Oxoniensi libro occurrit. Scribendum quippe *bella ferens*, uti jam castigavimus supra lib. I. vers. 390. quod occupasse Zinzerling. video Promulss. Crit. cap. XX. Sallust. lib. I. Histor. *Hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt.* Deinde *Baliaris* in Colon. Certe & apud Stephan. Byzant. Βαλιαρίδας habes: Βαλιαρίδες sunt Straboni. N. HEINSIUS. *Funda*, quod viri docti ex libris scriptis revocarunt, omnino recipiendum: *bella ferens* autem pro inferens, ut lib. I. vers. 386. *Nunc Stygio fer bella Jovi.* lib. X. vers. 86. *qui nunc contraria bella Ipsi ferre Jovi valeat.* Statius III. Theb. vers. 665.

——— quod si bella efferа Grajos
Ferre vetas, i Sidonias legatus ad urbes.

& Theb. VIII. vers. 76. *Quaere, Deis qui bella ferat.* Sic *referre bella* infr. lib. XI. vers. 28.

Sed fas id Celtis, fas impia bella referre
Bojorum fuerit populis.

ubi vide Illustriss. Heinsium. Si quis tamen *bella ferens* malit, per me liberum erit: ita *spargere vulnera funda* apud Valer. Flacc. lib. VI. vers. 193.

Strymonaque obscura spargentem vulnera funda.

Dausquejus hic Modio assentit. Recte etiam Colon. codex *Baliares*, pro *Baleares*: neque aliter erat in plurimis MSS. Frontini lib. III. cap. III. §. 16. ut testatur Tenull. vide etiam Salmas. in exercit. Plin. pag. 199.

v. 366. *Et quos nunc Gravios violato nomine Grajûm*] *Grovios* legit Vossius ad Melam pag. 228. ut supra lib. I. vers. 235.

Quique super Grovios lucentes volvit harenas,
Infernae populis referens oblivia Lethes.

Grovii enim sunt Melae & Ptolemaeo, etiam Plinio in codicibus scriptis. N. HEINSIUS. Vide supr. ad lib. I. vers. 235. Vulgata tamen lectio hic constanter est in libris scriptis, ut & in omnibus editionibus, nisi quod Veneta *Gravidos* habeat, sed typographorum errore: ipse enim Marsus in comment. supra ad lib. I. *Gravios* legit. pro *violato nomine* Silius *vitiate* dixit supra vers. 107.

Barbarica paullum vitiate nomine lingua.

v. 367. *Aetolaque Tyde*] Errare puto ad hunc locum Dausquej. qui *Aetolam* a Silio cognominatam scribit, quod etiam altera in Hispania ejus nominis urbs fuerit. Non aliam enim Silius intelligit, ac Hispanam, quam Diomedes Aetoliae rex condidisse, & ex patris Tydei nomine *Tyden* vocasse dicitur. Deinde non bene ad hunc locum Cellarius annotavit, nominibus ludi, quasi Aetoliae rex Diomedes, qui in Appulia exsulasse fertur, etiam in Hispania Tyden condidisset. Diomedem enim, antequam ad Italiam appelleret, ibique sedem figeret, in Hispaniam penetrasse, & urbem Tyden condidisse clare docet Silius infra lib. XVI. vers. 368.

Ipsum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde
Miserat.

ad quem locum plura vide.

v. 368. *Dat Karthago viros, Teucro fundata vetusto*] Infra lib. XV. vers. 192.

Urbs colitur, Teucro quondam fundata vetusto,
Nomine Karthago.

v. 369. *Dat Tarraco pubem*] *dant* in Romana editione. vere fortassis. adeantur curae secundae ad Nason. Remed. Amor. vers. 164. tum quae congessimus supra vers. 288. N. HEINSIUS. *dant* etiam

Mediol.

Et Pelusiaco filum componere lino.
Mandonius populis, domitorque insignis equorum
Imperitat Caeso, & socio stant castra labore.
At Vectonum alas Balarus probat aequore aperto.
Hic adeo, cum ver placidum, flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos, grex perstat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura.
Sed non multa dies generi: properatque senectus,

Septimaque

Mediol. editio.

v. 372. *Sedentana cohors*] Corrige, *Hedetana cohors*. Deinde pro

—— Saetabis arte,
Saetabis & telas Arabum sprevisse superbas,

lege,

—— Saetabis arte,
Saetabis & telas Arabum sprevisse superba.

Hedetana quidem hic legendum esse vidit ex Strabone aliisque ante nos Barbarus, idque in notis ad Plinium monuit. Reliqua a me & membranis sunt. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. *Sedetana* Colon. & Puteaneus: recte. nec opus in *Hedetanos* gentem hanc cum Hermolao Barbaro & Modio mutari, cum *Sedetani* Livio etiam Plinioque dicantur. Sic *Cerretani* supra, *Oretani*, *Carpetani*, *Ausetani*, *Lacetani*. Mox *Sucre rigentibus undis* ne muta. Infra de fonte Jovis Hammonis vers. 671. pari modo: *Quaeque riget*. N. HEINSIUS. *Sedetana* legendum putavit jam olim Ludov. Nonius, sed vulgatum defendit Johann. Marca in Marc. Hispanica lib. II. cap. VI. quemadmodum & Dausquejus ad hunc locum. non recte.

v. 374. *Setabis & telas Arabum sprevisse superbas*] Primo cum Coloniensi *Saetabis* scribendum. ita enim in antiquis marmoribus, & Ptolemaeo est Σαιταβὶς. *Hispani Saetabis* etiam in Gratii vetustis exemplaribus. Deinde *superba* recte scribendum homines eruditi jam monuerunt. assentiuntur scripta exemplaria cum Romana editione & Parmensi. Noster lib. XII. vers. 430.

Fumabat versis incensa Petilia tectis,
Herculeam quondam servare superba pharetram.

lib. XIV. vers. 646.

—— adde ordine longo
Innumeras, spatioque domos aequare superbas
Rura.

N. HEINSIUS. Recte *Saetabis* per diphthongum Illustrissimus Heinsius ex Colon. codice, ex quo tamen infra lib. XVI. vers. 475. ubi eadem urbs memoratur, eodemque vitio vulgatae editiones laborant, nullam lectionis varietatem annotavit. Straboni dicitur Σιταβὶς, eamque scripturam Dausquejus in Orthogr. amplexus est. Sed scribarum librariorum errores postponendi sunt certissimo monumento; nummo nempe antiquo, ab Antonio Augustino memorato Dial. VII. in quo SAETABIS scribitur. Eundem viderat etiam Dausquejus, nec tamen veriori sententiae subscribere voluit. Recte etiam viri docti *sprevisse superba* vindicarunt, quod etiam habet Mediolan. editio. Graeca est constructio, qua Silius aliique poetae infinitis locis usi sunt. vide virum Eruditissimum, Angliae suae eximium decus, Rich. Bentlej. ad Horat. lib. I. od. I.

v. 375. *Et Pelusiaco filum componere lino*] Jan. Vlit. ad Gratii Cyneg. vers. 41. legebat *linum componere lino*, vel *filum componere filo*. Sed libri vetusti nihil mutant.

v. 378. *At Vetonum alas*] Variant codices. Sed probe Coloniensis *Vectonum*. lib. XVI. vers. 365.

—— campis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.

Ita in Caesaris, Livii, Plinii vetustis exemplaribus ut plurimum nominantur. Sed *Vettones* nominari praestat. Graecis plerumque Οὐέττωνες dicti. Apud Prudent. libri veterrimi *Clara colonia Vettoniae*. *Vasconum alas* habet editio Parmensis. Quod sequitur, *alas probat aequore aperto* neutiquam satisfacit. Opinor Silianum esse *alas praeit aequore aperto*. N. HEINSIUS. Vide etiam N. Heins. ad Prudent. περὶ στεφ. Hymn. III. vers. 187. Infra tamen ad lib. XVI. vers. 366. Dausquej. carpit, qui Strabone duce *Vettones* probarat, ut nunc hic ipse facit. In MSS. Lucani lib. IV. vers. 9. pari lectionis diversitate nunc *Vestones*, nunc *Vetones*, nunc *Vettones*, nunc *Vectones* inveni.

v. 380. *Concubitus servans tacites, grex prostat equarum*] *perstat* Coloniensis. ceteri *praestat*. Infra hoc lib. vers. 686.

Lanigeri capitis media inter cornua perstans,
Marmaricis ales populis responsa canebat.

servare pro observare. pari modo *servare* & *perstare* conjunxit Silius lib. VI. vers. 384.

Servabam vultus ducis ac prodensia sensum
Lumina, & obtutu perstabam intentus eodem.

& vers. 563. *remeantumque ordine longo Servat turba gradus*. lib. VII. vers. 442.

Tempora felicitus litis servasse Cupide.

vers. 521.

—— specula sublimis ab alta
Non Romana minus servat quam Punica castra.

lib. VIII. vers. 353. *Aetolos servans ad proelia campes Poenus*. Ante hunc versum nonnihil videtur excidisse.

Septimaque his stabulis longissima ducitur aestas.
At non Sarmaticos attollens Uxama muros
Tam levibus persultat equis. hinc venit in arma
Haud aevi fragilis sonipes, crudoque vigore
Asper frena pati, aut jussis parere magistris.
Rhyndacus his ductor; telum sparus. ore ferarum
Et rictu horrificant galeas; venatibus aevum
Transigitur, vel, more patrum, vis raptaque pascunt.
Fulgent praecipuis Parnasia Castulo signis,

Et

excidisse. N. HEINSIUS.

v. 383. *Septimaque his stabulis longissima ducitur aetas*] Lego *in stabulis.* D. HEINSIUS. *aestas* omnino corrigendum cum Coloniensi. Vidit & veram lectionem Interpres ex illo Maroniano de equis IV. Georg. vers. 207.

——— neque enim plus septima ducitur aestas.

Quidam legunt *Tertia* pro *Septima*, quos refellit Modius ad lib. XLIV. Justini. Columella tamen & Solinus triennem vitam his equis assignant. N. HEINSIUS. *aestas* legendum esse ante Dausquej. vidit etiam Carrion lib. II. Emend. cap. IV. Saepe autem librarii voces *aetas* & *aestas* perperam commutavere. Vide Carrion. ad Valer. Flacc. lib. VI. vers. 115. Mycill. sive Bersmann. ad auctor. Paneg. ad Pison. vers. 448. quod nonnumquam post I. tom. Ovidii editur, & Nic. Heins. ad Claudiani II. in Eutrop. vers. 99.

v. 384. *At non Sarmaticos attollens Susana muros*] Tacet hic Interpres: nec ad rem faciunt, quae Marsus adducit. In Puteaneo *Suvana*, Parmensis editio *Saunia*, in Coloniensi *Suxama*; corrige meo periculo *Uxama*. *Susana* nulla, quod sciam, in rerum fuit natura. *Uxamam* agnoscit Plinius lib. III. cap. III. ubi agit de Hispaniae civitatibus, *Arevacis nomen dedit fluvius Areva. horum sex oppida, Saguntbia & Uxama, quae nomina crebro in aliis locis usurpantur; praeterea Segovia & Nova Augusta, Termes, ipsaque Clusia Celtiberiae finis.* Ptolemaeo duplex *Uxama* per Hispaniam, altera Οὔξαμα ἀργίλλαι, altera Οὔξαμα Βάρκα dicitur. Cur autem *Sarmaticos muros* Uxamae appellet Silius, fateor me ignorare. Sarmaticae tamen originis Uxamam fuisse, cum ex nomine *Rhyndaci* ducis, (ita enim vetusta exemplaria, quod fluvio Mysiae Asiaticae nomen) tum ex ceteris, quae subjunguntur, satis manifestum est. Vide quae supra modo annotabamus vers. 338. N. HEINSIUS.

v. 387. *Jussis parere magistris*] *jussis magistri* malebat Doctiss. Dausquejus, vel sine auctoritate veterum codicum. Sed perperam. Sedul. lib. I. Carm. in princ.

——— rituque magistro
Plurima Niliacis tradat mendacia biblis.

Vide Nic. Heins. ad Ovid. Ep. XV. Heroïd. vers. 83. similiter *grex minister* infra. lib. XI. vers. 277. *manus carnifex* lib. I. vers. 173. *manus serva* apud Ovid. Epist. X. Her. vers. 90. *torus maritus* Epist. II. Her. vers. 41. *ventus pluvius* Horat. lib. I. od. XVII. vers. 4. vid. Salmas. Exercit. Plin. pag. 110. *arae dominae* Stat. in V. Theb. vers. 588. *animi mares* Appul. III. Metam. p. 131. Ed. Elmenh. *tempestas autumna* apud Gell. XIX. Noct. Attic. cap. VII. *genius maritus* Ennod. Ticin. lib. I. carm. IV. *vitis autumna* Tertull. de judic. Dom. vers. 4.

Quis dabit & tumidas autumnis vitibus uvas.

Ita N. Heins. ad finem Silii in Tertull. scribendum existimat, pro *autumni vitibus*. *juvenca cornua* in fabula Pasiphaës apud Pith. in Catal. p. m. 572.

Sed quod juvenca cornua in frontem levat.

ex emendatione Dousae in Praecidan. in Petron. lib. III. cap. VIII. Pithoeus enim *juvencae cornua* ediderat. Similia alia videri possunt apud Stewich. ad Arnob. I. contr. Gent. pag. 34. Gronov. III. obs. cap. XXIV. Nic. Heins. ad Claud. nupt. Honor. & Mar. vers. 88. ad bell. Gildon. vers. 407. ad I. de Laud. Stil. vers. 121. ad Ovid. Epist. II. Heroïd. vers. 74. Epist. III. Her. vers. 100. Ep. IV. Her. vers. 12. Ep. IX. Her. vers. 86. Ep. XIV. Her. vers. 19. ad III. Metam. vers. 728. ad Petron. Satyr. cap. XXXV. ad Silii lib. XII. vers. 354. & Tenull. ad Frontini II. Strat. cap. II. §. II.

v. 388. *Telum sparus*] *Sparus* in Gloss. Labb. exponitur εἶδος ἀκοντίου. Silius ejus etiam meminit lib. VIII. vers. 523. *Omnibus in pugna fertur sparus.* Plura vide apud Marc. Donat. ad Liv. lib. XXXIV. cap. XV. & Pontan. in Gloss. prisco-Gall. h. voc. qui illud teli genus esse existimat, quod nos *een Speer* vocamus, qua voce *lanceam* innuimus.

v. 391. *Fulget Parnasia Castulo*] *Parsania* Coloniensis. sed male. jam supra noster hoc libro vers. 99. à Castalio Phocensi fuisse conditam est testatus. In hoc tractu plurima fuisse numismata inventa, quae Pegasum alatum ab una parte exhiberent, rerum Hispanicarum scriptores asseverant. in Putean. *Fulgent*, ut ad Castulonem & Hispalem simul referatur. N. HEINSIUS.

v. 393. *Ac Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis*] Non placent mihi numeri in hoc versu. secunda syllaba in *Dionysius* & *Dionysiacus* corripitur apud poetas passim, nisi quod Διωνύσος fit apud Homerum secunda producta. Opinor à Silio relictum esse nobis,

Ac

Et celebre Oceano atque alternis aestibus Hispal,
Ac Nebrissa Dionysêis conscia thyrsis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque sacra
Nebride, & arcano Maenas nocturna Lyaeo.
Arganthoniacos armat Carteja nepotes.
Rex proavis fuit humani ditissimus aevi,
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos, stabulanti conscia Phoebo,
Et Munda, Hemathios Italis paritura labores:

Nec

Ac Nebrissa Dei Nysaeis conscia thyrsis.
Cum de thyrsis Nysaeis subjungat, facile est divinatu, quem Deum innuat: Bacchum videlicet. sic lib. VII. vers. 197. de Baccho,

—— vitis, thyrso delapsa virenti,
Festas Nysaeo redimivit palmite mensas.

lib. XII. vers. 159.

—— frondentia laeto
Palmite devastat Nisaea cacumina Gauri.

Statius lib. IV. Theb. vers. 383. *Omnipotens Nisaee pater.* & Theb. VII. vers. 652.

—— clipei penetrabile textum
Pallentes hederas Nysaeaque serta coronant.

hoc est, pampinus. *Nysaeo palmite felix Hermus* Claudian. II. in Eutrop. possis etiam *concita thyrsis*: nam *stabulanti conscia Phoebo* post paullo sequitur. *concita Thyas* habes apud Horat. N. HEINSIUS. Pro *Dionysêis thyrsis* olim etiam Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii conjecit scribendum esse *Dei Nysaeis thyrsis*, ut Senec. Oedip. v. 405.

Mollia Nysaeis armatae brachia thyrsis.

Pro *conscia* autem Illustrissimus Heinsius malebat *concita*: quas voces indocti librarii alibi etiam invicem confuderunt. vide eundem Heinsium ad Claud. Cons. Olybr. & Prob. vers. 125. & ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 211. eodem modo quo & *conscire* ac *concire*. vide Heinsium ad Claudian. I. de Laud. Stilic. vers. 243.

v. 395. *Hortano Maenas nocturna Lyaeo*] Ortano Rosweidus, pro Oretano. sed non persuadet. *arcano* Interpres malit ex scriptis. ita certe Coloniensis codex cum aliis quibusdam. nec repugno. Editio Romana cum Parmensi *hortando*, in alia *hortanti*. Forte scribendum *Orthanae Lyaeo*, vel *Orthano*, qui Deus Atheniensium Straboni, ubi de Priapo agit, lib. XIII. pag. 587. Ἀπεδείχθη δὲ θεὸς οὗτος ἀπὸ τῶν νεωτέρων· οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον, ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς Ὀρθάνῃ, καὶ Κονισσάλῳ, καὶ Τύχωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις. Hesych. Ὀρηθανὴς (lege Ὀρθανὴς) τῶν ὑπὸ τὸν Πρίαπον ἐστὶ θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον. Plato in Phaone apud Athen. lib. X. Deipnosoph. pag. 441.

Βολβῶν μὲν Ὀρθάνῃ τριημίεκτα·
Κονισάλῳ δὲ καὶ παραστάταιν δυοῖν
Μύρτων πινακίσκος, χειρὶ παρατετιλμένων·
Λύχνοι γὰρ ὀσμὰς οὐ φιλοῦσι δαίμονες·
Πέργῃ τετάρτης κυσὶ καὶ κυνηγέταις·
Δόρδωνι δραχμὴ, Κυβδάσῳ τριώβολον.

Ceterum Priapum quoque in comitatu Bacchi fuisse numeratum ab antiquis in comperto est. *Bacchi rustica proles* Priapus Tibullo dicitur lib. I. El. IV. vers. 7. Habes de hoc Deo etiam nonnulla apud Tzetzen scholiis in Alexandram Lycophronis. N. HEINSIUS. Nisi cum Dausquejo ex Colon. libro *arcano Lyaeo* reponas, certe *Orthano* cum Illustrissimo Heinsio malim, de quo plura erudita hic notavit. Locus autem Tzetz. ad Lycophr. Alex. quem innuebat Heinsius, procul dubio est ad vers. 538. Sed ibi Ὀρθάγης editur: nimirum Lycophron Paridem vocat πλανήτην ὀρθάγην, quod *erronem convivam* interpretantur: Tzetz. vero exponit Ὀρθάγην] ξένον, κατὰ διάλεκτον. ἔστι δὲ καὶ Ὀρθάγης δαίμων Πριαπώδης παρὰ τῇ Ἀφροδίτῃ. Sed puto non male apud Lycophr. legi Ὀρθάνην, ut referatur ad improbam libidinem Paridis, qui Helenam Menelaï uxorem corrupit. Neque aliter locum Tzetzis laudavit Palmer. exercit. in opt. auct. Graec. p. 783. Priapus autem & Bacchus nonnullis idem numen crediti sunt. Athen. lib. I. cap. XXIII. pag. 30. Τιμᾶται δὲ παρὰ Λαμψακηνοῖς ὁ Πρίαπος, ὁ αὐτὸς ὢν τῷ Διονύσῳ ἐξ ἐπιθέτου καλούμενος οὕτως, ὡς Θρίαμβος καὶ Διθύραμβος. *Lampsaceni Priapum venerantur, qui Baccho idem est: nempe illius epithetum & adjectitium nomen, haud secus quam Thriambus & Dithyrambus.* De Baccho Orthano quaedam vide apud Voss. ad Pompon. Mel. lib. II. c. II. pag. 133.

v. 396. *Arganthoniacos*] *Argathoniacos* scribendum monuit Hermol. Barbarus Castig. ad Plinii VII. Hist. Natur. cap. XLVIII.

v. 398. *Ter denos decies annos*] Plurimis hic illustravit Dausquej. dissensum auctorum in annis, quos Arganthonius vixit: quibus adde locum Cic. de Senect. c. XIX. ubi ipsi centum viginti anni vitae, octoginta imperii tribuuntur. Vide etiam Mariang. Accurs. ad Auson. Epist. X. vers. 5. qui, ut cum Anacreonte, Arganthonio centum & quinquaginta annos tribuente, Silio conveniat, hunc versum ita legi posse existimat,

Ter quinos decies emensus belliger annos.

v. 399. *Tartessos stabulanti conscia Phoebo*] *Tartesson* itaque Silius à Carteja aliam urbem facit, ut recte docuit Dausquej. male contrarium tuente Delr.

 ad

Nec decus auriferae cessavit Corduba terrae.
Hos duxere viros flaventi vertice Phorcys,
Spiciferisque gravis bellator Arauricus oris,
Aequales aevi; genuit quos ubere ripa
Palladio Baetis umbratus cornua ramo.
Talia Sidonius per campos agmina ductor
Pulvere nigrantes raptat, lustransque sub armis,
Qua visu comprendere erat, fulgentia signa
Ibat ovans, longaque umbram tellûre trahebat.
Non aliter, quoties perlabitur aequora curru,
Extremamque petit, Phoebêa cubilia, Tethyn
Frenatis Neptunus equis, fluit omnis ab antris
Nereïdum chorus, & sueto certamine nandi

Candida

ad Senec. Herc. Fur. vers. 231. Ad hunc locum alludere videtur Mamert. Paneg. Maxim. cap. 11. *Partam aliquando ex victoria praedam à flumine Hibero & conscio occidui solis Oceano ad pabula Tyrrhena compulerit.* Saepe autem res inanimatae & praesertim loca *conscia* dicuntur earum rerum, quae in illis fiunt. infra lib. VIII. vers. 533. *quondam fatorum conscia Cyme.* Avien. Descr. Orb. vers. 381.

At qua surgenti terrae pars conscia Phoebo est.

v. Steph. Stephan. ad Saxon. Gramm. II. Hist. Dan. p. 62.

v. 401. *Decus auriferae terrae Corduba*] Dubitarat olim de hac lectione Dausquei. & *aeriferae terrae* scribere tentaverat. Sed male. Martial. lib. IX. Epigr. LXI.

Qua dives placidum Corduba Baetin amat:
Vellera nativo pallent ubi flava metallo,
Et linit Hesperium bractea viva pecus.

v. 402. *Phorcis*] *Phorcys* bene Coloniensis. nomen deductum à Deo marino. N. HEINSIUS. *Phorcys* hic infra manu Paulli Consulis in pugna Cannensi occiditur lib. x. vers. 174.

——— *jacet ingens Phorcys, ab antris*
Herculeae Calpes, caelatus Gorgone parmam,
Unde genus tristique Deae manabat origo.

ubi vide Illustrissimum Heinsium

v. 403. *Bellator Aranthicus*] *Arauricus* in Coloniensi. videtur nomen deductum ab Araurio, Galliae Narbonensis flumine, qui *Rauraris* dicitur aliis. lib. v. vers. 556. pari modo vetustus codex,

Terga dabat levibus diffisus Arauricus armis.

ubi vulgati codices *Avaricus.* N. HEINSIUS.

v. 405. *Bethis*] *Baetis* scribendum ex membranis. Βαῖτις Graecorum est. N. HEINSIUS. Vide Dausq. Orthogr. parte II. h. voce.

v. 407. *Lustrasque sub armis*] *lustransque* scripta exemplaria. N. HEINSIUS.

v. 410. *Perlabitur aequora cursu*] Apparet liquido scribendum *perlabitur aequora curru.* nec aliter membranae. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. *curru* Colon. & Oxoniensis. Interpres hic denuo obstrepit Modio praeter ordinem. Tum prolatis Maximi Tyrii verbis se ipsum misere jugulat, & confodit. N. HEINSIUS. *curru* scribendum τὰ *frenatis equis*, quae mox sequuntur, satis demonstrant. De Neptuno similiter fere Virgilius I. Aen. vers. 145.

——— *levat ipse tridenti,*
Et vastas aperit Syrtes, & temperat aequor:
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.

Frequentissime hoc numen in nummis curru vel concha, quae ipsi loco currus est, vehitur. Deinde non raro librarii voces *currus* & *cursus* turbarunt. vid. infra ad lib. XVI. vers. 322.

v. 414. *Convertunt brachia ponto*] Optime denuo Coloniensis *connectunt*, quomodo de Gratiis Horatius, *nexis in nodum brachiis.* Monui jam curis secundis ad Epist. Oenon. Nason. vers. 48. ubi plura ad rem. N. HEINSIUS. *nectere* & *connectere* propriae choreis voces. Ovidius VI. Fast. vers. 329.

Hi ludunt, hos somnus habet; pars brachia nectit,
Et viridem celeri ter pede pulsat humum.

Statius I. Achill. vers. 319.

Hosne inter simulare choros, & brachia ludo
Nectere, nate, grave est?

aliique. An tamen *convertere brachia* ad gestum natantium Nereidum pertinet?

v. 418. *Alte prospectat Hiberos*] Legendum, mutato ordine literarum, *late prospectat.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. *late prospectas* scripti: quod & Modius ex suis membranis jam monuit. N. HEINSIUS. Recte viri docti *late prospectat.* Petron. in Satyr. cap. CXXII.

—— *summo de vertice montis*
Hesperiae campos late prospexit.

Dausquej. perperam *alte* tuetur, quod exponit ὑψόθεν, ex alto. Sed merito integerrimi codices typographorum nugis praeferuntur.

v. 422. *Geryonis peteret cum longa tricorporis arva*] Iidem scripti cum primis editionibus *Geryonae.* optime: quomodo & apud Maronem vetustissima exemplaria Aeneid. VIII. vers. 202. *Tergemini nece Geryonae.*

Candida perspicuo connectunt brachia ponto.
At Pyrenaei frondosa cacumina montis
Turbata Poenus terrarum pace petebat.
Pyrene celsa nimbosi verticis arce
Divisos Celtis late prospectat Hiberos,
Atque aeterna tenet magnis divortia terris.
Nomen Bebrycia duxere a virgine colles,
Hospitis Alcidae crimen; qui, sorte laborum
Geryonae peteret cum longa tricorporis arva,
Possessus Baccho saeva Bebrycis in aula
Lugendam formae sine virginitate reliquit
Pyrenen, letique Deus (si credere fas est)
Caussa fuit leti miserae Deus. edidit alvo

Namque

ryonae. adeantur, quae illic annotamus. N. HEINSIUS. Optime *Geryonae* N. Heinsius vindicavit. *Gerionis* primus Buschius in editione Wolfii Basil. edidit, sed qua auctoritate quove jure ipse videat. Scriptores enim optimo aevo plerumque flectebant *Geryones*, *Geryonae*, ut *Orestes*, *Orestae*. & hoc demonstrat antiquus genitivus *Geryonai* apud Lucret. lib. v. vers. 28.

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Vide, quae notavit Nic. Heinsius ad Ovid. Epist. VIII. Heroid. vers. 9. ad Vellej. Paterc. lib. I. cap. I. J. Fr. Gronov. ad Senec. Herc. Furent. vers. 1170. & ad Agamemn. vers. 841. Ita Serv. ad Maronis VII. Aen. vers. 662. *Sane sciendum, declinari hic Geryones, hujus Geryonae; unde est, Tergemini nece Geryonae: ut Anchises, Anchisae. Tricorporis Geryonae* ut infr. lib. XIII. vers. 201.

Monstrum Geryonae immane, tricorporis irae.

Saxo Gramm. VI. Hist. Danic. pag. 100.

Cum sis gigas tricorpor invictissimus.

ubi vide Stephan. *longa arva* sunt longinqua. vide infra ad lib. VI. vers. 627.

v. 423. *Bebrycis in aula*] Schol. Lycophr. ad Cassandr. vers. 516. Δίων δὲ Κοκκιανὸς τοὺς Ναρβαννησίους Βέβρυκας λέγει, γράφων οὕτω. Τῶν πάλαι μὲν Βεβρύκων, νῦν δὲ Ναρβαννησίων, ἐπὶ τὸ Πυρήναιον ὄρος. apposite: quo & referenda, quae mox sequuntur apud nostrum,

Bebryciae Poenus fines transcenderat aulae.

N. HEINSIUS. Infra lib. XV. vers. 496.

Terrore interea posito trans ardua montis
Bebrycia populos armabat Poenus in aula.

Vide Vales. ad excerpt. Peiresc. pag. 113. De hac Herculis & Pyrenes historia Plin. lib. III. Hist. Natur. cap. I. *Quae de Hercule ac Pyrene vel Saturno traduntur, fabulosa in primis arbitror.*

v. 426. *Causa fuit leti miserae, Deus edidit alvo. Namque ut serpentem*] Repetitio vocis *Deus* necessaria est figurae locutionis. Sed pusillum mendum omnia conturbat. Lege,

——— *letique Deus, si credere fas est,*
Caussa fuit leti miserae Deus: edita ut alvus,
(Namque ut serpentem patrias exhorruit iras)
Confestim dulces &c.

BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. XV. Distinguendum, quemadmodum edidimus: ut nihil necesse sit Barthiana conjectura, qui castigabat *edita ut alvus*, infeliciter & temere. Deinde emenda ex codicibus scriptis *patriasque exhorruit iras.* male *patrias* vulgati. mox concinnius scribas *linquit turbata.* N. HEINSIUS. *To serpentem* viro summo J. Fr. Gronovio suspectum fuit de menda. ab eo consultus ὁ πάνυ Salmasius ita Divione respondit Epist. LXXXV. earum, quae editae sunt. „ In altero de *Pirene* „ nihil prorsus video. sub illo *serpentem* latere exi„ stimem nomen infantis, quem Pirene edidit: „ hoc quaerendum in fabulis. Nihil memoria sug„ gerit, & libri ad manum nulli. Nec enim pu„ to, sic illam exhorruisse patrias iras, ut serpen„ tem: ut in illo, *cane pejus & angue vitare.* Unde patet Salmasio nec Barthii conjecturam placuisse. Postea, in Hollandiam ex Gallia redux, ita addidit sequenti Epistola. „ Vix epistola manu exierat, „ subiit mentem suspicio, *serpentem* istic haberi vel „ ex errore auctoris ipsius, vel, si ille purgatus, „ scioli saltem lectoris alicujus. Pirene peperit ex „ Neptuno Κεγχρίαν nomine. Κεγχρίας autem, vel „ Κεγχρίνης, vel Κεγχρίτης, nam tribus his modis „ dicitur, serpentis genus est, sparsi maculis, ad „ instar milii granorum. Cum itaque scripsisset „ poëta, si quidem ita scripsit, *edidit alvo Nam„ que ut Cenchream*, quidam, qui sciebat Κεγχρίαν „ esse *serpentem*, ita ad oram notaverat, quod post„ ea in contextum irrepsit. Haec Salmasius. Sed non animadvertit vir supra reliquos eruditus, perperam se confundere Πυρήνην Bebrycis regis filiam ab Hercule compressam, quae, cum patris iram metuens solos per montes ac saltus erraret, à feris discerpta est, & montibus Pyrenaeis nomen dedit; cum Πυρήνη Acheloi filia, à Neptuno devirginata, quae, cum filium imprudenter à Diana occisum nimium lugeret, in sui nominis fontem conversa

est,

Namque ut serpentem, patriasque exhorruit iras,
Confestim dulces liquit turbata penates.
Tum noctem Alcidae solis plangebat in antris,
Et promissa viri silvis narrabat opacis.
Donec maerentem ingratos raptoris amores,
Tendentemque manus, atque hospitis arma vocantem
Diripuere ferae. laceros Tirynthius artus,
Dum remeat victor, lacrimis perfudit, & amens
Palluit invento dilectae virginis ore.
At voce Herculea percussa cacumina montis
Intremuere jugis: maesto clamore ciebat
Pyrenen; scopulique omnes ac lustra ferarum
Pyrenen resonant. tumulo tum membra reponit,

Supremum

est, ut narrat Pausan. in Corinth. cap. II. & III. & de cujus fontis aqua agit Athen. lib. II. Deipnos. cap. VI. pag. 43. Falsus etiam conjecturae Dausquejus est, qui scribendum putabat

——— *dumque edidit alvo*, (filium Galaten)
Confestim dulces liquit turbata penates;
Namque ut serpentem patrias exhorruit iras.

Sed unde vir doctus rescivit, *Galaten* Herculis ac Pyrenes filium fuisse? Diodor. Sicul. lib. v. pag. 303. Celticam quidem virginem memorat, cum qua Hercules consentientibus parentibus congressus Galaten procreavit: verum Pyrenen eam vocatam fuisse non addit, quin & potius ex consensu parentum virginis contrarium statuendum videtur. ne dicam, conjecturam hanc propter nimiam audaciam tolerari non posse. Nec recte etiam Davisius ad Caesar. lib. III. de Bell. Gall. cap. XX. conjicit scribendum, *edit ut alvo*. Faciam itaque cum Illustrissimo Heinsio, qui sola distinctione hunc locum sanavit; ut dicat Silius, Pyrenen ex concubitu cum Hercule serpentem genuisse: quod nemini, ut incredibile, suspectum esse debet, quum haec historia, ut Plinius refert, fabulosa imprimis fuerit. Mox priscae editiones etiam cum scriptis libris habent *patriasque exhorruit iras*. Primus Marsus voculam *que* omisit, & ex eo deinceps reliqui omnes.

v. 429. *Tum noctem Alcidae solis plangebat in antris*] *in anris* editio Romana, quod esset *arvis*, quomodo in alia editione vetusta etiam comparet. N. HEINSIUS. *auris* etiam editio Mediolan. *solis* autem *antris* est desertis antris. Infra lib. IV. vers. 562.

——— *solo seu lustra pererret*
In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum.

Ovid. Epist. X. Heroid. vers. 129.

Me quoque narrato sola tellure relictam.

Epist. XI. vers. 84. *in solis destituique locis*. lib. III. Am. El. VI. vers. 50.

Errabat nudo per loca sola pede.

in Remed. Amor. vers. 579.

Quisquis amas (loca sola nocent) loca sola caveto.

Senec. in Hippol. vers. 66.

Quidquid solis pascitur arvis.

in Agamemn. vers. 435.

Juvat videre nuda Trojae litora,
Juvat relicti sola Sigaei loca.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 5.

Haeret inops, solisque furit Tirynthius arvis.

Sallust. in Bell. Jugurth. cap. CIII. *Cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiscitur in loca sola.* Cic. I. de Divin. cap. XXVIII. *Cum in locis solis maestus errares.* Si libri scripti addicerent, ita emendarem apud Maron. Ecl. II. vers. 4.

——— *ubi haec incondita solis*
Montibus & silvis studio jactabat inani.

Plura vide apud Gifan. Indic. Lucr. voce *Sola loca*; Passerat. ad Propert. lib. I. Eleg. II. vers. II. Gebhard. ad Tibull. lib. I. Eleg. II. vers. 53. & Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. XV. vers. 7. hinc *solare* ponitur pro desertum reddere. vide Dresem. ad Iscan. III. Bell. Troj. vers. 38. & Gronov. IV. observ. cap. XXI. *noctem Alcidae* Silius honesta circumscriptione dixit pro concubitum cum Hercule. Ita *nox* apud Horat. Epod. XV. vers. 13.

Nec feret assiduas potiori te dare noctes.

Propert. lib. II. Eleg. XVI. vers. 25.

Nec mihi muneribus nox ulla est emta beatis.

Petron. in Satyr. cap. LXXXI. *Unius noctis tactu omnia vendidit.* Et ita auctores passim.

v. 430. *Silvis narrabat opacis*] Imitatus est Silius Maron. cujus locum modo produxi: ubi videndus est Cerda.

v. 435. *Invento dilectae virginis ore*] *Virginem* appellant Latini, etiam quae peperit, ut hic Silius de Alcide & Pyrene, quam praegnantem reliquerat apud patrem. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Servius ad Virgil. Ecl. VI. vers. 47. *Virgo autem à viridiore aetate: nam jam mater fuerat Phaedrae, Ariadnae, & Androgei. Calvus in Jo,*

Ah virgo infelix! herbis pasceris amaris.

& ad XI. Aen. vers. 687. *Usus obtinuit, ut innuptas*

Virgines,

Supremum illacrimans: nec honos intercidit aevo,
Defletumque tenent montes per secula nomen.
Jamque per & colles, & densos abiete lucos
Bebryciae Poenus fines transcenderat aulae.
Inde ferox quaesitum armis per inhospita rura
Volcarum populatur iter, tumidique minaces
Accedit Rhodani festino milite ripas.
Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali
Proserit in Celtas, ingentemque extrahit amnem
Spumanti Rhodanus proscindens gurgite campos,
Ac propere in pontum lato ruit incitus alveo.
Auget opes stanti similis, tacitoque liquore
Mixtus Arar; quem gurgitibus complexus anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumque per arva

Ferre

Virgines, *nuptas* Mulieres *vocemus. Nam apud majores indiscrete* Virgo *dicebatur &* Mulier : *utrumque enim sexum tantum significabat, ut ecce hoc loco dicis,* armis muliebribus, *cum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolicis legimus*, Ah virgo infelix, *cum Pasiphaën constas ex Minoë ante amorem tauri filios suscepisse. Terentius in Hecyra etiam mulierem post partum* Virginem *vocat*,

Nam vitium est oblatum virgini ab nescio quo improbo.

Vide etiam Dresem. ad Iscanii I. de Bell. Troj. vers. 492.

v. 436. *At voce Herculea*] *At* Colon. & Putean. bene. tum pro *montis* repone *motis. percussa cacumina motis Intremuere jugis.* Hic naevus etiam scriptis exemplaribus pertinaciter inhaeret. N. HEINSIUS.

v. 439. *Pyrenen reboant*] *Pyrenen resonant* scripti, ut apud Maron.

Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

In editione Parmensi *memorant*. Mox cum iisdem malo, *nec honos intercidit aevo*, quam *intercidet*. N. HEINSIUS. *memorant* etiam Mediol. editio. *reboare* simili modo Nemesian. Ecl. I. vers. 73.

Te pinus reboat, te, quidquid carminis Echo,
Respondent silvae, te nostra armenta loquuntur.

Vox illa fere de ingenti sonitu usurpatur. Virgilius III. Georg. vers. 222.

Versaque in obnixos urguentur cornua vasto
Cum gemitu. reboant silvaeque & magnus Olympus.

Claud. in VI. Consul. Hon. vers. 616.

Plebis adoratae reboat fragor, unaque totis
Intonat Augustum sepsenis montibus Echo.

ita hoc loco *reboant* ad firmam & stentoriam Herculis vocem referri posset. Praestat tamen libros scriptos sequi.

v. 447. *Aggeribus caput Alpinis & rupe nivali Prosilit in Celtas*] *Procidit* Putean. sed vere Colonienses membranae, *Proserit*. apud Lucan. lib. IV. vers. 412. *nec proserit ullam Flava Ceres segetem. linguam in tussiendo proserere* Plautus Asin. act. IV. sc. I. uti ex Camerarii membranis Sciopp. Suspect. Lect. V. Ep. 17. *Exerere caput* obvium apud optimos scriptores. sic lib. I. vers. 29. *magnanimis Romam caput urbibus alte Exserere videt.* N. HEINSIUS. *Prosilire* dixit etiam Catull. carm. LXIX. vers. 57.

Qualis in aërii pellucens vertice montis
Rivus muscoso prosilit è lapide.

Proserit tamen cum Heinsio ex membranis recipiendum. Avien. descript. Orb. vers. 701.

——— *Cererique Thasus dilecta profundo*
Proserit albenti se vertice.

Exserere dixit Senec. in Herc. Fur. vers. 594.

Illustre laetis exsere terris caput.

in Oedip. vers. 532.

Cupressus altis exserens silvis caput.

Fortassis eadem vox etiam restituenda Auson. Epigr. III.

Danubius laetum profero fonte caput.

profero nunc vulgo editur. sed *fero* & *fere* in libris scriptis frequenter turbari infra dixi ad libr. VIII. vers. 266.

v. 449. *Spumansi Rhodanus*] Excurrit Silius in describenda diversa Rhodani & Araris natura, quorum hic fluvius erat lento cursu fluens, ille rapidissimus. paria habent Claudianus II. in Eutrop. vers. 267. & Guntherus II. Ligur. vers. 413.

v. 452. *Gurgitibus complexus anhelis*] Paullo supra vers. 449. praecessit *gurgite*, & *gurges* mox denuo repetitur; quare vox ea hoc loco minus recte stare posse videtur. Placet autem Celeberrimi Burmanni conjectura *verticibus anhelis*. ut apud Claudian. in I. de rapt. Pros. vers. 24.

——— *& quos, fumantia torquens*
Aequora, verticibus Phlegethon pererrat anhelis.

ubi tamen Heinsius ex omnibus, quos vidit, scriptis libris *gurgitibus anhelis* restituit, apposito etiam hoc Silii loco.

v. 453. *Cunctantem immergit pelago, raptumque per*

per

Ferre vetat patrium vicina ad litora nomen.
Invadunt alacres inimicum pontibus amnem:
Nunc celso capite & cervicibus arma tuentur,
Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.
Fluminea sonipes religatus ducitur alno;
Belua nec retinet tardante Libyssa timore:
Nam trabibus vada, & injecta tellure repertum
Connexas operire trabes, ac ducere in altum
Paullatim ripae resolutis aggere vinclis.
At gregis illapsu fremebundo territus acris
Expavit moles Rhodanus, stagnisque refusis
Torsit harenoso minitantia murmura fundo.
Jamque Tricastinis intendit finibus agmen;

Jam

per arva] Habet hoc Silius ex Lucani lib. I. vers. 43.

—— qua Rhodanus raptum velocibus undis
In mare fert Ararim.

v. 456. *Cervicibus arma tenentur*] Belle MS. *tuentur*: ab undarum injuria. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *tuentur* Romana editio & Parmensis, & scripti codices, idque ex Oxonio jam monuit Barthius. N. HEINSIUS. *tuentur* etiam *ἔκδοσις* Mediolan. aliaeque ante Juntinam, in qua Nicander primus *tenentur* edidit, idque reliquae omnes receperunt.

v. 457. *Gurges certatim frangitur ulnis*] *frangitur undis* eaedem editiones, uti Oxon. quoque & Puteaneus Codices. non probo. N. HEINSIUS. *undis* etiam Mediol. editio, sed recte Marsus jam *ulnis* ediderat, quod tuetur Illustrissimus Heinsius. *gurgitem ulnis frangit*, qui natando trajicit. Infra lib. X. vers. 498.

—— mirantem interrita Thybrim
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.

nando frangere dixit lib. VIII. vers. 555.

—— undosum frangere nando
Indutus thoraca vadum.

Lucan. lib. VIII. vers. 374.

Non franget nando violenti verticis amnem.

sic *remis undas frangere* Claudian. in III. Consul. Hon. vers. 56.

Fregit Hyperboreas remis audacibus undas.

v. 458. *Fluminea sonipes religatus ducitur alno*] Livius lib. XXI. cap. XXVII. *Equorum pars magna nantes loris à puppibus trahebantur.*

v. 460. *Nam trabibus vada, & injecta tellure repertum Connexas operire trabes*] Non erat hoc mutandum Interpreti. nam respondet sibi in eo belle sermonis cursus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. Scribo, *Connexas operire rates.* trabes & injectam terram superinsternebant navibus, atque ita elephantos trajecisse flumen, tamquam assueto solo innitentes, affirmat. *τὸ trabibus* & *trabes* satis innuunt, alterutrum esse mendosum. Secutus est Silius Livium, ut fere semper, quem vide de tota hac re lib. XXI. cap. XXVIII. N. HEINSIUS. Dausquejus conjecit *Nam ratibus vada*, quod Livius dicto loco *ratibus* elephantos transvectos dicat. Sed nihil mutandum, nisi forsitan utroque loco *ratibus* & *rates* malis.

v. 462. *Resolutis aggere vinclis*] Forte, *revolutis vinclis.* N. HEINSIUS. Voces *resolutus* & *revolutus* saepe inter se commutasse librarios docui ad lib. I. vers. 369. Hic tamen nihil muto. Pariter enim Livius in hac narratione lib. XXI. cap. XXVIII. *Extemplo resolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur.*

v. 463. *At gregis allapsu*] *inlapsu* bene scripti, nisi quod in Putean. *& lapsu.* N. HEINSIUS.

v. 463. *Territus acris Expavit moles Rhodanus*] Opinor *atras moles.* lib. IV. de Elephantis, *nigranti belua dorso.* N. HEINSIUS. *acris Rhodanus*, qui *ferox* dicitur lib. IV. vers. 61.

—— non Pyrenen Rhodanumve ferocem
Jussa aspernatos.

ubi plura vide. Summopere tamen blanditur viri Illustrissimi conjectura *atras moles*, quam pluribus astruxit apud Celeberrimum Graevium ad Flor. lib. II. cap. VI. ubi etiam docuit, ita hoc loco scribendum esse. Sidon. Apollin. carm. XXII. vers. 58.

Ultima nigrantes incedunt praeda elephanti.

Claudianus in III. de laudib. Stilic. vers. 351.

—— insedit nigra cervice gementum,
Et fixum Dea quassat ebur.

Lucan. lib. VI. vers. 208.

Gaetulus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit.

Avien. in Descr. Orb. vers. 777.

Insula Taprobane gignit taetros elephantos.

acer autem & *ater* frequentissime scriptores librarii invicem confuderunt. vide infra ad lib. V. vers. 154. & ad libr. XVII. vers. 250.

v. 466. *Tricastinis incedit finibus agmen*] *intendit* Putean. eleganter, mehercules. Sic *intendens montibus*

Jam faciles campos, jam rura Vocuntia carpit.
Turbidus hic truncis saxisque Druentia laetum
Ductoris vastavit iter. namque Alpibus ortus,
Avulsas ornos & adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens, fertur latrantibus undis,
Ac vada translato mutat fallacia cursu,
Non pediti fidus, patulis non puppibus aequus:
Et tunc, imbre recens fuso, correpta sub armis
Corpora multa virûm spumanti vertice torquens
Immersit fundo laceris deformia membris.
Sed jam praeteritos ultra meminisse labores
Conspectae propius demsere paventibus Alpes.
Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta

Atque

bus unda, & *foribus intendere apertis* apud Valer. Flaccum, quae loca vulgo depravata circumferebantur. Videantur, quae de hoc loquendi modo ad Poetam illum observamus lib. VII. vers. 114. in Oxoniensi *incendit*. apud nostrum libro VIII. vers. 339. pari modo restituimus,

——— *intendere necti,*
Quae tardent cursum, tenebras dolet.

& lib. VIII. vers. 591. *nullo intendente Deorum*. Plinius lib. V. Epist. III. *Primum quia ipse, qui recitat, aliquanto acrius scriptis suis auditorum reverentia intendit.* N. HEINSIUS. *Iter intendere aliquo* dixit Liv. lib. XXIX. cap. XXX. *Pars maxima cum ipso puero inter tumultum ad Syphacem, quo primum intenderant iter, pervenerunt.* lib. XXXI. cap. XXXIII. *Alam equitum ad explorandum, quonam hostes iter intendissent, misit.*

v. 469. *Laetum Ductoris vastavit iter*] *tardavit* opinabar aliquando. *laetum iter*, hactenus prosperum. N. HEINSIUS. Viro Celeberrimo Petro Burmanno non placebat illud *vastavit iter*; pro quo legendum sibi videri monebat *vexavit iter*, appositis his auctorum testimoniis. Livius lib. XXXVI. cap. XXX. *Jumenta multa ex agmine praecipitata cum ipsis oneribus sunt, & homines vexati.* lib. XLIII. cap. XXI. *Cum ingenti vexatione, praecipue jumentorum, altero die ad templum Jovis posuit castra.* Colum. lib. I. cap. III. *Si vexationem viae non reformidet.* Et ita interpretandus Frontinus I. Stratag. cap. IV. ex. 5. *Simulata vexatione trajiciendi*, id est, difficultate. *vexare* autem & *vastare* alibi etiam in MSS. invicem commutantur. vide viros doctos ad Sallust. Bell. Catil. cap. XV.

v. 471. *Fertur latrantibus undis*] *latrans unda*, ut infra lib. V. vers. 396.

- - - *exesi in viscera montis*
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.

Attius in Phinid.

At ubi curvo litore latrans
Unda sub undis labunda sonit.

Claudianus I. de Rapt. Proserp. vers. 149.

Hinc latrat Gaetula Thetis, Lilybaeaque pulsat
Brachia consurgens.

in Epithal. Pallad. & Celer. vers. 61.

- - - *rubris quae fluctibus insula latret.*

clamare unda dicitur infra lib. IV. vers. 526.

Spumea saxosis clamat convallibus unda.

quo loco etiam de torrenti flumine sermo fit. vide quae ibi notavi.

v. 475. *Spumanti vertice torquens*] *verticem* de cujusque rei summitate, *vorticem* de fluvio, omnique alia re in orbem acta, proprie dici volunt viri docti. Hinc Barth. & N. Heinsius *hiberno vortice*, pro *vertice*, scribendum putant apud Claudianum I. in Rufin. vers. 270. Illud tamen discrimen non perpetuo olim observatum fuit. Quinctil. VIII. Instit. Orat. cap. II. *Vertex est contorta in se aqua, vel quidquid aliud similiter vertitur. Inde propter flexum capillorum pars est summa capitis: & ex hoc quod est in montibus eminentissimum.* Hinc infra libr. IV. vers. 230. ex libris priscis vindicamus *vorat agmina vertex*, pro *vortex*. lib. V. vers. 512.

Jamque inter frondes, arenti robore gliscens
Verticibus saevis, torquet Vulcanus anhelos
Cum fervore globos flammarum.

ubi perperam quaedam editiones *Vorticibus*. apud Valer. Maxim. lib. III. cap. II. ex. I. Codex bibliothecae Trajectinae habet, *nec ullo verticis circuitu actus*, non *vorticis*, ut vulgo editur. Apud Frontin. etiam lib. II. cap. II. ex. 7. in MSS. erat *arenarum & pulveris vertices*, non *vortices*, teste Tennul. qui tamen *arenarum vertex* non bene capiebat, ut illud Virgilii *aquae mons*. Alia vide apud Pierium ad Virgilii I. Aen. vers. 117. & VII. Aen. vers. 31. N. Heins. ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 332. & imprimis apud Dausquej. part. II. Orthogr. hac voce. Non opus itaque hic *vertice* in *vortice* mutare; quae voces non alio, quam scribendi modo differunt: nam quod olim *vortex*, id postea *vertex* dictum est.

v. 479. *Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta, Atque aevi glaciem cohibent*] Mendum haud dubio inest, MS. *Atque cui glaciem*. Dausquejus voluit

Aequaevam

Atque aevi glaciem cohibent: riget ardua montis
Aetherei facies, ſurgentique obvia Phoebo
Duratas neſcit flammis mollire pruinas.
Quantum Tartareus regni pallentis hiatus
Ad manes imos atque atrae ſtagna paludis
A ſupera tellure patet: tam longa per auras
Erigitur tellus, & coelum intercipit umbra.
Nullum ver uſquam, nullique aeſtatis honores.
Sola jugis habitat diris, ſedeſque tuetur
Perpetuas deformis hiems: illa undique nubes
Huc atras agit, & mixtos cum grandine nimbos.
Jam cuncti flatus ventique furentia regna
Alpina poſuere domo. caligat in altis
Obtutus ſaxis, abeuntque in nubila montes.
Mixtus Athos Tauro, Rhodopeque adjuncta Mimanti,
Oſſaque cum Pelio, cumque Haemo ceſſerit Othrys.
Primus inexpertas adiit Tirynthius arces.
Scindentem nubes, frangentemque ardua montis
Spectarunt Superi, longiſque ab origine ſeclis
Intemerata gradu magna vi ſaxa domantem.
At miles dubio tardat veſtigia greſſu;
Impia ceu ſacros in fines arma per orbem,

Natura

Aequaevam glaciem. Manebimus hoc, donec libri aliud docuerint. Scribe Siliano genitivi uſu *Aequam aevi glaciem.* BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. XV. Maluerim,

Cuncta gelu canaque aeternum grandine tectae
Aequaevam glaciem cohibent.

ut ſit Graeciſmus. *Aequaevam glaciem* nec Interpreti diſplicuiſſe animadverto. Barthius *Aequam aevi glaciem.* N. HEINSIUS. Senſus itaque Silii erit, Alpes ab origine rerum perpetuo gelu ac grandine obtectas fuiſſe.

v. 480. *Riget ardua montis Aetheriae facies*] Ita primo Colin. edidit Pariſiis, pro *montis Aetherei*, ut libri antiquiores habent, manifeſto typographorum errore; quem tamen inde fideliter deſcripſerunt poſtremi editores Dan. Heinſius, Dauſquejus, & Cellarius.

v. 487. *Nullique aeſtatis honores*] Pulchre hoc dictum eſt, quod illuſtravit Eruditiſſimus Bentlej. ad Horat. lib. I. od. XVII. verſ. 14.

v. 494. *Rhodopeque adjuncta Mimanti*] Sic bene Colonienſis. in ceteris ſcriptis editiſque pleriſque *minanti.* perperam. conjunxit utrumque montem etiam Lucan. lib. VII. verſ. 449.

Scilicet ille petet Pholoën, petet ignibus Oeten,
Immeritaeque nemus Rhodopes, pinuſque Mimantis?

ubi peſſime hactenus circumfertur, etiam in membranis, quas magno numero inſpexi, *pinuſque minantes.* Ovid. II. Metam. verſ. 222.

Et tandem Rhodope nivibus caritura Mimaſque.

Minans pro *Mimas* apud Senec. Herc. Fur. verſ. 981. ex veteri Codice. v. Salmaſ. in Solin. pag. 861. (605. Ed. Traject.) Mox, pro *Oſſaque cum Pelio*, Colon. liber *Phlegeo:* quod quid ſibi velit, haud ſcio. an *Pholoe?* quem montem Statius I. Achill. cum Othry quoque conjunxit,

Jam triſtis Pholoë, jam nubibus ingemit Othrys.

Apud eundem Theb. III. *Pholoës habitator opacae.* Lucan. libro VI.

Aſpera te Pholoës frangentem Monyche ſaxa.

lib. VII. verſ. 827. *odorati Pholoën liquere leones.* vide ad Senec. Tragoed. *Oſſaque cum Pindo* conjicit Interpres. N. HEINSIUS. Optime *Mimanti* Nic. Heinſius, ut hoc loco corrigendum eſſe jam olim monuit Parrhaſ. ad Claud. III. de Rapt. Proſerp. verſ. 347. & in nonnullis apud Silium editionibus reperitur. Marſus *Taurum minantem* dici notarat, quia frons horrida eſt, ac minari videtur. Sed has ſimileſque expoſitiones tenebricoſo, quo vixit, aevo donamus. Saepiſſime indocti librarii vocem *Mimas* nunc in *minans*, nunc in *minax*, corruperunt. vide infra ad lib. IV. verſ. 278.

v. 501. *Impia ſeu ſacros in fines arma ferant*] *ſacros* remotos ab uſu hominum dixit, ut noſter lib. IV. verſ. 70.

——— *ſacros montes rupeſque profundas*
Tranſiliunt.

ſacras undas Pedo appellat apud Senecam patrem. Navigatione prima enim Deorum ſedes turbatas dicunt poëtae. Idem Pedo Albinovanus: *Divumque*

Natura prohibente, ferant, Divisque repugnent.
Contra quae ductor, non Alpibus ille, nec ullo
Turbatus terrore loci; sed languida maestus
Corda virûm fovet hortando, revocatque vigorem.
Non pudet, obsequio Superûm fessosque secundis,
Post belli decus atque acies, dare terga nivosis
Montibus, & segnes submittere rupibus arma?
Nunc, o, nunc, socii, dominantis moenia Romae
Credite vos, summumque Jovis conscendere culmen.
Hic labor Ausoniam, dabit hic in vincula Thybrim.
Nec mora: commotum promissis ditibus agmen
Erigit in collem, & vestigia linquere nota
Herculis edicit magni, crudisque locorum
Ferre pedem, ac proprio turmas evadere calle.
Rumpit inaccessos aditus, atque ardua primus
Exsuperat, summaque vocat de rupe cohortes.
Tum, qua durati concreto frigore collis
Lubrica frustratur canenti semita clivo,
Luctantem ferro glaciem premit. haurit hiatu
Nix resoluta viros, altoque e culmine praeceps
Humenti turmas operit delapsa ruina.
Interdum adverso glomeratas turbine Corus

In

que quietas Turbamus sedes. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XXIV. *sacros fines*, Diis habitatos. lib. IV. vers. 70. *sacros montes rupesque profundas Transiliunt.* Valer. Flacc. lib. I. *sacros iterum seponite fluctus.* N. HEINSIUS. Huc pertinet, quod Alpes paullo ante *Intemerata gradu saxa* vocet, id est, nullis vestigiis humanis profanata, ut &, quod Poeni hoc transitu Alpes *temerasse* dicantur infra lib. XV. vers. 532.

Intulit arma mihi, temeratisque Alpibus ardens
In nostros descendit agros.

lib. XVII. vers. 501.

——— redduntque animas, temerata ferebant
Quos secreta Deum & primos reserasse negatas
Gressibus humanis Alpes.

Temerare enim est res sacras & Diis dicatas violare. vide Illustrissimum Heinsium ad Ovidii I. Fast. vers. 630. & ad II. ex Pont. Epist. II. vers. 27. Porro, pro *seu*, scribendum *ceu*, ut jam Heinsius ad marginem Silii emendarat.

v. 504. *Languida monstris*] *maestus* scripti. N. HEINSIUS.

v. 509. *Nunc, o, nunc, socii* &c.] Ex Livio, qui pariter lib. XXI. cap. XXXV. *Consistere jussis militibus Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus Circumpadanos campos: moeniaque eos tum transcendere, non Italiae modo, sed etiam urbis Romae.*

v, 511. *Dabit hic*] *& dabis hic* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 512. *Nec mora: commotum*] Lege, *cum motum*. N. HEINSIUS.

v. 515. *Proprio turmas evadere calle*] Quem primum ipse aperuit. lib. VII. vers. 86.

Nec non & proprio venerantur Pallada dono.

Verius tamen opinor *prono calle*, quia jam in collem erecti, quod praecesserat. Infra hoc libro vers. 634.

Non acies hostisve tenet: sed prona minaci
Praerupto turbat, & cautibus obvia rupes.

lib. XIII. vers. 336.

Nulla in praeruptum tam prona & inhospita cautes,
In qua non librans corpus, similisque volanti,
Cornipedem tuleris praecisa per avia plantam.

N. HEINSIUS. Nihil mutandum. Erexerat quidem Hannibal agmen in collem, nondum tamen in summis Alpibus consistebat. quo ut perveniret, edicit militibus, ut, relictis vestigiis ac tramite, quibus Hercules Italiam adierat., propriam quisque sibi viam muniret. Poenos autem nondum verticem montis ascendisse, tota, quae sequitur, narratio satis evincit, qua Silius incommoda ab iis perpessa refert, & demum vers. 554. addit,

Bis senos Soles, totidem per vulnera saevas
Emensi noctes, optato vertice sidunt,
Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis.

v. 522. *Viventes turmas operit delapsa ruina*] Versus emendandus atque scribendus videtur,

Umenti turmas operit delapsa ruina.

Deinde versu sequenti *glomeratas*, non *glomeratus*. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. Optime

divinavi

In media ora nives fuscis agit horridus alis.
Aut rursum immani stridens avulsa procella
Nudatis rapit arma viris, volvensque per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.
Quoque magis subiere jugo, atque, evadere nisi,
Erexere gradum, crescit labor. ardua supra
Sese aperit fessis, & nascitur altera moles:
Unde nec edomitos exsudatosque labores
Respexisse libet: tanta formidine plana
Exterrent repetita oculis; atque una pruinae
Canentis, quacumque datur permittere visus,
Ingeritur facies. medio sic navita ponto,
Cum dulces liquit terras, & inania nullos
Inveniunt ventos securo carbasa malo,
Immensas prospectat aquas; ac, victa profundis
Aequoribus, fessus renovat sua lumina coelo.

Jamque

divinavi scribendum,

Humenti turmas operit delapsa ruina.

De nive enim loquitur. D. HEINSIUS. *Viventi ruina* est in membrana. vivosque videntesque sepelit. In vulgata scriptura res ipsa est. Rem explicant ista Petronii:

Sed postquam turmae nimbos fregere ligatos,
Et pavidus quadrupes undarum vincula rupit,
Incaluere nives; mox flumina montibus altis
Undabant modo nata, sed haec quoque justa putares.
Tum vero malefida prius vestigia lusit,
Decepitque pedes: passim turmaeque, virique,
Armaque congesta strue deplorata jacebant.

BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. XV. Optime parens meus *Humenti*. confirmant membranae Colon. obstrepente nequidquam Interprete, quem mendosus codex Modianarum lucubrationum decepit, ut *Omenti* Modium pro *Umenti* emendare crederet. sed cum reliqui codices *Viventis* agnoscant, persuadeor ut credam, Silium dedisse nobis *Uventi ruina*: quae vox cum in Silio, tum in aliis scriptoribus, frequenter est depravata. atque ita conjecisse jam Gronov. video Diatr. Statiana cap. XXIV. *Viventes turmas* nequidquam Barthius tuetur. *uvens nox* restituta lib. II. vers. 468. *uvens palatum* lib. VII. vers. 650. *uventia ora* lib. VIII. vers. 227. & lib. IX. vers. 30. *uventes nebulae* lib. VIII. vers. 451. *uventes gurgite campos* lib. XI. vers. 510. quibus tamen omnibus locis, quod mireris, Coloniensis liber *umentes*. libro XIII. vers. 546.

Uventes ubi casta fovet Proserpina lucos.

Uvida gramina lego in Culice vers. 46. Deinde paullo ante *è culmine praeceps* cum scriptis repone. Multum hisce illustrandis facit Petronianus locus, jam a Barthio productus. N. HEINSIUS. Omnino aberrasse operas in Modii Novantiq. Lectiones typis describendo, demonstrant ejus in Livium notae, ubi ab lib. XXI. pag. 504. ex MSto Coloniensi *Umenti* restituendum esse pariter monuit, quod hic etiam in notis ejus imprimi jussi. Dausquejus, nisi Modio ubique adversandi studio occaecatus fuisset, facile, quae ejus mens fuerit, deprehendisset. Pari librariorum errore in membranis Oxon. *viventem campum*, pro *humentem*, erat infra lib. XIV. vers. 369. & *viventibus oculis*, pro *humentibus*, edebatur olim apud Petron. cap. CXV. De voce *humere* autem & *uvere* vide infr. ad lib. IX. vers. 30.

v. 525. *Aut rursum immani*] Nil opis in libris. scribendum tamen *sursum rapit*, quod vocabulum & Prudentio ex membranis antiquis non semel reddidimus. N. HEINSIUS.

v. 526. *Audacis rapit arma viri*] Scribe, *Nudatis rapit arma viris*. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCVIII. Cum vulgatis legit codex Oxon. BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. XV. *Nudatis viris* bene ex Colon. Modius, pro vulgata stante nequidquam Barthio. N. HEINSIUS.

v. 528. *Atque, evadere nisi, Erexere gradus*] Ita & scripti. Opinor tamen corrigi debere, *atque, evadere nisi, Erepsere gradus*. quod verbum frequentissime corruptum in antiquis scriptoribus. N. HEINSIUS. Idem verbum infra etiam depravatum fuit lib. XV. vers. 617.

Erepit, suspensa ferens vestigia, castris.

ubi vulgo *Erupit* edebatur. *Erepsere* autem Nic. Heinsius ideo hoc loco conjecisse videtur, quod Poeni lento gradu & quasi rependo Alpes superarint.

v. 532. *Tanta formidine plena Exterrent repetita oculis*] Scribe, *plana Exterrent repetita oculis*: confirmant Colon. & Oxoniensis scripti, idque Interpreti jam in mentem venerat. N. HEINSIUS. Optime viri docti *plana* scribendum esse viderunt. infra lib. IV. vers. 751.

Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Invia limoso restagnant arva palude.

plana

Jamque, ſuper clades atque importuna locorum,
Illuvie rigidaeque comae ſqualore perenni
Horrida ſemiferi promunt e rupibus ora:
Atque effuſa cavis exeſi pumicis antris
Alpina invadit manus, aſſuetoque vigore
Per dumos, notaſque nives, atque invia pernix
Clauſum montivagis infeſtat curſibus hoſtem.
Mutatur jam forma locis. hic ſanguine multo
Inſectae rubuere nives: hic, neſcia vinci,
Paullatim glacies cedit tepefacta cruore:
Dumque premit ſonipes duro veſtigia cornu,
Ungula perfoſſis haeſit compreſſa pruinis.
Nec peſtis lapſus ſimplex: abſciſa relinquunt
Membra gelu, fractoſque aſper rigor amputat artus.
Bis ſenos ſoles, totidem per vulnera ſaevas

Emenſi

plana autem praeruptis & arduis, in quibus nunc Hannibal conſiſtebat, opponuntur. Vide N. Heinſium ad Ovidii II. Art. Amat. verſ. 243. Non raro autem voces *plena* & *plana* in libris priſcis inter ſe commutantur. vide eundem Heinſium ad Valer. Flacc. lib. VIII. verſ. 456. Broekhuſii libellum var. Lection. in Tibull. lib. I. Eleg. XI. verſ. 26. & Bentlej. ad Horat. lib. I. Epiſt. II. verſ. 4.

v. 534. *Permittere viſus*] *promittere* Colonienſis, pro extendere oculos. ſic *promittere barbam.* apud Colum. lib. V. cap. VI. *Ramos vel propius ferro compeſcunt, vel longius promittunt, ut vites laxius diffundantur.* Lucret. lib. IV.

——— ſiſſa ferarum
Ungula quo tulerit greſſum, promiſſa canum vis
Ducit.

ita tres ſcripti conſtanter. in aliis *praemiſſa* & *permiſſa.* Tum paullo poſt:

Hic odor ipſe igitur, naris quicumque laceſſit,
Eſt, alio ut poſſit promitti longius alter.

Sed ibi ſcripti noſtri & Giſaniani *permitti.* Colum. lib. VII. cap. VIII. *Hoc genus caſei poteſt etiam trans maria promitti.* ſic lego: libri *permitti.* Hirtius lib. VIII. Bell. Gallic. *Quorum alter ex pontibus, quo tutior foſſa duplici altitudine, hoc audacius longiuſque tela promitteret.* Sic veterrima editio Romana, quae penes me exſtat. N. HEINSIUS.

v. 540. *Jamque ſuper clades*] *ſuper cautes* videtur ſcribendum, vel *calles.* N. HEINSIUS.

v. 543. *Atque evulſa cavis*] Legendum ex optimarum membranarum fide *effuſa.* MODIUS Novant. Lect. Epiſt. CVI. *effuſa* ſcripti, & bene. perperam Interpres vulgatam ſcripturam adverſus Modium tuetur. N. HEINSIUS. *Effundere* proprium vocabulum in repentina hoſtium invaſione. Sic ſupra lib. II. verſ. 151.

Non exſpectatum Tyriis effuderat agmen.

Ubi vide quae notavi. *evulſa* autem huc nihil facit; *evelli* enim dicuntur, qui difficulter loco moventur. vide infra ad verſ. 591.

v. 549. *Cedit tepefacta cruore*] *cruori* praeſtiterit. N. HEINSIUS.

v. 551. *Ungula perfoſſis haeſit compreſſa pruinis*] *comprenſa* maluerim, quia *premit* proxime praeceſſerat, vel etiam *deprenſa.* Livius lib. XXI. in hac narratione cap. XXXVI. *Itaque in levi tamen glacie tabidaque nive volutabantur jumenta. Secabant interdum, etiam tum infimam ingredientia nivem, & prolapſa jactandis gravius in continendo ungulis penitus perfringebant, ut pleraque, velut pedica capta, haererent in durata & alte concreta glacie.* Unde apparet, cur ungulam jumentorum haeſiſſe *comprenſam* in pruinis dicat Silius. noſter lib. IV. *labe tenaci Haerent devincti greſſus.* N. HEINSIUS. Placet alterutra viri Illuſtriſſimi conjectura *comprenſa*, vel *deprenſa.* Sollemni enim librariorum errore hae voces in manuſcriptis turbantur. vide infra ad libr. V. verſ. 281. *compreſſa* hic ſtare nequit, quod verſu anteriori *preſſit* dixit. *premere* autem & *deprendere*, quemadmodum recepta illa emendatione hoc loco, infra etiam junguntur lib. X. verſ. 79.

——— tacitoque premens veſtigia roſtro
Luſtrat inacceſſos venantum indagine ſaltus.
Nec ſiſtit, niſi, conceptum ſectatus odorem,
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.

v. 552. *Nec peſtis lapſus ſimplex*] Lege *lapſu.* N. HEINSIUS. Senſus Silii eſt, ex eo, quod jumentorum ungulae confoſſis pruinis deprenſae haeſerint, non illud ſolum malum ortum eſſe, ut caderent, verum inſuper ſaepe eveniſſe, ut rigida glacie pedes & crura abſcinderentur. Quae enim Dauſquej. hic ad Silium attulit, nihil ad mentem ejus faciunt, ut jam monuit Gonſal. ad Petron. Satyr. cap. CXXIII. Recte autem libri priſci *abſciſa relinquunt*, non *abſciſſa*, ut eſt in Parmenſi editione. vide infra ad libr. XV. verſ. 473.

v. 554. *Bis ſenos ſoles, totidem per vulnera ſaevas*

Emenſi

Emensi noctes, optato vertice sidunt,
Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis.
At Venus, ancipiti mentem labefacta timore,
Affatur genitorem, & rumpit maesta querelas:
Quis poenae modus, aut pereundi terminus, oro,
Aeneadis erit? & quando terrasque fretumque
Emensis sedisse dabis? cur pellere nostros
A te concessa Poenus parat urbe nepotes?
Alpibus imposuit Libyen, finemque minatur
Imperio. casus metuit jam Roma Sagunti.
Quo Trojae extremos cineres, sacramque ruinam,
Assaracique larem, & Vestae secreta feramus,
Da sedem, genitor, tutisque jacere. parumne est,
Exsilia errantes totum quaesisse per orbem?
Anne iterum capta repetentur Pergama Roma?
His Venus; & contra genitor sic deinde profatur.
Pelle metus: neu te Tyriae conamina gentis
Turbarint, Cytherêa: tenet, longumque tenebit,
Tarpejas arces sanguis tuus. hac ego Martis
Mole viros spectare paro, atque expendere bello.

Gens

Emensi noctes] Forte *per scrupea*, vel *per lubrica*. supra vers. 519.

Lubrica frustratur canenti semita clivo.

N. HEINSIUS. Silius expressit Maronem in III. Aen. vers. 203.

Tris adeo incertos caeca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.

per vulnera autem non puto mutandum. *per vulnera* enim dixisse videtur propter amputatos artus, & alia foeda, quae Hannibal in superandis Alpibus perpessus est. Silius autem duodecimo die Hannibalem ad verticem Alpium pervenisse dicit: at alii nono. vide Liv. lib. XXI. cap. XXXV. & Polyb. lib. III. cap. LIII.

v. 556. *Castraque praeruptis suspendunt ardua saxis*] *ostendunt* Mediol. editio. sed male. Illud enim innuit, quod Massyla vates supra praeviderat lib. I. vers. 128.

Cujus in aërio pendens tua vertice castra.

Eleganter autem *suspendi* dicuntur, quae in vertice montis consistunt. infra lib. XIII. vers. 531.

——— *surgit, suspensa tumenti*
Dorso, frugiferis Cerealis Anagnia glebis.

Virgilius VIII. Aen. vers. 190.

Jam primum saxis suspensam hanc aspice rupem.

v. 560. *Et quando*] *ecquando* legendum. N. HEINSIUS. Saepe ita peccarunt librarii. vide Pierium ad Virgilii III. Aen. vers. 341. Stewich. ad Arnobii VI. contr. Gent. in princip. & Nic. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 395. Plura etiam habet Gifan. in Indice Lucret. voce *Et quantis.*

v. 570. *His Venus. & contra*] *at contra* maluerim, exemplo Maronis,

Sic Venus. at contra Veneris sic filius orsus.

N. HEINSIUS. Locus Maronis est in I. Aen. vers. 325. ubi Pierius in omnibus, quos inspexit, codicibus priscis *& contra* se invenisse testatur.

v. 571. *Pelle metus*] *Pone metus* conjecit vir doctus ad oram editionis Dausqueji, quam habeo: sic infra lib. VIII. vers. 235.

Pone graves curas tormentaque lenta sedendi.

libr. XV. vers. 493. *posito terrore.* Saepissime ita Ovid. loquitur, ut Epist. XVI. Heroïd. vers. 68. in I. Art. Am. vers. 556. in III. Metam. 634. XI. Met. vers. 390. XV. Met. vers. 658. in VI. Fast. vers. 151. & alibi. Nihil tamen necesse, receptam lectionem mutare. Silius infra lib. IV. vers. 407. *pulsa formidine santum Aspicite.* Virgil. V. Aen. vers. 812.

Nunc quoque mens eadem perstat mihi: pelle timorem.

Claudian. in Praef. lib. II. in Rufin. vers. 5.

——— *securis pulsa formidine Delphis.*

v. 572. *Tenet, longumque tenebis*] Pariter Stat. lib. I. silv. IV. vers. 15.

Quippe manet, longumque aevo redeunte manebit.

in II. Theb. vers. 428.

Quae sors justa mihi, quae non indebitus annis
Sceptra dicavit honos, teneo, longumque tenebo.

&, qui eo respexit, Iscanus II. Bell. Troj. vers. 187.

Dircaeum memorat, teneo, longumque tenebo.

ubi alia habet Dresemius.

v. 573. *Hac ego Martis Mole viros spectare paro*] Flor. lib. I. cap. XIII. *Ea certe fuit vis calamitatis, ut in experimentum illatam putem divinitus, scire volentibus*

Gens ferri patiens, ac laeta domare labores,
Paullatim antiquo patrum desuescit honori:
Atque ille, haud umquam parcus pro laude cruoris,
Et semper famae sitiens, obscura sedendo
Tempora agit, mutum volvens inglorius aevum,
Sanguine de nostro populus: blandoque veneno
Desidiae virtus paullatim evicta senescit.
Magnae molis opus, multoque labore parandum,
Tot populos inter, soli sibi poscere regna.
Jamque tibi veniet tempus, quo maxima rerum
Nobilior sit Roma malis. hinc nomina nostro
Non indigna polo referet labor: hinc tibi Paullus,
Hinc Fabius, gratusque mihi Marcellus opimis.
Hi tantum parient Latio per vulnera regnum,
Quod luxu & multum mutata mente nepotes
Non tamen evertisse queant. jamque ipse creatus,
Qui Poenum revocet patriae, Latioque repulsum
Ante suae muros Karthaginis exuat armis.
Hinc, Cytherêa, tuis longo regnabitur aevo.
Exin se Curibus virtus coelestis ad astra
Efferet; & sacris augebit nomen Iülis

Bellatrix

lentibus immortalibus Diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur. ubi vide, quae notavit Celeberr. Graevius.

v. 580. *Blandoque veneno Desidiae virtus paullatim evicta senescit*] Sulpic. in Satyr. vers. 49.

Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis,
An magis adversis, staret Romana propago.
Scilicet adversis &c.

& paullo post:

Romulidarum igitur longa & gravis exitium tax.

veneno desidiae, ut *venenum potandi* lib. XI. vers. 309.

Mens uni inviolata mere, nullisque venenis
Potandi exarmata.

ubi plura vide. *blande veneno*, ut infra lib. VII. vers. 453.

Si mea tela dedi blando medicata veneno.

v. 581. *Evicta senescit*] Forte *effeta*. N. HEINSIUS. Nihil muto. *evicta* est penitus debellata. *evincere* enim majus est, quam *vincere*. vide Broekh. ad Prop. lib. IV. El. VII. vers. 2.

v. 584. *Jamque tibi veniet tempus*] Ut infra lib. XIII. vers. 854. *veniet tibi origine parva In magnum imperium.* in his similibusque locutionibus eleganter pronomen παρέλκει. vide supra ad lib. I. vers. 46.

v. 585. *Nobilior sit Roma malis*] Nam tradit Livius lib. XXVI. cap. XLI. *Ea fato quodam data nobis sors est, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus.* Sidon. Apoll. carm. V. vers. 65.

——— *tua nempe putantur*
Surgere fata malis, & celsior esse ruina.

vide Savar. ad Sidon. carm. VII. vers. 6.

v. 585. *Hinc nomina nostro*] *huic* editio Romana. N. HEINSIUS.

v. 587. *Gratusque mihi Marcellus opimis*] *gratisque* opinor. gratis mihi opimis. Refer ad Jovem Feretrium. N. HEINSIUS.

v. 591. *Latioque repulsum*] Nihil mutant libri. puto tamen legendum *Latioque revulsum.* Invitum enim Scipio abstraxit, & *avulsit* Hannibalem ab Italia, bellum in Africa transferendo, non vero repulit: nam in Italia cum eo numquam congressus est. Apte hoc verbo exprimit Silius, quanta Scipionis fortitudine, quamque invitus Hannibal ex Italia dejectus fuerit. Invitum enim Karthaginem rediisse infra dicam ad lib. XVII. vers. 218. Pariter noster locutus est lib. VII. vers. 488.

——— *tum litus Elissae*
Implebit flammis, avelletque Itala Poenum
Viscera torrentem, & propriis superabit in oris.

& lib. XVI. vers. 635.

——— *tu Consul abire*
A victore paras hoste, atque avellere nobis
Scilicet hoc astu Poenum.

extorquere eodem sensu, quamquam audacius, dixit Flor. lib. II. cap. VI. in fine. *Sic factum est, ut inhaerentem atque incubantem Italiae extorqueret Hannibalem.* Contra umbrae, quae Hannibali, dum adhuc in Italia erat, in somnis apparebant, inde eum *depellere* videntur infra lib. XVII. vers. 165.

——— *adversos mucronibus in se*
Destrictis ruere, atque Itala depellere terra.

v. 595. *Efferet, & sacris augebit nomen Iulis*] Hunc

versum

Bellatrix gens baccifero nutrita Sabino.
Hinc pater ignotam donabit vincere Thulen,
Inque Caledonios primus trahet agmina lucos:
Compescet ripis Rhenum, reget impiger Afros,
Palmiferamque senex bello domitabit Idumen.
Nec Stygis ille lacus, viduataque lumine regna;
Sed Superûm sedes, nostrosque tenebit honores.
Tum juvenis, magno praecellens robore mentis,
Excipiet patriam molem, celsusque feretur,
Aequatum imperio tollens caput. hic fera gentis
Bella Palaestinae primo delebit in aevo.
At tu transcendes, Germanice, facta tuorum,

Jam

versum addidi. MODIUS Novant. Lect. Epist. cvi. *Exseret* Romana editio & codex Coloniensis. non placet. pro *sacris Iuli* scripti & editio Romana *Iulus*. Scribe, *sacris augebit nomen Iulis*, quae pluribus ad Valer. Flaccum initio operis illustramus, ubi occurrit,

Oceanus Phrygios prius indignatus Iulos.

Iulis postea offendi in editione Parmensi, quae hunc etiam versum postponit proxime subsequenti, *Bellatrix gens baccifero*. N. HEINSIUS. Male hic versus in nonnullis editionibus praetermissus est, inter reliquas autem in editione Marsi anni 1492. cum tamen Marsus in commentariis eum interpretatus sit: ut clare pateat, non data opera hoc accidisse, sed operarum errore, quem tamen alii editores fideliter descripserunt. Pro *Iuli* etiam Mediolanensis editio *Iulus*, unde recte Nic. Heinsius *sacris Iulis* conjecit, quomodo & Modius antea edi jusserat. Denique in eadem Mediol. hic versus sequenti postponitur.

v. 596. *Bacifero nutrita Sabino*] Quaedam editiones *baccifero Sabino*, quod tantundem est. vide infr. lib. VIII. vers. 134. Vossius ad marginem editionis Juntinae *pacifero Sabino* conjecerat scribendum: sed perperam. Ita tamen & Dan. Heinsius edidit, at typographorum, ut puto, errore potius, quam quod ita emendari vellet.

v. 597. *Huic pater*] *Hinc* cum scriptis. N. HEINSIUS. *Hinc* etiam plures editiones.

v. 602. *Sed Superum sedes*] *sedem* scripti. Forte *superam sedem*. N. HEINSIUS.

v. 604. *Celsusque feretur*] Forte *celsoque*. N. HEINSIUS.

v. 607. *At tu transcendens, Germanice, facta tuorum*] Cum membranis Oxoniensibus scribendum *transcendes*. N. HEINSIUS. Statius, de Capaneo agens, id exprimit *manu praegressus avorum facta* in III. Theb. vers. 601. Doctissimus Dausquejus notat ad hunc locum, inspectis numinis cognovisse se, Domitianum *Germanicum* cognominatum esse anno ab U. C. DCCCXXXV. J. C. LXXXIII. quo nempe anno Domitianus IX. & Rufus Consules fuerunt: idque praeterea probat ex Sueton. in ejus vita cap. XIII. *Post autem duos triumphos, Germanici cognomine assumto, Septembrem mensem & Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominavit.* Cum eo facit etiam Barth. ad Statii lib. I. silv. I. vers. 5. Verum si ea Suetonii mens est, Domitianum non nisi post secundum triumphum Germanici nomen assumsisse, & ita demum mensium appellationem immutasse, locus ille nimium probabit. Secundum enim Domitiani de Germanis triumphum quidam in annum Chr. LXXXIX, quidam in XC. referunt, sex vel septem annis postquam cognomen illud à Domitiano adoptatum esse ipsi viri docti statuerunt. Malim itaque doctissimo Dodwello assentiri, qui in Annal. Stat. §. VIII. statuit, Domitianum anno Chr. LXXXI. illud cognomen suscepisse, ob victoriam nempe imaginariam, undecim annis ante ab eo contra Germanos reportatam, de qua expeditione agit Suet. in ejus vit. cap. II. Ut ita sensus Sueton. in ejus vit. cap. XIII. sit, tum demum Domitianum Septembri & Octobri mensi nomina Germanici & Domitiani imposuisse, cum jam ipse Germanici cognomen sibi asciviffet, & bis de Germanis triumphum egisset. Anno autem LXXXI. cognomen illud ab eo assumtum esse suadent nummi antiqui, in quibus inscribitur, IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERM. P. M. TR. P. COS. VII. & IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. CENS. TR. P. P. P. Tribunicia enim potestas, non addito numero, primum plerumque imperii annum notat, quod suscepit mense Septembri, anno Chr. LXXXI. Consulatus autem septimus ante finem ejus anni *Germanicum* cognominatum fuisse indicat: anno enim sequente ineunte octavum Consul processit, ut ex fastis constat: Nummos Domitiani, quos memoravi, sunt in Thesaur. numism. Occon. ab Illustrissimo Mediobarba aucto, ad annum Chr. LXXXI. & LXXXII.

v. 608. *Jam puer auricomo performidate Batavo*] *praeformidate* revoca ex scriptis, ut nil opus jam sit Lipsiana conjectura, quam Interpres profert. N. HEINSIUS. Lipsius ad Tacit. de Morib. Germ. cap. IV. hunc Silii locum ita laudarat,

At puer auricomo jam formidate Batavo.

Sed

Jam puer auricomo praeformidate Batavo.
Nec te terruerint Tarpeji culminis ignes;
Sacrilegas inter flammas servabere terris.
Nam te longa manent nostri consortia mundi.
Huic laxos arcus olim Gangetica pubes
Submittet, vacuasque ostendent Bactra pharetras.
Hic & ab Arctoo currus aget axe per Urbem,
Ducet & Eoos, Baccho cedente, triumphos.
Idem, indignantem transmittere Dardana signa,
Sarmaticis victor compescet sedibus Histrum.
Quin & Romuleos superabit voce nepotes,

Quîs

Sed memoria, ut videtur, deceptus. Recte enim Illustrissimus Heinsius ex MStis *praeformidate* vindicavit: qua forma *praesignis*, pro *persignis*, ex libris priscis restitutum infra lib. VI. vers. 43. ubi plura notabo. Beroald. etiam hunc locum citans in notis ad Sueton. Domit. cap. II. habet *praeformidate*. Pro *Batavo* libri scripti & priscae editiones *Britanno*, quasi velit Silius, Britannos, apud quos Vespasianus res magnas gesserat, teste Sueton. in ejus vita cap. IV. cum audirent imperium ipsi delatum esse, non solum de Vespasiano sibi metuisse, sed & de Domitiano adhuc puero, ne is etiam parentis aemulus in Britanniam transire vellet. *To auricomo* autem tam Britannis quam Germanis conveniebat. Tacit. in vit. Agric. cap. XI. *Rutilae Caledoniam inhabitantium comae, magni artus, Germanicam originem asseverant.* Sed praefero id, quod vulgo nunc editur, *Batavo.* Omnino enim Silius respicit ad expeditionem, quam Domitianus initio imperii paterni, dissuadentibus amicis, in Germanos suscepit, anno Chr. LXX. cujus Sueton. Tacit. & alii meminerunt, & ob quam ipse postea Germanici cognomen sumsit. *Puer* vero Silio vocatur Domitianus, qui tum annorum circiter novendecim adolescens erat, ut Martial. etiam lib. II. Epigr. 2.

Nobilius domito praebuit Germania Rheno,
Et puer hoc dignus nomine Caesar eras.

v. 611. *Nam te longa manent nostri consortia mundi*] *Mundus*, cum totius universi compagem notet, frequenter tamen pro coelo ponitur. Vide infra lib. XII. vers. 336. Hic vero pro terra accipitur: unde Silius *nostri mundi* dixit. Sic *mundum* vocat homines in terra viventes infr. lib. XVII. vers. 479.

Ut cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant, summique labat domus alta parentis.

& *mundum* Diis opponit Claudian. lib. I. in Rufin. vers. 87.

Signa quidem, o sociae, Divos attollere contra
Nec fas est, nec posse reor: sed laedere mundum
Si libet, & populis commune intendere letum.

v. 613. *Vacuasque ostendent Bactra pharetras*] *obtendent* puto. apud Nasonem II. Trist. vers. 227. *nunc porrigit arcus Parthus eques. obtendere pulvere lucem* lib. X. vers. 228. si locus est sanus. *obtendere manum* lib. XIII. Statius Achill. I.

Cernit, & obtenta pacem praefatur oliva.

sic lego. libr. II. Thebaid. alia significatione,

——— *vacuis obtendere limina sertis.*

N. HEINSIUS. Recte N. Heinsius *obtendent. praetendere* dixit Virgilius VIII. Aen. vers. 128.

Et vitta comtos voluit praetendere ramos.

v. 617. *Sarmaticis victor compescet sedibus Histrum*] *caetibus* Putean. scribendum utique *Sarmaticis caedibus.* Oxoniensis *sectibus.* Silius lib. XI. vers. 137. *ut caede referta Clauserit Eridani victor vada.* & vers. 522. ex scriptis,

Hic fluvium & campos abscondit caede virorum
Ductor.

N. HEINSIUS. Pro Heinsiana emendatione non nihil facit locus Pacat. in Paneg. cap. V. *Jam se mihi Sarmatica caede sanguineus Hister objiciet.* Ob similem sonum literarum librarii voces *sedes* & *caedes* interdum inter se commutarunt. vide Faern. ad Cicer. orat. XIII. Philipp. cap. XIX. & Gronov. ad auctor. Octav. vers. 920. Eruditissimus Gronov. in Diatr. Stat. cap II. vulgatam scripturam tuetur. ejus verba hic ascribam. „ Aspernanda est correctio viri docti. [nempe Dausqueji.] Refingit „ ille *caedibus*, vel *legibus*: eas enim victis victores „ optant imponere: & de Domitiano Statius, *bis* „ *adactum legibus Istrum.* Illud ait esse propius vo„ cis vestigia; hoc historiae convenientius. Mi„ nime vero. Non Sarmatis, neque ut Sarmati„ cas leges subiret, sed sibi & imperio vicit Domi„ tianus. Itaque *Romanis* dicendum fuisset. Sed „ neutra (pergit) emendatio sequenda: quia ut „ Virgil. *maris sedes*, ita Silius *Istri sedes* dixit. In „ quo magis etiam conniver, quam in prioribus. „ Nam *sedes* Virgilio pro fundo maris, *totumque a* „ *sedibus imis Una Eurus Notusque ruunt.* Ergo ad „ fundum Istri demergi debuit cum legionibus Do„ mitianus, ut eum in sedibus suis coerceret. „ Deinde Silius non dicit *sedes Istri*, sed *sedes Sar*„ *maticas*: & fore ut perdomet Domitianus *Istrum* „ *sedibus Sarmaticis*, hoc est, Sarmatas in sua ripa, „ transgressus Istrum indignantem, non illos trans-

„ gressos

Quis erit eloquio partum decus. huic sua Musae
Sacra ferent; meliorque lyra, cui substitit Hebrus,
Et venit Rhodope, Phoebo miranda loquetur.
Ille etiam, qua prisca (vides) stat regia nobis,
Aurea Tarpeja ponet Capitolia rupe,
Et junget nostro templorum culmina coelo.
Tunc, o nate Deûm, Divosque dature, beatas
Imperio terras patrio rege. tarda senectam
Hospitia excipient coeli, solioque Quirinus
Concedet, mediumque parens fraterque locabunt:
Siderei juxta radiabunt tempora nati.
Dum pandit seriem venturi Jupiter aevi,
Ductor Agenoreus, tumulis delatus iniquis,
Lapsantem dubio devexa per invia nisu

Firmabat

„ gressos in ripa Romana. Curtius: *Haec tot gentium* „ *et totius Orientis excita sedibus suis moles.* Mamert. „ in Panegyr. *Audieras hoc, Imperator, an ipse* „ *per te divina mente prospexeras, ita demum hostes* „ *funditus posse subverti, si in propriis sedibus vince-* „ *rentur?* Haec mens Silii est, quam ne per so- „ mnium cogitavit Interpres. Haec Gronovius, & recte. Sic Ovid. *sedes Stygias* dixit in XIV. Metam. vers. 155.

Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem.

Silius lib. XIV. vers. 163.

Cunctantemque animam Stygia ceu sede reducent.

lib. XVII. vers. 251.

Primus se attollens Nasamonum sedibus Auster.

& ita passim.

v. 619. *Quis erit eloquio partum decus*] *Qui ferit eloquio patium decus* Putean. Coloniensis *Qui ferit.* scribe *Bisque erit eloquio partum decus.* N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Innuit enim Silius, Domitianum eos etiam Romanorum, qui jam summam eloquentiae famam consecuti erant, superaturum.

v. 622. *Illa etiam qua prisca fides stat regia nobis*] Mittamus Marsi somnia, & legamus,

——— *qua prisca, vides, stat regia nobis.*

MODIUS Novant. Lect. Epist. CVI. *qua prisca (vides) stat regia nobis*, bene Colon. & Oxoniensis. Notum illud Maronianum,

Ille, vides, pura juvenis qui nititur hasta.

Noster libro IV. vers. 427.

Praeterea (cernis) tenerae qui proelia dextrae
Jam credis puer.

& ibid. vers. 667. *Caede (vides) stagna alta rubent.* Atque ita Gronov. lib. IV. Observ. cap. XVII. quem vide. Hanc lectionem cum monitus à Modio exprimendam curasset meus parens, fungo Interpreti immeritus vapulavit. Praeterea *Ille etiam* scribendum. N. HEINSIUS. *Fidem* in Capitolio cultam fuisse negari nequit, cum id abunde evincant exempla a Dausquejo ad hunc locum laudata. vide etiam Just. Rycq. de Capitol. cap. XLII. Nihilominus tamen recte viri docti, pro *Fides*, hoc loco *vides* ex membranis legendum asseruerunt. Idem pene literarum *F* & *V* sonus effecit, ut librarius, dictantem non recte assecutus, voces has confuderit. Eodem modo *Respice*, *Aspice*, *Cerne* & similia orationi saepe interponuntur, ut infra lib. IX. vers. 528. lib. XII. vers. 708. lib. XIII. vers. 733. & 825. aliisque locis pluribus. Pro *Illa etiam*, optime & Mediolan. editio *Ille etiam* exhibet, quomodo Illustrissimus Scaliger olim ad marginem codicis sui emendandum scripserat.

v. 624. *Et junget nostro templorum culmina coelo*] Romana aedificia innuit, quae ipsum coelum tangere dicunt jactatores. Claudian.

——— *mediisque volantia signa*
Nubibus, et densum stipantibus aethera templis.

Paria sunt apud Manil. Rutilium & alios. BARTHIUS lib. X. Adversf. cap. XXIV.

v. 625. *Tunc, o nate Deûm*] Putabam *Tuque, o nate Deum*, vel *Dei.* N. HEINSIUS.

v. 625. *O nate Deûm, Divosque dature*] Silius Maronem imitatur, qui similiter in IX. Aen. vers. 642. *Dis genite, et geniture Deos.* Paribus Domitianum alloquitur Statius lib. I. silv. I. vers. 76. loco a Dausquejo annotato,

Salve magnorum proles genitorque Deorum.

Pudentius autem Claudian. in Nupt. Hon. & Mar. vers. 252.

Salve sidereae proles augusta Serenae,
Magnorum soboles regum, genituraque reges.

v. 626. *Tarda senectam Hospitia excipient coeli*] Sollemne adulantium poetarum votum. Horat. lib. I. od. II. vers. 45.

Serus in coelum redeas, diuque
Laetus intersis populo Quirini.

Ovidius XV. Metam. vers. 868.

Tarda sit illa dies, et nostro serior aevo
Qua caput Augustum, quem temperat, orbe relicto

Accedat

Firmabat gressum, atque humentia saxa premebat.
Non acies hostisve tenet, sed prona minaci
Praerupto turbant, & cautibus obvia rupes.
Stant clausi; maerentque moras, & dura viarum.
Nec refovere datur torpentia membra quiete:
Noctem operi jungunt, & robora ferre coactis
Approperant humeris, ac raptas collibus ornos.
Jamque ubi nudarunt silva densissima montis,
Aggessere trabes; rapidisque accensus in orbem
Excoquitur flammis scopulus. mox proruta ferro
Dat gemitum putris resoluto pondere moles,
Atque aperit fessis antiqui regna Latini.
His tandem ignotas transgressus casibus Alpes,
Taurinis ductor statuit tentoria campis.

Interea,

Accedat coelo.
Neque poetae solum, sed & eadem vovet Vellej. Paterc. summus adulandi artifex, in fine lib. II. Histor. quem vide.

v. 629. *Siderei juxta radiabunt tempora nati*] Refer huc nummum Domitiani, ubi filius stellatus conspicitur, atque orbi insidet.



N. HEINSIUS. Nummum hunc illustravit Tristan. tom. I. Comment. Hist. pag. 348. Graviter autem hic erravit Dausquejus, qui se etiam filiam Domitiani, Longinam dictam, ex nummo Graeco produxisse putat, cujus haec erat inscriptio, ΔΟΜΙΤΙΑ ΛΟΝΓΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Domitia enim Longina Domitiani uxor fuit, non filia, ut ex addito Σεβάστης titulo scire poterat. De illa Sueton. in ejus vit. cap. I. *Domitiam Longinam, Aelio Lamiae nuptam, etiam in matrimonium abduxit.* Quin etiam praeter filium Domitianus haud alios liberos suscepisse videtur; eorum enim Statius nullam mentionem facit: sed tantum patrem, filium, fratrem ac sororem memorat, libr. I. silv. I. vers. 99.

——— tua turba relicto
Labetur coelo, miscebitque oscula juxta:
Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque,
Et soror.

Est autem τὸ *nati* hic casus secundus numeri singularis, non vero primus pluralis, ut Dausquejo visum est.

v. 630. *Dum pandit seriem futuri Jupiter aevi*] *series aevi* est perpetua nullo intervallo interrupta annorum catena. Prosper Aquitanus in Epigrammatis:

Inque Deo rerum non variat series.

Hoc est, nulla successio est, sed perpetuus omnium cursus, unus ordo. BARTHIUS lib. XXXIV. Advers. cap. XV.

v. 633. *Saxa premebat*] Laudat ita hunc locum Illustrissimus Heinsius ad Claud. bell. Getic. vers. 341. ubi postea ad marginem ascripsit, malle se *terebat* legere, ut me monuit Celeberrimus Burmannus: quod tamen postea displicuisse ex eo colligo, quod in secundis curis non expresserit. Et merito.

v. 635. *Praerupto turbat*] *turbant* rectius Colon. & Oxonius, quod immerito damnavit Interpres. Forte & *cautibus obsita rupes*. N. HEINSIUS. Celeberrimus Burmannus malebat *cautibus invia rupes*.

v. 640. *Nudarunt silva densissima montis*] Valer. Flacc. lib. III. vers. 332.

Interea innumeras, nudatis montibus, urguent
Certatim decorantque pyras.

v. 643. *Dat gemitum patiens resoluto pondere moles*] Reponendum,

Dat gemitum putris resoluto pondere moles:

Per aceto enim & igne putrefacta saxa viam sibi Hannibal aperuit. MODIUS Novant. Lect. Epist. CVI. *putris moles* ex Coloniensi codice Modius. Vulgatum tuetur Interpres. inepte, ut solet. libr. IV. vers. 751.

Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Uvida limosa restagnans arva palude.

N. HEINSIUS. Virgilius I. Georg. vers. 43.

Vere novo, gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resolvit.

ubi vide viros doctos.

v. 646. *Taurinis ductor statuit tentoria campis*] Pariter

Interea, voces Jovis atque oracula portans,
Emensis aderat Garamantum laetus harenis
Bostar; & ut viso stimulabat corda Tonante:
Maxime Belide, patriis qui moenibus arces
Servitium dextra, Libycas penetravimus aras.
Nos tulit ad Superos perfundens sidera Syrtis.
Nos pene aequoribus tellus violentior hausit.
Ad finem coeli medio tenduntur ab orbe
Squalentes campi. tumulum natura negavit
Immensis spatiis; nisi quem cava nubila torquens
Construxit turbo, impacta glomeratus harena:
Vel si perfracto populatus carcere terras

Africus

riter Livius & Polybius, quidquid nonnulli de Penninis aut aliis Alpium partibus tradant. Hannibalis hunc per Alpes Taurinas transitum describit Just. Lipsius in Epistolis ad Belgas Cent. I. Epist. XCII.

v. 650. *Maxime Belidae, patriis qui à moenibus arces Servitium*] *Belide* recte scripti: possis & *Belida*. Deinde iidem codices *patriis qui moenibus arces*, non *à moenibus*. N. HEINSIUS. *Belida* erit, ut *Anchisiada*, *Aeacida*, similiaque, de quibus infra vide ad lib. XIII. vers. 71. & 796. *Belide* tamen & priscae habent editiones, ut & *patriis qui moenibus arces*, suppressa praepositione. Utraque locutio Silio usitata *arcere moenibus* & *arcere à moenibus*, illud tamen hic praefero propter librorum auctoritatem; praeterquam quod elisio haec ingrata etiam auribus accidat.

v. 651. *Libycas penetravimus oras*] *aras* optime Coloniensis & Oxonius. De templo Hammonis intellige. N. HEINSIUS. Pariter alibi errarunt librarii. vide infra ad lib. XIII. vers. 81.

v. 654. *Medio tenduntur ab ore campi*] *ab orbe* castigandum. confirmant scripti & Romana editio. N. HEINSIUS. *ab orbe* etiam Mediolan. editio & Marsus in Commentariis: at in contextu errore typographorum *ab ore* editum est, quam lectionem alii omnes editores secuti sunt. Voces *orbe* & *ore* saepe permutarunt librarii. vide Barthium infra ad lib. V. vers. 284. N. Heinsium ad lib. IX. vers. 442. ad Ovidii XV. Metam. vers. 275. ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 57. & disertissimum Broekhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. II. vers. 50. Pro *tenduntur*, autem vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjiciebat *panduntur*, quod proprium de locis planis vocabulum est: quamvis & *tenduntur* pro extenduntur accipi possit. *tendere* autem ac *pandere* & alibi confunduntur. vide Nic. Heinsium ad Ovidii IV. Metam. vers. 512. Apud eundem Ovidium III. Art. Am. vers. 500. pro

Plenaque curvato pandere vela sinu,

alii libri habent *tendere*.

v. 655. *Squalentes campi*] Graecum, non Latinum est: *squalens* enim pro sicco posuit, more illorum, quibus τὸ αὐχμηρὸν & τὸ ῥυπαρὸν, & τὸ ἄνομβρον, designat. *squalens campus* igitur hoc loco Silio τὸ ἄνομβρον πεδίον est, &, ut propius ad rem veniam, ἀμμῶδες: de eo enim tractu loquitur, a quo Ammon nomen suum ex opinione Graecorum mutuavit, non ex Aegyptiorum, quibus Ἀμοῦν (ut me alibi in Plutarcho legere memini) προσκλητικὴ φωνὴ est: unde Ἀμοῦς Deus ille; quomodo & à Philosopho, teste Hesychio, dicitur: Ἀμοῦς, inquit, ὁ Ζεὺς Ἀριστοτέλει. de Jove Ammone namque loquitur, à quo Ἀμμωνίας apud Athenienses una ex sacris triremibus, quibus Deo illi victimas suas sacraque omnia advehebant. Erant enim quinque triremes sacrae Atheniensibus, primo duae tantummodo: Salaminia nimirum, quae & Delia dicebatur. Hesychius: Σαλαμίνιος μία τῶν ἱερῶν νεῶν. sed Σαλαμινία legendum: & deinde Paralos; quibus duabus postea tres aliae accedebant, Antigonis, Ptolomaeis, & Ammonias, ut nos docent magistri Graeci. *Squalentes* autem *campos* Silius ut hoc loco, sic infra dixit τὴν τῶν Λιβύων ἐρημίαν lib. IV. vers. 374.

—— ceu bella leones
Inter se furibunda movent, & murmure anhelo
Squalentes campos & longa mapalia complent.

D. HEINSIUS. Plura de voce *squalere* hoc sensu vide infra ad lib. XII. vers. 373.

v. 657. *Construxit turbo*] *Constrinxit* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 659. *Pontum spargens super aethera*] *super aera* scripti. deinde *pontum surgens* in Oxoniensi, quod sit pro surrigens, quomodo *porgens* pro porrigens, & similia passim apud poëtas. N. HEINSIUS. Ita saepe turbant librarii in vocibus *aether* & *aër*. vide infra ad lib. XIII. vers. 527. *surgens* autem interdum idem, quod surrigens, ut apud Avien. in Descr. Orb. vers. 484.

—— vertice ad aethram
Concrescunt Alpes, surgit caput Appenninus.

vide Gronov. Diatr. Stat. cap. XXXVIII. sed *spargens* non est sollicitandum.

v. 661. *Pulvere montis*] Immo *montes*. & sic Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 662.

Africus, aut pontum ſpargens ſuper aëra Corus,
Invaſere truces capientem proelia campum,
Inque vicem ingeſto cumularunt pulvere montes.
Has obſervatis valles enavimus aſtris:
Namque dies confundit iter; peditemque profundo
Errantem campo, & ſemper media arva videntem,
Sidoniis Cynoſura regit fidiſſima nautis.
Verum ubi defeſſi lucos, nemoroſaque regna
Cornigeri Jovis, & fulgentia templa ſubimus,
Exceptos hoſpes tectis inducit Ariſbas.
Stat fano vicina (novum & memorabile!) lympha,
Quae naſcente die, quae deficiente tepeſcit,

Quaeque

v. 662. *Has obſervatis valles enavimus aſtris*] De campis Bactrianis ſimilia Curtius lib. VII. cap. IV. *Magnam deinde partem ejuſdem terrae ſteriles harenae tenent: ſqualida ſiccitate regio non hominem, non frugem alit: cum vero venti à Pontico mari ſpirant, quidquid ſabuli in campis jacet, converrunt. quod ubi cumulatum eſt, magnorum collium procul ſpecies eſt, omniaque priſtini itineris veſtigia intereunt. Itaque qui tranſeunt campos, navigantium modo noctu ſidera obſervant, ad quorum curſum iter dirigunt, & propemodum clarior eſt noctis umbra, quam lux. Ergo interdiu invia eſt regio, quia nec veſtigium, quod ſequantur, inveniunt, & nitor ſiderum caligine abſconditur. Ceterum ſi quos ille ventus, qui a mari exoritur, deprehendit, harena obruit.* Ex his patet, cur Boſtar *enavimus* dixit, quod nempe, quemadmodum in mari fit, ad ſidera curſum per hos campos deſertos direxerit. Ceteroquin hoc verbum de itinere terreſtri etiam infra occurrit lib. XVI. verſ. 335.

Callaicus Lampon fugit, atque ingentia tranat
Exſultans ſpatia.

Eadem metaphora Silius dixit lib. XV. verſ. 375.

Forſan & enaſſet rapidi freta ſaeva pericli.

v. 665. *Sidoniis Cynoſura regit fidiſſima nautis*] Duo ſidera cum ſint in coelo, Urſarum nominibus appellata, neſcio cur poëtae Sidoniis ratibus unam, alteram Graecis velut aſſignaverint; cum ſub utriuſque ductu aliae quoque nationes navigarint ſemper. De Latinis Ovidius,

Magna, minorque ferae, quarum regit altera Grajas,
Altera Sidonias, utraque ſicca, rates.

Valer. Flacc. lib. I.

——— *nec enim in Tyrias Cynoſura carinas*
Certior, aut Grajis Helice ſervanda magiſtris.

Haec talia tenuia videntur, quae tamen lectione Poëtarum occupatis minime tranſeunda ſunt. BARTHIUS lib. XXXIV. Adverſ. cap. XV.

v. 667. *Fulgentia templa columnis Advenimus magnis, quam laeta fronte ſacerdos Exceptos hoſpes tectis*] Hi verſus, miſſo bello illo emblemate medio, ut ab aliquo Gloſſographo huc inculcato, ita legendi:

——— *fulgentia templa ſubimus.*
Exceptos hoſpes tectis inducit Ariſbas.

MODIUS Novant. Lection. Epiſt. CVI. *templa ſubimus* recte ex Colonienſi codice Modius, deleto verſu proxime ſequenti, qui non eſt nauci. Colonienſi codici ſubſcribit Oxonius. Interpres, nugator contumaciſſimus, cum videret, claudicare ſyllabam in *Advenimus*, mavult *Attigimus* (& quid non?) reponere, quam manum veritati & vetuſtiſſimis membranis dare. ſaltem *Advehimur* repoſuiſſet, quod in vetuſta editione Veneta inveni. Sed ille Modio & parenti meo obgannire maluit. pro *laeta fronte* codex Putean. *laeta mente*, quod mox denuo iteratur. N. HEINSIUS. Recte viri docti, *Fulgentia tecta ſubimus*, ejecto verſu ſequenti, quem ſpurium & nugaciſſimi interpolatoris commentum eſſe ex eo etiam patet, quod menti poëtae noſtri manifeſte adverſetur. Eo enim admiſſo Ariſbas ille hoſpes, per quem Boſtar tecto exceptus eſt, Jovis Hammonis ſacerdos erit, à quo eum Silius aperte diſtinguit. Poſtquam enim Boſtar vidiſſet, quae hoc in loco miranda oſtendebat *ſenior* ille, per quem nullus alius, quam Ariſbas, cujus modo meminerat, intelligi poteſt, addit tandem Silius verſ. 692.

——— *ſubito ſtridore tremendum*
Impulſae patuere fores, majorque repente
Lux oculos ferit. ante aras ſtat veſte ſacerdos
Effulgens nivea, & populi concurrere certant.

Vel hoc ſolum ſufficit in exilium mittendo ſubdititium verſum, quem invitis melioris notae libris ſcriptis, invito Silio, invitis denique Muſis, huc intruſerant ineptiſſimi nugatores. Saniorem mentem Doctiſſimo Dauſquejo precamur, qui haec ab ipſius poëtae manu profecta fuiſſe exiſtimare potuit. Veriora ſaepe vidiſſet, niſi Modio & D. Heinſio contradicendi ſtudio plerumque abreptus fuiſſet.

v. 669. *Stat fano vicina* &c.] Τὴν τοῦ ἡλίου κρήνην intelligit. Solis enim fontem hunc dictum invenio. Quintus Curtius lib. IV. *Eſt etiam aliud Hammonis nemus, in medio habet fontem, aquam Solis vocant.* & ſuaviſſimus Herodotus, cum multis fontem hunc deſcripſit, tandem addit, ἐπικαλέεται δὲ αὐ-

 τὴ

Quaeque riget, medius cum sol accendit Olympum,
Atque eadem rursum nocturnis fervet in umbris.
Tum loca plena Deo, dites sine vomere glebas,
Ostentat senior, laetaque ita mente profatur:
Has umbras nemorum, & connexa cacumina coelo,
Calcatosque Jovi lucos prece, Bostar, adora.

Nam

τῇ ἡ κρήνη καλεῖται ἡλίου. Vide de eodem Antigonum *Ἱςοριῶν παραδόξων συν.* & Lucretium, cujus speciosissimos versus ob oculos habuisse videtur noster Silius, & Arrianum *Ἀναβ.* lib. III. D. HEINSIUS.

v. 671. *Medium cum sol accendit Olympum*] *adscendit* opinor rectius fore. In Coloniensi & Puteaneo *medius.* Deinde in scriptis, *Atque eadem rursum,* non *rursus.* N. HEINSIUS. Minima, aut fere nulla mutatione legi posset *accedit Olympum. accedere* enim nonnumquam idem, quod *adscendere*, notare infra docebo ad lib. VI. vers. 603. Quin etiam librarios id verbum interdum cum *accendere* confudisse patet ex iis, quae notantur ad libr. XIV. vers. 26. Illustrissimus Heinsius conjiciebat *adscendit Olympum:* in quibus vocibus permutandis inter se aliquando etiam erraruntlibrarii. vide Gebhard. ad Propertii lib. IV. Eleg. III. vers. 63. *adscendit Olympum* autem, ut apud Homer. Il. Θ. vers. 68.

Ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει

Cum vero sol medium coelum conscendisset. quem versum repetit Poeta in Odyss. Δ. vers. 400. & expressit Virgil. VIII. Aen. vers. 97.

Sol medium coeli conscenderat igneus orbem.

Ita saepe poëtae *scandere*, *adscendere*, *conscendere* hoc sensu. Statius in I. Achill. vers. 628.

Scandebat roseo medii fastigia coeli
Luna jugo.

Martian. Capella lib. II. in princ.

Sed purum astriferis coelum scandebat habenis
Nox.

Ennod. Ticin. lib. I. carm. I.

Celsior astrigerum Titan conscenderat axem.

Alcim. Avit. lib. III. vers. I.

Tempus erat, quo sol medium transcenderat axem.

Hanc qui amplectitur lectionem, cum vulgatis libris *medium Olympum* probare debet, ad imitationem Homeri & Maronis, non vero, quod MSti habent, *medius;* quamvis tamen ita Valer. Flaccus etiam locutus sit lib. II. vers. 444.

Et sol aethereas medius conscenderat arces.

Atque haec quidem pro Heinsii conjectura dici possunt. Mihi tamen membranarum Colon. & Putean. lectio *medius cum sol accendit Olympum* nequaquam displicet. Captasse enim videtur Silius antithesin inter voces *rigere* & *accendere*, ut versu sequenti inter *fervere* & *τὰ umbris nocturnis. accendit Olympum* autem, ut apud Valer. Flacc. lib. V. vers. 369.

Non secus, autumno quam cum magis asperat ignes
Sirius, & saevo cum nox accenditur auro.

ad quem locum hoc plenius in commentario, quem orbi erudito debet, & post Nasonem in lucem edere parat, illustrabit vir Celeberrimus Petrus Burmannus, simulque eam locutionem vindicabit eidem poetae lib. III. vers. 411.

Ergo ubi puniceas oriens accenderit undas:

ubi vulgo nunc male *adscenderit* editur. Eodem modo & *undae accendi* dicuntur infra lib. V. vers. 605.

Ut multo accensis fervore exuberat undis,
Clausus ubi exusto liquor indignatur aeno.

v. 676. *Calcatosque Jovi lucos*] Eleganter ex consequenti *Calcatos* pro habitatos. sic, quod magis mirere, lector, in suavissimo auroque contra emendo Musaei poematio *χορεύειν* pro *ναίειν* poni observavimus vers. 47.

Οὐδὲ γυνὴ τις ἔμιμνεν ἐνὶ πτολίεσσι Κυθήρων,
Οὐ Λιβάνου θυόεντος ἐνὶ πτερύγεσσι χορεύων.

quod nimirum mons ille assiduis incolarum tripudiis sacrisque saltationibus celebraretur. *χορεύων* igitur *ὁ ναίτης*, incola. eleganter. D. HEINSIUS.

v. 678. *In gremio Thebes*] Sic supra lib. II. vers. 574. *gremio Libyae captiva jacebo. in gremio* enim *Thebes* pro simpliciter Thebis posuit: *ἐν Θήβῃσι* inquit Herodotus, sed *ταῖς Αἰγυπτίῃσι*, & lib. IV. vers. 787.

Interea tibi prima domus atque unica proles
Heu! gremio patriae Stygias raptatur ad aras.

Sic Aristoph. *κόλπους λειμώνων* eleganter *τοὺς λειμῶνας* dixit in Ranis,

Χώρει δὴ νῦν πᾶς ἀνδρείως
Εἰς τοὺς εὐανθεῖς κόλπους
Λειμώνων, ἐγκρούων,
Καὶ σκώπτων, καὶ παίζων.

D. HEINSIUS. Silius infra lib. XII. vers. 203.

Talesne è gremio Capuae tectisque sinistris
Egredimur.

Virgilius VII. Aen. vers. 233.

Nec Trojam Ausonios gremio excepisse pigebit.

Claudianus II. in Eutrop. vers. 96.

Jamque iter in gremio pacis sollemne parabant
Ad muros, Ancyra, tuos.

Mamert. in Genethl. Maxim. cap. IV. *Repente in medio Italiae gremio apparuistis.*

v. 678. *Geminas sedisse columbas*] More poëtarum haec à Silio. At recte Hesychius *τὰς ἐν Δωδώνῃ θεσπιζούσας μάντεις περιστεράς* dictas esse ait. Molossos enim sacerdotes suos & suas *πελείους* & *πελείας* dixisse certum est: sicut nimirum ipsi sacerdotes

ἔλλοι

Nam cui dona Jovis non divulgata per orbem,
In gremio Thebes geminas sedisse columbas?
Quarum, Chaonias pennis quae contigit oras,
Implet fatidico Dodonida murmure quercum.
At quae, Carpathium super aequor vecta, per auras
In Libyen niveis tranavit concolor alis,

Hanc

Ἕλλοι dicebantur ab ἐλάτω, quod ipsum Jovis Dodonaei templum est, qui & ἀνιπτόποδες ab Homero & χαμαιεῦναι, & τομοῦροι à Lycophrone. Ego non dubito, quin columbae fuerint subjectum τῶν ἐνταῦθα μαντευομένων, sicut corvi earum, quae κορακομάντεις dicebantur antiquis: quanti enim in sacris usus fuerint aves, declarat τὸ ὄρνις, quod saepenumero κληδὼν vel μάντευμα poëtis dicitur. Dicebant enim omne, quo de futuro judicabant, ὄρνιν antiqui, quod salse ridet & festive his versibus Aristophanes, apud quem Ὄρνιθες dicunt,

Ἐσμὲν δ' ὑμῖν δαίμων, Δελφοί, Δωδώνη, Φοῖβος Ἀπόλλων.
Ἐλθόντες γὰρ πρῶτον ἐπ' ὄρνις, οὕτω πρὸς ἅπαντα τρέπεσθε,
Πρὸς ἐμπορίαν, καὶ πρὸς βιότου κτῆσιν, καὶ πρὸς γάμον ἀνδρός.
Ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ' ὅσα περ περὶ μαντείας διακρίνει.
Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε,
Ξύμβολον ὄρνιν, φωνὴν ὄρνιν, θεράποντ' ὄρνιν, ὄνον ὄρνιν.
Ἆρ' οὐ φανερῶς ἡμεῖς ὑμῖν ἐσμὲν μαντεῖος Ἀπόλλων.

Sic *omina trina*, ut Ausonius loquitur, & quidquid ad auspicium non modo, sed vel felicitatem, vel adversam pertinere fortunam videbatur, ὄρνιν dicebant. Tales procul dubio columbae Dodonaeae fuerunt, quod ipse Aristophanes festive supra indicat, apud quem lego Ἐσμὲν δ' ὑμῖν Ἄμμων, Δωδώνη. Sic sumo & locum Demosthenis in artificiosissima περὶ πρεσβείας oratione. Εἶτα τὸν ἐκ τῆς ὄρνιθος ἐξιόντα, καὶ κατὰ Πιτταλάκου περιιόντα, καὶ τοιαῦτ' εἰπὼν, ἀγνοεῖτ', ἔφη, ποῖόν τινα ἡγεῖσθαι δεῖ. Vides enim ex his, quae hic docemus, quid sit ἐν ὄρνισιν εἶναι, nempe τρεῖς μάντεις, καὶ ἐκ μαντείας, nimiumque ab auspicibus augurisque pendere. Nolo enim addere, quam ridiculi in hoc loco sint interpretes, ne tempus perdam. Nos vero id ita accipiendum meminimus, ut cum Euripides ἐς ἔμπυρ' ἔρχεσθαι ait in Iphigenia,

Εἰς ἔμπυρ' ἦλθε, καὶ λέγει Κάλχας τάδε.

Columbarum autem singularem in vaticiniis usum fuisse, docet vel unica Argonautarum, unde & οἰωνοὺς eas Apollonius vocat, [lib. II. vers. 328.]

Οἰωνῷ δὴ πρόσθε πελειάδι πειρήσασθε.

& interpres, Ἐχρήσαντο περιστερᾷ ἐν πλῷ μέλλοντες, *utebantur navigaturi*, inquit, *columbis*. Atque haec caussa, cur columbae apud Dodonaeos fuerint, in gratiam nimirum hospitum in mari errantium, quarum nomen postea ad sacerdotes ipsos transtulerunt. D. HEINSIUS.

v. 680. *Implet fatidico Dodonida munere quercum*] emenda *fatidico murmure*. MODIUS Novant. Lect. Ep. CVI. Legendum ex MSto Oxoniensi *murmure*. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *fatidico murmure* ex Coloniensi Modius, & ex Oxonio Barthius. confirmat Putean. & editio Romana atque Parmensis. N. HEINSIUS. *murmure* etiam Mediol. editio. Servius ad Virgilii III. Aen. vers. 466. *Unde factum est, ut postea fatidica murmura cessaverint.* Silius mox etiam *murmura* memorat vers. 698.

Collisis trabibus volvuntur murmura luco.

Primus Marsus *munere* edidit, quam lectionem inconsulte postea alii editores secuti sunt. Simili modo infra peccatur lib. X. vers. 457. ubi viri docti scribendum esse conjecerunt,

Seminecem extremo vitam exhalabat in auras
Murmure deficiens jam Cloelius.

vulgo erat *extremo Munere.*

v. 682. *Niveis tranavit concolor alis*] Contra Graecam originem, & omnes, quotquot hujus rei meminerunt, scriptores. Nigrae enim πελειάδες sunt: πελιὸν enim τὸ μελανίζον χρῶμα, nigricans color: unde & bovem nigram πέλλην dicunt, & πελίωμα τὸ μέλαν, & Herodotus de his columbis [lib. II. cap. LVII.] Μέλαιναν δὲ εἶναι λέγοντες τὴν πελειάδα, σημαίνουσι ὅτι Αἰγυπτίη ἡ γυνή. D. HEINSIUS. Memini illorum libro XV. vers. 99. *niveis Victoria concolor alis.* Hoc tamen loco scribe *furvis alis.* nigram enim fuisse columbam, quotquot rei meminere, scriptores constanter affirmant. Ineptissime & contra metrum Interpres *liveis alis.* Tibull. lib. II. Eleg. I.

Postque venit tacitus furvis circumdatus alis
Somnus, & incerto somnia pigra pede.

Ita illi versus restituendi. male *fulvis alis* circumfertur, cum *fulva sidera* proxime praecesserint. apud nostrum lib. VII.

Nigra viro membra, & furvi juga celsa trahebant
Cornipedes.

Perperam & illic *fulvi cornipedes* circumferuntur. *furvae bidentes* libro VIII. vers. 120. De voce *furvus* copiose egi ad Nason. Metam. III. vers. 272. N. HEINSIUS. Omnino *nigram columbam* fuisse, quae in Libya oracula dabat, testantur fabulae antiquae, ut jam viri docti notarunt. Quare, nisi lapsum fuisse Silium nostrum dicamus, minima

Hanc ſedem templo Cythereïa condidit ales:
Hic ubi nunc aram lucoſque videtis opacos,
Ductore electo gregis, (admirabile dictu!)
Lanigeri capitis media inter cornua perſtans,
Marmaricis ales populis reſponſa canebat.
Mox ſubitum nemus atque annoſo robore lucus
Exſiluit; qualeſque premunt nunc ſidera quercus,
A prima venere die: priſco inde pavore
Arbor numen habet, coliturque tepentibus aris.
Dumque ea miramur, ſubito ſtridore tremendum
Impulſae patuere fores, majorque repente
Lux oculos ferit. ante aras ſtat veſte ſacerdos
Effulgens nivea, & populi concurrere certant.
Inde ubi mandatas effudi pectore voces,
Ecce intrat ſubitus vatem Deus. alta ſonoro,
Colliſis trabibus, volvuntur murmura luco,

Ac

mutatione *nigris alis* legi poteſt, ut jam olim vidit Begerus in theſaur. Brandenb. tom. III. pag. 222. vel *piceis alis* cum Celeberrimo viro P. Burmanno, quod nec ipſum a *τῷ niveis* multum ſcriptura diſtat. Dauſquejı vero *livens*, praeterquam quod contra leges metri peccet, vox Latio incognita eſt: at Heinſianum *furvis alis* nimium a recepta lectione abit.

v. 683. *Hanc ſedem primo Cythereia condidit ales*] Lege *ſedem templo condidit*. Nec certiora umquam oracula Dodonaea, quam haec correctio. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. CVI. Lege *templo* ex codice Oxonienſi. BARTHIUS libr. VI. Adverſ. cap. XV. *Hanc ſedem templo*, non *primo*, ex ſcriptis exemplaribus reponatur, quod ex Oxonio Barthius quoque jam eſt amplexus. N. HEINSIUS.

v. 684. *Hic ubi nunc aras*] *nunc arma* codices ſcripti conſtanter, hoc eſt, *aram*. N. HEINSIUS.

v. 686. *Lanigeri capitis media inter cornua perſtans*] Qualiter nobis fere exhibetur aquila inter media bovini capitis cornua perſtans in gemma apud Gorlaeum in Dactyl. part. I. num. 112. Columbae autem hujus, inter cornua arietis perſtantis, effigiem vide apud Beger. in Theſaur. Brandenb. tom. III. pag. 221. Utrumque id monumentum aere deſcriptum hic conſpici volui.





v. 687.

Ac major nota jam vox prorumpit in auras:
Tenditis in Latium, belloque agitare paratis
Assaraci prolem, Libyes. coepta aspera cerno,
Gradivumque trucem currus jam scandere, & atram
In latus Hesperium flammam exspirare furentes
Cornipedes, multoque fluentia sanguine lora.
Tu, qui pugnarum eventus, extremaque fati
Deposcis, claroque ferox das vela labori,
Invade Aetoli ductoris Iäpyga campum;
Sidonios augebis avos; nullique relinques,
Altius Ausoniae penetrare in viscera gentis:
Donec victa tibi trepidabunt Dardana regna.
Nec ponet pubes umquam Saturnia curam,
Dum carpet superas in terris Hannibal auras.
Talia portabat laetis oracula Bostar,
Implebatque viros pugnae propioris amore.

v. 687. *Marmaricis ales populis responsa canebat*] De columba intellige, quae medio capiti arietis insidens responsa dederit. Frustra igitur est Alardus, qui commentario in libr. II. Valer. Flacci vers. 482. *aries* reponit. Nihil potuit inscitius. an aries perstabat inter cornua arietis? paullo ante lego *Ductori*. N. HEINSIUS. Optime hic vir Illustrissimus Alardi inscitiam arguit. Sed graculus ille Aesopicus, quem furto subreptis pennis plerumque gloriari patebit ex iis, quae dicta sunt ad lib. II. vers. 65. ne hunc quidem errorem, vix puero donandum, per se errare potuit: quaecumque enim de Jovis Hammonis oraculo ad. Valer. Flacc. lib. II. vers. 482. notavit, ad verbum pene descripsit ex Dempsteri paralipom. ad Rosini lib. II. antiq. Roman. cap. V. tanta nempe cum fide, ut ne peccatum quidem, quod Dempst. in citando Turnebo commisit, emendaverit. Non enim Turnebus de oraculo arietino egerat lib. III. Advers. cap. III. sed lib. XIV. cap. XVIII. Dempsteri hunc errorem etiam notavit Beger. in Thesaur. Brandenb. tom. III. pag. 222.

v. 690. *A prima venere die*] Lego, *A prima tenuere die*, scilicet aethera. N. HEINSIUS.

v. 690. *Prisco inde favore Arbor numen habet*] Legendum videtur *pavore*. Pavori certe proprius hic locus. MODIUS Novant. Lect. Epist. CVI. Scribe *pavore*. sic *timore* in initio hujus libri vers. 31. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. XV. *pavore* scripti. ne dubita. Ita Modius, ita Dempsterus ad Corippum pag. 75. corrigunt. Neque aliter agnoscit Marsus, aut admittit Barthius. N. HEINSIUS. De voce *pavore* hoc sensu vide D. Heinsium supra ad vers. 215. Frequenter ita errarunt librarii in codicibus antiquis. lib. XVI. infr. vers. 432. magnus Gronovius *laetoque favore*, pro *pavore*, emendandum existimabat. apud Lucan. lib. IV. vers. 399. Illustrissimus Grotius ex manuscriptis suis restituit,

Sollicitus menti quod abest favor.

Neque aliter habent quam plurimae membranae, quas Nic. Heinsius consuluit. Vide etiam quae is notavit ad Claudiani Consul. Olybr. & Probini vers. II. *pavore*, pro *favore*, hoc loco scribendum esse monuerat etiam Dempsterus ad Rosin. lib. I. Antiq. Roman. cap. XIII. ubi pluribus agit de lucis & arboribus pro Diis cultis. verba *Arbor numen habet* non recte interpretatus est Dausquej. supra h. lib. vers. 30. ut ibi monui.

v. 694. *Lux oculos ferit*] Elegantissimam hanc locutionem illustravit Zinzerlingus, laudato etiam Silii loco, in Promulss. Crit. cap. XLVI. Sic infra lib. VI. vers. 436.

——— *magni monumenta triumphi*
Pulsabant oculos.

Senec. in Herc. Fur. vers. 813.

Postquam est ad oras Taenari ventum, & nitor
Percussit oculos lucis ignotae.

in Epist. CXV. *Quamvis intuentem hinc honorum, illinc magnarum potestatum falsa lux verberet.* Eodem modo *tremulum aquae lumen tecti laquearia ferire* dicitur apud Maron. VIII. Aen. vers. 25. pro quo Silius inquit lib. VII. vers. 145. *tremula laquearia verberat umbra.* Pari sensu Fama *aures quatere, ferire, pulsare* dicitur: de quo infra vide ad lib. IV. vers. 7.

v. 701. *Assaraci prolem, Libyes*] Sic distingue: *o Libyes*, o Karthaginienses. *Libyes* pro Libyci alibi saepe apud nostrum occurrunt. vide annotata ad lib. I. vers. 189. N. HEINSIUS.

v. 707. *Invade Aetoli ductoris Iapyga campum*] Hannibalem monet Jupiter Hammon, ut Cannas tendat, ibique cum Romanis proelium committat: quod jussu Junonis infra ipsum etiam Anna monet lib. VIII. vers. 294.

Celsus Iapygios qua se Garganus in agros
Explicat, haud longe tellus, huc dirige signa.

C. SI-

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER IV.

Fama per Ausoniae turbatas spargitur urbes,
Nubiferos montes & saxa minantia coelo
Accepisse jugum, Poenosque per invia vectos:
Aemulaque Herculei jactantem facta laboris

Descendisse

v. 2. E*t saxa minantia coelo*] Genus locutionis, quale hoc Virgilii I. Aen. vers. 162.

Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In coelum scopuli.

v. 4. *Aemulaque Herculei jactatur fama laboris*] Historiam habes superiori libro. Hinc & infra *Herculeae arces* pro Alpibus. Scribe autem *jactantem facta* ex Coloniensi libro: nam τὸ *fama* in hac ipsa periodo jam praecesserat. Posses & *Herculeo labori. jactatum fama* Puteaneus. Apposite Scipio apud Livium libro XXI. cap. XLI. *Experiri juvat, utrum Hannibal hic sit aemulus itinerum Herculis, ut ipse fert.* Tum ipse Hannibal oratione ad milites eodem libro cap. XLIII. Silius lib. II. vers. 356.

——— *pudet Hercule tritas*
Desperare vias, laudemque timere secundam.

lib. XI. vers. 134.

——— *ingentia facta*
Sidonii juvenis celebrant, ut ruperit Alpes
Herculei socius decoris.

Proxime subsequenti versu praestiterit fortasse *diro canis improba motu.* N. HEINSIUS. Quemadmodum Hannibalem ob transitum per Alpes Herculi aequat Silius, ita & Maximianum Imperatorem Mamertinus in ejus Genethl. cap. IX. *Vos, invictissimi Imperatores, prope soli Alpium vias, hibernis nivibus obstructas, divinis vestigiis aperuistis: ut quondam Hercules per eadem illa culmina Hiberiae spolia incomitatus adduxit.* Herculis tamen transitus plerumque ut fabula traducitur. vide Cluver. lib. I. Ital. Antiq. cap. I. pag. 7.

v. 6. *Et gliscis gressu*] Imitatur descriptionem famae Maronis in IV. Aen. vers. 173. cui similia etiam habet Lucan. lib. I. vers. 484. *gliscit* autem est crescit, augetur. Servius ad Virgilii XII. Aen. vers. 9. Gliscit] *crescit, & latenter, unde & glires dicti sunt, quos pinguet efficit somnus.* apud Silium verbum illud frequens est. Plura de eo vide apud Gebhard. lib. III. Crepund. cap. V.

v. 7. *Terrificis quasit attonitas rumoribus arces*] *aures* opinor praestare. & sic in Veneta editione vetusta legebatur. N. HEINSIUS. *attonitas aures*, ut *pavidae aures* apud Ovid. Epist. III. Heroid. vers. 59.

Quod scelus ut pavidas miserae mihi contigit aures.

quatere aures vero, ut *percutere* lib. VI. infra vers. 567. *ubi aures Percussae graviore sono.* Petron. in Satyr. cap. LXVIII. *Nullus sonus umquam acidior percussit aures meas.* Senec. in Agam. vers. 634.

Tacitumque murmur percussit aures.

Lucan. lib. VI. vers. 163.

Securasque fragor concussit Caesaris aures.

pellere Senec. in Herc. Fur. vers. 415. *Quod facinus aures pepulit.* in Hippol. vers. 850.

Quis fremitus aures flebilis pepulit meas.

impellere Silius lib. II. vers. 580.

His ubi turbatas hortatibus impulit aures.

ferire Senec. Herc. Oet. vers. 1944.

Unde sonus trepidas aures ferit.

verberare Plaut. in Amphitr. act. I. sc. I. vers. 177. *Vox auris, ut videtur, verberat.* Lucan. lib. VII. vers. 55. *nullas tuba verberet aures.* Ammian. Marc. lib. XIV. cap. XI. *Cum haec taliaque sollicitas aures ejus everberarent.* Simili modo lucem etiam oculos *verberare, ferire, percutere* dici, supra docui ad lib. III. vers. 694. His similibusque, opinor, permotus Illustrissimus Heinsius *aures* praeferebat, idque, unius editionis auctoritate subnixus, in contextum recipi malebat; quod nollem factum: praeferendam enim puto vulgatam lectionem, reliquis omnibus codicibus & editis libris firmatam, vel ob Maronem etiam, quem Silius expressit. Nam ita ille de Fama in IV. Aeneid. vers. 187. *& magnas territat urbes*: pro qua voce Silius *arces* dixit, id est, montes, vel montibus impositas urbes. ita *quatere* simili sensu dixit Valer. Flacc. lib. I. vers. 743.

——— *quatiuntque truces oracula Colchos.*

lib. II. vers. 122.

Mox omnes agit, & motis quasit oppida linguis.

lib. V. vers. 273.

——— *omnemque quatit rumoribus Arcton.*

quae loca mihi indicavit vir Celeberrimus Petrus Burmannus. *pulsare* simili sensu est in Fragm. Petron. p. 679.

— *quidquid*

Descendisse ducem: diros canit improba motus,
Et gliscit gressu, volucrique citatior Euro
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.
Astruit auditis, docilis per inania rerum
Pascere rumorem vulgi, pavor: itur in acres
Bellorum raptim curas; subitusque per omnem
Ausoniam Mavors strepit, & ciet arma virosque.
Pila novant, ac detersa rubigine saevus
Induitur ferro splendor: niveumque repostae
Instaurant galeae coni decus: hasta juvatur
Amento: revocantque nova fornace bipennes.

Conseritur

——— *quidquid dimittit in aula,*
Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.
attonitae arces autem, ut *attonita urbs* apud Juven. sat. IV. vers. 77.
Pegasus attonitae positus modo villicus urbi.
Valer. Flacc. lib. III. vers. 209.
Vesvius attonitas acer cum suscitat urbes.
Claudian. de Bell. Gildon. vers. 84.
——— *attonitae jam proximus Hannibal urbi.*
Receptam itaque scripturam retinui.

v. 8. *Astruit auditis pavor*] Silius lib. VI. vers. 556.
——— *excussit habenas*
Luctificus pavor, & tempestas aucta timendo.
Claudian. in Bell. Getic. vers. 227.
Utque est ingenioque loquax, & plurima fingi
Permittens credique timor.
Livius lib. XXIX. cap. III. *Omnia in majus metu augente.*

v. 8. *Per inania rerum*] Placebat aliquando *verum rumorem:* ut apud Claudian. II. in Eutrop. vers. 470. de rumore, *geminantur vera paveris Ingenio.* N. HEINSIUS.

v. 13. *Juvenumque repostae Instaurant galeae coni decus*] Scribendum hoc, si quidem recte scribatur, *niveumque repostae Instaurant galeae coni decus.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. Optime *juvenumque.* Licet enim & veteres militiae cristatas galeas amarint, tamen juvenum in conis major cura: quod annotamus, ne quis cum Modio mutet, consentientibus nobis etiam Anglicanis membranis. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. III. *niveumque* probe Modius ex Coloniensibus membranis: sed & *repositi* scribo: non enim galea reponebatur, sed conus. *juvenumque* tuetur Barthius, nequidquam: *juvenesque* Dausquejus. N. HEINSIUS. Cum viris doctis praefero *niveumque*, non quasi omnes cristae nivei coloris fuerint, aut illas solas renovaverint Romani, sed quod Silio placuerit, probante optimo codice, *niveas* potius memorare. Dausquejus itaque perperam lectionem illam rejicit, quod & alterius coloris cristae olim in usu fuerint, &, pro *juvenumque*, reponit *juvenesque.* Sed, si cavillari libet, an soli juvenes galeas cristis ornarunt? Infra etiam cristae *galeae decus* vocantur lib. X. vers. 399.
——— *galeis carpsere superbum*
Cristarum decus & damnati Martis honores.

v. 14. *Hasta juvatur Amento*] Hastis amentum addebatur, ut eo fortius & majori cum impetu adigi possent. Eo respicit Silius lib. IX. vers. 509.
Atque idem flatus Poenorum tela secundant,
Et velut amento contorta hastilia turbo
Adjuvat.
lib. XIII. vers. 159.
Indignatus opem amenti, socioque juvare
Expulsum nodo jaculum, atque arcessere vires.
De amento & hastis amentatis vide Lips. IV. Poliorc. Dial. V. & Barth. ad Statii IV. Theb. vers. 153.

v. 15. *Renovantque nova fornace bipennes*] Lege *revocantque.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXVI. Scribo cum membranis Anglicanis *revocantque*, nam alioqui idem bis ponitur, quod fugit Latinitas circumspecta. BARTHIUS lib. VI. Adversf. cap. III. *revocantque* recte Coloniensis idem, adstruente id Modio & Gronov. Observ. II. cap. XIX. neque aliter codex Oxonius & cum eo Barthius. N. HEINSIUS. Voces *revocare* & *renovare* saepe inter se commutari infra docui ad lib. XIV. vers. 113. Sed quid sibi volunt *revocare bipennes nova fornace*, aut quis ita locutus est? Optime, si quid video, Eruditissimus Bentlejus ad Horat. lib. I. od. XXXV. vers. 38. *recoquuntque* restituit, quem pluribus vide; neque aliter, antequam Bentleji editio Horatiana prodiret, legendum sibi videri monuit me vir Celeberrimus Petrus Burmannus. *recoquere bipennes* dixit ad imitationem illius Maroniani VII. Aen. vers. 636.
——— *recoquunt patrios fornacibus enses.*
ubi Pierius notat, in codice Romano esse *recocunt*, ex quo minima mutatione fit *recocant* & *revocant.* Ovid. XIV. Metam. vers. 712.
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis.
Plinius de aureis Domitiani statuis in Paneg. Traj. cap. LII. *Nemo tam temperans gaudii, seraeque laetitiae, quin, instar ultionis, videretur cernere laceros artus, truncata membra, postremo truces horrendasque*

Conseritur tegimen laterum impenetrabile, multas
Passurus dextras atque irrita vulnera, thorax.
Pars arcu invigilant, domitat pars verbere anhelum
Cornipedem in gyros, saxoque exasperat ensem.
Nec vero muris, quibus est luctata vetustas,
Ferre morantur opem: subvectant saxa, cavasque
Retractant turres, edit quas longior aetas.
Hinc tela accipiunt arces; ac robora portis,
Et fidos certant obices arcessere silva:
Circumdant fossas. haud segnis cuncta magister
Praecipitat timor; ac vastis trepidatur in arvis.
Deseruere larem: portant cervicibus aegras
Attoniti matres, ducentesque ultima fila
Grandaevos rapuere senes: tum crine soluto
Ante agitur conjux: dextra laevaque trahuntur
Parvi, non aequo comitantes ordine, nati.
Sic vulgus traduntque metus, nec poscitur auctor.

At

que imagines abjectas, excoctasque flammis.

v. 16. *Multas Passurus dextras*] Puto *inultas dextras*, quia *irrita vulnera* subsequuntur. N. HEINSIUS. Frequenter ita turbant librarii. vide Gualther. ad Pseudo-Eges. lib. I. cap. I. Rivium ad Sallust. Bell. Jugurth. cap. XXXI. Palmer. in Spicil. p. m. 733. & Mercer. ad Non. Marcell. p. 116. Sed vel ideo, quia *irrita vulnera* subsequuntur, & *tegimen impenetrabile* praecessit, hic nihil mutari placet, ne Silium ineptiae & ταυτολογίας accusandi ansam demus. Ita contra Ovid. XIII. Metam. vers. 117.

Adde, quod iste tuus, tam raro proelia passus,
Integer est clipeus.

ubi plures codices *vulnera passus* habere notavit Illustrissimus Heinsius.

v. 19. *Saxoque exasperat ensem*] ἀκονᾷ. D. HEINSIUS. Lucan. lib. VII. vers. 139.

Nec gladiis habuere fidem, nisi cotibus asper
Exarsit mucro: tunc omnis lancea saxo
Erigitur.

v. 20. *Nec vero muris, quibus est luctata vetustas, &c.*] Similia habes apud Senec. in Thyeste vers. 567.

Ille labentes renovare muros;
Hic situ quassas stabilire turres;
Ferreis portas cohibere claustris
Ille certabat; pavidusque pinnis
Anxiae noctis vigil incubabat.

v. 26. *Vastis trepidatur in arvis*] *agris* Colon. *armis* Oxonius. N. HEINSIUS. Nihil interesse puto, sive cum vulgatis libris *arvis* legas, sive ex Colon. membranis *agris* recipias: nam voces illae frequentissime in codicibus vetustis invicem commutantur. vide infra ad libr. V. vers. 260. *armis* vero, quod Oxon. liber habet, omnino vitiosum est.

v. 27. *Deseruere larem*] De Hannibalis in Italiam adventu Mamert. in Genethl. Maxim. cap. X. *Poeno in summis Alpibus viso, Italia contremuit; statim pascua agrique deserta, omnes familiae rusticanae silvas & ferarum cubilia petivere. Quo nuntio accepto, omnibus oppidis matres Italae pensa è manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt. ibi aedes sacras passo capillo suo quaeque verrebat, planctu ploratuque futuris cladibus omnia dabant; Thrasymenum & Cannas dolore praesago praecanebant.*

v. 30. *Dextra laevaque trahuntur Parvi, non aequo comitantes ordine, nati*] Virgil. II. Aen. vers. 723.

——— *dextrae se parvus Iulus*
Implicuit, sequiturque patrem non passibus aequis.

Petron. in Satyr. cap. CXXIII.

Ille manu trepida natos tenet, ille Penates
Occultat gremio.

v. 34. *Inque sinu bellum*] Virgil. *In manibus Mars ipse, viri.* & Caesar, nescio quo loco. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. Noster infra lib. VI. vers. 652. *bellumque sinu indefensa recepit.* Claudian. II. in Eutrop. vers. 575. *nascuntur in ipso Bella sinu.*

v. 34. *Alpes & pervia saxa Accepere*] Corrigenda haec, & scribendum *Decepere.* In eo enim frustra fuerunt Romani, quod numquam putabant fore, ut Hannibal tam celeriter Alpes superaret. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. Membranae Anglicanae cum Modianis legunt *Decepere.* & bene quidem. Non enim quisquam eorum cogitare poterat, Hannibalem Alpes, & quidem tam cito, transiturum. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. Oxon. & Putean. *Decepere*, quomodo Romana etiam, & Parmensis, & Aldina editiones, quod Modius etiam Gronoviusque Observat. III. cap. XX. approbarunt,

At Patres (quamquam exterrent immania coepta,
Inque ſinu bellum; atque Alpes & pervia ſaxa
Decepere) tamen crudam contra aſpera mentem
Et magnos tollunt animos. juvat ire periclis
Ad decus, & dextra memorandum condere nomen,
Quale dedit numquam rebus Fortuna ſecundis.
Sed Libyae ductor tuto fovet agmina vallo,
Feſſa gradum, multoque gelu torpentia nervos:
Solandique genus, laetis oſtentat ad Urbem
Per campos ſupereſſe viam, Romamque ſub ictu.
At non & rerum curas conſultaque belli
Stare probat, ſolusque nequit perferre quietem.
Armiferae quondam priſca inter tempora gentes
Auſonium invaſere latus, ſedeſque beatas;
Et metui peperere manu. mox impia bella
Tarpejus pater & capti ſenſere Quirites.
Hic dum ſollicitat donis, & inania corda

Ac

approbarunt, ut & Barthius. N. HEINSIUS. *Decepere* etiam editiones Mediol. Veneta Marſi, ac Gryphii. Primus Martin. Herbipolenſis in ea, cui praefuit, editione *Accepere* vulgavit, quem alii plures ſecuti ſunt. Dauſquejus, quamvis *τὸ Decepere* efficacius eſſe agnoſceret, tamen nec vulgatam lectionem jure culpabilem pronuntiavit.

v. 36. *Et magnos tollunt animos*] Virgil. *ante domandum Ingentes tollunt animos.* MODIUS Novant. Lect. Epiſt. LXVI.

v. 36. *Juvat ire periclis Ad decus*] Supra dixit lib. I. verſ. 570.

——— *graſſandum ad clara periclis.*

v. 40. *Feſſa gradum*] Colonienſis *gradu.* praefero Graeciſmum. N. HEINSIUS. Recte vulgatum tuetur Heinſius. ſimiles enim Graeciſmos imprimis Silium amaſſe infra docui ad lib. XI. verſ. 43. ultima litera vocis *gradum* abſorpta fuerat à prima vocis ſequentis: vel ſcriptum olim erat *gradū*; virgula autem ſupraſcripta vel evanuerat, vel à feſtinante librario Colonienſis codicis omiſſa erat.

v. 45. *Armiferae quondam priſca inter tempora gentes*] Mirum, niſi aliud quid, quam arma, tulerint. Vox *Armiferae* nomen gentis alicujus procul dubio ſinu gerit, quam fluxam fidei mox ab Hannibale junctam rebus Poenorum dicit. BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. III. Barthius opinatur, ſub voce *Armiferae* nomen peculiare gentis alicujus latere. N. HEINSIUS. Nollem hoc Barthio excidiſſe. Nam *Armiferae gentes* ſunt bellicoſae. Silius lib. I. verſ. 327. *armiferis Geticae telluris in oris.* Senec. in Hippol. verſ. 909.

Eſt prorſus iſte gentis armiferae furor,
Odiſſe Veneris foedera:

ubi Amazonas innuit. Sic *armifera Thrace* Ovid. Epiſt. II. Her. verſ. 84. *armiferae Getae* Statius IV. Theb. verſ. 653. *armifera Minerva* Albinov. Eleg. ad Liviam verſ. 22. *armiferae Pannoniae* Auſon. Epigr. III. *armiferi Quirini gens* Silius lib. XVI. verſ. 46. *armiferi Quirini tecla* Statius lib. III. ſilv. V. verſ. 112. Quare nec puto, vocem *Armiferae* nomen gentis alicujus ſinu gerere. Tot enim indiciis Silius populum, quem in animo habebat, circumſcripſit, ut plane in his literis hoſpes habendus ſit, qui illius nomen divinare nequeat. Neque melius Silii mentem perſpexit Dauſquejus: non enim poeta Siculos, vel Aborigines, vel Pelaſgos, alioſve populos, de quibus Dauſq. cogitat, innuere voluit, ſed Gallos, ut recte jam olim Marſus, & ex eo Cellarius, monuerunt. Hi enim *priſca inter tempora* (tempore nempe Tarquinii Priſci, ut teſtis eſt Livius lib. V. cap. XXXIV.) partem Italiae, quae poſtea Gallia Ciſalpina dicta eſt, occuparunt, ac fortitudine ſua circumjacentibus populis terrorem injecerunt, mox & Romanos aggreſſi ipſam Romam expugnarunt; quo reſpiciens Silius inquit,

——— *mox impia bella*
Tarpejus pater, & capti ſenſere Quirites.

fluxam morum gentem Gallos eſſe, non hic ſolum Silius teſtatur, ſed infra etiam lib. VIII. verſ. 16. Recte vero Gallos *armiferos* vocat, ut infra lib. XV. verſ. 171.

Antiquae morem patriae, cultuſque habitumque
Phocais armiferas inter tenet hoſpita gentes.

Phocais enim, id eſt Maſſilia, in Gallia erat, ut notum. De Gallis etiam Livius lib. X. cap. XVI. *Habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos, feroces quum ſuopte ingenio, tum adverſus Romanum populum.* Sed diutius, quam par eſt, in re manifeſta verſamur.

v. 49. *Hic dum ſollicitat* &c.] Doctiſſimus Dauſquejus

Ac fluxam morum gentem fovet, armaque jungit;
Jam Consul, volucri pervectus litora classe,
Scipio Phocaïcis sese referebat ab oris:
Ingentesque duces, pelagi terraeque laborem
Diversum emensos, propiora pericula vallo
Jungebant, magnaeque aderant primordia cladis.
Namque ut, collatis admoto Consule castris,
Sustulerat Fortuna moras, signumque furoris
Accensae viso poscebant hoste cohortes:
Debellata procul, quaecumque vocantur Hiberis,
Ingenti Tyrius numerosa per agmina ductor
Voce sonat, non Pyrenen Rhodanumve ferocem
Jussa aspernatos, Rutulam fumasse Saguntum,
Raptum per Celtas iter, &, qua ponere gressum

Amphitryoniadae

squejus *Sic dum sollicitat* scribendum conjicit. Sed nihil muto. adversatur enim orationis series, quam is sibi favere putabat.

v. 51. *Volucri pervectus litora classe*] *praevectus*, scribo. N. HEINSIUS. Pariter infra conjecit libr. VIII. vers. 126.

Illa cito passu praevecta ad litora.

ubi vulgo etiam *pervecta*. Ita saepe alibi errarunt indocti librarii. vide infra ad lib. VI. vers. 43.

v. 59. *Quaecumque vocantur Hiberis*] Opinor scribi debere *quaecumque coluntur Hiberis*. Livinejus, *quacumque vagantur Hiberi*. N. HEINSIUS. Locus, ut vulgo editur, certissime mendosus: in libris vetustis nihil auxilii est. Si nec Heinsii, nec Livineji conjectura placet, legi etiam potest, *quaecumque habitantur Hiberis*.

v. 60. *Nemorosa per agmina*] Quae sunt *nemorosa agmina?* Facile corrigunt *numerosa*, adjutore interprete Marso. Ita tamen habent membranae utraeque, Modianae & Oxonienses. An legas *memor ausa per agmina?* Nam meminerat Hannibal, quid quisque, quoque tempore gessterat. Exemplum in Silio lib. XVII. & alibi: ubi idem ductor nominatim & turmas & duces factorum fortium admonet. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. Reponendum *numerosa per agmina*, ut & ab Interprete jam est animadversum, neque aliter editio Parmensis. Barthius *memor ausa per agmina*. Sed frugibus inventis desinamus, quaeso, glandes sectari. N. HEINSIUS. *numerosa agmina* scribendum olim etiam Illustrissimo Scaligero placuit, qui ita ad marginem Silii emendarat. Similiter infra peccatum putat Illustrissimus Heinsius lib. XIII. vers. 595. *nemorosaque brachia fundit Taxus*, ubi *numerosaque* scribendum conjicit, contrario errore lapsus est librarius in codice Sixii MS. Lucani, qui libro VI. vers. 338. *numerosus Othrys* dederat, pro quo vulgo *nemorosus* recte legitur.

v. 61. *Rhodanumve furentem*] *ferocem* Coloniensis, optime. Claudian. Conf. Mall. Theod. vers. 53. *Lentus Arar Rhodanusque ferox.* quomodo illic castigavimus ex antiquis membranis, & pluribus illustravimus correctionem, quae adeantur. Deinde *Rutulam fumasse Saguntum*, non *rutilam*. N. HEINSIUS. Utrumque rectum, & *furentem*, & *ferocem*. *furens Aufidus* infra lib. X. vers. 321. *redditque furens sua corpora rivis.* ubi alia exempla vide. *ferox* vero, ut infra hoc libro vers. 641. de Trebia:

Jamque ferox totum propellit gurgite pontum,
Atque omnes torquet vires.

Senec. in Hercul. Fur. vers. 1324.

Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox.

Lucan. lib. IV. vers. 138.

——— *fluviique ferocis*
Incrementa timens, non primis robora ripis
Imposuit.

Utrumque junxit Iscan. lib. I. de Bell. Troj. vers. 158.

——— *furit ille, feroxque*
Potandas incestat aquas.

Ubi de ponto loquitur, non vero, ut Dresemio visum erat, de Phasi.

v. 68. *Fractum ambustumque nivosis Cautibus*] *urere* de frigore, ut Xenophon τὸ ἀποκαίειν dixit lib. Ἀναβ. VII. [pag. m. 408.] Ἦν δὲ χιὼν, inquit, πολλὴ καὶ ψῦχος οὕτως, ὥστε τὸ ὕδωρ, ὃ ἐφέροντο ἐπὶ δεῖπνον, ἐπήγνυτο, καὶ ὁ οἶνος ἐν τοῖς ἀγγείοις, καὶ τῶν Ἑλλήνων πολλῶν καὶ ῥῖνες ἀπεκαίοντο καὶ ὦτα: id est, *amburebantur*, ut Silius loquitur. D. HEINSIUS. Sic Cicero II. Tuscul. Quaest. cap. XVII. *Pernoctant venatores in nive, in montibus uri se patiuntur.* Ovidius XIV. Metam. vers. 763.

Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
Poma

in III. Trist. Eleg. II. vers. 70. *Ustus ab assiduo frigore Pontus.* Valer. Flacc. lib. IV. vers. 70. *fatuis relevans ambusta pruinis Lumina.* Fest. Avien. in Arat. Prognost. pag. 79.

Nix herbas laedat teneras, nix urat aristas.

Quinctil.

Amphitryoniadae fuerit labor, iſſe ſub armis
Poenorum turmas; equitemque per ardua vectum
Inſultaſſe jugo, & fremuiſſe hinnitibus Alpes.
Contra pulchra ſuos vocat ad diſcrimina Conſul.
Hoſtem, miles, habes fractum ambuſtumque nivoſis
Cautibus, atque aegre torpentia membra trahentem.
En age, qui ſacros montes, rupeſque profundas
Tranſiluit, diſcat, quanto ſtat celſius arce
Herculea vallum; &, majus ſit, ſcandere colles,
An veſtros rupiſſe globos. det inania famae:
Dum magna fuſo pugna, retroque ruenti,
Qua ventum eſt, obſtent Alpes. ſuper ardua ductum
Huc egere Dei, Latios ut ſanguine fines
Imbueret, tellusque hoſtilis conderet oſſa.

Scire

Quinctil. Declam. III. pag. 38. *Praedura priſcis moribus mater, frigoribus ac ſolibus peruſta.* alia vide apud Brodaeum II. Miſcell. cap. VIII. Savar. ad Sidon. Apollin. carm. V. verſ. 528. Cerd. ad Virgilii I. Georg. verſ. 93. & Petr. Moll ad Longi Paſtor. lib. III. pag. 75.

v. 71. *Quanto ſtat celſius arce*] *ſtet* ſcribendum eſſe, ſequentia ſatis evincunt, quamvis obnitentibus membranis; niſi illic legimus *& majus ſi ſcandere. Tranſiliunt, diſcant* Putean. N. HEINSIUS.

v. 73. *An noſtros rupiſſe globos*] *veſtros globos* Colonienſis rectius. N. HEINSIUS.

v. 73. *Det inania famae*] *Aliquid famae dare* dicitur, qui quid facit, ut famam conſequatur. ita Tacitus I. Annal. cap. VII. *Dabat & famae, ut vocatus electusque potius à republica videretur, quam per uxorium ambitum & ſenili adoptione irrepſiſſe.* Plura exempla videri poſſunt apud Eruditiſſimum Bentlej. ad Horat. lib. II. Serm. Ecl. II. verſ. 95. Sed & *famae dare* accipitur pro celebrare, celebre facere, adeo ut ubique fama feratur. Eo ſenſu locutio illa hoc loco capi debet: ut dicat Scipio, Hannibalis geſta elevans, inania illa, quae exſcindendo Saguntum & Alpes ſuperando perpetravit, laudibus efferat & celebret Hannibal. Sic infra loquitur Silius lib. VII. verſ. 217.

Da famae, da, Muſa, virum, cui vincere bina
Conceſſum caſtra.

lib. XI. verſ. 140.

Ut Trebiae ripas aeterno nomine famae
Tradiderit.

lib. XVI. verſ. 44.

Vix uni mens digna viro, noviſſe minores
Quam deceat, pretiumque operis ſit tradere famae.

Et ita media barbarie Saxo Grammat. II. Hiſt. Danic. p. 32.

— ſua dextera quemque
Aut famae dabit, aut probro perfundet inerti.

v. 74. *Dum magna fuſa pugna*] Scribe *fuſo*, non *fuſa*. Putean. confirmat & Parmenſis editio cum Gryphio. N. HEINSIUS. *fuſa* per errorem typographicum primum comparuit in editione Colinaei Pariſina, quam imprudenter poſtea expreſſerunt Dan. Heinſius & Dauſquejus, reliquis omnibus editionibus, quas vidi, *fuſo* retinentibus. Tanti eſt antiquiſſimos libros conſuluiſſe, ne poſterior editor, dum ſecure nimis praecedentes editiones ſequitur, errores & ſomnia operarum pro ipſius auctoris verbis venditet.

v. 77. *Tellusque hoſtilis conderet oſſa*] His docere vult Scipio, maximo ſuo malo Hannibalem & Karthaginienſes ſuperatis Alpibus in Italiam veniſſe. Olim enim ſumma infelicitas habebatur, procul à patria & avitis laribus in terra extera vel inimica mori, & ſepeliri. Hinc queritur Tiburna, vel ſub ejus imagine Tiſiphone, ſupra lib. II. verſ. 573.

— tandemque ſupremum
Nocte obita Libyae gremio captiva jacebo.

lib. X. verſ. 545.

— tacitusque pererrat
Intima corda pavor, ſi ſors ita Martis iniqui
Hoc ferat, ac ipſis inimica ſede jacendum.

Statius III. Theb. verſ. 212.

— aſt ego doner,
Dum licet, igne meo, terraque inſternar avita.

Ovid. I. Triſt. Eleg. II. verſ. 53.

Eſt aliquid, fatove ſuo ferrove cadentem
In ſolita moriens ponere corpus humo.

& I. ex Pont. Epiſt. II. verſ. 59.

Saepe precor mortem, mortem quoque deprecor idem;
Ne mea Sarmaticum contegat oſſa ſolum.

Arnob. VI. contr. Gent. pag. 194. *Indicabunt, quid de ſuis commeruerit civibus, ut ei ſit abnegata telluris patriae ſepultura.* Eadem etiam apud Judaeos ſuperſtitio obtinuit. Pſeudo-Egeſ. IV. de Excid. Hieroſ. cap. XII. *Pleriſque tamen patrii ſpe ſepulcri mors apud ſuos tolerabilior aeſtimabatur.*

 v. 78.

Scire libet, nova nunc nobis atque altera bellum
Karthago, anne eadem mittat, quae, mersa sub aequor,
Aegates inter vasto jacet obruta ponto.
Haec ait; atque agmen Ticini flectit ad undas.
Caeruleas Ticinus aquas, & stagna vadoso
Perspicuus servat turbari nescia fundo,

Ac

v. 78. *Nova nunc nobis, anne eadem*] *Nova num* puto. N. HEINSIUS. Nihil mutandum, praesertim contra omnium librorum, tam qui typis, quam qui manu descripti sunt, auctoritatem. Priorem enim particulam ab optimis auctoribus omitti, frequens est. supra vers. 72. *majus sit scandere colles, An vestros rupisse globos.* post vers. 806.

——— ipsique relictum,
Abnueret sorti, an Superûm pareret honori.

Horat. lib. II. Serm. Ecl. IV. vers. 10.

Ede hominis nomen; simul &, Romanus, an hospes.

ut hunc locum recte constituit Bentlejus; vulgo *simul, an Romanus, an hospes* legebatur. ita, credo, ab eo interpolatum est, qui hic priorem particulam male abesse credebat. Petron. in Satyr. cap. XCI. *Ego te reliqui, an tu prodidisti.* Claudianus I. in Rufin. vers. 1.

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent Superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.

Vide virum Celeberrimum Jac. Perizonium in Dissert. de Dict. Cretens. §. 40. & Eruditissimum Bentlej. ad Horat. II. Serm. Ecl. III. vers. 166.

v. 87. *Somniferam ducit lucenti gurgite lympham*] Cantu volucrum, & lene fluentis aquae murmure quoniam facillime somnus conciliatur, hinc Silius Ticini lympham *somniferam* vocat. Sic Ovidius XI. Metam. vers. 603.

——— per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepitantibus unda lapillis.

in III. Fast. vers. 17.

——— umbrosae salices volucresque canorae
Fecerunt somnos, & leve murmur aquae.

Horat. Epod. II. vers. 25.

Labuntur altis interim ripis aquae;
Queruntur in silvis aves;
Fontesque lymphis obstrepunt manantibus;
Somnos quod invitet leves.

ubi vide Weitzium; idem lib. I. Epist. XIV. vers. 35.

Cena brevis juvat, & prope rivum somnus in herba.

Saxo Grammat. IV. Histor. Dan. pag. 57. *Loci specie delectatus quieti consuluit, jocundiore rivi strepitu somni cupidinem provocante.*

v. 88. *Fulgentibus umbris*] Lego, *fugientibus umbris.* tale est Ovidii illud I. Amor. Eleg. V. vers. 5.

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phoebo,
Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. Scribo, *fugientibus.* D. HEINSIUS. Non debebant mutare illud *fulgentibus umbris.* Nocte enim abeunte splendor umbris Eous intermicat: hoc est, quod Appulejus bene extulit; *Nox ibat in diem.* non est tanti *fugientibus*, quod supponunt. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *fugientibus* scripti cum Parmensi editione: verissime, quod & alii jam monuerunt. Interpres hic denuo obloquitur; etiam Barthius, quod mireris. Paullo ante *volucrum certamine*, non *certamina*, cum Coloniensi liber Putean. & editio Parmensis. N. HEINSIUS. Omnino recte viri docti *fugientibus umbris* ex libris priscis vindicarunt. Eodem modo umbrae *abire* dicuntur infra lib. IX. vers. 179.

——— sensimque abeuntibus umbris
Conscia nox sceleris roseo cedebat Eoo.

exigi lib. XV. vers. 251.

Aurora ingrediens terris exegerat umbras.

Neque umbrae solum, sed etiam sidera *fugiunt*, ac *fugantur*, instante die. Virgilius III. Aen. vers. 521.

Jamque rubescebat stellis Aurora fugatis.

Ovidius II. Metam. vers. 112.

——— ecce vigil rutilo patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores, & plena rosarum
Atria. diffugiunt stellae.

Lucan. lib. II. vers. 724. *refugit Lucifer ipse diem.* Statius III. Thebaid. vers. 684.

——— jam nocte suprema
Ante novos ortus, ubi sola superstite plaustro
Arctos ad Oceanum fugientibus invidet astris.

& X. vers. 321.

Quarta soporiferae superabant tempora nocti,
Cum vacuae nubes, & honor non omnibus astris,
Afflatusque fugit curru majore Bootes.

Quinctil. Declam. X. pag. 174. *Nec jam, nisi cum luce certa, fugatisque sideribus, invitus ille vanescebat ex oculis.* auctor Octav. vers. 1.

Jam vaga coelo sidera fulgens
Aurora fugat.

Eodem modo instante vespera dies dicitur *fugere*, apud Calpurn. Ecl. II. vers. 93.

Jam fugit ecce dies, revocatque crepuscula vesper.

Voces autem *fulgere*, & *fugere* librarii frequenter inter se commutarunt. apud Valer. Flacc. lib. VII. vers. 260. pro

Forte ratem primo fugientem litore cerno,

fulgentem malebat Illustrissimus Heinsius. apud Lucan. lib. I. vers. 231. in codice Rottendorfil,

quem

Ac nitidum viridi lente trahit amne liquorem.
Vix credas labi: ripis tam mitis opacis,
Argutos inter volucrum certamine cantus,
Somniferam ducit lucenti gurgite lympham.
Jamque sub extremum noctis fugientibus umbris
Lux aderat, Somnusque suas confecerat horas.

Explorare

quem Heinsius contulit, erat

——— *ignes*
Solis Lucifero fulgebant astra relicto,

pari errore; cum recte *fugiebant* vulgo legatur. atque ita alibi saepe.

v. 89. *Somnusque suas confecerat horas*] Scribo, *duas*. D. HEINSIUS. *duas horas* castigabat parens meus in crepundiis Silianis. Interpres obstrepit, qui non meminerat, aestiva aut saltem verna tempestate haec agi, qua noctes brevissimae. Duas igitur noctis partes fuisse exactas vult Silius. Notum illud Maronianum,

Tertia jam vigiles exciverat hora secundos.

vide Lindenbrog. ad Catalecta pag. 293. N. HEINSIUS. Vir eruditissimus Daniel Heinsius, *duas horas* hoc loco scribendum conjectans, (ignoscant mihi hoc verbum manes ejus) gravissime erravit. Parentis conjecturam postea quidem contra Dausquejum tueri conatus est vir Illustrissimus Nic. Heinsius, sed frustra. Sive enim haec verna tempestate, sive aestiva, qua noctes sunt brevissimae, acta esse statuantur, nullum inde praesidium conjecturae paternae petere poterit. Nam, ut notum est, horae Romanis, contra quam vulgo apud nos obtinet, ad rationem Solis comparatae erant; ita ut ab ortu ad occasum ejus quaelibet dies & aestate & hieme duodecim horas habuerit, totidemque quaelibet nox ab occasu ad ortum Solis: unde necessario evenit, ut horae nocturnae per aestatem contractiores, diurnae longiores fuerint; at vice versa per hiemem. Hinc frequens distinctio apud veteres inter noctis & diei horas aestivas vel hibernas. Martial. lib. XII. Epigr. I.

Hora nec aestiva est, nec tibi tota perit.

Auctor Moreti vers. I.

Jam nox hibernas bis quinque peregerat horas.

Plura exempla habet vir summus Joh. Fr. Gronovius ad Senec. Hercul. Furent. vers. 842. ubi recte reprehendit Barthium, qui in his erraverat in libris Adversariorum & notis ad Rutilium, quem eundem errorem tertio commisit in notis ad Statii IV. Theb. vers. 2. Ex his constat, *confectis duabus horis noctis*, seu vigiliis (eo enim sensu uterque Heinsius vocem *hora* sumsisse videntur, quamvis dubitari possit, num ea vox hac significatione olim in usu fuerit) mediam adhuc noctem fuisse, tam solstitio aestivo, quam hiberno: adeoque Silium non potuisse dicere,

Lux aderat, somnusque duas confecerat horas.

Neque huc facit locus Homeri, quem ad firmandam patris conjecturam Nic. Heinsius ad finem Silii adscripserat, ex Iliad. K. vers. 251.

Ἀλλ' ἴομεν· μάλα γὰρ νὺξ ἄνεται, ἐγγύθι δ' ἠώς·
Ἄστρα δὲ δὴ προβέβηκε· παρῴχηκεν δὲ πλέων νὺξ
Τῶν δύο μοιράων, τριτάτη δ' ἔτι μοῖρα λέλειπται.

Sed eamus; valde enim nox ad finem vergit, prope autem est Aurora: stellae vero jam praecesserunt: praeteriitque major noctis pars duarum partium, tertia autem pars adhuc reliqua est. Si nempe Homero nox valde ad finem vergit, & Aurora prope est, exactis duabus noctis partibus, recte & Silius exactis duabus vigiliis dicere potuit, *Lux aderat.* Verum sciendum, aliter priscos Graecos, aliter Romanos noctem divisisse. Antiquissimis temporibus apud Graecos nox tantum in tres vigilias dividebatur, quarum quaelibet quatuor horas continebat. vide Bochart. Hieroz. lib. II. cap. XL. pag. 396. & Dausquej. infra ad Silii lib. VII. vers. 155. Potuit itaque Homerus post duas noctis partes, dum ultima tantum supererat, dicere, noctem ad finem vergere, & Auroram prope esse: exeunte enim tertia parte sol jam oriebatur. Eodem modo & Moschus locutus est Idyll. II. vers. 2.

Νυκτὸς ὅτε τρίτατον λάχος ἵσταται, ἐγγύθι δ' ἠώς.
Cum tertia pars noctis stat, & aurora prope est.

At apud Romanos quaelibet nox quatuor vigiliarum erat. Propert. lib. IV. Eleg. IV. vers. 61.

Et jam quarta canit vicinam buccina lucem.

quartam castrensem vigiliam memorat Plinius lib. X. Hist. Natur. cap. XXI. ita Silius etiam noctem infra dividit libro VII. vers. 154.

——— *mediam somni cum buccina noctem*
Divideret, jamque, excubias sortitus iniquas,
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.

Statius, describens bellum Thebanum, hanc noctis divisionem secutus est in X. Theb. vers. 321.

Quarta soporiferae restabant tempora nocti.

& alibi: quamvis, ut dixi, apud priscos Graecos aliud obtinuerit. Ex Romanorum itaque instituto non post confectam secundam vigiliam, sed post tertiam, currente jam quarta, lux aderat, ut Propertius ait dicto loco. Hinc Senec. in Thyest. fabula Graeca, ad Romanorum numerandi consuetudinem alludens, post secundam vigiliam diurnam, currente tertia, noctem nondum instare dicit vers. 798.

Nondum in noctem vergente die
Tertia misit buccina signum.

Ex his igitur abunde, opinor, patet, nihil apud Silium mutandum esse, quod jam recte Dausquejus

Explorare locos Conful, collifque propinqui
Ingenium, & campis quae fit natura, parabat.
Par ftudium Poeno, fimilefque in pectore curae.
Ergo aderant, rapidis equitum comitantibus alis.
Verum ubi commoto docuerunt pulvere nubes,
Hoftem ferre gradum; & propius propiufque fonoro
Quadrupedum cornu tellus gemit; ac fimul acer
Vincentum lituos hinnitus faevit equorum:
Arma, viri, rapitè arma, viri; dux inftat uterque.
Ambobus velox virtus, geminufque cupido
Laudis, & ad pugnas Martemque infania concors.
Haud mora: jam tantum campi dirimebat ab ictu,
Quantum impulfa valet comprendere lancea nodo;

Cum

jus monuit; qui tamen & ipfe manifefti erroris reus eft, quod duabus fomni horis peractis primae vigiliae duas horas teftare dicat. Quum enim nox duodecim horarum in quatuor vigilias divifa fuerit, quaelibet earum non ex quatuor, fed ex tribus horis conftare debuit, ut confectis duabus horis tertia ejus vigiliae folum reftitetit. Sic Lucan. lib. v. verf. 507.

Tertia jam vigiles commoverat hora fecundos,

id eft, peractis tribus horis, feu prima vigilia, jam fecundus vigil excubabat. Vegetius lib. III. de Re milit. cap. VIII. *Quia impoffibile videbatur, in fpeculis per totam noctem vigilantes fingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepfydram funt divifae vigiliae, ut non amplius quam tribus horis nocturnis neceffe fit vigilare.*

• v. 90. *Collifque propinqui Ingenium*] *Ingenium* rebus inanimatis tributum quid notet, ipfe patefecit Silius, dum pergit, *& campis quae fit natura.* Eo fenfu infra occurrit lib. XIV. verf. 283.

Et Salaminiacis quantam Eoifque tropaeis
Ingenio portus urbs invia fecerit umbram.

Ovidius II. ex Pont. Ep. I. verf. 52.

Nec fatis ingenio tuta fuiffe loci.

Stat. lib. I. filv. III. verf. 15. *Ingenium quam mite folo!* Tacitus I. Hiftor. cap. LI. *Diuque infructuofam & afperam militiam toleraverat ingenio loci coelique, & feveritate difciplinae.* Florus lib. II. cap. VI. *Obfervato loci ingenio ita inftruxit aciem.* Solin. Polyh. cap. XXIV. *Spectandum nimirum ingenium loci.* Claud. I. in Rufin. verf. 211.

Hic radiant flores, & prati viva voluptas,
Ingenio variata fuo.

Plura vide apud Barthium ad Claud. I. de Rapt. Proferp. verf. 143. ad Rutil. Itiner. lib. I. verf. 327. & Freinshem. Indic. in Florum ea voce.

v. 91. *Campis quae fit natura*] Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjicit fcribendum *campi*, ut refpondeat praecedentibus *collis propinqui Ingenium.*

v. 98. *Arma, viri, rapite arma, viri*] Colonienfis *capite.* alterum efficacius: ut lib. VI. verf. 209. *Ocius arma rapi jubet.* apud Livium tamen in Hannibalis oratione lib. XXI. cap. XLIII. *Agite, cum Dis bene juvantibus arma capite.* N. HEINSIUS. Infra lib. XII. verf. 169. loco fimillimo,

——— *arma, cruentus*
Hoftis adeft, capite arma, viri, clamatque, capitque.

Ita habent libri fcripti, probante Illuftriffimo Heinfio: vulgo erat *rapite.* lib. VIII. verf. 275. *Ite igitur, capite arma, viri.* Ovid. II. Metam. verf. 602.

——— *utque animus tumida fervebat ab ira,*
Arma affueta capit.

ubi tamen idem Heinfius *rapit* ex libris melioribus malebat, quem ad eum locum vide. Voces has frequenter in codicibus prifcis commutari inter fe infra docui ad lib. XV. verf. 659.

v. 99. *Geminufque cupido Laudis*] *Geminus* germanum, parem, genuinum notat. Saepe apud Plautum. BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XXIV.

v. 100. *Infania concors*] Par infania. Forte tamen *infania confors.* N. HEINSIUS. Saepiffime ita lapfi funt fcriptores librarii. vide Nic. Heinfium infra ad lib. XIII. verf. 650. lib. XVI. verf. 68. ad Petron. Satyr. cap. CXXVI. & praefertim ad Sabin. Epift. I. verf. 35. Bentlejum etiam ad Horat. lib. III. od. XXIX. verf. 28.

v. 101. *Haud mora: jam tantum campi dirimebat ab ictu*] Opinor legendum.

Haud mora: jam tantum campi dirimebat, adacto
Quantum impulfa valet comprendere lancea nodo.

Caefar III. Bell. Civil. cap. LI. *Pompejus tumulum quendam occupavit, qui tantum aberat à noftro caftello, ut telum tormentumve adigi non poffet.* pro *comprendere lancea*, Puteaneus *& prendere.* Fortaffis *deprendere.* N. HEINSIUS.

v. 102. *Quantum impulfa valet comprendere lancea nodo*] ὅσον ἐπὶ δουρὸς ἐρωή. D. HEINSIUS. Similem Silii locum ex lib. XII. verf. 651. & Homer. ex Il. O. verf. 357. jam Daufquejus laudavit. Idem Homer. Il. Π. verf. 589.

Orra

Cum subitum liquida, non ullis nubibus, aethra
Augurium mentes oculosque ad sidera vertit.
Accipiter, medio tendens a limite Solis,
Dilectas Veneri, notasque ab honore Diones,
Turbabat violentus aves: atque unguibus idem,
Idem nunc rostro, duris nunc ictibus alae,
Ter quinas dederat saeva inter vulnera leto.
Nec finis satiasve, novi sed sanguinis ardor
Gliscere; & urguebat trepidam jam caede priorum,
Incertamque fugae, pluma labente, columbam:
Donec Phoebêo veniens Jovis ales ab ortu
In tenues tandem nubes dare terga coëgit.
Tum victrix laetos signa ad Romana volatus

Convertit;

Ὅσση δ' αἰγανέης ῥιπὴ ταναοῖο τέτυκται,
Ἥν ῥά τ' ἀνὴρ ἀφίῃ πειράμενος ἢ ἐν ἀέθλῳ.
Quantus autem est jactus longi jaculi, quod quidem vir emiserit connisus vel in certamine ludi. Iliad. Φ. vers. 251.

Πηλείδης δ' ἀπόρουσεν, ὅσον τ' ἐπὶ δουρὸς ἐρωή.
Pelides autem saltu dato resugit, quantum est hastae jactus. Statius v. Thebaid. vers. 371.

Jamque aberant terris, quantum Gortynia currant
Spicula.

Spatium quidem, quod inter duos exercitus est, etiamsi majus sit, quam ut teli jactu metiri possit, Graecis μεταίχμιον dicitur. vide Hesych. ac Suid. ea voce, & Schol. Euripid. ad Alcest. vers. 91. & ad Phoeniss. vers. 1246. illud vero, quod jaculo transmitti potest, δουρηνεκὲς dicitur, ut Dan. Heinsius docet. Ita Homer. loco notissimo in Iliad. K. vers. 357.

Ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἄπεσαν δουρηνεκὲς, ἢ καὶ ἔλασσον.
Sed quando jam aberant hastae jactum, vel etiam minus.

v. 105. *Accipiter, medio tendens à limite Solis*] *à limine* codex editionis Romanae, uti & Parmensis. Apud Maron. Aeneidos vi. vers. 255.

Ecce autem primi sub limina solis & ortus.

Ita autem illic codex longe vetustissimus: ubi plura. N. HEINSIUS. Etiam Mediolanensis editio *à limine Solis*. Ita saepe peccarunt librarii. vide N. Heinsium infra ad lib. xvi. vers. 338. ad Claudiani iii. de Laudib. Stilic. vers. 287. Valer. Flacc. lib. iv. vers. 28. & Broekhuis. ad Propert. lib. iv. Eleg. ix. vers. 60. Forte tamen nihil hic mutandum cum libris scriptis. Saepe enim *limes* pro quocumque spatio vel via ponitur, ut pluribus infra probavi ad lib. xvi. vers. 338. ut *tendens à medio limite Solis* sit, à medio spatio, quod sol conficere debet, à medio coelo. Accipitris autem, quam alius avis rapacis, Silius mentionem facere maluit, quia is praecipue columbis inimicus fingitur. Homer. Il. Φ. vers. 493.

——— ὥστε πέλεια,

Ἥ ῥά θ' ὑπ' ἴρηκος κοίλην εἰσέπτατο πέτρην.
Veluti columba, quae metu accipitris cavam volat in petram. Silius lib. v. vers. 281.

——— *territa pennas*
Colligit, accipitrem cernens in nube, columba.

Ovid. v. Metam. vers. 605.

Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae,
Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.

Hinc Homero etiam φασσοφόνος, *palumborum occisor*, dicitur in Iliad. O. vers. 238.

v. 106. *Notasque in honore Diones*] Potior mihi prisca scriptura, *notasque ab honore Dionae.* BARTHIUS lib. vi. Advers. cap. iii. *ab honore* scripti & vetustae editiones constanter. nec rejiciendum fuit, probante etiam Barthio. N. HEINSIUS. *in honore* primum ortum à Nicandro in editione Juntina: quam lectionem omnes postea editores, cum infeliciter secuti, receperunt.

v. 110. *Nec finis satiesve*] Bene *satias* Interpres: quod Silio aliis locis reddunt membranae Colonienses, ut lib. vi. vers. 52. Senec. in Thyest. vers. 973.

Satias dapis me, nec minus Bacchi tenet.

N. HEINSIUS. Sallust. lib. iii. Histor. *Frumentique ex inopia gravi satias facta.* Pacuv. apud Cicer. lib. i. de Divin. cap. xiv. *Nec tuendi satias capere possiet.* ita legebat Gruter. Livius lib. xxvii. cap. xlix. *Victores sanguinis caedisque ceperat satias.* ita ex libris scriptis emendarunt viri docti. vide quae ibi notat praestantissimus Gronovius. Solin. in Polyh. cap. xxii. *Alioquin ita pabulosa, ut pecua ibi, nisi interdum à pascuis arceantur, in periculum agat satias.* Dict. Cretens. lib. iii. de Bell. Troj. cap. xxv. *Dein ubi satias omnes tenuit, Achilles hoc modo disseruit.* ita legunt libri scripti, ut ad finem Silii annotavit Illustrissimus Heinsius. Plura vide apud Nonium ea voce, & Dausquejum ad hunc locum.

v. 115. *Laetos signa ad Romana volatus*] An, *laevos volatus?* quibus suus in auguriis est locus. *jactos volatus* Romana editio. N. HEINSIUS. *laevos volatus* N. Heinsius: apud Romanos enim ex

 disciplina

Convertit; prolesque ducis qua parte decora
Scipio quassabat puerilibus arma lacertis,
Clangorem bis terque dedit, rostroque coruscae
Praestringens conum galeae, se reddidit astris.
Exclamat Liger: (huic Superos sentire monentes
Ars fuit, ac penna monstrare futura magistra:)
Poene, bis octonos Italis in finibus annos,
Audaci similis volucri, sectabere pubem
Ausoniam, multamque feres cum sanguine praedam;
Sed compesce minas: renuit tibi Daunia regna
Armiger ecce Jovis. nosco te, summe Deorum.
Adsis o, firmesque tuae, pater, alitis omen.
Nam tibi servantur (ni vano cassa volatu
Mentitur Superos praepes) postrema subactae
Fata, puer, Libyae, & majus Karthagine nomen.

Contra

disciplina augurali feliciores habitae sunt aves à sinistra venientes, quam a dextra; contra quam apud Graecos obtinuit. Receptam tamen lectionem contra omnium codicum scriptorum auctoritatem non sollicito. *laetum* est faustum, felix: ut contra *triste* infelix, malum. Praeterquam quod omen hoc loco non in eo constitisse videatur, quod aquila à dextra vel laeva parte conspecta fuerit, sed quod accipitrem, columbis letum inferentem, fugarit: Nece enim columbarum, quae Veneri sacrae erant, clades & pericula extrema Romanorum significabantur, quod & hi in Veneris tutela essent, unde etiam *gens Veneris* vocantur. vide, quae mox sequuntur.

v. 119. *Perstringens conum galeae*] *praestringens* Oxonius. bene. Supra habes lib. I. vers. 398. *nubila praestringere*. N. HEINSIUS. vide supra ad lib. I. vers. 358.

v. 122. *Poene, bis octonos*] Sic distingue. *o Poene*, o miles Karthaginis. N. HEINSIUS. Conjicit Liger numerum annorum, per quos Italia ab Hannibale bello infestaretur, ex numero columbarum ab accipitre interfectarum: eodem modo, ut Calchas ex numero passerum, à dracone consumtorum, annos belli Trojani auguratur apud Homer. Iliad. B. vers. 308. quem universum locum Latine vertit Cicero lib. II. de Divin. cap. XXX. ubi inter alia habes:

Nam quot aves taetro mactatas dente videtis,
Tot nos ad Trojam belli exanclabimus annos;
Quae decimo cadet, & poena satiabit Achivos.

Eandem historiam refert etiam Ovid. XII. Metam. vers. 13.

v. 127. *Firmesque tuae, pater, alitis omen*] Vide Turneb. lib. XIII. Adversf. cap. XVI. quem jam Dausquej. adduxit, & Celeberrimum Burmann. in Jov. Καταιβ. cap. IX.

v. 131. *Laeta Bogus Tyrio canit omnia Regi*] Scribo, *omina*. D. HEINSIUS. *omina* meus pater, recte. confirmat editio Romana cum Parmensi. apud Propert. lib. III. El. III. vers. 9. *Omina fausta cano.* N. HEINSIUS. *laeta omnia*, ut Livius lib. XXXI. cap. VII. *Dii immortales mihi sacrificanti laeta omnia prosperaque portendère.* Contra *foeda omnia* idem lib. XXXI. cap. XII. *Foeda omnia & deformia, errantisque in alienos foetus naturae visa.* Praestat tamen *laeta omina*, ut viri docti scribendum monuerunt: neque aliter inveni in editione Martini Herbipolensis, ut & Veneta Marsi, ac Juntina. Nihil frequentius in codicibus priscis, quam voces *omnia* & *omina* inter se à scribis librariis commutari. vide infra ad lib. IX. vers. 3.

v. 134. *Dictis comitem contorquet in hostes hastam*] ut infra lib. IX. vers. 568.

—— superbis
Hasta comes dictis murali turbine pectus
Transforat.

quod supra extulit Silius lib. I. vers. 304. *verba ocius acer Intorto sancit jaculo.* & Valer. Flacc. lib. V. vers. 600. *vocem paria arma sequuntur.* vide Dausquej. h. loco & ad lib. I. vers. 304. Ille autem, qui nunc primus jaculum intorquet, Bogus postea interfectus fingitur proelio ad Thrasymenum lacum, lib. V. infra vers. 401.

Ante omnes jaculo tacitas fallente per auras
Occumbit Bogus, infaustum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutulos contorserat hastam.

Est autem hic Bogus à Silio effictus ad exemplum Tolumnii Auguris apud Maron. XII. Aen. vers. 258. & seqq. qui locus cum hoc Silii conferendus est.

v. 137. *Letum perdiderat spatio*] Videtur reponendum *Ictum perdiderat.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. *Ictum* bene Colon. asserente jam pridem Modio. Mox idem *caedemque accepit ab hoste*, non *recepit.* vide infra vers. 607. hoc libro. N. HEINSIUS. Dausquejus vulgatam lectionem *Letum perdiderat spatio* tuetur, & exponit, spatio perdiderat

Contra laeta Bogus Tyrio canit omina regi;
Et fauſtum accipitrem, caeſaſque in nube volucres
Aeneadis cladem, & Veneris portendere genti.
Tum dictis comitem contorquet primus in hoſtes,
Ceu ſuadente Deo, & fatorum conſcius, haſtam.
Illa volans patuli longe per inania campi
Ictum perdiderat ſpatio, ni, fuſus habenas,
Dum primae decus affectat decerpere pugnae,
Obvia quadrupedis praeceps Catus ora tuliſſet.
Sic elangueſcens, ac jam caſura, petitum
Invenit vulnus, caedemque accepit ab hoſte
Cornus, & oblatae ſtetit inter tempora frontis.
Incurrunt acies, magnoque fragore per aequor
Suſpendunt cuncti frenis ſublime reductos
Cornipedes, ultroque ferunt. erectus in auras
It ſonipes, rapidaque volans per aperta procella

diderat vires letum inferendi.

v. 140. *Jam caſura petitum Invenit vulnus*] Simili fictione haſta impetu proruentis ferae altius adigitur infra libr. VI. verſ. 248.

Venit in adverſam non vano turbine frontem
Cuſpis, & haud paullum vires adjuta ruentis
Contra ardore ferae capiti tremebunda reſedit.

v. 144. *Suſpendunt cuncti frenis ſublime reductos Cornipedes*] *cunei* opinor. non enim de ſolo pedite ea vox uſurpatur, quod Vegetius volebat, lib. III. cap. XIX. *Cuneus dicitur multitudo peditum, quae, juncta acie, primo anguſtior, deinde latior procedit, & adverſariorum ordines rumpit, quia à pluribus unum in locum tela mittuntur.* quomodo etiam eſt apud Statium X. Theb. verſ. 735.

Cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedeſtres.

Nam & *cunei* in bello navali locum habent. infra libr. XIV. verſ. 540. de proelio navali,

Perculſi cuneo Poeni denſentur in unum.

Statius V. Theb. verſ. 426.

Donec ab extremo cuneo ratis Aeſone natus
Palladios oleae, Mopſi geſtamina, ramos
Extulit.

Claudian. in IV. Conſul. Honor. verſ. 624.

ter mille ruebant
Per fluvium plenae cuneis immanibus alni.

Saepiſſime autem in libris priſcis haec vox corrupta eſt ſimili modo. Infra lib. XV. verſ. 739. *cuneiſque pavorem Gallorum induerat pavor.* nunc *cunctiſque* editur. Statius IX. Theb. verſ. 111.

Exſilit, inque eadem ſeſe veſtigia ſemper
Obverſus cuneis profert, recipitque.

ſic puto, non *cunctis*. lib. VII. verſ. 372.

Et jam acies obtuſa negat, cunctique reſiſtunt.

ubi forte legendum *cuneique*. Martial. lib. V. Epigr. XCIII.

In turbam incideris, cuneos umbone repellet.

Sic ſcribo, ubi pari modo peccatur. Apud Claudian. in Bell. Gildon. verſ. 467.

Omina conveniunt dicto; fulvuſque Tonantis
Armiger ad liquidam cuneis ſpectantibus aethram
Correptum pedibus curvis innexuit hydram.

ita videtur corrigendum: vulgo & illic *cunctis*. Augurium autem illud in conſpectu exercitus Romani apparuiſſe ex ſuperioribus ac ſubſequentibus apud Claudian. liquet. idem in III. Conſul. Honor. verſ. 142. poſtquam exercitum deſcripſit, quem Theodoſius Aug. triumphans domum deduxit,

Ut ventum ad ſedes, cuneos diſcedere tectis
Dux jubet, & generum compellat talibus ultro.

Sic ſcribo: vulgati *cunctos*. multi ex ſcriptis *tutas* & *tutos*, etiam *tutis* & *cunctis*. N. HEINSIUS. Ita Illuſtriſſimus Heinſius etiam ſupra peccatum exiſtimat lib. I. verſ. 454. & hoc lib. verſ. 516. quibus tamen locis vide quae notavi. *cuneos* de ſolis peditibus dixit etiam Auſon. in Perioch. III. Iliad.

Diſpoſiti in turmas equitum, cuneoſque pedeſtres.

Tam equites autem, quam pedites, ea voce comprehendit Claud. II. in Rufin. verſ. 351.

Hic ultrix acies ornatu fulgida Martis
Explicuit cuneos: pedites in parte ſiniſtra
Conſiſtunt; equites illic poſcentia curſum
Ora reluctantur preſſis ſedare lupatis.

Sed nihilominus ſine aſſenſu codicum non puto quidquam mutandum: *cuncti* ſunt univerſi equites. *Suſpendunt* autem, ut apud Statium VI. Theb. verſ. 501.

nam flavus Arion
Ut vidit, ſaliere jubae, atque erectus in armos
Stat, ſociumque jugi comiteſque utrimque laboris
Secum alte ſuſpendit equos.

v. 145. *Ultroque ferunt*] Illud quam eleganter dictum eſt; quaſi ferentes ipſi ultro denuo ferant. BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. III. Forte, *ultroque ruunt.* N. HEINSIUS.

Tenuia vix summo vestigia pulvere signat.
Bojorum ante alias Cryxo duce mobilis ala
Arietat in primos, obicitque immania membra.
Ipse, tumens atavis, Brenni se stirpe ferebat
Cryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat.
Tarpejoque jugo demens & vertice sacro
Pensantes aurum Celtas umbone gerebat.
Colla viri fulvo radiabant lactea torque,

Auro

v. 147. *Tenuia vix summo vestigia pulvere signat*] Similia apud Poetas passim habes, unde quaedam in exemplum adducere lubet, ut pateat, quam vario verborum ornatu & quanta ubertate eandem rem extulerint optimi quique scriptores. Silius lib. III. vers. 308.

campumque volatu
Cum rapuere, pedum frustra vestigia quaeras.

lib. XIII. vers. 327.

——— imo
Vix ulla inscribens terrae vestigia cornu.

lib. XIV. vers. 508. *aligeras ferret seu pulvere plantas Vix tacto.* lib. XVI. vers. 485.

Nullaque tramissa vestigia signat harena.

Manil. lib. V. vers. 78.

Vixque rotis levibus summum contingere campum.

Ovid. X. Metam. vers. 654.

Posse putes illos sicco freta radere passu,
Et segetis canae stantes percurrere aristas.

Statius VI. Theb. vers. 638.

vix campus euntem
Sentit, & exilis plantis intervenit aer,
Raraque non fracto vestigia pulvere pendent.

Ex Graecis producam solum Homer. Iliad. Υ. vers. 226.

Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Quem optime interpretatus est Virg. VII. Aen. vers. 808.

Illa vel intactae segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas;
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingueret aequore plantas.

Virgilium vero exprimit Claud. in III. Cons. Honor. vers. 197.

qui summa freti per caerula possint
Ferre viam, segetemque levi percurrere motu,
Nesciat ut spumas, nec proterat ungula culmos.

Altera tanta ex utriusque linguae auctoribus congeri possent; sed haec exempli loco sufficere puto.

148. *Chryxo duce*] *Crixo* libri veteres. N. HEINSIUS. *Crixo* etiam in antiquissimis editionibus. Marsus primum addita aspiratione *Chrixo* edidit, in Paris. ac Juntina nunc *Chrixo*, nunc vocali Graeca *Chryxo* est: In Basileensi aliisque post secutis semper *Chryxo* invenitur. Illustrissimus Heinsius *Cryxo* edi voluit.

v. 149. *Obicitque immania membra*] Sic distingue, deinde reponatur, *Ipse, tumens atavis*, non *atavi*, mox & malo, *in titulis Capitolia capta trahebat*, quam *in titulos*. N. HEINSIUS. Vulgo ita distinguebatur, *obicitque immania membra Ipse tumens, atavi Brenni*. Sed Heinsiana interpunctio aptissima est: cum quo etiam legendum, *Ipse, tumens atavis*. in editione Mediolanensi erat *tumens satavi*, in quo verae lectionis vestigia manifeste apparent.

v. 153. *Pensantes aurum Celtas umbone gerebat*] Jam praecesserat, *Brenni se stirpe ferebat*, & *ultroque ferunt*. Recte igitur Colon. & Putean. *gerebat* hoc loco. N. HEINSIUS. Eadem historia insculpta est clipeo, haud ita pridem in Britannia reperto, cujus delineationem, ut ab Anglis nuper publici juris facta est, hic conspici volui. Utrum vero monumentum hoc antiquum sit, rectius judicare poterunt, qui id ipsum oculis perlustrarunt.

v. 155. *Auro virgatae vestes, manicaeque* &c.] Similis figura ei, quae apud Virgil. occurrit IV. Aen. vers. 138.

Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

quam commentatores plenius eo loco illustrarunt, sed inprimis Elegantissimus Pierius & A. Schott. II. Observ. Hum. cap. XVIII. Imitatus autem est Silius alium locum Maronis ex VIII. Aen. vers. 659. ubi pariter de Gallis ait,

Aurea caesaries ollis, atque aurea vestis,
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla
Auro innectuntur.

ubi cum Turnebo *virgata sagula ῥαβδωτὰ* exponere malim, quam *purpurata* cum Servio, quasi allusisset Virgil. ad Gallicam linguam, per quam *virgae* purpura dicitur, quidquid defendendo Servio in medium adducat Pontan. in Gloss. prisco-Gall. voce *Virgae*. Innuisse autem Virgil. auro virgata sagula & ex Silii imitatione constat, tum etiam ex aurea caesarie & aurea veste, quae praecesserunt, & aureo torque, qui apud eum sequitur. De virgatis vestibus plura videri possunt apud Jos. Scaliger. ad Varron. de Ling. Lat. pag. 67. Salmas. ad Vopisc. Carin. cap. XX. Spanhem. ad Callim. H. in Dian. vers. 12. & auctores, quos laudavit Jungerm. ad Polluc. lib. VII. §. 53. aliosque.

v. 156. *Simili vibrabat crista metallo*] Trahunt haec viri eruditi, qui in his literis fere familiam ducunt,

G: Schoute sculps.



Auro virgatae vestes, manicaeque rigebant
Ex auro, & simili vibrabat crista metallo.
Sternitur impulsu vasto perculsa Camertum
Prima phalanx; spissaeque ruunt conferta per arma
Undae Bojorum: sociata examina densent
Infandi Senones: collisaque quadrupedantum
Pectoribus toto volvuntur corpora campo.
Arva natant, altusque virûm cruor, altus equorum

Lubrica

ducunt, ad aureas Romanorum *cristas*, quod ridiculum est: *crista* enim hic ἡ περικεφαλαία est, tota galea. Glossarium vetus, *Crista* περικεφαλαία. *Crista* igitur *vibrabat simili metallo* nihil aliud est, quam aurea induebatur galea; non enim *crista* hoc loco, ut alias saepe infra, λόφος est. Glossae Papiae, *Cristatus*, *galeatus*, *zabatus*; item *Zabatus*, *galeatus*, *cristatus*; item *Cristo*, *galeâ fulgeo*: quem locum, cum haec à me notata videret, indicavit mihi clarissimus Scriverius. Nec me movet, quod *auricomae* cassides dicantur poëtis, ut Silio nostro [hoc lib. vers. 516.]

quatit aura comantes
Cassidis auricomae cristas.

ubi *aurivomae* legendum fortasse, ne ingrata sit repetitio. at quis nescit, *auricomum* simpliciter τὸ χρυσοῦν & aureum esse? Sic lib. VI. Maro,

Auricomos quam quis decerpserit arbore fetus.

Crista igitur, ne quid se defatigent posthac in his eruditi viri, ἡ περικεφαλαία est, & *auricoma cassis* ἡ χρυσῆ solummodo, non ἡ χρυσοῦν λόφον ἔχουσα. D. HEINSIUS. In membranis veteribus nova verbi facies exstat: in illis enim est *rubrabat*, me à vulgata lectione neutiquam recedente. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *rutilabat* Editio Nutii Antwerpiensis. Sed nihil mutandum. *vibrabat* enim, ut supra lib. I. vers. 539.

Ultrix injusti vibravit lancea belli.

ubi vide Dan. Heinsium, lib. II. vers. 397.

vibrans cui vertice coni
Albentis niveae tremulo nutamine pennae.

vers. 662. *in tremulo vibrant incendia ponto.* lib. X. vers. 365.

Et densi ante oculos iterumque iterumque tremendum
Vibrabant ignes.

lib. XI. vers. 329. *vibrabat ab ore Ignis atrox.* Senec. in Phoeniss. vers. 438.

omnium ferrum latet
Cessatque tectum, vibrat in fratrum manu.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 583.

hinc unda, sacris hinc ignibus Ide
Vibrat, & horrisonae respondent Gargara buxo.

Claudian. II. de Rapt. Proserp. vers. 2. *tremulis vibravit in undis Ardor.* Valer. Max. lib. V. cap. III. ex. 2. *Priore adhuc querela vibrante, alia deinceps exsurgit.* Vide Celeberr. Burmann. ad Petron. Satyr. cap. XLVII.

v. 159. *Undae Bojorum*] Juven. Satyr. III. vers. 243. *nobis properantibus obstat Unda prior*: quod vetus Schol. exponit, *populi multitudo stantis ad officium*. Statius II. Theb. v. 223.

foribus cum immissa superbis
Unda fremit vulgi.

Appulejus VI. Metam. pag. 116. Ed. Pricaei, *Ruunt aliae, superque aliae sepedum populorum undae.* Iscan. II. de Bello Troj. vers. 135. *vix iter unda meantum Expedit angustum.*

v. 159. *Sociata examina densant.*] *densent* ex scriptis & priscis editionibus. Puto etiam *& sociata examina densent.* sic *densere spicula* restituendum lib. X. vers. 14. apud Valer. Flacc. libro VII. *sic undique densent Terrigenae jam signa duces.* N. HEINSIUS. *densant* primus Wolfius Basileae edidit, quod postea omnes editiones habuerunt; sed praeter veterum librorum auctoritatem. Olim dixerunt *densare* & *densere*, ut Priscianus VIII. Gramm. p. m. 336. aliique testantur: posterius autem, ut minus usitatum, ubique indocti librarii in *densare* mutarunt. vide Pierium ad Virgilii I. Georg. vers. 248. XI. Aeneid. vers. 650. XII. Aen. vers. 264. Gifanium in Indice Lucret. hac voce, N. Heinsium ad Silii lib. XIV. vers. 540. Ovidii III. Fast. vers. 820. Valer. Flacc. lib. III. vers. 207. lib. VII. vers. 629. Claudiani IV. Consul. Hon. vers. 325. & ad Prudent. Cathemer. Hymn. V. vers. 53.

v. 162. *Arva natant*] Pro cruore submersa sunt. infra hoc libro vers. 751. *Plana natant.* lib. XII. vers. 673. *Tyrrhena natarent Stagna cruore virûm.* Cic. in Philipp. II. cap. XLI. *Natabant pavimenta vino.* Virgilius III. Aen. vers. 625. *sanieque exspersa natarent Limina.* Ovidius II. Amor. Eleg. XVI. vers. 34. *Amnibus arva natant.* Manil. lib. IV. vers. 724. *tellusque natans Aegyptia Nilo.* Lucan. lib. IV. vers. 330.

Exspectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Impulsu.

Stat. lib. II. silv. I. vers. 17.

lacrimis en & mea carmina in ipso
Ore natant, tristesque cadunt in verba liturae.

Idem II. Thebaid. vers. 347.

quoties haec ora natare
Fletibus, & magnas jactantia pectora curas
Admota deprendo manu.

in V. Theb. vers. 255. *epulasque in caede natantes Cernere erat.* Claudian. in IV. Consul. Honor. vers. 466.

 Plaustra

Lubrica belligerae sorbet vestigia turmae.
Seminecum letum peragit gravis ungula pulsu,
Et circumvolitans taetros a sanguine rores
Spargit humo, miserisque suo lavit arma cruore.
Spicula prima, puer, tumidi, Tyrrhene, Pelori
Purpureo moriens victricia sanguine tinguis.
Nam tibi, dum stimulas cornu, atque in proelia mentes
Accendis, renovasque viros ad vulnera cantu,
Haesit barbaricum sub anhelo gutture telum;
Et clausit raucum letali vulnere murmur.
At sonus, extremo morientis fusus ab ore,
Flexa pererravit mutis jam cornua labris.
Cryxus Picentem, Laurumque, nec eminus ambo;

Sed

Plaustra cruore natant. Vide Gifan. Indic. Lucret. in voce *Natare*, & Lambin. ad Lucret. lib. VI. vers. 266.

163. *Belligerae sorbet vestigia turmae*] Sensus Silii est, tantum cruoris, tum hominum, tum equorum, fusum fuisse, ut plantas, seu vestigia militum absconderet, & quasi sorberet. Durior tamen est locutio, quam alibi me notare non memini.

v. 166. *Miserisque suo lavit ora cruore*] *lavit arma* Puteaneus. bene. N. HEINSIUS. Saepius indocti librarii voces *arma* & *ora* inter se commutarunt. vide elegantissimum Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. XI. vers. 53. & ad lib. IV. Eleg. IV. vers. 32.

v. 167. *Puer tumidi Tyrrhene Pelori*] *Puer* significat filium: nam utique qui cornu aut tuba proelia accendebat, vir fuisse existimandus est. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Colon. *dumidi*. scribe, *Numidae Pelori*. Sic apud Nasonem arte Amatoria lib. II. vers. 183. ante editionem nostram *tumidi leones*, pro *Numidis*, legebatur. N. HEINSIUS. Doctissimus Cellarius aliique ita ad hunc locum commentantur, quasi Silius Tyrrhenum tubicinem filium diceret Pelori tubicinis tumidi & buccas inflantis; quod minime placet. Nam si locus hic ita capiendus foret, *Spicula prima*, quae Tyrrhenus sanguine suo tinxisse dicitur, essent spicula, quae prima hoc bello emissa sunt; quod verum non est: quum ipse Silius primo telo Cati equum occisum fuisse supra narraverit vers. 139. Nihil aliud igitur, si quid video, indicare voluit poëta, quam Tyrrhenum tubicinem, adhuc juvenem, à juvene Peloro occisum esse: ut *prima spicula* respectu Pelori dixerit, qui nunc primum ad bellum veniebat, & spicula fundebat. *Puer* itaque hic non erit filius, ut Barthio placuit, sed aetatis vocabulum; quod poëtas & interdum alios etiam scriptores latius, quam nunc fit, extendisse notum est. Deinde etiam non male Illustrissimus Heinsius *Numidae Pelori* ex Coloniensis codicis vestigiis legendum esse docuit.

v. 169. *Cum stimulas*] *dum stimulas* è scriptis & priscis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 169. *In proelia mentes Accendis, renovasque viros ad vulnera cantu*] Imitatur Silius locum Maronis ex VI. Aeneid. vers. 164.

quo non praestantior alter
Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

v. 171. *Haesit barbaricum sub anhelo gutture telum* &c.] Iterum Silius Maronem exprimit, qui haud dissimiliter VII. Aen. vers. 533.

haesit enim sub gutture vulnus, & udae
Vocis iter, tenuemque inclusit sanguine vitam.

Noster infra lib. V. vers. 474.

Haesit in opposito cuspis Sidonia ligno.

v. 173. *At sonus extremo morientis fusus* &c.] Desumptum est ex illo Ennii,

Cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit,
Et, pereunte viro, raucum sonus aere cucurrit.

quem imitatur etiam Statius XI. Theb. vers. 55.

Jam gelida ora tacent, carmen tuba sola peregit.

ad quem locum Lactantius Ennii verba adduxerat, in quibus Barthius *rauco in sonus aere cucurrit* legendum existimat, Columm. vero *raucus sonus* edidit: at Merula *rauco sonus aere*. Haud dissimiliter Silius infra lib. XV. vers. 472.

Hujus cervicem gladio inter verba precesque
Amputat; abscisso durabant murmura collo.

ubi alia notavi.

v. 174. *Fessa pererravit cornua*] *Flexa*, pro *Fessa*, reponendum videtur, si quid libris scriptis credimus. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. *Flexa* scripti constanter. Desinat igitur Modio Interpres obniti. apud Nasonem,

Non tuba directi, non aeris cornua flexi.

N. HEINSIUS. Recte viri docti *Flexa* ex libris scriptis vindicarunt. *inflexum cornu* habet Ovidius IV. Fast. v. 181.

Protinus inflexo Berecynthia tibia cornu
Flabit.

reflexum Senec. in Oed. vers. 733.

Sonuit reflexo classicum cornu,
Lituusque adunco stridulos cantus

Elisit

Sed gladio Laurum: Picenti rasilis hasta,
Ripis lecta Padi, letum tulit. avia namque
Dum petit, ac laevo meditatur fallere gyro,
Hasta viri femur & pariter per anhela volantis
Ilia sedit equi, & geminam dedit horrida mortem.
Idem, sanguinea Venuli cervice revellens,
Sternit praecipitem tepido te, Farfare, telo:
Et te sub gelido nutritum, Tulle, Velino,
Egregium Ausoniae decus, ac memorabile nomen,
Si dent fata moras, aut servent foedera Poeni.
Tum Remulum, atque olim celeberrima nomina bello
Tiburtes Magios, Hispellatemque Metaurum,
Et Clanium, dubia meditatus cuspide vulnus.

Nec

Elisit aere.

recurvum Virgilius VII. Aen. vers. 513.

Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem.

v. 175. *Nec eminus ambo; sed gladio Laurum* &c.] Nihil cohaeret in his. Satis erat, semel subintelligendum *dejicit*, *occidit*, vel tale aliquid. Scribendum ego existimem *Dat gladio Laurum*, facili lapsu, cum *Set* veteres scripserint. Phrasis similis est in Corippo, si satis memini. *ambos* itidem scribendum. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Videtur aliquid deesse Barthio, qui & male *ambos* reponit. Illustrat haec ad Livium Gronovius lib. XXXV. cap. XXI. Si quid mutandum, refingam, *Sed gladius Laure*, nempe *letum tulit*. Barthius *Dat gladio Laurum*. N. HEINSIUS. *ambo* optime vindicat vir Illustrissimus. vide infra ad lib. XVII. vers. 427.

v. 179. *Per anhela volantis Ilia sedit equi*] *per nuda ilia* Colonienses membranae. Sic apud Statium Protreptico ad Crispinum silvarum quinto,

Ipse ego te nuper Tiberine in litore vidi
Pendentem in cursus, vexantemque ilia nuda
Calce ferocis equi.

Ita locus ille scribendus ex veterrima editione Parmensi, nisi mavis *crudo calce*. Perperam etiam vulgati *Tendentem cursus*. *Pendere in cursus*, quomodo apud Maronem & Silium non semel de auriga *pendere in verbera*. *Pendere cursu* Phaedrus dixerat sub finem libri V. de tempore,

Cursu volucri pendens in novacula.

ita scribendum ac distinguendum. mox apud nostrum *& geminam dedit* cum Puteaneo. vocula *&* à vulgatis abest exemplaribus. Puto etiam, *Hasta viri femore*, non *femur*. Noster libr. I. vers. 539.

Ultrix injusti vibravit lancea belli,
Ac femore adverso librata cuspide sedit.

N. HEINSIUS.

v. 182. *Trepido te, Farfare, telo*] MS. *tepido*, id quod legitimum esse nemo, oculis utens, non videt. BARTHIUS libro VI. Advers. cap. III. *tepido telo* Coloniensis cum Oxonio. recte. & sic ad Valer. Flaccum Zinzerlingus conjecerat, & Barthius quoque. N. HEINSIUS. *trepida*, *trementia*, & *tremebunda tela* saepius occurrunt: optime tamen viri docti *tepido telo* ex membranis revocarunt. ita supra lib. I. vers. 309.

Victori moriens tepefactam retulit hastam.

Ovid. Epist. I. Heroid. vers. 19.

Sanguine Tlepolemi Lyciam tepefecerat hastam.

Sollemnis autem & frequens hic error librariorum est, ut voces *tepidus* & *trepidus* inter se commutent. Sic infra lib. VI. vers. 289. erravit scriptor membranarum Coloniensium, qui *trepida quas Bagrada nutris in unda* dedit, pro *tepida*. apud Lucan. lib. VI. vers. 621. pro *defuncti tepidique cadaveris ora*, Nic. Heinsius in tribus libris invenit *trepidique*; & lib. IX. vers. 60. pro *tepida vestes implere favilla*, in uno erat *trepida*. Sed perperam utroque loco. vide Nic. Heinsium infra ad lib. VIII. vers. 365. ad Nasonis III. Metam. vers. 165. IV. Met. vers. 673. XII. vers. 279. ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 423. & ad Claudian. de Bell. Getic. vers. 347.

v. 186. *Romulum*] Puto *Remulum*: & sic editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Remulum* etiam editio Juntina, Aldina, Gryphii, & Nutii: quod nomen prisco tempore frequens fuit. Occurrit apud Virgilium XI. Aen. vers. 636.

Orsilochus Remuli, quando ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.

Remulum olim etiam Doctissimus Dausquejus scribendum conjecit.

v. 187. *Tiburtes magnos, Hispellatemque Metaurumque*] *Magios* scripti codices cum Romana & Parmensi editione constanter, & vere. Deinde, pro *Hispellatemque Metaurumque*, ex Coloniensi *Hispellatemque Metaurum*. Vidit ex parte veram quoque scripturam Gronov. IV. observ. cap. IV. N. HEINSIUS. *Mataurumque* Putean. codex, ut eam vocem saepe infra scribunt Colonienses membranae. vide ad lib. VII. vers. 486. lib. VIII. vers. 452. & ad lib. XV. vers. 558.

v. 188. *Et Danum dubia meditatus cuspide vulnus*]

dubia

Nec locus est Tyriis belli pugnaeve, sed omnem
Celticus implevit campum furor: irrita nulli
Spicula torquentur, statque omne in corpore ferrum.
Hic inter trepidos immane Quirinius audens,
Cui fugere ignotum, atque invicta mente placebat
Rebus in adversis exceptum pectore letum,
Cuspide flammat equum, ac dispergit gaesa lacerto:
Si reserare viam, atque ad regem rumpere ferro
Detur iter; certusque necis petit omnibus ausis,
Quod nequeat sentire, decus. cadit inguine fosso
Teutalus, & vasto quatitur sub pondere tellus.
Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
Caesariem crinemque tibi, Gradive, vovebat
Auro certantem, & rutilum sub vertice nodum.
Sed Parcae intonsa non exaudita voventem
Ad manes traxere coma: per candida membra
It fumans cruor, & tellus perfusa rubescit.

At

dubia cuspis dici videtur utrimque acuta. Ego vero potius *meditatum* scribam, ut ad Damum referatur, qui, dum dubitat timore ferire, recepit ipse ictum. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. *Et Clanium* bene idem Coloniensis. *Et Davium* Romana editio cum Parmensi. Possis etiam, *Hispellatesque Metaurum Et Clanium*, ut uterque fuerit domo Hispellas; nam falluntur qui *Hispellatem* nomen militis esse arbitrantur. Deinde Barthius *meditatum* non *meditatus*: ut ad Clanium referatur. N. HEINSIUS. *Et Davium* etiam Mediol. editio, pro quo Marsus primo *Damum* edidit, & ex eo reliqui. Sed recte N. Heinsius *Clanium* ex libro Colon. asseruit, quod nomen Silius pro more suo formavit à flumine Clanio. Deinde placet conjectura Barthii *meditatum.* Idem *dubia cuspide* exponit utrimque acuta: quo sensu *anceps ferrum* dixit Virgilius VII. Aen. vers. 525. *Sed ferro ancipiti decernunt.* & Catull. carm. LXV. vers. 370.

——— *ancipiti succumbens victima ferro.*

ubi poëta bipennem innuit, quae ἀμφίτυπος dicitur apud Q. Calabr. lib. I. vers. 158. & *anceps securis* Plaut. in Menaechm. act. V. sc. II. vers. 105. & in Rud. act. IV. sc. IV. vers. 114. Sed non recte. *dubia cuspis* est, quam manu tenet homo dubitans, & secum deliberans, quem primum impetat, ut etiam ex voce *meditatum* patere potest. Sic Terent, in Phorm. act. II. sc. II. vers. 28.

——— *cena dubia apponitur.*
G. Quid istuc verbi est? PH. ubi tu dubitas, quid sumas potissimum.

Horat. lib. II. Serm. Ecl. II. vers. 76.

——— *vides, ut pallidus omnis*
Cena desurgit dubia?

Senec. in Thyest. vers. 711.

Jejuna silvis qualis in Gangeticis
Inter juvencos tigris erravit duos,
Utriusque praedae cupida, quo primos ferat
Incerta morsus, flectit huc rictus suos,
Illo reflectit, & famem dubiam tenet.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 401.

Stat procul intendens dubium pater anxius arcum.

& lib. IV. vers. 527.

Haesit uterque polo, dubiisque elanguit alis.

v. 191. *Statque omne in corpore ferrum*] *omni in corpore* Modius. sed male. N. HEINSIUS. Recte *omne ferrum:* nam *omni in corpore* contra sensum Silii foret, qui non omnes hac pugna vulneratos innuere voluit, verum, quod praecessit, neminem irrita tela torsisse. Sic Statius VIII. Theb. vers. 419.

Nec locus ad terram telis: in corpora ferrum
Omne cadit.

v. 198. *Sentire decus*] Forte, *sancire.* N. HEINSIUS.

v. 200. *Flavam qui ponere victor Caesariem* &c.] *ponere*, in arbore nempe. Solebant enim antiqui sacrum Diis capillum arbori mandare, quam ab eo *capillatam*, seu *capillarem*, appellabant. Festus: *Capillatam vel capillarem arborem appellabant, in qua capillum tonsum suspendebant.* D. HEINSIUS.

v. 202. *Et rutilum sub vertice nodum*] Ejusmodi adolescentes κορωνιστάς a coma in proelio appellabant. Plutarchus περὶ τῶν γυναικῶν ἀρετῶν [pag. m. 260.] Ἐπεκλήθη γὰρ ὑπὸ τῶν βαρβάρων μαλακὸς, ὅπερ ἐστὶν ἀντίπαις, ὅτι μειράκιον ὢν παντάπασιν μετὰ τῶν ἡλίκων ἔτι κομώντων, ὡς κορωνιστὰς, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τῆς κόμης ὠνόμαζον, ἐν τοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμοις ἐπιφανὴς ἦν καὶ λαμπρός. Est autem κορώνη γένος ἐμπλοκῆς, quem *nodum* hic procul dubio appellat Silius; nam quae in superiori parte verticis relinquebatur eminentia, σκόλλυς dicebatur, hic vero fuit sub vertice,

At, non tardatus jaculo occurrente, Ligaunus
Irruit, adversumque viro rotat obvius ensem;
Et ferit insurgens, humero qua brachia lenti
Annectunt nervi, decisaque vulnere laeva
Laxatis paullum moribunda pependit habenis.
Dumque micans tremulo conatu lora retentat,
Flectentem assuetos imitatur nescia frenos.
Demetit aversi Vogesus tum colla, jubaque
Suspensam portans galeam, atque inclusa peremti
Ora viri, patrio Divos clamore salutat.
Dumque ea Gallorum populi dant funera campo,
Accitas propere castris in proelia Consul
Raptabat turmas, primusque ruebat in hostem,
Candenti sublimis equo. trahit undique lectum
Divitis Ausoniae juvenem, Marsosque, Coramque,
Laurentumque decus, jaculatoremque Sabellum,
Et Gradivicolam celso de colle Tudertem,

Indutosque

ce. Omnis autem Diis fluminibusque sacer capillorum nodus πλοχμὸς & σκόλλυς dicebatur: fuit autem hic talis, τῷ γὰρ Ἄρει ἀνέκειτο. D. HEINSIUS.

v. 204. *Per candida membra It fumans cruor*] Similiter infra lib. XII. vers. 243. *niveosque per artus It Stygius color.*

v. 206. *Licaunus*] *Ligaunus* scripti. N. HEINSIUS.

v. 209. *Decisaque vulnere laeva*] *dextra* in scriptis omnibus & Romana editione. N. HEINSIUS. *dextra* etiam Mediolanensis editio. Nihilominus tamen vulgatum malo. *laeva* enim, non *dextra*, manus frenum regebat. infra hoc lib. vers. 416.

Hinc laeva frenos, hinc dextra corripit arma.

Senec. in Hippol. vers. 1258.

—— fortis heic dextrae locus;
Heic laeva, frenis docta moderandis, manus
Ponenda.

& passim alibi. vide Barthium ad Statii lib. I. silv. I. vers. 37. Frequenter autem supini librarii voces *laevum* & *dextrum* in membranis priscis confuderunt. vide infra ad lib. V. vers. 95. J. Fr. Gronovium ad Liv. lib. XXXIII. cap. IX. & ad d. loc. Senecae. apud Lucan. lib. VII. vers. 442. in codice Rumfii, qui postea Vossii fuit, legitur,

Vulturis ut primum laevo fundata volatu,

cum vulgo edatur *dextro volatu.*

v. 211. *Dumque micans tremulo* &c.] Maronem expressit, qui in X. Aen. vers. 395. ita habet:

Te decisa suum, Laride, dextera quaerit,
Semianimesque micant digiti, ferrumque retractant.

is autem, teste Servio, illud Ennii expressit:

Oscitat in campis caput à cervice revulsum,
Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt.

Haud dissimiliter Ovidius V. Metam. vers. 117.

Concidit, & digitis morientibus ille retentat
Fila lyrae, casuque canit miserabile carmen.

& lib. VI. vers. 558. de lingua Philomelae exsecta,

Ipsa jacet, terraeque tremens insibilat atrae:
Utque salire solet mutilatae cauda colubrae,
Palpitat, & moriens dominae vestigia quaerit.

v. 213. *Demetit aversi Vesagus*] *Vosegus* Colon. Ceteri duo scripti *Vesegus:* in Parmensi *Vesogus.* Lege *Vogesus*, ut nomen sit deductum à Gallico monte Vogeso, cujus cum alii, tum Lucanus, meminere. amat certe a montibus fluminibusque nomina mutuari Silius. *aversi caput*, nempe Quirinii, cui brachium dextrum Ligaunus jam amputarat. N. HEINSIUS. Certissima est Illustrissimi Heinsii conjectura *Vogesus*: quam nec in textum recipere, ut is voluit, dubitavi.

v. 215. *Patrio Divos clamore salutat*] Notavi alibi ex hoc poëta, barbarum morem fuisse, statim caeso hoste in medio pugnae fervore Paeanem canere. Eo capiendus & huc locus, & eodem sensu hoc ipso IV. libro vers. 261. de victore Chryxo,

—— eum dira per auras
Vox venit, & Chryxum ferri clamoribus audit.

Sic lib. XV. vers. 690.

—— magno clamore Sabellum
Asportabat ovans, & ovans Hammona canebat.

Aliae gentes non utebantur tuba, sed ejus vice cantantes pugnam inibant. De Corallis Valer. Flacc. libro VI. vers. 93. vide quae ad librum X. vers. 229. notat Dausquejus. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. vide infra ad lib. X. vers. 231.

v. 220. *Coramque*] *Coraeque*, scilicet *decus*, praestiterit. N. HEINSIUS.

v. 222. *Gradivicolam Tudertem*] Huc facit lapis

Cc apud

Indutosque simul gentilia lina Faliscos;
Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant Anienicolae Catilli;
Quosque in praegelidis duratos Hernica rivis
Mittebant saxa, & nebulosi rura Casini.
Ibant in Martem terrae dominantis alumni,
Damnati Superis, nec jam reditura juventus.
Scipio, qua medius pugnae vorat agmina vertex,
Infert cornipedem, atque, instinctus strage suorum,
Inferias caesis mactat Labarumque Padumque,

Et

apud Gruter. pag. cccexxiii. n. 1.

L. IVLIO. L. F
CLV. MARCIANO
AED. ii. VIR. TVDER
VICANI. VICI. MARTIS
TVDERT. &c.

v. 223. *Indutosque simul gentilia lina Faliscos*] Putabam aliquando, *Indutosque humeris*: ut apud Nasonem,

Induiturque humeris cum lato purpura clavo.

N. HEINSIUS. De linis Faliscis consule Vlitium ad Gratii Cyneg. vers. 40.

v. 224. *Taciturno flumine*] In MS. est *murmure*, quod ego recipiendum esse arbitror, cum de flumine sermonem esse alias clarissimum sit. Voluit autem crebra ejusdem syllabae allusione sonum ipsum taciturnum exprimere Silius noster, ut plerique poetae in talibus solent; neque id infeliciter assecutus erat, si citra librariorum stoliditatem fuisset. BARTHIUS lib. vi. Adversf. cap. iii. Putean. & editio Romana *murmure*: etiam Oxonius, approbante Barthio, neque aliter Parmensis liber. N. HEINSIUS. *murmure* etiam Mediolan. editio: pari modo *tacitus rumor* est apud Auson. in Mosell. vers. 21.

——— *amoena fluenta*
Subterlabentis tacito rumore Mosellae.

vide infra ad lib. xi. vers. 421. At *sine murmure* Anienem, quem hic etiam innuit, leniter serpere dicit Silius lib. xii. vers. 539.

Sulphureis gelidus qua serpit leniter undis
Ad genitorem Anio, labens sine murmure, Thybrim.

ut forte cum Colon. libro *taciturno flumine* servandum sit, quomodo *taciturnus amnis* de Liri dixit Horat. lib. i. od. xxxi.

Non rura, quae Liris quieta
Mordet aqua, taciturnus amnis.

Vulgatam lectionem etiam malebat vir Celeberrimus Petrus Burmannus.

v. 225. *Pomifera arva creant Anienicolaeque Catilli*] Repone ex scriptis *Anienicolae Catilli*. Produxit etiam Maro primam ejus nominis syllabam in vii. Aen. vers. 672.

Catillusque, acerque Coras, Argiva juventus.

etiam noster lib. viii. vers. 366. *Hinc Tibur, Catille, tuum.* quamquam corripuerit Statius Tiburtino Manlii Vopisci, & ejus exemplo Guntherus libro iv. Ligurini. N. HEINSIUS. Veram lectionem jam olim Heinsius vidit ad Ovidii Epist. ix. Heroid. vers. 141. Intelligit autem Silius oppidum Latii, Tibur dictum; de quo infra vide ad lib. viii. vers. 366. Sacrum illud Herculi fuisse pluribus hic docet Dausquej. praeter quem vide etiam Rader. ad Martial. lib. i. Epigr. xiii. Hinc in marmoribus priscis HERCVLES TIBVRTINVS memoratur, apud Gruter. pag. xlix. n. 6. & mxiii. n. 3. De Tiburis arvis pomiferis vide Nic. Heinsium ad Ovidii iii. Amor. Eleg. vi. vers. 46. & Broekhus. ad Propert. lib. iv. Eleg. viii. vers. 81.

v. 226. *In praegelidis duratos Hernica rivis* &c.] Silius Virgilium imitatur ix. Aen. vers. 603.

——— *natos ad flumina primum*
Deferimus, saevoque gelu duramus & undis.

ubi vide doctos Interpretes.

v. 228. *Ibant in Martem terrae dominantis alumni*] *terra dominans* sit Italia. Ego tamen suspicor aliud quid sub ea voce delitescere: non enim tum opportune dicatur *terra dominans*, cum hoste tenetur. BARTHIUS lib. vi. Adversf. cap. iii. *τὸ dominantis* Barthio suspectum est. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem non damno. Blanditur tamen conjectura Celeberrimi Burmanni, *Ibant in mortem* scribentis. arguta enim tum & elegans erit oppositio inter *τὰ Ibant in mortem*, & *terrae dominantis alumni*. nempe, alumni *terrae dominantis*, ut scilicet fata promittebant, non vincebant Poenos, quod in alia tempora differebatur, sed ipsi Superis damnati *in mortem* ibant. Voce *dominantis* Silius etiam ad sua tempora respicere potuit, quae nunc omnium rerum domina exstitit. Vocabula autem *Mars* & *mors* passim scriptores librarii confuderunt. vide infra ad lib. x. vers. 474.

v. 230. *Vorat agmina vertex*] *notat* Puteaneus & editio Romana ac Parmensis: *rotat* fortasse. *vertex* etiam scripti cum priscis editionibus, ut saepe alias. Atque ita dicendum esse Quinctilianus contendit. N. HEINSIUS. *notat* etiam Mediolanensis editio; unde N. Heinsius *rotat* legendum esse conjicit.

Et Caunum, & multo vix fusum vulnere Breucum,
Gorgoneoque Larum torquentem lumina vultu.
Occidis & tristi, pugnax Lepontice, fato.
Nam dum frena ferox objecto corpore prensat,
Atque aequat celsus residentis Consulis ora
Ipse pedes, frontem in mediam gravis incidit ensis,
Et divisum humeris jacuit caput. at Batus, amens
Qui luctatur equo, parmaque incursibus obstat,
Ictu quadrupedis fulva porrectus harena

Elisa

jicit. *Vortex* enim est *contorta in se aqua*, teste Quinctil. VIII. Instit. Orat. cap. II. vel *circumacta in se unda*, teste Servio ad Virgil. I. Aen. vers. 117. *rotare* vero est in orbem circumagere. Supra lib. III. vers. 526.

Nudatis rapit arma viris, volvensque per orbem
Contorto rotat in nubes sublimia flatu.

Sed vulgatum *vorat* non muto. Pariter locutus est Virgilius I. Aeneid. vers. 114.

——— *ast illam ter fluctus ibidem*
Torquet agens circum, & rapidus vorat aequore vertex.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 332.

——— *vorat hos vertex, hos agmine toto*
Gurges agit.

Ita Illustrissimus Heinsius legebat: vulgo erat *trahit hos vertex*; at libri scripti habent *varat*, vel *narat*, unde minima mutatione fit *vorat*. Ita Charybdis, quae nihil aliud est, quam aqua vorticosa & in orbem circumacta, carinas *vorare* & *sorbere* dicitur. vide supra ad libr. II. vers. 307. Deinde pro *vortex* etiam Mediolan. editio *vertex*. vide quae notata sunt ad librum III. vers. 475.

v. 233. *Et Camum, & multo vix fusum vulnere Brennum*] *Caunum* recte Coloniensis a monte Hispaniae Cauno. apud Martial. *senex Caunus* dicitur, quamquam loco in vulgatis codicibus mendoso, lib. I. Epigr. XLIX.

Senemque Caunum nivibus, & fractis scabrum
Vadaveronem montibus.

Idem Coloniensis non *Brennum*, sed *Breucum*; cujus nominis gentem barbatam habes in Plinio & Dione. *Brencum* Oxoniensis. N. HEINSIUS. *vix fusum* est vix victum, seu in terram datum. tantae molis erat, multis eum vulneribus prosternete. Infra vers. 392.

Ultima restabat fusis jam palma duobus.

vers. 533.

Alter in alterius fuderunt comminus ore.

Ceteroquin Celeberrimus Burmannus conjiciebat, etiam legi posse *vix visum*, id est, non diu cum eo luctatus est, sed statim, ut se obtulit, mactavit. Vulgatum tamen conjecturae suae praeferebat.

v. 235. *Pugnans Lepontice*] *pugnax* rectius scripti. mox *prensat* & *aequat* iidem, non *prensas* & *aequas*; etiam Romana editio. N. HEINSIUS. *pugnax* etiam editio Parmensis & Mediolanensis. Silius lib. XVII. vers. 303.

——— *tibi pugnacis gestantur opima*
Marcelli.

Lucan. lib. VII. vers. 599.

Mors tamen eminuit clarorum in strage virorum
Pugnacis Domiti.

Juven. Sat. V. vers. 57.

Quam fuit & Tulli census pugnacis & Anci.

Simili errore in vetustis editis est *desunt pugnantibus enses*, pro *pugnacibus*, infra lib. X. vers. 398. Vide N. Heinsium ad Ovidii IV. Metam. vers. 358. qui *minacia jussa*, pro *minantia*, Silio vindicavit lib. XI. vers. 208. *vivacia membra*, pro *viventia*, Ovidio XIV. Metam. vers. 194. *audacia flumina*, pro *audentia*, II. Metam. vers. 406. *vigilaces curae*, pro *vigilantes*, ibid. vers. 779. *vigilacis furta Suburae*, pro *vigilantis*, Broekhusius Propertio lib. IV. Eleg. VII. vers. 15. Alia plura similia vide apud N. Heinsium ad Ovidii II. Amor. Eleg. VI. vers. 23. Marsus, eumque secuti non nulli, ita hunc versum ediderunt,

Occidit, tristi pugnas Lepontice fato.

Receptam in vulgatis editionibus lectionem primo inveni in ea, quam Martinus Herbip. procuravit. Mox etiam Mediol. ac Parm. editio *prensat* & *aequat*, non, ut nunc ubique circumfertur, *prensas* & *aequas*.

v. 238. *Gravis incidit ensis*] *occidit* Putean. cum editione Romana & Parmensi. lege *accidit*, & vide, quae notamus ad Nasonis Fastos lib. V. vers. 358. ubi habes ex fide veterum membranarum,

Accidere in mensas ut rosa missa solet.

N. HEINSIUS.

v. 239. *Et divisum humeris jacuit caput*] Haec non ita capienda sunt, quasi vellet Silius, caput ab humeris avulsum humi jacuisse; versu enim praecedenti in mediam frontem ensem incidisse dixerat; sed per medium dissectum caput esse, ejusque partem in utroque humero jacuisse. *humeris jacuit*, pro in humeris jacuit.

v. 239. *Abbatus amens*] *Acbbatus* in Puteaneo, in Oxonio *Achutus*, in editione Romana *Acatus*, in Parmensi editione *Arcatus*, in Coloniensi libro *at Batus*. pro *Qui luctatur equo*, quod proxime sequitur, malim, si per libros veteres liceat, *Ut luctatur*

Elisa incussis amisit calcibus ora.
Persurit Ausonius turbata per aequora ductor,
Ceu Geticus Boreas, totum cum sustulit imo
Icarium fundo victor mare; navita vasto
Jactatur sparsus, lacerata classe, profundo:
Cunctaque canenti perfunditur aequore Cyclas.
Cryxus, ut in tenui spes, exiguumque salutis
[Jam videt esse suae, mortemque astare propinquam,]
Armat contemtu mentem necis: horrida barba
Sanguinea rutilat spuma, rictusque furentis
Albet, & affuso squalent a pulvere crines.
Invadit Tarium, vicino Consule pugnas
Miscentem, saevisque virum circumtonat armis.

Volvitur

flatur equo. N. HEINSIUS.

v. 242. *Amisit calcibus ora*] *amittere* rem dicimur, cujus usum non habemus. *perdere* etiam usurpat Martialis,

Zoile, quid solium subluto podice perdis?

Silius lib. I. vers. 422. de apro,

Cum silvam occursu venantum perdidit.

idem hoc libro vers. 660. *& ripas perdidit amnis*, hoc est, quod Petronius ait, *morientia flumina per ripas ivisse*. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Batus *ora amisit calcibus*, id est, calcibus equi Scipionis conculcatus adeo est, ut confusis lineamentis nosci non potuerit, quis foret. talem describit Silius infra lib. IX. vers. 397.

——— incusso crepuerunt pondere malae,
Ablatusque viro vultus: concreta cruento
Per nares cerebro sanies fluit, atraque manant
Orbibus elisis & trunca lumina fronte.

notas amittere dixit Lucan. lib. II. vers. 166.

Cum jam tabo fluunt, confusaque tempore multo
Amisere notas.

v. 244. *Ceu gelidus Boreas*] *Geticus* in Oxoniensi & Puteaneo, quod Gronovio arridebat Observ. IV. cap. XVII. quomodo *Sarmaticus Boreas* Senecae in Tragoediis, & *Scythicus Boreas* Statio in Thebaid. sed & *gelidus Boreas* Nasoni. N. HEINSIUS. *Odrysius Boreas* infra lib. VII. vers. 570. *Haemonius Boreas* lib. X. vers. 11. *Thrax Boreas* Cato in Diris vers. 37. hinc noster lib. VIII. vers. 517.

——— Calais, Boreae quem rapta per auras
Orithyia vago Geticis nutrivit in antris.

Vide Barthium ad Claudiani I. in Rufin. vers. 242. Sed idem Boreas poetis saepe *gelidus* etiam dicitur. Ovidius eum allocutus Epist. XVIII. Heroid. vers. 41.

Tam gelidus cum sis, non te tamen, improbe, quondam
Ignibus Actaeis incaluisse negas.

Manil. lib. V. vers. 70.

Qua gelidus Boreas Aquilonibus instat acutis.

Senec. in Hippol. vers. 936.

Gelidi frementis liqueris Boreae minas.

In fragmentis Petronio adscriptis pag. 679. Ed. Burm.

——— te noverit ultimus Hister,
Te Boreas gelidus, securaque regna Canopi.

Utraque igitur lectio habet, quo se tueri possit. magis tamen hic *Geticus Boreas* arridet.

v. 245. *Icarium mare*] Editio Rom. & Parm. *Irarum*: forte pro *Iratum*. N. HEINSIUS. Nontam Boreas, quam Africus, apud poetas imperium in mare Icarium obtinet. Horat. lib. I. od. I.

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

quare cum Heinsio fere *Iratum mare* conjiciam. sic mox vers. 301.

Illisum accipiunt irata sub aequora montem.

Horat. Epod. II. vers. 5.

Non excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare.

ubi videndus est Weitsius. Sic *ira maris* apud Ovidium XI. Metam. vers. 729.

Facta manu moles, quae primas aequoris iras
Frangit.

Tibull. lib. II. Eleg. IV. vers. 10.

Naufraga quam vasti tunderet ira maris.

ubi vide Brockhus. Valer. Flacc. lib. I. vers. 37.

Ira maris vastique placent discrimina ponti.

Pro *Icarium mare* etiam Oxon. codex & Mediolan. editio *Irarum*.

v. 249. *Jam videt esse suae*] Delent hunc versum codices scripti constanter, etiam editio Romana: quem si admittimus, maluerim *mortemque instare*, quam *adstare*. N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. editio hunc versum ignorat, omnesque aliae ante Juntinam, post quam demum in vulgatis libris receptus est. Si tamen ab ipsius Silii manu profectum putemus, cum Celeberrimo Burmanno scribam, *Jam vides esse super*.

v. 252. *Effuso squalent à pulvere crines*] Scribendum ex MS. *affuso*, non *effuso*, ut vulgo. BARTHIUS. lib. VI. Advers. cap. III. *affuso* Colon. & Putean. probe. ut & Barthius. dixi lib. VI. vers. 571. N. HEINSIUS.

vide

Volvitur ille solo: nam pronum effundit in armos
Fata extrema ferens abies, rapiturque pavore
Tractus equi, vinctis connexa ad cingula membris.
Longa cruor sparso linquit vestigia campo,
Et tremulos cuspis ductus in pulvere signat.
Laudabat leti juvenem, egregiosque parabat
Ulcisci Consul manes, cum dira per auras
Vox venit, & Cryxum ferri clamoribus audit,
Haud notum vultu. surgit violentior ira
Comminus, atque oculos optato in corpore figit.
Tum, stimulans grato plausae cervicis honore,
Cornipedem alloquitur: Vulgum Martemque minorem
[Hactenus, & leto dedimus sine nomine gentem.]

Mox,

vide infra ad lib. v. vers. 66.

v. 253. *Invadit Tarium*] *Darium* vel *Clarium* Colon. Forte *Marium*, ut sit Romanum nomen. N. HEINSIUS. An fortasse legendum *Dasium*, quod proxime ad lectionem praestantissimi codicis accedit, &, si nihil aliud, certe notum in Italia nomen fuit. vide N. Heinsium infra ad lib. XIII. vers. 32. possis & *Clanium* legere, ut nomen à fluvio Clanio deductum sit, qui Silio mos est. vide supra ad h. libr. vers. 188. Vel denique posset & recepta lectio servari: *Tarium* enim nomen Romanum esse, indicio est *L. Tarius Rufus* consul, cujus meminit Plinius XVIII. Hist. Natur. cap. VI. & *Tarius* ille, quem memorat Senec. lib. I. de Clem. cap. XIII. ubi libri prisci similiter nunc *Marius*, nunc *Darius* habent; at hodie *T. Arius* editur.

v. 257. *Vinctis connexa ad cingula membris*] Hinc discere nobis licet, veteres, ut eo firmius equis haererent, cingulis sese eorum alligasse. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Immo videtur potius Tarius Cryxi hasta equo dejectus cingulo illius impeditus fuisse: eoque factum est, ut, membris ad connexa cingula vinctis, ab equo per terram tractus fuerit.

v. 258. *Liquit vestigia campo*] *linquit* Coloniensis liber. N. HEINSIUS.

v. 260. *Laudabat leti*] ἰμακάριει τοῦ θανάτου. D. HEINSIUS.

v. 261. *Dira per auras Vox venit*] *per auris* Codex Oxonius, *aures* Puteaneus. vide infra ad lib. X. vers. 366.

v. 263. *Surgit violentior ira*] *violentior irae* praestiterit. *violentus irae*. Amat secundos casus noster. N. HEINSIUS.

v. 265. *Stimulans grato plausae cervicis honore*] Virgilius III. Georg. vers. 185.

Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, & plausae sonitum cervicis amare.

& XII. Aen. vers. 85.

Circumstant properi aurigae, manibusque lacessunt
Pectora plausa cavis, & colla comantia pectunt.

quibus locis videndus est diligentissimus Cerda. Nemesian. in Cyneg. vers. 294.

Pulvere quin etiam puras secernere fruges
Cura sit, atque toros manibus percurrere equorum,
Gaudeat ut plausu sonipes.

Auson. in ludo VII. Sapient. in princ.

Novit equus plausae sonitum cervicis amare.

At contra noster ut insolitum refert lib. XVI. vers. 356.

——— *ipse asper, nec qui cervicis amaret*
Applausae blandos sonitus.

v. 266. *Cornipedem alloquitur*] Ita alibi poëtae heroas equos suos alloquentes inducunt, ad exemplum Homeri, apud quem Hector id facit Iliad. Θ. vers. 184.

Ὣς εἰπὼν, ἵπποισιν ἐκέκλετο, φώνησέν τε,
Ξάνθε τε, καὶ σὺ Πόδαργε, καὶ Αἴθων, Λάμπε τε δῖε &c.

Sic inquiens equos adhortatus est, & dixit, Xanthoque, & tu Podarge, & Aethon, Lampeque generose. alia huc adduxit doctus Interpres, qui consulendus est.

v. 266. *Vulgum Martemque minorem*] Pariter fere Josephus Iscan. qui saepe optimos poëtas non male expressit, lib. VI. de Bell. Troj. vers. 270.

Jam magis ardentem tenues consumere pugnas
In populum taedet, vulgari tela cruore
Immensus violare pudor, nec paupere fraudat
Plebem anima; furit in jugulos regumque ducumque
Acrior.

v. 267. *Hactenus & leto dedimus sine nomine gentem*] Versum hunc omittunt membranae, & *Mox*, pro *Nos*, habent. Nec ego deleo, gnarus, quam crebro eadem bis terque dicat Silius, nam hic mera est ταυτολογία. Alioqui possis,

——— *vulgum Martemque minorem*
Mox Gargane; vocant Superi ad majora.

Tota vero illa tanti viri allocutio ne equum quidem

Mox, Gargane, vocant Superi ad majora. videsne
Quantus eat Cryxus? jam nunc tibi praemia pono
Illum, Sidonio fulgentem ardore, tapeta,
Barbaricum decus; & fulvis donabere frenis.
Sic fatus, magno Cryxum clamore ciebat
In pugnam, ac vacuo poscebat proelia campo.
Nec detrectantem par ira accenderat hostem.
Ut jussae cessere retro, spatiumque dederunt
Hinc atque hinc alae, & medio stetit aequore pugna:
Quantus Phlegraeis telluris alumnus in arvis,
Movit signa Mimas, & coelum exterruit armis;
Tantus semifero Cryxus sub pectore murmur
Torquet, & horrisonis ululatibus erigit iras.

Nemone

dem generosum decet, nedum Scipionem ut valeat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Abest hic versus ab Oxonio & Puteaneo, tum & ab editione Romana, cujus loco alium excidisse opinor. Deinde *Mox* iidem codices ac editio. Forte *Nunc*. Barthius legit, *vulgum Martemque minorem Mox, Gargane; vocant Superi ad majora*. N. HEINSIUS. Hunc versum delent etiam editio Mediolanensis, Marsi, & aliae. in reliquis post Juntinam, quae prima exhibuit, constanter occurrit: sed omnino barbarus est. nam quid est *Martem minorem leto didimus?* deinde τὸ *Hactenus* pro adhuc, ad hoc usque tempus, recte Latine dici plurimi inter eruditos negarunt. omisso tamen hoc versu sensus non constat: nam nihil est, unde τὰ *vulgum Martemque minorem* pendere possunt. quare, ut jam Illustrissimus Heinsius vidit, aliud quid hinc excidit. in iisdem etiam *Mox, Gargane:* quod pariter prima immutavit Juntina in *Nos, Gargane*,

v. 276. *Medio stetit aequore*] *& medio stetit aequore* cum Colon. N. HEINSIUS.

v. 278. *Movit signa Mimas, & coelum exterruit armis*] Versum hunc inserere jubent libri scripti. De eodem Mimante Silius lib. XII. vers. 147.

Apparet Prochyte, saevum sortita Mimanta.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVI. Codex Putean. & Oxoniensis cum editionibus Parm. Mediol. & plurimis aliis *Movit signa minax*. Sed recte in editione Basil. *Mimas* vulgatum est, quod D. Heinsius & Dausquejus secuti sunt. Est enim *Mimas* unus gigantum, quorum haec nomina ponit Schol. Hesiodi ad Theogon. pag. 248. Ed. Heins. Ἀλκυονεὺς, Ἐγκέλαδος, Πορφυρίων, Μίμας, Ὄβριμος, Φρῦνος. Mimantis autem plurima mentio est apud Horat. Senec. Claudian. aliosque poetas, sed nomen ejus plerumque librariorum culpa nunc in *minax*, nunc in *minans*, corruptum est. vide Parrhas. Claver. & Barth. ad Claud. III. de rapt. Proserp. vers. 347. Fabric. ad Horat. lib. III. od. IV. vers. 54. Delr. ad Senec. Herc. Fur. vers. 980. Salmas. Epist. XVIII. & quae supra notata sunt ad lib. III. vers. 494.

v. 280. *Erigit iras*] Editio Romana *exigit*. sed opinor *egerit iras*, ut apud Statium,

Haec ego Chalcidicis ad te, Marcelle, sonabam
Litoribus, fractas ubi Vesbius egerit iras.

qui locus est silv. lib. IV. Epist. ad Marcellum: sed & illic vetus editio Parmensis *erigit*. *egerere dolorem* apud Nasonem IV. Trist. Eleg. III. vers. 38.

Expletur lacrimis, egeriturque dolor.

N. HEINSIUS. *Egerere querelas* dixit Lucan. lib. II. vers. 63. *tales pietas peritura querelas Egerit.* Voces autem *egerere* & *erigere* etiam alibi in libris scriptis commutantur, ut apud Lucan. lib. IV. vers. 643. *in fessos spiritus artus Egeritur*: ubi nonnulli scripti male *Erigitur* habent. Et ita Gebhard. lib. III. Crep. cap. XXVI. scribendum putat *liberius dolor egeri coepit*, non *erigi*, apud Curtium lib. IX. cap. III. probante Nic. Heinsio ad Ovid. Epist. XV. Heroid. vers. 113. dissentiente vero praestantissimo Gronovio II. Observ. cap. XXI. qui docet, *dolorem egeri*, cum levatur tenui lacrimarum solatio, *erigi* autem, cum se audacius exserit ac prodit. An itaque & hic potius vulgata scriptura servanda est? ut Cryxus, audita Scipionis allocutione, dicatur *iras erexisse*, id est, prodidisse ac liberius exeruisse, easque ad Scipionis aspectum in Romanos incitasse. ita virtus *erigitur*, id est, excitatur, apud Lucan. lib. VII. vers. 383.

Voce ducis flagrant animi, Romanaque virtus
Erigitur.

arrecta ira est apud Virgilium XII. Aen. vers. 452.

——— arrectae stimulis haud mollibus irae.

Et hinc *surgere* ira dicitur, quae erigitur: infra libro V. vers. 105.

Acrius hoc accensa ducis surrexerat ira.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 165. *dolor iraque surgit.* Recepta itaque lectio non temere sollicitanda est.

v. 284. *Diram Vel portas quassare trabem*] Oportet & hic elegantiam, quae plane a Latinis abhorreat, agnoscatis Grammatici. Quis enim Romanorum ita loquitur, *trabem diram portas quassare?*

Atqui

Nemone incensae captaeque superfuit urbi,
Ut tibi, quas Brenni populus ferremus in arma,
Narraret, dextras? disce en nunc, inquit: & una
Contorquet nodis & obusto robore diram
Vel portas quassare trabem. sonat illa tremendum,
Ac nimio jactu servasse improvida campi
Distantis spatium, propiorem transvolat hostem.
Cui Consul: Ferre haec umbris proavoque memento,
Quam procul occumbas Tarpeja sede: tibique
Haud licitum sacri Capitolia cernere montis.
Tum nodo cursuque levi simul adjuvat hastam,
Dignum mole viri nisus. fugit illa per oras
Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis,

Atque

Atqui scite, *τὸ diram* hoc loco *potentem* esse, &, ut cum barbaris dicam, *possibilem*, more Graecorum; quibus *τὸ δεινὸν* est *ἱκανὸν καὶ δυνατόν*. Est igitur *diram quassare portas*, *ἱκανὴν καὶ τὰς πύλας μετοχλίζειν*. D. HEINSIUS. *quassare* scripti, non *quassasse*. N. HEINSIUS.

v. 289. *Tarpeja a sede*] *Τὸ a* tollendum ex auctoritate veterum librorum. deinde superiori versu *ferre haec umbris*, non *hoc*. N. HEINSIUS.

v. 292. *Dignam mole viri nixus, fugit illa per ora*] Non bene haec habent. sanari tamen poterunt, si ita scribatur,

Dignum mole viri nisus. fugit illa per oras
Mulsiplicis lini.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXVIII. Vera est in membranis lectio *per oras*. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. *Dignum nisus* elegantissime Modius ex membranis Coloniensibus. Interpreti nullus est harum deliciarum gustus. Deinde *fugit illa per oras*, non *ora*, scripti cum priscis editionibus. & hoc bene, quomodo & Barthius. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus stat pro vulgata scriptura, & *Dignam mole viri* exponit *ἀξίαν*, parem, quae satis virium habebat sternendae tantae moli; vel legi posse putat,

Dignam mole viri, visus fugit illa per ora
Multiplicis lini:

ut dicat Silius, hastam, qua sui parte subibat arma vel corpus hostile, non parere, oculos fugere. Sed melius viri docti ex optimae notae membranis vindicarunt, *Dignum mole viri nisus*, id est, tantum annisus, ut conatus ille dignus esset mole viri, quem hastâ trajicere volebat. *nisus*, non *nixus*, scribendum esse, supra jam dictum ad lib. II. vers. 123. vide insuper Gifan. Indic. Lucret. ea voce. Deinde etiam recte *per oras* reponunt. Infra lib. V. vers. 521.

Cui medio leviter clipeo stetit aeris in ora
Cuspis.

Virgilius X. Aeneïd. vers. 588. *subit oras hasta per imas Fulgentis clipei.* & XII. Aeneid. vers. 924.

——— *orasque recludit*
Loricae, & clipei extremos septemplicis orbes.

Saepe autem ita turbarunt librarii. vide Illustrissimum Heinsium ad Ovidii III. Metam. vers. 479. *multiplex linum* autem innuit thoracem ex variis linis invicem impositis compactum, ut bene exposuit vir Amplis. Gisbert. Cuperus lib. II. obs. cap. XII. de thorace lineo vide infra ad libr. IX. vers. 588.

v. 293. *Subtectaque tegmina nervis*] *subtextaque* scribendum, atque ita liber Coloniensis. sed nec *nervis* satisfacit. an *subtextaque tegmina tergis?* ut clipeum designet. vide notas ad Virgilium; vel *tauris?* sic lib. I. vers. 25. *secto tauro cingere moenia*, ubi vide Interpretem. an etiam *subtextaque tegmina aheno*, vel *ferro?* N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *subtextaque*, pro *subtectaque*. Voces eas nonnumquam in libris scriptis permisceri infra adstruam ad librum XVII. vers. 89. Receptam lectionem tuetur Dausquejus: si tamen duriuscula videtur structura verborum *subtectaque tegmina*, conjicit *subjectaque*, vel *subtextaque*, vel *suppactaque*. *τὸ nervis* vero non muto; nam pro pelle taurina occurrit etiam apud Tacitum II. Annal. cap. XIV. *Non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro nervove firmata*. Si tamen omnino ea vox displicet, cum Heinsio legam *tergis*, quod propius ad receptam lectionem accedit, vel *tauris*. nam, ut jam monuit, *taurus* saepe ponitur pro pelle taurina. Virgilius X. Aen. vers. 783.

Tum pius Aeneas hastam jacit: illa per orbem
Aere cavum triplici, per linea terga, tribusque
Transiit intextum tauris opus.

Lucan. lib. IV. vers. 131.

Primum cana salix madefacto vimine parvam
Texitur in puppim, caesoque inducta juvenco
Vectoris patiens tumidum superenatat amnem.

Statius III. Theb. vers. 592.

Nec pudor emerito clipeum vestisse juvenco.

Theb. VII. vers. 310.

——— *clipei septemplice tauro*

Laeva

Atque altum tota metitur cuſpide pectus.
Procumbit lata porrectus in arva ruina,
Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.
Haud aliter, ſtructo Tyrrhena ad litora ſaxo,
Pugnatura fretis ſubter caecisque procellis,
Pila, immane ſonans, impingitur ardua ponto.
Immugit Nereus, diviſaque caerula pulſu
Illiſum accipiunt irata ſub aequora montem.
Ductore amiſſo pedibus ſe credere Celtae:
Una ſpes anima tantuſque pependerat ardor.
Ac veluti ſummo venator denſa Picano

Cum

Laeva ter inſuto ſervant ingentia ferro
Pectora.

lib. I. Achill. verſ. 470.

——— *ſeptemque Ajax umbone coruſcet*
Armenti reges.

& alibi reliquae ejus conjecturae *aheno* vel *ferro* à vulgata lectione nimium abeunt.

v. 294. *Atque altum tota metitur cuſpide pectus*] *Ac latum pectus* olim conjecit Doctiſſimus Dauſquejus, quomodo *latos humeros* & *latum hoſtem* laudari ſupra notavi ad libr. I. verſ. 499. Sed recte poſtea ſententiam mutavit: ſequitur enim mox *lata arva. altum pectus*, quoniam tota cuſpide profunditatem pectoris penetrabat. Virgilius VI. Aen. verſ. 599.

——— *rimaturque epulas, habitatque ſub alto*
Pectore.

v. 295. *Lata porrectus in arma ruina*] Reponendum *porrectus in arva:* proxime enim eſt,

Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis.

MODIUS Novant. Lect. Epiſt. LXXXVIII. *in arva* ſcripti; nec reſpuendum: nam *armis* ſequitur confeſtim. inſignis eſt ſtupor Interpretis, qui pro vulgata digladiatur. N. HEINSIUS. Saepe indocti librarii vocem *arva* in *arma* perperam mutarunt. vide ſupra ad h. libr. verſ. 26. infra lib. IX. verſ. 50. ibid. verſ. 383. & eruditiſſimum Bentlejum ad Horatii lib. III. od. V. verſ. 8. & lib. I. Epiſt. XVIII. verſ. 56. Contra etiam *arma* mutarunt in *arva*. vide Nic. Heinſium ad Claud. Bell. Gildon. verſ. 6. & ad Ovid. VIII. Metam. verſ. 67.

v. 296. *Et percuſſa gemit tellus ingentibus armis*] Manifeſta Maronis imitatio eſt ex IX. Aen. verſ. 708.

——— *collabſa ruunt immania membra:*
Dat tellus gemitum, & clipeum ſuperintonat ingens.

Vide etiam ſequentia apud Maronem, & cum ſequentibus Silianis confer. Imitationem hanc jam notavit Dauſquejus.

v. 301. *Irata ſub aequora*] An *mirata?* N. HEINSIUS. Infra *mirantem Thybrim* dixit lib. X. verſ. 498.

——— *mirantem interrita Thybrim*
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.

ubi plura dixi. *irata* tamen *aequora*, ut *iratum mare* ſupra h. lib. verſ. 245. ubi vide, quae notavi.

v. 302. *Pedibus ſe credere Celtae Una ſpes animae, tantuſque pependerat ardor*] Manifeſte ſcribendum,

Una ſpes anima, tantuſque pependerat ardor.

Sic enim & Curtius noſter alibi de Alexandro ſuo, &, ni fallor, de Julio Caeſare pro M. Marcello Cicero [cap. VII.] & libro V. verſ. 685. Lucanus,

Cum tot in hac anima populorum vita ſaluſque
Pendeat.

MODIUS Novant. Lect. Epiſt. LXXXVIII. Membranae *Celtuſque pependerat ardor.* Celtis alioquin de levitate iniquior Silius noſter. Sic libro VIII. verſ. 16.

——— *ingenio fluxi, ſed prima feroces*
Vaniloquum Celtae genus, ac mutabile mentis.

quod apprime ad hunc locum facit; nec minus, quod ſequitur, *primumque laborem, Qui ſolus genti eſt, caſſum videt.* Repetitio ejuſdem vocis in Siliana phraſi nihil novi habet. Sit velut proverbium *Celtus ardor.* Ego tamen pertinacius non contenderim, cum notum ſit, veteres librarios, retento auribus vocis alicujus ſono, miras Tragoedias aliquando dediſſe in ſcriptoribus. BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. III. Ita diſtinguendum, *ſe credere Celtae. Una* &c. Deinde cum ſcriptis legendum *Una ſpes anima.* ut apud Maronem X. Aen. verſ. 592.

——— *haud anima una dabis diſcrimina tanta.*

Noſter lib. VII. verſ. 743.

——— *murique urbis ſtant pectore in uno.*

Nam quod Barthius ex Oxon. *Celtuſque pependerat ardor*, ineptum eſt. N. HEINSIUS. *Una ſpes anima* etiam Mediolan. & Parmenſ. editio. Sic infra lib. XVII. verſ. 405.

In ducibus ſtabat ſpes & victoria ſolis.

Curtius lib. V. cap. IV. *Ex unius captivi vel fide vel anima pendere & regis ſalutem & ſuam.* Valer. Flacc. lib. V. verſ. 18.

——— *ulla laboris*
Si noſtri te cura movet, qui cardine ſummo
Vertitur, atque omnis manibus nunc pendet ab unis.

quem

Cum lustra exagitat, spissisque cubilibus atram
Immittit passim dumosa per invia pestem:
Dum tacitas vires & flammam colligit ignis,
Nigranti piceus sensim caligine vertex
Volvitur, & pingui contorquet nubila fumo;
Mox subita in tanto lucent incendia monte.
Fit sonitus: fugere ferae, fugere volucres;
Atque ima longe trepidant in valle juvencae.
At Mago, ut vertisse globos, primumque laborem,
Qui solus genti est, cassum videt, arma suorum
Ac patrium in pugnas equitem vocat. undique nudi
Assiliunt

quem locum Celeberrimo Burmanno debeo. vide infra ad libr. XVI. vers. 19. Dausquejus etiam Modii emendationem probavit.

v. 304. *Summe Picano Cum lustra exagitat*] Cellarius ad hunc locum ita notat: „ Marius Apuliae „ montem interpretatur, qui aliis ignotus est. Sed mons Picanus videtur non ignotus fuisse Avieno in Descript. Orb. vers. 498.

—— tepidum si rursus in Austrum
Convertare oculis, nemorosi maxima cernes
Culmina Picani.

ubi tamen prima syllaba producitur, contra quam hoc loco. Cum autem Avienus praecedentibus versibus Campaniam, sequentibus Lucaniam describat, verosimile est, eum per *Culmina Picani* intelligere mediam Picentinorum regionem: idque tanto magis, quoniam Dionys. Perieg. vers. 361. *προχοὰς Πικεντίνου Σιλάροιο*, Priscian. in Perieg. vers. 355. *Picentis Silari gurgitem* vocet, quod Avienus *Culmina Picani*. Sine caussa etiam Illustrissimus Scaliger, pro *Picano*, ad marginem libri sui *Piceno* hic scribendum conjecerat.

v. 310. *In toto lucent incendia monte*] *in tanto monte* Colon. eleganter. Multa exempla collegimus ad Valer. Flacc. lib. VII. vers. 132. N. HEINSIUS. vide infra ad lib. X. vers. 234.

v. 312. *Atque una longae trepidant in valle juvencae*] Corrige,

Atque ima longe trepidant in valle juvencae.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVIII. Scribendum *ima valle*. Feras in lustris altorum montium, volucres in arboribus, juvencas in imis vallibus trepidantes facit, ut omnia terrore compleat. Quod experimentum naturae dicit Dausquejus, huc non facit: nam incendio effuso notum montibus decurrere armenta, & vallibus imis congregari. Quid vero melius in illo *una longe?* pro nobis duo sunt scripti codices, omnibus editionum vulgarium typographis majoris merito auctoritatis. BARTHIUS libr. VI. Adversar. cap. III. *ima in valle* scribendum, quod ex Coloniensi libro jam deprehendit Modius: neque aliter Barthius adversus Interpretem, qui hic iterum ludos facit. N. HEINSIUS. Omnino cum viris doctis manuscriptorum lectionem *imis vallibus* vulgatae scripturae praefero. Sic Ovidius VI. Metam. vers. 343.

Forte lacum melioris aquae prospexit in imis
Vallibus.

& IX. vers. 663.

Vertitur in fontem, qui nunc quoque vallibus imis
Nomen habet dominae.

ita enim pro *vallibus illis* legunt quidam codices, teste N. Heinsio. Senec. in Oedipo vers. 725. *Anguis in imis vallibus editus.* Statius II. Theb. vers. 551.

Hos prodire jugis, illos è vallibus imis.

Claudian. in Consul. Olyb. & Prob. vers. 209.

Accepit sonitum curvis Tiberinus in antris,
Ima valle sedens.

Saepe autem librarii has voces confuderunt ob difficultatem distinguendi literas *un* & *im* in scriptura Longobardica. vide infra ad librum V. vers. 112. & ad lib. XV. vers. 590.

v. 313. *Primumque laborem, Qui solus genti est*] Infra Silius libro VIII. vers. 16.

—— ingenio fluxi, sed prima feroces
Vaniloquum Celtae genus, ac mutabile mentis.

Livius lib. X. cap. XXVIII. *Ita persuasum erat duci, & Samnites & Gallos primo impetu feroces esse, quos sustineri sat sit. longiore certamine sensim residere Samnitium animos: Gallorum quidem etiam corpora intolerantissima laboris atque aestus fluere, primaque eorum proelia plus quam virorum, postrema minus quam feminarum esse.* Similia habes etiam apud alios scriptores, & alibi apud ipsum Livium.

v. 315. *Ac primum in pugnas equitem vocat*] Legendum haud dubie *patrium equitem*. Libycum enim equitem describit sequentibus,

—— undique nudi
Assiliunt frenis, infrenatique manipli.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVIII. *patrium equitem* cum Modiano etiam codex noster praefert, quibus quid opus est tanto impetu pugnare, ut mangonum correctiones defendamus? BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *patrium equitem* probe idem Modius ex Coloniensi. Interpres tamen *τὸ primum* tuetur, non recordatus eam vocem jam praecessisse. *patrium* ex Oxoniensi quoque

Assiliunt frenis, infrenatique manipli.
Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis;
Nunc rursus Tyrias retro pavor avehit alas:
Aut illi dextros lunatis flexibus orbes;
Aut illi laevos sinuant in cornua gyros:
Texunt alterno glomerata volumina cursu,
Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.
Hac pontum vice, ubi exercet discordia ventos,
Fert Boreas, Eurusque refert: molemque profundi
Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine gestant.
Advolat aurato praefulgens murice ductor

Sidonius,

que Barthius. N. HEINSIUS.

v. 315. *Undique nudi Assiliunt frenis, infrenatique manipli*] Et frenis nudi, & frenis utentes. *infrenati* enim non sunt, qui vulgo solent; sed qui frenis utuntur. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. *undique nudi Assiliunt frenis*, vel *nudis*, quod Oxon. & Putean. agnoscunt, non subsistit, cum *infrenati manipli* subjungantur, quod tantundem est. An *Assiliunt frameis?* sed puto *nudi phaleris.* Hinc *Inculto Massylus eque* apud Valerium Flaccum, si memini. N. HEINSIUS. Nihil mutandum, non enim tantundem est *nudi frenis* & *infrenati*. nam *infrenati* ponitur pro frenis utentes. Ut Mago exciverit equites Africanos, tam Numidas, qui non utebantur equo frenato, quam Karthaginienses, qui equos frenis regebant. vide Dausquej. & Barthium ad hunc locum. Eo sensu *infrenatus* & *infrenare* alibi occurrit. apud Livium libro XXXVII. cap. XX. *Non stratos, non infrenatos magna pars habebat equos.* ubi vide Sigon. Virgilius XII. Aeneid. vers. 287.

Infrenant alii currus, aut corpora saltu
Subjiciunt in equos.

Quinctil. Declam. XIII. pag. 232. *Cur infrenatis equis vector insides? cur injusto quotidie jugo boum colla deterimus?*

v. 318. *Retro pavor advehit alas*] Scribendum ex iisdem membranis *avehit*. BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. *avehit* scribendum vidi jam pridem. & sic Colon. ut & Barthius. N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt librarii. Apud Lucan. lib. VI. vers. 85.

Advectos cum plena ferant praesepia culmos.

ubi perperam unus codex *Avectos*. vide Graevium ad Justin. lib. XX. cap. II. & Pier. ad Virgilii II. Aen. vers. 179. Frequenter autem scribae indocti verba cum praepositione *a* & *ad* composita inter se confuderunt. vide infra ad libr. XI. vers. 14.

v. 320. *Aut illi laevos sinuant in cornua gyros*] Puto,

Aut illi laevo sinuantes cornua gyro:

vel,

Aut illi in laevos sinuatim cornua gyros
Texunt.

N. HEINSIUS.

v. 322. *Ac caedem refugam cedentes arte resolvunt*] Gerrae Siculae. emendetur ex optimis membranis Agrippinatibus,

Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.

Ita, inquam, emendetur, & videatur Virgilius. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVIII. Quid dignius receptu, quam quod Modio visum?

Atque eadem refuga cedentes arte resolvunt.

nihil aptius & melius excogitari possit. In membranis tantum opis est, ut mendosum locum legi clarum sit: *Atque sedem refugam.* Ego Modianam lectionem pro veritate ipsa amplector, praecipue cum sequentia perpendo:

Hac pontum vice, ubi exercet discordia ventos,
Fert Boreas, Eurusque refert, molemque profundi
Nunc huc alterno, nunc illuc, flamine gestant.

BARTHIUS lib. VI. Adverf. cap. III. Scribe cum Modio ex membranis Coloniensibus *Ac eadem refugâ*. Interpres bilem mihi moveret, qui audet dissentire, ni fungum toties se jam exhibuisset. Barthio melior mens fuit, qui Modio recte subscribit. In Oxonio *Atque sedem refugam.* N. HEINSIUS. In Puteaneo etiam *Atque sedem refugam*; quare malim, *Atque eadem refuga*, quam *Ac eadem.*

v. 323. *Hac pontum vice &c.*] Pari modo nunc Trojanos, nunc Latinos fugientes aestui marino comparat Virgil. XI. Aeneid. vers. 624.

Qualis ubi alterno procurrens gurgite pontus
Nunc ruit ad terras, scopulosque superjacit undam
Spumeus, extremamque sinu perfundit harenam:
Nunc rapidus retro, atque aestu revoluta resorbens
Saxa fugit, litusque vado labente relinquit.

ubi etiam viri docti olim notarunt, Silium illum locum Maronis expressisse.

v. 327. *Circaque Metus, Terrorque, Furorque*] Personae Homericae Δεῖμος, Φόβος, καὶ Ἔρις. *Furor* igitur Ἔρις hoc loco est, quod notabis Iliad. Δ. vers. 439.

Ὦρσε δὲ τὰς μὲν Ἄρης, τὰς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Δεῖμος, ἠδὲ Φόβος, καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα.
Impulit hos Mavors, hos pulchro caesia vultu
Pallas ovans, Terrorque, Metusque, immensaque fervens

Terribilis

Sidonius, circaque Metus, Terrorque, Furorque.
Isque ubi Callaici radiantem tegminis orbem
Extulit, & magno percussit lumine campos,
Spes virtusque cadunt, trepidaque a mente recedit
Vertere terga pudor: nec leti cura decori,
Sed fugere infixum est, terraeque optantur hiatus.
Sic, ubi Caucasiis tigris se protulit antris,
Linquuntur campi, & tutas petit omne latebras
Turbatum insano vultu pecus: illa pererrat
Desertas victrix valles: jamque ora reducto
Paullatim nudat rictu, ut praesentia mandens
Corpora, & immani stragem meditatur hiatu.

Non

Terribilis Furor.

Ita nos cum Homero interdum ludimus. Δεῖμος autem & Φόβος sunt θεράποντες Ἄρεος, ut Ἔρις κασιγνήτη, ἑτάρη τε. Artemidorus: Καὶ Φόβος καὶ Δεῖμος, ὡς ἔνιοι Ἄρεως υἱοὺς λέγουσι. Scribo θητῆς, id est, θεράποντας. D. HEINSIUS. Metus, Terror, ac Furor apprime bene Hannibalem comitantur, quem ut alterum Martem ubique Silius proponit: nam & Martem similes personae comitantur apud Virgil. XII. Aeneid. vers. 335.

—— circumque atrae Formidinis ora,
Iraeque, Insidiaeque, Dei comitatus, aguntur.

Equos illius Dei ad currum jungunt apud Homer. Il. O. vers. 119.

Ὣς φάτο· καὶ ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε
Ζευγνύμεν.

Sic dixit: & equos jussit Terrorem ac Metum jungere.

Statius libr. III. Theb. vers. 424.

—— comunt Furor Iraque cristas,
Frena ministrat equis Pavor armiger.

Claudian. I. in Rufin. vers. 344.

Fer galeam, Bellona, mihi, nexusque rotarum
Tende, Pavor; frena trepidos, Formido, jugales.

Alia fictione ipsi Martis equi hoc nomine censentur apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 88.

—— aegisono quam nec fera pectore Virgo
Dispulerit, nec dextra Jovis, Terrorque, Pavorque,
Martis equi.

Quamlibet enim in similibus fingendis licentiam sibi tribuunt poetae; quare non accedam Barthio, qui in notis ad d. locum Statii apud Valer. Flaccum *Martisequi* emendabat; quae vox apud nullum auctorem mihi visa vel audita est.

v. 332. *Terraeque optantur hiatus*] Quod sollemne miserorum votum erat. Virgilius X. Aen. vers. 675.

—— quid ago? aut quae jam satis ima dehiscat
Terra mihi.

& XII. Aeneid. vers. 883.

—— o quae satis alta dehiscat
Terra mihi, manesque Deam demittat ad imos?

Ovid. Epist. VI. Heroïd. vers. 144.

Hiscere nempe tibi terra roganda fuit.

in III. Fastor. vers. 609.

Quo fugiat? quid agat? quos terrae quaerat hiatus?
Ante oculos miserae fata sororis erant.

Petron. in Satyr. cap. LXXXI. *Ergo me non ruinâ terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare?*

v. 335. *Turbatum insano vultu pecus*] An, *insano assultu?* N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Silius lib. V. vers. 445.

Tandem vesanos palantum in terga ferenti
Cum fremitu vultus.

Senec. in Herc. Oet. vers. 1992.

Et si qua novo bellua vultu
Quatiet populos terrore gravi.

v. 336. *Disjectas victrix valles*] Elegans haec est comparatio; sed in qua hoc monendum, illa ita legenda videri, *Desertas valles.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVIII. *Disjectas* cursu nimirum armentorum. quare teneo hoc cum MS. Oxoniensi. *Desertas* reposuit Modius, quo non opus est. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *Desertas* cum scriptis Modius. bene; quamquam Barthius pro vulgata pugnat scriptura N. HEINSIUS. Dausquejus cum primum Modio recte subscriberet, postea tamen *Dejectas valles*, id est, humiles atque summissas, conjecit. Sed praestat cum Modio & Heinsio codicis Coloniensis lectionem amplecti.

v. 337. *Ut praesentia mandat Corpora*] Legendum videtur *mandens.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVIII. Scribendum *atque absentia mandit Corpora.* in Coloniensi, *nudat rictu, ut praesentia mandans. mandet* in Oxon. & Putean. Valerius Flacc. lib. III. vers. 589.

Frangit & absentem vacuis sub dentibus hostem.

lib. I. vers. 272.

—— Phryxi promittitur absens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

lib. VII. vers. 196.

Ergo iterum sensus varios super hospite volvens
Maeret, & absenti nequidquam talia fatur.

vers. 315.

 - - - *absentem*

Non illum Metabus, non illum celsior Ufens
Evasere tamen; quamvis hic alite planta,
Hic ope cornipedis totis ferretur habenis.
Nam Metabum ad manes demisit cuspide fulgens
Fraxinus, Ufentem collapsum poplite caeso
Ensis obit, laudemque pedum cum sanguine ademit.
Jamque dedit leto Sthenium, Laurumque, domoque
Collinum gelida, vitreo quem Fucinus antro
Nutrierat, dederatque lacum tramittere nando.
Fit socius leti conjecta Massicus hasta,

Vitiferi

——— *absentem saevissima poscit*
Nunc Pelian, tanta juvenem qui perderet ira.
vers. 466.
Jamque sui tauris languent absentibus ignes.
Varius apud Macrob. VI. Saturn. cap. 11.
Ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,
Si veteris potuit cervae comprendere lustra,
Saevit in absentem.
Lucan. lib. IV. vers. 319.
Qui modo in absentem vultu dextraque furebas,
Miles, habes nudum promtumque ad vulnera pectus.
libro VII. vers. 766.
Invigilat cunctis saevum scelus, armaque tota
Mente agitant, capuloque manus absente moventur.
Petron. carm. de Bell. Civili, *absentem votis interficit hostem.* Statius II. Theb. vers. 132. post comparationem tigridis,
——— *sic exitus ira*
Ductor in absentem consumit proelia fratrem.
& vers. 686.
——— *sate gente superbi*
Oeneos absentes jamdudum vincere Thebas
Annuimus.
Theb. III. vers. 568.
——— *jam bella tubaeque*
Comminus, absentesque fremunt sub pectore Thebae.
lib. V. vers. 88.
——— *ventisque absentibus Aegon*
Motus, & ingenti percussit litora ponto.
lib. VI. vers. 400.
——— *pereunt vestigia mille*
Ante fugam, absentemque ferit gravis ungula campum.
Claudian. in Bell. Gild. vers. 350. de Honorio,
- - - *jam puppe vehi, jam flagna secare*
Fervet, & absentes invadere cuspide Mauros.
Idem de Torpedine,
Pigra venenatis effundit flamina venis,
Absentem vinctura virum.
De mulabus Gallicis,
Absentis longinqua valent praecepta magistri.
Auson. in Mosella,
Tota natant crispis juga motibus, & tremit absens
Pampinus.
Sidon. Apoll. Paneg. Aviti vers. 367.
- - - *jamjamque tener spe frangitur agnus,*
Atque absens avido crepitat jam praeda palato.
ibidem vers. 278.
Absens in cuncto sibi vulnere jam cadit Hector.
In Paneg. Anthem. 247. *Visus adest oculis absentibus.* Sic ibi lego. vide ultimas editiones. & sic, puto, est in scriptis. in Paneg. Major. vers. 420.
- - - *jacet hic simul alite telo*
Absentem passus dextram.
N. HEINSIUS. Virgil. IX. Aen. vers. 59.
Ac veluti pleno lupus insidiatus ovili
Cum fremit ad caulas, ventos perpessus & imbres,
Nocte super media; tuti sub matribus agni
Balatum exercent: ille asper & improbus ira
Saevit in absentes.
Sidon. Apoll. Carm. XXIII. vers. 333.
——— *& ante cursum*
Campus flatibus occupatur absens.
Guntherus III. Ligur. vers. 123.
——— *erectis ad sidera palmis*
Principis absentis feriunt ululatibus aures.
Hinc patet Heinsii emendationem sensui accommodatissimam esse; sed nimium abit à recepta lectione: quare minima mutatione eodem sensu legam cum Modio, *ut praesentia mandens Corpora*, id est, tigris mandit, manducat pecora, tamquam praesentia forent, quae antea aufugerant.

v. 343. *Collapsum poplite flexo*] Recte Coloniensis *poplite caeso*, id est, succiso poplite. N. HEINSIUS. Silius infra lib. V. vers. 547.
——— *quem poplite caeso*
Dum spolias, gravis immiti cum turbine costas
Fraxinus irrupit.
libr. X. vers. 38.
Fratres hic humero cecidere, hic poplite caesis.
Ennius in fragm. pag. 134. Ed. nuperae,
Heis pernas succidit iniqua superbia Poeni.
Virgilius lib. X. Aen. vers. 699. *poplite Palmum Succiso volvi segnem sinit.* Sidon. Apollin. carm. V. vers. 421. *pars poplite secto Mortis ad invidiam vivit.* Iscan. VI. B. Troj. vers. 268.
——— *tumidusque superbit*

Poplitibus

Vitiferi ſacro generatus vertice montis,
Et Liris nutritus aquis, qui fonte quieto
Diſſimulat curſum, ac, nullo mutabilis imbri,
Perſtringit tacitas gemmanti gurgite ripas.
Exoritur rabies caedum, ac vix tela furori
Sufficiunt, teritur junctis umbonibus umbo,
Peſque pedem premit, & nutantes caſſide criſtae
Hoſtilem tremulo pulſant conamine frontem.
Tergemini primam ante aciem fera proelia fratres
Miſcebant, quos Ledaeo Sidonia Barce
Xanthippo felix uteri inter bella crearat.

Res

Poplitibus caeſis humilem infamare triumphum.
Pacat. in Paneg. cap. XXXVI. *Alii poplitibus imminere, alii terga configere, aut, quos curſu non poterant contingere, jaculis occupare.* Vide, quae notarunt viri docti ad Petron. Satyr. in princ.

v. 345. *Jamque dedit leto Stemium*] *Sthenum* Puteaneus, Oxon. *Sthenium*, quod probo. Sic apud Maronem X. Aen. verſ. 388. *Hinc Sthenium pelit.* pro *Laurumque*, Colon. *Larumque*. N. HEINSIUS. *Stheniumque* olim Dauſquejus etiam probavit.

v. 346. *Vitreo quem Fucinus antro*] *viridi antro* ſcripti & Romana editio. Nihil auſim tamen mutare. Notum illud Maronis, *vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus.* De *vitreis antris* videantur, quae annotavi ad Claudiani Feſcennina in Nuptias Honorii. Noſter tamen lib. V. verſ. 20.

Solatae penitus viridi fovere ſub antro
Naides.

N. HEINSIUS. Nihil ego quoque mutare audeo. Ovidius V. Metam. verſ. 47.

——— quem flumine Gange
Edita Limnate vitreis peperiſſe ſub antris
Creditur.

Statius lib. III. ſilv. II. verſ. 16.

Surgite de vitreis ſpumoſae Doridos antris.

v. 352. *Perſtringit ripas*] Vir doctus ad marginem Silii conjecerat *Praeſtringit*, de quo verbo ſupra vide ad lib. I. verſ. 358. Vulgatum tamen non damno.

v. 354. *Teritur junctis umbonibus umbo, Peſque pedem* &c.] Ita ſaepe poetae. Silius lib. V. verſ. 218.

——— hortantes ſe quiſque viciſſim
Incumbunt, preſſeque impellunt pectore pectus.

lib. IX. verſ. 322.

——— galea horrida flictu
Adverſae ardeſcit galeae, clipeuſque fatiſcit
Impulſu clipei, atque enſis contunditur enſe;
Pes pede, virque viro teritur.

Ennius in fragm. pag. 303. ed. poſtremae,

Pes pede premitur; arma teruntur armeis.

ubi vide notas Column. Virgilius X. Aeneid. verſ. 361.

——— haeret pede pes, denſuſque viro vir.

Ovidius X. Metam. verſ. 44.

Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.

etiam Livius lib. XXXIV. cap. XLVI. *Diu in anguſtiis pugnatum eſt, nec dextris magis gladiiſque gerebatur res, quam ſcutis corporibus ipſis obnixi urguebant.* & Ammian. Marc. lib. XVI. cap. XII. *Pulvis aequali motu aſſurgens & proſpectum eripiens arma armis corpora corporibus obtrudebat.*

v. 357. *Fera proelia fratres Miſcebant*] *ſacra proelia* in Colonienſi. an *ſata proelia?* ut *ſerere bellum*, de quo jam dictum ſupra. N. HEINSIUS. Nihil placet mutari. nam communi appellatione *proelia* & *bella* nunc *fera*, nunc *ſaeva*, dicuntur. Supra lib. I. verſ. 143.

Occubuit ſaevo Tyrius certamine ductor.

verſ. 266.

- - - campo rapidus fera proelia miſcet.

lib. III. verſ. 605.

- - - hic fera gentis
Bella Palaeſtinae primo delebit in aevo.

lib. VII. verſ. 472.

Sed victae fera bella Deae vexere per aequor.

lib. XV. verſ. 381.

- - - ſaeva inter proelia ductor
Infixum adverſo vidit ſub pectore telum.

verſ. 670.

- - - obtectus ſenium fera proelia miſcet.

lib. XVI. verſ. 47.

- - - hic fera gentis
Mere ſecurigera miſcebat proelia dextra.

& ita paſſim alii.

v. 359. *Felix uteri*] Εὔτεκνος, *fecunda:* ſic Cato *felices arbores* dixerit, quae fructum ferunt, teſte Feſto. Aliud autem, ne quis erret, in libris pontificii juris erant felices & infelices arbores. Sic ficus alba ex felicibus erat, nigra ex infelicibus; ut ex libris Vetanii de verbis pontificalibus docemur. Felices enim erant, quae Diis ſuperis ſacrae erant; infelices, quae Diis inferis & averruncis, quibuſque fructus nigri: ſic ſentes omnes, rubum, & ſimilia, quibus prodigia comburebantur, inter infelices arbores numerabant. D. HEINSIUS. Recte D. Heinſius hic *felix uteri* pro fecunda poni notat, quemadmodum *felix arbor* pro frugifera. Sic Liv.

Res Grajae, ductorque parens, ac nobile Amyclae
Nomen, & injectus Spartanis colla catenis
Regulus inflabant veteri praecordia fama:
Marte probare genus, factisque Lacona parentem
Ardebant, gelidosque dehinc invisere montes
Taygeta, & tandem bellis innare subactis
Eurotan patrium, ritusque videre Lycurgi.
Sed Spartam penetrare Deus, fratresque negarunt
Ausonii, totidem numero; quos miserat altis
Egeriae genitos immitis Aricia lucis,
Aetatis mentisque pares: at non dabat ultra
Cloto dura lacus aramque videre Dianae.
Namque ut in adversos, impacti turbine pugnae,
Eumachus & Critias & laetus nomine patris
Xanthippus junxere gradus, ceu bella leones
Inter se furibunda movent, & murmure anhelo
Squalentes campos & longa mapalia complent:
Omnis in occultas rupes atque avia pernix
Maurus saxa fugit, conjuxque Libyssa profuso,
Vagitum cohibens, suspendit ab ubere natos;
Illi dira fremunt, perfractaque in ore cruento
Ossa sonant, pugnantque feris sub dentibus artus.
Haud secus Egeriae pubes, hinc Virbius acer,
Hinc Capys, assiliunt, paribusque Albanus in armis.

Subsidens

lib. v. cap. xxiv. *Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.* Appulej. in Apolog. pag. 288. Ed. Elmenh. *Arbor infecunda & infelix, quae nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum ejus in trunco.* Virgilius 1. Georg. vers. 154.

Infelix lolium & steriles dominantur avenae.

ubi Servius *infelix* exponit *infecundum.*

v. 360. *Res Grajae, ductorque parens, ac nobile Amycle Nomen*] *Graias* Coloniensis. idem *Amyclae*, non *Amycle*. N. HEINSIUS. *Amycle* nempe & *Amyclae*, ut *Mycene* & *Mycenae*, *Argos* & *Argi*, atque alia similia. Cum tamen Silius alibi semper *Amyclae* dicat, ut lib. II. vers. 434. & lib. XIII. vers. 44. malim cum N. Heinsio ex codice Coloniensi *Amyclae*; atque ita jam Cellarius edidit.

v. 361. *Injectus colla catenis*] Proprie non collum catenis, sed catenae collo injiciuntur. Sed Celeberrimus Burmannus monuit me, alibi ita etiam Graecos locutos esse; vel, si quis hoc loquendi genus non probet, fortasse legendum esse *insertus colla catenis*, ut apud Cicer. lib. IV. in Verr. cap. XVII. *Homini jam perdito & collum in laqueum inserenti subvenisti.* Senec. in Phoen. vers. 148. *Astis colla laqueis inseri prohibebis?* Stat. XII. Theb. vers. 460.

- - - *dextras juvat insertare catenis.*

v. 362. *Regulus inflabant*] Colonienses membranae cum nonnullis ex priscis editis *inflabat.* atque ita etiam editio Cellarii.

v. 365. *Taygeta*] *Taygetae* Puteaneus. *Eurotan* scripti. & mox Colon. *negarunt*, non *negabant*; pro *penetrare* etiam maluerim *remeare.* N. HEINSIUS.

v. 366. *Eurotan patrium innare*] Silius lib. VI. vers. 309.

- - - *vellem hunc, e tristia nobis*
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotae ripis.

ubi vide Dausquejum, & Joh. Meursium Miscell. Lacon. lib. II. cap. IX. pro *innare* Putean. codex cum priscis editionibus *juvat ire.* sed non audio.

v. 373. *Et Clytias*] *Critias* ex scriptis & priscis editionibus. nomen Graecum. sic infra quoque in membranis. N. HEINSIUS.

v. 376. *Longa mapalia*] Id est, longinqua, longo spatio distita. vide infra ad librum VI. vers. 627.

v. 378. *Conjuxque Libyssa profuso*] *profundo* editio Romana. N. HEINSIUS.

v. 380. *Perfractaque in ore cruento Ossa sonant*] *perfectaque* Colon. an *praefectaque?* mox *feri sub dentibus artus* scripti & Romana editio, non *feris sub dentibus artus.* N. HEINSIUS. *perfractaque* non puto mutandum cum viro Illustrissimo. Infra lib. X. vers. 237.

- - - *perfractae*

Subſidens paullum perfoſſa proruit alvo
Albanum Critias; (aſt illi cuncta repente
Implerunt clipeum miſerando viſcera lapſu)
Eumachus inde Capyn: ſed tota mole tenebat
Ceu fixum membris tegimen; tamen improbus enſis
Annexam parmae decidit vulnere laevam,
Inque ſuo preſſa eſt non reddens tegmina niſu
Infelix manus, atque haeſit labentibus armis.
Ultima reſtabat fuſis jam palma duobus
Virbius. huic trepidos ſimulanti ducere greſſus
Xanthippus gladio, rigida cadit Eumachus haſta,
Et tandem aequatae geminato funere pugnae.
Inde alterna viris tranſegit pectora mucro,
Inque vicem erepta poſuerunt proelia vita.
Felices leti, pietas quos addidit umbris!
Optabunt ſimiles venientia ſecula fratres,
Aeternumque decus memori celebrabitur aevo:
Si modo ferre diem, ſeroſque videre nepotes
Carmina noſtra valent, nec famam invidit Apollo.
At Conſul toto palantes aequore turmas
Voce tenet, dum voce viget: Quo ſigna refertis?
Quis vos, heu! vobis pavor abſtulit? horrida primi
Si ſors viſa loci, pugnaeque laceſſere frontem;

Poſt

- - - perfractae caſſidis aera
Oſſibus infodiens complevit ſanguine vultus.

& verſ. 512.

- - - perfracti turbine dentes
Muralis ſaxi, tum toto corpore vulnus.

lib. VI. verſ. 235.

- - - tunc fractis oſſibus atram
Abſorbet ſaniem.

Senec. in Herc. Fur. verſ. 1024.

In conjugem nunc clava libratur gravis:
Perfregit oſſa.

Statius VI. Theb. verſ. 807.

Nec prius, effracto quam miſceat ora cerebro,
Abſiſtet, video.

Mox etiam Mediol. editio *feri ſub dentibus*, non *feris*.

v. 390. *Inque ſuo preſſa eſt*] Opinor *prenſa eſt*. N. HEINSIUS. Ita ſaepe turbarunt ſcriptores librarii. Vide infra ad libr. V. verſ. 281.

v. 392. *Ultima palma*] *palmam* vocat Silius, de quo adhuc palma ſeu victoria reportanda reſtat. Contra *palmam* dicit ipſum victorem infra lib. XVI. verſ. 503.

Et modo poſtremus, nunc ordine tertia palma.

v. 393. *Simulanti ducere greſſus*] *ſtimulanti* in ſcriptis. malim etiam *adducere*. Mox puto, *Ut tandem aequatae*. N. HEINSIUS. *adducere greſſus*, ut infra lib. X. verſ. 17.

- - - pavidique in terga relatos
Adduxere gradus.

Ita enim & illic ſcribendum docuerunt viri docti, pro *Abduxere*.

v. 398. *Pietas quos addidit umbris*] *allicit* Puteaneus & editio Romana cum Parmenſi. Putarim *adjicit*. N. HEINSIUS. Etiam Mediolanenſis editio *allicit*. Sed nihil muto. De voce *addere* plura ſupra vide ad lib. III. verſ. 350.

v. 400. *Extremumque decus memori celebrabitur aevo*] Legendum ex membranis *Aeternumque decus*. Alludit illud Virgilii IX. Aen. verſ. 446.

- - - ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo.

BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. III. Pro *Extremumque decus* probe ſcripti *Aeternumque*: & ſic Barthius. N. HEINSIUS.

v. 401. *Miſeroſque videre nepotes*] Ita etiam membranae. Utrum ſequi malit Dauſquejus, ex ejus recenſione intelligere non potui. Sunt cauſſae, ut *τὸ miſeros* etiam non adſpernandum arbitremur. Legas fortaſſe melius,

Si modo ferre diem in ſeroſque venire nepotes
Carmina noſtra valent.

quomodo ſaepius loquitur Silius, ut lib. II. verſ. 511.

Extendam leti decus, atque in ſecula mittam.

fine libri VI. verſ. 711.

Haec mitte in populos, & adhuc majora dabuntur.

libro XII.

- - - factoque

Poſt me ſtate viri, & pulſa formidine tantum
Aſpicite. has dextras capti genuere parentes.
Quo fugitis? quae ſpes victis? Alpeſne petemus?
Ipſam turrigero portantem vertice muros
Credite ſummiſſas Romam nunc tendere palmas.
Natorum paſſim raptus, caedemque parentum,
Veſtaleſque focos exſtingui ſanguine cerno.
Hoc arcete nefas. poſtquam inter talia crebro
Clamore obtuſae craſſoque a pulvere fauces,
Hinc laeva frenos, hinc dextra corripit arma;
Et latum objectat pectus, ſtrictumque minatur
Nunc ſibi, nunc trepidis, ni reſtent, comminus enſem.
Quas acies alto genitor dum ſpectat Olympo,
Conſulis egregii movere pericula mentem.
Gradivum vocat, & patrio ſic ore profatur:
Magnanimi me, nate, viri, ni bella capeſſis,
Haud dubie extremus terret labor: eripe pugnae
Ardentem; oblitumque ſui dulcedine caedum
Siſte ducem Libyae. nam plus petit improbus uno
Conſulis exitio, tota quam ſtrage cadentum.
Praeterea (cernis) tenerae qui proelia dextrae

Jam

- - - factoque in ſecula ituro
Laetantur tribuiſſe locum.

Claudianus, *naſcentes ibant in ſecula libri.* ad quem alia. BARTHIUS lib. VI. Adverſ. cap. III. *feroſque* ſine dubio ſcribendum, quomodo Zinzerlingus ad lib. II. Valerii Flacci, idque Interpres etiam eſt amplexus. in Parmenſi editione *veſtroſque.* Barthius, *in feroſque venire nepotes*, quod non perſuadet. N. HEINSIUS. Optime N. Heinſius. Nec aliter etiam conjecit Richter. in Specim. Obſerv. critic. pag. 74. Propertius lib. III. Eleg. I. verſ. 35.

Meque inter feros laudabit Roma nepotes.

Ovidius VI. Metam. verſ. 137.

Lexque eadem poenae, ne ſis ſecura futuri,
Dicta tuo generi ſerisque nepotibus eſto.

Valer. Flacc. lib. VIII. verſ. 397.

Namque datum hoc fatis, trepidus ſupplexque canebat
Mopſus, ut in feros irent magis ipſa nepotes.

Auſon. in Idyll. IV. verſ. 18.

- - - pappos aviaſque trementes
Anteferunt patribus feri, nova cura, nepotes.

Saepiuſcule autem librarii voces *feri* & *miſeri* in libris ſcriptis inter ſe confuderunt. vide Nic. Heinſium ad Valer. Flacc. lib. II. verſ. 234. Broekhuſ. ad Tibull. lib. I. Eleg. V. verſ. 47. & ad Propert. lib. I. Eleg. XV. verſ. 21. Quod ad rem ipſam attinet, modeſtius de poëmatum ſuorum vita praeſumſit Silius, quam aut Horatius, aut Ovidius, quorum ille lib. III. od. ult. hic vero XV. Metam. verſ. 871. eorum ſibi aeternitatem promiſerunt, quum verecundius dubitet Silius, ad exemplum nempe Virgilii, quem hic noſter expreſſit, ut ad verſ. 400. Barthius monuit, & ad ipſum Virgil. Cerda. Minores etiam animos tempore exilii ſui gerebat Naſo in V. Triſt. Eleg. IX. verſ. 7.

Te praeſens mitem, te noſſet ſerior aetas,
Scripta vetuſtatem ſi modo noſtra ferent.

v. 408. *Aſpicite has dextras. Capti genuere parentes, Quos fugitis*] Lego, *Aſpicite hanc dextram:* niſi mavis,

Aſpicite. has dextras capti genuere parentes,
Quas fugitis.

Nam in ſcriptis & editione Romana *Qua fugitis.* *Quo* Baſileenſis. etiam bene. *Aſpicite*, ut ſupra lib. II. verſ. 230. *ſpectacula tantum Ferte, viri.* N. HEINSIUS.

v. 411. *Submiſſas palmas*] Cum ſupplicantium conſuetudo fuerit manus tollere, *ſubmiſſus* hic capiendum pro ſurſum emiſſus, ut infra lib. XII. verſ. 640.

Submiſſas tendunt alta ad Capitolia palmas.

ubi plura exempla vide.

v. 412. *Natorum paſſim raptus*] Celeberrimus Burmannus malebat *Natarum raptus*, ut raptus virginum intelligatur.

v. 421. *Patrio ſic ore profatur*] Quia, inquit, Dauſquejus, Jupiter vulgo creditus eſt Scipionis Africani pater, dixit Poëta *patrio ore profatur*, qui hac oratione filii honori conſuluerit. Sed male: nam Silius *patrio ore* dixit propter ipſum Martem Jovis filium;

Jam credit puer, atque annos transcendere factis
Molitur, longumque putat pubescere bello:
Te duce primitias pugnae, te magna magistro
Audeat, & primum hoc vincat, servasse parentem.
Haec rerum sator. at Mavors in proelia currus
Odrysia tellure vocat: tum fulminis atri
Spargentem flammas clipeum, galeamque Deorum
Haud ulli facilem, multoque labore Cyclopum
Sudatum thoraca capit, quassatque per auras
Titanum bello satiatam sanguinis hastam,
Atque implet cursu campos. exercitus una
Irarum, Eumenidesque simul, letique cruenti
Innumerae facies, frenisque operata regendis
Quadrijugos atro stimulat Bellona flagello.
Fertur ab immenso tempestas horrida coelo,
Nigrantesque globos & turbida nubila torquens
Involvit terras: quatitur Saturnia sedes
Ingressu tremefacta Dei, ripasque relinquit,
Audito curru, fontique relabitur amnis.
Ductorem Ausonium telis Garamantica pubes

Cinxerat,

filium; eum enim Jupiter mox vers. seq. ideo *natum* suum vocabit, Scipionem vero *magnanimum virum*. Insuper, monuit Jupiter Martem, ut Scipionem patrem, non Africanum, qui vulgo Jovis filius creditus est, pugna eriperet.

v. 424. *Oblitumque sui dulcedine caedum*] Rectius sit *Oblitumve*. N. HEINSIUS. Virgilius III. Aeneid. vers. 628.

——— *nec talia passus Ulixes,*
Oblitusque sui est Ithacus discrimine tanto.

v. 428. *Annos transcendere factis Molitur*] Statius lib. v. silv. II. vers. 12. eandem rem hoc modo expressit,

——— *octenos bis jam tibi circuit orbes*
Vita, sed angustis animus robustior annis,
Succumbitque oneri, & mentem sua non capit aetas.

Cicero Orat. XIV. Philipp. cap. X. *Aetas ejus certe ab hac sententia neminem deterrebit, quandoquidem virtute superavit aetatem.* Quinctil. Declam. III. pag. 39. *Aliquid semper audere majus annis.* Nazarius in Paneg. Constantini cap. III. id effert, *animo jam vincit aetatem.* De eodem hoc Scipione Seneca III. de Benefic. cap. XXXIII. *Parum est, quod ad primam pugnam exiturus tiro per veteranorum corpora cucurrit, quod annos suos transilivit.*

v. 435. *Haud illi facilem*] *Haud ulli facilem* ex scriptis. N. HEINSIUS. Priscae editiones etiam *Haud ulli*. Typographi in Marsi editione per errorem *illi* ediderunt, quod, praeter Martinum Herbipolensem, ab omnibus postea fideliter servatum est. In commentariis vero Marsus *ulli* edidit, quod exponit, galeam, quam non facile aliquis Deorum portasset. Similiter infra peccatum est lib. VIII. vers. 518. & alibi saepius.

v. 435. *Labore Cyclopum Sudatum thoraca capit*] *Sudatus*, multo labore extusus. ita saepe Claudianus, Statius, Sidonius. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Supra Silius lib. III. vers. 91.

——— *nos, Alcidae mirante noverca,*
Sudatus labor, & bellis labor acrior Alpes.

& vers. 531.

Unde nec edomitos exsudatosque labores
Respexisse libet.

Livius lib. V. cap. V. *Relinquendane haec censetis, ut ad aestatem rursus novus de integro his instituendis exsudetur labor?* Statius V. Theb. vers. 189.

——— *gelidove labor sudatus in Haemo.*

ubi videndus est Barthius. Hinc *sudor* pro labore ponitur. Ita Silius lib. XIV. vers. 666. vellera ramis depectere *femineum sudorem* vocat: praecipue vero pro labore militari. Claudian. in Bell. Getic. vers. 280.

——— *alio desudant Marte cohortes.*

vide Jac. Gothofr. ad l. 7. Cod. Theodos. de lustr. collat.

v. 438. *Atque implet curru campos*] Supra jam *currus* habuimus, *Mavors in proelia currus Odrysia tellure vocat.* Rectius igitur hoc loco, *implet cursu campos*: & sic editio Parmensis. N. HEINSIUS. Ita saepe errarunt librarii. vide infra ad librum XVI. vers. 334.

v. 442. *Fertur ab immenso tempestas horrida coelo*] Illud *immenso coelo* languere videtur Celeberrimo Burmanno, qui malebat *incenso*.

v. 444. *Quatitur Saturnia sedes Ingressu tremefacta Dei*]

Cinxerat, & Tyrio regi nova dona parabat,
Armorum ſpolium, & rorantia Conſulis ora.
Stabat Fortunae non cedere certus, & acri
Mole retorquebat, crudeſcens caedibus, haſtas.
Jamque ſuo, jamque hoſtili perfuſa cruore
Membra madent: cecidere jubae; gyroque per orbem
Artato, Garamas jaculis propioribus inſtat,
Et librat ſaeva conjectum cuſpide ferrum.
Hic puer ut patrio defixum corpore telum
Conſpexit, maduere genae, ſubitoque trementem
Corripuit pallor, gemitumque ad ſidera rupit.
Bis conatus erat praecurrere fata parentis,
Converſa in ſemet dextra: bis tranſtulit iras
In Poenos Mavors. fertur per tela, per hoſtes
Intrepidus puer, & Gradivum paſſibus aequat.
Continuo ceſſere globi, latuſque repente
Apparet campo limes. metit agmina tectus
Coeleſti clipeo, & ſternit ſuper arma jacentum
Corporaque auctorem teli, multáſque paternos
Ante oculos animas, optata piacula, mactat.
Tunc, rapta propere duris ex oſſibus haſta,

Innixum

Dei] Ingreſſu enim & adventu Deorum terram moveri dicunt poetae. Sic infra lib. IX. verſ. 300. poſtquam recenſuiſſet numina, quae à parte Romanorum, quaeque à parte Karthaginienſium ſtântia in proximos montes deſcendiſſent, ut proelii ad Cannas ſpectatores forent, addit:

—— mole ſimul venientum & greſſibus alma
Intremuit tellus.

Vide Illuſtriſſ. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. verſ. 2. & doctos commentatores ad Petron. Satyr. cap. CXXIV. quod gentilibus ex ſacris literis & veri Dei deſcenſu deſumſerunt. Idem enim evenit, cum ſummum numen in montem Sina deſcenderet, populo Iſraelitico leges daturum, ut refert ſacer ſcriptor Exodi cap. XIX.

v. 455. *Saeva conjectum cuſpide ferrum*] *trajectum* Colonienſis. apud Maron. Aen. x. verſ. 586. in longe veterrimo codice,

Lucagus ut, pronus pendens in verbera, telo
Admonuit bijugos trajecto.

ubi plura. Sed locus ille aliter legendus. N. HEINSIUS.

v. 462. *Intrepidus puer*] Septemdecim annos eo tempore natum fuiſſe Scipionem, quo patrem ſervavit, teſtatur Polyb. lib. x. pag. 804. Ed. Gronov. Praeter neceſſitatem vero hic late inquirit Dauſquejus in tempus, quo pueritia finiebat, & adoleſcentia initium ſumebat, ut recte Scipionem à Silio *puerum* vocari probet. Nam poetae non tam exacte haec vocabula diſtinguunt, quam Grammaticorum leges faciunt. Sic infra Silius eundem Scipionem poſt patrem jam ac patruum in Hiſpania occiſum adhuc *puerum* dicit lib. XIII. verſ. 704. 758. lib. XV. verſ. 33. & 46. aliiſque locis, quem ibid. verſ. 69. *juvenem* vocavit. ut adeo voces *puer*, *adoleſcens*, & *juvenis* promiſcue ab illis uſurpari conſtet.

v. 465. *Et ſternit ſuper arma jacentum Corpora & auctorem*] Haec corrupta ſunt. Livinejus, *fertur ſuper ipſa jacentum Corpora.* ſed concinnius ſcripti, *& ſternit ſuper arma jacentum Corporaque auctorem teli.* N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. ac Parmenſis editio *ſuper arma jacentum Corporaque auctorem*; quae lectio ipſa Silii manus eſt. in Marſi editione errore operarum ſcribitur *Corpora auctorem teli*, pro quo Martinus Herbipol. primus *Corpora & auctorem* dedit, quem reliqui omnes poſtea ſecuti ſunt.

v. 469. *Innixum cervice*] Neſcio, quae ſint exemplaria illa, in quibus Dauſquejus *Innexum* invenit. Nam omnes libri, quos conſului, *Innixum* habent; quae etiam vera ſcriptura eſt. vide, quae notavit Dauſquejus

v. 470. *Attonitae tanta ad ſpectacula turmae Tela tenent*] Similiter Graeci Aenean incolumem dimiſere, obſtupefacti pietate ejus, dum patrem humeris ex incendio Trojano efferret, ut tradit Auctor de Orig. Gent. Rom. cap. IX. *Aeneas, cum, prae ſe Deos Penates patremque Anchiſen humeris geſtans, nec non & parvulum filium manu trahens, noctu excederet, orta luce cognitus ab hoſtibus, eo quod tanta onuſtus pietatis ſarcina erat, non modo à nullo interpellatus; ſed etiam à rege Agamemnone, quo vellet,*

Innixum cervice ferens hum[illegible]que parentem,
Emicat. attonitae tanta ad spectacula turmae
Tela tenent: ceditque loco Libys asper, & omnis
Late cedit Hiber: pietasque insignis & aetas
Belligeris fecit miranda silentia campis.
Tum celso e curru Mavors, Karthaginis arces
Exscindes, inquit, Tyriosque ad foedera coges.
Nulla tamen longo tanta exorietur in aevo
Lux tibi, care puer. macte, o macte indole sacra,
Vera Jovis proles: & adhuc majora supersunt:
Sed nequeunt meliora dari. tum nubila Mavors
Aetheraque, emenso terras jam sole, capessit;
Et fessas acies castris clausere tenebrae.
Condebat noctem devexo Cynthia curru,
Fraternis afflata rotis, & ab aequore Eoo
Surgebant roseae media inter caerula flammae.
At Consul tristis, campos Poenisque secundam
Planitiem metuens, Trebiam collesque petebat.
Jamque dies rapti cursu navoque labore,
Et medio abruptus fluitabat in amne solutis
Pons vinclis, qui Dardanium transvexerat agmen;

Eridani

let, ire permissus, Idam petit. Poëta incertus in Anthol. Graec. lib. I. cap. LXXXVII. Epigr. 2.

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας, ὅσιον παιδὶ βάρος, πατέρα.
Ἔκλαγε δ' Ἀργείοις, μὴ ψαύετε· μικρὸν ἐς Ἄρη
Κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι μέγα.

Ex igne Iliaco enses per medios rapuit heros Aeneas sanctum filio onus patrem. Clamavit vero Argivis, ne laedite: vile Marti lucrum hic senex, at ferenti magnum. De piis fratribus parentes ex incendio Aetnaeo efferentibus Claudian. pariter in Idyll. vers. 31.

Haud equidem immerito tanta virtute repressas
Enceladi fauces obriguisse reor.
Ipse redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
Laederet exempli ne monumenta pii.
Senserunt elementa fidem. pater affuit aether,
Terraque maternum sedula juvit opus.

v. 478. *Vera Jovis proles*] Scipio nempe ex Jove, in serpentem converso, & Pomponia natum se credi voluit. vide infra ad lib. XIII. vers. 615.

v. 482. *Condebat noctem devexo Cynthia curru*] *cornu devexo* Parmensis editio. etiam bene. N. HEINSIUS. Quemadmodum Soli, ita etiam Lunae currus adscribitur, ut apud Tibull. lib. I. Eleg. IX. vers. 21.

Cantus & è curru Lunam deducere tentat.

Devexo autem *curru*, propter adventantem diem. Nihil itaque mutandum, quamvis in Parmensi editione sit *devexo cornu*; malo enim codices praestantissimos sequi.

v. 486. *Planitiem metuens*] *evadens* putabam aliquando, vel *vitans*, vel *evitans*, vel *campo Poenisque secunda Planitie cedens.* N. HEINSIUS. Planitiem metuebat Scipio, quoniam Karthaginienses equitatu meliores erant, quam Romani, quorum major usus erat in planitie. Liv. lib. XXI. cap. XLVII. *Facile apparuit, & equitatu meliorem Poenum esse, & ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse.* Hinc metuens Scipio, ne quid detrimenti res Romana in planitie caperet, propere in montes abiit. Nihil itaque caussae video, cur conjecturae Illustrissimi Heinsii reciperentur.

v. 487. *Jamque dies rapti cursu varioque labore*] Haec quoque mendosa sunt. *vanoque labore* Coloniensis & Puteaneus cum Parmensi editione: sed *navoque labore* corrigendum. Frequenter hic naevus obrepsit in Silianos codices. vide libro I. vers. 549. N. HEINSIUS. Scribe, inquit Dausquejus, *raptus*, ut intercursantes acies diem sibi non senserint eripi, nisi si mavis *actus*. Sed neutrum probo. Non enim nunc intercursabant acies, ut ardore pugnae eripi sibi diem sentire non potuerint: sed, confecto pridie proelio, ad Trebiam abibat Scipio. Pro *vario labore*, etiam Mediolan. editio *vano* habet, unde recte Illustrissimus Heinsius *navo* fecit.

v. 489. *Transvexerat agmen*] *praevexerat* codex Puteaneus, pro *travexerat* puto. sic infra scripti, *qua travehat agmina.* N. HEINSIUS. De voce *traveho* vide Gronov. ad Livii lib. XXXII. cap. VI. Eodem modo *tramitto* in libris scriptis est, pro *transmitto.*

Eridani rapidas aderat c[illegible] Poenus ad undas.
Dumque vada & molles aditus, per devia flexo
Circuitu, petit, & stagni languentia quaerit,
Interdum rapta vicinis saltibus alno
Flumineam texit, qua transvehat agmina, classem:
Ecce aderat, Trebiaeque simul vicina tenebat,
Trinacrio accitus per caerula longa Peloro,
Gracchorum proles, Consul. gens, inclita magno
Atque animosa viro, multusque in imagine claris
Praefulgebat avus titulis bellique domique.
Nec Poeni, positis trans amnem in gramine castris,
Deerant: namque animos stimulabant prospera rerum,
Increpitansque super ductor: Quis tertius Urbi
Jam superest Consul? quaenam altera restat in armis
Sicania? en omnes Latiae, Daunique nepotum
Convenere manus. feriant nunc foedera mecum
Ductores Italûm, ac leges & pacta reposcant.
At tu, donata tela inter Martia luce,
Infelix animae, sic, sic vivasque, tuoque

Des

misto. vide infra ad libr. VII. vers. 383. & ad lib. VIII. vers. 556. [illegible]ura alia habet Dausquej. in Orthogr. part. II. pag. 318. & 319.

v. 491. *Molles aditus petit*] Id est, transitus per flumen faciles & non praeruptos. Festus voce *Pectusculum. Pectusculum Palati dicta est ea regio urbis, quam Romulus obversam posuit ea parte, in qua plurimum erat agri Romani ad mare versus, & qua mollissime adibatur urbs.* Hinc *mollis trames, clivus.* Ovidius III. Fast. vers. 13.

Ventum erat ad molli declivem tramite ripam.

Claudian. II. in Rufin. vers. 101.

——— *curvata tumore*
Parvo planities, & mollibus edita clivis.

Idem in Apono vers. 12.

Conspicuo clivus molliter orbe tumet.

Eodem sensu dicitur *clemens clivus*, de quo supra vide ad lib. I. vers. 274.

v. 493. *Interdum texit*] Id est, interim, interea texit. vide infra ad lib. VI. vers. 30.

v. 497. *Gracchorum proles Consul*] *Graccorum* sine aspiratione. jubent nummi veteres. N. HEINSIUS. Prisco certe seculo ea Romanorum consuetudo fuit, ut numquam nisi in vocali aspirarent; postea tamen idem etiam in consonantibus nonnullis factum est. *Quinctilianus lib. I. Instit. Orat. cap. V. *Diu deinde servatum, ne consonantibus aspirarent, ut in* Graccis, & triumpis. *Erupis brevi tempore nimius usus.* Charisius lib. I. Instit. Gramm. p. m. 78. Graccus & ortus *sine aspiratione dici debere, Varro ait: &* ortum *quidem, quod in eo omnia oriantur;* Graccum *autem à gerendo, quod mater eius undecim mensibus utero eum gestaverit, aut a granditate corporis, ut quidam volunt: sed consuetudo &* Gracchos *&* hortos *cum aspiratione usurpavit.* Cum itaque usu invaluerit, ut in hoc nomine aspiratio recipiatur, malim cum vulgo *Gracchos*, quam cum priscis *Graccos*, scribere; praesertim cum idem suadeat Cicero in Oratore cap. XLVIII. *Quin ipse ego, cum scirem ita majores locutos esse, ut numquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut* pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem *dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi servavi.* Monetarii autem in nummis, quos advocavit Illustrissimus Heinsius, antiquam scribendi rationem servaverunt, cui probandae egregie inserviunt.

v. 502. *Quis tertius urbi* &c.] Paria habet Gracchus apud Livium lib. XXI. cap. LIII. *Quid enim ultra differri, aut teri tempus? quem tertium consulem, quem alium exercitum exspectari?* & Romani ibid. cap. LVII. *Uno Consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus Consulibus, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse, quae arcessantur?*

v. 516. *Cunctisque prior*] Forte *cuneisque prior.* N. HEINSIUS. Ita interdum errarunt Librarii indocti. vide supra hoc libro vers. 144. Nihil tamen hic puto mutandum. Infra lib. XVII. vers. 125.

Ante omnes praevectus equo trahis agmina voce.

v. 517. *Degener haud Gracchus Consul*] *Gracchis* scripti. eleganter & vere. N. HEINSIUS.

v. 518. *Cassidis auricomae cristas*] Cum *aura* proxime praecesserit, τὸ *auricoma* hic odiosum est. Ut haerere desinamus, corrigendum ex Coloniensi & Puteaneo *Cassidis Auruncae:* quam correctionem pluribus illustramus ad Maronis Aeneid. XII. vers. 94.

Des iterum hanc laudem nato: nec fine ſub aevi
Oppetere in bello detur, cum fata vocabunt.
Pugnantem cecidiſſe meum eſt. haec perſonat ardens.
Inde levi jaculo, Maſſylûmque impiger alis
Caſtra ſub ipſa datis irritat, & elicit hoſtem.
Nec Latius vallo miles debere ſalutem
Fas putat, aut clauſas pulſari cuſpide portas.
Erumpunt, cunctiſque prior volat aggere aperto
Degener haud Gracchis Conſul. quatit aura comantes
Caſſidis Auruncae criſtas, humeroque refulget
Sanguinei patrium ſaguli decus. agmina magno
Reſpectans clamore vocat; quaque obvia denſos
Artat turba globos, rumpens iter aequore fertur.
Ut torrens celſi praeceps e vertice Pindi
Cum ſonitu ruit in campos, magnoque fragore
Avulſum montis volvit latus: obvia paſſim
Armenta, immaneſque ferae, ſilvaeque trahuntur.
Spumea ſaxoſis clamat convallibus unda.

Non,

94. ſupra *enſem Auſonium* & *Tyrrhenam haſtam* uno eodemque verſu habes. *cuſpis Iliaca* eſt lib. v. verſ. 595. lib. VII. verſ. 295.

Et Tyria è ſumma pendebat caſſide cuſpis,

de fratre Hannibalis. ſic enim caſtigandum. male *dira cuſpis* nunc circumfertur. N. HEINSIUS. Erudítiſſimus Dan. Heinſius ſupra h. libr. verſ. 156. *aurivemae* hoc loco legendum putat. ſed malim cum Illuſtriſſimo filio ejus *Auruncae* ex ſcriptis reponere. De cujus lectionis veritate nemo, credo, dubitabit.

v. 522. *Ut torrens celſi* &c.] Simili comparatione Silius infra utitur lib. XII. verſ. 184.

Fertur acerba lues disjectis undique portis,
Effuſaeque ruunt inopino flumine turmae,
Improbus ut fractis exundat molibus amnis.

lib. XVII. verſ. 122.

——— *proſiliunt caſtris, ceu turbidus amnis,*
Qui, ſilvas ac ſaxa trahens, per devia praeceps
Volvitur, & ripas ſpumanti gurgite laxat.

Horat. lib. III. od. XXIX. verſ. 33.

——— *cetera fluminis*
Ritu feruntur, nunc medio alveo
Cum pace delabentis Hetruſcum
In mare, nunc lapides adeſos
Stirpeſque raptas & pecus & domos
Volventis una, non ſine montium
Clamore vicinaeque ſilvae,
Cum fera deluvies quietos
Irritat amnes.

Ubi videatur Lambinus. Virgilius XII. Aen. verſ. 684.

Ac veluti montis ſaxum de vertice praeceps
Cum ruit avolſum vento, ſeu turbidus imber
Proluit, aut annis ſolvit ſublapſa vetuſtas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu,
Exſultatque ſolo; ſilvas, armenta, viroſque
Involvens ſecum.

Ubi doctiſſimi Interpretes parem locum ex Homeri Iliad. N. verſ. 137. attulerunt. vide etiam infra ad Silii lib. XII. verſ. 189.

v. 524. *Avulſum montis volvit latus*] *monti* praeſtiterit. N. HEINSIUS. Sic infra lib. IX. verſ. 395.

Tum ſilicem ſcopulo avulſum, quem montibus altis
Depulerat torrens, raptum contorquet in ora
Turbidus.

Vulgatam lectionem tamen non rejicio.

v. 526. *Clamat convallibus unda*] *Clamare* eleganter poëtae ad ſonitum undae atque venti traducunt. Catull. carm. XI.

Longe ubi litus reſonans Eoa
Tunditur unda.

Ut *cachinnare* ſaxa fluctibus percuſſa dixit Actius. Sic Silius libro IX. de Vulturno vento verſ. 516.

Nunc medium in frontem veniens clamante procella
Obvius arma quatit.

Eam vim *latrare* etiam habet. Idem lib. V. verſ. 396.

——— *exeſi in viſcera montis*
Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.

BARTHIUS lib. XXXIV. Adverſ. cap. V. Statius VI. Theb. verſ. 13.

——— *planctu conclamat uterque*
Iſthmos: Echioniae reſponſant flebile Thebae.

& X. Theb. verſ. 94.

——— *non hic pelagi, licet horrida clament*
Litora, non illic coeli fragor.

gemitum etiam mari tribuit idem in III. Theb. verſ. 594.

——— *it*

Non, mihi Maeoniae redeat si gloria linguae,
Centenasque pater det Phoebus fundere voces,
Tot caedes proferre queam, quot dextera magni
Consulis, aut contra Tyriae furor edidit irae.
Murranum ductor Libyae, ductorque Phalantum
Ausonius, gnaros belli, veteresque laborum,
Alter in alterius fuderunt comminus ore.
Monte procelloso Murranum miserat Anxur,
Tritonis niveo te sacra, Phalante, profundo.
Ut primum insigni fulsit velamine Consul,
Quamquam orbus partem visus, unoque Cupencus
Lumine sufficiens bellis, citat improbus hastam,
Et summae figit tremebundam margine parmae.
Cui Consul, namque ira coquit: Pone, improbe, quidquid
Restat in ore fero, & truncata fronte relucet.
Sic ait, intorquens directo turbine robur,

Et

——— *it clamor ad auras,*
Quantus Tyrrheni gemitus salis.

Et ita alibi passim poetae.

v. 527. *Non, mihi Maeoniae redeat si gloria linguae, Centenasque pater* &c.] Sollemnis haec poetarum expressio, e quibus nonnulla hic exempla collegi. Homer. Il. B. vers. 488.

Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
Οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
Φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.

Multitudinem vero non ego dixerim, neque nominavero, non mihi si decem linguae, & decem ora sint, & vox infracta, aereumque mihi cor insit. ab eo mutuati sunt reliqui; ut Virgilius VI. Aen. vers. 625.

Non, mihi si linguae centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia poenarum percurrere nomina possim.

Ovidius I. Trist. Eleg. IV. vers. 53.

Si vox infragili mihi pectore firmior aere,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent:
Non tamen idcirco complecterer omnia verbis.

Valer. Flacc. lib. V. vers. 218.

Incipe nunc cantus alios, Dea: visaque vobis
Thessalici da bella ducis. non mens mihi, non haec
Ora satis.

lib. VI. vers. 36.

Verum ego nec numero memorem nec nomine cunctos,
Mille vel ora movens.

Claudianus II. de Laudib. Stilic. vers. 185.

In sua centenas optant praeconia voces.

in VI. Consul. Honor. vers. 436.

Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis.

in Consul. Olybr. & Prob. vers. 55.

Non, mihi centenis resonent si vocibus ora,
Multifidasque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam.

ubi alia exempla habet Barthius, quem etiam vide lib. VIII. Advers. cap. III. Savar. ad Sidon. Apollin. carm. XXIII. vers. 460. & Boess. ad Ovid. Ibin vers. 206.

v. 528. *Det Phoebus rumpere voces*] *fundere* ex scriptis. N. HEINSIUS. *rumpere voces*, ut infra lib. VIII. vers. 301.

——— *invitus vocem hanc è pectore rumpam.*

Eodem modo *rumpere questus, querelas.* supra lib. III. vers. 558.

Affatur genitorem, & rumpit maesta querelas.

Virgilius IV. Aen. vers. 553.

Tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Claudianus II. de Rapt. Proserp. vers. 249.

——— *questus ad nubila rumpit inanes.*

Praestat tamen cum Illustrissimo Heinsio ex membranis *fundere voces* recipere. Sic Catull. Nupt. Pel. & Thetid. vers. 125.

Clarisonas imo fudisse è pectore voces.

Silius lib. I. vers. 685.

Providus haec ritu vatis fundebat ab alto
Pectore, praemeditans Fabius surgentia bella.

fundere murmur Auct. Octav. vers. 923. *fundere carmina* Silius lib. XIII. vers. 539. & Cic. in Tuscul. Quaest. lib. I. cap. XXVI.

v. 535. *Tritonis niveo te sacra, Phalante, profundo*] An *Libyco profundo?* pro *monte procelloso*, videbatur aliquando reponi debere *monte salebroso. scopulosi verticis Anxur* habes libro VIII. vers. 393. apud Lucan. lib. III. vers. 81.

Jamque & praecipites superaverat Anxuris arces,

hoc est, montes. Horat. lib. I. Sat. V.

Impositum saxis late candentibus Anxur.

hinc & Martiali *candidus Anxur* lib. V. Epigr. I. posses & legere *monte è praecelso.* pro *Tritonis sacra*, in Romana editione *Sarra.* N. HEINSIUS. Malim cum Heinsio *Libyco profundo*, pro *niveo.* Infra

lib.

Et dirum tota tramittit cuſpide lumen.
Nec levior dextra generatus Hamilcare ſaevit.
Huic cadit infelix niveis Varenus in armis.
Mevanas Varenus, arat cui divitis uber
Campi Fulginia, & patulis Clitumnus in arvis
Candentes gelido perfundit flumine tauros.
Sed triſtes Superi, atque ingrata maxima cura
Victima Tarpejo fruſtra nutrita Tonanti.
Inſtat Hiber levis, & levior diſcurrere Maurus.
Hinc pila, hinc Libycae certant ſubtexere cornus
Denſa nube polum: quantumque interjacet aequi
Ad ripas campi, tantum vibrantia condunt
Tela: nec artatis locus eſt in morte cadendi.
Allius, Argyripa Daunique profectus ab arvis
Venator, rudibus jaculis & Iäpyge campum
Perſultabat equo, medioſque invectus in hoſtes

Appula

lib. IX. verſ. 297.

Et Pallas Libycis Tritonidos edita lymphis.

v. 537. *Quamquam orbus partem viſus*] καίπερ μονόφθαλμος ὤν. D. HEINSIUS.

v. 537. *Cupentus*] *Cupencus* cum Colonienſi. atque ita in optimis membranis apud Maronem id nomen ſcribitur Aeneid. XII. verſ. 539. N. HEINSIUS. Male olim etiam apud Maron. *Cupentum* edebatur. Monuit jam Pierius.

v. 539. *Et ſummas figit*] Puto *affigit*. nam in Puteaneo *agit*, pro *figit*. N. HEINSIUS.

v. 542. *Intorquens directo turbine robur*] *derecto* Colonienſis. ſuperiori verſu, pro *truncata fronte relucet*, Oxon. *reducet*, editio Parmenſis *reluce*, Romana *relucta*. Forte, *truncata fronte relictum eſt*. N. HEINSIUS. Virgilius XI. Aen. verſ. 284. *quo turbine torqueat haſtam*. Lucan. lib. III. verſ. 465. *tenſo balliſtae turbine rapta Lancea*. Recte vero Colon. codex *derecto*, pro *directo*. vide infra h. libr. verſ. 678.

v. 544. *Nec levior dextra generatus Hamilcare ſaevit*] *dextrae* opinor. lib. II. verſ. 102.

Verum ut opum levior venatu extendere vitam
Abnuit.

N. HEINSIUS. Eandem conſtructionem pluribus exemplis infra aſtruxit ad lib. VIII. verſ. 518. Vide etiam infra ad libr. V. verſ. 363. Si tamen τὸ *dextra* cum voce *ſaevit* conſtruas, nihil erit mutandum.

v. 546. *Mevanus Varrenus*] *Mevano* Oxon. & Putean. cum editione Romana & Parmenſi. At Colonienſis vere *Mevanas*. ſic ſupra hoc libro *Hiſpellas Metaurus*. libro VIII. *Privernates manipli*, & *Arpinas*, & *Larinas*. libro XII. *Larinatia ſigna*, & *Aquinas*, & ſimilia. Deinde *Varenus* in Colonienſi rectius. N. HEINSIUS. *Mevanas* hic legendum eſſe, monuit jam olim Nic. Heinſius ad Claudiani II. in Eutrop. verſ. 248. De ſimilibus aliis vocabulis hoc modo formatis vide Salmaſ. ad Pollionis Gallien. cap. II. Pro *Varrenus*, etiam Oxon. codex habet *Varenus*.

v. 547. *Patulis Clitumnus in arvis Candentes* &c.] Plura notavit Doctiſſimus Dauſquejus infra ad librum VIII. pag. 358. qui conſulatur.

v. 548. *Profundis flumine tauros*] *perfundit* ex ſcriptis & priſcis editionibus. alterum metro adverſatur. Mox malim *ingratae maxima curae Victima*. alterum durum eſt. N. HEINSIUS. Primi Juntae *profundit* ediderunt, quod poſtea alii omnes ſecuti ſunt, niſi quod D. Heinſius & Cellarius *perfundit* iterum dederunt; quam lectionem etiam recte vindicarunt Dauſquejus & N. Heinſius. Sic infra lib. VIII. verſ. 453.

Et lavat ingentem perfundens flumine ſacro
Clitumnus taurum.

Virgilius II. Georg. verſ. 146.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, ſaepe tuo perfuſi flumine ſacro.

Saepiſſime librarii verba, quae ex praepoſitionibus *pro* & *per* compoſita ſunt, invicem commutarunt. Quaedam exempla ex ſolo Silio commemorabo. *Perferre* & *Proferre*, lib. V. verſ. 326. *Perſcindere* & *Proſcindere*, libro VIII. verſ. 625. *Perturbare* & *Proturbare*, lib. IX. verſ. 447. *Perfluere* & *Profluere*, lib. XIV. verſ. 66. *Perducere* & *Producere*, lib. XV. verſ. 100. *Perluere* & *Proluere*, lib. XVII. verſ. 300. quibus omnibus locis videndae ſunt notae N. Heinſii.

v. 555. *Nec artatis locus eſt in Marte cadendi*] Similiter Lucan. lib. II. verſ. 201.

——— *denſi vix agmina vulgi*
Inter & exſangues immiſſa morte catervas
Victores movere manus: vix caede peracta
Procumbunt, dubiaque labant cervice: ſed illos
Magna premit ſtrages.

v. 556. *Daunique profectus ab arvis*] *Dauni profectus* Illuſtriſſimus Scaliger ad marginem exemplaris ſui emendabat. Sed nihil mutandum.

v. 560.

Appula non vana torquebat spicula dextra.
Huic horret thorax Samnitis pellibus ursae,
Et galea annosi vallatur dentibus apri.
Verum ubi turbantem, solo ceu lustra pererret
In nemore, aut agitet Gargano terga ferarum,
Hinc Mago, hinc saevus pariter videre Maharbal,
Ut subigente fame diversis rupibus ursi
Invadunt trepidum gemina inter proelia taurum,
Nec partem praedae patitur furor. haud secus acer
Hinc atque hinc jaculo devolvitur Allius acto.
It stridens per utrumque latus Maurusia taxus:
Obvia tum medio sonuerunt spicula corde,
Incertumque fuit, letum cui cederet hastae.
Et jam, dispersis Romana per agmina signis,
Palantes agit, ad ripas (miserabile) Poenus
Impellens trepidos, fluvioque immergere certat.
Tum Trebia infausto nova proelia gurgite fessis
Inchoat, ac precibus Junonis suscitat undas.
Haurit subsidens fugientum corpora tellus,
Insidaque soli frustrata voragine sorbet:

Nec

v. 560. *Huic horret thorax Samnitis pellibus ursae*] Et hoc loco Ὁμηρίζει Silius. *horret* enim est, quod apud Graecum illum φρίσσει, id est, πεπύκνωται, densatum est, & stipatum. lib. v. vers. 441.

Et villosa feris horrebant pectora saetis,

Sic & Ennius quartodecimo,

Horrescit telis exercitus asper utrimque.

Item in Erechtheo,

Arma arrigunt, horrescunt tela.

& denique,

Sparsis hastis longis campus splendet & horret.

quae non recte intellexisse Macrobium Saturn. VI. cap. IV. mecum videbis, mi lector, si locum illum cum iis, quae hic ex Graecis notavimus, contuleris. Sic apud Homerum *seges aristis* φρίσσειν dicitur, homo capillis, pugna hastis, mare fluctibus: atque hoc quidem multis partibus melius, quam quod Eustathius affert, qui πεφρικυίας ὀρθούμενας exponit, ad Homeri mentem accommodatum est. Sic Σάκεσίν τε καὶ ἔγχεσι πεφρικυῖαι [in Iliade Δ. vers. 282.] est πεπυκνωμέναι. ita quoque optime accipi potest, cum Hieronymus Philosophus apud Clementem Herculem φριξότριχα vocat, optime, inquam, de pilorum densitate sumi potest, ut sit λάσιος: quamvis non me latet, idem quoque esse posse, quod τετανότριξ, quo Dicaearchus de eodem Hercule utitur. D. HEINSIUS.

v. 570. *Obvia tum medio sonuerunt spicula corde*] Simile quid fingit Lucan. lib. III. vers. 585.

——— *cujus dum pugnat ab alta*
Puppe Tagus, Grajumque audax aplustre retentat,
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transfigitur. Medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus, fugeret quo vulnere, sanguis;
Donec utrasque simul largus cruor expulit hastas;
Divisitque animam, sparsitque in vulnera letum.

v. 571. *Letum cui cederet hastae*] *letum cui crederet* opinor. Sic libro XVII. vers. 34. correxi,

Claudia non aequae populi male credita famae.

ubi plura. supra hoc libro vers. 302. *pedibus se credere Celtae.* lib. V. vers. 523.

Sed non & Consul misso concredere telo
Fortunam optatae caedis parat.

lib. VI. vers. 172.

Arcano gressus audemus credere luco.

ibid. vers. 199.

——— *fluvio sese & torrentibus undis*
Crediderat.

tum vers. 611. *Fabioque salutis habenas Credere ducteri.* lib. VII. vers. 400.

Plena tibi castra, atque intactus vulnere miles
Creditur.

lib. IX. vers. 564. *ut rursus te credere nobis Auderet, inquit.* lib. XIII. vers. 197.

——— *medicatae cuspidis ictu*
Proelia moliri, & nudo non credere ferro.

& vers. 508. *Creditus ante annos bello.* Statius libro II. Achill. vers. 205.

——— *veniae nec protinus amens*
Credit, & opposito genitorem placat Achille.

Sic membranae. vulgo *veniam.* N. HEINSIUS. Adde his aliud exemplum ex Silio hoc libr. vers. 427.

——— *tenerae qui proelia dextrae*
Jam credit puer.

v. 576. *Ac precibus Junonis suscitat undas*] Parvi

momenti

Nec niti, lentoque datur convellere limo
Mersa pedum penitus vestigia: labe tenaci
Haerent devincti gressus, resolutaque ripa
Implicat, aut caeca prosternit fraude paludis.
Jamque alius super atque alius per lubrica surgens,
Dum sibi quisque viam per inextricabile litus
Praeripit, & putri luctatur cespite, lapsi
Occumbunt, seseque sua pressere ruina.
Ille, celer nandi, jamjamque apprendere tuta
Dum parat, & celso connisus corpore prensat
Gramina summa manu, liquidisque emergit ab undis,
Contorta ripae pendens affigitur hasta.
Hic hostem, orbatus telo, complectitur ulnis,
Luctantemque vado permixta morte coërcet.
Mille simul leti facies. Ligus occidit arvis;
Sed projecta viri lymphis fluvialibus ora
Sanguineum hauserunt longis singultibus amnem.
Enabat tandem medio vix gurgite pulcher
Irpinus, sociûmque manus clamore vocabat:
Cum rapidis illatus aquis, & vulnere multo

Impulit

momenti est, attamen non praeteribo, ne quid, quantillum etiam sit, sine auctoritate MStorum immutasse credar: in Coloniensi codice est *ac precibus*, pro *& precibus*: quod in contextum recepi jubente Illustrissimo Heinsio.

v. 584. *Inexplicabile litus*] *inextricabile* omnino scribendum, ne in leges metricas impingat Silius. atque ita scripti. Subodoratus est & Interpres. N. HEINSIUS. Ita legendum olim etiam ad oram libri sui conjecit vir Illustrissimus Jos. Scaliger.

v. 588. *Connixus corpore*] *connisus* Coloniensis. N. HEINSIUS. Plura supra dicta sunt ad librum II. vers. 123. & alibi passim.

v. 592. *Undantemque vado*] Repone *Luctantemque*, quae germana hujus loci scriptura est. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXXVIII. *Luctantemque* bene Modius cum duobus scriptis. Inepte Interpres vulgatum commendat. supra hoc libr. vers. 585. *putri luctatur cespite*. lib. X. vers. 296. *Luctatur Marti*. lib. XII. vers. 426. *multum obluctatus iniquis Defendentum armis*. N. HEINSIUS. Recte *Luctantemque* viri docti vindicarunt, pro obluctantem. Sic lib. IX. vers. 553.

Nec vetitis luctatus abit Gradivus.

& aliis locis saepe.

v. 593. *Mille simul leti facies*] id est, mille diversa leti genera. Eo sensu *facies* saepe sumitur, ut infra lib. V. vers. 510. *Inde aliae cladum facies*. lib. VI. vers. 692.

Sed pacis faciem, & pollutas foederis aras,
Deceptumque Jovem, ac dictantes jura Latinos
Cernere erat.

lib. XI. vers. 283.

—— faciemque superbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.

Ovidius III. Metam. vers. 414.

—— faciemque loci fontemque secutus.

Plura exempla habet Zinzerlingus in Promulside Crit. cap. XXXII.

v. 596. *Gurgite pulcher*] *Pulcher*, ut sit nomen proprium. *Hirpinus* à patria. In Colonio tamen *Irpinus*. N. HEINSIUS.

v. 597. *Sociumque manus clamore vocabat*] Id est, gestu & indicio manu facto, inquit Cellarius. sed perperam. *voce manuque vocare* Silius infra dixit libro VI. vers. 458.

—— certatim voce manuque
Ad solitam sedem & vestigia nota vocabant.

manu incessere supra lib. II. vers. 26.

Tum dextra incessens: Nostrum, pro Jupiter, inquit, &c.

At quis umquam dicere cogitavit *clamore manûs vocare?* Sed *socium* hoc loco capiendum est pro sociorum. *clamore* itaque *vocabat manus*, id est multitudinem, vel potius auxilium, *sociorum*. *clamore vocare* ut infra lib. VIII. vers. 122.

Terque suam Dido ter cum clamore vocabat.

magno clamore vocare saepe apud Silium occurrit: ut lib. I. vers. 380. lib. IV. vers. 519. lib. VIII. vers. 86. & aliis locis pluribus.

v. 598. *Quum rapidis illatus aquis & vulnere multo Impulit asper equus*] Vir Celeberrimus Petrus Burmannus minima mutatione legebat *Quem impulit equus, fessumque mersit*. Sic mox vers. 651.

Talia jactantem consurgens agger aquarum
Impulit.

Ff v. 603.

Impulit asper equus, fessumque sub aequora mersit.
Accumulat clades subito conspecta per undas
Vis elephantorum turrito concita dorso.
Namque vadis praeceps rapitur, ceu proruta cautes
Avulsi montis, Trebiamque insueta timentem
Prae se pectore agit, spumantique incubat alveo.
Explorant adversa viros, perque aspera duro
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.
Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem,
Et famae nudam impatiens, Spectabimur, inquit,
Nec, Fortuna, meum condes sub gurgite letum.
Experiar, sitne in terris, domitare quod ensis
Non queat Ausonius, Tyrrhenave permeet hasta.
Tum jacit assurgens, dextroque in lumine sistit
Spicula saeva ferae, telumque in vulnere linquit.

Stridore

v. 603. *Insueta trementem*] *timentem* habent scripti. N. HEINSIUS. Ita saepe lapsi librarii. vide N. Heinsium ad Claudiani lib. II. in Rufin. vers. 125. in III. Consul. Honor. vers. 31. in Bell. Gildon. vers. 64. & Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. XXV. vers. 20. Trebia autem timebat *insueta*, id est, antea sibi non visa.

v. 605. *Perque aspera duro Nititur ad laudem virtus interrita clivo*] Ipsa virtus infra loquitur lib. XV. vers. 101.

Casta mihi domus, & celso stant colle penates:
Ardua saxoso perducit semita clivo. &c.

v. 607. *Namque inhonoratam Fibrenus cernere mortem Et famae mundam impatiens*] Quin vitii manifesta sint haec Siliana, ne eos quidem dubitare arbitror, qui de omnibus semper solent. Nam quae est tandem, ut de reliquis taceam, ista mors *famae munda?* Plane legendum ex scriptura antiqua, leviter nostra conjectura adjuta:

Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem,
Et famae nudam impatiens.

perdere mortem vocat inulte mori, quod inglorium est: cum virorum fortium sit, non degeneri leto, ubi extrema urguent, & una salus victis nullam sperare salutem, occumbere; sed, ut alibi ait poeta, praesumta piacula manibus suis mittere, & inferias mactare. Similiter & locutus Lucanus, dum ait lib. III. vers. 705.

Ni super hostiles jecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam, non perdere letum
Maxima cura fuit, multus sua vulnera puppi
Affixit moriens, & rostris abstulit ictus.

MODIUS Novant. Lect. Epist. XVI. *perdere mortem* Modius ex vestigiis vetusti codicis. *perdere* est in omnibus nostris, etiam in editione Romana atque Parmensi, nisi quod Putean. *pendere*. *Letum perdere*, sive, quod libri scripti agnoscunt, *Ictum perdere* jam supra hoc libro habuimus vers. 137. ubi cum pro vulgata scriptura digladiatus sit Interpres, hic eam locutionem non potest concoquere: ut videas hominem à se ipso non minus, quam ab aliis, dissentire. Senec. in Agamemn. vers. 518.

Ignava fortes fama consumet vires?
Perdenda mors est.

Lucan. lib. III. vers. 706. *non perdere letum Maxima cura fuit.* Statius IX. Theb. vers. 58.

Nil opus arma ultro tentare & perdere mortes.

perdere famam Martial. in Xeniis Epigr. I.

Dum pinguis mihi turtur erit, lactuca valebis,
Et cochleas tibi habe: perdere nolo famem.

perdere nefas Claudianus I. in Rufin. vers. 246. *neu perderet ullum, Augusto miserante, nefas.* Quinctil. Declam. pro filio. *Bene, quod rursus vocavit in forum, jussit integritatis agere caussam, fecit, ut mihi videar perdidisse mortem.* N. HEINSIUS. Scio, quomodo haec intelligant viri docti: ut nimirum *cernere mortem* sit oppetere mortem, ex consequenti. Putant enim *cernere mortem* proprie esse mortem decernere, sive moriendi certum esse: quam destinationem sive consilium ipsa mors demum consequitur. Sed praestat cum Modio & Heinsio legere *perdere mortem*, quod servant etiam editiones Mediolanensis, Marsi, & ea, quam curavit Martinus Herbipolensis: primus vero Nicander in editione Juntina in *cernere mortem* mutavit. *perdit mortem*, qui inultus moritur, & morte sua nec sociis utilitatem & fructum, nec hostibus damnum affert. vide Celeberr. Burmann. ad Petron. Satyr. cap. LXXXII. *Perire* eodem sensu dixit Senec. in Herc. Oetaeo vers. 1175.

Prò cuncta tellus, Herculis vestri placet
Mortem perire?

eodem sensu *perdere vitam* τῷ *amittere* opponitur apud Auctor. ad Herenn. lib. IV. cap. XLIV. *Quod mihi bene videtur Decius intellexisse, qui se devovisse dicitur, & pro legionibus in hostes immisisse medios. amisit vitam: at non perdidit.* *Mortem* autem *inhonoratam* vocat, quae aliunde, quam manu viri fortis,

Stridore horrisono penetrantem cuspidis ictum
Belua prosequitur, laceramque cruore profuso
Attollit frontem, ac lapso dat terga magistro.
Tum vero invadunt jaculis crebraque sagitta,
Ausi jam sperare necem, immensosque per armos
Et laterum extentus venit atra cuspide vulnus.
Stat multa in tergo & nigranti lancea dorso,
Ac silvam ingentem, concusso corpore, vibrat.
Donec, consumtis longo certamine telis,
Concidit, & clausit magna vada pressa ruina.
Ecce per adversum, quamquam tardata morantur
Vulnere membra virum, subit implacabilis amnem
Scipio, & innumeris infestat caedibus hostem.
Corporibus, clipeisque simul, galeisque cadentum
Contegitur Trebia, & vix cernere linquitur undas.

Mazaeus

fortis, illata erat. Sic pulchre infra lib. XIV. vers. 630.

—— socium miseret, qui forte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatam animam. tumulos inhonoraque busta
Respiciunt, & vel nullo jacuisse sepulcro,
Quam debellari morbis, placet.

Ignavam mortem vocat infra lib. IX. vers. 512. *morbo moriturus inerti* Ovidius VII. Metam. vers. 544. & contra *pulchram mortem* lib. X. vers. 66. *egregium letum* lib. XVII. vers. 266. *speciosam mortem* Valer. Maxim. lib. III. cap. II. ex. 20. *honoram mortem* Statius libro IV. Thebaid. vers. 230.

v. 608. *Et famae mundam*] Quid est *mundus famae?* tamquam virilis & honesta mors inquinet gloriam. Revera inepte. In utroque codice scripto *undam*, ubi quam optime Modius *nudam*. Quid, ut pertinaciter nemini accedamus, nosmet ipsi traducimus? BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *famae nudam* optime Modius ex vestigiis vetusti codicis. videantur annotata lib. XVI. vers. 47. Interpres hic denuo nugatur, quo nomine meritas Barthio poenas dedit. N. HEINSIUS. Optime viri docti *famae nudam* vindicarunt. Eodem modo *nudus opum* dixit Silius infra lib. XIV. vers. 314. *nudus teli* lib. XVI. vers. 47. *vox corporis sui nuda* Appulej. V. Metam. pag. 89. *meus nudus gignentium* Pseudo-Egesipp. IV. de Excid. Hierosol. cap. XVI. *praesepia nuda boum* Paulin. in VI. Natal. Felic. Interdum autem scriptores librarii voces *nudus* & *mundus* inter se confuderunt. Vide J. Fr. Gronovium lib. I. obs. cap. XV.

v. 608. *Spectabimur, inquit*] *spectabitur* in Colon. N. HEINSIUS.

v. 611. *Tyrrhenaque pernecet hasta*] Plane legendum ex scriptura antiqua, *Tyrrhenave permeet hasta*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XVI. *Tyrrhenave permeet hasta* Modius ex Coloniensi, rursus obnitente Dausquejo; *Tyrrhenam pernidet* Putean. *perneget* putabam olim. sed forte legendum *Tyrrhena nec enecet hasta*. N. HEINSIUS.

v. 613. *Telumque in vulnere liquit*] *linquit* Colon. & Oxon. N. HEINSIUS. Plurimae ex priscis editionibus cum scriptis Oxoniensi & Puteaneo *in lumine*. quales repetitiones nonnumquam amarunt poetae. Ovidius III. Metam. vers. 481.

Nudaque marmoreis percussit pectora palmis,
Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem.

Optimus tamen codex Coloniensis *in vulnere* servat, ut forte *in lumine* errore librarii ex praecedenti versu huc irrepserit. vide infra lib. VIII. vers. 468.

v. 619. *Et laterum extensus*] *extentus* scripti. *laterum passus* eleganter dixit Statius equo Domitiani. N. HEINSIUS. *extentus* etiam Parmensis editio, reliquis omnibus, quos vidi, libris typo descriptis vulgatam lectionem praeferentibus.

v. 621. *Ac silvam ingentem concusso corpore vibrat*] Pariter Statius V. Thebaid. vers. 532.

—— tibi, Delie, fixus
Vexit harundineam centeno vulnere silvam.

v. 623. *Et clausit magna depressa ruina*] Scribatur,

—— & clausit magna vada pressa ruina.

Trebia enim amne Elephas mersus est. MODIUS Novant. Lect. Epist. XVI. Certissima est Modii correctio,

—— & clausit magna vada pressa ruina.

Nec opus est, ut alia quaeramus stupori typographorum tuendo. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *vada pressa* optime Modius ex Coloniensi, sine quo sensus vix est quisquam in hoc versu. Interpres tamen glandes denuo sectatur, uti & Barthio jam monitum. N. HEINSIUS.

v. 624. *Quamquam tardata morantur Vulnere membra virum*] Vulnere nempe, quod proelio ad Ticinum acceperat. Hinc de Scipione Gracchus apud Livium lib. XXI. cap. LIII. *Nec quemquam esse, praeter*

Mazaeus jaculo, Gestar prosternitur ense:
Tum Pelopêus avis Cyrenes incola Telgon.
Huic torquet rapido correptum e gurgite pilum;
Et, quantum longo ferri tenuata rigore
Procedit cuspis, per hiantia transigit ora.
Pulsati ligno sonuere in vulnere dentes.
Nec leto quaesita quies. turgentia membra
Eridano Trebia, Eridanus dedit aequoris undis.
Tu quoque, Thapse, cadis, tumulo post fata negato.
Quid domus Hesperidum, aut luci juvere Dearum,
Fulvos aurifera servantes arbore ramos?
Intumuit Trebia, & stagnis se sustulit imis:
Jamque ferox totum propellit gurgite fontem,
Atque omnes torquet vires. furit unda sonoris
Vorticibus; sequiturque novus cum murmure torrens.

Sensit,

ter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum, animo magis, quam corpore, aegrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere Quaecumque autem Silius in sequentibus de caedibus à Scipione hac pugna editis narrat, ficta sunt licentia poetica. Ex Livio enim colligi potest, eum etiamnum ex vulnere decumbentem huic proelio non interfuisse.

v. 629. *Mezeus*] *Mazaeus* ex scriptis & priscis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 630. *Tum Pelopêus avis*] In editione Dausquejana versus hic desiderabantur XLII. pessimo mehercules exemplo, quos & scripti codices & typis editi constanter agnoscunt. N. HEINSIUS.

v. 631. *Hinc torquet rapido*] *Huic torquet* Interpres. scripti codices assentiuntur. Ego olim *Intorquet*. N. HEINSIUS. Pariter saepissime lapsi sunt indocti librarii ob difficultatem distinguendi inter literas *in* & *ui* in scriptura Longobardica. sic supra libro I. vers. 185. vers. 221. & alibi.

v. 635. *Nec jacto quaesita quies*] Legendum *Nec leto quaesita quies*. Ostendit enim Telgona ne in morte quidem, quae solet omnes labores finire, quietem invenisse; sed post fata quoque suprema fluctibus diu multumque jactatum. MODIUS Novant. Lection. Epist. XVI. Modius volebat *leto*. in scripto nostro *jacta* visitur: Modianum, si è libro est, omnibus antestat. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *leto* Modius ex Coloniensi. nihil verius. facessat Interpres nugator. subscribit & Modianae restitutioni Barthius. in Oxon. *jacta*. N. HEINSIUS.

v. 637. *Tu quoque, Lapse, cadis*] Egregie Colon. *Thapse*. Rom. editio & Oxonius *Tapse*. etiam Parm. at Putean. *Taxe*. N. HEINSIUS. *Thapse* cum Illustrissimo Heinsio ex Coloniensi codice probo. Finxit enim id nomen Silius à Thapso Africae urbe, cujus supra meminit lib. III. vers. 261. *Tapse* hoc loco habet Mediolan. editio; *Lanse* ea, cui praefuit Martinus Herbipol. primus Marsus *Lapse* edidit, & ex eo reliqui

v. 638. *Quid domus Hesperidum*] Nota fabula poëtarum de hortis Hesperidum. Notandum autem, ex iis hortis pomum illud decerpsisse Erin, quo inter Deas jacto bellum Trojanum concivit. Coluthus,

Ἤδη δ' Ἑσπερίδων χρύσειον ἐμνήσατο μῆλον·
Ἔνθεν Ἔρις πολέμοιο προάγγελον ἔρνος ἑλοῦσα
Μῆλον ἀριζήλων ἐφράσσατο δήϊα μόχθων·
Χειρὶ δὲ κινήσασα μόθου πρωτόσπορον ἀρχὴν,
Ἐς θαλίην ἔρριψε, χορὸν δ' ὤρινε θεάων.

lis adjungebant Draconem custodem, quod revera aestuarium variis flexibus exitu difficile fuisse docemur à Capella lib. VI. *Africa vero ac Libya dicta ab Afro Libe Herculis filio. In confinio est Elissos colonia, in qua regio Antaei luctamenque cum Hercule celebratur, & Hesperidum horti. Illic aestuarium flexuosum, quem Draconem vigilem rumor vetustatis allusit.* BARTHIUS lib. XXXIV. Advers. cap. V.

v. 640. *Intumuit Trebia*] *Intonuit* Oxonius & Puteaneus. N. HEINSIUS. Silii figmentum ex eo originem habet, quod aqua Trebiae forte nocturno imbri pectoribus tenus aucta esset, ut ait Livius libro XXI. cap. LIV. Imitatus autem est Homerum, qui pari modo Scamandrum in Achillem insurgentem fingit Iliad. Φ. vers. 234. ex quo loco etiam nonnullorum codicum lectio *Intonuit* probari potest. Nam fluvius ille dicitur μεμυκὼς ἠΰτε ταῦρος, *mugiens tamquam taurus*, quod Silius per *Intonuit* expresserit. Malim tamen cum Colon. membranis omnibusque editionibus *Intumuit*. *Tumor* enim de mole aquarum increscente frequenter ponitur. vide Salmas. in Exercit. Plin. pag. 303. Sic *tumidus amnis* infra lib. X. vers. 207.

——— *cavisque*
Afflictos ripis tumidum demersit in amnem.

v. 644. *Accensa ductor violentior ira*] Ita editio Basil. & Colinaei, & inde Dan. Heinsius ac Cellarius. Sed codex Oxoniensis ac Puteaneus cum priscis editionibus

Sensit, & accensa ductor violentius ira,
Magnas, o Trebia, & meritas mihi, perfide, poenas
Exsolves, inquit. lacerum per Gallica rivis
Dispergam rura, atque amnis tibi nomina demam:
Quoque aperis te fonte, premam: nec tangere ripas,
Illabique Pado dabitur. quaenam ista repente
Sidonium, infelix, rabies te reddidit amnem?
Talia jactantem consurgens agger aquarum
Impulit, atque humeros curvato gurgite pressit.
Arduus adversa mole incurrentibus undis
Stat ductor, clipeoque ruentem sustinet amnem.
Necnon a tergo fluctus stridente procella
Spumeus irrorat summas aspergine cristas.
Ire vadis, stabilemque vetat defigere gressum
Subducta tellure Deus: percussaque longe
Raucum saxa sonant; undaeque ad bella parentis

Excitae

ditionibus *violentius* habent.

v. 645. *Meritas mihi, perfide, poenas*] Illustrissimus Scaliger ad oram libri sui *mi*, pro *mihi*, emendarat, ut & doctissimus Vossius, quod etiam Cellarius probat, ut suavius inter tot Dactylos. in Mediolanensi editione est *meritas in perfide*; in quibusdam aliis *meritas, imperfide*. Sed nihil puto mutandum. Ita Propert. lib. II. El. IV. vers. 3.

Haec merui sperare. dabis mihi, perfida, poenas.

v. 646. *Lacerum per Gallica rivis Dispergam rura*] Pariter Caesar Sicorim amnem punit apud Lucan. lib. IV. vers. 141.

Ac ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite rivis
Dat poenas majoris aquae.

(Vide ipsum Caesar. I. Bell. Civil. cap. LXI.) Cyrus amnem Gyndem apud Senec. III. de ira cap. XXI. *Cum Babylonem oppugnaturus* (sc. Cyrus) *festinaret ad bellum, cujus maxima momenta in occasionibus sunt, Gynden late fusum amnem vade transire tentavit, quod vix tutum est, etiam cum sensit aestatem, & ad minimum deductus est. Ibi unus ex his equis, qui trahere regium currum albi solebant, abreptus vehementer commovit regem. juravit itaque amnem illum, regis commeatum auferentem, eo se redacturum, ut transiri calcarique etiam à feminis posset. Huc deinde omnem transtulit belli apparatum, & tamdiu assedit operi, donec C & LXXX cuniculis divisum alveum in CCC & LX rivos dispergeret, & siccum relinqueret, in diversum fluentibus aquis.* Aliam de Cyro historiam, ut fluvium per Babylona fluentem in plures fossas diviserit, eoque astu urbem ceperit, narrat Xenophon in Cyropaed. lib. VII. p. *190*. De Frothone Daniae rege Rotalam Rusciae urbem obsidente Saxo Grammat. II. Hist. Danic. pag. 21. *Qua* (nempe Rotala) *ne fluvii interstitio prohibente tardius potiretur, universam aquae molem nova rivorum diversitate partitus, ex ignotae profunditatis alveo meabilia vada perfecit: nec ante destitit, quam rapidior vortex dividue minoratus excursu languidiore undas lapsu ageret, ac per exiles flexus vadosa paullatim constrictione raresceret.*

v. 650. *Sidonium amnem*] Id est, Sidoniis seu Karthaginiensibus faventem. Infra Hannibal lib. VI. vers. 706.

Addes Ticini spumantes sanguine ripas,
Et nostrum Trebiam, & Thrasymeni litora, Tuscis
Clausa cadaveribus.

v. 651. *Aggere aquarum*] *agger* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 653. *Irrumpentibus undis*] *incurrentibus* in Colon. quod elegantius multo. *adversa mole* refer ad Scipionem. Putavi aliquando *adverso cumulo*, ut ad Trebiam referatur. pro *sustinet amnem*, in scriptis & prima editione *sustulit*. sed nil muto. N. HEINSIUS.

v. 654. *Clipeoque ruentem sustinet amnem*] De Cimbris Florus lib. III. cap. III. *Atesim flumen non ponte nec navibus, sed quadam stoliditate barbarica primum corporibus aggressi, postquam retinere amnem manibus & clipeis frustra tentaverant, ingesta obrutum silva transiluere.*

v. 657. *Ire vadis*] *Nare vadis* opinabar. N. HEINSIUS. Nihil muta. Nemo enim, subducta tellure, vetatur *Nare*, sed *Ire vadis*. Receptam lectionem tuentur etiam verba sequentia, *stabilemque vetat defigere gressum.*

v. 659. *Undaeque ad bella patentes*] *parentis* Coloniensis cum editione Parmensi: & recte: id est Trebiae, quem undarum facit parentem. neque aliter Oxoniensis & editio Romana; quod & Gronovio nostro arridebat Observat. lib. IV. cap. XVII. vidit & veram scripturam Interpres, sed de Eridano perperam interpretatur. N. HEINSIUS. *τὸ parentis* Dausquejus ad Eridanum referebat, in quem Trebia illabitur, quomodo & Anienis *genitor* Thy-

bris

Excitae pugnant, & ripas perdidit amnis.
Tum madidos crines, & glauca fronde revinctum
Attollit cum voce caput. Poenasne superbas
Insuper, & nomen Trebiae delere minaris,
O regnis inimice meis? quot corpora porto
Dextra fusa tua! clipeis galeisque virorum,
Quos mactas, artatus iter cursumque reliqui.
Caede (vides) stagna alta rubent, retroque feruntur.
Adde modum dextrae, aut campis incumbe propinquis.
Haec, Venere adjuncta, tumulo spectabat ab alto
Mulciber, obscurae tectus caligine nubis.
Ingravat ad coelum sublatis Scipio palmis:
Di patrii, quorum auspiciis stat Dardana Roma,
Talin' me leto tanta inter proelia nuper

Servastis?

bris dicitur, in quem Anio influit. infra lib. XII. vers. 539.

——— *qua serpit leniter undis*
Adgenitorem Anio, labens sine murmure, Thybrim.

Malim tamen cum Heinsio τὸ *parentis* de Trebia interpretari. Non enim Silius Eridanum, sed Trebiam cum Romanis bellum gerere fingit. Omnes autem fluvii aquarum, quas volvunt, apud poëtas parentes dicuntur.

v. 662. *Poenasne superbas*] scribo,

——— *Poenosne superbos*
Insuper, & nomen Trebiae delere minaris?

D. HEINSIUS. *Superbus* scribendum, vel invitis membranis. N. HEINSIUS. *Poenosne superbos* Dan. Heinsius malebat, id est, potentes Poenos, quo sensu Virgilius III. Aen. vers. 2. dixit *ceciditque superbum Ilium.* τὰ *Poenes* & *poenas* librarii nonnumquam confuderunt in membranis priscis. vide infra ad libr. VI. vers. 338. Sed non accedam huic conjecturae. hanc enim poenam Scipio minatus erat Trebiae, nomen se ejus deleturum, effecturumque ne postea amnis esset. Forsitan tamen *superbas* cum Illustrissimo Heinsio in *superbus* mutandum.

v. 664. *O regnis inimice meis*] Eadem haec verba reperiuntur apud auctorem de Bello Trojano, qui Pindarus vulgo dicitur, cujusque particulam laudat Barthius ad Statii lib. VI. Theb. vers. 120.

——— *o Grajae gentis fortissime Achilles,*
O regnis inimice meis.

v. 664. *Tot corpora porto*] *quot* cum Coloniensi & Oxonio. N. HEINSIUS.

v. 668. *Et campis incumbe propinquis*] *aut* Putean. codex cum vetertimis editionibus, quod Illustrissimus Heinsius in contextum recepit. Marsus primus *& campis* edidit.

v. 671. *Ingravat*] Verbum est Virgilianum: sic XI. Aen. vers. 220. *Ingravat haec saevus Drances.* *Asperare* & *Acerbare* eodem sensu alibi dixit Silius. vide quae infra notantur hoc libro vers. 776.

v. 673. *Talin' me leto*] Vide infra ad librum XVII. vers. 262.

v. 674. *Fortunae animam hanc exscindere dextra Indignum*] *sortine* omnino scribendum. Coloniensis confirmat: neque aliter Marsus agnoverat jam olim. N. HEINSIUS. Optime. Heroes enim apud poetas maximum in eo mortis solatium inveniebant, si à viro forti interficerentur. Silius lib. II. vers. 704.

Saepe Saguntinis somnos exterritus umbris
Optabit cecidisse manu.

lib. V. vers. 561.

——— *laudande laborum,*
Quisquis es, haud alia decuis te occumbere dextra.
Ad manes leti perfer decus.

lib. IX. vers. 425.

Si sibi non ira Superûm tunc esset ademtum
Hannibalis cecidisse manu.

lib. X. vers. 302.

Sidoniumque ducem circumspectabat, in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.

Virgilius X. Aen. vers 829.

Hoc tamen infelix miseram solabere mortem:
Aeneae magni dextra cadis.

Ovidius VIII. Metam. vers. 7.

Magnaque das nobis tantus solatia victor.

Claudian. Bell. Gildon. vers. 381.

An feret ignavus clari solatia leti,
Te bellante mori?

ubi vide Barthium, & Dresem. ad Iscan. II. Bell. Trojani vers. 40. Et hinc Lucanus auget infelicitatem Pompeji, quod non armis Caesaris, sed ab ignavi Ptolemaei ignavissimo ministro interfectus sit lib. IX. vers. 128.

——— *non Caesaris armis*
Occubuit, dignoque perit auctore ruinae.

Vide Amplissimum Cuperum lib. I. Observ. cap. VIII.

v. 675. *Redde o me, nate, periclis*] Hoc ut Scipioni eveniret, voverat Hannibal supra hoc libro vers. 507.

At

Servastis? fortine animam hanc exscindere dextra
Indignum est visum? redde o me, nate, periclis;
Redde hosti. liceat bellanti arcessere mortem,
Quam patriae fratrique probem. tum percita dictis
Ingemuit Venus, & rapidas direxit in amnem
Conjugis invicti vires. agit undique flammam
Dispersus ripis ignis, multosque per annos
Nutritas fluvio populatur fervidus umbras.
Uritur omne nemus: lucosque effusus in altos
Immissis crepitat victor Vulcanus habenis.
Jamque ambusta comas abies, jam pinus, & alni:
Jam, solo restans trunco, dimisit in altum
Populus assuetas ramis habitare volucres.
Flamma vorax imo penitus de gurgite tractos

Absorbet

At tu, donata tela inter Martia luce,
Infelix animae, sic, sic vivasque, tuoque
Des iterum hanc laudem naso: nec fine sub aevi
Oppetere in bello detur, cum fata vocabunt.
Pugnantem cecidisse meum est.

v. 678. *Detrusit in amnem*] *detexit* in MS. lege *devexit*. illud vero *detrusit* vile & plebejum penitus est, nec majestati tanti numinis aequum. BARTHIUS libro VI. Advers. cap. III. *detexit* Oxonius & Puteaneus. Putabam *detorsit*: sed Coloniensis *direxit*. probe. Barthius legebat *devexit*. N. HEINSIUS. Optime *direxit* N. Heinsius. τὸ *detexit*, quod nonnulli codices praeferunt, aperte innuit, olim *derexit* scriptum fuisse. Neque aliud puto voluisse Barthium, pro quo operae levi errore *devexit* dederunt. *Derigere* autem & *dirigere* olim communiter dictum est. Supra lib. II. vers. 92. pro *dirigit vulnera*, in membranis Coloniensibus erat *deligit*; unde patet, olim fortasse *derigit* scriptum fuisse. vide Nic. Heinsium ad h. libr. vers. 542. ad lib. VI. vers. 228. & ad lib. IX. vers. 583.

v. 679. *Conjugis invicti vires*] Malim, *Conjugis inviti*. Vulcanus enim matri Junoni obsecutus favebat partibus Poenorum. Sed & Trojanis infensus, ac proinde Romanis. N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus conjicit *Conjugis inviti*: nam, addit, Vulcanus Trojanis semper infensus fuit, nec Romanis per se opem tulisse credendus est. Notum est illud Nasonis I. Trist. El. II. vers. 5.

Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo.

Saepenumero scriptores librarii in codicibus priscis voces *invitus* & *invictus* commutarunt. apud Lucan. lib. VI. vers. 607. pro *invitos Deos*, codex Rottendorfii secundus *invictos* habebat. alia exempla vide apud Gronov. in Gustu ad Statii I. Achill. vers. 13. Nic. Heinsium ad Ovidii III. Amor. Eleg. IX. vers. 24. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 116. in Fragm. Adversar. quod edidit Jan. Broekhus. post Tibull. pag. 466. & infra lib. X. vers. 393. Celeberrimus tamen Burmannus vulgatam lectionem praefert: ipse enim Vulcanus infra lampadem jacit vers. 695.

Ter caput ambustum conantem tollere jacta
Lampade Vulcanus mersit fumantibus undis.

v. 681. *Nutritas fluvio populatur fervidus undas*] Repone *umbras*, pro *undas*. Est enim sermo de arboribus margini Trebiae innatis. MODIUS Novant. Lect. Epist. LIX. Verissima lectio est *umbras*, etiam à codice Oxoniensi probata: inepta *undas*. an *undae multos annos nutritae* possunt dici, quae perpetuo cursu labuntur? BARTHIUS libro VI. Advers. cap. III. *umbras* ex scriptis priscisque editionibus. vidit & Modius. agitur de silvis. neque aliter Barthius ex Oxonio. Paullo ante iidem scripti, *agit undique flammas*. N. HEINSIUS. *umbras* hoc loco legendum conjecit etiam Illustrissimus Scaliger ad marginem libri sui: & recte. *umbras* enim, ut hoc loco, ita & saepissime alibi, sunt arbores. sic lib. XIV. vers. 302.

——— *tabulata decem cui crescere Grajus*
Fecerat, & multas nemorum consumseras umbras.

Senec. in Medea vers. 608.

——— *nemorisque sacri*
Pelion densa spoliavit umbra.

Cato in diris vers. 31.

Militis impia cum succedet dextera ferro
Formosaeque cadent umbrae, formosior illis
Ipsa cades.

v. Dan. Heinsium ad Silii lib. XIV. vers. 354. Infinitis in locis voces *unda* & *umbra* inter se turbarunt indocti librarii. apud Lucan. lib. IV. vers. 725. pro *incerta provocat umbra*, unus codex male *unda* habebat. Vide Barth. ad Statii V. Theb. vers. 634. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vers. 770. Auctor. Octav. vers. 134. N. Heinsium infra ad lib. XIV. vers. 512. ad Ovid. Epist. XIV. Heroid. vers. 93. ad XIV. Metam. vers. 330. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 95. lib. III. vers. 525. & libellum Variarum lectionum, quas ad Tibull. collegit Jan. Broekhus. lib. IV. Eleg. I. vers. 68.

v. 688.

Absorbet latices, saevoque urguente vapore
Siccus inarescit ripis cruor. horrida late
Scinditur in rimas, & hiatu rupta dehiscit
Tellus, ac stagnis altae sedere favillae.
Miratur pater aeternos cessare repente
Eridanus cursus: Nympharumque intima maestus
Implevit chorus attonitis ululatibus antra.
Ter caput ambustum conantem attollere jacta
Lampade Vulcanus mersit fumantibus undis:
Ter correpta Dei crines nudavit harundo.
Tum demum admissae vires, & voce precantis,
Orantique datum ripas servare priores:
Ac tandem a Trebia revocavit Scipio fessas
Munitum in collem, Gracco comitante, cohortes.
At Poenus, multo fluvium veneratus honore,
Gramineas undis statuit socialibus aras;
Nescius heu! quanto Superi majora moverent,
Et quos Ausoniae luctus, Thrasymene, parares.
Bojorum nuper populos turbaverat armis

Flaminius,

v. 688. *Saevoque urguente vapore*] Forte *saevumque*. N. HEINSIUS.

v. 692. *Aeternos cessare repente Eridanus cursus*] *aeternos cursus* ἀέναος Sophocles dixit de fontibus. D. HEINSIUS.

v. 698. *Tum demum amissae vires & voce precantis Orantique datum*] Mendo penitus non caret hoc de Trebia. quanti enim est illud, *voce precantis*? legas, *devota precanti*. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *admissae* Colon. & Oxonius. Idem Oxonius cum Puteaneo *voces*. *admissae vires* Vulcani. supra vers. 678.

Ingemuit Venus, & rapidas direxit in amnem
Conjugis invicti vires.

Praeterea *in vota precantis* argute Gronovius ad Liv. lib. XXXI. cap. V. Barthius perperam *devota precanti*. N. HEINSIUS. Oxon. codex

Tum demum admissae voces, & voce precantis.

unde Gronov. egregie emendat ad Liv. lib. XXXI. cap. V.

Tum demum admissae voces, & vota precantis,

tam in priore quam posteriore editione, non *in vota precantis*, ut Nic. Heinsius, forte errore calami, notavit. *admissae voces*, ut apud Senec. Consol. ad Marciam cap. II. *Nec ullas admisit voces salutare aliquid afferentes. admissae voces & vota* cum effectu accipiendum, ita nempe admissas esse, ut earum ratio habita sit, & exauditae fuerint. Perperam olim *amissae* legebatur, sollemni librariorum errore. vide infra ad lib. XI. vers. 14.

v. 703. *Gramineas undis stravit socialibus aras*] Imo *statuit*. ne dubitare possis, Coloniensis libri auctoritatem succenturiari huic conjecturae affirmo. *statuere aras & altaria* obvium apud scriptores priscos. in Puteaneo *trahit aras*. *statuere jura alicui* libro I. vers. 647. restituimus. N. HEINSIUS. Optime *statuit* vir Illustrissimus vindicavit. sic Silius loquitur lib. XII. vers. 751.

Tunc Anienicolis statuunt altaria Nymphis.

lib. XV. vers. 252. *Principio statuunt aras*. lib. XVI. vers. 430.

Victor dona dabis, statuesque altaria patri.

Virgilius VIII. Aen. vers. 270.

Et domus Herculei custos Pinaria sacri
Hanc aram luco statuit.

Ovidius VII. Metam. vers. 240.

——— *statuitque aras è cespite binas.*

Valer. Flacc. lib. I. vers. 188. *Tum laeti statuunt aras.* Neque aliter etiam legit Fabrettus, hunc locum laudans in Comment. ad Column. Trajani cap. VI. pag. 159. ubi de aris gramineis plura vide.

v. 706. *Bojorum nuper populos*] Victoriam hanc de Bojis Flaminius reportavit in priori consulatu, quem anno U. C. DXXVII. gessit, sex annis antequam in secundo consulatu hanc cladem ab Hannibale passus est. Historiam ejus belli tangit Silius lib. V. vers. 107. sed plenius describit Polyb. lib. II. cap. XXXII. & Plutarch. in Marcell. p. m. 299.

v. 707. *Tum gloria belli*] *dum* Coloniensis. Putabam aliquando, *data gloria*: vel etiam, *facilisque viro tum gloria, bellis*: nimirum *contundere bellis*. N. HEINSIUS. Non male Illustrissimus Heinsius

——— *facilisque viro tum gloria, bellis*
Corde levem atque astus inopem contundere gentem.

Posses ceteroquin cum Celeberrimo Burmanno legere,

Flaminius, facilisque viro tum gloria belli,
Corde levem atque astus inopem contundere gentem.
Sed labor haud idem Tyrio certasse tyranno.
Hunc, laevis Urbi genitum ad fatalia damna
Ominibus, parat imperio Saturnia fesso
Ductorem, dignumque virum veniente ruina.
Inde ubi prima dies juris, clavumque regendae
Invasit patriae, ac sub nutu castra fuere,
Ut pelagi rudis, & pontum tractare per artem
Nescius, accepit miserae si jura carinae,
Ventorum tenet ipse vicem, cunctisque procellis
Dat jactare ratem. fertur vaga gurgite puppis
Ipsius in scopulos dextra impellente magistri.
Ergo agitur raptis praeceps exercitus armis
Lydorum in populos, sedemque ab origine prisci
Sacratam Corythi, junctosque a sanguine avorum
Maeonios Italis permixta stirpe colonos.
Nec regem Afrorum noscenda ad coepta moratur
Laude super tanta monitor Deus. omnia somni

Condiderant,

re, *facilique viro tum gloria bello* &c. facili bello Bojos contundere Flaminio tum gloria fuerat, sed nunc non idem. Ita *facile bellum* apud Justin. lib. VII. cap. III. *Mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile & mediocre.*

v. 714. *Ac sub nutu castra fuere*] ita Coloniensis codex, quod in textum recipi voluit Illustrissimus Heinsius. vulgo est *& sub nutu.*

v. 715. *Pontum tractare per artem Nescius*] *artem* saepe κατ' ἐξοχὴν de peritia gubernandi navem poni notat Barthius ad Statii III. Theb. vers. 29. quem vide. Eo sensu illa vox hoc loco capi debet, ut & lib. XIV. vers. 454.

——— *bonus ille per artem*
Crudo luctari pelago.

v. 716. *Accepit miserae si jura carinae, Ventorum tenet ipse vicem*] Ita emaculandus hic locus,

——— *accepis miser ut si jura carinae*
Ventorum tenet ipse vicem.

Notandum quoque, *Ventorum vicem* dici hominem, gubernacula capientem, qui nescius artis. BARTHIUS libro X. Advers. cap. XXIV.

v. 719. *Dextra impellente magistri*] In jure nostro *magister* est, qui πιστικὸς dicitur, cujus fidei totius navis anchora & cura commissa est, qui cum exercitore contrahit, unde exercitoria actio nascitur: nam exercitor est ὁ προσηκάμενος τὸν πιστικὸν τοῦ πλοίου, πιστικὸς δὲ ᾧ ἐμπιστεύονται τὰ τοῦ πλοίου πράγματα. vide Harmenopulum lib. 2. tit. 11. ff. de exercit. act. l. 1. §. *magistrum navis*: cui non dissimilis is est, qui ἔμπορος Homero dicitur, ut eleganter contra vulgi Homericorum interpretum opinionem disputat in Homericis quaestionibus suis Porphyrius. Hic autem simpliciter. Glossarium vetus: *Magister navis ὁ κυβερνήτης*: qui poëtis ἰθυντήρ. Sic Apollonio ἰθυντὴρ Ἀγκαῖος est ὁ κυβερνήτης. D. HEINSIUS. Recte eruditissimus Heinsius *magistrum* gubernatorem navis exponit. Sic Silius lib. I. vers. 687.

Ut saepe è celsa grandaevus puppe magister
Prospiciens signis venturum in carbasa Corum.

libro X. vers. 612.

——— *ipsamque odere salutem*
Unius amissa superantis puppe magistri.

Virgil. lib. I. Aeneid. vers. 114.

Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit; excutitur, pronusque magister
Volvitur in caput.

Atque ita quidem poëtae: alii enim inter *magistrum & gubernatorem* distinguunt, ut Liv. lib. XXIX. cap. XXV. *Scaphas circummisit, ut ex navibus gubernatoresque, & magistri navium, & bini milites in forum convenirent.* & lib. XLV. cap. XLII. *Dedit sociis navalibus in singulos denarios septuagenos quinos, gubernatoribus, qui in navibus fuerant, duplex, magistris navium quadruplex.* quae loca mihi indicavit Celeberrimus Burmannus.

v. 724. *Noscenda ad coepta*] *nascenda* Oxonius, Puteaneus, & editio Aldina. forte *pascenda ad coepta.* lib. VII. vers. 497.

Pascere nec Poeno pravum ac nutrire furorem
Deerat.

N. HEINSIUS. Quidquid est priscarum editionum, *nascenda ad coepta* habet: pro quo *noscenda* prima dedit editio Basileënsis, quam hac in parte fideliter expresserunt Colin. D. Heinsius, Dausquejus, & Cellarius. Sed non male Illustrissimus Heinsius *pascenda ad coepta* legendum esse conjecit. sic

Gg supra

Condiderant, aegrisque dabant oblivia curis;
Cum Juno, in stagni numen conversa propinqui,
Et madidae frontis crines circumdata fronde
Populea, stimulat subitis praecordia curis,
[Ac rumpit ducis haud spernenda voce quietem.]
O felix famae, & Latio lacrimabile nomen
Hannibal, Ausonia si te Fortuna creasset,
Ad magnos venture Deos! cur fata tenemus?
Pelle moras. brevis est magni Fortuna favoris.
Quantum vovisti, cum Dardana bella parenti
Jurares, fluet Ausonio tibi corpore tantum
Sanguinis, & patrias satiabis caedibus umbras.
Nobis persolves meritos securus honores.
Namque ego sum, celsis quem cinctum montibus ambit
Tmolo missa manus, stagnis Thrasymenus opacis.

His

supra h. libro vers. 8.

——— *docili per inania rerum*
Pascere rumorem vulgi pavor.

pasti timore labores infra etiam scribendum jubet lib. xv. vers. 52.

v. 727. *In stagni juvenem conversa*] Legendum *in stagni numen conversa*, & de Thrasymeno accipiendum. MODIUS Novant. Lect. Epist. LIX. *in stagni numen* Colonienses membranae verissime, id jam dudum afferente Modio. N. HEINSIUS. Vulgatum non recte hic defendit Doctissimus Dausquejus.

v. 730. *Ac rumpit ducis*] Versum spurium esse opinor. Nam quam frigidum illud *haud spernenda voce*. Deinde haec in somnis Hannibali oblata, non vigilanti. N. HEINSIUS.

v. 732. *Ausonia si te Fortuna creasset*] *Ausoniae* scribendum vel invitis membranis. nec dubitare debuit Interpres. Frustra est Carrion, qui versum delendum esse censebat. in Agrippino videtur fuisse *si te Fortuna favoris*, quod ex subsequentibus irrepsit. N. HEINSIUS. *Ausonia* erit in Ausonia. vide infra ad lib. XVI. vers. 161. Si tamen Manuscripti *Ausoniae* haberent, viri Illustrissimi conjecturam praeferrem. Similia fere infra habet Silius lib. VII. vers. 35.

——— *Tyrinthia gens est,*
Quam si fata tuis genuissent, Hannibal, oris,
Terrarum imperium Karthaginis arte videres.

Cic. pro Muraena cap. XXXVI. *Gratias egit Diis immortalibus, quod ille vir in hac republica potissimum natus esset; necesse enim fuisse, ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset.* τὸ *favoris* codicis Coloniensis, pro *creasset*, ex versu 734. errore librarii ortum est. vide infra ad lib. VIII. vers. 468.

v. 733. *Cum fata tenemus*] *cui* Oxonius. scribe cum Colonio, *cur fata tenemus?* in Puteaneo, *cur tanta*. N. HEINSIUS.

v. 738. *Nobis persolves merito securus honores*] *meritos honores* ex scriptis & Romana Parmensique editione. Possis etiam *persolve emeritos honores*. N. HEINSIUS. *meritos honores* etiam Mediolanensis editio. *merito* primus Marsus dedit, quem aliae editiones omnes, quas vidi, sequuntur. Totus autem hic locus fictus est ad imitationem illius Maroniani ex VIII. Aen. vers. 61.

——— *mihi victor honorem*
Persolves. ego sum, pleno quem gurgite ternis
Stringentem ripas & pinguia culta secantem,
Caeruleus Thybris, coelo gratissimus amnis.

ubi pariter Virgilius *persolves* dixit: quare *persolve emeritos honores*, quod Heinsius conjecit, non puto à Silii manu profectum esse.

v. 740. *Stagnis Thrasymenus opacis*] *stagni opaci* à Silio est, etsi aliter scripti. N. HEINSIUS.

v. 743. *Horrebat glacie* &c.] Incommoda, quae Hannibal, Appenninum montem cum exercitu transiens, pertulit, vide apud Liv. lib. XXI. cap. LVIII.

v. 746. *Canus apex stricta surgebat ad astra pruina*] Leve mendum est. scribatur *structa pruina*. apud Nasonem habes I. Metam. vers. 153.

Altaque congestos struxisse ad sidera montes.

Lucan. lib. IX.

Nam neque congestae struxere cubilia frondes,
Nec culmis creve-e sori.

Sic *struere comam*, & *structae comae suggestus*. nec aliter Agrippinas. N. HEINSIUS. Optime *structa pruina* N. Heinsius vindicavit. Sic supra lib. II. vers. 599.

Certatim structus surrectae molis ad astra
In media stetit urbe rogus.

Senec. in Herc. Fur. vers. 1216.

Qui structum acervans nemore congesto aggerem.

in Agamemn. vers. 335.

Vel cum montes montibus altis
Superimpositi struxere gradus
Trucibus monstris.

Tertull. de Pall. cap. IV. *Adhuc sustinet stolam fundere*,

His agitur monitis, & laetam numine pubem
Protinus aërii praeceps rapit aggere montis.
Horrebat glacie saxa inter lubrica, summo
Piniferum coelo miscens caput, Appenninus.
Condiderat nix alta trabes, & vertice celso
Canus apex structa surgebat ad astra pruina.
Ire jubet. prior exstingui labique videtur
Gloria, post Alpes si stetur montibus ullis.
Scandunt praerupti nimbosa cacumina saxi,
[Nec superasse jugum finit mulcetque laborem.]
Plana natant, putrique gelu liquentibus undis
Invia limosa restagnant arva palude.
Jamque ducis nudus tanta inter inhospita vertex
Saevitia quatitur coeli, manante per ora
Perque genas oculo. facilis sprevisse medentes,
Optatum bene credit emi quocumque periclo

Bellandi

dere, comam struere, cutem fingere, speculum consulere, collum demulcere. ubi vide notas Salmas. pag. 286. & 287. Illustrarunt etiam hanc locutionem Zinzerling. in Promulf. Crit. cap. XLIX. Gonsal. ad Petron. Satyr. cap. CX. Gronov. in Diatr. Stat. pag. 90. & N. Heinsius infra ad lib. VII. vers. 675. *exstruere* dixit Silius infra lib. IX. vers. 308.

Jupiter exstructis vidit eum montibus ire
Magnanimos raptum coelestia regna gigantas.

Ovidius V. Metam. vers. 88.

——— *exstructos morientum calcat acervos.*

Valer. Flacc. lib. II. vers. 20.

——— *versos exstruxit in aethera montes.*

Prudent. in Psychom. vers. 184.

Turritum tortis caput accumularat in altum
Crinibus, exstructos augeret ut addita cirros
Congeries, celsumque apicem frons ardua ferret.

Male librarii voces *structus* & *strictus* hoc loco confuderant inter se sollemni errore: nam ita & alibi lapsi sunt. vide N. Heinsium ad lib. III. supra vers. 657. & Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. XV. vers. 24.

v. 747. *Ire jubet*] *juvat*, vel *lubet* maluerim. N. HEINSIUS. Frequenter tria haec vocabula *lubet*, *juvat*, *jubet* in manuscriptis commutantur. vide Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. XVI. Heroid. vers. 116. Epist. XIX. vers. 102. & ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 80.

v. 750. *Nec superasse jugum finit*] Delet hunc versum Coloniensis. Et sane ejus loco unum alterumque ex Silianis versibus desiderari arbitror. Nam hunc esse Silianum non persuadeor, ut credam. Forte *finis cumulusque laborum.* N. HEINSIUS. *mulcetve*, pro *mulcetque*, est in codice Puteaneo.

v. 751. *Putrique gelu linquentibus undis*] *liquentibus undis* cum Parmensi & Basileensi editione revocandum. N. HEINSIUS. Ita etiam scribendum vidit Doctissimus Dausquejus. neque aliter est in editione Marsi, Juntina, Aldina, Gryphii, & Nutii. Ita Solin. in Polyh. cap. II. *Intumescit exortu canis tabefactis nivibus & liquentibus brumae pruinis.* ubi plerique libri pari errore *relinquentibus* habent, pro quo Salmasius *reliquentibus* legendum conjicit. Ovidius I. ex Pont. Epist. I. vers. 67.

Nil igitur mirum, si mens mihi tabida facta
De nive manantis more liquescit aquae.

quod hoc modo exprimit in Epist. II. vers. 57.

Ac mea perpetuis liquefiunt pectora curis,
Ignibus admotis ut nova cera solet.

Similiter Nic. Heinsius librarios supra lapsos esse credidit lib. II. vers. 474. ubi vide, quae notavit. *putri gelu* ut Varro in Sesquiul. *Pieridum comes, quae tenes cavata gelo putri montium saxa.* Ita hunc locum legebat J. Gebhard. lib. II. Antiq. Lect. cap. XIX. qui longe aliter exstat apud Nonium in voce *gelo*.

v. 752. *Invida limosa restagnant arva palude*] Scribe cum membranis *Invia*. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. Hic versus denuo abest à Coloniensi libro. sed, pro *Invida arva*, scribendum *Invia* ex duobus scriptis & editione Romana atque Parmensi. neque aliter Barthius, nisi *Uvida* malumus, & mox *duci nudus*. N. HEINSIUS. *Invia* etiam Mediolanensis editio. Jam olim Doctissimo Dausquejo in mentem venit, vel *Invia*, vel *Uvida*, hic scribendum esse, quorum prius ob codicum auctoritatem malo. *Invida* primus Marsus edidit, sed fortasse librariorum errore, quem tamen inconsulte alii postea omnes expresserunt.

v. 754. *Manante per ora Perque genas oculo*] Hannibalem Appenninum transeuntem saevitia coeli alterum oculum amisisse testis est Polyb. lib. III. Histor. cap. LXXIX. & Livius lib. XXII. cap. II. ut adeo erret Scholiast. Juvenal. ad Sat. X. vers. 153. qui eum in Alpibus à frigore oculum perdidisse notat.

v. 756. *Bene credit emi*] *bene emi* dicitur, quid-

Gg 2 quid

Bellandi tempus. non frontis parcit honori,
Dum ne perdat iter: non cetera membra moratur
In pretium belli dare, si victoria poscat:
Satque putat lucis, Capitolia cernere victor
Qua queat, atque Italum feriat qua comminus hostem.
Talia perpessi tandem inter saeva locorum
Optatos venere lacus; ubi deinde per arma
Sumeret amissi numerosa piacula visus.
Ecce autem Patres aderant Karthagine missi,
(Caussâ viae non parva viris) nec laeta ferebant.
Mos fuit in populis, quos condidit advena Dido,
Poscere caede Deos veniam, ac flagrantibus aris
(Infandum dictu!) parvos imponere natos.
Urna reducebat miserandos annua casus,
Sacra Thoanteae ritusque imitata Dianae.
Cui fato sortique Deûm de more petebat

Hannibalis

quid vili pretio emitur. Plaut. in Mostell. act. I. sc. III. vers. 139. PHIL. *Hem istuc verbum vile est viginti minis.* PHI. *Cedo, amabo, decem: bene emtum tibi dare hoc verbum volo.* Ovidius I. Art. Amat. vers. 425.

Hoc fore contentam multos jurabit in annos;
Nunc opus esse sibi, nunc bene dicet emi.

Senec. in Phoeniss. vers. 664.

Imperia pretio quolibet constant bene.

Suet. in Caesar. cap. L. *Quo melius emtum sciatis, tertia deducta est.* Ubi jure Casaubonus Turnebum reprehendit, qui lib. III. Advers. cap. XXII. *bene emere* exposuerat *care emere*; id enim Latini dixerunt *male emere.* Plaut. in Mostell. act. III. sc. II. vers. 112. *Si male emtae forent, nobis istas redhibere haud liceret.*

v. 758. *Non cetera membra moratur*] Scribo *moretur.* N. HEINSIUS.

v. 767. *Mos fuit in populis* &c.] Ennius,

——— *Poinei solitei sos sacrificare puellos.*

Caussam detestandi hujus immanisque vere ritus & originem apud Trogi abbreviatorem habes, finem vero apud Plutarchum. Caussa ergo pestis diuturna; finis res in bello infeliciter gesta. Justinus lib. XVIII. *Cum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines, ut victimas, immolabant; & impuberes, quae aetas etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant, pacem Deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent.* Sic ab infelicitate Karthaginiensium ortus mos ille, & desiit: victi enim in gratiam cum victore, nisi prius tam impio ritu abolito, redire non potuerunt, qui eos, ἠνάγκασαν, teste Plutarcho, ἐγγράψαι ταῖς ὁμολογίαις, ὅτι καὶ τὰ τέκνα παύσονται Κρόνῳ καταθύοντες. D. HEINSIUS. Karthaginienses pueros suos sacrificasse idolis auctor Ennius illo notissimo versiculo:

Poenei sont solitei sos sacruficare puellos.

Id sacrificium annuum fuisse & sortito peractum doceor hoc loco. BARTHIUS lib. XXXIV. Advers. cap. V. Plura vide apud Columnn. ad locum Ennii I. Annal. pag. 28. quem jam Doctissimus Dausquejus hic ad partes vocavit, & Christ. Hendreich lib. II. Reip. Karthag. sect. I. cap. IV.

v. 775. *Redeuntis imago*] *genitoris* Coloniensis, ut jam testatus est Modius. N. HEINSIUS.

v. 776. *Aspar. ad haec foedata genas*] Haec est scriptura omnium editionum, quam Marsus ita interpretatur. „ Aspar hic, inquit, erat filius Han„ nibalis & imago patris. Poetae enim appellant „ filios imaginem parentum. pulchre. Sed an non tum parum plena erit haec periodus? omnino emendandum,

——— *ante oculos stabat genitoris imago.*
Asperat haec foedata genas.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LIX. Nihil certius, quam legendum *Asperat haec foedata genas.* In MS. Oxoniensi eadem scripturâ, nisi quod *Asperad* per delta visitur. BARTHIUS lib. VI. Advers. cap. III. *Asperat haec* bene ex Coloniensibus membranis Modius, quod & alii codices confirmant, ut nulla Interpretis hic conjectura sit opus. *Asperat* etiam arrisit Barthio. supra habuimus vers. 671.

Ingravat ad coelum sublatis Scipio palmis.

N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad marginem libri sui conjecerat *Aspera adhaec*, quod & Dausquejo placuit, & à Cellario in contextu receptum est. Sed rectissime viri docti ex libris scriptis *Asperat haec* legendum docuerunt. Sic apud Valer. Max lib. III. cap. III. ex. ext. I. *Ne edito gemitu regias aures asperaret.* Ita Lipsius conjecit, cum vulgo foret *aspergeret*, pro quo Colerus ex libris priscis *exasperaret* vindicat. plura de hac voce vide apud Barthium ad Statii I. Theb. vers. 138. *acerbare* eodem sensu dixit infra lib. VI. vers. 116.

Cetera

Hannibalis prolem discors antiquitus Hannon.
Sed propior metus armati ductoris ab ira,
Et magna ante oculos stabat genitoris imago.
Asperat haec foedata genas, lacerataque crines,
Atque urbem complet maesti clamoris, Imilce.
Edonis ut Pangaea super trieteride mota
It juga, & inclusum suspirat pectore Bacchum.
Ergo inter Tyrias, facibus ceu subdita, matres
Clamat, Iö conjux, quocumque in cardine mundi
Bella moves, huc signa refer. violentior hic est,
Hic hostis propior. tu nunc fortasse sub ipsis
Urbis Dardaniae muris vibrantia tela
Excipis intrepidus clipeo, saevamque coruscans
Lampada Tarpejis infers incendia tectis.
Interea tibi prima domus atque unica proles
Heu! gremio in patriae Stygias raptatur ad aras.

I nunc,

Cetera acerbantem questu lenire laborans.

v. 778. *Edonis ut Pangaea super*] Corripit & secundam syllabam in *Edonis* Lucan. lib. I. vers. 675.

Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo.

Ut frustra sit Salmasius Commentario Soliniano pag. 153. [pag. 109. Ed. poster.] qui *Odonis* in Lucano reponit, quomodo Dionysio in Bassaricis dicantur 'Ωδονὶς ἑλκεσίπεπλοι. sic & secunda in *Sidonis* syllaba communis est, & in *Bistonis* eandem producit Ciris Virgiliana, quam alibi corripiunt poëtae. N. HEINSIUS. Salmasium, cujus exemplo & Cellarius *Odonis* hoc loco legendum conjecit, jam olim refutavit Illustrissimus Heinsius ad Ovidii IV. Trist. El. I. vers. 42. docens, quod etiam hic fecit, secundam in *Edonis* communem esse. In eadem qua Salmasius opinione etiam fuisse videtur Gronov. qui, in gustu ad Statii I. Achill. vers. 594. hunc Silii locum ad partes vocans, *Odonis* citavit. Eodem modo ambiguam credunt secundam in *Pharsalia* apud Catull. de Nupt. Pelei & Thetid. vers. 37.

Pharsaliam coëunt, Pharsalia tecta frequentant,

ubi poëta in eodem versu eandem syllabam nunc corripit, nunc producit; quod Jos. Scaliger non probavit, qui propterea *Pharsalon coëunt* legendum contendit. At Marcilius eam syllabam vere communem esse censuit, adeoque nihil mutari debere. Primam in *Cyrenae* ancipitem fecerunt poëtae. vide Vulcan. & Illustrissimum Spanhem. ad Callim. H. in Apoll. vers. 73. & doctissimum Dausquejum infra ad libr. VIII. vers. 57. Primam in *Gradivus*, quae plerumque longa est apud poëtas, brevem fecit Silius infra lib. XV. vers. 15. *flagret meliore Gradivo.* secundam in *Oeagrius*, aliis productam, corripuit Silius lib. V. vers. 463.

Dulcius Oeagrios pulsabat pectine nervos.

Contra primam in *Sichaeus*, quae ut plurimum brevis est, longam fecit Virgilius I. Aen. vers. 343.

Huic conjux Sichaeus erat, ditissimus agri.

ubi videatur Servius. Primam in *pumilo* Statio nunc extendi, nunc corripi, notavit Barthius ad lib. I. Silv. VI. vers. 64. Secunda in *Mamurius* nunc longa, nunc brevis, invenitur, ut testis est Broekhus. ad Propert. lib. IV. El. II. vers. 61. Eadem etiam est differentia in secunda vocis *Bistonis*: vide Eruditissimum Bentlejum ad Horat. lib. I. od. XXV. vers. II. ut & in secunda vocis *Porsena*. Sed magis huc facit, quod Silius secundam in *Leucosia* corripuerit lib. VIII. vers. 581.

——— *nunc sese ostendere miles*
Leucosiae e scopulis,

licet Graecis semper sit Λευκωσία; & quod pariter primam in *Cerillae* brevem fecerit ibid. vers. 583.

——— *exhaustae mox Poeno Marte Cerillae,*

quamvis hic etiam Graeci Κηρίλλοι dicant. Eodem ergo jure Silius & Lucanus secundam in *Edonis* corripiunt, quamvis Graecis sit 'Ηδωνίς. Plura vide apud Barth. ad Statii V. Theb. vers. 78. Broekhus. ad Propert. lib. I. Eleg. III. vers. 5. & Bentlej. ad Horatii libr. III. od. XXV. vers. 9.

v. 779. *Inclusum suspirat pectore Bacchum*] Rursus συνθετὸν ἀντὶ ἁπλοῦ, more Siliano. Recte itaque Glossae veteres: *Suspiro*, ἀναπνέω. Sic lib. XII. vers. 135.

——— *tellus atro exundante vapore*
Suspirat.

& lib. XIII. vers. 425.

——— *eructat acerbam*
Cocyti latam suspirans ore paludem.

D. HEINSIUS. Simplex *spirare* eo sensu habes apud Claudian. I. de rapt. Proserp. vers. 6.

——— *totum spirant praecordia Phoebum.*

v. 780. *Facibus ceu subdita*] *concita* vel simile quid legendum, conjicit Celeberrimus Burmannus.

v. 788. *Heu gremio patriae*] *Gremio in patriae* scripti. maluerim *gremio e patriae*. N. HEINSIUS. *gre-*

mio

I nunc, Ausonios ferro populare penates,
Et vetitas molire vias. i, pacta resigna,
Per cunctos jurata Deos. sic praemia reddit
Karthago, & tales jam nunc tibi solvit honores.
Quae porro haec pietas, delubra aspergere tabo?
Heu primae scelerum caussae mortalibus aegris,
Naturam nescire Deûm! justa ite precati
Ture pio, caedumque feros avertite ritus.
Mite & cognatum est homini Deus. hactenus, oro,
Sit satis ante aras caesos vidisse juvencos:
Aut si, velle nefas Superos, fixumque sedetque,
Me, me, quae genui, vestris absumite votis.
Cur spoliare juvat Libycas hac indole terras?
An flendae magis Aegates, & mersa profundo
Punica regna forent, olim si forte cruenta
Esset tanta mei virtus praerepta mariti?
Haec, dubios vario Divûmque hominumque timore,

Ad

mio è patriae, ut infra etiam emendandum censet vir Illustrissimus lib. XI. vers. 587.

Scilicet è gremio matrum rapiamus in hostem.

Fortasse tamen & Manuscriptorum lectio *gremio in patriae* non rejicienda, cujus hic erit sensus; dum tu, o conjux, longe à domo contra hostes bellum geris, in patria unicum filium tuum, ut immoletur, ad aras rapiant illi, pro quibus tot pericula subis, idque tibi praemium pro sudatis laboribus referunt.

v. 792. *Tales jam nunc tibi vovit honores*] *sovit* duo scripti: sed vere Coloniensis liber *solvit honores.* N. HEINSIUS. *persolvere* dixit Silius supra hoc libro vers. 738.

Nobis persolves meritos securus honores.

v. 795. *Justa ite precari*] Pro ite precatum, Graecismus est. Scripti tamen *ite precati*, cum editione Romana & Parmensi, nisi quod Puteaneus *ite precatae.* N. HEINSIUS. *ite precari* frequens est Graecismus. Sic Propert. lib. I. El. I. vers. 12.

Ibat & hirsutas ille ferire feras.

Eleg. VI. vers. 33.

Seu pedibus terras, seu pontum carpere remis
Ibis, & accepti pars eris imperii.

Statius lib. V. Silv. III. vers. 10.

Certe ego, magnanimûm qui facta attollere regum
Ibam altum spirans, Martemque aequare canendo.

Ovidius II. Amor. Eleg. II. vers. 21.

Ibit ad affectam, quae non languebit, amicam
Visere, judiciis aegra sit illa tuis.

Appulej. in Florid. pag. 355. Ed. Elmenh. *Quem librum sperabo me commode posse conscribere, si itis eum hodie nobiscum probare.* Claud. II. in Rufin. vers. 98. *Vel solus sperare veni.* & III. de Rapt. Pros. vers. 386.

Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megaera ruit.

vide Nic. Heinsium ad utrumque locum, ubi illud loquendi genus pluribus exemplis astruxit. Guil. Brito II. Philipp. vers. 567.

——— *aries compulsibus actus*
Fronte ruit summas ferrata frangere portas.

Damnant tamen hanc locutionem plures codices & editiones, *ite precati* substituentes, quibus etiam Mediolan. editio accedit.

v. 797. *Hactenus, oro, Sit satis*] Infra lib. IX. vers. 347.

—— *sitque hactenus, oro,*
Nec libeat tentare Deis, an Troia proles
Par bellum tolerare queat.

ubi plura vide.

v. 798. *Vidisse juvencos*] *fudisse* opinor. N. HEINSIUS.

v. 800. *Assumite votis*] *absumite* Coloniensis & Puteaneus. sequor. N. HEINSIUS. Saepe ita peccarunt librarii. vide infra ad librum XI. vers. 14.

v. 803. *Olim si forte cruenta*] *si forte cruenta* corrigo. Confirmat Coloniensis liber, & editio Romana ac Parmensis. supra vers. 772.

——— *fortique Deûm de more petebat*
Hannibalis prolem.

& mox vers. 806. *ipsique relictum, Abnueret sortem.* Lucan. lib. IV. vers. 562.

——— *cum forte cruenta*
Fratribus incurrant fratres, natusque parenti.

N. HEINSIUS. Mediolan. etiam editio *forte cruenta.* Frequenter autem voces *fors* & *sors*, etiam in integerrimis membranis, inter se commutantur. Infra libro XII. vers. 311.

Haud tanta cessisse viros in tempore tali
Laudis forte piget.

ubi codex Coloniensis optimae notae *Laudis forte*

male

Ad cauta illexere Patres; ipsique relictum,
Abnueret sortem, an Superûm pareret honori.
Tum vero trepidare metu vix compos Imilce,
Magnanimi metuens immitia corda mariti.
His avide auditis, ductor sic deinde profatur:
Quid tibi pro tanto non impar munere solvat
Hannibal aequatus Superis? quae praemia digna
Inveniam, Karthago parens? noctemque diemque
Arma feram: templisque tuis hinc plurima faxo
Hostia ab Ausonio veniat generosa Quirino.
At puer armorum & belli servabitur heres.
Spes, o nate, meae, Tyriarumque unica rerum,
Hesperia minitante, salus, terraque fretoque
Certare Aeneadis, dum stabit vita, memento.
Perge, patent Alpes; nostroque incumbe labori.
Vos quoque, Dî patrii, quorum delubra piantur

Caedibus,

male habet. Plura infra vide ad libr. xv. vers. 105.

v. 804. *Esset tanta mei virtus praerepta mariti*] *praecepta* Oxonius. vere, ut opinor. libro vi. vers. 299.

—— magnas de sanguine poenas
Praecepit Tyrio.

Pluribus haec illustramus ad Valerium Flaccum lib. iv. vers. 751. N. HEINSIUS. Saepe ita lapsi sunt scriptores librarii. vide infra ad lib. xv. vers. 659. & ad lib. xvi. vers. 338.

v. 805. *Divûmque hominumque timore*] Probo scripturam membranarum *hominisque timore.* Hannibalem enim solum timebant, qui ulturus erat filii caesi sacrificium. BARTHIUS lib. vi. Advers. cap. iii. *Hominisque timore* ex Oxonio Barthius, & sic Puteaneus & editio Romana, ut ad unum Hannibalem, quem verebantur, referatur. Forte legendum,

—— dubios vario Superûm Hannibalisque favore.

N. HEINSIUS. *hominisque* etiam Mediolanensis editio. Sed cum pro vulgata lectione stent Colonienses membranae, nihil mutem.

v. 808. *Tum vero trepidare metu vix compos Imilce*] *Compos* absolute non dicitur, sed *mentis compos*, *voti compos*, vel quid simile. Sic lib. viii. vers. 72. *Jam regni compos.* & vers. 231. *pugnae compos.* lib. xi. vers. 366. *compos memorabilis ausi.* lib. xiv. *compos certaminis Marcellus.* Deinde *metu* supposititium videtur, cum *metuens* versu proximo subsequatur, incongrua repetitione. Dederat nimirum Silius,

Tum vero trepidare sui vix compos Imilce.

τὸ sui exciderat ob cognatas literas *τῦ vix* subsequentis. Senec. in Hippol. vers. 700. *sed mei non sum potens.* in Troad. de Maenade vers. 674.

—— qualis Deo
Percussa Maenas, entheo silvas gradu
Armata Thyrso terret, atque expers sui
Vulnus dedit, nec sensit.

impos sui Agamemn. vers. 117.

Quod ulla conjux perfida atque impos sui
Amore caeco, quod novercales manus
Ausae.

N. HEINSIUS.

v. 811. *Quid tibi pro tanto non impar munere solvat Hannibal*] Forte rectius *nunc impar*, ut imparem se fateatur. N. HEINSIUS. Idem est sensus vulgatae lectionis, quae hoc modo accipienda: Quid ego Hannibal tibi, o Karthago, solvam pro tanto munere, quod non impar erit beneficiis tuis. Praestat itaque receptam scripturam non sollicitare.

v. 818. *Hesperia minitante, salus*] An *nutante?* sic & lib. viii. vers. 284. scribebam, *nutat male concitus axis.* libro ix. vers. 239.

Turritas moles ac propugnacula dorso
Belua nigranti portans, ceu mobilis agger,
Nutat.

& vers. 360.

Huc atque huc it summa seges, nutatque vicissim.

lib. x. vers. 589.

Ac juvenum bis tricenis orbata gemebat
Millibus exhaustae nutantia moenia Romae.

Possis & *Hesperia titubante*; sic lib. xi. initio:

—— stat nulla diu mortalibus usquam,
Fortuna titubante, fides.

N. HEINSIUS. Neutram Heinsii conjecturam probo. Nulla enim in eo gloria consistit, quod Imperator patriae suae saluti sit adversus hostem vel *nutantem*, vel *titubantem*: sed tum demum magna laus est, si virtute sua efficiat, ne patria sibi metuat ab hoste integris viribus & feroce, qui ultro *minitari* audeat. Nihil itaque mutandum.

v. 824.

Caedibus, atque coli gaudent formidine matrum,
Huc laetos vultus totasque advertite mentes.
Namque paro sacra, & majores molior aras.
Tu, Mago, adversi conside in vertice montis.
Tu laevos propior colles accede, Choaspe.
Ad claustra & fauces ducat per opaca Sychaeus.
Ast ego te, Thrasymene, vago cum milite praeceps
Lustrabo, & Superis quaeram libamina belli.
Namque haud parva Deus promissis spondet apertis,
Quae spectata, viri, patriam reseratis in urbem.

v. 824. *Namque paro sacra, & meliores molior aras*] & *majores* Coloniensis. Scribo,

Namque operosa sacra & majores molior aras.

Vulgata scriptura friget. Librarius festinans omiserat primam literam in *operosa*, quam praecedens proxime vocalis absorpsit, tum & ultimam syllabam ejusdem vocabuli, quod in subsequenti proxime verbo iteraretur: sic remansit *pero* pro *operosa*, unde *paro* factum. lib. II. vers. 420. *peribat aequora* in scriptis est, pro *operibat*. lib. IX. vers. 635. simili de caussa peccatum: *Ac actum ante tuos currus*. ubi cum τὸ *Ac* omisisset librarius, pro *actum* postea *Staturum* reposuerunt, quod admitti non potest. *Operosa*, ut auctor Elegiae in obitum Drusi,

Facta viri vivent, operosaque gloria rerum.

In panegyrico Lucani,

Cum mihi Pisonum titulos operosaque bella
Contigerit memorare.

in veteri epigrammate in Catalectis Pithoei,

Castra alios operosa vocent.

N. HEINSIUS. *majores aras* etiam Puteaneus codex. Saepe ita turbarunt librarii. apud Lucan. lib. VII. vers. 141. vulgo legitur, *tendunt nervis melioribus arcus*, pro quo in codice Ecclesiae Cathedralis Hamburgensis est *nervis majoribus*. alia vide apud Barthium ad Statii II. Theb. vers. 431. & N. Heinsium ad Ovid. Epist. XVII. Heroid. vers. 68. Deinde Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii sui notavit, inter hunc & sequentem versum quaedam λείπειν.

v. 826. *Tu laevos propior colles*] *Tu lectos* editio Romana. Forte *bivios colles*, de quo ad Nasonis Helenen copiosius egimus vers. 178. N. HEINSIUS. *lectos colles* etiam Mediolanensis editio. sed nihil puto mutandum.



C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER V.

Ceperat Etruscos occulto milite colles
Sidonius ductor, perque alta silentia noctis
Silvarum anfractus caecis insiderat armis.
At parte e laeva, restagnans gurgite vasto,
Effigiem in pelagi lacus humectabat inertis,

Et

v. 1. *Ceperat Etruscos occulto milite colles*] *occulto limite* maluerim. supra libro praecedenti vers. 827.

Ad claustra & fauces ducat per opaca Sychaeus.

latebrosos colles vocat post paullo. N. HEINSIUS. Vocabula *miles* & *limes* saepissime confuderunt indocti librarii. vide Grotium ad Lucan. lib. I. vers. 404. Barthium lib. XXIII. Adversar. cap. XXVI. Gronov. ad Liv. lib. XXII. cap. XX. & Nic. Heinsium infra ad lib. VII. vers. 309. & ad Claudiani II. de Laudib. Stilic. vers. 185. Hoc tamen loco recepta lectio non videtur sollicitanda. Non solum enim Hannibal milites quosdam occulta via ad montes Cortonenses, lacui Thrasymeno vicinos, miserat; sed, ut ibi etiam occultati & in insidiis latentes considerent, jusserat.

v. 3. *Silvarum anfractus caecis insederat armis*] *caecis*, κεκρυμμένοις. Sic lib. X. vers. 236.

Saxum ingens, vasto libratum pondere, caeca
Venit in ora manu.

sic *caecum vallum* Romani milites dicebant, quod specie falleret ignota, plusque occultaret, quam prima fronte apparebat. Festus. *Caecum vallum dicitur, in quo praeacuti pali, terrae affixi, herbis vel frondibus occultantur:* quod infra describitur lib. X. vers. 413.

Quaque patet campus planis ingressibus, illic
Cervorum ambustis imitantur cornua ramis,
Et filus occulitur, caecum in vestigia telum.

ubi *caecum telum*, ut hic *caecis armis*, est κεκρυμμένον. D. HEINSIUS. *insiderat* Coloniensis & Puteaneus. N. HEINSIUS. *caeca arma* recte Dan. Heinsius κεκρυμμένα exposuit, id est, occultata, quae non videntur. Eo sensu Ovidius II. Fastor. 214.

——— *insidias armaque caeca parant.*

ubi vide Nic. Heinsium. neque aliter *caeca metalla* apud Manil. lib. IV. vers. 246. *caecum aes* apud Martial. lib. III. Epigr. XIX. & *caeca fossa* apud Colum. II. de Re rust. cap. II. vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Caecum*. Hoc autem similiaque alia vocabula, quae passim activam significationem habent, interdum etiam passive sumi supra docui ad lib. II. vers. 99. Non male deinde Illustrissimus Heinsius *insiderat* ex libris scriptis vindicavit; quod verbum, ut minus obvium & ignotius, scriptores librarii plerumque in *insidere* vel *insistere* mutarunt. vide Gronov. ad Livii lib. XXII. cap. XXX. lib. XXVI. cap. XLV. lib. IV. Observat. cap. XVII. N. Heinsium ad Ovidii I. Metam. vers. 307. & XI. vers. 517. ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 329. ad Silii lib. VII. vers. 132. & Jan. Broekhus. ad Propertii lib. III. Eleg. VII. vers. 37.

v. 4. *At parte e laeva, restagnans gurgite vasto*] Vide infra h. lib. vers. 95.

v. 5. *Effigiem in pelagi lacus exundabat inerti* &c.] *Effigiem in pelagi* docte suavissimus Putschius meus pro in morem pelagi sumebat, ut sit δίκην τῆς θαλάσσης, & instar pelagi. Est igitur id, quod Nonnus peculiariter μίμημα. sic,

Ἀντίτυπον μίμημα δρακοντείοιο προσώπῳ,

quod *effigiem in draconis* diceret, nam δρακοντείοιο προσώπῳ pro δράκοντος simpliciter: qualia multa apud poëtam illum viros quoque optime in ipso versatos fugerunt. Ab hoc autem Silii nec illud Nasonis procul abest:

Quam satus Iapeto, mixtam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

quod quidem nos ita Nonniace reddidimus,

Οἷς γόνος Ἰαπετοῦ φύρσας ποταμοῖο ῥοῇσιν
Ἀντίτυπον μίμημα θεῶν πλάσεν αἰὲν ἐόντων.

D. HEINSIUS. Notandum est, aliam lectionem in membranis veteribus exponi,

Effigiem in pelagi lacus innetebat inerti.

Scribendum suspicor *incedebat*, ut tarditatem sensim progredientis exprimat. Sed nec sic quidem omnis naevus extersus. Legas *inertis*. Nos, cur à scripta lectione non temere recedamus, caussam habemus non unam. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *invitabat* editio Romana, alia vetusta *inundabat*, Oxonius vel *invetabat*, vel *innetebat*, unde Barthius *incedebat:* perperam. Puteaneus cum Romana editione facit. Optime Coloniensis *umecta-*

bat.

Et late multo foedabat proxima limo:
Quae vada, Faunigenae regnata antiquitus Auno,
Nunc volvente die Thrasymeni nomina servant.
Lydius huic genitor, Tmoli decus, aequore longo
Maeoniam quondam in Latias advexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederatque vocabula terris:
Isque insueta tubae monstravit murmura primus

Gentibus,

bat. humectabat etiam Parmensis editio. Scribe,

Effigiem in pelagi lacus humectabat inertis.

inertis etiam Barthio venerat in mentem. Notum illud Maronianum IV. Georg. vers. 126.

Qua niger humectat flaventia culta Galaesus.

Noster lib. VIII. vers. 430. *atque humectata Vamano Hadria.* libro III. vers. 210.

Et late humectat terras spumante veneno.

lib. XIII. vers. 85.

Et sater humectat fluvialia rura Capenas.

hinc *humecta loca* apud Catonem & Varronem de re rustica, etiam apud Innocentium Agrimensorem. N. HEINSIUS. Pro *exundabat*, etiam Mediolan. editio *invitabat*, Marsi Veneta & ea, cui Martinus Herbipolensis praefuit, contra legem pediam *inundabat* habent, pro quo Wolfius Basileae, & post eum nonnulli alii, *exundabat* dederunt. Sed editio Juntina, Aldina, Gryphii, & Nutii recte *humectabat* exhibent, quod ex optimo codice etiam Illustrissimus Heinsius probavit. Elegans id verbum est, quod praeter loca ab Heinsio adducta occurrit quoque apud Virgilium XI. Aen. vers. 90.

——— *guttisque humectant grandibus ora.*

cumque imitatum Statium IV. Theb. vers. 591.

——— *largisque humectant imbribus ora.*

apud Senec. in Hippol. vers. 827.

Decus omne turbat capitis: humectat genas.

& Claudian. II. de Rapt. Proserp. vers. 121.

Dum meus humectat flaventes Lucifer agros.

Victorius docet lib. XXVI. Var. Lection. cap. VIII. convenire illi Graeca ὑγραίνω & ὑδραίνω. Pro *gurgite vasto* versu praecedenti Oxon. codex *vasti*, ut sit *in effigiem vasti pelagi*, de quo pelagi epitheto infra vide ad lib. VI. vers. 522. eaque scriptura admissa jungendum erit *inerti & multo limo. iners limus* ut infra fere lib. VIII. vers. 604.

Quique gravi remo limosis segniter undis
Lenta paludosae proscindunt stagna Ravennae.

Malim tamen cum libris cusis & reliquis scriptis *gurgite vasto*, ut apud Maronem I. Aen. vers. 118.

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

hoc vero versu cum viris doctis lego *pelagi inertis*, quomodo *iners Bosporus* est apud Lucan. lib. V. vers. 436.

Sic stat iners Scythicas astringens Bosporus undas.

tarda palus apud Varronem, ut putant, Atacinum, citante Servio ad Virgilii I. Georg. vers. 375.

Tum liceat pelagi volucres tardaeque paludis
Cernere inexpleto studio certare lavandi.

pigri sulcator Averni apud Stat. XI. Theb. vers. 588. *ignavum flumen* apud Appulej. IV. Metam. pag. 145. ed. Elm. *Fons, rivulis pluribus dispersus, ac valles illas agminibus stagnantibus irrigans, in modum stipati maris vel ignavi fluminis cuncta cohibebat. lentum mare* apud Virgil. VII. Aen. vers. 27.

——— *in lento luctantur marmore tonsae.*

lenta stagna apud nostrum lib. VIII. loco modo laudato. Doctissimus Dausquejus hic nihil mutabat.

V. 7. *Regnata antiquitus Auno*] *Arno* Coloniensis, ut & libro VI. vers. 108. *tellus lacrimabilis Arni.* sed frustra. plura illic. N. HEINSIUS. In Oxoniensi codice *auro* erat. Merula notis ad Ennii I. Annal. pag. 95. *Amno* hoc loco legit, quem Aboriginum regem facit, Fauni prisci filium, Martis Itali patrem, secutus Manethonis ὑποβολιμαῖα supplementa ad Berosum, & Annii Viterbiensis in eum commentarios, cujus supposititios fetus dudum exploserunt viri docti. Rupertus vero ad Sallust. pag. 144. *Anno* legebat.

V. 9. *Aequore longe*] *aequore longo* scribendum. Virgilius II. Aen. vers. 780.

Longa tibi exsilia & longum maris aequor arandum.

vide, quae ad Remedia Amoris Nasoniana annotamus vers. 595. *aequore longas* Oxonius. N. HEINSIUS. Ovid. Epist. XVI. Heroid. vers. 22.

Longa Phereclea per freta puppe vias.

in VII. Metam. vers. 66.

Nempe tenens, quod amo, gremioque in Jasonis haerens,
Per freta longa ferar.

Vide Jan. Broekhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. IV. vers. 18 *longum aequor* hic est longinquum. vide infra ad lib. VI. vers. 627. *longinqua aequora* supra habes lib. I. vers. 584. *Rutulis longinqua per aequora vectis.*

V. 11. *Dederatque vocabula terris*] Iis, quae adhunc locum notavit Doctissimus Dausquejus, adde Servium ad Maron. II. Aen. vers. 781. *Tyrrhenus, qui ex suo nomine Tuscos Tyrrhenos vocavit.* & ad VIII. Aen. vers. 479. *Ex sorte Tyrrhenus cum ingenti multitudine profectus est, & partem Italiae tenuit, & Tyrrhenam* (legendum *Tyrrheniam* ex Servio Fabricii) *nominavit.*

V. 12. *Isque insueta tuba monstravit murmura primus Gentibus*] *tubae* cum Coloniensi. *primis gentibus*, non *primus*, in Oxonio. N. HEINSIUS.

Tyrrhenis

Gentibus, & bellis ignava silentia rupit.
Nec modicus voti natum ad majora fovebat.
Verum ardens puero, castumque exuta pudorem,
(Nam forma certare Deis Thrasymene valeres)
Litore correptum stagnis demisit Agylle,
Flore capi juvenum primaevo lubrica mentem
Nympha, nec Idalia lenta incaluisse sagitta.
Solatae viridi penitus fovere sub antro

Naïdes

Tyrrhenis hoc inventum tribuit etiam Tatian. orat. advers. Graecos cap. II. Servius ad Virgilii VIII. Aen. vers. 526. *Tyrrhenum clangorem dixit ideo, quia apud Tuscos tubam constat inventam.* & Isidorus III. Orig. cap. XX. *Tuba primum à Tyrrhenis inventa est.* His adde, quae notavit Cerda ad I. loc. Virgilii & Dausquej. ad Silii lib. II. vers. 19. Speciatim incolis Vetuloniae hoc ascribit Silius infra lib. VIII. vers. 491.

Haec eadem pugnas accendere protulit aere.

Erat autem Vetulonia ex duodecim urbibus, quae totidem Etruriae populos constituebat, earumque caput, ut docet Doctiss. Fontaninus in Antiquit. Hortae lib. I. cap. I. §. 8. Sed cum alii aliis etiam populis tubae inventionem tribuant, de solis Italiae populis Silium loqui arbitratur Barthius lib. XXXIV. Adversar. cap. V. quem vide.

v. 13. *Bellis ignava silentia rupit*] Ideo *ignava silentia*, quod sine tubarum cantu bellum segnius geri credatur. Seneca III. de ira cap. IX. *Quis autem ignorat, lituos & tubas concitamenta esse; sicut quosdam cantus blandimenta, quibus mens resolvatur?* Gellius I. Noct. Attic. cap. XI. Lacedaemonios ad tibiae cantum in proelium ivisse refert, *non ut excitarentur atque evibrarentur animi, quod cornua & litui moliuntur, sed contra* &c. Hinc tubicines passim dicuntur militem *ad pugnas accendere*, ut apud Maronem VI. Aen. vers. 165.

Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.

apud nostrum lib. IV. vers. 169.

- - - dum stimulat cornu, atque in proelia mentes
Accendit, renovasque viros ad vulnera cantu.

Hinc *incentivum*, quod nonnumquam tubae cantum notat, apud posterioris aevi scriptores pro stimulo, incitamento ponitur. Sic Auctor Panegyr. Constantino dicti cap. I. *In rebus bellicis ipsisque proeliis non solum tubae ac litui, sed etiam Spartanae tibiae, incentivum aliquod feruntur habuisse.* Ammian. Marc. lib. XIV. cap. I. *Cujus acerbitati uxor grave accesserat incentivum.* lib. XXIX. cap. III. *Potestate late diffusa scaevum Imperatori accesserat incentivum.* Arnob. IV. contra Gent. pag. 150. *Quod poenis omnibus conveniebat plecti, incentivo extollitis laudis.* ubi vide Elmenhorst. Pseudo-Egesipp. lib. IV. Excid. Hierosol. cap. VI. *De pace pauca praemittit, plura subtexit ad belli incentivum.*

v. 15. *Ardens puero*] Eodem sensu *ardere aliquem* dixit Virgil. Ecl. II. vers. I.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

ardere in aliquo Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 99.

Arsit & Oenides in Maenalia Atalanta.

vide Salmas. in Exercit. Plinian. p. 176. *ardere in aliquem* Senec. in Herc. Oet. vers. 370.

Brevique in illas arsit Alcides face.

ubi tamen Illustrissimus Heinsius *in illis* malebat. Usitatior vero est constructio *ardere aliquo*, qua Silius hic etiam utitur. Plurima exempla coacervavit Broekhus. ad Propert. lib. I. Eleg. IV. vers. 12.

v. 17. *Litore correptum stagnis demisit Agylle*] Maluerim *demersit Agylle*. N. HEINSIUS. Ita nonnumquam errarunt librarii. apud Propert. lib. III. Eleg. XVII. vers. 9. pro

—— Stygias vultum demisit in undas,

codex Palatinus, quem Gebhardus consuluit, *demersit* habet: contra apud Lucan. lib. III. vers. 41. pro

—— igniferi tantum demerserat orbis,

in codice Thuaneo erat *demiserat*. Agylle autem hunc Thrasymenum ex more Naiadum rapuit. verba sunt Senec. in Hippol. vers. 780.

—— Naides improbae
Formosos solitae claudere fontibus.

Sic Dryope Hylan, Salmacis Hermaphroditum, aliae alios rapuisse dicuntur, ut ex fabulis notum est.

v. 18. *Flore capi juvenum primaevo lubrica mentem*] Haec, in speciem recta, tum demum erunt, quod videntur, cum hoc modo scribentur,

Flore capi juvenem primaevo lubrica mentem,

& mox *Solatae* pro *Sollicitae*. Loquitur Silius de Thrasymeno, quem puerum, ex Lydia cum patre Tyrrheno in Italiam profectum, Agylle Nympha, forma ejus accensa, rapuit, solantibus Najadibus timorem ejus, qui, ut puer, Nymphae amplexus expavesceret: a qua mox uxore divinitatis munus & lacus imperium, Auno priscis temporibus regnatum, in dotem accepit. MODIUS Novant. Lect. Epist. LIX. *juvenem mentem* Coloniensis, quod Modio arridebat. sic lib. VI. vers. 65. *Flore nitens primo*, juvenis adhuc. non sequor. *lubrica* etiam Appulejo restituendum. N. HEINSIUS.

v. 20. *Sollicitae viridi*] Non aspernor scripturam priscam *Solatae*. Nam Thrasymenus, utpote puer fluvio mersus, animo anxius erat. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *Solatae* cum Modio & duo-

Naïdes amplexus undosaque regna trementem.
Hinc dotale lacus nomen, lateque Hymenaeo
Conscia lascivo Thrasymenus dicitur unda.
Et jam curriculo nigram nox roscida metam
Stringebat, nec se thalamis Tithonia conjux
Protulerat, stabatque nitens in limine primo;
Cum minus abnuerit noctem desisse viator,
Quam coepisse diem: Consul carpebat iniquas,
Praegrediens signa ipsa, vias, omnisque ruebat
Mixtus eques; nec discretis levia arma maniplis,
Insertique globo pedites, & inutile Marti
Lixarum vulgus, praesago cuncta tumultu
Implere, ac pugnam fugientum more petebant.
Tum super ipse lacus, densam caligine caeca

Exhalans

bus scriptis. atque ita ex Oxonio Barthius; neque aliter editio Parmensis. N. HEINSIUS. Dausquejo neutra scriptura inepta est; vulgatum tamen ob plurium codicum suffragium praefert. Melius fecisset, si MStorum & antiquissimarum editionum auctoritati primas tribuisset.

v. 21. *Najades*] *Naides* codex Putcaneus: neque aliter in optimis plerisque membranis hoc vocabulum exaratum occurrit, quoties trisyllabon est. vide Pierium ad Maron. Ecl. x. vers. 10. Gronov. ad Senec. Hippol. vers. 778. & N. Heinsium ad Claud. II. de Rapt. Proserp. vers. 55.

v. 23. *Thrasymenus dicitur unda*] Magis poëticum, *Thrasymenia dicitur unda*, vel, ne bis idem dicat, *Thrasymenis diditur unda.* Jam habuimus id verbum lib. I. vers. 186.

——— fama in populos jurati didita belli.

N. HEINSIUS. *Thrasymenis unda* foret, ut *unda Thybris* apud Nason. Epist. VII. Her. vers. 145.

Non patrium Simoenta petis, sed Thybridas undas.

ubi vide eundem Heinsium.

v. 24. *Nox roscida metam Stringebat*] Infra lib. XIII. vers. 299.

Stringebant tenebrae metas, victorque ruebat.

v. 27. *Cum minus annuerit noctem desisse viator, Quam coepisse diem*] Malim *Cum minus abnuerit.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LIX. Verissima est membranarum Modii scriptura *abnuerit*, quam & Oxon. firmant: atque in his etiam *delisse*, pro *desisse*, legitur. BARTHIUS lib. v. Adverf. cap. XV. *abnuerit* cum Modio & scriptis duobus. Probat & Barthius ex Oxonio. N. HEINSIUS. Saepe librarii verba ex praepositione *ab* & *ad* composita inter se commiscuerunt. vide infra ad libr. XI. vers. 14. Elegans autem haec est crepusculi matutini descriptio, cui similes alias non nullas collegit Cl. Dausquejus, quibus adde hoc Ovidii ex VII. Metam. vers. 706.

Quod teneat lucis, teneat confinia noctis.

Senec. in Herc. Fur. vers. 671.

——— nocte sic mixta solet
Praebere lumen primus aut serus dies.

Auct. Sodomae vers. 81.

Tempore mox, quo lux tenebras confundere gestit,
Et bicolor coeli facies de nocte dieque est.

ut ibi legendum docuit Gronov. in Observ. in Ecclesf. script. cap. XXII. Et hinc etiam *crepusculum* apud Latinos nomen invenit: teste enim Varrone lib. v. de Ling. Lat. pag. 44. *Crepusculum significat dubium: ab eo res dubiae dictae creperae, quod crepusculum, dies etiamnum sit, an jam nox, multis dubium.* Ceterum Flaminium *vix dum certa luce* angustias superasse narrat Livius lib. XXII. cap. IV.

v. 31. *Inutile Marti Lixarum vulgus*] Pariter de exercitu Flaminii Polybius lib. III. cap. LXXXII. Τηλικοῦτον γὰρ προσενεβεβλήκει κατελπισμὸν τοῖς ὄχλοις, ὥστε πλείους εἶναι τῶν τὰ ὅπλα φερόντων τοὺς ἐκτὸς παρεπομένους τῆς ὠφελείας χάριν, κομίζοντας ἁλύσεις, καὶ πέδας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην παρασκευήν. Quae ita in Latinum vertit Casaubonus: *Atque adeo tanta spe vulgi animos compleverat Consul, ut armatos numero superarent lixae & alii, qui praedae avidi extra agmen sequebantur, catenis, vinculis, & id genus apparatibus onusti.* Et sic in exercitu Albini contra morem militiae *lixae permixti cum militibus diu noctuque vagabantur*, teste Sallust. in Bell. Jugurt. cap. XLIV. De Marcello autem ejus successore cap. seq. narrat, *edicto primo adiumenta ignaviae sustulisse, ne quisquam in castris panem aut quem alium cibum coctum venderet: ne lixae exercitum sequerentur.*

v. 37. *Squalebat pressum picea inter nubila coelum*] *spissum* verius opinor. certe in antiquis codicibus eam vocem in τὸ *pressum* saepius degenerasse animadverto. N. HEINSIUS. *Spissum* est tenebris obductum, obscurum. Petron. Satyr. cap. LXXIX. *Certaque lineamenta evicerunt spississimam noctem.* Ovid. VII. Metam. vers. 527.

Principio coelum spissa caligine terras
Pressit.

Senec.

Exhalans nebulam, late corruperat omnem
Prospectum miseris, atque atrae noctis amictu
Squalebat pressum picea inter nubila coelum.
Nec Poenum liquere doli. sedet ense reposto
Abditus, & nullis properantem occursibus arcet.
Ire datur; longeque patet, ceu pace quieta,
Incustoditum, mox irremeabile, litus.
Namque sub angustas artato limite fauces
In fraudem ducebat iter, geminumque receptis
Exitium, hinc rupes, hinc undae claustra premebant.
At cura umbroso servabat vertice montis
Hostilem ingressum, refugos habitura sub ictu.
Haud secus ac vitreas sollers piscator ad undas,

Ore

Senec. in Herc. Fur. vers. 710.

Quem gravibus umbris spissa caligo alligat.

Quinctil. Declam. x. pag. 176. *Filium tuum, mulier infelix, non incompositae inferis clusere terrae, nec spissa perpetuae noctis caligo compescuit.* Claudian. in Gigantom. vers. 48.

Spissas caeruleis tenebras è naribus efflant.

Curtius lib. IV. cap. III. *Subito spissae nubes intendere se coelo, &, quidquid lucis internitebat, effusa caligine exstinctum est.* libro VIII. cap. XIII. *Adeo spissae intendere se nubes, ut conderent lucem.* vide N. Heinsium infra ad Ovidii x. Metam. vers. 508. *piceae nubes* autem sunt atrae. infra lib. VI. vers. 321.

—— piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoque minatur.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 617.

—— piceoque premit nox omnia coelo.

& vers. 622. *Cum picei fulsere poli.* ubi tamen N. Heinsius in notis *spissi poli* emendat: Contra vero notis ad Ovidii x. Met. vers. 508. apud Valer. priori loco *spisso coelo* legebat, & posteriori nihil mutabat. Ovid. II. Metam. vers. 233.

Quoque eat, & ubi sit, picea caligine tectus
Nescit.

Avienus in descript. Orb. vers. 579.

—— piceas qua nox agit atra tenebras.

v. 38. *Nec Poenum liquere doli*] Interpres [scilicet Marsus] *Poenum*, inquit, *dixit pro Poenorum, & liquere hic patere significat.* utrumque, ut opinor, male. *Poenum* Hannibalem intelligo, secundum semper in dolos pectus. MODIUS Novant. Lection. Epist. LIX.

v. 39. *Arcet. Incustoditum*] Locum versu auctiorem ita ex manuscripto libro constituo:

—— arcet.
Ire datur, longeque patet, ceu pace quieta,
Incustoditum, mox irremeabile, litus.

MODIUS Novant. Lect. Ep. LIX. Versus *Ire datur*, quem summa opportunitate intrusit Modius, etiam Oxon. membranae perquam firmiter retinent. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. xv. Versus *Ire datur* ex vetustis codicibus addendus; quod & Modius jam monuit, & Barthius. agnoscit eundem etiam Parmensis editio. N. HEINSIUS.

v. 45. *At contra umbroso servabant*] Scribendum cum MS. Oxon. *At circa.* Omnem enim montem insederat miles Afer. *servare* est observare. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. xv. *servabat* scripti. pro *At contra*, Coloniensis *At cura*, vetus editio *At castra*, Oxoniensis *At circa.* Placet Coloniensis scriptura, sed ut legamus,

Par cura umbroso servabat vertice montis
Hostilem ingressum.

ut per *curam* designetur excubitorum & speculatorum custodia ac statio. Si mavis cum Oxoniensi *At circa*, ita cape, ut mox infra,

—— at circa nemorosa minantur
Insidias juga.

quod Barthio laudatum est. N. HEINSIUS.

v. 46. *Refugos habitura sub ictus*] Quid τῷ *habitura* facies? Emendabis enimvero, inquinatum enim est, *habet ira.* Saltem animandus erat miles Poenus, ut caederet; nam *sub ictu*, id est acie gladii, habiturus erat hostes, quos circumire videlicet poterat, frontem ipse obsidens, dextra laevaque montibus & fluvio cingentibus. Haec verissima hujus loci scriptura est, quae firmatur sequentibus:

—— sedet obvius hostis
Adversa fronte, at circa nemorosa minantur
Insidias juga.

ira vero audaciam signat aut virtutem, ut infra quoque vers. 183. *socio te caedis & irae Non ego* &c. iterum vers. 569.

Ille quidem cruda mente & viridissimus irae
Ibat.

Sic *insaniam* dicit lib. IV. vers. 100.

—— ad pugnam Martemque insania concors.

lib. I. vers. 410.

Una omnes dextra cadunt iraque peremti.

BARTHIUS lib. v. Advers. cap. xv. Barthius scribit *refugos habet ira sub ictu*: quod mihi neutiquam probat: nam non cohaerent. Notanda sunt tria

 incommoda:

Ore levem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum,
Sensim fastigans, compressa cacumina nectit;
Ac fraude artati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab aequore, piscem.
Ocius interea propelli signa jubebat
Excussus Consul fatorum turbine mentem:
Donec flammiferum tollentes aequore currum
Solis equi sparsere diem. jamque, orbe renato,
Diluerat nebulas Titan, sensimque fluebat
Caligo in terras nitido resoluta sereno.
Tunc ales, priscum populis de more Latinis
Auspicium, cum bella parant, mentesque Deorum

Explorant

incommoda: primum ac secundum ab angustiis viarum, per quas iter erat faciendum, cum hinc montes imminerent, inde Thrasymenus; tertium quod adversi colles ab hoste insidebantur: quae tria & infra conjunguntur vers. 93. & vers. 199. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus ut haberet, quo τὸ *habitura* referre posset, ita hunc locum constituendum censet,

—— *hinc rupes, hinc undae claustra premebant*
Hostilem ingressum, refugos habitura sub ictu:
At contra umbroso servabat vertice montis:
Haud secus &c.

Verum transpositione illa opus non est, si cum Heinsio versu antecedenti *Par cura* legas. Optime vero idem Dausquejus locutionem *sub ictu* illustravit. vide infra ad lib. XII. vers. 277.

v. 48. *Ore levem patulo texens de vimine nassam*] *Nassa*, teste Festo in ea voce, *est piscatorii vasis genus, quo cum intravit piscis, exire non potest.* In glossis exponitur κύρτος ἁλιευτικός, cujus Oppian. meminit libr. III. de Piscat. vers. 85. & Sappho in Anthol. Graeca lib. III. cap. IV. ep. I.

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μενίσκος
Κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζωΐας.
Piscatori Pelagoni pater Meniscus suspendit
Nassam & remum, monumentum miserae vitae.

Nassam vero ex vimine texi solere docet Isidorus IX. Orig. cap. V. *Nassa ex viminibus tamquam rete contextum.*

v. 50. *Sensim fastigans*] ποιητικὴ dictio. D. HEINSIUS. Magnas lites haec vox inter doctos excitavit. Barthius lib. LVII. Advers. cap. XI. existimat, *Fastigare* soloecum esse, &, quoniam à voce *fastigium* formetur, semper *Fastigiare* scribi debere. Dionys. Vossius ad Caesar. II. de Bell. Gall. cap. VIII. contra Ciacconium & alios asserere conatur, τὸ *Fastigiare* non esse ejiciendum ex lingua Latina, productis eam in rem nonnullis testimoniis. Daumius de causis amiss. radic. ling. Latinæ cap. XI. utrumque verbum probat, ut nempe à *Fastigare* formetur *fastigium*, & inde rursum *Fastigiare*. Denique Isaac. Vossius ad Pompon. Melam. lib. I. cap. IV. contendit, verbum *Fastigiare* nequidem Latinum esse, sed ubique, ut in optimis libris scriptis exaratum reperitur, *Fastigare* dicendum esse, idque formari a *fastu*, ut inde rursus *fastigium*: cum eo autem etiam facere videtur exactissimus Gronovius ad Livii lib. I. cap. XXXVIII. & Cellarius ad hunc locum. Quidquid tandem sit, constat omnino, minus recte doctissimum Barthium verbum *Fastigare* obelo notasse: cum vel hic Silii locus, in quo omnes libri, qua scripti, qua cusi, nullam lectionum discrepantiam praeferunt, nisi quod priscae editiones prono operarum errore *Vestigans* habeant, *Fastigare* vocem bonae notae esse satis evincat, qui praeterea τὸ *Fastigians* ob legem metri plane respuat. Sed nec bene eruditissimo Heinsio *Fastigans* dictio ποιητικὴ est, quod jam Dausquejus & Cellarius monuerunt. Aliquoties enim ea vox apud Caesarem occurrit, ut II. de Bell. Gallico cap. VIII. *Collis, in fronte leviter fastigatus, paullatim ad planitiem redibat.* lib. IV. cap. XVII. *Haec fistucis adegerat, non sublicae modo ad perpendiculum, sed prona ac fastigata.* & II. de Bell. Civili cap. X. *Ita fastigato atque ordinatim structo.* Quibus locis in nonnullis libris, quod non diffiteor, *fastigiatus*, *fastigiata* & *fastigiato* scribitur: sed optimos & integerrimos codices ubique tertiam vocalem extrivisse viri docti notarunt. Ita & alii scriptores. Plinius XXIV. Hist. Nat. cap. XIX. *Folia eius in reliquo orbe in exilitatem fastigantur.* Ita optimus codex Chifl. vulgo vero *fastigiantur* editur. Appulej. in Florid. pag. 346. Ed. Elm. *Recta fastigiatione clausulae.* Ita Elmenh. edidit. at in notis monuit, libros scriptos & priscas editiones, inter quas etiam est Veneta à me inspecta, *fastigatione* habere: quo etiam illae editiones alludunt, in quibus levi operarum errore *fatigatione* scribitur. Plurimis etiam locis voce *Fastigare* Sidon. Apollinaris usus est, numquam tamen notarunt Savaro, Sirmondus, aliive commentatorum, vocem illam in codicibus scriptis diversimodo exarari. Sic lib. I. Epist. IX. *Duo fastigatissimi consulares prae ceteris conspiciebantur.*

Explorant super eventu, ceu praescia luctus,
Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit.
Nec rauco taurus cessavit flebile ad aras
Immugire sono, pressamque ad colla bipennem
Incerta cervice ferens, altaria liquit.
Signa etiam affusa certant dum vellere mole,
Taeter humo lacera nitentum erupit in ora
Exsultans cruor, & caedis documenta futurae
Ipsa parens miseris gremio dedit atra cruento:
Ac super haec Divûm genitor, terrasque fretumque
Concutiens tonitru, Cyclopum rapta caminis
Fulmina Tyrrhenas Thrasymeni torsit in undas:

Ictusque

conspiciebantur. lib. II. Epist. IV. *Ita demum sibi videbitur ad arcem fastigatissimae felicitatis evectus.* lib. III. Epist. VI. *Statum celsitudinis tuae titulorum parilitate fastigat.* lib. VII. in Concione post Epist. IX. *Natalibus turget, dignitatum fastigatur insignibus.* & alibi saepius. Plura ex reliquis scriptoribus notavit diligentissimus Savaro ad lib. III. Epist. VI.

v. 61. *Explorant super eventus*] *super eventu* codices nostri, nisi quod in Coloniensi *eventum.* N. HEINSIUS. *super eventu* etiam omnes, quas consului, editiones, praeter Dausquejanam, quae sola *eventus* habet. sed male. Sic supra lib. II. vers. 270.

Poenorum interea quis rerum summa potestas,
Consultant bello super.

Virgil. I. Aen. vers. 750.

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

v. 62. *Damnavit vesci, planctuque alimenta refugit*] Silius sequitur ducem Ciceronem, qui lib. I. de Divin. cap. XXXV. hoc de Flaminio refert: *Cum tripudio auspicaretur, pullarius diem proelii committendi differebat. Tum Flaminius ex eo quaesivit, si ne postea quidem pulli pascerentur, quid faciendum censeret? cum ille quiescendum respondit: Flaminius, praeclara vere auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur.* Livius autem lib. XXII. cap. III. haec solum prodigia Flaminio accidisse narrat: equum repente corruisse, & Consulem lapsum super caput effudisse; deinde signum, omni vi moliente signifero, convelli non potuisse. At Florus lib. II. cap. VI. equi lapsum non memorat, sed loco ejus insidentia signis apum examina: neuter vero pullos vesci noluisse addidit. Idem omen P. Claudio evenisse dicitur primo bello Punico: quod cum is sprevisset, ingenti clade à Karthaginiensibus superatus est. vide Epitom. Liv. lib. XIX. & Flor. lib. II. cap. II.

v. 63. *Nec rauco taurus cessavit* &c.] Idem omen oblatum Syphaci, cum Scipione foedus jungenti, infra lib. XVI. vers. 264.

Victimaque admotae stabat subjecta bipenni,
Cum subito abruptis fugiens altaria taurus
Exsiluit vinclis, mugituque excita late
Implevit tecta, &, fremitu suspiria rauco
Congeminans, trepida terrorem sparsit in aula.

Pompejo apud Lucan. lib. VII. vers. 165. Galbae apud Sueton. in ejus vita cap. XVIII. Flaminio autem non obvenit hoc omen tempore proelii ad Thrasymenum lacum, sed paullo ante, cum Consulatum iniret, teste Liv. lib. XXII. cap. ult. *Paucos post dies magistratum iniit, immolantique ei vitulus jam ictus e manibus sacrificantium sese quum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit.* &c. *id a plerisque in omen magni terroris acceptum.*

v. 66. *Signa etiam effusa certant dum vellere mole*] *affusa mole* scripti, & Romana editio atque Parmensis. *affusa* militum *mole.* vide annotata nostra libro proximo vers. 571. & quae ad Valerium Flaccum annotamus lib. I. vers. 753. N. HEINSIUS. *Certant dum vellere* est in omnibus omnino libris, etiam Dausquejana editione; in notis tamen Dausqueji est *tentant dum vellere*, addita hac interpretatione: „ *Tentant* circumspecte, nam prius effundunt, quod erat constipati soli, *effusa mole*, „ deinde quia reapse non vellerunt. „ Sed perperam. *certant* enim omnino servandum, quod eo pertinet, quod nihil profectum sit, quamvis *plures accederent*, ut ait Cicero lib. I. de Divin. cap. XXXV. Illis autem *effusa mole* non indicat Silius, effossum fuisse constipatum solum, quo facilius signa vellerentur, quamvis eo faciant verba Flaminii apud Livium, *Abi, nuncia, signum effodiant, si ad convellendum manus prae metu obtorpuerint:* sed id voluit Silius, magna vi & conatu signiferum, quique accesserant auxiliandi caussa, signum vellere aggressos esse, ut jam Marsus olim exponendum docuit. Pro *effusa mole* editio Mediolan. etiam *affusa mole* habet: sed Celeberrimus Burmannus vulgatum praefert, quod *effundere* proprie de conante dicatur, ut latius probabit ad Valer. Flacc. lib. VII. vers. 34. Porro auget hoc prodigium Silius licentia poetica, dum evulso signo sanguinem ex humo prorupisse refert, cujus rei nec Cicero, nec Livius, nec Florus meminerunt: cum praesertim Cicero, de Divinationibus agens, silentio non praeterisset,

Ictusque aetherea per stagna patentia flamma
Fumavit lacus, atque arserunt fluctibus ignes.
Heu vani monitus, frustraque morantia Parcas
Prodigia! heu fatis Superi certasse minores!
Atque hic, egregius linguae, nomenque superbum,
Corvinus, Phoebêa sedet cui casside fulva
Ostentans ales proavitae insignia pugnae,

Plenus

iisset, si contigisse diceretur.

v. 73. *Litus & aetheria per stagna patentia flamma Fumavit lacus*] Hic versus ita interpolandus est, *Ictusque aetherea.* MODIUS Novant. Lection. Epist. cx. Recte *Litus & aetherea* tenet Dausquejus; & ita MS. Oxon. nam quod *Ictus* magis placet Modio, caussa non est, cum aliud sit *litus*, aliud *stagna ipsa fumare*. BARTHIUS lib. v. Adversf. cap. xv. Putabam *Laius & aetheria*, sed praestat Coloniensem cum Modio scripturam amplecti. *Ictusque aetheria flamma lacus*. Eadem lectio a duobus aliis scriptis & Romana editione confirmatur. In Parmensi *Littusque*. *Ictus fulmine* passim apud scriptorum veterum praestantissimum quemque occurrit. Facessat igitur Interpres, qui reponi velit *Intus &*. Barthius etiam frustra vulgatam scripturam tuetur. Nam quod eam auctoritate libri Oxoniensis niti contendit, in eo falsus est. N. HEINSIUS. Etiam Mediol. editio *Littusque*, proxime ad veram scripturam *Ictusque*, quam ex libris scriptis Modius & Heinsius recte vindicarunt. *Ictus fulmine* apud auctores frequentissima est locutio. Lucret. lib. vi. vers. 390.

Non faciunt, icti flammas ut fulguris halent.

Festus: *Fulguritum id, quod est fulmine ictum*. pro quo Barthius ad Statii v. Theb. vers. 587. frustra sine librorum auctoritate *fulmine tactum* legebat. Ovidius i. Trist. El. iii. vers. 11.

Non aliter stupui, quam qui Jovis ignibus ictus
Vivit, & est vitae nescius ipse suae.

Petron. in Satyr. cap. cxxii.

——— pavitans fraternos palluit ictus.

Apud Livium in recensendo prodigia nihil magis obvium est. Firmandae codicum scriptorum lectioni unice facit locus Plinii lib. ii. cap. cvii. a Dausquejo jam laudatus. *Thrasymenum lacum arsisse totum Valerius Antias narrat. lacum*, non *litus & lacum*, arsisse dicit, quod prodigium ad hoc forsitan tempus referendum est. Locus vero Valer. Max. ex lib. iii. cap. vii. ex. ext. 6. quem praeterea produxit Dausquejus, nihil omnino huc pertinet, ut recte docuit doctissimus Cluver. lib. ii. Ital. Antiq. cap. iii. pag. 589. Recte etiam viri docti *aetherea*, non *aetheria*, ut apud Maronem etiam in vetustissimis plerisque exemplaribus legi testatur Pierius ad v. Aen. vers. 517.

v. 76. *Fatis Superi certasse minores*] *Fatum* poëtae numen Deorum ipsorum faciunt, omnibus Diis majus. Infra h. lib. vers. 201.

Avertere Dei vultus, fatoque dederunt
Majori non sponte locum.

BARTHIUS lib. v. Adversar. cap. xv. Coloniensis liber *certare*. N. HEINSIUS. Recte Coloniensis liber *certare*. imitatus enim est Silius locum Horat. ex ii. Sermon. Ecl. iii. vers. 312.

An quodcumque facit Maecenas, te quoque verum est,
Tantum dissimilem, & tanto certare minorem?

ut ibi jam notavit eruditissimus Bentlejus.

v. 78. *Phoebêa sedet cui casside fulva Ostentans ales*] Scribo *furva Ostentans ales*. *Furva ales* corvus est: quod etiam in auguriis verum est: nam & ales & oscen corvus est, unde *Phoebeius oscen* Ausonio, sicut Silio *Phoebêa ales* dicitur; nam & ex volatu & ex crocitu ejus augurium fiebat. D. HEINSIUS. Recte Dausquejus contra Heinsium vulgatam scripturam tuetur, docens τὸ *fulva* non cum *Phoebêa ales*, sed cum *casside* construendum, & intelligi cassidem auratam vel aeream; qualem memorat Virgilius ix. Aen. vers. 49.

——— maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.

Ovidius xiii. Metam. vers. 105.

Ipse nitor galeae, claro radiantis ab auro,
Insidias prodet.

Incerti Panegyr. ad Maxim. & Constantin. cap. vi. *Sustinet atque offert tibi, etiam tum puero, galeam auro gemmisque radiantem, & pennis pulchrae alitis eminentem.*

v. 79. *Proavitae insignia pugnae*] Silius respexisse potuit ad statuam, quam Augustus Corvino in foro suo posuit, cujus capiti pariter corvus insidebat. Meminit illius Gellius ix. Noct. Attic. cap. xi. *Statuam Corvino isti Divus Augustus in foro suo statuendam curavit. in cujus statuae capite corvi simulacrum est, rei pugnaeque, quam diximus, monumentum*. Ornamentis, vel ad originem suam, vel ad illustria majorum facta spectantibus, olim galeas decoratas fuisse infra latius ostendam ad libr. xv. vers. 682.

v. 80. *Plenus & ipse Deûm, socium terrente pavore*] Melius membranae, *& socium*. BARTHIUS lib. v. Adversf. cap. xv. *& sociûm* ex scriptis: & sic Barthius ex Oxonio. N. HEINSIUS.

v. 82. *Iliacas te per flammas*] *per te* concinnius Coloniensis & Oxonius, diximus lib. i. vers. 655. N. HEINSIUS. Saepissime optimi quique auctores in obtestationibus hac verborum collocatione gaudent. Supra lib. i. vers. 658.

Per

Plenus & ipse Deûm, & sociûm terrente pavore,
Immiscet precibus monita, atque his vocibus infit.
Iliacas per te flammas, Tarpejaque saxa,
Per patrios, Consul, muros, suspensaque nostrae
Eventu pugnae natorum pignora, cedas
Oramus Superis, tempusque ad proelia dextrum
Opperiare. dabunt îdem camposque diemque
Pugnandi:

Per vos culta diu Rutulae primordia gentis.
lib. XII. vers. 79.

—— per vos Tyrrhena faventum
Stagna Deûm, per ego & Trebiam cineresque Saguntî
Obtestor.

Utroque loco perperam librarii *vos per* dederunt. Plaut in Rud. act. III. sc. II. vers. 13. *Per ego te haec genua obtestor, senex.* in Bacchid. act. IV. sc. VIII. vers. 64. *Per te, here, obsecro Deos immortales.* Virgilius IV. Aen. vers. 314.

—— per ego has lacrimas, dextrâmque tuam te
Oro.

Tibull. lib. I. Eleg. V. vers. 7.

—— per te furtivi foedera lecti,
Per Venerem quaeso, compositumque caput.

lib. III. Eleg. I. vers. 15.

Per vos auctores hujus mihi carminis oro.

Ovidius X. Metam. vers. 29.

—— per ego haec loca plena timoris,
Eurydices, oro, properata retexite fila.

Epist. X. Heroid. vers. 73. *per ego ipsa pericula juro.* Senec. in Herc. Fur. vers. 1183. *Per te meorum facinorum laudem precor.* in Medea vers. 285. *Per ego auspicates regii thalami toros Precor.* in Agam. vers. 929. *Per te parentis memoriam obtestor mei.* Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 266.

Per, tibi si quis, ait, morituri pretinus horror,
Haec precor.

Statius VI. Theb. vers. 170. *per ego haec primordia belli.* Neque solum Poëtae ita loquuntur, sed & alii scriptores. Liv. lib. XXIII. cap. IX. *Per ego te, fili, quaecumque jura liberos jungunt parentibus, precor quaesoque.* Curtius lib. V. cap. VIII. *Per ego vos decora maiorum oro & obtestor.* Appulej. IV. Metam. pag. 156. *Per ego te, inquit, maternae caritatis foedera deprecor.* ubi Stewich. in Quaestion. in Appulej. hoc loquendi genus nimis asperum judicat, ideoque legendum censet *Per te, inquit, per maternae* &c. sed minus recte, ut ex Plauti, Livii & Curtii modo laudatis exemplis patet. Vide Illustriss. Scaligerum ad Virgil. Catal. pag. 71. Per *Iliacas* autem *flammas* Silius intelligit sacra Vestae, ut recte Dausquej. exposuit, quod Troja in Italiam allata sint. Supra lib. I. vers. 542.

Et vos virginea lucentes semper in ara
Laomedonteae Trojana altaria flammae,

lib. XIII. vers. 620.

Sidonis Iliacas nunc virgo accenderet aras.

& Statius lib. I. silv. I. vers. 36.

—— an tacita vigilet face Troicus ignis,
Atque exploratas jam laudet Vesta ministras.

v. 83. *Per patrios Consul muros*] Recte per sanctam urbis partem obtestatur, & *patrios*, id est Romanos, addit: unde & DD. cum in ll. de sanctitate murorum occurrit aliquid, id potissimum ad Romanos muros restringere videntur. Vide ad tit. de divis. rerum §. *Sanctae quoque res.* D. HEINSIUS.

v. 86. *Dabunt idem tempusque diemque*] Emendandum *camposque diemque.* MODIUS Novant. Lect. Ep. CX. *camposque* Modius ex Coloniensi: & recte. nam *tempus* proxime praecesserat. Interpretem obgannientem non audimus. *campi* infra pro *Cannis.* N. HEINSIUS. *tempusque diemque*, ut apud Liv. lib. XXII. cap. XXXIX. *Constantiores nos tempus diesque facit.* Simili pleonasmo *hora diesque* dixit Silius lib. IX. vers. 549.

—— venit hora diesque
Qua nullas umquam transisse optaverit Alpes.

& lib. XI. vers. 194.

Et Decius, Nunc hora, viri, nunc tempus, adeste.

Malim tamen cum Modio & Heinsio ex Colon. codice legere *camposque diemque.* Non solum enim tempus Hannibalem aggrediendo infaustum memorata ante prodigia demonstrabant: sed etiam callido Poenorum imperatori locus circa Thrasymenum lacum ponendis insidiis nimis commodus erat: de quo utroque Flaminium monebat Corvinus in sequentibus. Sed insuper *campos* memorat Silius, quod exercitus Romanus circumjacentibus montibus cinctus aciem explicando locum non habuerit. Eodem modo *tempus*, vel *dies*, vel *hora*, & *locus* alibi junguntur. Apud Ovid. VIII. Metam. vers. 327. Nic. Heinsius in nonnullis codicibus invenit,

—— nec plura sinunt tempusque locusque
Dicere.

Horatius I. Sermon. Ecl. IV. vers. 15.

—— detur nobis locus, hora,
Custodes: videamus, uter plus scribere possit.

Senec. in Hippol. vers. 425. *quid dubitas? dedit Tempus locumque casus.* Liv. lib. XXXIV. cap. XXX. *Cum omnes dandum colloquium censuissent, dies locusque constituitur.* Vir doctus (sed, quis sit, nescio) ad marginem Silii, quem possideo, notarat, sibi nihil mutandum videri, adscripto loco Corn. Nepot.

Pugnandi: tantum, ne dedignare ſecundos
Exſpectare Deos. cum fulſerit hora, cruentam
Quae ſtragem Libyae portet, tum ſigna ſequentur
Nulla vulſa manu, veſcique interritus ales
Gaudebit, nulloſque vomet pia terra cruores.
An te praeſtantem belli fugit, improba quantum
Hoc poſſit Fortuna loco? ſedet obvius hoſtis
Adverſa fronte; at circa nemoroſa minantur
Inſidias juga, nec laeva ſtagnantibus undis
Effugium patet, & tenui ſtant tramite fauces.
Si certare dolis, & bellum ducere cordi eſt,
Interea rapidis aderit Servilius armis,
Cui par imperium, & vires legionibus aequae.
Bellandum eſt aſtu. levior laus in duce dextrae.
Talia Corvinus, primoreſque addere paſſim
Orantum verba, & diviſus quiſque timori

Nunc

pot. in vita Pelop. cap. II. *Domum Charonis deverterunt, à quo & tempus & dies eras datus.* ibique videndum eſſe Boſium. Sed fruſtra.

v. 89. *Quae ſtragem Libyae poſcet*] Emendandum *portet*. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. cx. *portet* recte denuo Colonienſes membranae; idque jam vidit idem Modius. poſſis etiam *apportet*. N. HEINSIUS

v. 89. *Tum ſigna ſequentur Nulla vulſa manu*] Ut fere eſt apud Claudian. in Bell. Gildon. verſ. 419.

——— premitur nec ſignifer ullo
Pondere: feſtinant adeo vexilla moveri.

v. 90. *Veſcique interritus ales Gaudebit*] Quia ex aviditate fit *ſoliſſimum*, ex ſoliſſimo *ſilentium*. quid ſit autem in ſacris ſilentium, ſciunt, qui Feſtum legerunt, & M. Tullium lib. II. de Divinat. de hoc dictum illud Claudii, *qui*, ut inquit lib. II. de Nat. Deorum idem Tullius, *cum cavea liberati pulli non paſcerentur, mergi eos in aquam juſſit, ut biberent, quoniam eſſe nollent.* D. HEINSIUS.

v. 92. *An te praeſtantem bellis fugit*] *praeſtantem belli* opinor: & ſic Colonienſis. *praeſtans animi* apud Maronem XII. Aen. verſ. 19. N. HEINSIUS. Utrumque loquendi genus amant ſcriptores. Silius mox verſ. 175.

Tum Soracte ſatum, praeſtantem corpore & armis,
Aequanum noſcent.

Statius I. Theb. verſ. 605.

Haud tulit armorum praeſtans animique Choroebus.

Praefero tamen *belli* ob codicis praeſtantiſſimi auctoritatem.

v. 94. *Ac circa*] *at circa* Colonienſis. N. HEINSIUS.

v. 94. *Laeva ſtagnantibus undis*] Supra in principio hujus libri dixerat Silius, Hannibalem litus Thra-... lacus ad laevam habuiſſe, ad alteram vero partem in montibus inſidias poſuiſſe. Non poſſunt itaque Romani, qui Karthaginienſibus obverſi erant, pariter litus & lacum ad laevam habere. Cluverus lib. II. Ital. Antiq. cap. III. pag. 585. ſcribarum errorem eſſe putat, & legendum *dextra ſtagnantibus undis*. Sed idem Silius lib. IV. verſ. 826. ita Hannibalem loquentem inducit:

Tu laevos propior colles accede, Choaſpe.

Ergo Poenis non litus Thraſymeni, ſed colles ad laevam fuerunt: Romanis vero hoc loco Thraſymenus lacus. Quare omnia recte procedent, ſi, ſervata hoc loco recepta ſcriptura, ſupra verſ. 4. legas,

At parte è dextra reſtagnans gurgite vaſto.

Niſi potius ipſius Silii error exiſtimandus ſit, qualem & infra notavi lib. IX. verſ. 268.

v. 96. *Tenui ſtant tramite fauces*] An *inſtant*? N. HEINSIUS.

v. 97. *Sit certare dolis, & bellum ducere cordi*] Scripti,

Si certare dolis, & bellum ducere cordi eſt:

neque aliter editio Romana, niſi quod in illa *Sic certare dolis*, etiam in Parmenſi. pro *rapidis armis*, quod ſequitur, *raptis* non diſpliceat; quamquam & vulgatum commode tolerari poteſt. N. HEINSIUS. Mediol. editio,

Sic certare dolis, & bellum ducere cordi eſt.

At Marſi editio & ea, quam Martinus Herbipol. procuravit, cum libris ſcriptis faciunt. Lectio vero, quae nunc vulgo exſtat, auctorem habet Nicandrum, qui ita apud Juntas primus edidit, cumque aliae editiones ſecutae ſunt. *raptis armis* autem, ut ſupra lib. IV. verſ. 720.

Ergo agitur raptis praeceps exercitus armis.

lib. XVII. verſ. 127.

——— celſuſque ruebat
Viſo rege procul raptis exercitus armis.

libro

Nunc Superos, ne Flaminio, nunc deinde precari
Flaminium, ne Coelicolis contendere perstet.
Acrius hoc accensa ducis surrexerat ira,
Auditoque furens, socias non defore vires:
Siccine nos, inquit, Bojorum in bella ruentes
Spectastis, cum tanta lues vulgusque tremendum
Ingrueret, rupesque iterum Tarpeja paveret?
Quas ego tunc animas dextra, quae corpora fudi,
Irata tellure sata, & vix vulnere vitam
Reddentes uno! jacuere ingentia membra
Per campos, magnisque premunt nunc ossibus arva.
Scilicet has sera ad laudes Servilius arma
Adjungat, nisi diviso vicisse triumpho
Ut nequeam, & decoris contentus parte quiescam?
Quippe monent Superi. similes ne fingite vobis,

Classica

libro VI. vers. 209.

Ocius arma rapi, & spectatum Marte sub omni
Ire jubet campis equitem.

Saepius librarios haec vocabula confudisse monebo ad lib. XVII. vers. 172. Cum tamen libri omnes, qua scripti, qua editi, *rapidis armis* praeferant, nihil etiam mutandum puto: nam ita infra etiam Silius loquitur lib. XII. vers. 481.

Aevi floridior Fabius rapida arma ferebat.

v. 100. *Levior laus indice dextrae*] Perspicue clare membranae Oxon. *in duce dextra.* nec ego veritatem non agnosco. Levissima in duce laus est dextrae promtitudo, cum innumeris millibus unius audacia obesse possit: at astu rem gerere tutissimum, nec uno ictu omnia praecipitat. BARTHIUS lib. V. Adverf. cap. XV. *in duce* Coloniensis & Puteaneus: quomodo & Interpres conjecerat, nec aliter ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS. Raphelengius edidit *vindice dextra.* Sed praeferendum cum viris doctis ex Mstis *in duce dextrae.*

v. 101. *Primoresque addere passim Orantum verba*] *Oranti* maluerim. Oranti Corvino primores suas quoque preces conjungebant. N. HEINSIUS.

v. 103. *Nunc Superos de Flaminio*] Argute Interpres, *ne Flaminio*, nimirum, contendere perstent. N. HEINSIUS.

v. 105. *Surrexerat ira*] Scribo, *se erexerat.* Sic *erigere iras* libro IV. vers. 280. N. HEINSIUS. Nihil muto. Pariter enim apud Maronem XII. Aeneid. vers. 494. *Tum vero assurgunt irae.* & Valer. Flacc. lib. II. vers. 165. *dolor iraque surgit.*

v. 106. *Auditoque furens socias non defore vires*] Genus constructionis, quale infra occurrit lib. XVI. vers. 185.

Audito pariter populorum in regna duorum
Advenisse duces.

Audito, cum audivisset. Vide Dausquej. ad lib. XIV. vers. 98. pag. 590.

v. 111. *Irata tellure sata*] Non videtur respicere Silius fabulam Spartanorum, ut doctissimus Dausquejus existimat, sed procreationem Gigantum, Tellus nimirum, ob Titanum poenam irata, Gigantas genuisse dicitur, immani corpore terribilia monstra, ut fratrum supplicium vindicarent, Jovique bellum inferrent. Claudian. in Gigantom. vers. I.

Terra parens, quondam coelestibus invida regnis,
Titanumque simul crebros miserata dolores,
Omnia monstrifero complebat Tartara fetu.

Eandem ob iram & dolorem Tellus omnia monstra, quae postea exstitere, genuisse fingitur. infra lib. VI. vers. 150.

——— *monstrum exitiabile & ira*
Telluris genitum, cui par vix viderat aetas
Ulla virum, serpens centum porrectus in ulnas.

Senec. in Herc. Oet. vers. 28.

Quodcumque tellus genuit infesta, occidit.

Bojos autem Silius, ad Gigantum procreationem respiciens, *irata tellure satos* dicit, quemadmodum Callimacho Galli Ὀψιγόνοι Τιτῆνες, *Gigantum posteri*, vocantur Hymn. in Delum vers. 174. quem locum mihi suggessit Vir Celeberrimus Petrus Burmannus.

v. 111. *Vix vulnere vitam Reddentes imo*] *Reddentes uno* reponatur, idque auspicibus libris calamo exaratis & Parmensi editione. N. HEINSIUS. *uno vulnere* etiam Mediol. editio. Saepissime librarii ob similitudinem elementorum *im* & *un* in scriptura Longobardica vocem *unus* in *imus* mutarunt, ut infr. h. lib. vers. 498. & lib. IX. vers. 366. vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 58. ut contra τὸ *imus* in *unus.* vide infra ad lib. XV. vers. 590. Tanta Bojis corpora fuisse dicit, ut vix uno vulnere interfici potuerint. Contra Florus tanta Romanis pila ac gladios fuisse narrat, ut plus quam mortem uno vulnere Graecis intulerint, lib. II. cap. VII. *Nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu, quae non spiculis, non sagittis, nec ullo Graeculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant.*

v. 117. *Quippe monent Superi*] Perperam editio Parmensis

Classica qui tremitis, Divos. sat magnus in hostem
Augur adest ensis; pulchrumque & milite dignum
Auspicium Latio, quod in armis dextera praestat.
An, Corvine, sedet, clausum se Consul inerti
Ut teneat vallo? Poenus nunc occupet altos
Arreti muros, Corythi nunc diruat arcem?
Hinc Clusina petat? postremo ad moenia Romae
Illaesus contendat iter? deforme sub armis
Vana Superstitio est. Dea sola in pectore Virtus
Bellantum viget. umbrarum me noctibus atris
Agmina circumstant, Trebiae qui gurgite, quique
Eridani volvuntur aquis, inhumata juventus.
Nec mora. jam medio coetu signisque sub ipsis
Postrema aptabat nulli exorabilis arma.
Aere atque aequorei tergo flavente juvenci

Cassis

Parmensis *movent Superi*, ut nonnumquam errarunt librarii. vide supra ad lib. II. vers. 273. *Monere* dicuntur Superi, cum vel prodigiis, vel aliis quibuscumque signis rerum futurarum eventum significant. Silius libro IV. vers. 120.

—— huic Superos sentire monentes
Ars fuit, ac penna monstrare futura magistra.

lib. XVI. vers. 141.

Coelestum monita & sacrae responsa parentis.

Lucan. lib. I. vers. 630.

—— vix fas, Superi, quaecumque monetis,
Prodere me populis.

Vide Gronov. in Diatr. Stat. cap. XXVI. & Broekhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. VII. vers. 56. Huc pertinet formula, toties in eruditis lapidibus occurrens, SOMNO MONITVS, aliaeque similes. vide N. Heinsium ad Ovidii XIII. Metam. vers. 216.

v. 118. *Sat magnus in hostes Augur adest ensis*] Adumbratum ex illo Maronis X. Aeneid. vers. 773.

Dextra mihi Deus, & telum, quod missile libro.

ubi vide Cerdam. Apollon. Rhod. lib. I. vers. 466.

Ἴςω νῦν δόρυ θοῦρον, ὅτῳ περιώσιον ἄλλων
Κῦδος ἐνὶ πτολέμοισιν ἀείρομαι, οὐδέ μ' ὀφέλλει
Ζεὺς τόσον, ὁσσάτιόν περ ἐμὸν δόρυ.

quod ita vertit Hoelzlinus:

Testor nunc penetrabilem hastam, quicum lemniscatam
E bellis palmam reporto, non enim Jovi rescripsere victorias
Justius, quam hastae meae.

v. 121. *An Corvine sedet.* &c.] Silius haec ex Livio expressit, apud quem paria concionatur Flaminius lib. XXII. cap. III. *Quin imo Arretii ante moenia sedeamus. hic enim patria & penates sunt. Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam, vastandoque & urendo omnia ad Romana moenia perveniat; nec ante nos hinc moverimus, quam, sicut olim Camillum ab Vejis, C. Flaminium ab Arretio Patres acciverint.*

v. 123. *Corythi nunc diruat arcem*] Maserius ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 98. notat, Franciscum Philelphum legere *Corthoni hinc diruat arcem*, & Corthonem Etruriae oppidum dicit, haud longe Arretio remotum. Sic Liv. lib. IX. cap. XXXVII. *Itaque à Perusia & Certona & Arretio, quae ferme capita Etruriae populorum ea tempestate erant, legati, pacem foedusque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt.* Sed nihil opus est mutare. Cluverus enim lib. II. Ital. Antiq. cap. III. pag. 592. *Corythi arcem* Corthonam exponit, à Corytho quodam Etruriae principe, (unde Silius *sedem ab origine prisci Sacratam Corythi* vocat lib. IV. vers. 721.) quasi Corythonam dictam. plura vide apud Cluverum d. loco.

v. 126. *Vana superstitio*] Addunt verbum substantivum scripti. in Coloniensi *Una superstitio est.* recte, ni fallor. Deforme armato est, soli se superstitioni dare. Maronianum illud cogitabat de Styge in XII. Aen. vers. 817.

Una superstitio superis quae reddita Divis.

etsi scio & *vanam* posse dici, ut apud Serenum Sammonicum cap. de Quotidianae febris typo medicando:

Nam febrem vario depelli carmine posse
Vana superstitio credit tremulaeque parentes.

N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt librarii. vide Pierium ad Maron. I. Aen. vers. 352. Nic. Heinsium ad Silii lib. XIV. vers. 350. ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 166. lib. VII. vers. 540. lib. VIII. vers. 307. & ad Tibull. lib. I. Eleg. V. vers. 45. ubi & videndus Broekhus. in libello variarum, quas collegit, lectionum. Possis tamen & receptam lectionem servare; ut Flaminius dicat, viro forti deforme esse, vanae ac anili superstitioni nimiam fidem habere: cui scripturae major energia inest; majorem enim contemptum prodigiorum innuit,

quam

Cassis erat munita viro: cui vertice surgens
Triplex crista jubas effundit crine Suëvo:
Scylla super, fracti contorquens pondera remi,
Instabat, saevosque canum pandebat hiatus:
Nobile Gargeni spolium, quod rege superbus
Bojorum caeso capiti illacerabile victor
Aptarat, pugnasque decus portabat in omnes.
Loricam induitur; tortos huic nexilis hamos
Ferro squama rudi, permixtoque asperat auro.
Tum clipeum capit, aspersum quem caedibus olim
Celticus ornarat cruor, humentique sub antro,
Ceu fetum, lupa permulcens puerilia membra,
Ingentem Assaraci coelo nutribat alumnum.
Hinc ensem lateri, dextraeque accommodat hastam.

Stat

quam si cum Coloniensi libro *Una superstitio* legas. *Vana superstitio* ut Virgilius VIII. Aeneid. vers. 187.

Vana superstitio, veterumque ignara Deorum.

v. 132. *Aere atque aequorei tergo flavente juvenci Cassis erat munita viro*] Cassidem aeream Flaminius induebat, cui pellis aequorei juvenci inducta erat. Quibusdam exemplis astruxit Dausquejus morem ferinas pelles in galeas formandi: quibus & haec adde. Pellis lupi huic usui inservit apud Maron. in VII. Aen. vers. 688.

——— *fulvos lupi de pelle galeros*
Tegmen habent capiti.

ubi vide Cerdam, & X. Aen. vers. 680.

——— *caput ingens oris hiatus*
Et malae texere lupi cum dentibus albis.

Leonis apud Statium VII. Theb. vers. 276.

Tela rudes trunci, galeae vacua ora leonum.

aliorum animalium apud alios. In loco autem Festi in voce *mollestras* (quem hic laudavit Dausquejus, & in quo *extegebat*, pro *extergebat*, scribendum conjecit) Illustrissimus Heinsius ad oram libri sui *exterius tegebat* emendandum censuit: quod dignum duxi, ut hic notarem.

v. 134. *Triplex crista jubas effundit crine Suëvo*] *effundit crine severe* Colon. & Puteaneus: in Oxoniensi *effundit crine Sueno*. N. HEINSIUS. Errarunt librarii, qui in Manuscriptis *severo*, vel *Sueno*, dederunt, pro *Suëvo*, quae vera est lectio. vide Dausquejum ad hunc locum: cum quo tamen malim cristas ex crine Suëvo capere, quam cristas flavas, quae crine Suevo concolores erant, quod eidem in mentem venerat. De triplici crista autem vide Taubmann. ad Virgilii VII. Aeneid. vers. 785. & Barth. ad Statii IV. Theb. vers. 129.

v. 135. *Scylla super* &c.] Turni galeae Chimaera insidet apud Maronem VII. Aen. vers. 785.

Cui triplici crinita juba galea alta Chimaeram
Sustinet, Aetnaeos efflantem faucibus ignes.

v. 137. *Nobile Gargani spolium*] *Gargaevi spolium* Coloniensis, *Gergani* Oxonius, Puteaneus *Garghemi*, editio Romana & Parmensis *Gergeni*, in Aldina *Gargeni*, *Gargeni* Velserus apud Interpretem. N. HEINSIUS. Spoliis hostibus in bello detractis vel ipsi utebantur postea victores, ut hic Flaminius, & Turnus apud Virgil. XII. Aeneid. vers. 92.

Exin, quae mediis ingenti adnixa columnae
Aedibus adstabat, validam vi corripit hastam,
Actoris Aurunci spolium.

vel optime meritis militibus aut amicis ea virtutis ergo donabant, ut Hannibal Magoni infra hoc lib. vers. 320.

——— *fervidus hastam*
Perlibrat, magni donum memorabile fratris,
Caeso quam victor sub moenibus ille Sagunti
Abstulerat Durio, ac spectatae nobile pugnae
Germano dederat portare in proelia pignus.

v. 138. *Capiti illacerabile victor Aptarat*] ἄῤῥηκτον. D. HEINSIUS. Forte *impenetrabile*, vel *interebrabile*, quod malo. lib. IV. vers. 16.

Conseritur tegimen laterum impenetrabile.

libro VI. vers. 415.

——— *patet impenetrabilis ille*
Luctibus.

N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Optime enim eruditissimus Heinsius pater *illacerabile* per Graecam vocem ἄῤῥηκτον exposuit, quae eo sensu occurrit apud Sophocl. in Ajac. Flagell. vers. 577.

——— ἴσχε διὰ πολυῤῥάφου στρέφων
Πόρπακος ἑπτάβοιον ἄῤῥηκτον σάκος.

Tene per multiplex vertens lorum septemplicem & illacerabilem clipeum. Sic *lacerare* apud Virgil. XII. Aen. vers. 98.

Loricamque manu valida lacerare revulsam.

Sax. Gramm. lib. II. Histor. Dan. pag. 34.

Loricas laceras ferrum, dirumpitur hamus
Nexilis, & crebro cedunt praecordia ferro.

v. 142. *Tum clipeum quatit*] *capit* in scriptis. N. HEINSIUS.

v. 146. *Hinc ensem lateri, dextraeque accommodat hastam*]

Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena,
Caucasiam instratus virgato corpore tigrim.
Inde exceptus equo, qua dant angusta viarum,
Nunc hos, nunc illos adit, atque hortatibus implet.
Vestrum opus est, vestrumque decus, suffixa per Urbem
Poeni ferre ducis spectanda parentibus ora.
Unum hoc pro cunctis sat erit caput. aspera quisque
Hortamenta sibi referat: Meus, heu! meus atris
Ticini frater ripis jacet: at meus alta
Metitur stagna Eridani sine funere natus.

Haec

hastam] Silius imitatur Maronem II. Aeneid. vers. 393.

——— lateriqne Argivum accommodat ensem.

pro quo dicit noster infra lib. XVI. vers. 243.

——— lateri de more astringitur ensis.

Utrum vero ex dextero an sinistro latere Romani gladios gestarint, non convenit inter doctos. Lipsius in III. de Milit. Rom. Dial. III. mutasse censet, & aliter atque aliter gestasse. Salmasius ad Spart. Sever. cap. VI. docet, sub Imperatoribus solos milites Praetorianos ad dextrum latus gladios habuisse, reliquos vero ad sinistrum. Barthius ad Statii lib. I. silv. I. vers. 43. Romanis enses ad laevum latus suspensos infinita scriptorum recte captorum testimonia docere putat. Denique Fabrettus ad Column. Trajan. cap. II. existimat, tempore Trajani omnes omnino milites gladiis ad dexteram accingi solitos, praeter Imperatorem, Legatos, & Tribunos. Ut ut sit, id certe ex Polybio, a viris doctis laudato, constat, circa tempora belli Punici milites gladium ad dexteram pendentem habuisse.

v. 147. *Stat sonipes, vexatque ferox humentia frena*] *humenti sub antro* paullo ante praecesserat. alterutrum mendosum est: hic tamen *spumantia*, vel *undantia*, reponi posset. N. HEINSIUS. Silius hic quoque imitatur illa Maronis in IV. Aeneid. vers. 134.

——— ostroque insignis & auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit:

ut jam alii notarunt. unde insuper patet, probabili conjectura ductum Illustrissimum Heinsium, qui *spumantia*, vel *undantia*, pro *humentia*, hic legebat. Sic infra lib. X. vers. 319.

——— & ore
Cornipedum derepta fero spumantia frena.

lib. XII. vers. 254.

Immitem quatiebat equum, spumantia saevo
Frena cruentantem morsu.

v 148. *Virgato corpore tigrim*] Senec. in Hippol. vers. 344.

——— tunc virgatas
India tigres decolor horret.

in Hercule Oet. vers. 144.

Num Titana ferum te Rhodope tulit,
Te praeruptus Athos, te fera Caspia,
Quae virgata tibi praebuit ubera.

Claudian. I. de Laudib. Stilic. vers. 66.

——— longe virgatas figere tigres.

Tigres autem *virgatae* dicuntur, quod earum pelles longis macularum ductibus lineatae erant, teste Salmas. in Exerc. Plinian. pag. 148. *variae* dicuntur apud Senec. in Hippol. vers. 63.

Tibi dant variae pectora tigres.

v. 149. *Inde exceptus equo*] Pariter in X. Aen. vers. 867.

Dixit, & exceptus tergo consueta locavit
Membra.

scapha exceptus habes apud Saxon. Gramm. lib. V. Hist. Danic. pag. 73. *Itaque scapha exceptus, ac tacito remorum nisu propius hostium carinis advectus. scuto exceptus* apud eundem lib. III. pag. 46. *Scuto exceptus, atque a peditibus vicissim subeuntibus domum relatus.*

v. 154. *Meus atris Ticini frater ripis jacet: ac meus*] Haec quanto elegantius ita leguntur, *meus atris Ticini frater ripis jacet: at meus?* MODIUS Novant. Lection. Epist. CX. *atris ripis*, & deinde *at meus* ex scriptis. utrumque Modio jam monitum. N. HEINSIUS. *atris ripis*, & postea *at meus* etiam Mediolan. editio. *atris ripis* autem est vel funestis, vel sanguineis. Saepe enim apud poetas sanguis *ater* & *niger* dicitur. vide infra ad lib. IX. vers. 365. Eo sensu *ater lacus* pro sanguine infectus infra est hoc libro vers. 619.

——— lacus ater in altos
Sublatus montes, & sede excussus avita.

lib. VI. vers. 107. *ater Stragibus Eridanus.* Prono errore librarii vocem *ater* in *acer* mutarunt. vide Nic. Heinsium ad lib. II. vers. 186. lib. III. vers. 463. & libr. XIII. vers. 429. ut contra τὸ *acer* in *ater.* vide infra ad lib. XVII. vers. 254. Non bene Dausquejus stat pro vulgata scriptura.

v. 156. *Metitur stagna Eridani sine funere natus*] *sine funere*, sine exequiis. possis & *sine vulnere.* N. HEINSIUS. Si *sine vulnere* malis, hos Silius innuet, qui non tam ferro quam undis occubuere, quales plures in pugna ad Trebiam Silius libro antecedenti memoravit. Voces autem *vulnera* & *funera* nonnumquam scriptores librarios permiscuisse

scuisse

Haec sibi quisque: sed est, vestrum cui nulla doloris
Privati rabies, is vero ingentia sumat
E medio, fodiant quae magnas pectus in iras.
Perfractas Alpes, passamque infanda Saguntum,
Quosque nefas vetiti transcendere nomen Hiberi,
Tangere jam Thybrim. nam dum vos augur, & extis
Quaesitae fibrae, vanusque moratur haruspex,
Solum jam superest, Tarpejo imponere castra.
Turbidus haec, visoque artis in millibus atras
Bellatore jubas aptante, Est, Orphite, munus,

Est,

scuisse supra docui ad lib. I. vers. 399. malim tamen *sine funere*, id est, insepultus, sine exequiis, ut supra libro I. vers. 154.

Ostentabat ovans populis sine funere regem.

ubi alia exempla vide. Praesertim autem naufragium ideo execrabile habebatur, quod hoc mortis genere sublati plerumque insepulti manebant.

v. 157. *Sed est vestrum*] Lege, *sed &.* N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt librarii. vide N. Heinsium ad Ovid. lib. III. Metam. vers. 29. & Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. IX. vers. 66.

v. 159. *Fodiant quae magnas pectus in iras*] Similiter fere infra lib. VII. vers. 511.

—— Patrum Saturnia mentes
Invidiae stimulis fodit & popularibus auris.

v. 161. *Nomen Hiberi.*] Nomen inane. N. HEINSIUS. *nomen Hiberi* est Hiberum. Petron. Satyr. cap. LXXX.

Nomen amicitiae si, quatenus expedit, haeret.

ubi videndi sunt docti Commentatores. idem cap. CXXIII.

Pro pudor! imperii deserto nomine fugit.

ubi plura notarunt Amplissimus Cuperus & Celeberrimus Burmannus. Silius lib. XIV. vers. 71.

Quid referam Aeolio regnatas nomine terras?

id est, *Aeolo regnatas.* ad quem locum alia exempla notavi.

v. 166. *Bellatore tubas aptante*] Manifeste scribendum, etsi nemini hoc hactenus, quod mirum videri potest, animadversum est, *Bellatore jubas.* Sunt enim verba Flaminii ad equum suum, Orphitum nomine. nempe sic praecedentibus libris Scipio quoque suum equum, cui Gargano nomen fecerat, alloquens a poëta fingitur. MODIUS Novant. Lection. Epist. cx. *jubas* cum scriptis exemplaribus & Parmensi editione ac Gryphiana, quod hominibus eruditis jam provisum. Puto & *hirtas jubas.* nam *atris jubis* militem Romanum fuisse usum non puto, quod ater color esset ominosus. Interpres ex Orphito hic equum nobis facit, & quidem, quod rideas, jubas sibi aptantem. mirum ni ex Murrano & Aequano etiam equos concinnet. *τὸ est* non exstabat in Coloniensi. forte, *eu, Orphite, munus.* N. HEINSIUS. *jubas aptante* etiam antiquae editiones Mediolan. Marsi Veneta, Juntina, Aldina, & aliae. *tubas* primo editum in Basil. & inde in Nutii Antverpiensi: sed malo operarum errore. pariter infra peccatum erat lib. VI. vers. 8. & lib. IX. vers. 505. quibus locis videndus Illustrissimus Heinsius. Porro Silio hunc sensum affingit Dausquejus: Flaminius, bellatorem videns jubas equi componentem, equo suo, Orphito nomine, ostendit inimici ornamenta & spolia, quae non alia, quam sua, nempe Flaminii, manu reportari & Jovi Feretrio suspendi oportebat. Non ergo, ut Heinsius voluit, Orphitum equum *jubas sibi aptantem* fecit. Dausquejo vero praeivit Buschius, qui haec in notis marginalibus habet. „ Opima spolia sunt „ solum, quae dux duci detraxit: quomodo igi- „ tur hic Orphitum ad ea Consul animabit, cujus „ auspiciis res non gereretur? Unde hic Orphi- „ tum non militem, sed equum Consulis accipio, „ ut supra Garganus nomen legitur equi Scipionis. „ Alloquens itaque equum suum Flaminius se „ ipsum ad hoc decus exhortatur, dicens,

„ *Nam cur haec alia pariatur gloria dextra,*

„ nempe, quam mea? Sed, in quo fundamentum & caussam expositionis suae reponebat Buschius, non ducem solum, cujus auspicio res gerebatur, spolia opima referre potuisse, sed & alios quosque milites, modo duci hostium detracta essent, egregie docuit Celeberrimus Perizonius in Anim. Histor. cap. VII. quo sublato, ut tota expositio ruat, necesse est. Modius etiam *Orphitum* pro nomine equi Flaminii accepit, ut & postea Cellarius: sed perperam, docente Heinsio: cum quo etiam *hirtas jubas* malim, nisi quis fortasse *atras* accipiat rubras, quemadmodum *ater cruor*, *atrum vinum*, est rubrum. Ita *rubra juba*, *crista* apud Maronem IX. Aen. vers. 49.

—— maculis quem Thracius albis
Portat equus, cristaque tegit galea aurea rubra.

& XII. Aen. vers. 88.

—— simul aptat habendo
Ensemque, clipeumque, & rubrae cornua cristae.

jubas enim hic pro crista sumo, ut saepissime alibi. Dausquejus *jubas equi* accepit, quas leni manu componebat Flaminius: neque aliter etiam Cellarius, qui *τὸ Bellatore jubas aptante* exponit, „ equo suo „ militari, qui jubas erigebat, signum alacritatis.

Videbat.

Est, ait, hoc certare tuum; quis opima volenti
Dona Jovi portet feretro suspensa cruento.
Nam cur haec alia pariatur gloria dextra?
Hinc praevectus equo, postquam inter proelia notam
Accepit vocem, Procul hinc te Martius, inquit,
Murrane, ostendit clamor; videoque furentem
Jam Tyria te caede: venit laus quanta! sed, oro,
Haec angusta loci ferro patefacta relaxa.
Tum Soracte satum, praestantem corpore & armis,
Aequanum noscens, patrio cui ritus in arvo,
Cum pius arcitenens accensis gaudet acervis,
Exta ter innocuos laetum portare per ignes,
Sic in Apollinea semper vestigia pruna

Inviolata

Videbat itaque Flaminius bellatorem sibi *jubas* seu cristas *aptantem*, imponentem. Eo sensu *aptare* in loco Maronis modo laudato, & infra lib. XII. vers. 170.

—— *aptantque frementi*
Sanguineas de more jubas.

v. 167. *Est, ait, hoc certare tuum.*] Lego: *Est, ait, o, certare tuum. hoc* & *o* saepe confunduntur. N. HEINSIUS. Plura hujus peccati exempla vide apud Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. I. Heroid. vers. 101. Epist. VI. vers. 15. Epist. XV. vers. 219. & Epist. XX. vers. 127. Praesertim vero id usu venit, si sequens vocabulum à litera *c* incipiat, ut hoc loco. Vide Bentlej. ad Horat. lib. I. Sermon. Ecl. II. vers. 81.

v. 170. *Hinc provectus equo*] *praevectus* scripti: bene. sic & lib. IX. vers. 572. iidem, *Nam praevectus equo.* pluribus illustravi ad II. Claudiani de raptu Proserp. vers. 122. Deinde opinor,

Accepit vocem procul, Hic te Martius, inquit,
Murrane, ostendit clamor,

ne τὸ *hinc* inconcinne repetatur. N. HEINSIUS. Recte *praevectus* Nic. Heinsius. lib. VII. vers. 117.

Ac praevectus equo dextra nunc provocas hostem.

Virgilius VII. Aeneid. vers. 166.

Cum, praevectus equo, longaevi regis ad aures
Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Advenisse viros.

Simili modo infra lib. XVII. vers. 56. pro *progressos volatus*, Illustrissimus Heinsius *praegressos* scribendum conjecit, ubi vide, quae notavi. Perperam hic in Mediolan. erat *profectius.* quod si ita manuscriptum habet, unde ea editio expressa est, videri potest error ortus fuisse ex vitiosa pronuntiatione dictantis, qui literas *v* & *f*, sono vicinas, non recte distinxit.

v. 176. *Patrio cui ritus in arvo*] Vide Salmas. in Exercit. Plin. pag. 60.

v. 177. *Arcitenens accensis gaudet acervis*] De perpetuo Apollinis igne Callimachus in Hymno Dei illius vers. 83.

—— ἀεὶ δέ τοι ἀέναον πῦρ·
Οὐδέ ποτε χθιζὸν περιβόσκεται ἄνθρακα τέφρη,

id est,

—— *semper tibi pervigil ignis:*
Nec cinis hesterno carbonem nutrit acervo.

acervum enim ignis materiam eleganter Maro [loco mox prodendo] & Silius dicunt. D. HEINSIUS.

v. 178. *Late portare per ignes*] *latum* scripti duo & Romana ac Parmensis editio. at Coloniensis *laetum.* nempe quia illaesus ab igne. N. HEINSIUS. *latum* omnes priscae editiones ante Juntinam, in qua primum Nicander *late* vulgavit. sed recte Nic. Heinsius *laetum* ex optimo codice. Saepissime hae voces confunduntur. vide quae notavit Vir Illustrissimus ad Silii lib. VI. vers. 644. lib. VIII. vers. 459. lib. XIV. vers. 589. ad Ovidii I. Metam. vers. 560. Broekh. ad Prop. lib. III. Eleg. XI. vers. 37. & in libello variarum lectionum Tibulli lib. IV. carm. I. vers. 134 Eodem modo forte etiam peccatur in Juvenc. lib. II. Histor. Euang.

En late segetes ruris per terga patescunt,
Sed rarus messor frugis superatur acervo.

Ubi forte legendum *En laetae segetes*: sed & vulgata lectio proba est.

v. 179. *Sic in Apollinea*] τῷ Ἀπόλλωνι ἀνακειμένη. *Pruna Apollinea* est Ἀπολλώνιος φέψαλος, ut Aristophanes loquitur; quam *pineam* vocat Maro loco illo, unde totus hic desumptus est, XI. Aen. vers. 785.

Summe Deûm, sancti custos Soractis, Apollo,
Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo
Pascitur, & medium freti pietate per ignem
Victores multa premimus vestigia pruna.

Fallitur autem, quisquis τὴν πεύκην Apollini propterea sacram fuisse arbitratur, quae Vulcani erat; sed propter τὸ εὐέξαπτον à poëtis sumitur: unde & αἱ δᾷδες & λαμπάδες πεῦκαι dicuntur, & Homero πευκεδανὸν τὸ θερμόν est, & τὸ καυστικόν, ut cum bellum πευκεδανὸν dicit. Unde optime & doctissime antiquus Grammaticus, *Pineus ardor* apud Maronem ignis πυρίφλεκτος, inquit: nam *pinus* apud Poetam illum, seu *Pineus ardor*, simpliciter ardor est, vel

ignis:

Inviolata teras, victorque vaporis ad aras
Dona serenato referas sollemnia Phoebo:
Concipe, ait, dignum factis, Aequane, furorem
Vulneribusque tuis. socio te caedis & irae
Non ego Marmaridum mediam penetrare phalangem,
Cinyphiaeque globos dubitarim irrumpere turmae.
Nec jam ultra monitus & verba morantia Martem
Ferre valet, longo Aeneadis quod flebitur aevo.
Increpuere simul feralia classica signum;
Ac tuba terrificis fregit stridoribus auras.
Heu dolor, heu lacrimae, nec tot post secula ferae!
Horresco ut pendente malo, ceu ductor ad arma

Exciret

ignis: quam elegantiam, vulgo ignotam, Sophoclis exemplo illustrari posse confidimus; qui πευκάεις Ἥφαιστος, ut Virgilius *pineus ardor*, dixit in Antigone [vers. 120.]

——— πρὶν ποθ' ἁμετέρων
Αἱμάτων γένυσι
Πλησθῆναί τε, καὶ
Στεφάνωμα πύργων
Πευκάενθ' Ἥφαιστον ἑλεῖν.

Sic Thryphiodorus πευκάεν πῦρ dixit [vers. 197.]

Ἔνθα δὲ πευκάεντος ἀνασχόμενοι πυρὸς ὁρμήν.

Atque haec, quae ad illustrationem loci illius Maronis conducere videbantur. D. HEINSIUS.

v. 180. *Inviolata teras*] Scribo *geras*. Ceterum vereor, ne doctissimus hujus aevi interpres Maronis frustra sit, dum ea, quae in Euripide & Eusebio observavit, ad illum Virgilii locum confert. D. HEINSIUS. Illa lectio *teras* haud dubie sustinenda cum Interprete est; nam τὸ *teras* ad frequentiam itus & reditus pertinet. MSS. codices eandem agnoscunt etiam. BARTHIUS lib. v. Adversf. cap. xv. *feras* fortasse; & hoc voluit parens meus, quamquam operae typographicae *geras* expressere. hinc occasio nata Interpreti cavillationum. Sed *referas* subsequitur. & sane vulgatum cum Interprete non immerito tuetur Barthius. N. HEINSIUS.

v. 180. *Victorque vaporis*] Non recte haec capiuntur, ne apud Maronem quidem. mens est, sic sacer semper & inviolatus sacerdos maneas. Experimentum enim, quo sacerdotes a profanis, pios ab impiis distinguebant, erat ignis, cui salvi si insistebant, puri erant & a noxa alieni. Unde antiqui, cum extra noxam se alicujus criminis esse probare vellent, per ignem incedere, eoque modo innocentiam suam omnibus testatam facere optabant. Sic apud Sophoclem Antigone Nuncius inquit, vel per ignem incedere promtum se fuisse, [vers. 269.]

Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν,
Τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε τῳ ξυνειδέναι
Τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' εἰργασμένῳ.

quales & apud Siculos erant Δελλοὶ & Palleni, quorum in Aetna meminit Aeschylus. erant autem crateres illi sulphure igneo undaque semper aestuantes, hiatusque terrae immanes, quos juraturi, pura veste discincti, oleaeque ramum manu tenentes ac coronati, accedebant, manuque voragini admota jurabant; salvique, verum qui jurabant, revertebantur; qui secus, absorbebantur à lacu, ut nos docent Callias & Xenagoras. D. HEINSIUS.

v. 181. *Dona serenato referas*] *serenato* placato, ἱλασκομένῳ: quam elegantiam non ignorant Graeci poëtae. Orpheus,

Ἐνάζει φιλόθυτοι γαληνιόων θιάσοισι.

nam est εὐμενὴς & benevolus: totum igitur Silii nostri versum hunc,

Dona serenato referas sollemnia Phoebo,

sic redderemus:

Δῶρα γαληνιόωντι φέροις τετελεσμένα Φοίβῳ.

Nam τετελεσμένα sunt, quae praestari possunt & solent. Ceterum ab hoc loquendi genere factum, ut paullatim reges, quos benevolos sibi & placatos vellent, *serenos* appellarent, & γαληνοὺς Graeci, ut *sereni oculi* infra [lib. VII. vers. 461.] sunt mites & placati. D. HEINSIUS.

v. 182. *Dignum factis, Aequane, furorem Vulneribusque tuis*] Fortasse *fatis Numinibusque suis*, ut ad sacra Apollinea, quorum paullo ante meminerat, respexerit. N. HEINSIUS. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus τὸ *fatis*, quod Heinsio in mentem venerat, probat; at pro *Vulneribusque* scribendum conjicit *Muneribusque*; quae vocabula, quamvis alio sensu, etiam confusa sunt apud Nason. I. Art. Am. vers. 170. & Claudian. II. in Rufin. vers. 396. quibus locis videndus est Illustrissimus Heinsius.

v. 189. *At tuba*] *Ac* ex scriptis & Parmensi editione. N. HEINSIUS.

v. 191. *Horresco ut pendente malo*] Fortassis, *Horresco impendente malo*. N. HEINSIUS.

v. 192. *Ceu ductor ad arma Excitet Tyrius*] Vidit legibus metricis adversari Interpres τὸ *Excitet*, super quo plurimum aestuavit. Scribendum *Exciret*, quod Coloniensis & Oxonius confirmant. lib. IX. vers. 181.

Exciret Tyrius: latebrosis collibus Astur,
Et Libys, & torta Baliaris saevus habena,
Erumpunt, multusque Maces, Garamasque, Nomasque:
Tum, quo non alius venalem in proelia dextram
Ocior attulerit, conductaque bella probarit,
Cantaber, & galeae contemto tegmine Vasco.
Hinc pariter rupes, lacus hinc, hinc arma, simulque
Consona vox urguet, signum clamore vicissim,
Per colles Tyria circumfundente corona.
Avertere Dei vultus, fatoque dederunt
Majori non sponte locum: timet ipse tyranni

Fortunam

Ductor in arma suos Libys, & Romanus in arma
Excibat de more suos.

lib. VII. vers. 634.

Venerat ad bellum Tyria Sidone, nepotum
Excitus prece.

lib. VIII. vers. 395.

Sulla Ferentinis Privernatumque maniplis
Ducebat simul excitis.

& postea vers. 570.

Bruttius haud dispar animorum, unaque juventus
Lucanis excita jugis.

lib. XIV. vers. 194.

Exciti populi atque urbes socia arma ferebant.

lib. XII. vers. 606. *Coelicolis raptim excitis.* Lucan. lib. II. vers. 48.

Nunc urbes excite feras, conjuret in arma
Mundus.

lib. III. vers. 291.

Excivit populos, & dignas funere Magni
Exequias Fortuna dedit.

lib. IV. vers. 668. *tamen undique vires Excivit Libycae gentis.* lib. V. vers. 497.

——— *bis, terque, quaterque*
Vocibus excitum postquam cessare videbat.

lib. VII. vers. 361. *quantas in proelia numquam Excivere manus.* Claudianus II. in Eutrop.

Protinus excitis iter irremeabile signis
Arripit.

N. HEINSIUS. Qui Parmensi & Mediolanensi editioni praefuerunt, ut laboranti & male claudo versui subvenirent, *Excitet hic Tyrius* ediderunt. Optime vero Nic. Heinsius *Exciret Tyrius* ex integerrimis manuscriptis vindicavit. sic supra lib. I. vers. 643.

Trans juga Pyrenes, medium indignatus Hiberum,
Excivit Calpen.

lib. IV. vers. 659.

Raucum saxa sonant, undaeque ad bella parentis
Excitae pugnant.

Doctissimus Dausquejus *Exciat*, vel *Excutiat*, scribendum conjecit. sed male.

v. 195. *Venalem in proelia dextram*] Eadem de Rhodani & Araris accolis testatur Silius infra lib. XV. vers. 502.

Hinc nova complerunt haud tardo milite castra
Venales animae, Rhodani qui gurgite gaudent,
Quorum serpit Arar per rura pigerrimus undae.

Sic Galli Justino lib. XXVII. cap. III. *humiliorum semper mercenaria manus* vocantur.

v. 199. *Signum clamore vicissim*] Opinor, *signum clangorque vicissim.* Signum & clangorem ad tubas refer, quae utrimque simul increpuere, ut supra habuimus,

Increpuere simul feralia classica signum.

Lucan. lib. VII. vers. 477.

Tunc ausae dare signa tubae.

Ovidius. *Signa tubae dederant.* noster lib. XIII. vers. 112.

Dat signum, atque alacer muros transcendere scalis
Imperat.

Senec. in Thyeste vers. 798.

Nondum in noctem vergente die
Tertia misit buccina signum.

Lucan. lib. X. vers. 401.

——— *haud clara movendis,*
Ut mos, signa dedit castris, nec prodidit arma
Illius clangore tubae.

Juvenal. sat. XV. *Communi dare signa tuba.* Stat. IV. Thebaid. *& jam horrida clangunt Signa tubae.* & II. Achill. *thyasis Ismenia buxus Signa dedit.* clamor hic ferri non potest, cum id per *vocem consonam* jam designarit. *clangor*, ut apud Virgil. XI. Aen. vers. 192.

It coelo clamorque virûm, clangorque tubarum.

N. HEINSIUS. Haud male Illustrissimus Heinsius *signum clangorque* scribendum conjecit. *clangor* autem est strepitus tubarum. supra lib. II. vers. 18.

——— *strepere omnia clamat*
Tyrrhenae clangore tubae, gemituque cadentum.

lib. XIV. vers. 627.

Circumstant alacres signa, auditisque tubarum
Respirant laeti clangoribus.

lib. XVI. vers. 94.

Dixerat, & raucus stridenti murmure clangor
Increpuit.

lib. I. vers. 338. *Alternus resonat clangor.* Virgilius VIII. Aen. vers. 526.

Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor.

Lucan.

Fortunam Libyci Mavors, disjectaque crinem
Illacrimat Venus, & Delum pervectus Apollo
Tristem maerenti solatur pectine luctum.
Sola, Appennini residens in vertice, diras
Exspectat caedes immiti pectore Juno.
Primae Picentum, rupto ceu turbine fusa
Agmina & Hannibalem ruere ut videre, cohortes
Invadunt ultro, & poenas pro morte futura,
Turbato victore, petunt accensa juventus:
Et, velut erepto metuendi libera coelo,
Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit.

Funditur

Lucan. lib. I. vers. 237.

——— *stridor lituum, clangorque tubarum*
Non pia concinuit cum rauco murmura cornu.

Statius III. Theb. vers. 650.

Et tua non umquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat.

& IV. Theb. vers. 342. *jam horrida clangunt Signa tubae.* Juvenc. lib. II. Histor. Euang.

Plangentis populi fremitus, clangorque tubarum
Ultima supremae mandabant funera pompae.

Vide Barthium ad Statii V. Theb. vers. 13. Improprie lituo tribuit Pacat. in Paneg. cap. XXXIII. *Hos fractae voces tubarum ingentiumque lituorum clangor acuebat.* Vocabula autem *clamor* & *clangor* non numquam culpa librariorum in membranis vetustis inter se commutata sunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 366.

v. 202. *Timet ipse tyranni Fortunam Libyci*] *stupet* maluerim cum Oxoniensi. N. HEINSIUS. *stupet* non Oxoniensis, sed Coloniensis codex habet, quae scriptura videtur praeferenda. Petron. in Satyr. cap. XXIX. *Dum omnia stupeo, pene resupinatus crura mea fregi.* ubi Nic. Heinsius quidem *ad omnia stupeo* Latinius dici notat, sed recte Celeberrimus Burmannus vulgatam locutionem vindicavit. Valer. Flacc. lib. V. vers. 96.

——— *omnia Mopsus*
Dum stupet, in prima tumulum procul aspicit acta.

Statius VI. Thebaïd.

Et nova clamosae stupuere silentia valles.

& VIII. Theb. vers. 150. *stupet haec & credere Adrastus Cunctatur.* Confunduntur autem hae voces etiam apud Claud. in Consul. Olybr. & Prob. vers. 162. ubi vide N. Heinsium.

v. 206. *Duras Exspectat caedes*] *diras caedes* rectius Coloniensis. *Despectat* etiam opinor scribi oportere. N. HEINSIUS. Seneca in Troad. vers. 255.

Quid caede dira nobilem clari ducis
Aspergis umbram.

Frequentissime scriptores librarii in permutandis voc. *dirus* & *durus* peccarunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 127. Porro Casaubonus ad marginem editionis Gryphianae, quam servat bibliotheca Lugduno-Batava, *Aspectat* legendum esse conjecit: *Despectat* malebat N. Heinsius, de qua voce infra vide ad lib. VI. vers. 185. Sed forsitan nihil mutandum. *Exspectat caedes* enim tamquam rem desiderabilem & exoptatam. Silius lib. VIII. vers. 4.

——— *ut sit copia Martis,*
Exspectanda viri fata, optandumque sub armis
Parcarum auxilium.

Vide Egregium Gronovium ad Livii lib. XXVIII. cap. XXVII.

v. 207. *Inimico pectore Juno*] Coloniensis *immiti pectore*, ut apud Catullum,

Immite ut nostri vellet miserescere pectus.

N. HEINSIUS. Utraque lectio proba est. *inimico pectore*, ut apud Maronem XI. Aen. vers. 685. *& super haec inimico pectore fatur.* *immitem*, respectu Herculis Junonem vocat Statius lib. III. silv. I. vers. 24.

——— *immitem credas jussisse novercam.*

immiti pectore tamen ob Coloniensis libri auctoritatem malo. alibi etiam voces *inimicus* & *immitis* confunduntur in manuscriptis. vide N. Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 380. & ad Nason. I. Amor. El. VI. vers. 17. eodem modo, quo etiam *amicus* & *mitis.* vide eundem Heinsium ad Nasonis XIII. Metam. vers. 440.

v. 211. *Turbato victore*] *ductore* Mediol. editio; sed, ut opinor, operarum errore: reliqui enim libri, qua scripti, qua editi, *victore.* Ita interdum alibi peccatum est. vide infra ad lib. IX. vers. 199.

v. 212. *At velut*] *Et velut* ex scriptis & priscis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 213. *Ipsa suis manibus praesumta piacula mittens* &c.] In membranis versus ille, *Inferias mactat bellis accensa juventus*, non apparet: hic autem scribitur,

Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit.

Ego & abesse versum posse autumo, & secundum recte emendari non dubito. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *Manibus ipsa suis* & *mittit* scripti cum vetustis editionibus, qui nec agnoscunt versum proxime subsequentem,

Inferias mactat bellis accensa juventus.

& est tollendus. Pro eo, quod subjungitur, *Martemque reposcunt*, iidem *accensa juventus*, uti etiam

Funditur unanimo nisu & concordibus ausis
Pilorum in Poenos nimbus, fixosque repulsi
Submittunt clipeos curvato pondere teli.
Acrius hoc rursum Libys, ut praesentia saevi
Exstimulat ducis, hortantes se quisque vicissim
Incumbunt, pressoque impellunt pectore pectus.
Ipsa facem quatiens, ac flavam sanguine multo
Sparsa comam, medias acies Bellona pererrat.
Stridit Tartareae nigro sub pectore Divae
Letiferum murmur, feralique horrida cantu
Buccina lymphatas agit in certamina mentes.

His

editio Parmensis. In Puteaneo & Oxonio hoc ordine leguntur:

Exspectat caedes inimice pectore Juno.
Primae Picentum, rupto ceu turbine fusa
Agmina & Hannibalem ruere ut videre, cohortes
Invadunt ultro, & poenas pro morte futura
Turbato victore petunt accensa juventus:
Et, velut erepto metuendi libera coelo,
Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit:
Funditur unanimo nisu.

quod sequor. & sic Gronovius IV. Observ. cap. XVII. N. HEINSIUS. Vulgo ita editur,

Exspectat caedes inimice pectore Juno.
At velut erepte metuendi libera coelo
Ipsa suis manibus praesumta piacula mittens,
Inferias mactat bellis accensa juventus.
Primae Picentum (rupto ceu turbine) fusa
Agmina, & Hannibalem ruere ut videre cohortes,
Invadunt ultro, & poenas pro morte futura
Turbato victore petunt, Martemque reposcunt.
Funditur unanimo.

Sed omnino Gronovii & Heinsii emendationes hoc loco recipiendae sunt. Marsus, qui *Ipsa suis manibus* edidit, τὸ *manibus* tamen exponit, *umbris*, non videns id in leges metricas peccare. versum infiticium primus Nicander in Juntina editione vulgavit, cujus liberalitate non utimur. *Manibus ipsa suis* etiam Dausquejus probavit.

v. 216. *Curvati pondere teli*] *curvato pondere* scripti & vetustae editiones. *fixoque* Puteaneus paullo ante, pro *fixosque*. Forte,

——— fixeque repulsi
Submittunt clipeos curvatos pondere teli.

N. HEINSIUS.

v. 217. *Et praesentia saevi Exstimulat ducis*] *ut Exstimulat* scribe: quod & Interpres vidit. N. HEINSIUS. Recte *ut Exstimulat*. *ut* pro postquam. Ovidius II. Metam. vers. 86. *vix me patiuntur, ut acres Incaluere animi.* quo loco vulgo ante Heinsium *ubi acres* editum erat. vide Gronov. ad Livii lib. XXXV. cap. XXIII. Voculas has saepe librarii inter se commutarunt. vide Barth. infra ad lib. VII. vers. 213. N. Heinsium ad Ovidii II. Metam. vers. 44. III. Metam. vers. 245. IV. Metam. vers. 121. ad Silii lib. II. vers. 461. lib. III. vers. 143. lib. VII. vers. 105. lib. VIII. vers. 469. lib. XI. vers. 140. vers. 542. lib. XV. vers. 461. lib. XVI. vers. 36. Broekhus. ad Propert. lib. I. Eleg. II. vers. 10. lib. IV. El. I. vers. 124. Eleg. V. vers. 15. Bentlej. ad Horat. lib. I. od. V. vers. 8. lib. I. Sermon. Ecl. VI. vers. 31. & quae notavi ad Silii lib. III. vers. 78. & ad lib. IX. vers. 383.

v. 220. *Ac flavam sanguine multo Sparsa comam*] *flavam comam* hic non concoquo. opinor *fluidamque e sanguine multo.* apud Maronem III. Aen. vers. 663. *fluidum lavit inde cruorem.* apud Ovid. IV. Metam. vers. 480.

Nec mora: Tisiphone madefactam sanguine sumit
Importuna facem, fluidoque cruore rubentem
Induitur pallam.

apud Lucan. lib. VI. vers. 89. *fluidae contagia pestis.* Auctor Panegyr. ad Pisonem,

Talis inest habitus, qualem nec dicere maestum,
Nec fluidum, laeta sed tetricitate decorum
Possimus.

Posses & legere *ravam comam.* vide annotata ad Maronem IX. Aen. vers. 651. N. HEINSIUS. *ac flavam sanguine multo comam* nec Celeberrimo Burmanno probatur, qui forsitan substituendum conjicit *ac foedam sanguine multo*, vel *atramque a sanguine multo*, aut quid simile.

v. 222. *Tartareae Divae*] id est, Bellonae, quae *Tartarea* dicitur, quod in Tartaro sedem habere fingatur. Inde certe Petron. eam cum Furiis similibusque monstris arcessivit in Satyr. cap. CXXIV.

At contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit,
Emergit late Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibusque armata Megaera:

ubi Celeberrimus Burmannus similem locum ex Seneca tragico produxit. *Tartaream* Bellonae *tubam* memorat Claud. lib. II. in Eutrop. vers. 143.

——— quid dudum inflare moraris
Tartaream, Bellona, tubam.

v. 225. *His iras adversa fovent*] *movent* legendum conjicit Celeberrimus Burmannus. ita etiam alibi peccarunt librarii. v. N. Heinsium ad Nason. II. Trist. vers. 340.

v. 226. *Spem projecisse salutis*] Infra lib. X. vers. 42.

Per

His iras adversa fovent, crudusque ruente
Fortuna stimulus spem projecisse salutis:
Hos dexter Deus, & laeto Victoria vultu
Arridens acuit, Martisque favore fruuntur.
Abreptus pulchro caedum Lateranus amore,
Dum sequitur dextram, in medios penetraverat hostes.
Quem postquam florens aequali Lentulus aevo
Conspexit, nimium pugnae, nimiumque cruoris,
Infestas inter non aequo Marte catervas
Fata irritantem; nisu se concitat acri,
Immitemque Bagam, qui jam vicina ferebat
Vulnera pugnantis tergo, velocior hasta

Occupat,

Per medios agitur projecto lucis amore.

ubi plura notavi.

v. 229. *Arreptus pulchro caedum Lateranus amore*] *Abreptus* scribe cum Coloniensi. vidit & Interpres id exstare in nonnullis editionibus, & tamen maluit *Arrectus*, quod in Puteaneo & Romana editione exhibetur. Sed rejecit ac damnavit hanc ejus castigationem Barthius. N. HEINSIUS. *Arrectus* etiam Mediolan. editio. Sed optime *Abreptus* Nic. Heinsius. Sic infra lib. VI. vers. 332.

Abripuit, traxitque virum fax mentis honestae
Gloria.

Claudian. Consul. Olybr. & Prob. vers. 152.

——— *nec tanta licentia vitae*
Abripit, aut mores aetas lasciva relaxat.

ubi pariter olim peccatum esse Barthius & Heinsius monuerunt. Simili sensu *auferri* dixit Ovid. Epist. VII. Heroid. vers. 131.

Hanc tamen, o demens, Colchisque ablate venenis,
Diceris Hypsipyles praeposuisse toris.

Epist. XV. Heroid. vers. 139.

Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho
Abstulit, in collo crine jacente, feror.

Ita reposuit Illustrissimus Heinsius, cum in plurimis libris *Attulit* invenisset. Remed. Amor. vers. 343.

Auferimur cultu: gemmisque auroque teguntur
Omnia.

Horat. I. Sermon. Ecl. V. vers. 83. *somnus tamen aufert Intentum Veneri.* Seneca I. de Clem. cap. VI. *Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi, aut aliena nequitia ablati.* Vide virum summum J. Fr. Gronovium ad Livii lib. XXXV. cap. XI. quod hic *Abreptus caedum amore* dixit, supra lib. IV. vers. 424. ita expressit,

——— *oblitumque sui dulcedine caedum*
Siste ducem Libyae.

Abreptus, pro *Arreptus*, emendat N. Heinsius ad Ovid. Epist. XIII. Heroid. vers. 18. & VII. Metam. vers. 732. Jam saepius notavi, solitos fuisse librarios verba cum praepositionibus *ab* & *ad* composita in manuscriptis permiscere. vide infra ad lib. XI. vers. 14.

v. 230. *Dum sequitur dextram*] Optime & pulcherrime. *Sequi* dicitur *manum*, qui faustis caedibus instat. Interpres alio vidit, cum mutare voluit. Ego vero, quo rariora hujus generis in Silio reperiuntur, eo puto attentius ipsi diligentiusque conservanda. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. Pessime Dausquejus *dextra*. N. HEINSIUS. Idem Dausquejus, servata lectione recepta, versum ita distinguebat,

Dum sequitur, dextram in medios penetraverat hostes.

Sed non est audiendus.

v. 235. *Immitemque Bagam*] Codex Putean. cum Parm. & Mediol. editione *Bogam*. *Bogus* mox memoratur vers. 403. Sed fortasse nihil mutandum cum reliquis libris. Idem nomen supra jam habuimus lib. II. vers. III. ubi Bagas Mopsi sagittis occisus memoratur.

v. 235. *Qui jam vicina ferebat Vulnera*] Elegantius longe erit, si legamus, quomodo manuscriptum habet, *ferebat*. MODIUS Novant. Lection. Epist. CX. Recte *ferebat* Modius. ita non Coloniensis solum, sed reliqui quoque scripti. Sic *ferere bella* lib. I. vers. 390. ubi plura. N. HEINSIUS. Zinzerlingus, hunc locum laudans in Promulsf. Crit. cap. XX. etiam *ferebat* habet, adducto insuper loco Lucret. lib. V. vers. 1291.

——— *aereque belli*
Miscebat fluctus, & vulnera vasta ferebat.

Ubi Lambinus notat, ita habere omnes, quos vidit, libros: esse tamen, qui, se minime probante, *ferebat* malunt. *ferere vulnera*, ut *spargere tela*, *vulnera*. infra libro VII. vers. 635.

Ausum multa virum, & spargentem in vulnera saevos
Fraude fugae calamos.

lib. XI. vers. 390.

Spargere tela manu passim fallentia natis
Imperat.

Virgil. XII. Aen. vers. 50.

Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra
Spargimus.

Si tamen addicerent libri scripti, omnino *ferebat*

Occupat, & focium duris fe cafibus addit.
Tunc alacres arma agglomerant, geminaque corufci
Fronte micant, paribus fulgent capita ardua criftis.
Actus in adverfos cafu (namque obvia ferre
Arma quis auderet? nifi quem Deus ima colentum
Damnaffet Stygiae nocti) praefracta gerebat
Syrticus excelfo decurrens robora monte,
Et, quatiens acer nodofi pondera rami,
Flagrabat geminae nequidquam caedis amore.
Non hic Aegates infidaque litora nautis,
O juvenes, motumque novis fine Marte procellis
Fortunam bello pelagus dabit: aequoris olim
Victores, media fit qualis, difcite, terra
Bellator Libys, & meliori cedite regno.
Ac fimul infefto Lateranum vulnere truncae

Arboris

Vulnera praeferrem. *feruntur* enim tum, cum paffim & in diverfos hoftes tela mittuntur: at hic Bagas unius Laterani tergo vicina *ferebat Vulnera. ferre vulnera*, ut *ferre bella*. vide ad lib. III. verf. 365. Pro vulgata fcriptura ftat etiam Daufquejus. Frequentiffime autem librarii in confundendis verbis *ferere* & *ferre* peccarunt. vide, quae infra notavi ad lib. VIII. verf. 266.

v. 237. *Socium duris fe cafibus addit*] Infra fere repetit lib. VI. verf. 371.

Acceffi comes haud ipfo renuente, ratique
Impofitus maeftis focium me cafibus addo.

v. 238. *Geminaque corufci*] *corufcis* Colonienfis & Oxonius. mox *fulget* idem Colonienfis. non probo. N. HEINSIUS.

v. 242. *Praefracta gerebat robora*] Omnes prifcae editiones cum codice Puteaneo *perfracta robora* habent, follemni librariorum errore, de quo infra vide ad lib. VI. verf. 43. Bafileae primum editum *praefracta*. Marfus tamen, qui Venetiis anno 1492. *perfracta* etiam dedit, in notis *praefracta* habet, quod durum & inflexibile exponit. Sed fruftra. *praefracta* enim *robora* funt parte fuperiori fracta. Ovid. XII. Met. verf. 358.

——— *folidoque revellere dumo*
Annofam pinum magno molimine tentat.
Quod quia non potuit, praefractam mifit in hoftem.

Deinde pro *gerebat* Putean. codex & editiones Parm. ac Mediolan. *regebat*. Sed fic perperam turbare nonnumquam folent fcribae. apud Lucan. lib. IV. verf. 662. pro *bella gerat*, quaedam manufcripta, à Nic. Heinfio infpecta, *regat* habent. vide, quae notavit idem Heinfius ad Valer. Flacc. lib. II. verf. 396.

v. 250. *Cedite regno*] *cedite cunctis* Colonienfis. male. *regnis* Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 251. *Vulnere truncae Arboris*] Scribendum *pondere*. vox *vulnere* nihili hic eft. MODIUS Novant. Lection. Epift. CX. *pondere* Colonienfis & Puteaneus, quod Modio placebat, non mihi, quia *pondera rami* jam praeceffere. N. HEINSIUS. *pondere* etiam Mediolan. editio, quod Heinfio difplicet, ut & Daufquejo fupra ad verf. 235. ubi *vulnere* hic pro telo vulnus inferente poni notat. Sic fupra lib. I. verf. 397.

Hunc miferatus adeft infefto vulnere Ladmus.

Virgil. X. Aen. verf. 140.

Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.

ubi Servius. Vulnera *autem* dirigere, *id eft fagittas, quibus fiunt vulnera*. Senec. in Herc. Oet. verf. 160.

Vicino Nabathae vulnera dirigit
Parthus Cnoffiacis certior ictibus.

Silius lib. II. verf. 92.

Dirigit aligero letalia vulnera ferro.

pondera autem & *vulnera* non numquam errore librariorum permixta fuerunt. vide infra ad lib. XVI. verf. III. Celeberrimus Burmannus hoc dure dictum putat, ideoque, pro *vulnere*, cenfet *verbere* fcribendum. Ita *verberare* & *vulnerare* paffim in MSStis commutantur.

v. 253. *Thrafymenus in altos Afcendet citius colles, quam fanguine &c.*] Ita paffim poëtae. Ovid. Epift. V. Her. verf. 29.

Cum Paris Oenone poterit fpirare relicta,
Ad fontem Xanthi verfa recurret aqua.

Idem I. Trift. Eleg. VII. verf. I.

In caput alta fuum labentur ab aequore retro
Flumina &c.
Haec ego vaticinor, quia fum deceptus ab illo,
Laturum mifero quem mihi rebar opem.

Propert. lib. II. Eleg. XII. verf. 33.

Et citius nigros Sol agitabit equos;
Fluminaque ad caput incipient revocare liquores,
Aridus & ficco gurgite pifcis erit:
Quam poffim noftros alio transferre calores.

lib. III. Eleg. XVII. verf. 5.

Flamma per incenfas citius fedaret ariftas,
Fluminaque ad fontis fint reditura caput,
Quam poffit veftros quifquam reprendere curfus.

Senec.

Arboris urguebat, jungens convicia pugnae.
Lentulus huic frendens ira: Thrafymenus in altos
Afcendet citius colles, quam fanguine roret
Ifte pio ramus. fubfidenfque ilia nifu
Conantis fufpenfa fodit. tum fervidus atro
Pulmone exundat per hiantia vifcera fanguis.
Nec minus accenfis in mutua funera dextris
Parte alia campi faevit furor. altus Iertes
Obtruncat Nerium, Rullo ditiffimus agri
Occumbis, generofe Volunx, nec claufa repoftis
Pondera thefauris, patrio nec regia quondam
Praefulgens ebore, & poffeffa mapalia foli
Profuerunt. quid rapta juvant? quid gentibus auri
Numquam exftincta fitis? modo quem Fortuna fovendo

Congeftis

Senec. in Phoeniff. verf. 85.

—— ipfa fe in leges novas
Natura vertet: regeret in fontem citas
Revolutus undas amnis. &c.

Claudianus I. in Eutrop. verf. 350.

—— fi talibus, inquit,
Creditur, & nimiis turgent mendacia monftris,
Jam teftudo volat, profert jam cornua vultur,
Prona petunt retro fluvii juga.

Plura congerere nolo.

v. 255. *Subfidens ilia*] *fubfidenfque* cum Colonienfi. N. HEINSIUS.

v. 259. *Hiertes*] *Iertes* Colonienfis. N. HEINSIUS.

v. 260. *Ditiffimus agri*] *ditiffimus arvi* Colonienfis, non *agri*. N. HEINSIUS. Ita faepe in prifcis libris turbatur. vide N. Heinfium ad Ovidii XIV. Metam. verf. 100. XV. Metam. verf. 275. ad Silii lib. IV. verf. 26. lib. VII. verf. 712. & Bentlej. ad Horat. Epod. II. verf. 18. Forfitan tamen nihil mutandum. nam ita fupra lib. I. verf. 303.

Dives agri, dives pecoris, famaeque negatus.

Virgil. X. Aen. verf. 563.

—— ditiffimus agri
Qui fuit Aufonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Horat. de Art. Poët verf. 421.

Dives agris, dives pofitis in foenore nummis.

& Statius V. Theb. verf. 305.

Infula dives agris, opibufque, armifque, virifque.

v. 261. *Generofe Volunx*] Doctiffimus Lipfius ad Taciti XIV. Annal. cap. LVI. putat, Silium in laudando hujus hominis divitias refpexiffe ad opes Volufii, cujus Tacitus eo loco meminit: fed minus recte. Hic enim Volunx Afer fuit ex Hannibalis exercitu, a Rullo, Flaminii milite, occifus: unde & regiam ejus *patrio ebore*, id eft, Africano, praefulfiffe dicit Silius. Si quid video, omnino Silius allufit ad Bocchi Maurorum regis filium, qui *Volux* vocatur apud Salluft. in Bell. Jugurt. cap. CV, CVI, & CVII. Num vero ille apud Salluft. *Volunx*, an hic apud Silium *Volux*, dicendus fit, videant alii: ego enim nihil ftatuo, quamvis idem Lipfius hunc verfum Silii laudans ad d. l. Taciti *Volux* habeat: fed contra fidem & auctoritatem omnium librorum, qua manu, qua typis defcriptorum. Quin & Poggius Florentinus, qui primus Silii poëma latens & tantum non deperditum in lucem protraxit, in hiftor. Difceptativa de Avaritia fub finem hunc locum producens, *Volunx* etiam laudat.

v. 264. *Profuerint*] *Profuerunt* Colonienfis & Oxonius. probe: & fic Interpres conjecerat. N. HEINSIUS. Sic infra lib. XIV. verf. 46.

Mifcuerunt Phrygiam prolem Trojanus Aceftes,
Trojanufque Helymus.

Virgil. Ecl. IV. verf. 61.

Matri longa decem tulerunt faftidia menfes.

Frequentiffime ita peccatum librariorum ignorantia. Vide N. Heinfium ad Claudiani I. de Laudib. Stilic. verf. 372. ad Ovid. Epift. II. Heroid. verf. 141. ad IV. Metam. verf. 225. & X. Metam. verf. 55. ad Valer. Flacc. lib. IV. verf. 432. Silii lib. X. verf. 61. libr. XIII. verf. 304. lib. XV. verf. 280. lib XVI. verf. 698. fed praefertim ad Ovid. Epift. VII. Heroid. verf. 166.

v. 264. *Quid rapta juvant? quid gentibus auri Numquam exftincta fitis*] *To gentibus* parum fatisfacit: opinor, *quid habentibus auri Numquam exftincta fitis*, vel *mentibus*. poffis &, *quid parta juvant*. N. HEINSIUS. Si *habentibus* malis, expone divitibus. Sic Virgil. VIII. Aen. verf. 327.

Et belli rabies & amor fucceffit habendi.

in Culice verf. 83. *finem tranfcendit habendi* Horat. lib. I. Ep. VII. v. 85.

Immoritur ftudiis, & amore fenefcit habendi.

Ovid. III. Art. Amat. verf. 541.

Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi.

I. Faftor. verf. 195.

Tempore crevit amor, qui nunc eft fummus, habendi.

Phaedr. in Praefat. lib. III. verf. 21.

Curamque habendi penitus corde erraferim.

Claudian.

Congestis opibus donisque refersit opimis,
Nudum Tartarea portabit navita cymba.
Juxta bellator juvenilibus Appius ausis
Pandebat campum caede: atque, ubi plurima virtus,
Nullique aspirare vigor, decus inde petebat.
Obvius huic Atlas, Atlas a litore Hibero,
Nequidquam extremae longinquus cultor harenae,
Impetit os hasta, leviterque e corpore summo
Degustat cuspis generosum extrema cruorem.

Intonuere

Claudian. II. de Laud. Stilic. verf. III.

Ac primam scelerum matrem, quae semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Avaritiam.

Prudent. in Hamart. verf. 255.

——— *finis quem nullus habendi*
Temperat, aggestis addentem vota talentis.

Sidon. Apollin. carm. v. verf. 149.

Et puer est cupidus numquam, sed parcus habendi.

Pacat. in Paneg. cap. XXV. *Crescebat indies habendi fames, & parandi rabiem parsa irritabant.* hinc *habentia* est divitiae. Plaut. in Prol. Trucul. verf. 21.

Is cum anima ad eam habentiam everreris.

ubi vide Gruterum, & lucidum illud nuper Academiae nostrae sidus J. G. Graevium ad Cicer. VII. ad Famil. Epist. XXIX. Minus recte itaque Ob. Gifanius in Indice Lucret. in voce *Habere τὸ habentia* ab *avere* deducendum, & librariorum errore in serie dictionum ab litera *H* incipientium collocatum in Nonio Marcello existimat.

v. 266. *Congestis opibus donisque refersit opimis*] *congerere* aptum vocabulum de avaris, qui immensos nummorum cumulos quotidie augere sitiunt. Horat. I. Serm. Ecl. I. verf. 70.

——— *congestis undique saccis*
Indormis inhians, & tamquam parcere sacris
Cogeris.

Tibull. lib. I. Eleg. I. v. I.

Divitias alius fulvo sibi congerat auro.

ubi vide Gebhard. Ovid. Epist. XVII. Heroïd. verf. 224.

Congestoque auri pondere dives ero.

Senec. in Herc. Fur. verf. 167.

Componit opes gazis inhians
Et congesto pauper in auro est.

Claudian. I. in Rufin. verf. 194.

Congestae cumulantur opes, orbisque rapinas
Accipit una domus.

& II. in Rufin. verf. 134. *quid fulvi vasta metalli Congeries.* Appulej. lib. v. Metam. pag. 159. Ed. Elm. *Horrea sublimi fabrica perfecta, magnisque congesta gazis conspicit.*

v. 267. *Portavit navita cymba*] Lege *portabit.* & sic Puteaneus. N. HEINSIUS. *portabit* etiam habet Poggius Florentinus, qui hunc locum laudavit in historia disceptiva de Avaritia sub finem.

v. 271. *Obvius huic Aslas, à sanguine clarus Hibero*] Venustior longe lectio scripta, ut moneo quoque ad lib. I. verf. 431.

Obvius huic Atlas, Atlas à litore Hibero.

MODIUS Novant. Lect. Epist. CX. *Atlas à litore Hibero* Coloniensis, uti Modio jam monitum. neque aliter Puteaneus. In Romana & Parmensi editione *Atlas à sanguine Hibero.* N. HEINSIUS. Mediolan. editio pariter *Atlas à sanguine Hibero.* in Oxon. *Athlans à litore Hibero.* Silio suam manum pridem vindicarunt viri docti. *Atlas à litore Hibero*, ut apud Terent. Andr. act. III. sc. I. verf. 3. *Ab Andria est ancilla haec.* Sic Silius lib. I. verf. 431. *Litore ab Hesperidum Temisus.* libro VI. verf. 42.

——— *Laevinus ab alto*
Priverno, vitis Latiae praesignis honore.

libro X. verf. 174.

——— *jacet ingens Phorcys ab antris*
Herculeae Calpes, caelatus Gorgone parmam.

Propert. lib. IV. Eleg. VI. verf. 37.

——— *o longa mundi servator ab Alba*
Auguste, Hectoreis cognite major avis.

Valer. Flacc. lib. I. verf. 365. *mollique à litore Pellae Deucalion certus jaculis.* Livius lib. XXXI. cap. XXIII. *Praedonum à Chalcide naves non modo Sunium superare, sed nec extra fretum Euripi committere aperto mari se audebant.* Petron. in Satyr. cap. XXXVIII. *Arietes à Tarento emit, & eos curavit in gregem.* ubi videantur, quae notarunt viri docti.

v. 277. *Obstantum turmam, & clausum*] Vera & membranarum scriptura est, *Obstantum turbam, clausum.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XVI. *turbam* scripti cum priscis editionibus. pro *& clausum* iidem *ac*, Coloniensis *at.* N. HEINSIUS. *turbam* etiam editiones Mediolan. Juntina, Aldina, Gryphii, aliaeque: quam lectionem etiam Dausquejus probavit. Marsus primus *turmam* dedit, & post eum alii. Saepissime ita peccatum in libris priscis. vide Zinzerling. in Promulf. Crit. cap. XVIII. N. Heinsium ad Claudiani I. in Rufin. verf. 350. ad Ovid. I. Amor. El. I. verf. 6. & III. Art. Amat. verf. 2. Barth. ad Statii lib. I. silv. VI. verf. 56. & Gebhard. ac Broekhuf. ad Propert. lib. III. Eleg. XII. (aliis est XIII.) verf. 16.

v. 279. *Tum vero aspiciens*] Lege ex Manuscripto *aspiceres.*

Intonuere minae, violentaque lumina flammis
Exarsere novis: furit, & diffulminat omnem
Obstantum turbam. at clausum sub casside vulnus
Martia commendat mananti sanguine membra.
Tum vero aspiceres pavitantem, & condere semet
Nitentem in sociis juvenem: ceu tigride cerva
Hyrcana cum pressa tremit; vel territa pennas
Colligit accipitrem cernens in nube columba;
Aut dumis subit, albenti si sensit in aethra

Librantem

aspiceres. MODIUS Novant. Lect. Ep. xvi. Bene Coloniensis, laudante jam Modio, *aspiceres.* N. HEINSIUS. Optime viri docti *aspiceres.* Sic Virgilius viii. Aen. vers. 649.

Illum indignanti similem, similemque minanti
Aspiceres, pontem auderet quia vellere Cocles.

Silius lib. vi. vers. 683.

Addiderant geminas medio consurgere fluctu
Aegates: lacerae circum fragmenta videres
Classis.

lib. xvi. vers. 500.

——— *auras*
Praevehitur Theron, credas Cyllenida plantam
Aetherio nexis cursu talaribus ire.

Ovidius vi. Metam. vers 22.

Sive levi teretem versabas pollice fusum,
Seu pingebat acu, scires à Pallade doctam.

Statius v. Theb. vers. 595.

——— *volucres isdem modo tardius arvis*
Ipse videntur equi. credas e plebe Cydonum
Parthorumque fuga totidem exsiluisse sagittas.

Claud. ii. in Rufin. vers. 176.

Pulveris extolli nimbos, lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas.

Appul. i. Metam. pag. 104 *Diceres Dei medici baculo serpentem generosum lubricis amplexibus inhaerere.* Petron. in Satyr. cap. vii. *In ipso aditu occurrit mihi aeque lassus ac moriens Ascyltos: putares ab eadem anicula esse deductum.* ubi plura notarunt viri docti.

v. 280. *Nitentem socius juvenem*] *in socus* scribendum. nisi *credere socus* praestare censes. N. HEINSIUS.

v. 280. *Ceu tigride cerva Hircana cum pressa tremit*] Eadem similitudine supra usus est lib. iv. vers. 333.

Sic, ubi Caucasiis tigris se protulit antris,
Linquuntur campi, & tutas petit omne latebras
Turbatum insano vultu pecus.

v. 281. *Cum pressa tremit*] Editiones Romanae & Parmensis *prensa.* N. HEINSIUS. Etiam Mediolanensis. sed frustra. Silius enim Atlantem fugientem & in sociis se condere nitentem non captae à tigride cervae, sed insecutae comparat. *prehendi* autem fera dicitur, quae capitur; at *premi*, quam venator persequitur. Silius lib. x vers. 125.

Haud secus ac Libyca fetam tellure leaenam
Venator premit obsesso cum Maurus in antro.

Virgil. xii. Aen. vers. 253.

Aetheraque obscurant pennis, hostemque per auras
Facta nube premunt.

Saepissime vero librarii voces *pressus* & *prensus* inter se turbarunt. Apud Lucan. lib. vi. vers. 184. quinque libri exhibent,

Tunc densos inter cuneos comprensus.

vulgo est *compressus.* lib. vii. vers. 563. *Quae prenso tremat ense manus* duo habent libri, pro quo nunc editur *presso.* lib. vi. vers. 642. pro

Haud procul à Ditis caecis depressa cavernis
In praeceps subsedit humus,

unus codex *deprensa* legit. Alia vide apud Rittersh. & N. Heinsium ad Phaedr. lib. iv. fab. i. vers. 14. Dionys. Vossium ad Caesar. ii. de Bell. Gall. cap. ix. N. Heinsium ad Claudian. i. in Rufin. vers. 287. ad Ovid. Epist. iv. Her. vers. 41. ad Silii lib. iii. vers. 551. lib. iv. vers. 390. lib. x. vers. 367. & eruditissimum Bentlejum ad Horatii i. od. xiv. vers. 10.

v. 283. *Aut dumos subit.*] Lege ex manuscripto *dumis.* MODIUS Novant. Lection. Epist. xvi. *dumis* scripti, quod Modio jam monitum. N. HEINSIUS. *dumis* insuper omnes antiquae editiones, nisi quod operarum errore in Mediolan. sit *divini.* In Basil. editione primum *dumos* scriptum fuit, quam lectionem expresserunt Colinaeus, Dan. Heinsius, & Dausquejus. Utroque modo locuti sunt optimi scriptores. cum quarto casu construitur id verbum infra lib. xi. vers. 487.

- - - *lauro redimita subibat*
Optatos puppis portus.

Tibull. lib. i. Eleg. iv. vers. 41.

Nec te poeniteat duros subiisse labores.

Virgil. vi. Aen. vers. 13.

Jam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta.

& viii. Aen. vers. 362.

- - - *haec, inquit, limina victor*
Alcides subiit, haec illum regia cepit.

Cum tertio casu supra lib. i. vers. 566.

Defessis subeant rebus, revocentque salutem.

Virgil. vii. Aeneid. vers. 161.

- - - *turres ac tecta Latinorum*
Ardua cernebant juvenes, muroque subibant.

ubi pariter libri scripti variant, teste eo loco Pierio,

Librantem nisus aquilam, lepus ore citato.
Ense ferit tum colla viri, dextramque micantem
Demetit; ac mutat successu saevior hostem.
Stabat fulgentem portans in bella bipennem
Cinyphius, socerique miser Magonis inire
Optabat pugnam ante oculos, spe laudis, Isalces;
Sidonia tumidus sponsa, vanoque superbus
Foedere promissae post Dardana proelia taedae.
Huic immittit atrox violentas Appius iras,
Conantique gravem fronti librare securim,
Altior insurgens, galeam super exigit ictum.
At fragilis valido conamine solvitur ensis
Aere in Cinyphio: nec dispar fortis Isalces
Umbonem incerto detersit futilis ictu.
Tum quod humo haud umquam valuisset tollere saxum,
Ni vires trux ira daret, contorquet anhelans

Appius

& N. Heinsio ad Ovidii XIII. Metam. vers. 611. Lepori insidiantem aquilam oculis nostris offert haec gemma, quam in thesauro Brandenburg. tom. III. pag. 213. protulit Begerus.



v. 284. *Librantem visus aquilam*] Vera & membranarum lectio est *Librantem nisus*. MODIUS Novant. Lect. Epist. XVI. Scripti *Librantem nisus*, quod Modio jam monitum, probante illud etiam Barthio. N. HEINSIUS. Passim ita turbatur in libris scriptis. vide Dan. Heinsium supra ad lib. II. vers. 621. & N. Heinsium ad Ovidii II. Art. Amat. vers. 660. Praefero autem cum viris doctis *nisus*. nam *librare visus* est undique circumspicere, at *librare nisus* est intentius & omni nisu volare. Eo sensu vox *librare* de volatu avium frequentissima est. vide infra ad lib. XV. vers. 429. Male pro vulgata scriptura stat Dausquejus.

v. 284. *Ore citato*] Quid hoc est *ore citato?* neque aquilae hoc, neque lepori convenire ullo pacto potest. nimirum, sagax ille Interpres quo viderit? Scribendum enimvero *orbe citato*, quod eleganter aquilam in orbem flectentem volatum, & praedam quaerentem praepingit. Huic autem sententiae *nisus* Modianum magis etiam convenit. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. Pro *ore citato*, corrigit Barthius *orbe citato*, tamquam aquila praedae inhians sese in gyrum orbemque flectat. Sed ad leporem referri debet. N. HEINSIUS. Non displicet Barthii conjectura *orbe citato*. ita tamen, ut cum Heinsio ad leporem referas, qui aquilam, desuper insidiantem, per multos gyros & orbes celeriter effugiens tandem dumis subit. Ita frequenter peccatum. vide supra ad lib. III. vers. 654. Sed vel sic etiam locus mendae suspicionem praebet.

v. 292. *Huic immittit ovans*] *atrox* scripti, cum editione Parmensi. probe. libro XII. vers. 212.

Polydamanteis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox.

N. HEINSIUS. Proxime verum Putean. codex *immittit atras*. Scribendum enim cum Heinsio ex aliis scriptis *atrox*. Sic lib VII. vers. 654.

- - - totam pectoris iram
Mandat atrox hastae.

lib. II. vers. 250.

Instat atrox terga increpitans fugientia victor.

lib. III. vers. 284.

Praefuit intortos demissus vertice crines
Bocchus atrox.

atrox Gradivus habes lib. IX. vers. 486. *atrox Garamas* alibi apud nostrum.

v. 294. *Altior insurgens galeam super exigit ictum*] Supra lib. I. vers. 400.

- - - & ferit, alte
Insurgens, gladio cristatae cassidis aera.

libro X. vers. 259.

- - - aegrum coeptanti attollere corpus
Arduus insurgens totum permiscuit ensem.

Virgil. XI. Aeneid. vers. 697.

Tum validam perque arma viro perque ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat.

ubi tamen Pierius antiquissimum codicem *exsurgens*

habere

Appius, & lapsu resupino in terga cadentem
Mole premit scopuli, perfractisque ossibus urguet.
Vidit conjuncto miscens certamina campo
Labentem socer, & lacrimae sub casside fusae
Cum gemitu, rapidusque ruit: data foedera nuper
Accendunt animos exspectatique nepotes.
Jamque aderat: clipeumque viri, atque immania membra
Lustrabat visu, propiorque a fronte coruscae
Lux galeae saevas paullum tardaverat iras.
Haud secus, e specula praeceps delatus opaca,
Subsidens campo submissos contrahit artus,
Cum vicina trucis conspexit cornua tauri,
Quamvis longa fames stimulet, leo: nunc ferus alta
Surgentes cervice toros, nunc torva sub hirta
Lumina miratur fronte, ac jam signa moventem,

Et

habere testatur, quod Illustrissimus Heinsius in emendatissimam omnium editionem suam recepit. Idem Virgil. XII. Aen. vers. 902.

Altior insurgens & cursu concitus heros.

v. 295. *Et fragilis valido*] Emenda *At fragilis.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XVI. *At fragilis* Coloniensis. N. HEINSIUS. Probat hanc lectionem etiam Dausquejus.

v. 297. *Detorsit futilis ictu*] Emenda *detersit.* sic & lib VII. est vers. 184. *primum Vestae detersit* (male alii *decerpsit*) *honorem.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XVI. *detersit* cum Modio scripti & vetustae editiones. N. HEINSIUS. Ex vetustis editionibus Mediolan. & Marsi Veneta stant pro vulgata scriptura. sed male. *detersit* enim hic est perstrinxit. Isalces Appium ferire volebat, sed is ictum super scutum excepit. Sic *detergere remos* lib. XIV. vers. 383.

Ast aliae latere atque incussi roboris ictu
Detergent remos.

Veram scripturam amplectitur etiam Doctissimus Dausquejus.

v. 298. *Quod humo haud umquam valuisset vellere saxum, Ni vires*] Emenda *tollere*, & mox *contorquet* pro *torquebat*, & *lapsu resupino*, non *resupina.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XVI. *tollere* cum Modio Coloniensis. ceteri codices stant pro vulgata scriptura. pro *torquebat* idem Coloniensis *contorquet.* *resupino in terga* etiam, non *resupina.* N. HEINSIUS. Imitatur Silius Maronem, qui ad hunc modum haec effert in XII. Aeneid. vers. 896.

Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens:
Saxum antiquum, ingens, campo quod forte jacebat
Limes agris positus, litem ut discerneret arvis.
Vix illud lecti bis sex cervice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem.

Quod Virgilium ex Homero mutuatum docuerunt Ursin. & Cerda. Servius autem ad dictum locum inquit: Torquebat] *bene imperfecto usus est tempore, quia non est perfectum, quod voluit.* Contra, quia hic est perfectum, quod Appius voluit, recipiamus, quod viri docti vindicarunt, *contorquet*; magis tamen ob manuscriptorum, quam Servii auctoritatem.

v. 304. *Data foedera*] An *rata?* Sed nihil muta. lib. VI. vers. 517. *data foedera nobis.* N. HEINSIUS. *rata* olim conjecit Illustrissimus Heinsius. ita saepe errarunt indocti librarii. Vide, quae idem notavit ad Nason. Epist. XVI. Heroid. vers. 279. ad XI. Metam. vers. 135. ad XIV. vers. 818. ad III. Fast. vers. 279. & ad VI. Fast. vers. 103. Sed melius postea receptam scripturam probavit; tres enim voces a litera *r* incipientes sonum asperiorem facerent. *data foedera*, ut apud Ovid. II. Met. vers. 756.

—— *sine matre creatam*
Lemnicolae stirpem contra data foedera vidit.

v. 310. *Subsidens campo submissos*] *Subsidit campo* scripti. Opinor,

Subsidit campo, & submissos contrahit artus.

N. HEINSIUS.

v. 313. *Nunc torva sub hirta Lumina miratur fronte*] In membranis clare *irca* legitur; ut suspicio non vana sit, *hirquâ* legendum: de qua voce interpretes Virgilii. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *sub hirta fronte* scripti. apage Barthium cum *hirqua fronte*, quod nobis obtrudit. *hirta frons* passim apud Poëtas occurrit. noster infra vers. 438. *hirtaque torvae Frontis caesaries*, & mox vers. 450.

—— *hirtoque a pectore primum*
Mucronem ostendit.

de Pane Valerius Flaccus, *hirtae coma sibila frontis.* *frons hirta* in Pompejo tantopere commendata ab antiquis. miror tam nugacem correctionem homini erudito in mentem venire potuisse. N. HEINSIUS. Infra Silius lib. XVI. vers. 120.

—— *crispamque involvere visa est*
Mitis flamma comam, atque hirta se spargere fronte.

lib.

Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat harena.
Hic prior intorquens telum ſic Appius inſit:
Si qua tibi pietas, ictum ne deſere foedus,
Et generum comitare, ſocer. per tegmina velox
Tunc aeriſque moras laevo ſtetit haſta lacerto.
At contra non dicta Libys, ſed fervidus haſtam
Perlibrat, magni donum memorabile fratris:
Caeſo quam victor ſub moenibus ille Sagunti
Abſtulerat Durio, ac ſpectatae nobile pugnae
Germano dederat portare in proelia pignus.
Telum ingens, perque arma viri, perque ora, doloris
Adjutum niſu, letalem pertulit ictum:
Exſangueſque viri conantis vellere ferrum
In vulnus cecidere manus. jacet aequore nomen
Clarum Maeonio, atque Italae pars magna ruinae

Appius:

lib. XIII. verſ. 861.

Ille, hirta cui ſubrigitur coma fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput.

lib. XV. verſ. 28.

Alterius diſpar habitus, frons hirta, nec umquam
Compoſita mutata coma.

Statius IV. Theb. verſ. 364.

Pectora talenti ſanie gravis, hirtaque ſaetis
Ora cruentata deformis hiantia lana.

v. 315. *Et ſparſa pugnas meditantem ſpectat harena*] Niſi fallor, praeſtiterit,

Et ſparſa in pugnas meditantem exſpectat harena.

nam apud Maronem quoque X. Aen. verſ. 454. vetuſtiora exemplaria agnoſcunt,

——— *utque leo ſpecula cum vidit ab alta*
Stare procul campis meditantem in proelia taurum.

& noſter lib. XVII. verſ. 439.

Haec dicens Silarum meditantem in proelia telo
Praevenit.

N. HEINSIUS. Infra tamen *pugnas meditari* dixit Silius libro XII. verſ. 711.

Intenditque arcum, & pugnas meditatur Apollo.

quare contra veterum codicum auctoritatem nihil temere mutarem. *ſparſa harena*, nam apud Plin. VIII. Hiſt. Natur. cap. XLV. *Tauris in aſpectu generoſitas, torva fronte, auribus ſaetoſis, cornibus in procinctu dimicationem poſcentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans, ſpargenſque in altum harenam, & ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens.*

v. 316. *Hic prior intorquens telum*] *Huic* puto, ut ſupra. N. HEINSIUS.

v. 317. *Ictum ne deſere foedus*] *ici foedus* de ſponſalibus num recte dicatur, dubitat vir Celeberrimus Petrus Burmannus, & legi mavult *dictum foedus. dicere foedus* autem, ut *dicere legem*, & ſimilia.

v. 318. *Per tegmina velox Tunc aeriſque moras*] *Cunta aeriſque* vetus editio. ad Maronem Aeneidos X. verſ. 313. videri ſcribendum monebam *per tegmina velox Suta.* Poſſis etiam, *per tegmina velox, Per tunicaeque moras*, vel, *Thoraciſque moras.* N. HEINSIUS. Cum in veteri editione, teſte Heinſio, ſit *Cunta*, forte legendum erit *per tegmina velox Cuncta aeriſque moras*, hoc ſenſu: haſtam Appii per omnia tegmina, clipeo Magonis inducta, aeream que laminam, tegminibus ſubtextam, tranſabiiſſe, & laevo lacerto infixam eſſe. Pluribus enim taurorum pellibus, ut notum eſt, clipeos olim muniverunt. Virgil. IX. Aeneid. verſ. 706.

——— *quem nec duo taurea terga,*
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro
Suſtinuit.

ubi vide Cerdam. in XII. Aen. verſ. 924.

——— *oraſque recludit*
Loricae & clipei extremos ſeptemplicis orbes.

Claudian. II. in Eutrop. verſ. 386.

Tunc Aiax erat Eutropii, lateque fremebat,
Non ſeptem vaſto quatiens umbone juvencos.

Vide N. Heinſium ad Valer. Flacc. lib. VII. verſ. 464. Niſi nimium à vulgata ſcriptura abiret, poſſes etiam *per tegmina velox Per cratiſque moras.* Silius hoc libr. verſ. 521.

Cui medio leviter clipeo ſtetit aeris in ora
Cuſpis, & oppoſitas vetita eſt tramittere crates.

Virgil. VII. Aeneid. verſ. 632.

Tegmina tuta cavant capitum, flectuntque ſalignas
Umbonum crates.

Lucan. lib. I. verſ. 241. *nuda jam crate fluentes Invadunt clipeos.* Statius IV. Theb. verſ. 110.

Omnibus aeratae propugnant pectora crates.

Perperam autem Marſus *aeriſque moras* ad loricam & galeam refert, quae huc nihil faciunt: ut enim haſta in laevo lacerto ſtet, non galeam & loricam, ſed clipeum tranſire debet, quem laeva manu gerebant. Virgil. XI Aen. verſ 693. *laevo dependet parma lacerto.* Eandem ob cauſſam nec Illuſtriſſimi Heinſii conjecturas *Per tunicaeque moras*, & *Thoraciſque moras* probo. Eleganter autem *aeris moras*

eſt

Appius: intremuere lacus, corpusque refugit
Contractis Thrasymenus aquis: telum ore cruento
Exspirans premit, atque admorsae immurmurat hastae.
Nec fati melior Mamercus corpore toto
Exsolvit poenas, nulli non saucius hosti.
Namque per adversos, qua Lusitana ciebat
Pugnas dira manus, raptum cum sanguine caesi
Signiferi magna vexillum mole ferebat,
Et trepida infelix revocabat signa suorum.
Sed furiata cohors, ausisque accensa superbis,
Quodcumque ipsa manu gestabat missile, quidquid
Praebebat tellus, sparsis vix pervia telis,
Injecit pariter, pluresque in corpore nullo
Invenere locum perfossis ossibus hastae.

Advolat

est aereum clipeum, qui hastam morari poterat. Virgil. xi. Aen. vers. 541. *nec misero clipei mora profuit aerei.* Silius lib. ix. vers. 217.

——— tum propulso munimine valli
Fossarum rapuere moras.

Senec. in Phoen. vers. 246.

Uterque nondum solveram clusi moras.

Valer. Flacc. lib. vi. vers. 97.

Quos, duce Teutagono, crudi mora corticis armat.

Iscan. i. Bell. Troj. vers. 429.

Thoracisque moras clipeique umbramina raptim
Dissipat.

& ita poetae passim.

v. 322. *Caeso quam victor* &c.] Durium interfectum ab Hannibale ad Saguntum supra memorat Silius lib. i. vers. 438.

Jam Lygdum, Duriumque simul, flavumque Galaesum,
Et geminos Chromin atque Gyan demiserat umbris.

v. 326. *Adjutum nisu letalem protulit ictum*] Scribendum ex membranis *pertulit* exemplo Maronis, quo nimirum destinaverat. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. xv. *pertulit* ex scriptis, quomodo & Barthius. pro *Adjutum*, Puteaneus *Admissum*. nil muto. N. HEINSIUS. In Mediolan. *Adjunctum*. Sed optime Illustrissimus Heinsius vulgatam lectionem defendit. Valer. Flacc. lib. vi. vers. 540.

Sic ait; intentaque adjutum missile planta
Dirigit.

Recte etiam *pertulit ictum* vindicatum. Virgil. x. Aeneid. vers. 785.

——— imaque sedit
Inguine, sed vires haud pertulit.

& xii. Aeneid. vers. 907.

Nec spatium evasit totum, nec pertulit ictum.

Verba cum praepositionibus *per* & *pro* composita saepe inter se permisceri scribarum errore supra docui ad libr. iv. vers. 548.

v. 328. *Exsanguesque viri conantis vellere ferrum*] *viro conanti vellere* maluerim. Sed obstant veteres membranae. N. HEINSIUS.

v. 333. *Corpore toto exsolvit poenas*] Nullo non nempe corporis membro saucius. Silius infra lib. x. vers. 513. *tum toto corpore vulnus.* Ovid. iii. Metam. vers. 237. *Jam loca vulneribus desunt.* & vi. Metam. vers. 388.

Nec quidquam, nisi vulnus, erat: cruor undique manat.

Statius v. Theb. vers. 608. *totumque in vulnere corpus.* alii id aliter expresserunt.

v. 334. *Nulli non saucius hosti*] Possis etiam *hastae*, nisi quod id verbi mox subsequatur. N HEINSIUS.

v. 336. *Cum sanguine caesi Signiferi*] Dausquejus ita ad hunc locum. „ Male Ph. Nutius *teli*, nisi signiferi nomen id esse velis, quod non disconveniens. Idem Illustrissimo Scaligero etiam in mentem venit, qui pro *teli*, quod habet Gryphii editio, *Teli* scribendum esse monuit. *teli* etiam Putean. & Oxoniensis codex cum priscis editionibus. Sed cum membranis Colon. vulgatum *caesi* servo.

v. 341. *Tellus sparsis vix pervia telis.*] Tantum telorum in terra sparsum erat, ut vix iri posset. Sed in prisco codice legitur *pervid*; unde suspicabar, *pervida* genuinum poëtae esse. tanta telorum densitas in terra erat, ut vix eam per tela cernere posses. Sic lib. iv. de amne vers. 626.

- - - clipeisque simul galeisque cadentum
Contegitur Trebia, & vix cernere linquitur undas.

De ea voce alibi in his ipsis [Adversariorum] commentariis. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. xv. *sparsi teli quidquid* maluerim. nam illud Barthianum *pervida telis* perquam ineptum est, ne quid gravius dicam. N HEINSIUS.

v. 342. *Pluresque in corpore nullo Unius haeserunt Romani militis hastae*] Non negabis melius esse,

- - - pluresque in corpore nullo
Invenere locum perfossis ossibus hastae.

sed solent illo modo interpolare auctores, quorum nobis temeritas librorum manu exaratorum auxilio

Advolat interea fraterni vulneris ira
Turbatus Libyae ductor; visoque cruore,
Num lateri cuspis, num toto pondere telum
Sedisset, fratremque amens sociosque rogabat.
Utque metum leti procul, & leviora pavore
Cognovit, proprio tectum gestamine praeceps
Ex acie rapit, & tutis a turbine pugnae
Constituit castris. medicas hinc ocius artes,
Et senioris opem Synhali vocat: unguere vulnus
Herbarum hic succis, ferrumque e corpore cantu
Exigere, & somnum tacto misisse chelydro,
Anteibat cunctos, nomenque erat inde per urbes
Perque Paraetoniae celebratum litora Syrtis.
Ipse olim antiquo primum Garamanticus Hammon
Scire pater dederat Synhalo, morsusque ferarum
Telorumque graves ictus sedare medendo.
Atque is deinde suo moriens coelestia dona
Monstravit nato, natusque heredis honori

Tramisit

& auctoritate saepius, quam vellem, retundenda est. MODIUS Novant. Lection Epist. XVI.

- - - pluresque in corpore nullo
Invenere locum perfossis ossibus hastae,

ex Coloniensi Modius, pro quo vulgati

Unius haeserunt Romani militis hastae:

qui versus a ceteris scriptis ac vetustis editionibus abest. pro *Injecit pariter*, praestiterit *Ingessit*. Sed aliter scripti. N. HEINSIUS. Concinnior multo & Silio dignior versus, quem viri docti ex membranis Coloniensibus probarunt, quam qui in nonnullis editionibus exstat. Habuit eum primum editio Basil. & postea Colin. ac Dausquej. a ceteris omnibus exulat. Deinde omnes libri scripti *in corpore nullum Invenere locum*, quod recipi posset: ut non ea Silii mens sit, neminem pluribus telis vulneratum esse, quam Mamercum, quod vulgatum *in corpore nullo* innuit; sed tot tela in corpore ejus stetisse, ut pluribus locus non fuerit.

v. 347. *Fremuitque amens, sociosque rogabat*] Vera lectio est, *fratremque amens*. De Magone, ab Appio vulnerato, & Hannibale modo fratrem, modo circumstantes de vulneris altitudine anxie interrogante sermo est. MODIUS Novant. Lection. Epist. cx. *fratremque amens* Modius & scripti nostri. Optime. N. HEINSIUS. Pro vulgata scriptura minus recte digladiatur Doctissimus Dausquejus.

v. 353. *Ferrumque e corpore cantu Exigere*] ἐπαοιδῇ. Cantui enim Homerus eam vim in medicamentis tribuit, ut sanguinem sistat, in Odyss. T. [vers. 456.]

Ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο
Δῆσαν ἐπισταμένως· ἐπαοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν
Ἔσχεθον.

Cadit ergo Dioclis opinio, qui ἐπαοιδὴν, τὴν παρηγορίαν, id est consolationem, Homero esse volebat: putabat enim eam consolationis vim esse, ut sanguinem sisteret; quod ex illo loco probare nitebatur [Il. O. vers. 401.]

Ἀλλὰ σὲ μὲν θεράπων ποτιτερπέτω.

Silio enim simpliciter ἐπαοιδὴ *cantus* est. In sequentibus autem *torto*, pro *toto*, ut nonnulli volunt, optime legi potest: tales enim sunt Druidae; Druidae enim Chelydri dicuntur, dum in fago latitant. Nicander, [in Theriac. vers. 411.]

Κεῖνα δέ τοι δρυΐναο πιφαύσκεο, τὸν δὲ χέλυδρον
Ἐξέτεροι καλέουσιν, ὁ δ' ἐν δρυσὶν οἰκία τεύξας,
Ἢ ὅγε που φηγοῖσιν ὀρεσκεύει περὶ ζύγοις.

Interpres. Ἔστι δὲ ὄφις δρυΐνας, ὃς ἐν ἀρχαῖς λίμνῃ διατρίβει ἐν δρυσίν, ἢ φηγοῖσιν· ὅταν δὲ καταλείπῃ τὴν λίμνην εἰς τὴν δρῦν ἔλθῃ, τότε δρυΐνας καλεῖται. D. HEINSIUS.

v. 354. *Somnum toto misisse chelydro.*] Hic etiam mendum latet, quod Marsus elui posse putabat, legendo *torto chelydro*, exponens *torto*, in se replicato. bene quidem ille, nisi verum esset *tacto chelydro*. jam alibi diximus cantu & manibus veneficia perfici: ad lib. III. vers. 302. MODIUS Novant. Lection. Epist. XVI. Mirum enim vero, ni dimidio potius. Nugae hae sunt. duo manuscripti codices *tacto*, quae veritas est. adjurat enim serpentem praestigiator, cujus tactu deinde somnum movebat. Vel ad ipsum chelydrum pertinet, quem tactu sopire notant, non aliter quam Mercurium virga. BARTHIUS Advers. lib. V. cap. XV. *torto* Marsus. Scribendum *tacto chelydro* ex scriptis nostris. vidit & Modius, & cum eo Barthius quoque. Interpres denuo odiosus interpellat. praestiterit puto *tactio immisisse chelydro*. videantur annotata libro III. vers. 302. *tacito chelydro* Parmensis. N. HEINSIUS.

Quidquid

Tramisit patrias artes: quem deinde secutus
Haud levior fama Synhalus Garamantica sollers
Monstrata augebat studio, multaque vetustum
Hammonis comitem numerabat imagine patrem.
Tum, proavita ferens leni medicamina dextra,
Ocius, intortos de more astrictus amictus,
Mulcebat lympha purgatum sanguine vulnus.
At Mago, exuvias secum caesique volutans
Hostis mente necem, fraternas pectore curas
Pellebat dictis, & casum laude levabat:
Parce metu, germane. meis medicamina nulla
Adversis majora feres: jacet Appius hasta
Ad manes pulsus nostra. si vita relinquat,
Sat nobis actum est, sequar hostem laetus ad umbras.
Quae dum turbatos avertunt aequore campi
Ductores, valloque tenent: ex agmine Poenum
Cedentem Consul tumulo speculatus ab alto,
Atque atram belli castris se condere nubem,
Turbidus extemplo trepidantes milite maesto

Invadit

Quidquid dicat doctissimus Dausquejus, numquam verosimile praestabit, vulgatam lectionem à manu Silii profectam esse. Illustrissimus Scaliger ad marginem libri sui *toto chelydro* sibi probum videri monuit. Voces *totus* & *tortus* saepe in libris vetustis confundi infra doceo ad lib. VII. vers. 412. sed *tacto chelydro*, quod viri docti ex membranis vindicarunt, omnino recipiendum: quam scripturam etiam probavit Exactissimus Gronovius II. Observ. cap. 1. & ad eam adstruendam multa erudite, ut solet, in medium attulit, quae videnda sunt.

v. 361. *Monstrarat*] *Monstravit* scripti. N. HEINSIUS.

v. 363. *Haud levior fama Synalus*] *levior famae* opinor. diximus supra. in Coloniensi *Synhalus* passim. *Haud levior forma* Oxon. Putean. & editio Romana. perperam. N. HEINSIUS. Silius lib. II. vers. 102.

Verum ut opum levior venatu extendere vitam
Abnuit.

at contra lib. IV. vers. 544. *levior dextra*, lib. VIII. vers. 518. *levior bellis*, libro XII. vers. 563 *levis frenis*. quibus quidem locis vir Illustrissimus *dextrae*, *belli*, *freni* reponendum conjecit, sed sine librorum veterum auctoritate: qui cum & hoc loco constanter *levior* cum sexto casu construant, recepta lectio non temere mutanda est. lib. XIII. vers. 213. *obsepto consentus limine Martem Exercere levis bello.* Porro etiam Mediol. editio *forma*, pro *fama*: sed perperam. quid enim ad artis medicae peritiam forma facit? deinde eadem cum editione Romana & codice Puteaneo, *Haud melior*. verum nec illud rectum.

v. 365. *Numerabat imagine patrem*] *patruum* emendo: aut, si vulgatum retinetur, paullo ante corrigendum, *Garamanticus Hammon Scire patri dederat Synhalo.* N. HEINSIUS.

v. 367. *Intortos de more astrictus amictus*] *de more*, nempe medico. quo expeditiores enim medici chirurgi forent vulneribus curandis, vestes astringebant. Ob oculos habuit Silius locum Maronis ex XII. Aen. vers. 400.

- - - ille retorto
Paeonium in morem senior succinctus amictu
Multa manu medica Phoebique potentibus herbis
Nequidquam trepidat.

Plura vide apud Gevart. in Lection. Papin. cap. XXXIV. & Gonsalium ad Petron. Satyr. cap. XIX.

v. 377. *Valloque tenent:*] Sic distingue. N. HEINSIUS. Vulgo ita distinguebatur,

Ductores, valloque tenent ex agmine Poenum,

sed male.

v. 378. *Tumulo speculatus ab alto*] Hemistichium est Maronianum ex XI. Aen. vers. 853.

—— Arruntem tumulo speculatur ab alto.

Totus vero locus effictus est ad imaginem alterius in XII. Aen. vers. 324. ubi Turnus, Aenea saucio &, ut vulnus obligaretur, ex acie decedente, parem victoriae adipiscendae spem concipit.

v. 380. *Trepidantes milite maesto*] Malim, *milite lecto*, proprio hac in re vocabulo. lib. XI. vers. 64.

Ergo electa manus gressu fert dicta citato.

libr. eodem vers. 204.

Astabat Poenus, propereque arcessere lectos
Immitem castris Decium jubet.

lib. XIV. vers. 410.

Lectaque complebat Stabiarum litora pubes,

non *Laetaque*, ex scriptis. Lucan. lib. X. vers. 272.

Summus Alexander Regum, quos Memphis adorat,

Invidit

Invadit cuneos, subitoque pavore relaxat
Jam rarescentes acies: tum voce feroci
Poscit equum, ac mediae ruit in certamina vallis.
Sic ubi torrentem crepitanti grandine nimbum
Illidit terris, molitus Jupiter altas
Fulmine nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia coelo,
Intremuere simul tellus, & pontus, & aether;
Ipsaque commoto quatiuntur Tartara mundo.
Incidit attonitis inopino turbine Poenis
Haud secus improvisa lues, gelidusque sub ossa
Pervasit miseris conspecti Consulis horror.
It medius, ferroque ruens densissima latum
Pandit iter. clamor vario discrimine vocum
Fert belli rabiem ad Superos, & sidera pulsat.
Ceu pater Oceanus cum saeva Tethye Calpen
Herculeam ferit, atque excisa in viscera montis

Contortum

Invidit Nilo, misitque per ultima terrae
Aethiopum lectos.

Statius II. Theb. vers. 483.

——— *juvenum fidos, lectissima bello*
Pectora, nunc precibus nunc ille hortantibus ardens
Sollicitat dictis.

N. HEINSIUS. Si *milite lecto* mavis, sensus Silii erit, Flaminium assumtis militibus electis, de quorum virtute non dubitabat, hostes invasisse. Sed nec vulgatum sperno, cujus hic sensus est: Flaminium Karthaginienses adortum fuisse, dum trepidarent, & ob discessum Hannibalis ex acie, ac vulnus Magonis tristes essent. vel *milite maesto* etiam referri potest ad milites Romanos, qui ob mortem Appii, quem *magnam Itala ruinae partem* supra vocavit vers. 329. maesti erant. Sic Silius lib. I. vers. 581.

Rerum omnes pendent actus, & milite maesto
Laxata obsidio.

Ubi milites *maesti* erant ob vulneratum Hannibalem. Si quid tamen mutandum, malo *milite multo*, quod celeberrimo Burmanno in mentem venit: frequenter enim τὰ *maestus* & *multus* a librariis confundi solent. apud Nason. II. Amor. Eleg. VI. vers. 5. pro *maestis capillis*, libri scripti habent *multis*: apud Statium X. Theb. vers. 377. *multa silentia*, pro *maesta*. forte olim scriptum fuit *milite molto*, unde facili lapsu fit *maesto*.

v. 382. *Rarescentes acies*] Pariter infra libro XVII. vers. 427.

Rarescit multo laxatus vulnere miles.

v. 385. *Molitus Jupiter altas Fulmine nunc Alpes*] Manifesta in his est imitatio Virgilii ex I. Georg. vers. 328.

Ipse pater, media nimborum in nocte, corusca
Fulmina molitur dextra. quo maxuma motu
Terra tremit: fugere ferae; & mortalia corda
Per gentes humilis stravit pavor. ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit.

Concoquere nequit vir Celeberrimus Petrus Burmannus locutionem Silii *molitus fulmine Alpes*. fulmine enim montes non a fundamentis & radicibus eruuntur ac transponuntur, quod proprie est *moliri montes*, ut ex Livio & aliis patet; sed dejiciuntur vertices montium, & quidquid eminet. Virgilius itaque cum *moliri fulmina* dixerit, ad ejus exemplum hunc locum ita legendum & interpunctione adjuvandum censebat,

——— *molitus Jupiter alto*
Fulmina; nunc Alpes, nunc mixta Ceraunia coelo
Intremuere; simul tellus, & pontus, & aether,
Ipsaque commoto quatiuntur Tartara mundo.

moliri fulmina, ut *moliri sagittas*, *robora*, similiaque. Ovid. V. Metam. vers. 367.

Inque Dei pectus celeres molire sagittas.

Statius VI. Theb. vers. 539. *torta molitur robora barba.* *alto* autem erit ex coelo, ut saepe alibi.

v. 391. *Conspectus Consulis horror*] Ex membranis legendum *conspecti Consulis*. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *conspecti Consulis* scripti codices & Parmensis ac Romana editiones. quomodo etiam Barthius. N. HEINSIUS. Doctissimus Davisius ad Ciceron. III. Tuscul. Quaestion. cap. XXII. ex conjectura reposuit *conspectu Consulis*. Mihi tamen priscorum codicum auctoritate firmata lectio anteferenda videtur, quibus etiam accedunt editiones Mediolanensis, Marsi, & ea, cui Martinus Herbipolensis praefuit. Sic infra lib. XV. vers. 756.

Ut nova conspecti fulserunt Consulis arma.

v. 395. *Cum saevior aethere Calpen*] Nescio quid aliud fuisse arguunt membranae legendo, *cum scene cetre*. unde argutulus aliquis alia extundere possit. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. Torsit se in hoc loco nequidquam Barthius. *saevo sub aethere* Puteaneus, *saevae cetre* Oxonius, Coloniensis *saeva*

Contortum pelagus latrantibus ingerit undis.
Dant gemitum scopuli, fractasque in rupibus undas
Audit Tartessos latis distermina terris:
Audit non parvo divisus gurgite Lixus.
Ante omnes jaculo tacitas fallente per auras
Occumbit Bogus, infaustum qui primus ad amnem
Ticini rapidam in Rutulos contorserat hastam.
Ille sibi longam Clotho turbamque nepotum
Crediderat, vanis deceptus in alite signis.
Sed non augurio Parcarum impellere metas
Concessum cuiquam. ruit inter tela cruentis
Suspiciens oculis coelum, Superosque reposcit
Tempora promissae media jam morte senectae.
Nec Pagaso exsultare datum, atque impune relictum
Consulis ante oculos vita spoliasse Libonem.

Laurigeris

va tethye. Scribendum utique, *cum saeva Tethye Calpen Herculeam ferit.* Praestantissimae restitutionis rationem pluribus dedimus ad Nasonem Metam. VII. vers. 297. ubi pari modo castigavimus, *petit hoc à Tethye munus.* Avienus prognosticis *abditur alta Tethye.* N. HEINSIUS. Eandem lectionem vir Illustrissimus Silio olim etiam asseruit notis ad Claud. Praefat. II. de Rapt. Pros. vers. 45. *saeva Tethys*, ut *saevum fretum* apud Nason. v. Trist. Eleg. IX. vers. 18.

Nec dederit nanti per freta saeva manum.

& XIV. Metam. vers. 711.

Saevior illa freto surgente cadentibus haedis.

ubi tamen N. Heinsio *Surdior freto* ex libris scriptis placuit.

v. 396. *Et exesa in viscera montis*] Scripti *atque exesa in viscera.* Puto, *atque exesi in viscera montis.* vulgatum *&* *exesa* non fert lex metrica. Interpres tamen, ut ostendat sordibus sectandis se numquam non delectari, pro ea scriptura strenue digladiatur. Locus ex libro IX. Silii vers. 335. nil illum adjuvat: nam ex scriptis exemplaribus legendum, *Non ullum defit teli genus.* etiam in Claudiani Gigantomachia vers. 60. *signa ruendi His aether, his terra dedit*, uti in editione nostra exhibuimus. In Nasonis loco Epist. XVI. Heroid. vers. 141. decepit illum naevus operarum: nam editiones castigatiores *par usquam.* recte. N. HEINSIUS. *atque exesi in viscera montis* N. Heinsius Silio olim etiam vindicavit ad Claudiani praefat. II. de Rapt. Proserp. vers. 45. *exesi montis*, ut supra libro III. vers. 470.

Avulsos ornos & adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens.

& vers. 543.

——— *effusa cavis exesi pumicis antris.*

Virgil. IV. Georg. vers. 418. *est specus ingens Exesi latere in montis.* Seneca in Phoeniss. vers. 359. *latebo rupis exesi cavo.* In Troad. vers. 830.

——— *hic recumbens*
Montis exesi spatiosus antro
Jam trucis Chiron pueri magister.

v. 397. *Latrantibus ingerit undis*] Vide, quae supra notata sunt ad lib. III. vers. 471.

v. 398. *Dant gemitum scopuli*] Infra lib. XV. vers. 156.

Et spumante ruens per saxa gementia fluctu
Ionium Aegéo miscet mare.

v. 399. *Latis distermina terris.*] *Disterminus*, qui longe abest. Glossarium, *Disterminus*, *longe abscedens.* BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XXIV.

v. 406. *Parcarum impellere metas.*] *telas* opinor. N. HEINSIUS. Albinov. in Epic. Drusi vers. 359.

Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam:
Omnia sub leges mors vocat atra suas.

v. 410. *Nec Bagaso exsultare datur, ne impune* &c.] De Bagaso vix probamus conjecturam Dausquesi, *Nec Bagaso exsultare, daturve impune relictum:* quid enim est, *datur relictum impune?* Ego voculam *ne* prorsus explodendam arbitror. *Nec Bagaso exsultare datur, impune relictum Consulis ante oculos vita* (ita enim habent Oxon. membranae) *spoliasse Libonem. exsultare* enim volebat Bagasus, impune sibi eam caedem relictam. Nihil in hac lectione difficultatis, nisi quam nobis ipsi fabricamur. BARTHIUS lib. V. Adverf. cap. XV. *Bigaso* editio Romana & Parmensis, tum codex Puteaneus. Coloniensis,

Nec Pagaso exsultare, daturve impune relictum.

Scribe,

Nec Pagaso exsultare datum, atque impune relictum.

Barthius, *datur impune relictum*, qui Dausquejanum *daturve impune* damnat. mox *vita spoliasse Libonem*, non *victum*, ex scriptis. & sic Barthius. N. HEINSIUS. Perperam in plerisque editionibus, quas vidi, *Basago.* codex Putean. & Oxon. *Bigaso*, quomodo & in Parmensi ac Mediolanensi editione inveni. Colon. mem-

Laurigeris decus illud avis navaque juventa
Florebat: sed Massylus succiderat ensis
Pubescente caput mala, properoque virentes
Delerat leto bellator barbarus annos.
Flaminium implorasse tamen jam morte suprema
Haud frustra fuit: avulsa est nam protinus hosti
Ore simul cervix; juvit punire feroci
Victorem exemplo, & monstratum reddere letum.
Quis Deus, o Musae, paribus tot funera verbis
Evolvat? tantisque umbris in carmine digna
Quis lamenta ferat? certantes laude cadendi
Primaevos juvenes, mortisque in limine cruda
Facta virûm, & fixis rabiem sub pectore telis?
Sternitur alternus vastis concursibus hostis:
Nec spoliare vacat, praedaeque advertere mentem.
Urguet amor caedum, clausis dum detinet hostem
Fraternum castris vulnus: funditque, ruitque
Nunc jaculis, nunc ense: modo inter millia Consul
Bellantum conspectus equo; modo Marte feroci

Ante

branae *Pagaso*, quod Illustrissimus Heinsius probat. Eo nomine erat comes quidem Aeneae à Camilla occisus apud Maronem XI. Aen. vers. 670. qui eum fortasse ex Africa secutus est, & ad quem Silius respexisse potuit.

v. 412. *Vanaque juventa*] *navaque* optime Coloniensis liber. diximus jam supra lib. I. vers. 549. & ad Nasonis v. Trist. Eleg. III. N. HEINSIUS. Pari errore supra vers. 405. pro *vanis signis*, in Oxon. codice erat *navis signis*. *navus* autem an *gnavus* scribatur, parum interesse judicat Dausquej. parte II. Orthogr. v. *Gnavus*. Prius amplectitur N. Heinsius ad Nasonis I. ex Pont. Epist. X. vers. 12.

v. 416. *Jam morte suprema*] Puto, *jam voce suprema*. Infra vers. 472.

Tauranus comites suprema voce ciebat.

lib. VI. vers. 196.

Tum trepidum & socios extrema voce cientem
Corripit.

tale & illud lib. VII. vers. 708.

Ductorem cernit suprema ac foeda precantem.

Senec. in Medea vers. 553.

——— *voce jam extrema peto,*
Ne, si qua noster dubius effudit dolor,
Maneant in animo verba.

Statius Thebaid. VII. vers. 785. in Amphiaraï morientis oratione,

——— *nunc voce suprema*
Deceptum tibi, Phoebe, larem poenasque nefandae
Conjugis & pulchrum nati commendo furorem.

supremo clamore Valer. Flacc. lib. I. vers. 752.

Horruit interea famulûm clamore supremo
Maesta domus.

lib. III. vers. 349. *jecere supremo Tum clamore faces.* *extrema voce* etiam Virgil. in Culice vers. 383.

Dixit, & extrema tristis cum voce recessit.

N. HEINSIUS. Ut Silius *suprema mors*, sic *extrema mors* Virgilius dixit II. Aeneid. vers. 446.

——— *his se, quando ultima cernunt,*
Extrema jam in morte parant defendere telis.

Statius III. Thebaïd vers. 69.

——— *jamque ut mihi prodiga vitae*
Pectora, & extremam nihil horrescentia mortem
Aspicias.

ultima mors Petron. in Satyr. cap. LXXXIX.

——— *hic graves alius mero*
Obtruncat, & continuat in mortem ultimam
Somnos.

ubi vide Gonsalium. Horat. lib. II. Epist. II. vers. 172.

——— *puncto quod mobilis horae*
Nunc prece, nunc pretio, nunc vi, nunc morte suprema
Permutet dominos, & cedat in altera jura.

ubi videndus est Eruditissimus Bentlejus.

v. 419. *Monstratum reddere letum*] Scribe, *& monstratum*. Forte etiam *Auctorem exemplo*, qui auctor ejus exempli fuerat. *Auctor caeci ictus* lib. IX. vers. 105. Paullo ante Coloniensis *avulsa est jam*. locus de mendo suspectus. N. HEINSIUS.

v. 420. *Quis Deus, o Musae* &c.] Silius imitatur Maronis illa ex II. Aeneid. vers. 361.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrimis aequare labores?

ut ibi observavit Cerda, apud quem plura vide.

v. 421. *Evolvet*] *Evolvat*. in nonnullis *Evolvens*. N. HEINSIUS.

v. 423. *Mortisque in limine crudae*] *cruda Facta virûm* rectius Coloniensis: *in limina cruda* Oxonius.

lib.

Ante aquilas & ſigna pedes. fluit impia rivis
Sanguineis vallis: tumulique & concava ſaxa
Armorum ſonitus flatuſque imitantur equorum.
Miſcebat campum, membrorum in proelia portans
Celſius humano robur, viſaque paventes
Mole gigantêi vertebat corporis alas
Othrys Marmarides: lati ſuper agmen utrumque
Ingens tollebant humeri caput; hirtaque torvae
Frontis caeſaries, & crinibus aemula barba
Umbrabat rictus: ſqualore huic hiſpida diro
Et villoſa feris horrebant pectora ſaetis.
Aſpirare viro, propioremque addere Martem
Haud auſum cuiquam. Ingo ceu belua campo
Inceſſebatur tutis ex agmine telis.
Tandem veſanos palantum in terga ferenti
Cum fremitu vultus tacita per nubila penna
Intravit torvum Gortynia lumen harundo,
Avertitque virum. fugientis ad agmina Conſul
Intorquet tergo jaculum, quod tegmine nudas
Irrupit coſtas, hirtoque a pectore primum

Mucronem

lib. XIII. verſ. 224.

—— *crudoque aliqua ſe attollere facto,*

ex ſcriptis. *ſub pectora* etiam ſcripti, praeter Colonienſem. N. HEINSIUS.

v. 431. *Fluit impia rivis*] *intima* opinor, niſi mavis *invia*. N. HEINSIUS. *invia*, ut *pervia* ſupra verſ. 341.

—— *tellus ſparſis vix pervia telis.*

ſed an *impia vallis* eſt, quoniam gentilem Romanorum ſanguinem tam avide biberet, quod Africam non niſi *invitam* feciſſe infra fingit Silius lib. XVII. verſ. 417.

Gentilemque bibit tellus invita cruorem.

v. 436. *Mole corporis.*] Vide N. Heinſium ad lib. VI. verſ. 32. & quae infra notavi ad lib. XVI. verſ. 46.

v. 441. *Villoſa feris horrebant pectora ſaetis*] Homerus *hirſutum* cum pectori tribuit, ad animum refert, ut λάσιον κῆρ, ad quod non infeſtive doctus me Hercule ſcriptor Syneſius alludit in Calvitiei encomio. Τὸ δ' ἐς ψιλὴν μὲν ἔχει τὴν κεφαλὴν, λάσιον δὲ τὸ φρενοῦν, οἷον τὸν Αἰακίδην ἡ ποίησις ὑμνησεν. Appoſite. ſic apud Tragicos δασέα βουλεύματα, *hirſuta conſilia*, ſunt κεδνά, & ſapientia: quae ſingularis elegantiae eſſe, qui in utraque lingua verſati ſunt, non negabunt. Phyſiologi autem pectus tale verſuto homini & vafro tribuunt plerumque, ſed temerario ſaepius; argumento, credo, à naturali calore deducto, cui id proprium eſt, & Adamantius: Στέρνα δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τετριχωμένα θριξὶν ἀμφιλαφέσιν θερμοβούλους καὶ δυψύχους λέγει, τὸ δὲ πᾶν σῶμα δεδασύνθαι τριχὶ τετρῳ καὶ ἀμφιλαφεῖ βοώδες. & talis revera fuit hic, quem depingit Silius, toto corpore τριχὶ ἀμφιλαφεῖ, hirſutus. Aliud eſt indicium hirſuti pectoris, ut recte cum Adamantio Polemon obſervat. στέρνα δὲ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τετριχωμένα θριξὶ δασείαις θερμοβούλους καὶ εὐψύχους (ſcribo δυψύχους) σημαίνει. D. HEINSIUS. *horrebat* Colonienſis. quod ſi ſequimur, verſu proxime praecedenti *hic*, pro *huic*, cum Puteaneo erit ſcribendum, ut ſit Graeciſmus. N. HEINSIUS.

v. 442. *Aſpirare viro*] Supra verſ. 269.

—— *ubi plurima virtus,*

Nullique aſpirare vigor, decus inde petebat.

v. 442. *Propioremque addere mortem Haud viſum cuiquam*] Ajo ſcribendum videri ex membranis, *addere Martem Haud auſum*, & mox *tutis telis*, pro *cunctis*. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. XXVI. De Othry Marmaride quod Modius reſtituit, idem probant membranae quoque Oxonienſes. nec nos ſecius. BARTHIUS lib. V. Adverſ. cap. XV. *Haud auſum* ex tribus ſcriptis, quod ex Colonienſi Modius jam praeoccupavit, uti etiam, quod ſequitur, *tutis ex agmine telis*. ita Colonienſis. ceteri cum vulgatis perperam *cunctis telis*. *Haud auſum* Barthius quoque ex Oxonienſi aſſeruit. N. HEINSIUS. Silius imitatur Maronem in X. Aeneid. verſ. 712.

Nec cuiquam iraſci, propiuſve accedere virtus:
Sed jaculis tutiſque procul clamoribus inſtant.

unde & *tutis telis*, quod viri docti ex libro Colonienſi vindicarunt, adſtrui poteſt.

v. 450. *Hirtoque a pectore primum Mucronem oſtentat.*] Maluerim, *hirtoque è pectore*. Deinde ſcripti *Irrupit coſtas*, & *Mucronem oſtendit*, non *Irrumpit*, & *oſtentat*. N. HEINSIUS. Othrys vulneratum ſe eſſe mucrone è pectore prominente primum cognoſcit, ut contra Harpen vulneratam ferro è tergo exſtante ſociae vident, ſupra lib. II. verſ. 117.

 Oppoſito

Mucronem ostendit. rapidus convellere tentat,
Qua nasci ferrum fulgenti cuspide cernit;
Donec, abundanter defuso sanguine, late
Procubuit moriens, & telum vulnere pressit.
Spiritus exundans vicinum pulvere moto
Perflavit campum, & nubem dispersit in auras.
Nec minor interea tumulis silvisque fremebat
Diversis Mavors, variaque per ardua pugna
Et saxa & dumi rorantes caede nitebant.
Exitium trepidis letique & stragis acerbae
Caussa Sychaeus erat: Murranum ille eminus hasta
Perculerat; quo non alius, cum bella silerent,
Dulcius Oeagrios pulsabat pectine nervos.
Occubuit silva in magna, patriosque sub ipso
Quaesivit montes leto, ac felicia Baccho
Aequana, & Zephyro Surrentum molle salubri.
Addiderat misero comitem, pugnaeque ferocis
Gaudebat tristi victor novitate Sychaeus.
Palantes nam dum sequitur, pervaserat altam
In silvam, & priscae reclinis ab ictibus ulmi
Terga tuebatur trunco, frustraque relictos

Tauranus

Opposito procul insidiis Nasamonias Harpe
Corpore praeripuit letum, calamumque volantem,
Dum clamat, patulo excipient tramisit hiatu,
Et primae ferrum à tergo videre sorores.

v. 451. *Rapidus convellere tentas*] *rabidus* legendum, quod feritatem semiferi magis exprimit. N. HEINSIUS. Non displicet viri Illustrissimi conjectura *rabidus*, id est, vulneris accepti dolore furens. sic *rabidus dolor* apud Senec. in Oedip. vers. 1066.

Maciesque, & atra pestis, & rabidus dolor
Mecum ite, mecum.

Ita saepe peccatum in codicibus vetustis. vide N. Heinsium ad Silii lib. III. vers. 312. lib. VII. vers. 253. lib. VIII. vers. 640. lib. X. vers. 127. lib. XI. vers. 87. lib. XIII. vers. 255. lib. XVI. vers. 9. ad Claudiani I. in Rufin. vers. 102. ad bell. Getic. vers. 520. ad Ovid. Epist. X. Heroid. vers. 96. Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 361. & Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. XVII. vers. 10. Pro vulgata tamen scriptura stat locus Silii infra lib. VI. vers. 255. ubi de serpente, contra quem Regulus in Africa pugnavit, jam vulnerato,

Nec frustra rapidi, stimulante dolore, fuisset
Impetus.

quo loco nihil variant ulli libri.

v. 454. *Et telum vulnere pressit*] *in vulnere* malo. N. HEINSIUS.

v. 457. *Tumulis silvisque fremebat Diversus Mavors*] *Diversis* scripti, & recte. Deinde tollenda distinctio post τὸ *pugna*. pro *nitebant* maluerim *stepebant*. N. HEINSIUS. Recte *silvis Diversis*. infra lib. XVII. vers. 551.

Donec longinquo frustratum duxit in arva
Diversa spatio procul a certamine pugnae.

v. 463. *Oeagrios pulsabat pectine nervos*] Ceteri poëtae Graeci & Latini producunt secundam hujus vocis syllabam. Forte legendum *Oebalios. pulsavit*, Coloniensis. N. HEINSIUS. *Oeagrios* fortasse non mutandum in *Oebalios*. vide supra ad lib. IV. vers. 778.

v. 470. *Priscae reclivis ab ictibus ulmi Terga tuebatur trunco*] *Acclinis* est, qui acclinat se rei alicui. *Reclinis*, qui tergo se ad eam inclinat. In glossario, quod vere bonarum rerum thesaurus est, *Reclinis*, *retro proclivis*. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. *reclinis* ex scriptis. & sic Interpres. N. HEINSIUS. Non aliter etiam emendat Zinzerling. in Promuls. Crit. cap. XXVIII. Sic Stat. lib. I. silv. II. vers. 161.

Tunc ipsam solo reclinem affata cubili.

ubi plura habet Barthius. Inter composita ex vocibus *clivus* & *clino* hoc interesse notarunt grammatici, ut hoc de homine, illud de loco dicatur. Excerpta Different. quae edidit Gothofr. post auctor. Ling. Lat. pag. m. 95. *Inter decline & declive hoc interest, quod declinis sol, declivis locus. Sic intelligendum est adcline & adclive, ut adclinis homo, adclivis locus, ex hoc adclivum dicitur.* Frequenter tamen inter ea turbatur in libris priscis. Vide doctos Commentatores ad Maronis X. Aeneid. vers. 835. H. Stephan. diatr. II. Horat. pag. 44. Stewich. ad Arnobii VII. advers. Gent. pag. 145. Gisan. Observ. in

Ling.

Tauranus comites suprema voce ciebat.
Transegit juvenem, ac perfossis incita membris
Haesit in opposito cuspis Sidonia ligno.
Quid vobis? quaenam ira Deûm, vel mente sinistra
Quae sedit formido, viri? qui, Marte relicto,
Ramorum quaesistis opem. non aequus in artis
Nimirum rebus suasor metus. arguit asper
Exitus eventu pravi consulta timoris.
Annosa excelsos tendebat in aethera ramos
Aesculus, umbrosum magnas super ardua silvas
Nubibus insertans altis caput, instar (aperto
Si staret campo) nemoris, lateque tenebat
Frondosi nigra tellurem roboris umbra.
Par juxta quercus, longum molita per aevum
Vertice canenti proferre sub astra cacumen,
Diffusas patulo laxabat stipite frondes;
Umbrabatque coma summi fastigia montis.
Huc Hennaea cohors, Triquetris quam miserat oris
Rex, Arethusa, tuus, defendere nescia morti
Dedecus, & mentem nimio mutata pavore,
Certatim sese tulit, ascendensque vicissim

Pressit

Ling. Latin. in voce *Acclinis*, Barthium ad Statii I. Theb. vers. 388. ad Claudiani Consul. Olybr. & Prob. vers. 115. viros doctos ad Vopisc. Firmum cap. IV. N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 92. & ad Ovidii xv. Metam. vers. 737. atque alios alibi.

v. 474. *Haesit in opposito cuspis*] [illegible] Oxonius. N. HEINSIUS. Nihil muto. Ita prono & facili lapsu saepe peccarunt scribae librarii. vide Behot. lib. I. Apophor. cap. I.

v. 475. *Quid vobis*] *Quae vobis* praestabit. N. HEINSIUS.

v. 477. *Non aequus in artis Nimirum rebus suasor metus*] Similiter fere Statius III. Theb. vers. 5. *tunc plurima versat Pessimus in dubiis augur timor.* ubi vide Barthium.

v. 480. *Tendebat ad aethera*] *in aethera* cum scriptis. N. HEINSIUS.

v. 481. *Esculus*] *Aesculus* Coloniensis, uti & infra vers. 511. sic in Marone etiam passim veterrima exemplaria. neque aliter hic loci priscae editiones. N. HEINSIUS. Servius ad Maronis II. Georg. vers. 291. *Aesculus arbor est glandifera, quae licet ab esu dicta sit, tamen per ae scribitur; sicut & caelatum, licet a celo, celas, habeat derivationem.*

v. 482. *Instar nemoris*] Sic infra lib. XIII. vers. 595.

Dextra vasta comas nemorosaque brachia fundit Taxus.

nemorosa brachia, quae nemoris instar habebant. Ovid. Epist. xv. Heroid. vers. 159.

Quem supra ramos expandit aquatica lotos,
Una nemus.

Idem VIII. Metam. vers. 743.

Stabat in his ingens annoso robore quercus,
Una nemus.

Martialis unam platanum pariter *nemus* vocat libro IX. Epigr. LXI.

Auctorem dominumque nemus sentire videtur:
Sic viret & ramis sidera pulsa petit.

v. 483. *Lateque tenebat tellurem*] Scribo, *tegebat*. D. HEINSIUS. Ita interdum peccarunt scribae librarii. vide Pierium ad Maronis VIII. Aen. vers. 194. Malim tamen cum Doctissimo Dausquejo hic nihil mutare.

v. 484. *Nigrant tellurem roboris umbra*] *nigra umbra* praeferendum cum Coloniensi. N. HEINSIUS. Infra lib. XII. vers. 122.

Tum triste nemore atque umbris nigrantibus horrens.

Eustath. ad Dion. Perieg. vers. 321. Τὸ δὲ ἰσμιὰ τοὺς ἰσμιὰ γράφουσιν, ὅ ἐστι σύμφυτα καὶ δασέα καὶ κάταλσα, ὅθεν καὶ φαίνονται μέλανα, διὰ τὸ πολὺ τῆς σκιᾶς· διὸ καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ, μέλαν δρυὸς ἀμφικομάσσας, μέλαν δρυὸς τοὺς τὴν τῶν φύλλων εἶπεν δασύτητα, διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν ἀποτελουμένην μελανίαν τῆς σκιᾶς.

v. 485. *Par juxta quercus*] γεράνδρυον vocant Graeci nostri quercum ejusmodi, sicut σαρωνίδας eas, quae per aetatem concavae sunt. D. HEINSIUS.

v. 489. *Huc Aetnaea cohors*] *Hennaea* rectius Coloniensis. in Oxonio *Henea*, in Puteaneo *Aeneam*. mendose. diximus lib. I. vers. 92. N. HEINSIUS.

v. 490. *Defendere nescia morte Dedecus*] Idem Coloniensis probe, *defendere nescia morti Dedecus*, non *morte.*

Preſſit nutantes incerto pondere ramos.
Mox alius ſuper atque alius conſiſtere tuto
Dum certant, pars excuſſi: (nam fragmine putri
Ramorum & ſenio male fida fefellerat arbor)
Pars trepidi celſo inter tela cacumine pendent.
Turbatos una properans conſumere peſte
Corripit aeratam jam dudum in bella bipennem,
Depoſito clipeo mutatus tela, Sychaeus.
Incumbunt ſociae dextrae, magnoque fragore
Pulſa gemit, crebris ſuccumbens ictibus, arbos.
Fluctuat infelix concuſſo ſtipite turba:
Ceu Zephyrus quatit antiquos ubi flamine lucos,
Fronde ſuper tremuli vix tota cacuminis haerens
Jactatur, nido pariter nutante, volucris.
Procubuit tandem multa devicta ſecuri
Suffugium infelix miſeris & inhoſpita quercus,
Eliſitque virûm ſpatioſa membra ruina.

Inde

morte. Sic, *Solſtitium pecori defendite.* Exempla hujus locutionis collegimus complura ad Epiſtolam Naſonianae Oenones ipſo initio, & ad Claudiani III. in laudem Stiliconis verſ. 171. N. HEINSIUS. *arcere dedecus leto* infra dixit Silius lib. IX. verſ. 369.

—— per pectora ſaevas
Exceptat mortes, & leto dedecus arcet.

defendere enim hoc loco pro arcere ponitur, ut infra lib. VII. verſ. 170.

Fonte ſitim & pura ſoliti defendere lympha.

ubi plura vide.

v. 494. *Moxque alius ſuper atque alius*] *Mox alius* cum Colonienſi. N. HEINSIUS.

v. 498. *Turbatos ima properans conſumere peſte*] Sermo eſt de Siculis, qui mortis vitandae cauſſa in arbores effugerant: unde putat Marſus recte hic legi *ima peſte*, cum hac interpretatione, arbore ab imo exciſa. Aliquid dicit, mihi tamen magis placet ſcripta lectio *una peſte*, & mox,

Corripit aeratam jam dudum in bella bipennem,

aut certe, ut mihi haec ſcribenti in mentem venit, *in colla*, non *in colle.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XXVI. *una peſte* cum Colon. codice & Parmenſi editione. vidit jam Modius. N. HEINSIUS. *una peſte* etiam Mediolan. editio. Ita quam frequentiſſime aberrarunt manus librariorum. vide ſupra ad verſ. III. & infra ad lib. XV. verſ. 590.

v. 499. *Corripit aeratam jam dudum in colla bipennem*] Scripti *in bella*, arripiente Modio, non me. Doctiſſimus Gronovius Obſ. lib. I. cap. XIII.

—— elatam jam dudum in colla bipennem.

Adſtruo ex his Valerii Flacci lib. V. verſ. 614.

Et quantum elata valeas peltata ſecuri.

N. HEINSIUS. *aeratam in bella* etiam Dauſquejo placet, quod exponit, ac ſi dixerit Silius, olim in uſus belli praeparatam.

v. 506. *Luctatur, nido pariter luctante, volucris*] Quid eſt, cur dubitemus, auctoribus libris ſcriptis praeſertim, haec ita corrigere? *Jactatur, nido pariter nutante.* & *Fronte ſuper*, pro *Fronde.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XXVI. Membranae *Luctatur, nido pariter nutante.* Nec dubito veram eam lectionem eſſe. BARTHIUS lib. V. Adverſ. cap. XV. *Jactatur, nido pariter nutante* ex Colonienſi Modius, & paullo ante *Fronte ſuper*, non *Fronde. nido nutante* etiam in Oxonio legebatur, & approbatorem Barthium inveni. apud Lucan. lib. I. verſ. 141. de quercu annoſa,

Ut quamvis primo nutet caſura ſub Euro.

Statius Thebaïd. IX. verſ. 535. de quercu,

Illam nutantem nemus & mons ipſe tremiſcit,
Qua tellure cadat.

Senec. in Thyeſte verſ. 463.

- - - nulla culminibus meis
Impoſita nutat ſilva.

& verſ. 654. *nigra ilice Obſcura nutat ſilva.* Claudian. de Phoenice,

- - - ceu laſſa procellis
Ardua Caucaſeo nutat de vertice pinus.

Ennius apud Nonium,

Capitibus nutantes pinos rectaſque cupreſſos.

N. HEINSIUS.

v. 509. *Eliſitque viros ſpatioſa magna ruina*] Lege ex libris ſcriptis,

Eliſitque virûm ſpatioſâ membra ruinâ.

MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XXVI. *virûm membra* idem Modius ex Colonienſi, quomodo & ego in editione Veneta Marſi invenio. Oxonius & Puteaneus *virûm magna.* N. HEINSIUS. Marſi editio Veneta, quam ego conſului, anni 1492. diverſa ab ea, quam Illuſtriſſimus Heinſius vidit, vulgatam lectionem ſervat: ſed contra mentem editoris, ut ex

commentariis

Inde aliae cladum facies. contermina caedis
Collucet, rapidoque involvitur aesculus igni.
Jamque inter frondes, arenti robore gliscens
Verticibus saevis, torquet Vulcanus anhelos
Cum fervore globos flammarum, & culmina torret.
Nec tela interea cessant. semusta gementum,
Atque amplexa cadunt ardentes corpora ramos.
Haec inter miseranda virûm certamina Consul
Ecce aderat, volvens iram exitiumque Sychaeo
At juvenis dubio tantae discrimine pugnae
Occupat eventum telo tentare priorem;
Cui medio leviter clipeo stetit aeris in ora
Cuspis, & oppositas vetita est tramittere crates.
Sed non & Consul misso concredere telo
Fortunam optatae caedis parat, ac latus ense
Haurit; nec crudae tardarunt tegmina parmae.
Labitur infelix, atque appetit ore cruento
Tellurem exspirans. tum, diffundente per artus

Frigore

commentariis patet, dum *Elisis* exponit „ compres- „ sit, & attrivit membra virorum sua ruina.

v. 510. *Contermina caedis Collucet*] Scribendum vel invitis membranis *taedis Collucet*. N. HEINSIUS. Idem sibi placere Paullus Casaubonus notavit ad oram libri, quem servat Bibliotheca Lugduno-Batava. Sed sine necessitate. Aesculus contermina caedis collucet, & tota involvitur igni. *Contermina caedis*, ut Appulejus VI. Metam. pag. 118. Ed. Pricaei. *Cum primum praedicti jugi conterminos locos appulit.* & pag. 120. *Hujus conterminam, deviis abditam locis, quaere Taenarum.* Video ex Marsi editione Veneta priori ad marginem Silii, quem olim N. Heinsius possedit, notari *contermina caedi*, quomodo frequenter locuti sunt auctores. noster lib. VIII. vers. 39.

Tum Diva Indigetis castis contermina lucis.

lib. XIII. vers. 547. *sacro contermina fonti.* Ovid. IV. Metam. vers. 90.

Ardua morus erat, gelido contermina fonti.

& II. Fastor. vers. 55.

Principio mensis Phrygiae contermina Matri
Sospita delubris dicitur aucta novis.

vide Barthium ad Statii VII. Theb. vers. 702.

v. 513. *Verticibus saevis*] Quos vulgo *vortices* flammarum dicunt. mox *lumina torret* scripti duo cum Romana ac Parmensi editione. Veneta editio *robora torret*. N. HEINSIUS. Mediolanensis editio *Vorticibus saevis*, sollemni lectionum diversitate. vide supra ad lib. III. vers. 475. pro *culmina*, eadem etiam *lumina*. Saepe ita peccarunt librarii. vide N. Heinsium ad Claudiani I. de Rapt. Proserp. vers. 8.

v. 519. *At juvenis subito tantae discrimine pugnae.*] Manuscripta lectio *dubio* magis placet. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *dubio discrimine* tres scripti & editio Romana ac Parmensis, uti & Barthius. bene. N. HEINSIUS. Mediolan. etiam editio *dubio discrimine*. Sic Claudian. I. de Laud. Stilic. vers. 193.

Vestra manus dubio quidquid discrimine gessit.

Primus Marsus *subito discrimine* edidit.

v. 520. *Eventum telo tentare priorem*] *priori* maluerim. *eventu telo* Parmensis editio. N. HEINSIUS.

v. 524. *Ac latus ense Haurit*] Lege *at latus*. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. XV. *at latus* Barthius. N. HEINSIUS. Ita & Dausquejus emendavit.

v. 524. *Latus ense Haurit*] Silius lib. I. vers. 392.

Et rapto nudum clipeo latus haurit Hiberi.

Virgil. X. Aen. vers. 314.

Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.

Ovid. V. Metam. vers. 126.

Haerenti latus haurit Abas: nec corruit ille.

Senec. in Agam. vers. 890.

Haurit trementi semivir dextra latus.

Valer. Flacc. lib. VI. vers. 554. *peditem pedes haurit Amastrum.* Stat. VIII. Theb. vers. 666.

Ille ego inexpletis solus qui caedibus hausi
Quinquaginta animas.

& X. Theb. vers. 308. *Tagus haurit Eteeli Terga coronati.* Eo sensu & Livius lib. VII. cap. X. *Uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit.* Curtius lib. VII. cap. II. *Tum ejus latus gladio haurit Cleander, deinde jugulum ferit.* lib. IX. cap. V. *Nudum hostis latus subjecto mucrone hausit.* Saxo Gramm. lib. III. Histor. Danic. pag. 43. *Obvii sibi Balderii latus hausit, eumque seminecem prostravit.*

v. 526. *Oppetit ore cruento Tellurem*] *appetit* scribe cum Coloniensi ac Puteaneo. neque aliter editio Veneta. lib. IX. vers. 383. *atque arva hostilia morsu Appetit.* ubi *arma* perperam vulgo. lib. XVII. vers. 268.

Ausoniam

Frigore se Stygio, manantem in viscera mortem
Accipit, & longo componit lumina somno.
Atque ea dum variis permixtus tristia Mavors
Casibus alternat, jam castris Mago relictis,
Jam Libyae ductor properantia signa citato
Raptabant cursu, & cessata reponere avebant
Tempora caede virûm, ac multo pensare cruore.
It globus intorquens nigranti turbine nubem
Pulveris, & surgit sublatis campus harenis:
Quaque ferens gressum flectit vestigia ductor,
Undanti circum tempestas acta procella
Volvitur, atque altos operit caligine montes.
Occubuere femur Fontanus, Buta canorum
Transfixi guttur, pressoque e vulnere cuspis
Prospexit terga. hunc tristes luxere Fregellae

Multiplicem

Ausoniam extremo tellurem apprendere morsu.
Valerius Flaccus lib. III. vers. 105.

——— *subit ilia cuspis*
Olenii. dedit ille sonum, compressaque mandens
Aequora purpuream singultibus expulit hastam.

Senec. in Hercul. Fur. vers. 895. *adverso Lycus Terram cecidit ore.* Sic Etruscus liber: vulgo *petivit. ferire* in Hercule Oet. vers. 834. de Hercule moribundo,

Nunc ore terram languidus prono ferit.

ubi tamen Etruscus *premit.* N. HEINSIUS. Sic Homer. Il. B. vers. 417.

——— Πολέες δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
Πρηνέες ἐν κονίῃσιν ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν.

Multi autem circa eum socii proni in pulvere mordicus prehendant terram: Virgil. XI. Aen. vers. 668.

Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruentam
Mandit humum.

ubi vide doctissimos Interpretes. Ovid. IX. Metam. vers. 60.

——— *tum denique tellus*
Pressa genu nostro est, & harenas ore momordi.

Claudian. in bell. Getic vers. 588.

Ille tamen, mandante procul Stilicone, citatis
Acceleravit equis, Italamque momordit harenam.

ubi vide Barthium.

v. 529. *Longo componit lumina somno*] longo somno est morte. ita *somnus* infra lib. VII. vers. 632.

Arma fluunt, erratque niger per lumina somnus.

Virgil. X. Aen. vers. 745.

Olli dura quies oculos & ferreus urguet
Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem.

Horat. lib. III. od. XI. vers. 38.

Surge, ne longus tibi somnus, unde
Non times, detur.

somnus aeternalis dicitur in lapide apud Gruter. pag DCCLI. n. 3.

D. M. ET. SOMNO. AETERNALI
SECVRITATI. MEMORIAEQ. PERPET
AELIAE. FLAVIAE. MELITANAE &c.

& pag. DCCLII. n. 3.

SOMNO. AETERNALI. SACRVM.

quies aeterna ibid. pag. DCCLXIX. n. 2.

D I M
ET. QVIETI. AETERNAE
CERIAIAE. AVLINAE &c.

hinc *quietorium* pro sepulchro est in alio lapide apud eundem pag. DCCCX. num. 2.

M. AVR. MVTIVS. NOLANVS
ANN. NAT. LXVI. FATVM
COMMVNE
PRAEVENIENS. QVIETORI
VM. HOC. SIBI. VIVENS. PA
RAVIT. &c.

Eodem modo apud scriptores Christianos Κοιμητήριον & *coemeterium*, quod proprie locum, in quo dormitur, notat, ut ex Athen. lib. IV. cap. IX. pag. 143. constat, pro sepulchro seu loco, ubi mortuorum cadavera conduntur, occurrit. vide Victor. lib. VIII. Var. Lect. cap. II. Contra *sepultus somno* de dormiente apud Enn. VIII. Annal.

Nunc hostes vino domiti, somnoque sepulti.

ubi plura habet Column. & Cerda ad Maron. II. Aen. vers. 265.

v. 533. *Raptabat cursu*] *Raptabant* ex scriptis. sequentia id postulant. N. HEINSIUS.

v. 533. *Cessata reponere avebant Tempora*] *reponere* est renovare, restituere, substituere. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. *reponere habebant* Oxon. & Putean. sed Coloniensis *havebant*. N. HEINSIUS. De voce *reponere* hoc sensu vide Heinsium ad Ovidii II. Metam. vers. 503. Perperam nonnulli codices *habebant*. Sed ita nonnumquam solent peccare librarii. vide infra ad lib. XVI. vers. 209.

v. 540. *Occubuere simul Fontanus, Bucca*] Haec ita emendare licebit: *Occubuere femur Fontanus, Buta.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVI. Lectio, ut à Modio constituta, à membranis defenditur. in iis

Multiplicem proavis, hunc mater Anagnia flevit.
Haud dispar fortuna tibi, Laevine; sed auso
Non eadem: neque enim Tyrio concurrere regi
Tentas, sed lectus par ad certamen Ithemon;
(Autololum moderator erat) quem poplite caeso
Dum spolias, gravis immiti cum turbine costas
Fraxinus irrupit, collapsaque membra sub ictu
Hoste superfuso subita cecidere ruina.
Nec Sidicina cohors desit. Viridasius armat
Mille viros, nulli victus vel ponere castra,
Vel junxisse ratem, duroque resolvere muros
Ariete, & in turrim subitos immittere pontes.
Quem postquam Libyae ductor virtute feroci
Exsultare videt, (namque illi vulnere praeceps
Terga dabat levibus diffisus Arauricus armis)

Acrius

iis enim *femur*, quod vulgo *simul*, legitur. BARTHIUS lib. v. Adverf. cap. xv. *femur* Modius ex Coloniensi. confirmant reliqui scripti cum editione Romana, accedente & Barthio & priscis editionibus. Pro *Bucca* scripti iidem *Buta*. Sed *Buca* verum est: quod Aemiliae genti cognomen. In nummis argenteis, Julii Caesaris vultum ab una parte praeferentibus, ab altera parte exaratum occurrit L. AEMILIUS BUCA III VIR. Romana editio *Bura*. N. HEINSIUS. *femur* etiam editiones Mediolanensis, Marsi, Martini Herbipolensis & Basilea. Primus Nicander in Juntina *simul* edidit, & post eum alii id secuti sunt. Pro *Bucca*, plurimae ex vetustis editionibus *Butta* habent; sed recte Marsus & Martinus Herbipolensis *Buca* ediderunt, probantibus Dausquejo & Heinsio.

v. 542. *Tristes misere Fregellae*] Lege *luxere*. MODIUS Novant. Lection. Epist. xxvi. *luxere* denuo Modius ex codice Agrippino. neque aliter Oxonius. probe. N. HEINSIUS. *misere Fregellae*, ut infra lib. xvi. verf. 368.

Ipsum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde
Miserat.

& verf. 467.

Hos Tyria misere domo, patria inclita, Gades.

Rectius tamen viri docti ex libris scriptis *luxere* vindicarunt, quam scripturam & sequentia, *hunc mater Anagnia flevit*, probant. Sic lib. vi. verf. 284.

——— subitoque & lucus & antra
Et resonae silvis ulularunt flebile ripae.

lib. xiv. verf. 513.

Illum, ubi labentem pepulerunt tela sub undas,
Fleverunt freta, fleverunt Cyclopia saxa,
Et Cyane, & Anapus, & Ortygie Arethusa.

Virgil. vii. Aeneid. verf. 759.

Te nemus Anguitiae, vitrea te Fucinus unda,
Te liquidi flevere lacus.

Ovid. vi. Metam. verf. 392.

Illum ruricolae, silvarum numina, Fauni,
Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
Et Nymphae flerunt.

lib. xi. Metam. verf. 44.

Te maestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
Te rigidi silices, tua carmina saepe secutae
Fleverunt silvae, positis te frondibus arbos
Tonsa comam luxit: lacrimis quoque flumina dicunt
Increvisse suis: obscuraque carbasa pullo
Naides & Dryades passosque habuere capillos.

Valer. Flaccus lib. iv. verf. 374.

Flevit Amymone, flerunt Messenides undae,
Flevit & effusis revocans Hyperia lacertis.

& ita poëtae passim.

v. 546. *Hiremon*] *Ithemon* in Coloniensi. Mox *Dum spoliat* scripti; sed perperam. N. HEINSIUS.

v. 549. *Fraxinus irrumpit*] *irrupit* scripti. N. HEINSIUS.

v. 551. *Viridasius*] *Viriasius* in Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 552. *Nulli melius vel ponere castra*] Vera scriptura est, *nulli victus*. MODIUS Novant. Lection. Epist. xxvi. pro *nulli melius*, idem praestantissimus codex, prodente Modio, *nulli victus*. Sic lib. vi. verf. 140.

Bagrada non ullo Libycis in finibus amne
Victus limosas extendere latius undas.

N. HEINSIUS.

v. 553. *Vel junxisse ratem*] Pontem ex ratibus ad flumina transeunda. aliter Interpres. N. HEINSIUS. Perperam Dausquejus haec intelligit de jungendis ratibus, quibus turres similesque machinae imponebantur. Melius Heinsius de ponte ex ratibus. *jungere pontem* dixit Plinius lib. xxxiv. Histor. mundi cap. xv. *In urbe, quae Zeugma appellatur, quia Alexander magnus ibi junxerit pontem.* ut ibi legendum esse docuit Eruditissimus Gronovius. De tali ponte vide Lips. ii. Poliorc. Dial v.

v. 557. *Avaricus armis*] *Arausricus* ex Coloniensi,

Acrius hoc pulchro Mavorte accensus in iram,
Et dignum sese ratus in certamina saevo
Comminus ire viro, referenti e corpore telum
Advolat, & fodiens pectus, Laudande laborum,
Quisquis es, haud alia decuit te occumbere dextra.
Ad manes leti perfer decus. Itala gentis
Ni tibi origo foret, vita donatus abires.
Hinc Fadum petit & veterem bellare Labicum,
Cui Siculis quondam terris congressus Hamilcar
Clarum spectato dederat certamine nomen.
Immemor annorum, seniumque oblitus, in arma
Ille quidem cruda mente & viridissimus irae
Ibat; sed vani frigentem in Marte senectam
Prodebant ictus: stipula crepitabat inani
Ignis iners, cassamque dabat sine robore flammam.

Quem

quomodo & lib. III. vers. 403. reposuimus. & sic Romana editio ac Parmensis. in Puteaneo *Araucus*. N. HEINSIUS. *Arauricus* etiam editio Mediolanensis.

v. 559. *Ratus in certamine*] *in certamina* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 565. *Hinc Fadum*] *Fadium* malo. N. HEINSIUS.

v. 565. *Veterem bellare Labicum*] Perperam Lloydius in Diction. Geographico *Labicum* hic pro urbis nomine accepit. Nam viri nomen est, qui singulari certamine priori bello Punico cum Hamilcare in Sicilia congressus fingitur: quamvis Silius, ut solet, id nomen ab urbe ipsi indiderit.

v. 569. *Cruda mente & viridissimus irae*] *cruda mente* est juvenili, ex imitatione Maronis VI. Aen. vers. 304. *cruda Deo viridisque senectus.* ut dicat, Labicum mente quidem juvenili, sed corpore & viribus senilibus fuisse. Usurpatur fere haec vox de juvenibus aut puellis nuptiis nondum maturis. Horat. lib. III. od. XI. vers. 11.

Nuptiarum expers et adhuc protervo
Cruda marito.

Statius VIII. Theb. vers. 298.

——— *expertem thalami crudumque maritis*
Ignibus.

& I. Achill. vers. 477.

Cruda rudimenta & teneros formaverat annos.

Claudian. III. de Laudib. Stilic. vers. 246. *sexum nec cruda fatetur Virginitas.* Vide Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 167.

v. 573. *Quem postquam accepit*] Placet Celeberrimo Burmanno *aspexit.* τὸ *accepit* enim putat alterius verbi adjunctum infinitivum requirere, nisi audire notet, quo sensu hic non sumitur. Saepe autem librarii voces *accipere* & *aspicere* inter se commutarunt. vide Illustriss. Heinsium ad Claud. I. in Eutrop. vers. 485. & Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. XIII. vers. 29. Posses etiam *accessit*, vel *agnovit.*

v. 576. *Tum librat ab aure*] *ab aure librare* est manu ad aurem elevata. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XXIV. Virgil. IX. Aeneid. vers. 417.

Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

ubi Diligentissimus Cerda hoc Silii aliaque Ovidii & Prudentii testimonia laudavit.

v. 577. *Versantem in vulnere sese Transfigit*] Hoc etiam Silius a Marone mutuatus est ex XI. Aen. vers. 669. *moriensque suo se in vulnere versat.* Quam appositus autem est hic Silii locus vindicandae verae in illo Maronis lectioni. Ex eo enim constat, perperam plerosque codices, quos Pierius consuluit, quibusque etiam assensum praebuit, omissa particula praepositiva *in*, legere *suo se volnere.* deinde non recte apud Macrob. IV. Saturn. cap. VI. esse *suo se in sanguine versat*, praesertim cum versu superiori praecesserit, *Sanguinis ille vomens rivos cadit*, quae ingrata foret repetitio. denique frustra esse Pontanum ad illum Macrobii locum cum codice suo Anglico, *suo se in sanguine mersat* habente, quod is immensum melius esse existimavit. Haec omnia, inquam, refelluntur hoc uno loco Silii, qui perpetuus Virgilii imitator est: nam pariter adhibuit praepositionem *in*, usus est voce *vulnere*, non *sanguine*, & tandem τὸ *versat* etiam agnoscit. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ.

v. 580. *Primis obtenneat in armis*] Ovid. VIII. Metam. vers. 313. *primis etiamnum Nestor in armis*; ubi vide N. Heinsium, qui in curis secundis adstruendae verae lectioni Ovidianae hunc Silii locum laudat, ut me monuit Celeberrimus Burmannus.

v. 583. *Per stagna latentia lino*] Optime codex Agrippinus *per stagna jacentia*, hoc est, stagna tranquilla, non commota. Lucan. lib. I. vers. 260.

——— *quantum, volucres cum bruma coërcet,*
Rura silent, mediusque jacet sine murmure pontus.

male scripti plerique *tacet.* lib. V. vers. 434.

Aequora lenta jacent alto torpore ligata.

& mox vers. 442.

Saeva quies pelagi, maestoque ignava profundo

Stagna

Quem postquam accepit patrio monstrante superbus
Armigero Poenûm ductor, Certamina primae
Hic lue nunc, inquit, pugnae: te notus Hamilcar
Hac trahit ad manes dextra. tum librat ab aure
Intorquens jaculum, & versantem in vulnere sese
Transigit. extracta foedavit cuspide sanguis
Canitiem, ac longos finivit morte labores.
Nec minus Herminium primis obtruncat in armis,
Assuetum, Thrasymene, tuos praedantibus hamis
Exhaurire lacus, patriaeque alimenta senectae
Ducere suspenso per stagna jacentia lino.
Interea exanimem maesti super arma Sychaeum
Portabant Poeni, corpusque in castra ferebant.
Quos ubi conspexit tristi clamore ruentes
Ductor, praesago percussus pectora luctu,
Quinam, inquit, dolor, o socii, quemve ira Deorum

Eripuit

Stagna jacentis aquae.

plura illic ad rem. Valer. Flacc. lib. III. vers. 731.

Flamina conticuere, jacet sine fluctibus aequor.

sic scribe, non *flatibus*, ne bis idem dicat. Martial. lib. v. Epigr. I.

Plana suburbani qua cubat unda freti.

Juven. sat. XII. in descriptione tempestatis,

Sed postquam jacuit planum mare.

Avienus descriptione orae maritimae vers. 62.

Ut prona ponti gurgitem intrent flumina,
Ut explicentur stagna, & ut jaceant lacus.

Gratius Cyneg. vers. 433.

Vulcano condicta domus, quam subter eunti
Stagna sedent venis, oleoque madentia vivo.

Locus adhuc corruptus. In Catelectis Pithaei carmen de Sole,

Tum placidum jacet omne mare & vernantibus undis
Flumina.

Statius Surrentino Pollii vers. 29.

Stagna modesta jacent dominique imitantia mores.

& mox vers. 73.

——— sua cuique voluptas,
Atque omni proprium thalamo mare, transque jacentem
Nerea diversis servit sua terra fenestris.

potest tamen *jacens* illic intelligi respectu fenestrarum. in Thebaid. VII. vers. 86.

Ut si quando ruit, debellatasque reliquit
Eurus aquas, pax ipsa tumet, pontumque jacentem
Exanimis jam volvit hiems.

Valer. Flacc. lib. VI. vers. 210.

——— ingens Asiae plaga, quique per arcton
Dexter, & in laevum pontus jacet.

Hieronymus ad Heliodorum: *Licet in modum stagni aequor arrideat, licet vix summa jacentis elementi terga crispentur.* & prooemio in Esaiam: *Si aura modestior summa jacentis elementi terga crispaverit.* N. HEINSIUS. Lucan. lib. III. v. 523.

Et, posito Borea pacemque tenentibus Austris,
Servatum bello jacuit mare.

Frequenter vox *jacere* librariorum errore in *latere* migravit. vide Gebhard. ad Propert. lib. I. Eleg. VI. vers. 25. N. Heinsium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 21. supra ad Silii lib. II. vers. 594. & Davis. ad Cic. I. Tuscul. Quaest. cap. III. contra etiam *latere* saepenumero in *jacere* mutatum. vide infra ad lib. XII. vers. 672.

v. 584. *Exanimem maesti super arma Sychaeum Portabant*] *exanimum* Parmensis editio. Infra lib. XV. vers. 401. *exanimum sonipes ad signa revexit.* Similis lectionum diversitas infra est lib. XIII. vers. 481. apud Maron. IX. Aen. vers. 451. X. Aen. vers. 496. & XI. Aen. vers. 51. quibus locis videndus est Pierius. Servius ad I. Aen. vers. 484. Exanimus & exanimis *dicimus, sicut* unanimus & unanimis, inermus & inermis. *Ergo pro nostro arbitrio aut secundae declinationis erunt, aut tertiae. super arma* autem est super clipeum, ex more militari. Sic Virgil. X. Aeneid. vers. 505.

——— at socii multo gemitu lacrimisque
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

& vers. 841.

At Lausum socii exanimem super arma ferebant
Flentes ingentem, atque ingenti vulnere victum.
Agnovit longe gemitum praesaga mali mens.

quem locum hic Silius imitatus est. vide quae ibi notavit doctissimus Cerda. Saxo Grammat. lib. III. Histor. Danic. pag. 46. *Tam graviter affectus acie excessit, ut scuto exceptus, atque a peditibus vicissim subeuntibus domum relatus, postridie vulnerum dolore consumeretur.* Huc pertinet illud matrum Laconicarum filiis clipeum tradentium, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν.

v. 588. *Quaeve ira Deorum Eripuit nobis*] Vera est emendatio Dausqueji, *quemve:* nec aliter constat

 sententia

Eripuit nobis? num te, dulcedine laudis
Flagrantem & nimio primi Mavortis amore,
Atra, Sychaee, dies properato funere carpsit?
Utque dato gemitu lacrimae assensere ferentum,
Et dictus pariter caedis maerentibus auctor;
Cerno, ait, adverso pulchrum sub pectore vulnus
Cuspidis Iliacae. dignus Karthagine, dignus
Hasdrubale ad manes ibis: nec te optima mater
Dissimilem lugebit avis, Stygiave sub umbra
Degenerem cernens noster vitabit Hamilcar.
At mihi Flaminius, tam maesti caussa doloris,
Morte sua minuet luctus. haec pompa sequetur
Exsequias, seroque emtum volet impia Roma,
Non violasse mei corpus mucrone Sychaei.
Sic memorans torquet fumantem ex ore vaporem,
Iraque anhelatum proturbat pectore murmur:
Ut multo accensis fervore exuberat undis,
Clausus ubi exusto liquor indignatur aëno.
Tum praeceps ruit in medios, solumque fatigat
Flaminium incessens: nec dicto segnius ille
Bella capessebat, propiorque insurgere Mavors
Coeperat, & campo junctus jam stabat uterque;

Cum

sententia. BARTHIUS lib. v. Adversf. cap. xv. *quemve* Dausquejus. & sane praestat, quam Modianum *quae te.* Sed mendum esse existimo typographicum. nam Coloniensis *quemve*, & sic Barthius quoque. N. HEINSIUS.

v. 592. *Atque dato gemitu*] *Utque* è scriptis, quomodo & Modius, & vetustae editiones, frustra improbante Interprete. N. HEINSIUS. *Utque* etiam Mediol. editio. *Atque* primum dedit Marsus, forte operarum errore, qui tamen postea fideliter in omnes alias editiones propagatus est, & Dausquejum etiam defensorem invenit, qui *Atque* hoc loco, continuo, è vestigio, exponit: quod tamen nunc minus placet.

v. 600. *Morte sua minuet luctus*] In Agrippinate *minuat.* N. HEINSIUS.

v. 601. *Seroque emtum volet impia Roma*] *Sero velle* dicitur, qui aliquid frustra exoptat. vid. Broekhuss. ad Tibull. lib. I. Eleg. IX. vers. 40. Imitatur autem Silius illa Maron. X. Aen. vers. 503.

Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta.

Ita passim. Silius lib. IV. vers. 756.

Optatum bene credit emi quocumque periclo.

lib. VII. vers. 620.

——— *unanimi vel morte emisse volebant*
Spectari Fabio.

lib. X. vers. 287.

——— *quantive emtum velit Hannibal, ut nos*
Vertentes terga aspicias?

Manil. lib. V. vers. 113.

——— *turpisque emitur vel morte voluptas.*

Lucan. lib. VII. vers. 282.

——— *emtum minimo vule sanguine quisquam*
Barbarus, Hesperiis Magnum praeponere rebus?

Statius I. Theb. vers. 163. *Furiisque immanibus emtum est, Oedipodae sedisse loco.* Claudian. IV. Consul. Honor. vers. 456.

Marte sed ancipiti, multis sed cladibus emta.

in III. de Rapt. Proserp. vers. 193.

——— *aspectus miserae non ferre parentis*
Emtum morte velit.

& in III. de Laudib. Stilic. vers. 188.

——— *quis enim princeps hoc omnibus emit*
Obsequiis, dominum sese patremque vocari?

Ita enim legebat N. Heinsius, qui ibi plura exempla habet. Iscan. lib. I. bell. Troj. vers. 178.

Eripiturque emtum summo discrimine vellus.

ut *emere*, ita & *vendere* infra lib. VI. vers. 473.

Sic nobis rerum exitio desistite honorem
Vendere.

Nam hoc modo Silium emendat N. Heinsius, quem vide.

v. 605. *Accensis fervore undis*] *accensis* est calefactis. vide virum summum J. Fr. Gronovium ad Senec. Medeam vers. 666. eo sensu *adolere liquores* dixit auctor Moreti vers. 38.

——— *arsura focis imponere ligna*
Imperat, & flamma gelidos adolere liquores.

adolere autem est incendere, cremare. vide Weitz. specileg.

Cum subitus per saxa fragor, motique repente
(Horrendum) colles, & summa cacumina totis
Intremuere jugis; nutant in vertice silvae
Pinifero, fractaeque ruunt super agmina rupes.
Immugit penitus convulsis ima cavernis
Dissiliens tellus, nec parvos rumpit hiatus:
Atque umbras late Stygias immensa vorago
Faucibus ostendit patulis; manesque profundi
Antiquum expavere diem. lacus ater, in altos
Sublatus montes & sede excussus avita,
Lavit Tyrrhenas ignota aspergine silvas.
Jamque eadem populos magnorumque oppida regum
Tempestas & dira lues stravitque, tulitque.
Ac super haec reflui pugnarunt montibus amnes,
Et retro fluctus torsit mare. monte relicto
Appenninicolae fugere ad litora Fauni.
Pugnabat tamen (heu belli vecordia!) miles,
Jactatus titubante solo, tremebundaque tela,
Subducta tellure ruens, torquebat in hostem;
Donec pulsa vagos cursus ad litora vertit
Mentis inops, stagnisque illata est Daunia pubes.

Quis

specileg. ad eum locum, & Noris. in Cenot. Pisan. Differt. III. cap. v. pag. 393.

v. 607. *Tum praeceps ruit in medium, coelumque fatigat Flaminium incessens.*] Hoc ita debet *in medios*, *solumque* scribi. Describitur Hannibal, Flaminium in ultionem interfecti modo ab eo Sychaei ad singulare certamen provocans. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVI. Oxon. membranae pariter cum Modianis *solumque:* estque imitatio Maroniana. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. XV. *in medios* probe codices vetusti. deinde *solumque fatigat Flaminium* iidem, utrumque jure laudante Modio, perperam Interprete damnante. *solumque* ex Oxoniensi Barthius quoque amplexus est. pro *dictu* veteres plerique *dicto*. N. HEINSIUS. *in medios*, ut Valer. Flacc. lib. I. vers. 147.

—— acclinisque tapeti
In mediis vacuo condit caput Hippasus auro.

Claudian. I. in Rufin. vers. 41.

Alecto stetit in mediis, vulgusque tacere
Jussit.

ubi vide N. Heinsium. Optime etiam viri docti *solumque*, quod ex imitatione Virgilii esse dicit Barthius, fortasse innuens illud ex XI. Aen. vers. 220.

—— solumque vocari
Testatur, solum posci in certamina Turnum.

aut illud potius ex XII. Aen. vers. 466.

- - - solum densa in caligine Turnum
Vestigat lustrans, solum in certamina poscit.

Deinde *dicto* omnes libri prisci. Wolfius primus *dictu* Basileae edidit, quem Colinaeus & Dausquejus secuti sunt, quamvis hic etiam in notis *dicto* probarit.

v. 618. *Manesque profundi Antiquum expavere diem*] Pariter Virgil. VIII. Aen. vers. 246.

—— trepidentque immisso lumine manes.

ubi vide Cerdam: Petron. in Satyr. cap. CXXII.

Subsedit pater umbrarum, gremioque reducto
Telluris pavitans fraternos palluit ictus.

Statius VII. Theb. vers. 31.

—— ille autem, supera compage soluta,
Nec solitus sentire metus, expavit oborta
Sidera.

Claudian. II. de Rapt. Proserp. vers. 193.

—— longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos.

v. 624. *Pugnarunt montibus amnes*] *Pugnabat* paullo post denuo iteratur; quare hoc loco mendosum. Sed nec *montibus* sanum, cum *monte relicto* proxime subsequatur. *fontibus* puto. N. HEINSIUS. Voces *montes* & *fontes* alibi etiam inter se mutant librarii. sic apud Lucan. lib. IV. vers. 117. vulgo editur, *vastos obliquent flumina fontes*, ubi libri scripti nonnulli habent *montes*. vide Barth. ad Claudiani Apon. vers. I. & Jan. Broekhus. ad Tibul. lib. III. Eleg. V. vers. I.

v. 631. *Stagnisque latebat Daunia pubes*] Emendetur *stagnisque illata est*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVI. Illud, *stagnisque illata est*, invitos cessisse optime notat, & firmatur ab Oxoniensi codice, frustra renitente Dausquejo. Sic mox *ablatis* incidisse Consulem ait. Verissima ea scriptura est. BAR-

THIUS

Quis Consul terga increpitans, nam turbine motae
Ablatis terrae inciderat, Quid deinde, quid, oro,
Restat, iö, profugis? vos en ad moenia Romae
Ducitis Hannibalem: vos in Tarpeja Tonantis
Tecta faces ferrumque datis. sta, miles, & acres
Disce ex me pugnas: vel, si pugnare negatum,
Disce mori. dabit exemplum non vile futuris
Flaminius; ne terga Libys, ne Cantaber umquam
Consulis aspiciat. solus, si tanta libido
Est vobis rabiesque fugae, tela omnia solus
Pectore consumo, & moriens, fugiente per auras
Hac anima, vestras revocabo ad proelia dextras.
Dumque ea commemorat, densosque obit obvius hostes,
Advolat ora ferus mentemque Ducarius: acri
Nomen erat gentile viro, fusisque catervis
Bojorum quondam patriis, antiqua gerebat
Vulnera barbaricae mentis: noscensque superbi
Victoris vultus, Tune, inquit, maximus ille
Bojorum terror? libet hoc cognoscere telo,
Corporis an tanti manet de vulnere sanguis.
Nec vos poeniteat, populares, fortibus umbris
Hoc mactare caput. nostros hic curribus egit
Insistens victos alta ad Capitolia patres.

Ultrix

THIUS lib. v. Adverf. cap. xv. *flagnisque illata est* bene ex Coloniensi Modius, neque aliter Puteaneus. Oxonius *in alta est*. Dausquius hic denuo solens facit: sed merito subscribit Modianae lectioni Gronovius II. Observ. cap. VIII. etiam Barthius. Noster lib. IV. vers. 598.

Cum rapidis illatus aquis & vulnere multo
Impulit asper equus.

lib. XI. vers. 245. *Illatus velut armentis leo.* Auson. Perioch. Il. XXI.

Intulerat fluvio trepidas fuga foeda catervas.

apposite. Plinius Panegyr. *Flumina exaruisse, interceptum mare, illatasque non classes nostras, sed terras ipsas, arbitretur.* Festus Avien. descr. Orb. vers. 203. *pecoris dorso sternacis in aequor Inachis illata est.* Claudian. in Phoenice,

——— *quo tempore pontus*
Fuderit illatas scopulis stagnantibus undas.

sic scribo, non *elatas*. N. HEINSIUS. Livius lib. XXII. cap. XLVII. *Per praeceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem illati.*

v. 632. *Turbine motae Ablatis terrae inciderat*] *Ablatus terrae* in Colonio. N. HEINSIUS. Sensus est, Flaminium forte obviam venisse, occurrisse, militibus, qui motu terrae externati & mentem excussi fugiebant. *incidit ablatis*, ut Valer. Max. lib. v. cap. VI. ex. 3. *Genucio Cipo Praetori, paludato portam egredienti, novi & inauditi generis prodigium incidit.* Statius VIII. Theb. v. 1.

Ut subitus vates pallentibus incidit umbris.

ubi vide Lutat. & Barthium. *incidere in aliquem* Cicero dixit Orat. pro Sext. Roscio cap. LII. *Milites collocent, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant.* Nec τὸ *Ablatis* alio sensu capiendum esse ostendit praecedens *mentis inops.* vide Gronov. ad Livii lib. XXXV. cap. XI.

v. 634. *Restat, iö, profugis*] Inscitissime interpres *Restat jam profugis.* N. HEINSIUS. Dausquejo, *Restat jam profugis* reponenti, videtur fraudi fuisse, quod voculam *iö* laetantis semper & triumphantis esse crediderit, cum tamen & invocantis sit, etiam in re minime laeta. Supra lib. IV. vers. 781.

Clamat, Iö conjux, quocumque in cardine mundi
Bella moves, huc signa refer.

Ovid. III. Metam. vers. 713.

——— *iö, geminae, clamavit, adeste sorores.*

v. 637. *Disce ex me pugnas*] Virgil. XII. Aen. vers. 435.

Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
Fortunam ex aliis.

v. 646. *Fusisque catervis*] *fususque* scripti. N. HEINSIUS.

v. 650. *Libet hoc cognoscere telo*] Coloniensis *licet hoc cognoscere telo*, non *libet*. N. HEINSIUS. Nihil muto. Saepe enim ita peccarunt scriptores librarii. vide infra ad libr. XV. vers. 188.

v. 657. *Contectus nimbo*] Celeberrimus Burmannus fortasse legendum conjecit *Confectus*, ut aliqua

mortis

Ultrix hora vocat. pariter tunc undique fusis
Obruitur telis, nimboque ruente per auras
Contectus, nulli dextra jactare reliquit
Flaminium cecidisse sua. nec pugna peremto
Ulterior ductore fuit: namque agmine denso
Primores juvenum, laeva ob discrimina Martis
Infensi Superis dextrisque, & cernere Poenum
Victorem plus morte rati, super ocius omnes
Membra ducis stratosque artus certamine magno
Telaque, corporaque, & non fausto Marte cruentas
Injecere manus. sic densi caedis acervo,
Ceu tumulo, texere virum. tum, strage per undas,
Per silvas sparsa, perque altam sanguine vallem,
In medias fratre invectus comitante catervas
Caesorum juvenum Poenus, Quae vulnera cernis?
Quas mortes? inquit. premit omnis dextera ferrum,
Armatusque jacet servans certamina miles.
Hos, en, hos obitus nostrae spectate cohortes.
Fronte minae durant; & stant in vultibus irae.
Et vereor, ne, quae tanta creat indole tellus
Magnanimos fecunda viros, huic fata dicarint
Imperium, atque ipsis devincat cladibus orbem.
Sic fatus cessit nocti; finemque dedere
Caedibus, infusae subducto sole, tenebrae.

mortis Flaminii mentio fiat. infra lib. XVII. vers. 651.

- - - confecta mole gigantum
Incessit campis tangens Tirynthius astra.

v. 660. *Saeva ad discrimina Martis*] Scribatur *laeva ob discrimina*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVI. *laeva ob discrimina* Modius cum Coloniensibus membranis. Sic apud Lucanum libro III. vers. 126.

- - - Crassumque in bella secutae
Laeva tribunitiae voverunt proelia Dirae.

non *Saeva*, quod nunc circumfertur. hoc tamen loco praestiterit, *laevi ob discrimina Martis*, id est, Martis adversi. Sic *Mars sinister* initio libri primi. lib. XII. vers. 208. etiam scribendum opinor, *laevo Mavorte parastis*. Contra *faustus Mars* libro VIII. vers. 306. *Cum duce tam fausti Martis*. & lib. XI. *fausti Superis libamina belli*. N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt indocti librarii. vide supra ad lib. II. vers. III. lib. IX. vers. 268. & Grotium ad German. Arat. Phaenom. pag. 4. apud Lucan. lib. VII. vers. 313. pro *in victos saevum destringere ferrum*, quidam codices perperam habent *laevum ferrum*. & ita alibi.

v. 665. *Sic densi caedis acervo*] *densae caedis* praestiterit. N. HEINSIUS.

v. 669. *Quae vulnera cernis? Quas mortes* &c.] Egregie huc facit, quod de Romanis primo proelio à Pyrrho caesis tradit Florus lib. I. cap. XVIII. *Quinam illi fuerunt viri, quos ab elephantis primo proelio obtritos accepimus? omnium vulnera in pectore; quidam hostibus suis immortui: omnium in manibus enses, & relictae in vultibus minae, & in ipsa morte ira vivebat.* quem locum Doctiss. Dausquejus jam laudavit.

v. 671. *Armatusque jacet*] *Armatique* maluerim. deinde *spectate cohortes* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 672. *Hos, en, hos obitus*] Dausquius, *Hostesne hos obitus?* cui bono? N. HEINSIUS.

v. 673. *Fronte minae durant* &c.] Vide infra ad libr. XIII. vers. 733.

v. 673. *Et stant in vultibus irae*] *perstant*, vel *restant* scribendum. N. HEINSIUS.

v. 674. *Et vereor*] *Ut vereor!* censeo a Silio esse. N. HEINSIUS.

v. 676. *Devincat cladibus orbem*] *ne vincat* arbitror. N. HEINSIUS. Fortasse nihil mutandum. *devincere*, pro simplici vincere. Liv. lib. XXV. cap. V. *Hic senes honoratosque juvenis in eo certamine devicit.*

v. 678. *Infusae subducto sole tenebrae*] Malo *offusae tenebrae*, quam *infusae*. N. HEINSIUS. Cicero I. de Natur. Deor. cap. II. *Quae lucem eriperet, & quasi noctem quandam rebus offunderet.* idem V. Tuscul. Quaest. cap. II. *Haec indoctorum animis offusa caligo est.* Vide infra ad lib. X. vers. 366. pariter tamen Silius lib. XI. vers. 270.

- - - fuscabat & Hesperus, umbra
Paullatim infusa, properantem ad litora currum.

Nisi & illic melius *offusa umbra* legatur.

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER VI.

Jam, Tarteſſiaco quos ſolverat aequore, Titan,
In noctem diffuſus, equos jungebat Eoïs
Litoribus, primique novo Phaëthonte retecti
Seres lanigeris repetebant vellera lucis.
Et foeda ante oculos ſtrages, propiuſque patebat
Inſani Mavortis opus: ſimul arma virique

Ac

v. 2. E*quos jungebat Eoïs Litoribus*] *urgebat* Oxonius & Puteaneus cum vetuſtis editionibus. N. HEINSIUS. *urgebat* etiam Mediolan. editio: ſed perperam. Silius lib. xv. verſ. 334.

Sed quiſnam averſos Phoebum tunc jungere ab urbe
Romulea dubitaret equos?

Virgil. v. Aen. verſ. 817.

Jungit equos auro genitor, ſpumantiaque addit
Frena feris.

Ovidius II. Metam. verſ. 118.

Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.

Eodem ſenſu & *jungere currum* dictum. vide virum egregium Joh. Fred. Gronov. in Diatr. Stat. cap. IX. Contra *abjungere equos* eſt apud Propert. lib. II. eleg. XIV. verſ. 12.

Quam prius abjunctos ſedula lavit equos.

v. 3. *Primique novo Phaëthonte retecti*] *refecti* opinor. N. HEINSIUS. Nihil muto. quemadmodum enim nox terras hominesque tenebris quaſi amictu *tegere*, ſic ſol *retegere*, dicitur. Silius lib. XII. verſ. 612.

——— *coelumque tenebris*
Clauditur, & terras caeco nox condit amictu.

Virgil. IV. Aen. verſ. 119.

——— *ubi primos craſtinus ortus*
Extulerit Titan, radiiſque retexerit orbem.

& v. Aen. verſ. 64.

——— *ſi nona diem mortalibus almum*
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem.

Ovid. VIII. Metam. verſ. 1.

Jam nitidum retegente diem, noctiſque fugante
Tempora Lucifero.

Lucan. lib. IV. verſ. 529.

Detegit orta dies ſtantes in rupibus Iſtros.

Statius v. Theb. verſ. 396.

Exoritur pudibunda dies, coelumque retexens
Averſum Lemno jubar.

Hinc paſſim apud poetas occurrunt noctis *amictus, vela, peplum, palla.* Silius lib. v. verſ. 36.

——— *atrae noctis amictu*
Squalebat preſſum picea inter nubila coelum.

lib. XV. verſ. 284.

- - - *nox, atro circumdata corpus amictu,*
Nigrantes invexit equos, ſuaſitque quietem.

Statius II. Theb. verſ. 527.

Coeperat humenti Phoebum ſubtexere palla
Nox.

& III. Theb. verſ. 415.

Nox ſubis, & curas hominum motuſque ferarum
Compoſuit, nigroque polos involvit amictu.

Anonymus, vulgo Varro Atacinus dictus, in fragmento Aſtron.

Intorquetque peplum noctis, radiatque ſororem.

Vide, quae notavit Exactiſſimus Gronov. ad Liv. lib. I. cap. LVII.

v. 4. *Seres lanigeris repetebant vellera lucis*] Claudian. in Conſul. Olybr. & Prob. verſ. 180.

Jam parat auratas trabeas, cinctuſque micantes
Stamine, quod molli tondent de ſtipite Seres,
Frondea lanigerae carpentes vellera ſilvae.

Valer. Flacc. lib. VI. verſ. 699. *Eoae ſtamine ſilvae. repetebant vellera*, ut depecterent foliis. lib. XIV. verſ. 665. *depexaque vellera ramis.* & apud Maron. II. Georg. verſ. 120.

Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres.

N. HEINSIUS. Vox *repetebant* Celeberrimo Burmanno mendi ſuſpecta eſt, pro qua *relegebant* ſcribendum conjicit; eodemque modo in Mſtis Naſonis peccari me monuit IV. Metam. verſ. 569. certe *legere vellera, fila, ramis* hac in re ubique obvium. Fortaſſe etiam poſſes minima mutatione *lanigeri repetebant vellera luci.* De voce *repetere* hoc ſenſu videatur vir ſummus in Diatr. Statiana cap. XXXIV.

v. 5. *Et foeda ante oculos*] *At* praetulerim, vel *Stat.* N. HEINSIUS.

v. 7. *Dextraeque in vulnere, caeſi Haerentes haſtis*] *in vulnere caeco*, ni fallor, dederat nobis Silius. Apud Naſonem Metam. VI. verſ. 293. *duplicataque vulnere caeco eſt.* Noſter lib. IX. verſ. 105.

Auctorem caeci trepidus circumſpicit ictus.

caecae ſilvae infra hoc libro verſ. 56.

- - - *ſilviſque*

Ac mixtus fonipes, dextraeque in vulnere, caesi
Haerentes hastis: passim clipeique, jubaeque,
Atque artus trunci capitum, fractusque jacebat
Ossibus in duris ensis: nec cernere deerat
Frustra femineum quaerentia lumina coelum.
Tum spumans sanie lacus, & fluitantia summo
Aeternum tumulis orbata cadavera ponto.
Nec tamen adversis fuerat fracta Itala virtus.
Bruttius ingenti miserandae caedis acervo,
Non aequum ostentans confosso corpore Martem,
Extulerat vix triste caput, truncosque trahebat
Per stragem, nervis interlabentibus, artus;
Tenuis opum, non patre nitens, linguave; sed asper
Ense, nec e Volsca quisquam vir gente redemit
Plus aevi, nec magnanima puer addere sese

Pubescente

--- silvisque per avia caecis
Ablati furtim.

lib. VII. vers. 135. *caecae furta viae.* & vers. 350. *caeca silentia*, pro nocte. & vers. 372. *caecae cavernae.* lib. VIII. vers. 257. *caeca suffragia.* lib. IX. vers. 281. *caecum murmur.* & vers. 500. *caeca nubes.* lib. X. vers. 236. *caeca manus*, pro ignota. vers. 285. *caeca plebs.* vers. 415. *caecum in vestigia telum* de stilo. vers. 539. *caeca nox.* libro XI. vers. 388. *caecum exitium.* vers. 456. *caecam molem* chaos vocat. lib. XII. vers. 127. *caecae Acherontis fauces.* vers. 477. *caecus astus.* vers. 613. *caecus noctis amictus.* & vers. 628. *caeci è nubibus ignes.* vide ad Ovidii III. Metam. vers. 490. N. HEINSIUS. *in vulnere caeco* vir Illustrissimus, ut apud Maron. X. Aeneid. vers. 732.

--- fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec jacta caecum dare cuspide vulnus.

Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 19.

--- urimur intus,
Urimur, & caecum pectora vulnus habent.

Persius satyr. IV. vers. 44. *ilia subter Caecum vulnus habes.* & ita *caecum* ubique passiva significatione pro eo, quod non videtur, quod latet. Vide Dan. Heinsium supra ad lib. V. vers. 2. Sed non satisfacit Nic. Heinsii conjectura hoc loco. Rectius forsitan Celeberrimo Burmanno in mentem venit, legendum, *dextraeque in pulvere caesae Haerentes hastis*; quo monitore didici, voces *pulvis* & *vulnus* etiam à librariis commutatas fuisse apud Maron. XII. Aen. vers. 611. & Statium XII. Theb. vers. 141. ut dicat Silius, orto sole videri potuisse dextras abscissas, quae in pulvere jacentes etiamnum hastas tenebant.

v. 8. *Clipeique, tubaeque*, *jubaeque* rectius Oxonius. simile mendum sustulimus libro superiori vers. 166. *jubas* pro galeis ponit. N. HEINSIUS. *jubaeque*, ab aliis repositum, probat etiam Doctissimus Dausquejus, quas recte N. Heinsius per galeas exponit. Hae in simili descriptione ubique memorantur, ut lib. I. vers. 53.

Per clipeos galeasque virûm, caesosque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.

lib. IV. vers. 627.

Corporibus, clipeisque simul, galeisque cadentum
Contegitur Trebia.

lib. X. vers. 315.

Passim signa jacent, quae Samnis belliger, & quae
Sarrastes populi, Marsaeque tulere cohortes;
Transfixi clipei, galeaeque, & inutile ferrum,
Fractaque conflictu parmarum tegmina, & ore
Cornipedum derepta fero spumantia frena.

Vide etiam apud Maron. I. Aen. vers. 101. & VIII. Aen. vers. 539.

v. 14. *Adversis fuerat fracta Itala virtus*] *fuerat tota* Coloniensis. opinor *ruerat tota.* N. HEINSIUS. Voces *fueram* & *rueram* alibi etiam inter se confuderunt scribae librarii: vide N. Heinsium infra ad lib. VIII. vers. 156. lib. XIV. vers. 582. ad Phaedr. lib. IV. fab. XVII. vers. 24. ubi videndus etiam Gudius. *ruerat* autem, ut lib. XV. vers. 739. *Fortuna ruebat Sidonia.* & lib. XVII. vers. 165. *Massyla ut ruerint arma.*

v. 15. *Brutius*] Coloniensis bene *Bruttius.* Stephanus Byz. Βρεττία μοῖρα Σικελίας. τὸ ἐθνικὸν Βρέττιοι. Sed Calabri Bruttii proprie. & sane Graeci scriptores multa Calabriae loca Siciliae accensent. *Brettii* nonnullis dicuntur: sed Stephanus Byz. *Brettios* Tyrrheniae populos facit, & a Bruttiis distinguit. N. HEINSIUS. Recte *Bruttius* ex Colon. codice vir Illustrissimus. Silius enim aquiliferi hujus nomen, ut passim solet, deduxit à Bruttiis, Calabriae populo, qui non *Brutii*, sed *Bruttii*, dicebantur. vide Dausquej. Orthogr. part. II. hac voce, N. Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 562. & lib. XI. vers. 10. Contra tamen Cluver. *Brutii* scribendum contendit in Ital. Antiq. lib. IV. cap. XV. pag. 1283.

v. 21. *Nec magnanima puer addere sese Pubescente gena castris optarat*] Scripti *addere sese castris* constanter, non *abdere.* Interpres *nec magna anima.* Sed

Pubescente gena castris optarat, & acri
Flaminio spectatus erat, cum Celtica victor
Obrueret bello Divis melioribus arma.
Inde honor, ac sacrae custodia Marte sub omni
Alitis: hinc caussam nutrivit gloria leti.
Namque, necis certus, captae prohibere nequiret
Cum Poenos aquilae, postquam subsidere fata
Viderat, & magna pugnam inclinare ruina,
Occulere interdum & terrae mandare parabat.

Sed

cur non, *magnae animae puer*, ne tot sexti casus concurrant? *animaeque magnae Prodigum Paullum* in Horatio habemus lib. I. od. XII. vers. 37. Locus altioris medicinae indiget. primo corrigendum *magnanimis castris*. deinde lego,

- - - nec magnanimis puer addere sese
Pubescente gena castris cessarat,

vel *dubitarat*, vel *tardarat*, vel *vitarat*. *magnanima castra*, ut *magnanimae palaestrae* apud Valer. Flacc. lib. IV. vers. 328. *magnanimis memoranda palaestris Taygeta*. Silius lib. I. vers. 29.

- - - magnanimis Roma caput urbibus alte
Exserere.

Martial. lib. XIII. Epigr. ad lectorem primo,

Nec mea magnanimo depugnat tessera talo.

Clariss. Gronovius lib. IV. cap. VIII. de pecunia veteri, *abdere castris*, pro exesse castris, interpretatur: ut in illo Tibulli lib. II. el. I. vers. 82.

Et procul ardentes hinc, precor, abde faces.

sed *addere* jam adstruximus lib. III. vers. 350. pro *optarat*, conjicio *cessarat*, ut lib. VII. vers. 686.

- - - nec erectis similes imponere cristis
Cessarat pennas.

lib. VIII. vers. 637.

Nec densae trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis.

lib. X. vers. 407.

- - - ut vera mali praesentia numquam
Cessarit canere.

lib. XII. vers. 304. ex scriptis,

- - - sed enim nec femina cessat
Mente aequare viros, & laudis poscere partem.

vel *vitarat*, ut lib. IX. vers. 84.

Sed fuga nuda viro, sumto quia prodere coepta
Vitabat clipeo.

dubitarat tamen verior lectio. N. HEINSIUS. A vulgata hujus loci scriptura non abeunt Mediolan. & reliquae priscae editiones, nisi quod vir Illustrissimus ex Parmensi *addere* notarit ad marginem Silii, quod perperam Dausquejus damnavit. ita saepe peccarunt librarii. vide infra h. lib. vers. 394. Quod ad reliqua hujus loci attinet, in iis nihil mutandum puto. Dicit enim Silius, Bruttium, puerum magnanimum, nondum pubescente gena jam optasse militiae nomen dare, ad quod propter aetatem cogi non poterat. Plura immaturae militiae exempla supra notavit Dausq. ad lib. II. vers. 317. *puer magnanima pubescente gena* est puer magnanimus pubescente gena. Sic Propert. lib. II. eleg. VII. vers. 14.

Nutritus duro, Romule, lacte lupae.

pro *lacte durae lupae*, quod in optimo codice est, teste Brockhusio: sed frustra. *dorsum citatum* infra lib. X. vers. 469. pro equi citati dorso: quod notavi, ne quis cum Dausquejo quaerat, cur Silius genam vocet *magnanimam* prae fronte aut oculis. Si cum Illustrissimo Heinsio *magnanimis castris* malis, vocula *nec* longius aberit ἀπὸ τοῦ *pubescente gena*, quo referenda est.

V. 22. *Et acer Flaminio spectatus erat*] *acri Flaminio* ex scriptis. N. HEINSIUS. Cum vulgata lectione faciunt omnes priscae editiones, nisi quod Marsus, qui in contextu *acer* cum reliquis habet, in commentariis rectius *acri* dederit, quod, forti, exponit.

V. 27. *Captae prohibere nequiret Cum Poenos aquilae*] *capta aquila*, ut puto. sed nihil muto. est enim Graecismus. sic apud Chrysostom. φόβῳ κωλύει πεποιημένων. & sic alii frequenter. N. HEINSIUS. *capta aquila* olim N. Heinsius, quem, constructionem hanc plenius illustrantem, vide ad Ovidii II. Art. Amat. vers. 335. melius tamen postea vulgatum defendit, Siliumque Graecos imitatum notat, qui non tantum εἴργω σε τοῦδε, sed etiam εἴργω σε τοῦδε, dicere consueverunt, ut Aelian. IX. Var. Hist. cap. V. Θεμιστοκλῆς Ἱέρωνα ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια εἶρξε τῆς ἀγωνίας. *Themistocles Hieronem venientem ad ludos Olympicos certaminis prohibuit*. atque ita alii passim.

V. 30. *Occulere interdum, & terrae mandare parabat*] *interdum* hic valet interim, interea, ut lib. IV. vers. 491.

Dumque vada & molles aditus per devia flexo
Circuitu petit, & stagni languentia quaerit,
Interdum rapta vicinis saltibus alno
Fluminean texit, qua traxerat agmina, classem.

Auctor Sodomae vers. 72.

- - - demens sed vulgus ibidem
Poenarum auspiciis interdum lumine mulctant.

ita edidit Morellus, quod vindicavit optimus Gronov. in Observ. in script. Eccles. cap. XXII. Tacitus I. Ann. cap. V. *Acribus custodiis domum & vias sepserat Livia, laetique interdum nuntii vulgabantur,*

donec

Sed, subitis victus telis, labentia membra
Prostravit super, atque injecta morte tegebat.
Verum ubi lux nocte e Stygia miseroque sopore
Reddita, vicini de strage cadaveris hasta
Erigitur, soloque vigens conamine, late
Stagnantem caede & facilem discedere terram
Ense fodit, clausamque aquilae infelicis adorans
Effigiem, palmis languentibus aequat harenas.
Supremus fessi tenues tum cessit in auras

Halitus,

donec provisit, quae tempus monebat, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem eadem fama extulit. Appulejus IX. Metam. pag. 190. Ed. Pricaei. *Interdum Philesieterus cognito strepitu procurrit cubiculo.* & pag. 194. *Interdum acerrimo gravique odore sulphuris iuvenis infectatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffluebat.* Eadem vox reddenda auctori Moreti vers. 31.

Interdum clamat Scybalen: erat unica custos,
Afra genus, tota patriam testante figura.

Vulgo editur *Interea clamat.* Sed vetus editio Basil. aperte *Interdum. Scybalen: erat* Gronov. ex manuscripto reposuit I. Obs. cap. XVI. proxime accedit ejusdem Basil. libri scriptura *Cybalen: haec erat.* vulgo circumfertur *Cybale: haec erat.* Plura de hoc usu vocis *Interdum* vide apud Colvium ad Appuleji III. Met. pag. 43. & Horat. Tursellin. de Partic. Ling. Lat. cap. LXXIX. quod tamen is, cum apud bonos auctores obvium sit, cur imitari nolit, caussam non video. Contra etiam *interim* & *interea* pro interdum ponuntur. infra lib. VII. vers. 395.

Interea (crede experto, non fallimus) aegris
Nil movisse salus rebus.

ubi alia notavi. Ceterum laudandum hoc Bruttii aquiliferi facinus est: aliud simile, haud minus praeclarum, vexilliferi Helvetii, qui vexillum, ne in hostium potestatem veniret, concisum ore recondidit, ex Stumphio memorat Piccart. Decad. I. Observ. Historico-Polit. cap. XI.

v. 32. *Illecta morte tegebat*] Eruditissimus Dausquejus recte interpretatur hoc de Bruttio aquilam corpore tegente: omnes enim in caedem suam illiciebat tam forti facinore. Oxon. membranae eandem vocem oppido quoque bene conservant. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *injecta* Coloniensis. Fortassis *injecta mole*, corporis videlicet, quamquam Barthius vulgatum tuetur. par naevus inhaeret lib. XIV. vers. 555. *jaculis cessantibus hostem Morte sua perimant. moles* pro corpore lib. XIII. vers. 194.

- - - *plantaque volucri*
Praestabat Laurens, membrorum mole Laburnus.

infra hoc libro vers. 111.

Vidi crescentes Thrasymeni caedibus undas
Prostrataque virum mole.

lib. X. vers. 213.

In praeceps magna propulsus mole ruentem.

lib. V. vers. 66.

Signa etiam affusa certant dum vellere mole.

lib. XVII. vers. 562. *moles cornipedis.* Valerius Flaccus lib. III. de Hercule cernuo cadente vers. 478.

Atque in terga ruens Talaum, fortemque Eribotem,
Et longe tantae securum Amphiona molis
Obruit.

Vide locum a me castigatum in nostro lib. XVI. vers. 46. *ingenti membrorum mole. illaeta morte* non nemo apud Dausquej. malebat. N. HEINSIUS. Ille non nemo, qui apud Dausquejum *illaeta morte* malebat, mihi videtur esse Just. Lipsius, qui lib. IV. de Milit. Rom. Dial. V. ita hunc locum laudavit. Sed melius Illustrissimus Heinsius, partim ex optimo libro, partim ex conjectura, *injecta mole.* Auson. in Technop. de membris,

Quam tenue, & molem quantam fert corpoream crus!

certe vulgata scriptura defendi nequit: quomodo enim Bruttius nunc *illecta morte texisset* aquilam, qui postea demum ea in terra defossa exspiravit. Voces *morte* & *mole* interdum a librariis ineptis confunduntur. vide Nic. Heinsium ad Ovidii XV. Metam. vers. 230. Illustrissimi tamen Heinsii conjectura Celeberrimo Burmanno non satisfacit, tum quod juveni pubescente gena vix apte *moles* dari possit, tum quod non magna mole opus sit ad tegendam aquilam, quam hasta avulserat. Ipse vero, sed timide, conjicit, fortasse scribendum *efficta morte tegebat:* atque ita sensus erit, Bruttium, ut servaret aquilam, se mortuum finxisse: mox vero, ubi discessisse hostes senserat, se erexisse, & aquilam defodisse.

v. 35. *Erigitur, soloque ingenti conamine*] *soloque vigens* ex eodem Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 37. *Clausamque aquilae infelicis adorans Effigiem*] Forte *cassamque*, quam nequidquam venerabatur, nil proficientem. N. HEINSIUS. Dion. Vossius ad oram libri sui haec annotarat. „Aquila Romanis erat fanum exiguum, in quo aurea „jacebat aquila, ut ostendit Dio lib. XL. Histor. „[pag. 128.] Ὁ γὰρ ἀετὸς [illegible], ἔστι δὲ νεὼς μικρὸς, „καὶ ἐν αὐτῷ ἀετὸς χρυσοῦς ἐνίδρυται. Hinc intel-„ligere est, cur Silius dicat *clausam aquilae effigiem.* Haec ille. Verum si omnes aquilae militares sacello inclusae sint, caussa non est, ut Silius hanc peculiari epitheto *clausam* vocet. vide igitur, num

Halitus, & magnam misit sub Tartara mentem.
Juxta cernere erat meritae sibi poscere carmen
Virtutis sacram rabiem. Laevinus, ab alto
Priverno, vitis Latiae praesignis honore,
Exanimum Nasamona Tyren super ipse jacebat
Exanimis: non hasta viro, non ensis: in artis
Abstulerat Fors arma: tamen certamine nudo
Invenit Marti telum dolor. ore cruento
Pugnatum, ferrique vicem dens praebuit irae.
Jam lacerae nares, foedataque lumina morsu,
Jam truncum raptis caput auribus, ipsaque diris
Frons depasta modis, & sanguine abundat hiatus:
Nec satias; donec mandentia linqueret ora
Spiritus, & plenos rictus mors atra teneret.
Talia dum praebet tristis miracula virtus,
Diverso interea fugientes saucia turba
Jactantur casu, silvisque per avia caecis

Ablati

clausa sit terrae inclusa, jam imposita fossae, qua eam Bruttius tegeret. Sed nec illud mihi satisfacit.

v. 41. *Merito sibi poscere carmen Virtutis*] *meritae Virtutis* rectius Coloniensis & Oxonius. infra lib. xi. vers. 240.

— huic agedum, (nam cur indigna feramus?)
Magnanime o miles, meritas innecte catenas.

sic ibi scribendum. N. HEINSIUS.

v. 42. *Levinus ab alto Priverno*] Idem Coloniensis *Laevinus*. N. HEINSIUS. Locutionem hanc *Laevinus ab alto Priverno* supra illustravi ad lib. v. vers. 271.

v. 43. *Vitis Latiae praesignis honore*] Sic legendum, non *persignis*. MODIUS Novant. Lect. Epist. xxii. *praesignis honore*, non *persignis*, scripti. vere. quod jam occupavit monere Modius. N. HEINSIUS *praesignis* etiam editio Mediolan. & ea, cui praefuit Martinus Herbipolensis, probante insuper Dausquejo. Ovid. Ep. iv. Heroid. vers. 39. *arcu praesignis adunco Delia*. idem iii. Metam. vers. 32.

Martius anguis erat cristis praesignis & auro.

Statius lib. iv. silv. viii. vers. 12.

Gaudeat & Libyca praesignis avunculus hasta.

& iv. Theb. vers. 598. *nostro praesignem Maenala lauro*. Error hic ex ταχυγραφων compendio ortus est, qui voculas *prae* & *per* simillimo signo scribebant, quod non recte distinguentes posteriores descriptores saepissime auctorum loca corruperunt. Ex solo Silio aliquot hic exempla dabo. ita confuderunt *performidatus* & *praeformidatus* lib. iii. vers. 608. *perstringere* & *praestringere* lib. i. vers. 358. *pervectus* & *praevectus* lib. iv. vers. 51. *perfracta* & *praefracta* lib. v. vers. 242. *percipere* & *praecipere* hoc libro vers. 300. *pernoscere* & *praenoscere* lib. viii. vers. 304. *perferre* & *praeferre* lib. xi. vers. 102. *permissus* & *praemissus* lib. xv. vers. 632. in priscis etiam editionibus *perfulgebat*, pro *praefulgebat*, est lib. iv. vers. 499. *perfulgent*, pro *praefulgent*, lib. xi. vers. 537. & ita passim apud alios scriptores.

v. 47. *Ore cruento Pugnatum*] Immanis rabiei insigne exemplum, quod proelio Cannensi accidisse narrat Livius lib. xxii. cap. li. *Praecipue convertit omnes substractus Numida mortuo superincubanti Romano vivus, naso auribusque laceratis: quum, manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira versus, laniando dentibus hostem exspirasset.* Eandem historiam narrat Valer. Maxim. lib. iii. cap. ii. ex. ii. De Tydeo pariter Statius viii. Theb. vers. 760.

Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Aspicit, & vivo scelerantem sanguine fauces.

vbi vide Barthium.

v. 51. *Et sanguine abundat hiatus*] *inundat* maluerim, uti apud Maron. x. Aen. vers. 24. *inundant sanguine fossae*. N. HEINSIUS.

v. 52. *Nec satis est; donec*] Ego, cum viderem illud *satis est* minus convenire, putabam ex eo recte fieri posse *satias*: quam conjecturam meam confirmant membranae, in quibus diserte *satia* legitur: quod, addita ad finem litera *s*, probum haud dubie erit. Barbarum autem vide & cive Romano indignum facinus. Laevinus centurio (talem enim eum designat poeta, dum paullo ante ait, *vitis Latiae praesignis honore*) hostem, semianimis ipse & moribundus, amplexus, arrosis auribus naribusque ejus, non ante dimisit, quam spiritu & vita deficeretur. unde etiam *mandentia*, non *mandantia*, legendum apparet. MODIUS Novant. Lection. Epist. xxii. *satia* Coloniensis, unde Modius probe *satias*. neque aliter Oxoniensis. in Puteaneo & editione Romana *satias*. jam supra eandem vocem Silio reddidimus lib. iv. vers. 110. N. HEINSIUS. Mediolan. etiam editio proxime verum *satiat*. Marsus & nonnulli alii *saties* ediderunt, pro quo Vossius

Ablati furtim multo cum vulnere solos
Per noctem metantur agros. sonus omnis & aura
Exterrent, pennaque levi commota volucris.
Non sopor, aut menti requies. agit asper acerba
Nunc Mago attonitos, nunc arduus Hannibal hasta.
Serranus, clarum nomen, tua, Regule, proles,
Qui, longum semper fama gliscente per aevum,
Infidis servasse fidem memorabere Poenis,
Flore nitens primo, patriis, heu! Punica bella
Auspiciis ingressus erat; miseramque parentem,
Et dulces tristi repetebat sorte penates
Saucius. haud illi comitum super ullus, & atris
Vulneribus qui ferret opem: per devia, fractae
Innitens hastae, furtoque ereptus opacae
Noctis, iter tacitum Perusina ferebat in arva:
Ac fessus parvi (quaecumque ibi fata darentur)
Limina pulsabat tecti: cum membra cubili

Evolvens

sius ad oram editionis Juntinae pariter *fatias* scribendum conjicit.

v. 58. *Sonus omnis & aura Exterrent*] Ψοφοδεεῖς erant: sunt enim ψοφοδεεῖς,

Quos omnes terrent aurae, sonus excitat omnis,

ut loquitur Maro, è cujus loco II. Aen. vers. 728. hic desumtus est. D. HEINSIUS. Vide Cerdam ad illum locum Maronis.

v. 62. *Serranus*] Ita scripti, de quo cognomento nos ad Maronem plura Aeneidos sexto vers. 845. N. HEINSIUS. Gentis Atiliae cognomen *Serranus* Dausquejus ad hunc locum, docti Interpretes ad Maron. VI. Aen. vers. 845. aliique a *ferendo* deduxerunt, quod Atilio cuidam *serenti* vel Consulatus vel Dictatura oblata sit. Sed cum in nummis & eruditis marmoribus Atilii, non *Serrani*, vel *Serani*, sed *Sarrani*, & *Sarani* vocentur, alii eos nomen a devictis *Sarranis* obtinuisse volunt. *Sarra* autem Tyrus est, & *Sarrani* Tyrii, ac secundum morem Silii inde orti Karthaginienses. Sic lib. VII. vers. 432.

——— *aut hos Sarranus habebit*
Navita jam portus.

ubi vide Dausquejum. lib. VIII. vers. 45.

Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo.

lib. IX. vers. 202.

Qui Tyria ducit Sarranum ab origine nomen.

ubi codices scripti male *Serranum* habent. ibid. vers. 319. *Sarrana manus*, id est, Poeni. vide etiam Columnn. ad Ennium pag. 84. Tandem, rejecta hac nominis ejus etymologia, docuit vir Celeberrimus Jac. Perizonius in Animadv. Histor. cap. I. pag. 33. Atilios *Saranos* dictos esse à *Sarrano*, antiquo Umbriae oppido, unde populi *Saranates* Plinio memorantur. Idem etiam eodem loco pag. 24. observat, Atilium, M. Reguli, qui à Poenis captus & occisus est, filium, poetica licentia hic *Sarranum* vocari, cum eodem, quo pater, nomine appellatus fuerit: idque adstruxit exemplo Valerii illius, qui legatus à Romanis ad Hannibalem, Saguntum obsidentem, missus est, & à Silio initio lib. II. *Poplicola* vocatur, cum ex Livio & aliis constet, eum *Valerium Flaccum* dictum fuisse. Vide omnino, quae erudite hac de re disputat Vir egregius, & de republica literaria optime meritus.

v. 68. *Atris Vulneribus qui ferret opem*] Infra lib. IX. vers. 173.

——— *atrum*
Sustentant vulnus mananti sanguine signat
In clipeo mandata patris.

Virgil. IX. Aen. vers. 700.

——— *reddit specus atri vulneris undam*
Spumantem.

quo in loco *alti vulneris*, pro *atri vulneris*, legendum esse suspicatur Doctissimus Pricaeus ad Appulej. Metam. pag. 374. Sed frustra. *atrum* enim *vulnus* Virgil. & ejus exemplo Silius aliique vocarunt ob effluentem sanguinem, qui saepenumero poetis *ater* dicitur. vide infra ad lib. IX. vers. 365.

v. 70. *Innitens hastae*] Ut Aeneas vulneratus facit apud Maron. XII. Aen. vers. 384.

Interea Aenean Mnestheus & fidus Achates
Ascaniusque comes castris statuere cruentum,
Alternos longa nitentem cuspide gressus.

& vers. 398.

Stabat acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Aeneas.

v. 72. *Hic fessus parvi (quaecumque hic fata darentur) Limina pulsabat tecti.*] *Ac fessus* primo ex Coloniensi. deinde ex eodem ceterisque scriptis, *quaecumque ibi fata darentur*, &, *cum membra cubili Evolvens*, non *tum*. N. HEINSIUS.

v. 73. *Membra cubili Evolvens non tarda*] Scribo,

jam

Evolvens non tarda Marus (vetus ille parentis
Miles, & haud surda tractarat proelia fama)
Procedit, renovata focis & paupere Vesta
Lumina praetendens: utque ora agnovit, & aegrum
Vulneribus duris, ac (lamentabile visu)
Lapsantes fultum truncatâ cuspide gressus,
Funesti rumore mali jam saucius aures,
Quod scelus, o, nimius vitae, nimiumque ferendis
Adversis genitus cerno? te, maxime, vidi,
Ductorum, cum captivo Karthaginis arcem
Terreres vultu, crimen culpamque Tonantis,
Occidere; atque hausi, quem non Sidonia tecta
Expulerint eversa meo de corde, dolorem.

Estis

jam tarda: Nam τὸ *Evolvens* omnino tale quid docet. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. pro *non tarda*, corrigebat *jam tarda* Barthius. N. HEINSIUS.

v. 76. *Paupere Vesta*] Pro *paupere Vesta* quod reponunt *veste*, nugantur. Vesta enim & Vulcanus de igne Poëtis. sed Vesta proprie de foco. N. HEINSIUS. Merito Dausquejus & N. Heinsius vulgatam lectionem contra P. Marsum vindicarunt, apud quem, ut & in nonnullis aliis libris, perperam *paupere veste* editur. *Vesta* est ignis. Virgilius IV. Georg. vers. 384.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.

Ovid. VI. Fastor. vers. 234.

Ignea cum pura Vesta nitebit humo.

ita legendum docuerunt viri docti. vulgo erat *pura veste nitebit humus.* pari errore etiam turbatum apud Propert lib. II. eleg. XXII. vers. 27.

ibat & hinc castae narratum somnia Vestae.

ubi alii *in casta veste.* vide Optimum Broekhusium.

v. 78. *Vulneribus duris*] *Vulneribus crudis* utique maluerim; quod recorder, vulnera recentia optimis scriptoribus sic dici. N. HEINSIUS. *Vulnera dura*, ut *vulnera saeva* lib. XVI. vers. 543.

——— *superaddita saevis*
Ultima vulneribus verba.

Potes tamen cum Illustrissimo Heinsio *Vulneribus crudis* legere, id est, recentibus, ut apud Plin. lib. V. Epist. XVI. *Crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat.* Saepe autem has voces commutarunt librarii. vide N. Heinsium infra ad lib. XI. vers. 374. & lib. XVI vers. 118.

v. 81. *Quod scelus, o, nimium vitae*] Manifeste scribendum *nimius vitae.* Corruperant elegantissimam locutionem, qui solent omnia. MODIUS Novant Lect. Epist. XXII. Nobis Oxon. & edita lectio non videtur mutanda, *nimium vitae.* nimium vitae genitus, qui vixit diu, ut videret, quae maxime omnium nollet. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *nimius vitae* probe Modius ex Coloniensi. sic lib. V. vers. 231.

Quem postquam flerent aequali Lentulus aevo
Conspexit, nimium pugnae, nimiumque cruoris.

Barthius vulgatam scripturam in hoc Silii loco immeritus tuetur. vide annotata nostra lib. XIV. vers. 670. N. HEINSIUS. Sed nec Modiana emendatio Dausquejo displicuit.

v. 84. *Crimen culpamque Tonantis*] Ita solita erat loqui impia gentilium priscorum natio, ubi quid infausti sibi acciderat, Deorum id crimine & invidia evenire, illisque dedecori esse. infra hoc lib. vers. 339.

O diram Latio lucem fastisque notandam!
Dedecus, o Gradive, tuum.

lib. VII. vers. 60.

- - - *pariter cecidere Deorum*
Invidia, subitis circumvenientibus armis.

Propert. lib. II. Eleg. XXI. vers. 2.

Tam formosa tuum mortua crimen erit.

vide Barthium ad Statii I. Theb. vers. 231. Claudian. de III. Consul. Hon. vers. 65. & Gevart. Lection. Papin. lib. I. cap. XXXI.

v. 86. *Expulerint*] In Oxoniensi codice legitur *Expulerunt.*

v. 87. *Estis ubi, en, iterum, Superi.*] *eu iterum* arbitror, pro *heu*: nam sic frequenter scribebant. N. HEINSIUS. Alterum impietatis gentilium specimen, qui, ubi pios infelices esse, & contra improbis fausta quaeque evenire videbant, Deos esse, vel res humanas attendere, negabant: aut ex altera parte, si probos ex infortunio restitutos & impios meritis malis mulctatos cernerent, mox Deos esse, eosque negotia nostra curare exclamabant. vide Gruter. append. notar. ad Martial. lib. I. Epigr. XII. Gevart. Lect. Papin. lib. I. cap. XXX. Barth. ad Claud. I. in Rufin. vers. I. & ad Statii lib. I. silv. IV. vers. I.

v. 87. *Dat pectora ferro Regulus? an stirpem*] Qui omnia solent corrumpere, mutaverunt haec additis interrogandi notis. Legendum est, *dat pectora ferro Regulus, ac stirpem.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XXII. *Regulus, ac stirpem* ex scriptis. monuerunt jam alii. N. HEINSIUS.

v. 88.

Estis ubi, en, iterum, Superi? dat pectora ferro
Regulus, ac stirpem tantae perjura recidit
Surgentem Karthago domus. inde aegra reponit
Membra toro. nec ferre rudis medicamina (quippe
Callebat bellis) nunc purgat vulnera lympha,
Nunc mulcet succis. ligat inde, ac vellera molli
Circumdat tactu, & torpentes mitigat artus.
Exin cura seni, tristem depellere fesso
Ore sitim, & parca vires arcessere mensa.
Quae postquam properata, sopor sua munera tandem
Applicat, & mitem fundit per membra quietem.
Necdum exorta dies; Marus instat vulneris aestus

Expertis

v. 88. *Perjura recidit Karthago*) Hanc lectionem recte vindicat Cl. Dausquejus contra non nullas editiones, in quibus *peritura Karthago*. Perpetuo enim Poenorum perjurium ac perfidia a Romanis traducitur. Supra lib. I. vers. 9.

Juratumque Jovi foedus conventaque Patrum
Sidonii fregere duces.

lib. XVI. vers. 149.

Perfidiam fugio, & perjuram ab origine gentem.

Cicero I. de Offic. cap. XII. *Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Poenis, Pyrrho de imperio dimicabatur: Poeni foedifragi, crudelis Hannibal, reliqui justiores.* lib. I. de Invent. cap. XXXIX. *Karthaginienses autem persaepe jam nos fefellerunt. summa igitur amentia est, in eorum fide spem habere, quorum perfidia toties deceptus sis.* Quinctil. lib. IX. Instit. Orat. cap. III. *Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses.* & sic passim alibi.

v. 90. *Quippe Callebat bellis*] *Callere re aliqua* est eam perfecte ab usu nosse. Sulpicia Poetria,

Tuque quibus princeps & facundissima calles.

BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. XIV. Videntur haec contaminata esse. Scribendum, ni fallor, *nec ferre rudis medicamina opemque Callebat belli. nec rudis belli*, longa militia exercitus. Sic Statius III. Theb. vers. 22.

——— *ac velut ille*
Fluctibus Ionii Calabrae datus arbiter alno,
Nec rudis undarum.

rudis pelagi lib. IV. vers. 715. vel scribendum, *Callebat telis*. τὸ *quippe* etiam praeter rem inculcatum fuit libro sequenti vers. 192. ubi, pro *nondum tibi nota*, membranae Colonienses *nondum tibi quippe*. *quippe* tamen Virgilius usus in simili narratione in XII. Aen. vers. 422. N. HEINSIUS. Fortasse tamen melius, si nihil mutetur. Simpliciter enim ita capio: praeterea Marus noverat vulnera obligare, quippe qui plurimis bellis usum ejus & experientiam consecutus erat. τὰ *quippe Callebat bellis* addit Silius, ut occurrat, si quis objiceret, unde huic militi artis medicae peritia. Simili modo voce *quippe* infra utitur lib. VII. vers. 396.

——— *sit gloria multis,*
Et placeat, quippe egregium, prosternere ferro
Hostem.

& vers. 581.

——— *reciditque repente*
Cum gemitu spes haud dubiae praesumta ruinae,
Quippe aciem denso circumvallaverat orbe.

v. 91. *Nunc purgat vulnera lympha.*] Praeterquam quod aqua sanguis ablui solebat, duplex insuper ejus usus in curandis vulneribus. Si enim sistendus est cruor, frigidam; si mitigandus dolor, calidam adhibebant. Athen. II. Deipnos. cap. IV. Εἰ ἐπισχεῖν ἔδει τὴν αἱμοῤῥαγίαν, τὸ ψυχρὸν ἐπιτήδειον ὂν συστρέφον καὶ συσφίγγον. εἰς δὲ τὸ παρηγορῆσαι τὰς ὀδύνας, τῷ θερμῷ ἐπαινοῦσι θάλπειν δυνάμενον. *Si cohibendus erumpens sanguis fuisset, conveniebat aqua frigida, ut quae constringat & repellat; sed dolori mitigando calidam is adhibet, quae placaret cruciatus.* De frigida in sistendo sanguine Celsus v. de Re medica cap. XXVI. §. 21. *Si profusionem timemus, siccis linamentis vulnus implendum est, supraque imponenda spongia ex aqua frigida expressa, ac manu super comprimenda.* & Virgil. X. Aen. vers. 833.

Interea genitor Tiberini ad fluminis undam
Vulnera siccabat lymphis.

Dolorem etiam aqua calida sisti docet Silius mox vers. 98.

——— *Marus instat vulneris aestus*
Expertis medicare modis, gratumque teporem,
Exutus senium, trepida pietate ministrat.

quae tamen aliter Barthius intellexit.

v. 94. *Tristem depellere fesso Ore sitim, & parca vires arcessere mensa*] Ex praecepto Celsi v. de Re medica cap. XXVI. §. 25. *His ita primo die ordinatis, homo in lecto collocandus est: isque, si grave vulnus est, abstinere, quantum vires patiuntur, ante inflammationem cibo debet: bibere, donec sitim finiat, aquam calidam; vel, si aestas est, ac neque febris neque dolor est, etiam frigidam. Adeo tamen nihil perpetuum est, sed semper pro vi corporis aestimandum, ut imbecillitas etiam cibum protinus facere necessarium possit; tenuem scilicet & exiguum, qui tantum sustineat.* Et hinc scite Silius *parca vires arcessere mensa*: quod tamen ad ipsius Mari paupertatem etiam referri potest,

Expertis medicare modis, gratumque teporem,
Exutus senium, trepida pietate ministrat.
Hic juvenis, maestos tollens ad sidera vultus,
Cum gemitu lacrimisque simul: Si culmina nondum
Tarpeja exosus damnasti sceptra Quirini,
Extremas Italûm res Ausoniamque ruentem
Aspice, ait, genitor: tandemque adverte procellis
Aequos Iliacis oculos. amisimus Alpes,
Nec deinde adversis modus est. Ticinus, & ater
Stragibus Eridanus, tuque insignite tropaeis
Sidoniis Trebia, & tellus lacrimabilis Auni.
Sed quid ego haec? gravior quanto vis ecce malorum!
Vidi crescentes Thrasymeni caedibus undas
Prostrataque virûm mole: inter tela cadentem
Vidi Flaminium. testor, mea numina, manes,
Dignam me poenae tum nobilitate paternae
Strage hostis quaesisse necem, ni tristia letum,
Ut quondam patri, nobis quoque fata negassent.
Cetera acerbantem questu lenire laborans,

Effatur

test, qui non habebat, unde Serranum lautius acciperet.

v. 99. *Gratumque teporem ministrat*] Nihil in his verbis mutandum, nam aestus placatus *teporem* facit. quod ideo moneo, ne quis, in scriptam lectionem incidens, turbas det. BARTHIUS lib. I. Adverss. cap. XIII. Aquam tepidam, qua plagae purgarentur. Possis & *liquorem* rescribere, ut potum innuat, qui aegris est gratissimus. Sed vulgata bene se habet. *tepentes herbas* dixit Statius in simili narratione III. Theb. vers. 398.

Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc celeri ferro, nunc ille tepentibus herbis
Mitior.

Sic enim scripti nonnulli, non *potentibus herbis*. N. HEINSIUS. Nec cum Barthio *teporem* exponam naturalem calorem, quem placato aestu reducebat Marus; nec cum Illustrissimo Heinsio aquam calidam, quam Serrano bibendam dabat: sed, ut paullo ante dixi, aquam calidam mitigando dolori. Jam supra enim Silius narravit, Marum vulnera lympha eluisse, ut & sitim depulisse. vide, quae notavi ad vers. 91.

v. 105. *Adverte procellis Aequos Iliacis oculos*] *Aequus* in Coloniensi. Fortassis *Aequior*. N. HEINSIUS. Nihil muto. Virgilius IV. Aeneid. vers. 372.

Nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 1.

Atque ea non oculis Divûm pater amplius aequis
Sustinuit.

v. 109. *Tellus lacrimabilis Hanni*] In MS. Oxon. *arvi*. Ego certe accedendum Dausquejo arbitror, *Auni* nobis restituenti. BARTHIUS lib. I. Adverss. cap. XIII. *Arni* Coloniensis, ut & initio lib. V. Sed recte Puteaneus *Auni*: etiam editio Romana. in Oxonio *Arvi*. apud Maronem habes XI. Aen. vers. 700.

Appenninicolae bellator filius Auni.

pro qua scriptura etiam stat Barthius. N. HEINSIUS. Ita etiam Mediol. editio. Marsus *Hanni* edidit.

v. 110. *Sed quid ego haec?*] Abruptum loquendi genus, quod Nasoni restitutum volebat Illustrissimus Heinsius Epist. XIII. Her. vers. 135.

Sed quid ego haec? laevum revocaminis omen abesto.

quem etiam vide ad Epist. XV. Her. vers. 207. & quae infra notavi ad lib. IX. vers. 55.

v. 112. *Prostrataque virûm mole*] Puto rectius fore, *Prostratoque virûm cumulo*. N. HEINSIUS. Sed vide supra h. lib. vers. 32.

v. 117. *Cetera acerbantem questu*] Male codex Putean. & Oxonius cum Parmensi ac Mediolanensi editione *acervantem*. Communi errore librarii literis *b* & *v* in membranis promiscue usi sunt. Apud Maron. XI. Aen. vers. 407. *formidine crimen acerbat.* ubi, teste doctissimo Pierio, libri vetustissimi *acervat* praeferunt. vide etiam Carr. ad Valer. Flacc. lib. VI. vers. 655. Eadem vox etiam restituenda videtur Alcimo Avito lib. II. vers. 53.

——— *crimen acerbat*
Auctor: in ignaro minor est peccante reatus,
Durius idque malum, quod maior fecit, habetur.

vulgo nunc est in editione, quam consului, *acervat*. Plura de hoc verbo vide apud Daumium de causs. amiss. Radic. ling. Lat. cap. XIII. & Barthium ad Stati III. Theb. vers. 214.

v. 119. *Quidquid adest duri*] *Quidquid id est* corrigo, ut apud Maronem II. Aen vers. 49.

Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

lib.

Effatur senior: Patrio, fortiſſime, ritu,
Quidquid adeſt duri, & rerum inclinata feramus.
Talis lege Deûm clivoſo tramite vitae
Per varios praeceps caſus rota volvitur aevi:
Sat tibi, ſat magna, & totum vulgata per orbem
Stant documenta domus: ſacer ille, & numine nullo
Inferior, tuus ille parens decora alta paravit
Reſtando adverſis: nec virtutem exuit ullam
Ante, reluctantes liquit quam ſpiritus artus.
Vix puerile mihi tempus confecerat aetas,
Cum primo malas ſignabat Regulus aevo.
Acceſſi comes, atque omnes ſociavimus annos;
Donec Dis Italae viſum eſt exſtinguere lumen
Gentis, in egregio cujus ſibi pectore ſedem
Ceperat alma Fides, mentemque amplexa tenebat.
Ille enſem nobis magnorum hunc inſtar honorum
Virtutiſque ergo dedit, &, ſordentia fumo
Quae cernis nunc, frena, ſed eſt argenteus ollis
Fulgor: nec cuiquam Marus eſt poſt talia dona

Non

lib. v. verſ. 710.

Quidquid id eſt, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt.

Calpurn. Ecl. IV.

Quidquid id eſt, ſilveſtre licet videatur acutis
Auribus.

Infra verſ. 582. ſimile mendum ſuſtulimus. Plura de hoc loquendi modo ad Naſonem. N. HEINSIUS. Ovid. Epiſt. VII. Heroid. verſ. 71.

Quidquid id eſt, totum merui, concedite, dicat.

Epiſt. XIX. verſ. 203.

Quidquid id eſt, timeo: nec tu mea ſomnia ride.

lib. I. ex Pont. Epiſt. I. verſ. 21.

Quidquid id eſt, adjunge meis; nil impedit ortos
Exſule, ſervatis legibus, urbe frui.

Epiſt. VI. verſ. 25.

Quidquid id eſt, ut non facinus, ſic culpa vocandum.

lib. II. ex Pont. Epiſt. IX. verſ. 77.

Quidquid id eſt, habui moderatam vindicis iram.

Senec. in Thyeſt. verſ. 827.

Sed quidquid id eſt, utinam nox ſit!

verſ. 963.

—— *jam quidquid id eſt,*
Vel ſine cauſa, vel ſero timet.

Martial. lib. VI. Epigr. LXVIII.

Quidquid id eſt, ſubitae quaecumque eſt cauſſa rapinae,
Sit precor & tellus mitis & unda tibi.

Nemeſ. in Cyneg. verſ. 219.

Quidquid id eſt, imas agitat ſub corde medullas.

Rutil. I. Itin. verſ. 311.

Quidquid id eſt, mirus Latiis annalibus ordo.

Paullo aliter Cicero I. Tuſcul. Quaeſt. cap. XXVII. *Quidquid eſt illud, quod ſentit, quod ſapit, quod vult, quod viget, coeleſte & divinum eſt.*

v. 120. *Clivoſo tramite vitae*] Id eſt, difficili, laborioſo, multis moleſtiis praepedito. Hinc proverbialis locutio, *in medio clivo laborare*, de eo, cui maxima laboris pars ſuperanda reſtat. Petron. in Satyr. cap. XLVII. *Nec adhuc ſciebamus, non in medio lautitiarum, quod ajunt, clivo laborare.* ubi vide Celeberr. Burmannum, & Salmaſ. in Exercit. Plinian. pag. 544. Silius ſupra lib. IV. verſ. 605.

—— *perque aſpera duro*
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

Hinc ſaxoſo clivo ad domum virtutis, quae nempe non niſi improbo labore acquiritur, perveniri dicit ipſa Virtus infra lib. XV. verſ. 101.

Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates:
Ardua ſaxoſo perducit ſemita clivo:
Aſper principio (nec enim mihi fallere mos eſt)
Proſequitur labor: annitendum intrare volenti.

v. 121. *Rota volvitur aevi*] Ex Anacreonte eſt delatum Od. IV.

Τροχὸς ἅρματος γὰρ οἷα
Βίοτος τρέχει κυλισθεὶς,
Ὀλίγη δὲ κεισόμεσθα
Κόνις ὀστέων λυθέντων.

BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. XIII.

v. 122. *Sat tibi, ſat magna Stant documenta domus*] Pariter infra Scipio pater filio lib. XIII. verſ. 669.

—— *per noſtri, fortiſſime, leti*
Obteſtor cauſſas, Martis moderare furori:
Sat tibi ſint documenta domus.

v. 125. *Virtutem exuit ullam*] *illam*, ni fallor. N. HEINSIUS.

v. 133. *Magnorum, en, inſtar honorum*] *magnorum hunc inſtar honorum* ex Colonienſi, quo & Oxo-

nius

Non praelatus eques. verum superavit honores
Omnes hasta meos. cui me libare Lyaei
Quod cernis latices, dignum est cognoscere caussam.
Turbidus arentes lento pede sulcat harenas
Bagrada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus limosas extendere latius undas,
Et stagnante vado patulos involvere campos.
Hic studio laticum, quorum est haud prodiga tellus,
Per ripas laeti saevis consedimus arvis.
Lucus iners juxta Stygium pallentibus umbris
Servabat sine sole nemus, crassusque per auras
Halitus erumpens taetrum exspirabat odorem.
Intus dira domus, curvoque immanis in antro

Sub

nius alludit, qui *nunc instat.* N. HEINSIUS.

v. 140. *Lento pede sulcat harenas*] Undis passim *pedes* tribuunt poëtae. Lucret. lib. VI. vers. 637.

——— inde super terras redit agmine dulci;
Qua via secta semel liquido pede detulit undas.

Virgil. in Culice vers. 17.

Castaliaeque sonans liquido pede labitur unda.

Horat. Epod. XVI. vers. 47.

——— montibus altis
Levis crepante lympha desilit pede.

Eodem modo flumina *ire* dicuntur. vide Brockhus. ad Tibull. lib. I. Eleg. X. vers. 36. Bagrada autem *lento pede* harenas sulcare dicitur, qui infra *lentus* vocatur vers. 676.

Lentus harenoso spumabat Bagrada campo.

v. 141. *Bragada*] *Bagrada* ex scriptis, quod verum hujus fluvii nomen. pro *non ullo amne victus*, maluerim *non ulli amni victus*, ut libro V. vers. 552. *nulli victus ponere castra* ex antiquis membranis. Sed & *nullo amne* potest ferri propter *to latius.* N. HEINSIUS.

v. 145. *Laeti saevis consedimus arvis*] Locus de mendo suspectus. forte *riguis arvis.* N. HEINSIUS. infra lib. VII. vers. 180.

——— e riguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes.

Senec. in Oedip. vers. 531.

Dircaea circa vallis irriguae loca.

vide illustrissimum Heinsium ad Tibull. lib. IV. Eleg. I. vers. 207. *saeva arva* tamen commode intelligi possunt, in quibus saevus serpens morabatur. Sic *letalis ripa* mox vers. 153.

Letalem ripam & lucos habitabat Avernos.

supra lib. III. vers. 423.

——— saeva Bebrycis in aula
Lugendam formae sine virginitate reliquit.

Propert. lib. II. Eleg. XV. vers. 3.

Nullus erit castis juvenis corruptor in agris.

Virgilius III. Aen. vers. 44.

Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

propter Lycurgum nempe crudelem & avarum, qui Polydorum Priami filium, fidei ejus commissum, inhumano more interfecit, ut auro ejus potiretur. Servius ad ea verba: *id est, crudelium, & avarorum. Ex moribus enim cultorum terrae laudantur, vel vituperantur: ut,* Devenere locos laetos. Statius IV. Theb. vers. 604.

Stabat inops comitum Cocyti in litore maesto.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 746.

Nos quoque, nos Amycum, quanto procul orbe remoti,
Sensimus; & saevis frater mihi fusus harenis.

& lib. VII. vers. 558. *saevisque procul discessit in agris.* Ita contra *pii luci* apud Horat. lib. III. od. IV. *videor pios Errare per lucos.* ubi consule annotata Eruditissimi Bentleji. Nihil itaque hoc loco mutandum.

v. 149. *Curvoque immanis in antro*] *furvoque* suspicabar. quamquam & vulgata scriptura potest defendi. paullo post *nigrum antrum* appellabit. Sic lib. III. vers. 681. *furvas alas* restituimus. N. HEINSIUS. Ita nonnumquam peccarunt indocti librarii. vide viros doctos ad Propert. lib. IV. Eleg. VII. vers. 27. & illustrissimum Heinsium ad Ovidii III. Metam. vers. 272. ubi etiam ita hoc loco scribendum monuit. Praestat tamen, me judice, vulgatam lectionem servari. Ita *curvum antrum* apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 635.

——— cum sese Martia tigris
Abstulit, aut curvo tacitus leo condidit antro.

Claudian. Consul. Olybr. & Prob. vers. 209.

Accepit sonitum curvis Tiberinus in antris.

v. 150. *Sub terras*] *Sub terra* rectius. Nero, *Sub terra tonuisse putes.* N. HEINSIUS. Propert. lib. II. Eleg. XIV. vers. 31.

Illi sub terris fiant mala multa puellae.

v. 151. *Ira Telluris genitum*] Vide supra ad lib. V. vers. III.

v. 152. *Cui par vix viderat aetas Ulla virûm*] *viderit* cum Coloniensi & Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 155. *Gravidamque venenis Alvum*] *venenô* in Romana

Sub terras specus, & tristes sine luce tenebrae.
Horror mente redit, monstrum exitiabile & ira
Telluris genitum, cui par vix viderat aetas
Ulla virûm, serpens centum porrectus in ulnas
Letalem ripam & lucos habitabat Avernos.
Ingluviem immensi ventris gravidamque venenis
Alvum deprensi satiabant fonte leones,
Aut acta ad fluvium torrenti lampade solis
Armenta, & tractae foeda gravitate per auras
Ac tabe afflatus volucres, semesa jacebant
Ossa solo informi: lateque repletus & asper
Vastatis gregibus nigro ructabat in antro.
Isque ubi ferventi concepta incendia pastu
Gurgite mulcebat rapido & spumantibus undis,

Nondum

Romana editione ac Parmensi, Siliano more. Sed alterum magis quadrat hoc loco. *gravidam telis pharetram* habemus lib. VII. vers. 445. N. HEINSIUS. *veneni* etiam Mediol. editio, ut supra libro II. vers. 219.

Ad dulces ceras & odori corticis antra
Mellis apes gravidae properant.

apud Ovid. X. Metam. vers. 531. ita N. Heinsius ex MS. emendat,

Piscosamque Cnidon, gravidamque Amathunta metalli,

pro *metallis*. Scripti tamen constanter *venenis*, probante viro Illustrissimo. Eandem constructionem Silius infra etiam adhibet lib. VII. vers. 164. *gravidae nectare vites*. & lib. XIII. vers. 494. *gravida arcanis Cymes anus*. Etiam Horatius, quam maxime ceteroquin Graecos loquendi modos captans, lib. I. od. XXII. vers. 2.

Non eget Mauris jaculis, nec arcu,
Nec venenatis gravida sagittis,
Fusce, pharetra.

v. 158. *Tractae foeda gravitate*] *Gravitas* est pestilens foedusque odor. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Virgilius IV. Georg. vers. 270. *grave olentia Centaurea*. & VI. Aen. vers. 201.

——— *venere ad fauces grave olentis Averni.*

Liv. lib. XXV. cap. XXVI. *Tempore autumni & locis natura gravibus intoleranda vis aestus per utraque castra omnium ferme corpora movit*. & paullo post. *Ut plurimum videre ex gravitate loci vulgari morbos*. Ita βαρὺς Graecis. Dioscoridi enim galbani ὀσμὴ βαρεῖα memoratur lib. III. cap. XCVII.

v. 159. *Ac tabe afflatus*] Infra vers. 239.

- - - *victorque catervas*
Longius avectas afflatus peste premebat.

Ovid. III. Metam. vers. 49.

Hos necat afflatos funesti tabe veneni.

v. 160. *Lateque repletus*] Romana editio *eandemque repletus*. Fortassis, *saniemque repletus ructabat*, ut infra vers. 186.

- - - *in nubila primam*
Dispersit saniem, & coelum foedavit hiatu.

vers. 236. *nunc fractis ossibus atram Absorbet saniem*. vers. 275. *Tabificam absorbet saniem*. & vers. 676.

Lentus harenoso spumabat Bagrada campo
Viperea sanie.

lib. XII. vers. 10. de serpente,

- - - *coruscum*
Fert caput, & saniem sublatis faucibus efflat.

Malim & *eructabat*. N. HEINSIUS. Mediolanensis editio *eademque*, unde N. Heinsius *saniemque*. Notabit autem hoc loco ea vox id, quod apud Maron. III. Aen. vers. 632.

- - - *saniem eructans ac frusta cruento*
Per somnum commixta mero.

Ceteroquin *sanies* etiam pro veneno ponitur, ut in pluribus ab Heinsio laudatis locis. vide infra ad lib. XII. vers. 10. *repletus* autem *vastatis gregibus*, ut *repletus cibo* apud Petron. in Satyr. cap. XCVI. *Injuriae Eumolpi advocationem commodabam, & veluti quodam cibo me replebam*. & cap. CXI. *Nec minus avide replevit se cibo, quam ancilla*. Claudian. in Fescenn. in Nupt. Honor. & Mar. vers. 57.

Epulisque jam repleto
Resonet Quirite Thybris.

expletus dixit Virgil. III. Aen. vers. 630. *expletus dapibus, vinoque sepultus.*

v. 161. *Nigro ructabat in antro*] *eructabat* vir Illustrissimus: quae illius conjectura, si cum eodem in versu antecedenti *saniemque* legas, hic omnino recipienda est: nam suadet id locus Maronis de Cyclope ibidem citatus, quem Silius imitatus videtur. & ita noster lib. XIII. vers. 425.

- - - *atque eructabat acerbam*
Cocyti laxo suspirans ore paludem.

& vers. 572. *gelidam eructans cum murmure harenam.*

v. 162. *Incendia pastu*] Forte *ab aestu*. N. HEINSIUS.

Nondum etiam toto demersus corpore in amnem
Jam caput aversae ponebat margine ripae.
Imprudens tantae pestis gradiebar, Aquino
Appenninicola atque Umbro comitatus Avente:
Scire nemus, pacemque loci explorare libebat.
Jamque propinquantum tacitus penetravit in artus
Horror, & occulto riguerunt frigore membra.
Intramus tamen, & Nymphas numenque precamur
Gurgitis ignoti, trepidosque & multa paventes
Arcano gressus audemus credere luco.
Ecce e vestibulo primisque e faucibus antri
Tartareus turbo atque insano saevior Euro
Spiritus erumpit, vastoque e gutture fusa
Tempestas oritur, mixtam stridore procellam
Cerbereo intorquens. pavefacti clade vicissim
Aspicimus resonare solum, tellusque moveri,

Atque

v. 164. *Nondum etiam toto demersus* &c.] Pariter Statius de immenso serpente in v. Theb. vers. 516.

Saepe super fluvios geminae jacet aggere ripae
Continuus, squamisque incisus adaestuat amnis.

v. 166. *Imprudens tantae pestis*] Tanti mali inscius, id non providens. Eo sensu interdum vox *Imprudens* occurrit. vide virum Amplissimum Corn. van Bynkershoek lib. II. Obs. Jur. Rom. cap. x.

v. 167. *Comitatus Havente*] *Avente* Coloniensis. etiam infra. N. HEINSIUS.

168. *Scire nemus*] *Scire* non ad res animo tantum perceptas, sed & ad oculorum notitiam pertinet BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 168. *Pacemque loci*] Vulgata lectio displicet viro Celeberrimo Petro Burmanno, qui *faciemque loci* scribendum conjicit.

v. 169. *Tacitus penetravit in artus Horror*] Maluerim *tacitos in artus*. Sic *tacitae medullae*, similiaque. *tacitae flammae* lib. XI. vers. 391. *tacita tela* vers 398. lib. XII. vers. 56. *tacito nisu evadere*. lib. VI. vers. 71. *iter tacitum*. lib. V. vers. 401. *tacitae aurae*. & vers 447. *tacita penna*. vide ad Senecam. N. HEINSIUS. *tacitos artus*, ut *subitos artus* apud Maronem VII. Aen. vers. 446.

At juveni oranti subitus tremor occupat artus.

Nihil tamen temere muto. Silius lib. VIII. vers. 488.

Et junxit totidem tacito terrore secures.

lib. XV. vers. 135.

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra pericli
Pectora subrepit terror.

lib. X. vers. 545. *tacitusque pererrat Intima corda pavor*. Ovid. III. Met. vers. 40. *attonitos subitus tremor occupat artus*. & ita passim.

v. 171. *Et Nymphas numenque precamur Gurgitis ignoti*] Ex more veterum. Virgil. VII. Aen. vers. 136.

- - - & Geniumque loci, primamque Deorum
Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur
Flumina.

Ovid. III. Metam. vers. 24.

Cadmus agit grates, peregrinaeque oscula terrae
Figit, & ignotos montes agrosque salutat.

vide etiam Valer. Flacc. lib. V. vers. 195. Male autem pro *numen* in Colon. codice *nomen*, sollemni librariorum errore. vide, quae notavi ad lib. XVI. vers. 653.

v. 176. *Vastoque è gurgite fusa*] In libro calamo exarato legitur *gutture*: quam legitimam esse lectionem nemo non assentietur, ut arbitror. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *è gutture* cum Puteaneo & Oxonio, quomodo & Barthius. N. HEINSIUS.

v. 177. *Mixtam stridore procellam Cerbereo intorquens*] Cerbero, qui poëtis plerumque *latrare* dicitur, *stridorem* tribuit Silius ob serpentes & hydros, quos in jubis & capite reliquo habuisse fingitur, ut apud Tibull. lib. I. Eleg. III. vers. 71.

Tum niger in porta serpentum Cerberus ore
Stridit.

Ad quem locum plura exempla cumulavit Elegantissimus Broekhusius. Proprie autem serpentes *strident*. vide supra ad lib. II. vers. 537.

v. 179. *Aspicimus.*] Ita distingue. N. HEINSIUS. Celeberrimo Burmanno haec distinctio non placet, qui eam post vocem *solum* ponendam putat: cum nihil alioquin sit, quod aspiciunt: atque ita τὸ *aspicere* hic pro audire positum erit, quemadmodum infinitis in locis verba sensuum permutari solent. Vide Donat. ad Terentii Eunuch. act. III. sc. II. vers. I. Porro desumtus est hic locus ex illo Maronis in VI. Aen. vers. 255.

Ecce autem, primi sub lumina solis & ortus,
Sub pedibus mugire solum, & juga coepta moveri
Silvarum, visaeque canes ululare per umbram,
Adventante Dea.

v. 181. *Quantis armati coelum*] Comparat Silius serpentem hunc tribus maximis serpentibus, illis

nempe

Atque antrum ruere, & visi procedere manes.
Quantis armati coelum petiere Gigantes
Anguibus; aut quantus Lernae lassavit in undis
Amphitryoniaden serpens; qualisque comantes
Auro servavit ramos Junonius anguis:
Tantus disjecta tellure sub astra coruscum
Extulit assurgens caput, atque in nubila primam
Dispersit saniem, & coelum foedavit hiatu.
Diffugimus, tenuemque metu conamur anheli
Tollere clamorem frustra: nam sibila totum
Implebant nemus. at subita formidine caecus
Et facti damnandus Avens (sed fata trahebant)
Antiquae quercus ingenti robore sese
Occulit, infandum si possit fallere monstrum.
Vix egomet credo: spiris ingentibus artae

Arboris

nempe, quibus Gigantes pro pedibus usi sunt, hydrae Lerneae, & serpenti, qui horti Atlantidum custos fuit: quemadmodum Statius alium serpentem duobus non minoribus comparavit, Draconi scilicet coelesti & Pythoni in v. Theb. vers. 529.

Quantus ab Arctois discriminat aethera plaustris
Anguis, & usque Notos alienumque exit in orbem,
Quantus & ille sacri spiris intorta movebat
Cornua Parnasi.

v. 184. *Junonius anguis*] Ovidius I. Metam. vers. 678.

Voce novae captus custos Junonius artis.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 383. *expediant donec Junonia sese Consilia.* vide N. Heins. ad Ovidii I. Fast. vers. 55. male itaque Colon. codex *Junonis & anguis.*

v. 185. *Tantus disjecta tellure*] *despecta tellure* opinor. sic apud Nason. III. Met. de Cadmi serpente vers. 44. *Despicit omne nemus.* Lactantius in Eleg. de Phoenice,

- - - consīdit in arboris altae
Vertice, quae totum despicit inde nemus.

Claudian. III. de Rapt. Pros. vers. 374.

- - - & frontibus aequis
Astant, & socio despectant vertice lucum.

N. HEINSIUS. *Despicit*, vel *Despectat* is, qui ex loco excelso, quae infra sunt posita, cernit. Virgilius I. Aen. vers. 224.

- - - cum Jupiter aethere summo
Despiciens mare velivolum terrasque jacentes.

Silius lib. XIII. vers. 281.

- - - despectat ab alto
Sacra Fides, agitatque virûm fallacia corda.

Senec. in Thyeste vers. 655.

- - - quam super eminens
Despectas alte quercus, & vincis nemus.

in Oedip. vers. 476.

Quasque despectat vertice summo
Sidus Arcadium.

Stat. lib. I. silv. I. vers. 89.

- - - vix lumine fesso
Explores, quam longus in hunc despectus ab illo.

Ovidius IV. Metam. vers. 622.

- - - ex alto seductas aethere longo
Despectat terras.

Auson. Mosella vers. 283.

Talia despectant longo per caerula tractu
Pendentes saxis instanti culmine villae.

Idem verbum Silio restituit Illustrissimus Heinsius lib. V. vers. 206. & lib. VII. vers. 421.

v. 188. *Diffugimus tamen, atque metu conamur*] Res & libri meliores suadent, ut legamus, *tenuemque metu.* Haec enim est natura metus inopinati & magni, ut clamandi facultatem adimat. MODIUS Novant. Lect. Epist. XXII. *tenuemque metu* optime ex Coloniensi Modius. confirmat & Oxonius. Interpreti obgannienti quid tandem imprecabor? ut pergat sui esse similis. mox opinor à Silio esse, *jam sibila.* N. HEINSIUS.

v. 189. *Frustra*] Nam, ut inquit Phaedrus lib. I. fab. II. vers. 26. *vocem praecludebat metus.* ubi vide doctos Interpretes.

v. 190. *Ac subita formidine caecus*] *at* ex scriptis. N. HEINSIUS. *at* etiam Mediolan. editio. ita saepissime erraruut librarii, tum ob literarum *c* & *t* similitudinem, praesertim in scriptura Longobardica, tum ob minus claram & distinctam dictantium pronuntiationem. Sic peccatum infra lib. VII. vers. 82. lib. XIV. vers. 162. 575. 688. lib. XVII. vers. 535. & alibi. vide etiam Eruditissimum virum Richard. Bentlejum ad Horat. lib. I. od. XVII. vers. 7.

v. 194. *Spiris ingentibus arcte Arboris abstraxit molem*] Ni fallor, *spiris stringentibus arcte. arctae* Gryphius. Paullo ante *si possit* editio Romana & Parmensis. N. HEINSIUS. Idem vir Illustrissimus ad oram codicis, cui variantes lectiones adscripsit, *spiris cingentibus arcte*, etiam legi posse conjecit. Mihi in mentem venit, *Spiris ingentibus altae Arboris abstraxit molem.*

Arboris abstraxit molem, penitusque revulsam
Evertit fundo, & radicibus eruit imis.
Tum trepidum ac socios extrema voce cientem
Corripit, atque haustu sorbens & faucibus atris
(Vidi respiciens) obscoena condidit alvo.
Infelix fluvio sese & torrentibus undis
Crediderat, celerique fuga jam nabat Aquinus.
Hunc medio invasit fluctu, ripaeque relatos
(Heu genus infandum leti!) depascitur artus.
Sic dirum nobis & lamentabile monstrum
Effugisse datur. quantum mens aegra sinebat,
Appropero gressum, & ductori singula pando.
Ingemuit, casus juvenum miseratus acerbos.
Utque erat in pugnas, & Martem, & proelia, & hostem
Igneus, & magna audendi flagrabat amore,
Ocius arma rapi, & spectatum Marte sub omni
Ire jubet campis equitem. ruit ipse, citatum
Quadrupedem planta fodiens, scutataque raptim

Consequitur

molem. Veteres enim non *arctus*, sed *artus*, scribebant, quod facile librarii supini cum voce *altus* confuderunt. Apud Lucan. lib. III. vers. 664. pro

Robora cum vetitis prensaret altius ulnis,

plures codices *artius* habent. vide etiam eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XII. vers. 12. pariter etiam peccari in membranis Nasonis VII. Metam. vers. 667. monuit me Celeberrimus Burmannus. Forte tamen alterutra conjecturarum Heinsianarum *stringentibus*, vel *cingentibus*, recipienda: praecessit enim mox *ingenti robore*. Paullo ante etiam Mediol. editio *si possit*, pro *posset*.

v. 196. *Radicibus eruit imis*] Virgil. V. Aen. vers. 449.

Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.

quam lectionem ob plurium codicum consensum & usitatam loquendi figuram vindicat Doctissimus Pierius, quamvis in quibusdam aliis manuscriptis *radicitus eruta* invenisset; eamque lectionem haberet insuper Priscian. lib. XV. Gramm. sed praestare *radicibus* haec etiam Silii imitatio fortassis evincit.

v. 198. *Corripit socios cientem*] Proprie *corripere* de serpentibus. De eodem hoc Reguli angue Valer. Max. lib. I. cap. VIII. ex. 19. *Multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caudae voluminibus elisis.* Phaedr. lib. I. fab. II. vers. 24.

Tum misit illis hydrum, qui dente aspero
Corripere coepit singulas.

ubi alia exempla collegit Gudius.

v. 200. *Fluvio sese & torrentibus undis Crediderat*] Supra hoc libro vers. 173.

Arcano gressus audemus credere luco.

v. 202. *Ripaeque relatus*] Corrigatur *ripaeque relatos.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXII. *relatos artus* ex scriptis, licet obstrepente Dausquejo. nec aliter editio Parmensis. *ripaque* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 203. *Depascitur artus*] Virgil. de anguibus II. Aen. vers. 214.

Corpora natorum serpens amplexus uterque
Implicat, & miseros morsu depascitur artus.

v. 204. *Sic dirum nobis*] *Vix* puto. N. HEINSIUS.

v. 206. *Appropero gressum*] Probo lectionem scriptam *Et propero.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Et propero* ex Oxonio Barthius. male. N. HEINSIUS.

v. 208. *Utque erat in pugnamque, & Martem, & proelia, & hostem Igneus*] *in pugnas* ex scriptis. *in pugnam* editio Parmensis. N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. editio *in pugnam.* Sed recte Illustrissimus Heinsius *in pugnas* ex scriptis. vide infra ad lib. VII. vers. 67. Dausquejus malebat, *Utque erat in pugnam, Martemque & proelia.* Porro notandus insignis hic Silii locus, quo mira tautologia *pugnas*, *Martem*, *proelia & hostem*, vocabula idem significantia, conjunxit, eodem modo quo *aciem*, *proelia* & *hostem* infra lib. VII. vers. 249.

——— *jam vos acies, & proelia, & hostem*
Poscitis.

v. 209. *Magno audendi flagrabat amore*] Venustius erit, si legas *magna audendi.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXII. *magna audendi flagrabat amore* cum Coloniensi & Modio. N. HEINSIUS. *audere* simpliciter pro audere egregia, fortia, saepe occurrit. vide infra ad lib. IX. vers. 451. Hic tamen parendum est codici Coloniensi, unde viri docti *magna audendi* vindicarunt. Sic lib. IV. vers. 430.

Te duce primitias pugnae, te magna magistro
Audeat.

lib.

Consequitur jusso manus, & muralia portat
Ballistas tormenta graves, suetamque movere
Excelsas turres immensae cuspidis hastam.
Jamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineum persultans ungula campum;
Percitus hinnitu serpens evolvitur antro,
Et Stygios aestus fumanti exsibilat ore.
Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis:
At nemus arrectae & procera cacumina saltus
Exsuperant cristae: trifido vibrata per auras
Lingua micat motu, atque assultans aethera lambit.
Ut vero strepuere tubae, conterritus alte
Immensum attollit corpus, tergoque residens
Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.
Dira dehinc in bella ruit, rapideque resolvens
Contortos orbes directo corpore totam
Extendit molem, subitoque propinquus in ora
Lato distantum spatio venit: omnis anhelāt

Attonitus

lib. XII. vers. 52.

Audebat cuncta, atque acuebat fraudibus enses.

magna audendi probavit etiam Dausquejus.

v. 210. *Ocius arma rapi*] *capi* Oxonius. minimum refert. sed praestat alterum. dixi lib. IV. vers. 98. N. HEINSIUS. Recte omnes libri, praeter Oxoniensem, *rapi*, quod efficacius videtur. saepius autem ita peccasse librarios infra docui ad lib. XV. vers. 659.

v. 212. *Quadrupedem planta fodiens*] Infra lib. VII. vers. 66.

Nec vero, calidi nunc, tu, cui sanguinis aetas,
Foderis in pugna velocius ilia planta
Bellatoris equi.

ubi plura vide.

v. 213. *Obsequitur jussu*] *Consequitur jusso* scripti & editio Romana. *Consequitur jussum* Parmensis. N. HEINSIUS. Etiam Mediol. editio *Consequitur jusso.* Celeberrimus Burmannus conjicit, fortasse legendum, *rapto Consequitur passu manus.*

v. 214. *Suetamque movere Excelsas turres immensae cuspidis hastam*] Falaricam intelligit nunc Silius, de qua sic supra lib. I. vers. 351.

Librari multa consueta falarica dextra,
Horrendum visu robur, celsisque nivosae
Pirenes trabs lecta jugis, cui plurima cuspis,
Vix muris toleranda lues.

lib. IX. vers. 338.

Interdum stridens per nubila fertur harundo,
Interdumque ipsis metuenda falarica muris.

Ejus impetum sic describit Virgil. IX. Aen. vers. 706.

Sed magnum stridens contorta falarica venit
Fulminis acta modo; quam nec duo taurea terga,
Nec duplici squama lorica fidelis & auro
Sustinuit.

v. 216. *Strepitu circumtonat aulam*] Apud Maronem *aula* significat antrum I. Aen. vers. 140.

——— *illa se jactet in aula*
Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet.

Id expressit Silius. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Ita Graecis αὐλή est antrum, spelunca. Orpheus Argon. v. 391.

'Αὐτὰρ ἐπ' ἐς αὐλὴν ἐσήλθομεν ἠερόεσσαν.

Sed ubi in aulam pervenimus obscuram. quod hic αὐλή, *aula* est, superius vers. 377. σπήλυγξ *spelunca*, & vers. 388. σπέος *specus* fuerat.

v. 218. *Percitus immani serpens evolvitur antro*] Scribe *Percitus hinnitu:* praecessit enim,

Jamque ubi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineum persultans ungula campum.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XXII. *hinnitu* Modius ex Coloniensi. quis dubitat, quin bene? Interpres tamen argutator hic denuo est odiosus. N. HEINSIUS.

v. 220. *Terribilis gemino de lumine fulgurat ignis*] Supra lib. II. vers. 586. de serpente Saguntino,

Ignea sanguinea radiabant lumina flamma.

v. 222. *Trifido vibrata per auras Lingua micat motu*] Hunc locum expressisse videtur Saxo Gramm. II. Hist. Dan. pag. 20.

Lingua trisulca micans patulo licet ore resultet,
Tristiaque horrifico minitetur vulnera rictu.

v. 228. *Directo corpore*] *derecto* Coloniensis, hoc est, erecto. sic lib. IX. vers. 583. idem codex, *incurvo derecta cacumine cuspis.* N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IV. vers. 678.

v. 230. *Omnis anhelans Attonitus serpente & equus*] Emenda, *omnis anhelat Attonitus serpentis equus.* MODIUS Novant. Lect. Epist. XXII. Optime Modius correxit ex Coloniensi: & sic Oxon. etiam membranae.

Attonitus serpentis equus, frenoque teneri
Impatiens, crebros exspirat naribus ignes.
Arduus ille super tumidis cervicibus altum
Nutat utroque caput: trepidos inde incitus ira
Nunc sublime rapit, nunc vasto pondere gaudet
Elisisse premens. tunc fractis ossibus atram
Absorbet saniem, &, tabo manante per ora,
Mutat hians hostem, semesaque membra relinquit.
Cedebant jam signa retro, victorque catervas
Longius avectas afflatus peste premebat;
Cum ductor, propere revocatam in proelia turmam
Vocibus impellens, Serpentine Itala pubes

Terga

branae. Genitivis ita frequentissime utitur Silius, ut ad Appulejum docemus. BARTHIUS lib. 1. Adverf. cap. XIII. Optime Modius ex Coloniensi *anhelas Attonitus serpentis equus:* neque aliter ceteri scripti cum editione Romana atque Parmensi. Secundos casus in deliciis esse nostro, jam saepe alias demonstravimus. amplexus etiam est hanc lectionem Barthius. lib. x. vers. 370.

Attonitum visi, majoraque bella paventem.

ut fortasse scribendum. N. HEINSIUS. Lectio, quae nunc vulgo exstat in libris impressis, ab Ambr. Nicandro, qui Juntinae editioni praefuit, profecta est: unde eam Wolfius, Aldus, Gryphius, aliique postea hauserunt. In Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis editionibus perperam quidem *anhelans* est, sed recte tamen postea *Attonitus serpentis equus. Attonitus serpentis* Silianum est. vide infra ad lib. XIV. vers. 247.

v. 234. *Motat utroque caput*] Oxon. Putean. & editio Romana cum Parmensi *Mutat.* sed *mutat* denuo post sequitur, quamquam de hoc loquendi modo non nihil praefati sumus ad Nason. Metam. XIII. vers. 937. In Coloniensi *Nutat.* vere, ut existimo. Statius Theb. VIII. vers. 614. *Nutat utroque timor.* Sed *Mutat* illic in codicibus nonnullis. Valer. Flacc. libr. VIII. vers. 288. de serpente,

Jamque altae cecidere jubae, nutatque coactum
Jam caput.

N. HEINSIUS. Etiam hanc lectionem primus exhibuit Nicander: quidquid autem vidi antiquiorum editionum, constanter *Mutat* habent, quod foret, movet. Eo enim sensu veteres hoc verbo usos fuisse, plurimis exemplis docte adstruxit vir summus J. Fr. Gronovius III. observ. cap. 1. Saepissime autem librarii *Mutare* & *Motare* permutarunt. vide Pier. ad Maronis XII. Aen. vers. 37. & N. Heinsium ad Ovidii XIII. Metam. vers. 937. Cum tamen *Mutat hians hostem* mox sequatur, potius cum viro Illustrissimo ex Colon. libro *Nutat* velim, quod ex iisdem membranis Silio olim etiam vindicavit ad Claudiani bell. Gildon. vers. 281. ubi pari errore nonnulli libri *mutaverit*, pro *nutaverit*, habebant. Infra libro IX. vers. 360. pro *nutansque vicissim*, in Putean. codice erat *mutansque.* Atque ita saepe alibi peccatum. vide Illustrissimum Scalig. ad Catull. carm. XXII. N. Heinsium ad Claud. bell. Getic. vers. 505. & bell. Gildon. vers. 220.

v. 236. *Nunc fractis ossibus*] *tunc* Colon. & Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 238. *Mutat hians hostem*] Nempe nunc hunc, nunc illum apprehendens. Sic Valer. Flacc. lib. VII. vers. 587.

Incitat Aesonides dextram, atque ardentia mutat
Cornua.

Ita legendum conjecit vir Illustrissimus, qui illic videndus est.

v. 239. *Victasque catervas*] Scribe cum membranis Oxon. *victorque.* BARTHIUS lib. 1. Adverf. cap. XIII. *victorque* ex tribus scriptis, uti & Barthius. N. HEINSIUS. Omnes, quas vidi, priscae editiones vulgatae lectioni adhaerent, etiam Marsi Veneta, in qua tamen in commentario *victorque* legitur, & recte *serpens* exponitur.

v. 246. *Ibo alacer, solusque &c.*] Simili oratione Theron Saguntinos ex fuga retrahere conatur lib. II. vers. 226.

—— retinet vix agmina Theron:
Interdumque manu, interdum clamore minisque:
State viri: meus ille hostis: mihi gloria magnae,
State, venit pugnae. muro tectisque Sagunti
Hac abigam Poenos dextra: spectacula tantum
Ferte, viri: vel, si cunctos metus acer in urbem
(Heu deforme!) rapit, soli mihi claudite portas.

Scipio milites suos lib. IV. vers. 404.

—— quo signa refertis?
Quis vos, heu! vobis pavor abstulit? horrida primi
Si sors visa loci, pugnaeque lacessere frontem,
Post me state, viri, & pulsa formidine tantum
Aspicite.

Etiam Flaminius lib. V. vers. 640.

—— solus, si tanta libido
Est vobis rabiesque fugae, tela omnia solus
Pectore consumo.

v. 248. *Hastam Fulmineo volucrem torquet, primamque lacerto, Venit &c.*] Haec ita scribenda & distinguenda

Terga damus, Libycisque parem non esse fatemur
Anguibus Ausoniam? si debellavit inertes
Halitus, ac viso mens aegra effluxit hiatu;
Ibo alacer, solusque manus componere monstro
Sufficiam. clamans haec atque interritus hastam
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto.
Venit in adversam non vano turbine frontem
Cuspis, &, haud paullum vires adjuta ruentis
Contra ardore ferae, capiti tremebunda resedit.
Clamor ad astra datur: vocesque repente profusae
Aethereas adiere domos. furit ilicet ira
Terrigena, impatiens dare terga, novusque dolori,

Et

distinguenda membranae testantur,

——— *hastam*
Fulmineo volucrem torquet per inane lacerto.
Venit &c.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXI. Emendarunt ex Coloniensi codice eruditi, *per inane*. Accedit Oxon. in quo legitur *p ma ve*, quod certe idem est. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XIII. *per inane* ex Coloniensi Modius, & Barthius ex Oxonio. vide notas lib. XIV. verf. 211. ne dubita. pro *primamque* reliqui scripti cum Romana & Parmensi editione *primamve*, vel *primave*. superiori etiam versu maluerim, *haec clamans, atque imperterritus*. N. HEINSIUS. Quantivis pretii est lectio illa, quam ex scriptis libris viri docti vindicarunt, & Dausquejus etiam probavit; qui tamen & vulgatam scripturam exponere tentavit, in qua nullum sensum video. *per inane*, est per aera. Silius lib. I. verf. 97.

Tum magico volitant cantu per inania manes
Exciti.

libro X. verf. 152.

——— *quem funda procul per inane voluta*
Sopierat.

Virgilius X. Aen. verf. 354.

——— *levi jaculo longum per inane secutus:*

Lucan. lib. IX. verf. 107.

——— *numquam veniemus ad enses,*
Aut laqueos, aut praecipites per inania jactus.

Claud. IV. Consul. Honor. verf. 142.

Quae voces avium? quanti per inane volatus?

de Consul. Mall. Theod. verf. 79.

Ille ferox, unoque tegi non passus Olympo,
Immensum per inane volat.

Plena autem locutio est *vacuus, inanis aër*. vide infra ad lib. XIV. verf. 211.

v. 250. *Vires adjuta ruentis Contra ardore ferae*] Eadem ferme fictio Silio supra placuit lib. IV. verf. 136.

Ictum perdiderat spatio, ni fusus habenas,
Dum primae decus affectat decerpere pugnae,
Obvia quadrupedis praeceps Catus ora tulisset.
Sic elanguescens, & jam casura, petitum
Invenit vulnus, caedemque accepit ab hoste.

v. 252. *Clamor ad astra datus*] *datur*, ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 253. *Furit ilicet ira Terrigena, impatiens dare terga*] *irae* scribendum. apud Nason. Metam. XIII. verf. 3. *Utque erat impatiens irae*. ita & Livius locutus alibi. Sed & *irae dare terga impatiens*. N. HEINSIUS. Sic Silius lib. I. verf. 227.

Impatiens aevi spernit novisse senectam.

lib. VIII. verf. 4. *Impatiensque morae fremit*. lib. X. verf. 244.

Stat teli impatiens media fremebundus harena.

ita enim eo loco legendum videtur Illustrissimo Heinsio. vide etiam J. Fr. Gronovium ad Livii lib. V. cap. XXXVII. Sed puto nihil mutandum. nam quis hic sensus erit? *Terrigena impatiens irae furit terga dare*. an serpens iratus fugere volebat? τὸ *ira* itaque conjunge cum voce *furit* hoc modo. Serpens, impatiens terga dare, & novus dolori, furit ira. Recte autem duo haec vocabula, *furit ira*, poeta junxit; nam, ut ait Horat. lib. I. Epist. II. verf. 62. *Ira furor brevis est*. Sic Liv. lib. XLI. cap. X. *Furens ira catenas poposcit*. Valer. Flacc. lib. V. verf. 269.

Ille furens ira solio se proripit alto.

Proprie autem *furere* de iratis dici docuit Gebhard. lib. I. Crepund. cap. XII. *impatiens dare terga*, ut apud Claudian. II. in Rufin. verf. 252.

Flexit iter; vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo.

Ira itaque & dolor ex accepto vulnere serpentem in furorem adigunt. Sic apud Ovid. III. Metam. verf. 72.

——— *postquam solitas accessit ad iras*
Plaga recens, plenis tumuerunt guttura venis.

v. 254. *Terrigena impatiens dare terga*] De dracone. Sic Nonnus πετροτρεφῆ τὸν δράκοντα appellat. vide problem. Aphrodisiaci: atque hinc Phil. Ἱσ. Ζωϊκῇ inquit, Αὐτός ἐστι τῆς γῆς ὁ δράκων: ubi τῆς γῆς pro γηγενὴς, sive γηγενὴς, vel γηγενέτας ponitur, ut loquitur ille, qui τὸν ἀργυρέον γηγενέτα vocat. D. HEINSIUS. Supra verf. 151. *ira Telluris genitus* dicitur. Sic serpens, qui aurea mala Hesperidum custodiebat, χθόνιος ὄφις dicitur apud Apollon. Rhod. lib. IV. verf. 1398. ad quem locum antiquus Schol. Τοῦτον δὲ Πείσανδρος ὑπειλῆφθαι ἀπὸ τῆς γῆς γεγενῆσθαι. Ἡσίοδος δὲ ἐκ Τυφῶ-

Et chalybem longo tum primum passus in aevo.
Nec frustra rapidi, stimulante dolore, fuisset
Impetus, ablato ni Regulus arte regendi
Instantem elusisset equo, rursusque secutum
Cornipedis gyros flexi curvamine tergi
Detortis laeva celer effugisset habenis.
At non spectator Marus inter talia segni
Torpebat dextra. mea tanto in corpore monstri
Hasta secunda fuit. jam jamque extrema trisulca
Lambebat lingua fessi certamine terga
Quadrupedis: torsi telum, atque urguentia velox

In

φυεὶς. De Nemeaeo Statius v. Theb. vers. 506.

Terrigena erigitur serpens, tractuque soluto
Immensum sese vehit.

ubi vide Barthium.

v. 254. *Novusque dolori*] Celeberrimus Burmannus conjiciebat *novusque doloris*; eodem modo, quo *vetus doloris* lib. XI. vers. 26. ubi plura vide.

v. 256. *Nec frustra rapido stimulante dolore fuisset Impetus*] *rapidi* scripti & editio Romana ac Parmensis. bene. N. HEINSIUS. *dolor* perperam hoc loco *rapidus* dicitur. dedissent saltem librarii *rabido stimulante dolore*, ut apud Senec. in Oedipo vers. 1060.

Maciesque, & atra pestis, & rabidus dolor,
Mecum ite, mecum.

Sed probum est, quod Illustrissimus Heinsius in scriptis & priscis editis invenit, *rapidi*, quibuscum etiam faciunt editiones Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis. Silius supra vers. 227.

——— *rapidoque resolvens*
Contortos orbes, directo corpore totam
Extendit molem, subitoque propinquus in ora
Lato distantum spatio venit.

Vulgatae lectionis auctor primus fuit Nicander, qui Juntinae editionis curam gessit.

v. 257. *Alato Instantem elusisset equo*] *ablato equo* cum Coloniensi & veteri editione Veneta. Puteaneus *allato*. notum illud Nasonis I. Metam. vers. 306.

Crura nec ablato prosunt velocia cervo.

N. HEINSIUS. *alato equo*, est celeri. Praestat tamen cum optimo codice *ablato equo*. in editione Marsi Veneta anni 1492. in contextu quidem *alato* exstat: in commentarus vero est *ablato*, quod *fugiente* exponitur. Valer. Flacc. lib. III. vers. 635.

——— *cum sese Martia tigris*
Abstulit, aut curvo tacitus leo condidit antro.

vide praestantissimum Gronovium ad Livii XXXV. cap. XI.

v. 258. *Cursusque secutum*] *rursusque* ex editione Parmensi & tribus scriptis. mox perperam illi *effudisset*, pro *effugisset*. N. HEINSIUS. In Mediolan. editione proxime verum *cursusque secutum*: unde vitii origo manasse videtur. cum enim aberrantes operae pro *rursusque* dedissent *cursusque*, idque omnino ferri non posset; secuti editores, non consultis prioribus editionibus, id in *cursuque* mutarunt, quod sensus admittebat. Simillimo modo hae duae voces confusae sunt apud Propert. lib. II. Eleg. XXV. vers. 33. teste optimo Broekhusio. Deinde mox omnes, quas vidi, priscae editiones *effudisset*; primus postea Wolfius Basileae *effugisset* restituit, quem recte Colinaeus aliique secuti sunt. Ita alibi etiam frequenter errarunt librarii. vide N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. CX.

v. 262. *Torpebat dextra*] Celeberrimus Burmannus *Torpebam dextra* scribendum conjicit.

v. 265. *Ingentia velox In memet saevi serpentis proelia verto*] Melior scriptura prisca *urguentia*: jam enim Regulum attingebat serpens, ut ex praecedentibus liquidum. BARTHIUS lib. I. Adversf. cap. XIII. *urguentia* probe Coloniensis & Oxonius. vide lib. II. vers. 255. & sic Barthius. infra vers. 374. *certare malis urguentibus*. lib. VII. vers. 224. *urguentes ultima fata*. lib. XII. vers. 223. *effusis urguens vestigia frenis Poenorum*. & ibid. vers. 419. *ad manes urguet vestigia nati*. N. HEINSIUS. Sollemni errore librarii indocti voces *ingens* & *urguens* in membranis priscis inter se confuderunt. vide N. Heinsium ad Silii lib. II. vers. 255. lib. X. vers. 130. & ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 66. Deinde, ut & hoc moneam, ubique in praestantissimo codice Coloniensi *urguere*, non *urgere*, scribitur, ut notavit Illustrissimus Heinsius in capite editionis Colin. cujus margini discrepantes lectiones adscripsit: de qua scribendi ratione consule Pier. ad Maron. v. Aen. vers. 202. & Dausq. in Orthogr. part. II. hac voce.

v. 268. *Congerit spicula*] Manus docta ad marginem codicis, quem possideo, conjecit *Conserit*. sed nihil muto.

v. 269. *Donec murali ballista coërcuit ictu*] Silius supra vers. 213. *muralia portat Ballistas tormenta graves*. Ballista domitum hunc serpentem innuit etiam Senec. Epist. LXXXII. *Serpentem illam in Africa saevam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem, frustra sagittis fundisque petierunt. Ne pilo quidem vulnerabilis erat, cum ingens magnitudo, pro vastitate corporis solida, ferrum, & quidquid humanae torserant manus,*

In memet saevi serpentis proelia verto.
Hinc imitata cohors certatim spicula dextris
Congerit, alternasque ferum diducit in iras:
Donec murali ballista coërcuit ictu.
Tum fractus demum vires: nec jam amplius aegra
Consuetum ad nisus spina praestante rigorem,
Et solitum in nubes tolli caput, acrius instat.
Jamque alvo penitus demersa falarica sedit,
Et geminum volucres lumen rapuere sagittae:
Jam patulis vasto sub vulnere faucibus aër
Tabificam exspirat saniem: specus ultima jamque

Ingenti

manus, rejiceret. molaribus demum fracta vis est. Gellius VI. Noct. Attic. cap. III. *Tubero in historiis scriptum reliquit, bello primo Poenico Attilium Regulum Consulem in Africa, castris apud Bagradam flumen positis, grande proelium atque acre fecisse adversus unum serpentem in illis locis stabulantem invisitatae immanitatis, eumque magna totius exercitus conflictione ballistis atque catapultis diu oppugnatum.* vide etiam Valer. Max. lib. I. cap. VIII. ex. ext. 19. Plin. VIII. Hist. Natur. cap. XIV. aliosque.

V. 270. *Nec enim amplius aegra*] *nec jam* scripti & Romana editio cum Parmensi. N. HEINSIUS. *nec jam* etiam Mediol. editio: atque ita Gryphius & Nutius excuderunt. in Marsi editione primum, omissa voce *jam*, *nec amplius aegra* contra leges metri operarum errore editum, quod alii etiam fideliter expresserunt; in Wolfii postea Basileensi, ut versui laboranti succurreretur, datum *nec enim amplius*, non consultis primis editionibus, unde veram scripturam revocare facillimum fuisset. Vossius ad marginem editionis Juntinae, in qua pariter *nec amplius* erat, *non amplius* conjecit.

V. 271. *Spina praestante vigorem*] Iidem *rigorem*, non *vigorem*. N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt librarii. apud Lucan. lib. VI. vers. 759. editur, *remanet pallorque rigorque.* sed unus Rottendorfii codex *vigor* habet, ut excerpta, quae possideo, testantur. ita fortasse emendandum apud Arnob. III. advers. Gent. pag. 116. *Sapientes & fortes viri solvunt decreta constantiae, virilitatis vigore mollito.* ita nunc vulgo legitur; sed malim *rigore mollito*: non enim proprie *vigor mollitur*, sed *rigor*. hujus peccati alia exempla vide apud N. Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 614. ad Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 118. & ad Claudiani Consul. Olybr. & Prob. vers. 41.

V. 272. *Ut solito in nubes tollit caput*] *Et solitum in nubes tolli caput* scripti & priscae editiones. probe. N. HEINSIUS. Inepta haec, quae vulgo exstat, lectio profecta est à Wolfio, quem Colin. D. Heinsius, Dausq. & Cellar. secuti sunt, quorum ultimus tamen locum corruptum esse vidit. Hos si excipias, omnes fere editiones scriptorum codicum lectionem servant.

V. 276. *Exspirat saniem, spes ultima; jamque Ingenti cauda*] Ita ediderunt docti. In MS. Oxon. diserte legitur *specus ultima*, exemplo Maronis, a Dausq. producto. Distinctio autem restituenda est, ut nihil difficultatis supersit,

——— *exspirat saniem: specus ultima jamque*
Ingenti cauda, & jaculis, & pondere, contis,
Haeret humi.

Ineptum est *pondere conti.* Conti enim mucrone, non pondere, nocent. *pondere* autem saxa ingentia ballistis expulsa intelligit. *specus ultima* imum ventrem designat. BARTHIUS lib. I. Adversf. cap. XIII. *spes ultima* in nonnullis editionibus recentioribus, quomodo & Livinejus. ridicule Dausquius *ultima specula.* forte *pars ultima*, vel *spira ultima jamque Ingentis caudae jaculis. specus ultima* Barthio est imus venter. sed de *spira* verius est. supra *spiris stringentibus artae Arboris abstraxit molem.* Idem Barthius *pondere, contis*, cum contos non pondere, sed cuspide nocere asseveret. apage istas argutias. pro *aër* nonnulli *atrum.* N. HEINSIUS. *specus ultima* Barthio est imus venter. Sic *specus alvi* est apud Phaedr. lib. IV. fab. V. vers. 10.

Capacis alvei mersit tartareo specu.

ubi Celeberr. Burmannus hunc locum etiam laudavit. Prudent. Hym. VII. Cathemer. vers. 115.

Alvi capacis vivus hauritur specu.

simili modo *antrum gutturis* apud Avien. descr. orb. vers. 791.

——— *antro panduntur guttura vasto.*

Illustrissimo Heinsio placet *spira ultima jamque Ingentis caudae. Ingentis caudae* est etiam in Mediol. editione. *spirae* autem sunt orbes & flexus in se non redeuntes, quales serpentes cauda facere solent. Virgil. II. Aen. vers. 216.

——— *subeuntem ac tela ferentem*
Corripiunt, spirisque ligant ingentibus.

ubi vide Servium. Claudian. Praefat. I. in Rufin. vers. 3. *Qui spiris tegeret montes.* Avien. descr. orb. vers. 176.

Sic spiras crebras sinuat draco, seque vel orbe
Colligit inclinans.

Saxo Gramm. lib. II. Histor. Dan. p. 20.

Implicitus gyris serpens, crebrisque reflexus
Orbibus, & caudae sinuosa volumina ducens,

Ingenti cauda, & jaculis, & pondere conti
Haeret humi, lassoque tamen minitatur hiatu:
Donec tormentis stridens magnoque fragore
Discussit trabs acta caput, longoque resolvens
Aggere se ripae tandem exhalavit in auras
Liventem nebulam fugientis ab ore veneni.
Erupit tristi fluvio mugitus, & imis
Murmura fusa vadis; subitoque & lucus, & antrum,
Et resonae silvis ulularunt flebile ripae.
Heu quantis luimus mox tristia proelia damnis!
Quantaque supplicia & quales exhausimus iras!
Nec tacuere pii vates, famulumque sororum
Naïadum, tepida quas Bagrada nutrit in unda,
Nos violasse manu feris monuere periclis.
Haec tunc hasta, decus nobis pretiumque secundi.

Vulneris

Multiplicesque agitans spiras.

Alteram N. Heinsii conjecturam verosimilem faceret illud Nason. III. Metam. vers. 93.

— *imae*
Parte flagellari gemuit sua robora caudae.

Mihi tamen vulgata lectio cum Barthii interpunctione & interpretatione nondum displicet.

v. 277. *Jaculis & pondere conti*] id est, jaculis & contis gravibus ac ponderosis. infra lib. XV. vers. 687.

Sustentata genu per campum pondera conti
Sarmatici prona adversos urguebat in hostes.

Sidon. Apollin. carm. II. vers. 142.

Inque frementis equi dorsum cum pondere conti
Indutas chalybum saltu transferre catenas.

Sic *pondera clavae* Silius lib. II. vers. 245.

— *alteque resultant*
Aere illisa cavo nodosae pondera clavae.

pondus pili lib. IX. vers. 335.

— *hi sude pugnas,*
Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili.

Perperam itaque Barthius *pondere, contis*, non probante etiam N. Heinsio.

v. 278. *Laxoque tamen minitatur hiatu*] *lassoque hiatu* ex scriptis & Romana editione atque Parmensi. N. HEINSIUS. *lasso* etiam Mediol. editio. in Marsi editione primum *laxo* fuit, & inde aliae omnes habuerunt. Facillimus hic & saepe obvius librariorum error est, qui literas *x* & *s* nullo ferme discrimine habuerunt, τὸ *x* nunc in simplicem, nunc in duplicem sibilum commutantes, & contra. Sic apud Lucan. lib. IX. vers. 296. pro

— *litoreis miles lassatur harenis,*

unus Vossii codex male *laxatur* habet. alia vide apud Behot. in Apophor. lib. I. cap. I. Grot. ad Lucan. lib. I. vers. 695. Gronov. ad Senec. Herc. Oet. vers. 47. Broekhus. ad Propert. lib. II. Eleg. XXV. vers. 59. & Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. LXXXII.

v. 288. *Famulumque sororum Naïadum*] Sic serpens à Cadmo occisus Marti sacer erat, apud Ovid. III. Metam. vers. 31. quem Martis filium fuisse Hygin. tradit fab. CLXXVIII. Serpentem Jovi sacrum memorat Statius V. Theb. vers. 511. ubi videndus est Barthius. Florus, qui ubique poetae magis, quam historici, partes implet, serpentem hunc, ob quem occisum Romanos tot mala perpessos Marus dicit, in vindictam Africae natum vult lib. II. cap. II. *Cum monstris quoque dimicatum est; cum, quasi in vindictam Africae nata, mirae magnitudinis serpens posita apud Bagradam castra vexaret.*

v. 289. *Tepida quas Bagrada nutrit in unda*] Sic scribendum, non *Bragada*. praeterea *trepida unda* Coloniensis. mox scripti *Non violasse*, ut apud Maronem VI. Aen. vers. 620.

Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.

infra vers. 399.

— *monitusque recedere Consul,*
Nec summum violare decus.

N. HEINSIUS. *tepida unda* propter ardorem Solis, qui in Africa ferventissimus est. Sic *Nilus tepens* apud Propert. lib. II. Eleg. XXIV. vers. 3.

Atque utinam Nilo pereat quae sacra tepente
Misit matronis Inachis Ausoniis.

Martial. libr. XI. Epigr. XII.

Tolle puer calices tepidique toreumata Nili.

Nihil necesse itaque cum Colon. codice *trepida unda* scribere. nam ita frequenter lapsi sunt scribae librarii. vide supra ad lib. IV. vers. 182.

v. 292. *A vestro, Serrane, tributa parente*] Pro, à tuo parente; numero plurium de uno usus est Silius, quod non insolitum esse docet Barth. lib. VI. Advers. cap. XXVIII. laudato etiam hoc loco. infra vers. 480.

— *juvenes parat, aspera ferro*
Pectora, captivos nostra pensare senecta.

pro mea senecta. lib. X. vers. 289. de se uno Paullus Aemilius,

— *nec*

Vulneris, a vestro, Serrane, tributa parente,
Princeps quae sacro bibit e serpente cruorem.
Jamdudum vultus lacrimis atque ora rigabat
Serranus, medioque viri sermone profatur:
Huic si vita duci nostrum durasset in aevum,
Non Trebia infaustas superasset sanguine ripas;
Nec, Thrasymene, tuus premeret tot nomina gurges.
Tunc senior, Magnas, inquit, de sanguine poenas
Percepit Tyrio, & praesumta piacula mortis.
Nam, defecta viris & opes attrita, supinas
Africa tendebat palmas, cum sidere diro
Misit Agenoreis ductorem animosa Therapne.
Nulla viro species, decorisque & frontis egenum
Corpus; in exiguis vigor (admirabile) membris
Vividus, & nisu magnos qui vinceret artus.
Jam Martem regere, atque astus adjungere ferro,

Et

——— *nec manes tam parva intramus imago.*

atque ita passim optimi auctores.

v. 293. *Bibit è serpente cruorem*] lib. xv. vers. 632.

——— *jam tela bibunt praemissa cruorem.*

Virgilius xi. Aen. vers. 804.

——— *virgineum alte bibit acta cruorem.*

Ita & Graeci loquuntur. in Anthol. lib. i. cap. xxii. Epigr. 1.

Ἀσπίδ' Ἀχιλλῆος τὴν Ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν.

Hastam Achillis sanguinem Hectoris bibentem. Et Epigr. 4.

Ἓν δὲ βέλος δισσῶν αἷμ' ἔπιεν θανάτων.

Unum telum duorum interfectorum sanguinem bibit. Hasta autem, quam Marus memorat, illa est, cui supra vers. 138. vinum libabat, cujusque occasione omnem hanc historiam refert Silius.

v. 297. *Non Trebia infaustas superasset sanguine ripas*] *superare* hoc loco est παρελθεῖν, ut e contra τὸ παρελθεῖν Demostheni νικῆσαι, & superare. ita apud Anacreontem in illo,

Μέγα δὲ πρόσωπον ἴσω,
Τοῦ Ἀδώνιδος παρελθόν.

Ubi mirum in modum duo magni viri falluntur, primo, cum non vident legendum esse παρελθών; non verbum enim, sed participium est: deinde cum *praeterire tacendo* esse putant; quorum alter in versione poetica sua reddit,

Eburna praeteribam
Adonidaea colla.

alter,

Sed eburna praeteribam
Adonidisque colla.

Male, cum reddendum sit,

Facieque latus esto,
Superansque Adonideam.

Ita totius illius loci pessime luxatus fuit sensus, qui alias venustissimus est. Sic optime Odario illi in hoc loco sua constabit sententia, & poetae suavissimi mens. Aliter enim distinguenda illa, aliter accipienda, ut apparet ex sensu à nobis restituto: nam quod illi de collo addunt,

Ἐλεφάντινος τράχηλος,

ad sensum proxime sequentem pertinet. Atque hoc obiter: quidquid enim Anacreonti damus, optime à nobis collocari putamus, praesertim in carmine illo, quod & Graecorum omnium & Latinorum ingenia provocat. D. HEINSIUS. *superasset* ut in illo Maronis ii. Aen. vers. 302.

Excutior somno, & summi fastigia tecti
Ascensu supero.

Quod ad locum Anacreontis ab Heinsio illustratum, melius eum ex Ms. Vaticano constituit Doctissimus Barnesius in nupera elegantissimi poetae editione pag. 100. quem vide.

v. 299. *De sanguine poenas Praecepit Tyrio, & praesumta piacula mortis*] *Percepit* scripti: quod malo, quia *praesumta piacula* subsequitur, ne bis idem dicat. N. HEINSIUS. De voce *praecipere* vide infra ad lib. xv. vers. 659. Sed Mediolanensis etiam editio *Percepit*, quod N. Heinsius probat. De frequenti τῶν *per* & *prae* in vocibus praesertim compositis commutatione vide supra ad vers. 43. ultimum autem hemistichium fere supra habuimus lib. v. vers. 213.

Manibus ipsa suis praesumta piacula mittit.

v. 303. *Animosa Therapne*] *Theramne* priscae editiones, & ita alibi Plinius ac Stephan. Byzantius. sed scribendum semper *Therapne*, vel *Therapnae*, ut docet Joh. Meursius in Miscell. Lacon. lib. iv. cap. xii. vide infra ad lib. viii. vers. 415.

v. 305. *At exiguus*] *in exiguis* scripti. mox tolle distinctionem, *vigor vividus.* N. HEINSIUS. Olim non recte ita distinguebatur, *vigor (admirabile) membris. Vividus &c.*

v. 307. *Jam Martem regere*] Scripti & vetustae editiones *ciere.* ex Coloniensi tamen nihil hic mutandum.

Et durus facilem per inhospita ducere vitam.
Haud isti, quem nunc penes est sollertia belli,
Cederet Hannibali. vellem hunc, o tristia nobis
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotae ripis. vidissem moenia flammis
Phoenissae ruere, aut certe non horrida fata
Flevissem ducis, & nulla quos morte nec igni
Exutos servans portabo in Tartara luctus.
Consertae campis acies, multusque per arva
Fervebat Mavors; nec mens erat ulla sine ira.

Hic

tandum. fortasse lege *Martem tegere*, vel *Martem occulere*: agit enim de insidiis. Statius Thebaid. I. vers. 638.

Fortunate animi, non tu pia degener arma
Occulis.

Theb. X. vers. 236.

—— sed fraudem & operta paramus
Proelia

vers. 248.

Ipse novi gradiens furta ad Mavortia belli.

mox Capaneus de eadem re vers. 477.

—— satis occultata Pelasgis
Delituit virtus.

Similis locus lib. III. vers. 231.

Princeps signa tulit Tyria Karthagine pubes,
Membra levis, celsique decus fraudata superbum
Corporis; at docilis fallendi, & nectere tectos
Numquam tarda dolos.

lib. XII. vers. 354.

Virgulta segitur valle & frondentibus umbris.

Doctissimo Gronovio Observ. IV. cap. VI. placebat *Martem ciere*. sed *ciere* secundae conjugationis est. nisi contendamus Silium scripsisse *cire*, verbo antiquo. unde *concire*, *excire*, & similia. N. HEINSIUS. *Martem ciere* etiam Mediolan. & nonnullae aliae editiones. *regere* Wolfius edidit in editione Basileensi, pro quo N. Heinsius *tegere*, ut lib. VII. vers. 64.

—— tam vivida membra, laborque
Providus & cauta solertia tecta quiete.

Indocta librariorum natio frequenter voces *regere* & *tegere* inter se commutarunt. Apud German. in Arat. Phaenom. in Virgine,

Aurea pacati regeres cum secula mundi.

ubi alii male *segeres*. vide doctos interpretes ad Senecae I. de Ira cap. XII. & N. Heinsium supra ad lib. II. vers. 381. Sed nec vulgatum sperno, quod Coloniensium membranarum auctoritas vindicat. sic *bella regere* infra lib. VII. vers. 47.

Uno non pavidus rexisses bella magistro.

Disciplinam regere Sueton. in Caesare cap. XLVIII. *Domesticam disciplinam in parvis ac majoribus rebus diligenter adeo severeque rexit.* & in August. cap. XXIV. *Disciplinam severissime rexit.* *Martem regere* est Imperatorem esse, bello praeesse. *tegere* vel *occulere* tanto minus probandum, quod mox sequatur, *astus adjungere ferro*, ne bis idem dicat Silius.

v. 308. *Et duris facilem*] In Parmensi editione *durus* legebatur. non male. *durus vitam ducere per inhospita*. N. HEINSIUS. *durus* etiam editio Mediolanensis.

v. 309. *Haud isti*] *Haud ipsi* maluerim. N. HEINSIUS. Ita saepe aberrarunt scriptores librarii. vide eundem Heinsium ad Nason. Epist. XVII. Heroid. vers. 226. ad III. Metam. vers. 404. ad IV. Metam. vers. 203. & Broekhusium ad Propert. libr. III. Eleg. XI. vers. 14.

v. 311. *Hunc unum non durassetis opacis Eurotae ripis*] *durassetis*, ut apud Vibium Seq. de Flumin. *Taygeta, Laconices: ubi filios suos moris habent durare frigore aquae.* Qui tamen, notante Meursio II. Miscell. Lacon. cap. IX. insigniter hallucinatur, cum Taygeta, qui mons est, inter Laconices fluvia recenset. Inter montes autem postea ipse numerat.

v. 313. *Phoenissae ruere*] *Phoenissa aut ruere*, ni fallor. N. HEINSIUS.

v. 314. *Et nulla quos morte nec igni* &c.] Loci hujus sensus viro Celeberrimo Petro Burmanno non videtur constare, qui aliquid mendi latere putat, cum *flevissem* & *portabo* non *congruant*: quare scribendum conjicit, *at nulla nunc morte nec igni Exutos servans portabo in Tartara luctus*: quod non displicet.

v. 318. *Hinc inter medios*] *Hic* ex Coloniensi & ceteris scriptis ac editione Romana, ut & Parmensi. *Hic iter in medios* malit Interpres cum Marso. Forte, *Hic Nomadum in medios*. N. HEINSIUS. *Hic* etiam Mediol. editio, aliaeque vetustiores. Primus Nicander in Juntina *Hinc* dedit.

v. 319. *Laxabat ferro, campoque pericla ruebat*] Scribo, quod Gronovium nostrum in Observationibus jam video occupasse,

Laxabat ferro campum, ac per iniqua ruebat.

Certe in Oxonio *campum ac pericula*, Puteaneus *campo ac pericla*, Coloniensis *campumque pericla*. possis etiam,

Laxabat ferro campum, ac per tela ruebat.

malo etiam *memorandi Regulus ausi*. N. HEINSIUS. Vulgata scriptura sensum non efficit, quare omnino cum viris doctis scribendum,

Laxabat

Hic inter medios memorandis Regulus ausis
Laxabat ferro campum, ac per iniqua ruebat,
Nec repetenda dabat letali vulnera dextra.
Sic ubi nigrantem torquens stridentibus austris
Portat turbo globum, piceaque e nube ruinam
Pendentem terris pariter pontoque minatur;
Omnis & agricola, & nemoroso vertice pastor,
Et pelago trepidat subductis navita velis.
At fraudem nectens, socios ubi concava saxa
Claudebant, vertit subito certamine Grajus,

Et

Laxabat ferro campum, ac per iniqua ruebat.
Sic supra lib. v. vers. 174.
Haec angusta loci ferro patefacta relaxa.
vers. 268.
Juxta bellator juvenilibus Appius ausis
Pandebas campum caede.
iniqua autem, ut *iniqua viarum* apud Gunther. in vi. Ligur. vers. 85.
Agmina confestim rapiens per iniqua viarum
Difficilesque locos.
Silius lib. III. vers. 631.
Ductor Agenoreus tumulis delatus iniquis.
lib. v. vers. 28.
——— *Consul carpebas iniquas,*
Praegrediens signa ipsa, vias.
Ovid. x. Metam. vers. 172. *per juga montis iniqui Isse comes.* Claudian. iv. Consul. Hon. vers. 343. *si collis iniquus, Primus ini.* Livius libr. xxxix. cap. xxxii. *Inde, superata locorum iniquitate, proelio dejecti sunt.* Frontin. iv. Strat. cap. v. ex. 8. *Loco iniquo circumventus ab Hasdrubale.* & ita passim.

v. 326. *At fraudem nectens.*] *innectens* puto. N. HEINSIUS. Sic Virgil. vi. Aen. vers. 609.
Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti.
Sed vulgatum sine veterum codicum auctoritate non mutarem Silius lib. III. vers. 233.
——— *docilis fallendi, & nectere tectos*
Numquam tarda dolos.
Saxo Gramm. lib. II. Histor. Danic. pag. 25. *Quo evenit, ut Ulvildam insidiis fratri nectendis abstraheres.* Liv. lib. xxvii. cap. xxix. *Ne qui dolus necteretur à Poeno metuens Crispinus, circa civitates proximas miserat nuntios.*

v. 326. *Socios ubi concava saxa Claudebant linquens subito in certamine* &c.] Huic loco, mire à sciolis interpolato, ut medicina fiat, repone,
——— *socios ubi concava saxa*
Claudebant, vertit subito certamine gyros,
Et dat terga celer ficta formidine ductor,
quomodo est in MSto, excepto eo, quod *facta*, pro *ficta*, habebat: unde tamen hoc esse faciendum, non difficilis fuit conjecturae. Sane, quae hic *concava saxa*, mox à poëta *saxosae latebrae* dicuntur. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXI. Versu,
Vertit equum simulatque fugam graviore ruina,
minus est in membranis. Cetera sic leguntur,
——— *socios ubi concava saxa*
Claudebant, utre subito certamina grasos,
Et dat terga celer ficta formidina ductor.
Versus quidem ille etiam in Modiano codice non exstat; quare, consensu membranarum tam diversarum & ratione adjuvante, cum ejus generis aliis merito porro exsulabit. Cetera autem potissimum sic legenda veniunt:
——— *(socios ubi concava saxa*
Claudebant) vertit subito certamina Grajus,
Et dat terga &c.
Etiam parenthesis abesse, & fortasse melius, potest. Talia multa in hoc poëta sunt, glossis & correctionibus librariorum, non raro poëtantium quoque, conspurcata. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Pro *linquens*, in Puteaneo *vetice*, in Coloniensi *vertit*. recte, uti Modius jam monuit. Mox Coloniensis, *subito certamine Grajus: certamina grasos* Oxonius, *vertit subito certamine gyros* in Parmensi editione. Deinde scripti omnes & priscae editiones omittunt versum proximum,
Vertit equum, simulatque fugam graviore ruina.
bene. pro *victa formidine*, post e scriptis & Aldina editione *ficta formidine*; male *facta* Modius, & *gyros* paullo ante. Scribe,
At fraudem nectens, socios ubi concava saxa
Claudebant, vertit subito certamine Grajus,
Et dat terga celer ficta formidine ductor.
Atque ita Barthium jam occupasse serus animadverto. N. HEINSIUS. In Mediolan. editione,
Vertice claudebant subito certamine grasos,
Et dat terga celer ficta formidine ductor,
omisso versu spurio intermedio,
Vertit equum simulatque fugam graviore ruina.
atque ita etiam editio Marsi & Martini Herbipolensis, nisi quod in illis sit *gyros*, pro *grasos*. Priscorum codicum lectionem primus interpolavit Nicander in Juntina, qualis in posterioribus editionibus exstitit; nisi quod *ficta* retinuerit, & librariorum errore *graviora*, pro *graviore*, editum sit in versu spurio. Interpolationem ejus cum sphalmate typographico expressit Aldus: Gryphius vero & Nutius tantum interpolationem, ut & Wolfius in Basileensi, qui tamen insuper versum *Et dat terga celer*,

qui

Et dat terga celer ficta formidine ductor.
Haud secus ac, stabulis procurans otia, pastor
In foveam parco tectam velamine frondis
Ducit nocte lupos positae balatibus agnae.
Abripuit, traxitque virum fax mentis honestae
Gloria, & incerti fallax fiducia Martis.
Non socios, comitumve manus, non arma sequentum
Respicere; insano pugnae tendebat amore
Jam solus: nubes subito cum densa Laconum
Saxosis latebris intento ad proelia circum

Funditur,

qui in omnibus exstat codicibus, omisit. Denique ita etiam Coln. nisi quod versum pessime omissum restituerit, & primus, pro *ficta formidine*, ediderit *victa*, operarum fortasse errore, quem postea tamen Dausq. aliique secuti sunt. Ex his intelligi potest, quam misere hic locus à librariis & interpolatoribus semper habitus fuerit, quibusque gradibus ad eam, quae nunc obtinet, lectionem perventum sit: pro qua optime viri docti ex libris vindicarunt,

——— socios ubi concava saxa
Claudebant, vertit subito certamine Grajus,
Et dat terga celer ficta formidine ductor.

gratos, quod plurimi codices habent, optime in *Grajos*, cum libro Agrippinate, vel *Grajus*, mutarunt. Ita enim frequenter peccatum olim. Vide N. Heinsium ad Claud. Cons. Olybr. & Prob. vers. 108. ad Ovid. IV. Metam. vers. 536. ad V. Fast. vers. 8. & Jan. Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. VI. vers. 29. *vertit* autem, subintellecto τῷ *socios*, quod proxime praecessit, vel *terga*, quod sequitur. *ficta formidine*, simulata, arte ad fallendum composita. lib. VII. vers. 136.

- - - retroque abitum fictosque timores
Assimulat.

Claudian. III. Cons. Honor. vers. 100. *Parthumque coactum Non ficta trepidare fuga.* Saxo Gramm. lib. II. Histor. Dan. pag. 26. *Esto, fugam finxerint, ante tamen in Scotos incident, quam egredi queant.* Potes tamen & ita distinguere,

At fraudem nectens socios, ubi concava saxa
Claudebant, vertit subito certamine Grajus.

vertit socios, ubi claudebant saxa, id est, desinebant. Ita *claudere*, apud Gellium Noct. Attic. I. cap. VII. *At si explicuit diceret, imperfecto & debili tremero verborum sonus clauderet.* ad quem locum vide quae viri docti notarunt. Denique Celeberrimo Burmanno placebat, *socios ubi concava saxa Condebant*, id est, qui in concavis saxis in insidiis latebant; nam insidias hic etiam fuisse ex vers. 336. patet. Similis autem harum vocum permutatio in Mstis frequens est. apud Lucan. lib. II. vers. 577. in codice Langermanni, cujus excerpta penes me sunt, legitur, *quam Cynthia clauderet orbem*; at vulgo editur *conderet*. vide etiam N. Heinsium ad Claudian I. in Rufin. vers. 379. Dausquejus perperam hoc loco pro vulgata stat lectione.

v. 329. *Haud secus ac stabulis*] *e stabulis* Parmensis. *&* Romana editio cum scriptis Oxonio & Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 330. *In foveam parco tectam velamine* &c.] Antiquissimum hoc fuit venationis genus, quod multis exemplis illustravit Dausquejus. Eo respicit Horat. lib. I. Epist. XVI. vers. 50.

Cautus enim metuit foveam lupus.

Stat. lib. II. silv. V. vers. 9.

Non formidato supra venabula saltu
Incitus, aut caeco foveae deceptus hiatu.

Livius lib. IX. cap. V. *Beluarum modo caecam in foveam missos.* Ita Faber pro *caecos* emendat. Plutarch. in ἐρωτικῷ p. m. 757. Εὔχονται δ' Ἀρισταίῳ δολοῦντες ὀρύγμασι καὶ βρόχοις λύκους καὶ ἄρκτους· *Aristaeo vota faciunt foveis & laqueis lupis & ursis insidiantes.* Tales foveae etiam meminerunt Icti l. 28. ff. ad L. Aquil. dum statuunt, quid juris sit, si in eam animal quoddam inciderit, & damnum acceperit: ad quam vide virum Celeberrimum Ger. Noodt de L. Aquil. cap. XIX. Neque alium in usum parata forsitan fovea fuit apud Appul. VIII. Metam. pag. 166. *Nepos meus & itineris hujus suavis comes, dum forte passerem incantantem sepicula conspectatur arripere, delapsus in proximam foveam, quae fruticibus imis subpatet, in extremo jam vitae consistit periculo.* Late hanc venationem describunt Jul. Pollux lib. V. §. 81. & Oppian. IV. Κυνηγ. vers. 210. Eadem fallacia etiam, ut hostes deciperent, usi sunt superiorum temporum duces. vide Saxon. Gramm. lib. II. Hist. Danic. pag. 21. & quae ad illum locum copiose annotavit Stephanius.

v. 332. *Fax mentis honestae Gloria*] A Valerio Flacco esse videtur lib. I. vers. 76.

- - - tu sola animos mentemque peruris,
Gloria, te viridem videt immunemque senectae
Phasidis ad ripas stantem.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Ovid. V. Trist. eleg. XII. vers. 37.

Denique non parvas animo dat gloria vires,
Et fecunda facit pectora laudis amor.

in IV. ex Pont. epist. II. vers. 36.

- - - immensum gloria calcar habet.

Propert. lib. IV. eleg. X. vers. 3.

Magnum

Funditur, & Poena insurgit vis saeva virorum.
O diram Latio lucem, fastisque notandam!
Dedecus o, Gradive, tuum! tibi dextera & urbi
Nata tuae tristi damnatur sorte catenae.
Haud umquam absistam gemitu. te, Regule, vidit
Sidonius carcer? tuque huic sat magna triumpho
Visa es, Karthago, Superis? quae poena sequetur
Digna satis tali pollutos Marte Laconas?
At nova Elissaei jurato foedera Patres
Consultant mandare duci, pacisque sequestrem
Mittere, poscentes vinctam inter proelia pubem

Captivamque

Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires.

v. 336. *Jam solus, nubes*] Ex MS. codice scribendum,

Jam soli: nubes subito cum densa Laconum
Saxosis latebris intenta ad proelia circum
Funditur.

Est inibi scriptum *solis* & *intente*: sed veram esse lectionem propositam res gesta ipsamet loquitur. BARTHIUS lib. 1. Advers. cap. XIII. Ita distinguatur, *pugnae tendebat amore Jam solus*: quod editio etiam Parmensis volebat. *Jam soli* Barthius ex Oxoniensi, & *intensa ad proelia*, quod non placet. Excerpta Oxoniana apud me *Jam solis*. N. HEINSIUS. Vulgo male distinguebatur, *pugnae tendebat amore. Jam solus, nubes* &c.

v. 337. *Intendens proelia circum Funditur*] Puteaneus *intende ad proelia*: Oxon. & editio Romana *intentae ad proelia*. nimirum recte Coloniensis *intento ad proelia*, quomodo & Parmensis editio. Sic lib. IX. vers. 451. *Ductores pugnae intenti.* & mox vers. 518.

Interdum intentos pugnae conamine ducto
Avertit.

N. HEINSIUS. Etiam Mediol. editio *intentae ad proelia.* Primus Marsus interpolavit *intendens proelia.* Veram lectionem jam olim vidit Illustrissimus Heinsius ad Claudiani 1. de Laudib. Stilic. vers. 256. Senec. Consol. ad Marc. cap. 11. *Intenta in unam rem, & toto animo affixa.*

v. 338. *Et poenae insurgit vis saeva virorum*] Quid est *poenae insurgit?* in codice scripto, *& poenae insurgit jus & pena virorum.* Lacones & Afros junctim adfuisse ait, ut notat interpres. Lege, *& Poenûm insurgit vis spreta virorum*: Poenos enim contemnere vel maxime Regulum facit, quos toties fuderat. Ita enim vero de hoc loco censemus. Sicque deinde spernit Karthaginem Silius scribendo, *tuque huic sat digna triumpho Visa es, Karthago, Superis?* BARTHIUS lib. 1. Advers. cap. XIII. *pene* editio Parmensis: *poena* Coloniensis, pro *Poena*, sive *Punica*. Sic infra vers. 506. *Poenos*, pro *poenas*, scribendum. Maluerim tamen hoc loco *Poenûm virorum*, pro Poenorum. in Oxonio, *& poenae insurgit jus & pena virorum*, unde Barthius, *& Poenûm insurgit vis spreta virorum.* Si quid praeterea mutandum, scripserim *vis caeca.* Vide supra hoc libro vers. 7. Mox, *fastisque notandum Dedecus*, Oxonius cum Romana editione. N. HEINSIUS. Codicis Coloniensis lectionem, *& Poena insurgit vis saeva virorum* Illustrissimus Heinsius jam olim probavit ad Claudiani 1. de Laudib. Stilic. vers. 256. Cum eodem tamen, ut & Barthio, malim *Poenûm virorum*, id est, Punicorum. Infra vers. 407.

— postquam habitu juxta & velamine Poeno
Deformem aspexit.

Lucan. lib. 1. vers 39. *Poeni saturentur sanguine manes.* lib. IV. vers. 789.

- - - ferat ista cruentus
Hannibal & Poeni tam dira piacula manes.

Simili modo librarios supra errasse putabat D. Heinsius lib. IV. vers. 662. ubi scribendum conjicit,

- - - Poenosne superbos
Insuper, & nomen Trebiae delere minaris?

Sed frustra, ut ibi dictum: nam recte vulgo est *poenasne superbas minaris?*

v. 342. *Te, Regule, vidit*] *ten'* opinor cum interrogationis nota: & mox *tune huic*, non *tuque*, scribendum. N. HEINSIUS.

v. 347. *Pacisque sequestrem Mittere*] *pacis sequester*, est pacis arbiter & medius, quem nunc barbare *mediatorem* vocant, per quem conciliatur pax. Frontin. 1. strateg. cap. IV. §. 13. *Conciliavit animos eorum reddendo naves, quas ceperat, quasi sequestres futuras ordinandae pacis inter se atque Byzantios.* Appul. IX. Metam. pag. 187. *Anus quaedam, stupri sequestra & adulterorum internuncia, de die quotidie inseparabilis aderat.* ubi vide Pricaeum. Ovid. 1. Fastor. vers. 287.

Jane, face aeternos pacem pacisque sequestrem.

Ita ibi reponendum conjecit vir Illustrissimus, & vocem hanc egregie illustravit.

v. 348. *Victam inter proelia pubem*] *vinctam* rectius omnino membranae Agrippinae. N. HEINSIUS. Non tantum *victam* & bello superatam pubem dicit, sed captam etiam & carceri apud hostes inclusam: quare omnino recte N. Heinsius Coloniensis libri scripturam *vinctam* probavit. Saepissime ita lapsi sunt scribae librarii. vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Victus*, *Vinctus*. Barthium ad Calpurn.

Captivamque manum ductore rependere nostro.
Nec mora: jam stabat primis in litoris undis
Navali propulsa ratis; jam nautica pubes
Aut silvis stringunt remos, aut abiete secta
Transtra novant: his intortos aptare rudentes,
His studium erecto componere carbasa malo.
Unca locant prora curvati pondera ferri.
Ante omnes doctus pelagi rectorque carinae

Puppim

Ecl. III. vers. 37. N. Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 278. lib. XI. vers. 117. lib. XIII. vers. 273. lib. XV. vers. 246. ad Claud. bell. Getic. vers. 21. ad Ovid. I. Amor. eleg. II. vers. 20. & Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. II. vers. 2.

v. 354. *Erecto componere carbasa malo*] Silius dicit, Poenos, postquam malum erexerant, ex eo vela suspendisse. Olim enim moris erat, non solum cum naves, confecta navigatione, subducerent, sed etiam cum ad litus appulsae essent, malum deponere: contra quam apud nos hodie obtinet, quibus in majoribus navibus malus numquam ex modio seu theca, cui insertus est, eximitur. vide Scheff. II. de milit. nav. cap. V. Hinc etiam navigaturi eum reponebant. Homer. Od. Δ. vers. 577.

Νῆας μὲν πάμπρωτον ἐρύσσαμεν εἰς ἅλα δῖαν,
Ἐν δ' ἱστοὺς τιθέμεσθα καὶ ἱστία νηυσὶν ἐΐσης.

Naves quidem ante omnia deduximus in mare Jovis, malosque imposuimus & vela navibus aequis. vide etiam ibid. vers. 780. & Odyss. Θ. vers. 52. sic itaque Poeni, navigaturi in Italiam, malum etiam navi imponunt.

v. 358. *Trifidi splendentis in aequore rostri*] Elegantius sit *trifido in aequore*, hoc est, trifidi rostri reddente imaginem. Sic libro I. vers. 86. *stant marmore maesto Effigies*, non *maestae effigies*. N. HEINSIUS.

v. 360. *Rerum ad tempus*] Mendosum videtur vocabulum *Rerum*. an *Durum ad tempus*? Ovid. I. Trist. Eleg. IV. vers. 26.

Tempore sic duro est inspicienda fides.

Silius lib. XI. vers. 168. *Dura ad spem fortuna vocat.* libro IX. vers. 637.

Haud umquam expedies tam dura sorte malorum.

sic scripti. N. HEINSIUS.

v. 360. *Mediae stat margine puppis*] Hanc proprie in navi partem hortatori destinatam fuisse vel ex illo Polybii loco, qui lib. I. est [cap. XXI.] apparet. Οἱ δὲ τὰ πληρώματα ξυναθροίσαντες, ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον. Audi lector, hoc modo fiebat: καθίσαντες μὲν ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις, μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστήν. Vides, discrtim medium tribui locum hortatori, seu celeustae. sed &, quae sequuntur, magna ex parte huc spectant. D. HEINSIUS.

v. 361. *Qui voce alternos* &c.] Celeusten, ut diximus, intelligit; unde & idem nomen loco erat, & ei, qui in loco: utrumque enim *Portisculus* dicebatur: unde apud Nonium legitur hoc modo, *Portisculus proprie est hortator remigum, id est, qui eandem porticam tenet, quae portisculus dicitur.* Male, nec placet nimium, quod suspicati sunt viri docti, ibi legendum, *qui quandam perticam tenet*; sed hoc modo, *Portisculus proprie est hortator remigum, id est, qui eandem pergulam tenet, quae portisculus dicitur, in qua excursum & exhortamenta moderatur.* Portisculus, inquam, ut vel triviales noverunt, est ipsa pergula, & qui in ea. Exhortamenta autem essent Nonno τὰ παρακελεύσματα, si τὸ παρὰ in ea voce eam vim haberet, quam in παραπρεσβεία. Sciunt, quid velim, eruditi. Sicut enim *excursus* παραδρομὴ est illi grammatico, sic *exhortamentum* est παρακέλευσμα, clamor inconditus, & qui praeter ordinem. Fortasse autem in illo Laverii loco in Cithera, *Nec palmarum pulsus, nec portisculi*, de loco sumendum, non de hortatore, contra Nonium, qui τὸ κέλευσμα remigibus canebat. Hunc Orphea inter Argonautas Apollonii fuisse docti hujus temporis arbitrantur; in quo falluntur vehementer: fuit enim Tiphys, quod vel ex illustri libri I. loco vers. 378. probari potest:

Ὕψι δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα μεταστρέψαντες ἐρετμὰ
Πηχυῖον προὔχοντα περὶ σκαλμοῖσιν ἔδησαν,
Τῶν ἐπαμοιβαδὶς αὐτοὶ ἐνέσταθεν ἀμφοτέρωθεν,
Στέρνα δ' ὁμοῦ καὶ χεῖρας ἐπήλασαν· ἐν δ' ἄρα Τῖφυς
Βήσαθ', ἵν' ἐτρύνειε νέους κατὰ καιρὸν ἐρύσσαι·
Κεκλόμενος δ' ἤϋσε μάλα μέγα.

Quid, quaeso, est Κεκλόμενος ἄϋσε μάλα μέγα, nisi ὑποκελεῦσαι, & celeusten agere? Nam Orphea Celeusten quod putant, quia cytharam remigantibus illis pulsat, oppido quam ineptum est. Quid enim opponent versibus illis? & quod, quaeso, celeusma canit Orpheus? qui vers. 496.

Ἤειδεν δ' ὡς γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι, &c.

quae omnia non magis ad celeusma, quam ad me, spectant. Quid? quod doctissimus Interpres post versus illos vers. 513.

(Τοὶ δ' ἄμοτον λήξαντος ἔτι προὔχοντο κάρηνα
Πάντες ὁμῶς, ὀρθοῖσιν ἐπ' οὔασιν ἠρεμέοντες
Κηληθμῷ.)

qui de Orpheo loquitur, in exemplaribus quibusdam ita scriptum se invenisse testatur:

Ἦμος δὲ τριτάτη φάνη ἠώς· τῇ δ' ἐπὶ ἀκτὰ
Βουθύσιον ἑκάτοιο κατ' αὐτόθι δαινυμένοισι,
Τῆμος ἄρ' ἐκ δίεθεν πνοιὴ πέσεν. ὦρτο δὲ Τῖφυς

Κεκλόμενος,

Puppim aptat clavumque Cothon. micat aereus alta
Fulgor aqua trifidi splendentis in aequore rostri.
Tela simul variamque ferunt contra aspera ponti
Rerum ad tempus opem. mediae stat margine puppis,
Qui voce alternos nautarum temperet ictus,
Et remis dictet sonitum, pariterque relatis
Ad numerum plaudat resonantia caerula tonsis.

Postquam

Κεκλόμενος, βαίνω ἐπὶ σέλματα.

de quibus quid dicturi sint, non video. Celeusma certe apud Aristophanem habes vere nauticum, ita enim distinguit ab aliis, & Lucianus Tyranno [pag. 445. Ed Salmur] Ἦ καὶ ὑποκελεῦσαι δύνῃ; Χ. νὴ Δί', ἤνπερ τι κέλευσμα οἶσθα τῶν ναυτικῶν. Κ. οἶδα καὶ πολλά, ὦ Χάρων, τῶν ναυτικῶν. Ita & Martialis [lib. IV. Epigr. LXIV.]

Quem nec rumpere nauticum celeusma
Nec clamor valet helciariorum.

Ennius *signum* vocat τὸ κέλευσμα, & *dare signum* τὸ κελεύειν.

——— *portisculus signum*
Cum dare coepisset.

D. HEINSIUS. Hunc locum viri doctissimi D. Heinsius & Cl. Dausquejus acceperunt de hortatore remigum, qui Graecis κελευστὴς dicitur. Schefferus lib. III. de Milit. Nav. cap. I. & lib. IV. cap. VII. hortatorem à symphoniaco distinguit: quorum ille remigibus praecipiebat, ut modo remis incumberent, modo ab opere quiescerent; nunc fortius, nunc remissius remigarent: hic vero cantu efficiebat, ut nautae remis aequaliter mare plauderent, ne, si id inaequali ictu facerent, cursus navigii impediretur: inter celeusma autem & symphoniam hoc interesse statuebat, illud semper voce simplici, hanc modulatione quadam fieri; illud semper ore proferri, hanc adjunctis ut plurimum musicis instrumentis. Quod vero ad hunc locum attinet, pag. 309. illum non de hortatore, sed symphoniaco intelligendum ex his verbis colligebat,

——— *pariterque relatis*
Ad numerum plaudat resonantia caerula tonsis.

Verum is, quem Silius hic describit, dicitur *VOCE alternos remigum ictus temperasse*, quod non minore veri specie ad hortatorem, quam symphoniacum, referri potest; ipse enim doctissimus Schefferus celeusma *ore* semper prolatum, symphoniam *frequentius musicis quibusdam instrumentis* editam fuisse, dicit: praeterquam quod multa adhuc supersint, quibus haec distinctio maximam partem everti posset. Sed ratio annotationum non permittit, ut his diutius immoremur, praesertim cum etiam quaedam adversus D. Heinsium disputanda sint. Vir enim doctissimus, sui temporis heroum Scaligeri, Casauboni, aliorumque opinionem secutus, *Portisculum* eundem fuisse, qui hortator seu Κελευστὴς, credidit. Sed viros eruditos falli egregie demonstravit vir maximus J. Fr. Gronovius IV. Observ. cap. XXVI. docens, Portisculum vel esse malleum, quem hortator manu tenet, vel perticam, quam incutit. vide etiam Dousae Centur. Plaut. lib. I. cap. VI. Deinde Doctissimus Heinsius Tiphyn, non Orphea, remigum in Argonautarum expeditione Colchica hortatorem fuisse putat. Sed perperam. Tiphys enim tum non hortator, sed navis gubernator erat, si verbis Apollonii, Valerii Flacci, & Hygini fides habenda est. Sic enim Apollonius lib. I. vers. 400.

——— Ἐπὶ δ' ἔτριχον ἀνύσαντες
Τῖφυν ἐϋστείρης οἰήια νηὸς ἔρυσθαι.

Sed initis suffragiis mandarunt Tipho tractandum navis probiter carinatae gubernaculum. Valer. Flacc. lib. I. vers. 481.

Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro
Hagniades; felix stellis qui segnibus usum,
Et dedit aequoreos coelo duce tendere cursus.

Hygin. fab. XIV. *Tiphys Phorbantis & Hymanes filius Boeotius: is fuit gubernator navis Argo.* Nec aliter ille, qui Orpheus nunc vulgo vocatur, in Argon. vers. 120.

Τῖφυν θ' Ἁγνιάδην δολιχῆς ἰθύντορα νηός.

Tiphynque Hagniadem longae rectorem navis. & mox:

Ὃς περὶ μὲν βένταισι καὶ ἀργέστην ἀέλλαις
Νῆα κατιθύνειν δέδαεν πολυμήτιδι τέχνῃ.

Qui quidem, tum secundis ventis, tum in albicantibus turbinibus, navem gubernare scivit prudenti arte. Si aliorum poëtarum similia testimonia ad partes vocare vellem, lectorum patientia abuterer. Deinde iidem scriptores Orphea hortatorem faciunt. Apoll. Rhod. lib. I. vers. 540.

Ὡς ὑπ' Ὀρφῆος κιθάρῃ πέπληγον ἐρετμοῖς
Πόντου λάβρον ὕδωρ.

Sic ad citharam Orphei pellebant remis rapidam maris aquam. Valer. Flacc. lib. I. vers. 470.

Nec vero Odrisius transtris impenditur Orpheus,
Aut pontum remo subigit: sed carmine tonsas
Ire docet, summo passim ne gurgite pugnent.

Hygin. fab. XIV. *Celeusma dixit Orpheus Oeagri filius.* Quod autem ad tria loca Apollonii, quae pro sententia sua laudavit Doctissimus Heinsius, attinet, ex iis id, quod volebat, minime conficere potest. In primo enim, qui est lib. I. vers. 378. Tiphys, navi insistens, Argonautas docet, quomodo eam optime e terra in mare deducant, idque antequam ei gubernatoris munus delatum erat. In secundo, qui est vers. 496. Orpheus, mundi creationem & elementorum distinctionem canens, non *requiemque modumque Ore dabat remis*, sed inter Argonautas in

Postquam confectum nautis opus, horaque cursus,
Atque armata ratis, ventoque dedere profundum;
Omnis turba ruit, matres, puerique, senesque.
Per medios coetus trahit atque inimica per ora
Spectandum Fortuna ducem. fert lumina contra
Pacatus frontem: qualis cum litora primum
Attigit appulsa rector Sidonia classe.
Accessi comes haud ipso renuente, ratique
Impositus maestis socium me casibus addo.
Illuviem, atque inopes mensas, durumque cubile,
Et certare malis urguentibus, hoste putabat
Devicto majus; nec tam fugisse cavendo
Adversa egregium, quam perdomuisse ferendo.
Spes tamen una mihi, (quamquam bene cognita & olim
Atrox illa fides) urbem, murosque, domumque
Tangere si miseris licuisset, corda moveri
Posse viro, & vestro certe mitescere fletu.
Claudebam sub corde metus, lacrimasque putabam
Esse viro, & nostrae similem inter tristia mentem:
Cum tandem patriae Tiberino allabimur amni.
Servabam vultus ducis ac prodentia sensum
Lumina, & obtutu perstabam intentus eodem.
Si qua fides, unum, puer, inter mille labores,
Unum etiam in patria, saevaque in Agenoris urbe,
Atque unum vidi poenae quoque tempore vultum.

Obvia

litore epulantes, priusquam navem solverent, lyra cantum tentabat, ut idem etiam facit apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 277.

Thracius hic nectem dulci testudine vates
Extrahit; ut steterit redimitus tempora vittis
Phryxus &c.

In tertio loco versus, illi, quos Scholiastes ad vers. 515. ἐν τῇ προεκδόσει reperit, non aliud volunt, quam Tiphyn, cum ventum secundum flare perciperet, socios adhortatum fuisse, ut navem conscenderent, ac de litore solverent, non vero celeusten seu hortatorem fuisse. Idem facit apud Orph. in Argon. vers. 440.

Τῖφυς δ' εἰσαΐξας νηὸς ἄπο, καί ῥ' ἐκέλευεν
Ὦκα πασὰ Μινύαισι.

Tunc Tiphys venit à navi, & vocavit repente Minyas. & alibi: etiam apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 613.

Jamque morae impatiens cunctantes increpat ausus
Tiphys, & oblato monet otia rumpere cursu.

Sed haec latius forsitan deduximus, quam notarum ratio patitur.

v. 365. *Atque armata ratis*] *armata ratis*, est instrumentis nauticis instructa. Id enim dicitur *armare ratem*, non tam habito respectu ad arma militaria, quam nautica. Auson. praefat. ad Theod. vers. 3.

Solvere de portu classem Neptunus inermem.

vide Casaubon. ad Athen. v. Deipnos. cap. IX.

v. 365. *Ventique dedere profundum*] *ventoque* scripti. nautae scilicet. N. HEINSIUS. Ita & Mediolan. editio.

v. 374. *Hoste putabam Devicto majus*] Emendetur *putabat*. Non enim de Maro hoc intelligendum, ut vulgo fit, sed de Regulo. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXI. *putabat* bene cum Agrippino codice Modius, accedit & Oxonius. N. HEINSIUS. τὸ *putabat* videtur etiam Dausquejus probasse.

v. 380. *Posse viro*] *viri* Oxonius & Agrippinas. bene, nam *viro* subsequitur. N. HEINSIUS.

v. 383. *Patriae Tiberino allabimur amni*] *patrio* Puteaneus. Forte, *patrio Tiberini allabimur amni*. N. HEINSIUS.

v. 384. *Servabam vultus ducis*] *Servabam*, est observabam. infra lib. XV. vers. 217.

Ac pelago vectus servata Laelius hora.

Plura exempla N. Heinsius supra habet lib. III. vers. 380.

v. 384. *Et prodentia sensum Lumina.*] Cicero I. de Legib. cap. IX. *Tum speciem ita formavit oris, ut in ea penitus reconditos mores effingeret. Nam & oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti simus, loquuntur: & is, qui appellatur vultus, qui nullo in animante*

Obvia captivo cunctis simul urbibus ibat
Ausonia, &, campum turba vincente, propinqui
Implentur colles: strepit altis Albula ripis.
Ipsi Poenorum proceres immitia corda
Ad patrios certant cultus revocare, togaeque
Addebatur honos. stetit, illacrimante Senatu,
Et matrum turba, juvenumque dolore profuso,
Inter tot gemitus immobilis: aggere Consul
Tendebat dextram, & patria vestigia primus
Ponentem terra occursu celebrabat amico.
Collegit gressum; monitusque recedere Consul,
Nec summum violare decus: cingente superba
Poenorum turba, captivoque agmine septus
Ibat, & invidiam coelo Divisque ferebat.
Ecce trahens geminum natorum Marcia pignus,
Infelix nimia magni virtute mariti,
Squalentem crinem & tristes lacerabat amictus.
Agnoscisne diem? an teneris non haesit in annis?
Atque ea, postquam habitu juxta & velamine Poeno
Deformem aspexit, fusis ululatibus aegra
Labitur, & gelidos mortis color occupat artus.
Si qua Deis pietas, tales, Karthago, videre
Dent tibi Sidonias matres! me voce quieta
Affatus, jubet & vestros & conjugis una

Arcere

animante esse, praeter hominem, potest, indicat mores. Saxo Gramm. lib. VI. Hist. Dan. pag. 115. *Concepti furoris magnitudinem acerrimo oculorum habitu prodidit, internosque motus externo oris indicio patefecit, occultam animi procellam aperta luminum saevitia testatus.* Pro *& prodentia*, libri scripti *at*.

v. 389. *Cunctis simul urbibus ibat*] Forte *junctis*. N. HEINSIUS. Ita saepe peccatum fuisse infra docebo ad lib. IX. vers. 641. hic tamen nihil mutarem.

v. 394. *Abdebatur honos*] Plane legendum *Addebatur honos*. Hoc enim dicit, Senatum quamvis captivo Regulo habitum senatorium honoris ejus caussa indulsisse; quo tamen ille uti tenuit, ne pollueretur ab eo, qui adhuc in hostium potestate esset. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXI. *Addebatur* ex scriptis & editione Aldina, quomodo & Modius. Pessime haec de vestitu Punico capit Interpres. At Silius vult, vestitum Romanum, à Karthaginiensibus ultro oblatum, à Regulo fuisse tejectum. vide de hoc loquendi modo lib. III. vers. 350. N. HEINSIUS. Omnino recte viri docti ex scriptis *Addebatur* revocarunt: neque aliter est in editionibus Mediol. Gryphii, & Nutii. Saepissime librariorum culpa τὰ *Addere* & *Abdere* invicem commutata fuerunt. Vide Dousam ad Lucilii I. Satyr. fragm. 13. Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 994. N. Heinsium ad Silii lib. II. vers. 593. h. lib. vers. 21. lib. XV. vers. 491. ad Ovid. Remed. Amor. vers. 588. & Gebhard. ac Broekh. ad Tibull. lib. I. eleg. II. vers. 22. & in genere pleraque verba, quae cum praepositionibus *ab* & *ad* composita erant. vide infra ad libr. XI. vers. 14. Vulgatam lectionem male defendit Dausquejus.

v. 403. *Martia*] *Marcia* cum Coloniensi. N. HEINSIUS. Recte. in priscis enim monumentis passim haec gens *Marcia*, non *Martia*, vocatur. Pravo tamen scribarum errore invaluit, ut ubique fere *Martia* sit, ut infra lib. XIII. vers. 700. ubi vide, quae notantur. Adde Carol. Sigonium ad Livii lib. I. cap. XXXII. & Broekhus. ad Propert lib. III. el. I. vers. 52. & ad Tibul. lib. III. el. VI. vers. 58.

v. 405. *Tristis lacerabat amictus*] Malo *tristes amictus*, id est, lugubres. atque ita idem Coloniensis. N. HEINSIUS. Verba sunt Donati ad Virgilii XI. Aen. vers. 532. Tristis *positum est, & remansisse putatur incertum, an* tristes *Latonia virgo* voces *daret, an* tristis voces. *Dictum hoc melius adverti non potest; nisi morem Poetae retinentes, quem ubique servavit, bis intelligamus* Tristis: *ut, qualis anima fuit, talis habuisse videatur & verba. Proinde* tristis Latonia voces tristes *emittebat*. Simili modo in Colon. codice *spirantis* quarto casu, pro spirantes, & *tris*, pro tres, fuisse notavit N. Heinsius supra lib I.

vers.

Arcere amplexus, patet impenetrabilis ille
Luctibus, & numquam submissus colla dolori.
Hic alto juvenis gemitu lacrymisque coortis,
Magne parens, inquit, quo majus numine nobis
Tarpeja nec in arce sedet, si jura querelis
Sunt concessa piis, cur hoc matrique mihique
Solamen, vel cur decus hoc, o dure, negasti,
Tangere sacratos vultus, atque oscula ab ore
Libavisse tuo? dextram mihi prendere dextra
Non licitum? leviora forent haec vulnera quantum,
Si ferre ad manes infixos mente daretur
Amplexus, venerande, tuos. sed vana recordor
Ni, Mare, (nam primo tunc haerebamus in aevo)
Humana major species erat: horrida cano
Vertice descendens ingentia colla tegebat
Caesaries, frontique coma squalente sedebat
Terribilis decor, atque animi venerabile pondus.
Nil posthac oculis simile incidit. Excipit inde
Jam Marus, atque, inhibens convellere vulnera questu,
Quid, cum praeteritis invisa penatibus, inquit,

Hospitia

vers. 123. praestat tamen praestantissimo codici assentire.

v. 413. *Arcere amplexus jubet*] Lege *Arceri*. N. HEINSIUS. Pariter infra peccatum erat lib. IX. vers. 599.

Spargere flagrantes contra bellantia monstra
Dardanius taedas victor jubet.

ubi in scriptis est *Spargi flagrantes*. Petron. Satyr. cap. XXXIV. *Colaphisque objurgare puerum ac projicere rursus parapsidem jussit.* ubi *objurgari* habet codex Tragur. probantibus Scheffero & Boschio. infra Silius vers. 453. *Consul adire Accirique jubet Libyas.* ubi N. Heinsius *adiri* malebat. Apud Curtium lib. III. cap. I. *Ille non hos modo, sed etiam ceteros Graecos, restitui suis jussurum respondit.* ubi perperam nonnulli codices *restituere*. vide etiam Behot. I. Apophor. cap. XX.

v. 414. *Numquam submissus colla dolori*] Potest hoc ferri: maluerim tamen *submissus corda*. N. HEINSIUS. Sic Statius IX. Theb. v. 712.

Talia cernenti mitis subit alta Dianae
Corda dolor.

Non raro autem ita peccarunt scriptores librarii, ut infra lib. VII. vers. 124.

Celsus colle jugi domat exsultantia corda.

ubi nonnulli libri *colla* habent. Et ita fortasse emendandum in Catal. Pithoei lib. I. pag. m. 27.

Ante feri cervis submittent colla leones.

vulgo est *corda*. Hoc tamen loco ferri potest & vulgata scriptura. Puto enim respexisse Silium ad morem, quo devicti ante victoris pedes se sternere cogebantur, ut is colla & caput pedibus premeret. Eo & infra alludit lib. X. vers. 216.

Ingens ferre mala, & Fortunae subdere colla
Nescius.

libro XI. vers. 19.

——— *Afrisque ad barbara jussa*
Thespiadum docuit subjicere colla nepotes.

Propert. lib. I. eleg. I. vers. 3.

Tum mihi constantis dejecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit Amor pedibus.

ubi vide Elegantissimum Broekhusium.

v. 422. *Leviora forent haec vulnera quantum*] *quanto* maluerim. N. HEINSIUS. Ovid. in Rem. Amor. vers. 217.

Sed quanto minus ire voles, magis ire memento.

v. 425. *Ni male*] Scriptura Modiana *Mi Mare*. Totidem literis Oxoniensis, sed addito spurio versu, quem tamen vacare ipsamet confitetur. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Mi Mare* in aliis est. ab Agrippino codice confirmatur *Ni Mare*, quod verum est. In Romana tamen & Parmensi editione *Ni male*. N. HEINSIUS. In Mediolan. editione vulgatam etiam lectionem, *Ni male*, inveni. Wolfii Basileensis habet *Mi Mare*. Sed optime Marsus *Ni Mare* edidit, quod N. Heinsius ex Coloniensi probavit.

v. 427. *Ingentia colla tegebat Caesaries.*] Hinc patet, quantum à vero absint viri docti, qui caput, brevi & vix collum tegente capillitio ornatum, quod Ursin. dederat in Imagin. lib. II. cap. II. segm. 21. pag. 131. ad Regulum, qui Karthagine periit, referunt: quod, teste viro Celeberrimo Jac. Gronovio in thesauro Antiq Graec. tom. III. num. 6. ad L. Livinejum Regulum pertinebat. Majori jure ad Regulum nostrum referri posset hic nummus,

quem

Hospitia & sedes Poenorum intravit acerbas?
Affixi clipei, currusque, & spicula nota
Aedibus in parvis, magni monumenta triumphi,
Pulsabant oculos, conjuxque in limine primo
Clamabat, Quo fers gressus? non Punicus hic est,
Regule, quem fugias, carcer. vestigia nostri
Casta tori, domus & patrium sine crimine servat
Inviolata larem. semel hic, iterumque (quid, oro,
Pollutum est nobis?) prolem, gratante Senatu
Et patria, sum enixa tibi. tua (respice) sedes
Haec est, unde ingens humeris fulgentibus ostro
Vidisti Latios Consul procedere fasces;
Unde ire in Martem, quo capta referre solebas,
Et victor mecum suspendere postibus arma.
Non ego complexus & sanctae foedera taedae
Conjugiumve peto. patrios damnare Penates
Absiste, ac natis fas duc concedere noctem.
Hos inter fletus junctus vestigia Poenis
Limine se clusit Tyrio, questusque reliquit.
Vixdum clara dies summa lustrabat in Oeta

Herculei





v. 434. *Et spicula nota Aedibus in parvis*] An *vota?* sic *clipei votivi*, & similia apud veteres. *vota simulacra* ivimus restitutum lib. III. vers. 30. N. HEINSIUS. Ita saepe peccatum notarunt viri docti. vide Pier. ad Virgilii XII. Aen. 769. Nic. Heinsium ad Nasonis X. Metam. vers. 693. ad XIII. Metam. vers. 634. ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 149. ad Silii lib. II. vers. 282. lib. XVII. vers. 23. & Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. VII. vers. 63.

v. 439. *Domus & patrium*] *en patrium* fortasse. Sequentia, *quid, oro, Pollutum est nobis?* non videntur sana. N. HEINSIUS.

v. 444. *Vidisti Latios Consul praecedere fasces*] *procedere* scripti & Romana ac Parmensis editio. Sic & lib. VIII. vers. 477. ex scriptis,

Bis senos haec prima dedit procedere fasces.

procedere castris lib. VII. vers. 525. Paullo post, pro *mecum*, fortassis *meritis suspendere postibus arma.* ut lib. VII. vers. 19.

Surge, age, & emerito sacrum caput insere coelo.

lib. XI. ex scriptis vers. 462.

— nervi
Emeriti fulgent clara inter sidera coeli.

&

— merita inter proelia fama.

& eodem lib. vers. 241.

Magnanime huic miles meritas innecte catenas.

libro XII. vers. 392. *meritum vati sacremus honorem.* libr. XIII. vers. 174. *meritique cupido cruoris.* N. HEINSIUS. Recte Nic. Heinsius *procedere* ex libris priscis vindicavit. juvant etiam Mediolanensis editio, & Marsi, ac Martini Herbipolensis. Propria haec vox est. *Procedere* enim dicebatur Consul, cum primo initi consulatus die ex aedibus in Capitolium, ingenti amicorum comitante turba, deducebatur, ut Jovi vota nuncuparet. Claudian. in III. Consul. Hon. vers. 7.

Tuque o, qui patrium curis aequalibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede secundis
Alitibus, Phoebique novos ordire meatus.

vide Eminentissimum Noritium Dissert. I. de Numm. Dioclet. cap. V. & Amplissimum Cuperum ad Lactant. de Mortib. Persecut. cap. XVII. Cum autem summa pompa & sollemnitate id fieri soleret, hinc & pompae illae superstitiosae Catholicorum Romanensium, quae stato tempore in honorem Divi vel Divae cujusdam celebrantur, *processiones* dici solent. Vide Savaron. ad Sidon. Apoll. lib. V. Epist. XVII. & Du Cange Glossar. Mediae Latin. ea voce. simili modo infra peccatum erat lib. VII. vers. 91. peccati caussam autem supra aperui ad vers. 45.

v. 449. *Fas duc concedere noctem*] *fas est* Oxon. Putean. & Romana editio. N. HEINSIUS.

v. 451. *Limine se duxit Tyrio*] Hic emendandum *se clusit.* Literarum *c* & *l* in *d*, ut saepe alias, coalescentia erroris fuit occasio. MODIUS Novant.

Lectum.

Herculei monumenta rogi, cum Consul adire
Accirique jubet Libyas. tum limina templi
Vidimus intrantem. quae consultata Senatus,
Quasve viri voces extremum Curia maerens
Audierit, placido nobis ipse edidit ore.
Intulit ut gressus, certatim voce manuque
Ad solitam sedem & vestigia nota vocabant.
Abnuit, antiquumque loci aspernatus honorem est.
At circumfusi non secius undique dextram
Prensare, ac, patriae ductorem nomine tanto
Redderet, orabant: captiva posse redemtum
Pensari turba: ac Tyrias tum justius arces
Arsuras dextra, fuerit quae vincta catenis.
Tum palmas simul attollens ac lumina coelo:
Justitiae rectique dator, qui cuncta gubernas,
Nec levior mihi Diva Fides, Sarranaque Juno,
Quos reditus testes jurata mente vocavi,
Si mihi fas me digna loqui, Latiosque tueri
Voce focos; ibo ad Tyrios non segnior, inquit,
Stante fide reditus & salvo foedere poenae.
Sic nobis rerum exitio desistite honorem
Tendere. tot bellis, totque annis fregimus aevum:
Nunc etiam vinclis & longo carcere torpent

Captivo

Lection. Epist. LXXI. *se clusit* bene Coloniensis, probantibus Modio &, quod mireris, Dausquio. N. HEINSIUS. Recte emendarunt, & erroris originem ostenderunt viri docti. vide supra ad lib. II. vers. 52. *clusit* autem pro *clausit*. ita enim frequenter priscae membranae, ex quibus ita ubique in Silio edi jussit Illustrissimus Heinsius, quem etiam vide ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 36.

v. 453. *Consul adire Accirique jubet Libycos*] *Libyas* bene Coloniensis, ut & infra vers. 485. *Exposcunt Libyes*, non *Libyci*. vers. 500. *Tollite me Libyes* denuo è scriptis. Adeantur, quae annotamus lib. I. vers. 189. Videtur praeterea scribendum, *adiri Accirique jubet Libyas*. N. HEINSIUS. Non male *adiri*. vide supra ad vers. 413.

v. 455. *Quae consultata Senatus*] Puto, *quaenam consulta Senatus*. N. HEINSIUS. Recte. *Consultum* pro consilio. Sallust. in bello Catilin. cap. I. *Prinsquam incipias consulto, &, ubi consulueris, mature facto opus est*.

v. 459. *Et vestigia nota vocabat*] *vocabant* recte Coloniensis. Senatus videlicet universus. N. HEINSIUS.

460. *Aspernatus honorem est*] Tollit τὸ *est* Coloniensis & Oxonius. Opinor, *aspernatur honorem*. N. HEINSIUS.

v. 461. *Non secius*] Vide N. Heinsium ad Ovidii II. Metam. vers. 809.

v. 464. *Ac Tyrias*] *hac dextra* fortassis. N. HEINSIUS.

v. 467. *Rectique dator.*] Fortassis *rectique sator*. N. HEINSIUS. Sed nec vulgatum male se habet. ita Graecis Dii δωτῆρες ἑάων dicuntur. apud Homer. Odyss. Θ. vers. 325.

Ἕσταν δ' ἐν προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἑάων.

Stabant autem in vestibulo Dii datores bonorum. & vers. 335.

Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἑάων.

Mercuri, Jovis fili, internuncie, dator bonorum. Sic Bacchus *Laetitiae dator* dicitur apud Maron. I. Aeneid. vers. 734.

Adsit laetitiae Bacchus dator, & bona Juno.

v. 468. *Sarranaque Juno*] Nihil hic culpandum: Agrippinus tamen *Serranaque Juno*. ut Juno numen tutelare fuerit gentis Atiliae. N. HEINSIUS. *Sarrana*, est Tyria, & hinc etiam Punica. Junonem autem Karthagine praecipua religione cultam fuisse patet ex initio Punicorum Silii & Aeneïdos Maronis. vide etiam Hendreich lib. II. de Rep. Karthag. sect. I. cap. IV. §. 201. Juravit itaque Regulus, antequam Romam abiret, non suos solum seu Romanos, sed etiam Punicos Deos, & in his praeprimis Junonem Sarranam, se, si captivorum permutatio non placeret, in vincula rediturum. Ita Syphax, cum Scipione foedera initurus, & Jovem Hammonem & Jovem Tarpejum testes invocabat infra lib. XVI. vers. 262.

——— *nec votis Superi concordibus absint,*
Corniferumque Jovem Tarpejumque ore vocemus.

Ob

Captivo in ſenio vires. fuit ille, nec umquam,
Dum fuit, a duro ceſſavit munere Martis
Regulus. exſangui ſpectatis corpore nomen.
At non Karthago, fraudum domus, inſcia quantum
E nobis reſtet, juvenes parat, aſpera ferro
Pectora, captivos noſtra penſare ſenecta.
Ite dolos contra: genſque aſtu fallere laeta
Diſcat, me capto quantum tibi, Roma, ſuperſit.
Nec vero placeat, niſi quae de more parentum
Pax erit. expoſcunt Libyes, nobiſque dedere
Haec referenda, pari libeat ſi pendere bellum
Foedere, & ex aequo geminas conſcribere leges.
Sed mihi ſit Stygios ante intraviſſe penates,
Talia quam videam ferientes pacta Latinos.
Haec fatus Tyriae ſeſe jam reddidit irae,
Nec monitus ſpernente graves fidoſque Senatu,
Poenorum dimiſſa cohors. quae maeſta repulſa,
Ac minitans capto, patrias properabat ad oras.
Proſequitur vulgus Patres: ac planctibus ingens
Perſonat & luctu campus. revocare libebat
Interdum, & juſto raptum retinere dolore.
At trepida, & ſubito ceu ſtans in funere, conjux
Ut vidit puppi properantem intrare, tremendum

Vociferans,

Ob haec minime recipiendam puto Colonienſium membranarum lectionem.

v. 469. *Quos reditus teſtes jurata mente vocavi*] Senſus Reguli eſt: Rediturum me non ſolum lingua, ſed mente etiam, per hos Deos juravi. Reſpexit autem forſitan Silius ad illud Hippolyti apud Eurip. in Hippol. verſ. 612.

Ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Lingua juravit, mens vero injurata eſt. ubi vid. Barneſium.

v. 470. *Sit mihi fas*] *Si mihi fas me digna loqui* Colonienſis. bene. N. HEINSIUS.

v. 473. *Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem Tendere*] *Sit* ſcripti. perperam. pro *Tendere*, putabam *Pendere*, pro ſolvere, ſeu penſare. Infra verſ. 485. *pari libeat ſi pendere bellum Foedere.* Sed hic loci, ni fallor, praeſtiterit *Vendere*;

Sic nobis rerum exitio deſiſtite honorem
Vendere

Claudianus I. de Laud. Stilic.

Illi terribiles, quibus otia vendere ſemper
Mos fuit.

Contra *emere* paſſim apud poëtas. tale illud,

Emtum eſt ingenti clade perenne decus.

N. HEINSIUS. Veroſimillima eſt viri Illuſtriſſimi conjectura *Vendere.* vide ſupra ad lib. v. verſ. 601. Facillime enim literae verſuum initiales in Mſtis mutantur. Librarii enim eas plerumque omittere ſolebant, ut poſtea minio pingerent: quod cum ſaepe negligerent facere, alii eas, quae ſibi loco aptae videbantur, ex conjectura poſtea appoſuerunt. vide Bentl. ad Horat. lib. II. od. XVIII. verſ. 30. alioſque.

v 478. *Exſangui ſpectatis corpore nomen*] Apprime conveniunt haec cum oratione Licinii apud Livium lib. v. cap. XVIII. *Me jam non eundem, ſed umbram nomenque P. Licinii relictum videtis. Vires corporis affectae, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, memoria labat, vigor animi obtuſus.* Eo ſenſu *τὸ nomen* frequenter occurrit. vide ſupra ad lib. I. verſ. 293.

v. 480. *E nobis reſtet*] *En nobis* Colonienſis. nil muta. Deinde *juvenes parat* bene, pro *paret*, Puteaneus codex & Parmenſis editio. mox malo *aſpera bello Pectora.* N. HEINSIUS.

v. 485. *Expoſcunt Libyci*] *Libyes* cum Colonienſi & Oxonio. diximus ſupra. N. HEINSIUS. Vide ſupra ad lib. I. verſ. 189.

v. 491. *Fidoſque Senatu*] *fidoque* Colonienſis. non ſequor. N. HEINSIUS.

v. 495. *Perſonat & luctu campis*] *campus* reponatur, quomodo jam viderunt ſcribendum eſſe Livinejus & Interpres. N. HEINSIUS.

v. 498. *Ut vidit puppim properantem intrare*] *pupp* concinnius in Colonienſi. Sic ſaepe noſter; lib. VII ex ſcriptis verſ. 464.

Parte alia intrabas juſſis Saturnia ſilvis.

lib. IX. verſ. 289.

—— Diſcordia demens

Vociferans, celerem gressum referebat ad undas:
Tollite me, Libyes, comitem poenaeque necisque.
Hoc unum, conjux, uteri per pignora nostri
Unum oro; liceat tecum quoscumque ferentem
Terrarum pelagique pati coelique labores.
Non ego Amyclaeum ductorem in proelia misi,
Nec nostris tua sunt circumdata colla catenis.
Cur usque ad Poenos miseram fugis? accipe mecum
Hanc prolem. forsan duras Karthaginis iras
Flectemus lacrimis: aut, si praecluserit aures
Urbs inimica suas, eadem tunc hora manebit
Teque tuosque simul: vel, si stat rumpere vitam,
In patria moriamur. adest comes ultima fati.
Has inter voces, vinclis resoluta moveri
Paullatim, & ripa coepit decedere puppis.
Tum vero infelix, mentem furiata dolore,
Exclamat, fessas tendens ad litora palmas:
En, qui se jactat Libyae populisque nefandis
Atque hosti servare fidem! data foedera nobis,
Ac promissa fides thalamis ubi, perfide, nunc est?
Ultima vox duras haec tunc penetravit ad aures:

Cetera

Intravit coelo, Superosque ad bella coëgit.
plura lib. XI. vers. 473. Statius I. Theb.
——— *septis ut turribus aureus intres.*
Sic *invadere alicui*, & *in aliquem*. Vide Gifanii Indicem Lucretianum in *Invadere*. N. HEINSIUS. *puppi* etiam membranae Oxonienses. optime. Infra lib. XII. vers. 434.
Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentus,
Portisque intrarant Poeni.
Vide infra ad lib. VII. vers. 464.

v. 500. *Tollite me Libyci*] *Libyes* hic denuo Colon. & Oxoniensis. N. HEINSIUS. Pari constantia Arria Paeti apud Plinium lib. III. Epist. XVI. *Fuerat Paetus in partibus, & occiso Scriboniano Romam trahebatur. Erat ascensurus navem: Arria milites orabat, ut simul imponeretur. Nempe enim, inquit, daturi estis Consulari viro servulos aliquos, quorum è manu cibum capiat, a quibus vestiatur, a quibus calcietur. Omnia sola praestabo. Non impetravit. Conduxit piscatoriam naviculam, ingensque navigium minimo secuta est.*

v. 504. *Non ego Amyclaeum ductorem in proelia misi*] Oenone apud Nason. Epist. V. Heroid. vers. 155.
Et potes, & merui: dignae miserere puellae:
Non ego cum Danais arma cruenta fero.

v. 506. *Cur usque ad Poenos miseram fugis*] Sic scribunt membranae. ubique editur *ad poenas*. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Optime & verissime scripti *usque ad Poenos*. vidit & Barthius. Exhibent eandem scripturam recte Romana ac Parmensis editiones. N. HEINSIUS. Nec aliter Mediolan. ac Marsi editiones. In ea, quam Martinus Herbipol. curavit, operarum errore est *ad poenus*. primus Nicander in Juntina *ad poenas* dedit, quod reliqui typographi constanter secuti sunt. Pariter etiam librarii supra lapsi erant hoc libro vers. 338. ubi vide.

v. 509. *Eadem tunc hora manebit*] Forte, *eadem atque una hora manebit*. Virgil. XII. Aen. vers. 847. *Uno eodemque tulit partu.* N. HEINSIUS.

v. 515. *Fessas tendens ad sidera palmas*] *ad litora* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 521. *Tum fluvio raptum*] Ex iisdem scriptis *raptim*. vidit & Interpres. nec aliter vetustae editiones. N. HEINSIUS. Ita etiam Mediolan. & Parmensis editiones.

v. 522. *Pinuque juvante cavata Aequor findimus*] Repone, *immane cavata*. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXI. *innante* Dausquius. non male. Livius lib. XXI. cap. XXVI. *Alveos informes (nihil, dummodo innare aquae & capere onera possent, curantes) raptim faciebant.* Modius ex Coloniensi *Immane*. rectius. quo & illud Oxonii codicis alludit *minante*. vix tamen satisfaciunt *aequor immane* & *immensae undae*, quod tantundem est. Cogitabam aliquando, *pinuque in transtra cavata*. sic lib. VII. vers. 190. *quercu in cratera cavata*. Livius lib. XXI. cap. XXVI. *Lintres Galli cavabant ex singulis arboribus.* Patercul. lib. II. cap. CVII. *Cavatum ex materia conscendit alveum; solusque id navigii genus temperans ad medium processit fluminis.* N. HEINSIUS. Modius *pinuque*

Cetera percussi vetuerunt noscere remi.
Tum fluvio raptim ad pelagi devolvimur oras,
Ac legimus pontum, pinuque immane cavata
Aequor, & immensas curva trabe findimus undas.
Ludibrium necis horrescens, vis aspera ponti
Obrueret, scopulisque ratem furor improbus Euri
Frangeret, optabam: letum id commune fuisset.
Sed nos ad poenam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri, Tyrioque dedere furori.
Infelix vidi, patriamque remissus in urbem
Narrator poenae dura mercede reverti.
Nec tibi nunc, ritus imitantem irasque ferarum,
Pygmalionêam tentarem expromere gentem,
Si majus quidquam toto vidisset in orbe
Gens hominum, quam quod vestri veneranda parentis
Edidit exemplum virtus. pudet addere questus
Suppliciis, quae spectavi placido ore ferentem.
Tu quoque, care puer, dignum te sanguine tanto
Fingere ne cessa, atque orientes comprime fletus.
Praefixo paribus ligno mucronibus omnes

Armantur

naque Immane cavata Aequor findimus ex Coloniensi libro. sic ubique poëtis mare *immane*, *ingens*, *magnum*, *vastum* audit. supra lib. IV. vers. 245.

—— *navita vaste*
Jactatur sparsus, lacerata classe, profundo.

Marcius vates apud Livium lib. XXV. cap. XII. *Multaque millia occisa tua deferet amnis in pontum magnum ex terra frugifera.* Horat. lib. I. od. VII. vers. ult.

Cras ingens iterabimus aequor.

Tibull. lib. II. eleg. IV. vers. 10.

Naufraga quam vastis tunderet ira maris.

Senec. in Agam. vers. 410.

Quin ipse Atrides, aequore immenso vagus,
Graviora pelago damna, quam bello, tulit.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 37.

Ira maris, vastique placent discrimina ponti.

ibid. vers. 65.

Mox taciti patuere doli, nec vellera curae
Esse viro; sed sese odiis immania cogi
In freta.

Seneca V. Natur. Quaest. cap. XVIII. *Alexander ulterior Bactris & Indis volet quaerere, quid sit ultra magnum mare.* Vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Mare magnum.* Verum Nic. Heinsius, cum mox *immensae undae* sequantur, ne bis idem dicat Silius, & manifestae tautologiae reus fiat, legendum conjicit *pinuque in transtra cavata.* Appulejus II. Metam. pag. 33. ed. Pricaei, *Hic vitrum fabre sigillatum, ibi crystallum impunctum; argentum alibi clarum, & aurum fulgurans, & succinum mire cavatum in capides, ut bibas.* & mox, *gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerentes.* ibid. pag. 22. *Lapis Parius in Dianam factus tenet libratam totius loci medietatem.* Ita enim legendum contendit Illustrissimus Heinsius curis secundis ad Nasonis IV. ex Pont. Epist. I. vers. 30. quas vir Celeberrimus Petrus Burmannus una cum eruditis suis annotationibus brevi se publici juris facturum promittit.

v. 523. *Immensas undas*] Ovid. alibi, *per immensas puppe feruntur aquas.*

v. 526. *Frangeret, optabam: moderato flamine* &c.] Inserendus est versus, legendumque,

Frangeret, optabam: letum id commune fuisset.
Sed nos ad poenam moderato flamine lenes
Vexerunt Zephyri.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXI. Duo dimidii versus Coloniensium exstant & in Oxon. membranis. Nec dubito recipiendos. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *letum id commune fuisset. Sed nos ad poenam* ex tribus scriptis exemplaribus addenda curavimus, quae vulgo desiderabantur. N. HEINSIUS. Quae ex libris scriptis viri docti addiderunt, agnoscit & vetusta Mediolan. editio, nisi quod in ea, pro *ad poenam*, sit *in poenam*, ut excerpta mea in Oxon. codice, & manus Heinsii in Puteaneo fuisse testantur. In Marsi editione haec praeter aequum omissa sunt, probante minus recte Dausquejo.

v. 538. *Humentes comprime fletus*] Membranae *haurientes.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Elegantius membranae Colonienses *orientes fletus.* Oxonius *haurientes.* N. HEINSIUS.

v. 539. *Praefixo paribus ligno* &c.] De genere supplicii, quo Regulus Karthaginem redux affectus est, non eadem tradere videntur scriptores antiqui. Cruci

ci

Armantur laterum crates, densumque per artem
Texitur erecti stantisque ex ordine ferri
Infelix stimulus, somnisque hac fraude negatis
Quocumque inflexum producto tempore torpor
Inclinavit iners, fodiunt ad viscera corpus.
Absiste, o juvenis, lacrimis. patientia cunctos
Haec superat currus. longo revirescet in aevo
Gloria, dum coeli sedem terrasque tenebit
Casta Fides; dum virtutis venerabile nomen
Vivet; eritque dies, tua quo, dux inclite, fata

Audire

ci affixum fuisse Silius innuit lib. II. vers. 342.

——— *vidi, cum robore pendens*
Hesperiam cruce sublimis spectares ab alta.

Seneca Epist. XCVIII. *Singula vicere jam multi; ignem Mucius, crucem Regulus, venenum Socrates.* lib. de Provid. cap. III. de Maecenate & Regulo verba faciens, *Tam vigilabit in pluma, quam ille in cruce.* Vigiliis & inedia necatum fuisse Cicero tradit v. de Finib. cap. XXVII. *In potestate hostium vigiliis & inedia necatus est Regulus.* Quod quo sensu sit intelligendum, patet ex eodem Seneca de Provid. cap. III. *Veniamus ad Regulum. quid illi Fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit? Figunt cutem clavi, &, quocumque fatigatum corpus reclinavit, vulneri incumbit, & in perpetuam vigiliam suspensa sunt lumina.* & ex Auctore de viris Illustr. cap XL. *Karthaginem regressus, ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrsum actis, vigiliis ac dolore punitus est.* Idem etiam hoc loco Silium velle puto. Ut itaque inter hos auctores concordiam constituant, varia commenti sunt viri docti. Lipsius ad dictos Senecae locos existimat, Regulum post tormenta, in machinâ illâ seu arcâ ligneâ fortiter perpessa, cruci affixum esse, ibique obiisse. Salmasius Epist. II. de Cruce pag. 491. opinatur, Regulum, variis tormentis prius excarnificatum & necatum, post mortem demum ad exemplum & ignominiam majorem in crucem sublatum esse. Sed potior videtur sententia viri summi J. Fr. Gronovii, qui ad Senec. de Provid. cap. III. non dubitat, quin auctores ipsam illam machinam ligneam, ferris clavis praefixam, & supplicio Reguli comparatam, *crucem* vocarint: qui eo loco videndus est, ut & hoc loco Dausquejus, qui *crucem* apud Silium lib. II. vers. 343. de machina hac pariter interpretatus est.

v. 540. *Densusque per artem*] *densumque* Coloniensis. eleganter, pro dense. ita passim Silius. N. HEINSIUS.

v. 543. *Quoscumque inflexus producto tempore tortor*] Scripta lectio, *Quocumque inflexum perducto tempore.* Prorsus vero vera est Dausqueji conjectura *torpor iners*, quam qui in textum non recipit, nihil agit. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Quocumque inflexo perducto* Puteaneus, *Quocumque flexum* Coloniensis, *Quocumque inflexum* Oxonius & editio Romana. Pro *tortor*, Dausquius non male *torpor*, Puteaneus & editio Romana *tactor*, editio Parmensis *Quodcumque inflexus tactor.* Scribo,

——— *somnisque hac fraude negati*
Quocumque inflexum producto tempore torpor
Inclinavit iners, fodiuntur viscera, corpus.

Et somni hac fraude negati producto tempore quocumque corpus inflexum torpor iners inclinavit, illic fodiuntur viscera. τὸ *torpor* etiam Barthio est probatum. N. HEINSIUS.

v. 545. *Patientia cunctos Hos superat casus*] Membranae *cursus.* Fortunae cursus. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Hos superat currus* in Oxonio. male ex eo Barthius *cursus* proferebat, ut *Hos Fortunae cursus* intelligas. *Haec superat currus* Coloniensis. optime. Videtur illa Lucani cogitasse de Catone, per Africam iter faciente, lib. IX. vers. 598.

Hunc ego per Syrtes Libyaeque extrema triumphum
Ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeji.

Currus autem triumphales sive triumphos innuit. ut noster lib. XI. vers. 596. *pax una triumphis Innumeris potior.* Idem Lucan. lib. I. vers. 316. ubi Caesar de Pompeji triumphis,

Ille reget currus nondum patientibus annis?

lib. III. vers. 77. de Caesare triumphante,

——— *celsos ut Gallia currus*
Mobilis, & flavis sequeretur mixta Britannis.

lib. VIII. vers. 809. de Pompejo iterum,

Armaque Sertori revocato Consule victa
Et currus, quos egit eques.

& mox vers. 814.

——— *ter curribus actis*
Contentum patriae multos donasse triumphos.

lib. IX. vers. 79. *non alta terens Capitolia curru Gratior.* Statius via Domitiana,

Et laudum cumulo beatus omni
Scandes belliger, annuesque currus.

sic illa scribenda esse ex vestigiis veterum librorum alibi monebimus. Noster lib. III. vers. 614. de Domitiano,

Hic & ab Arctoo currus aget axe per orbem,
Ducet & Eoos, Baccho cedente, triumphos.

lib. VII. vers. 588.

Cum.

Audire horrebunt a te calcata minores.
Haec Marus, & maesta refovebat vulnera cura.
Interea, rapidas perfusa cruoribus alas,
Sicut sanguinea Thrasymeni tinxerat unda,
Vera ac ficta simul spargebat fama per Urbem.
Allia, & infandi Senones, captaeque recursat
Attonitis arcis facies. excussit habenas
Luctificus pavor, & tempestas aucta timendo.
Hinc raptim ruit in muros. vox horrida fertur,
Hostis adest. jaciuntque sudes & inania tela.

Ast

Cum pulsus lare & extorris Capitolia curru
Intrares exul.

quem locum pessime sollicitat Interpres. Sic & sumtum videtur lib. I. vers. 613.

Ad parvos curru remeabant saepe Penates.

Florus lib. IV. cap. XII., *Digna res lauro, digna curru Senatui visa est.* Propert. lib. II. eleg. XIV.

Haec mihi devictis potior victoria Parthis,
Haec spolia, haec reges, haec mihi currus erunt.

Plinius VII. Hist. Nat. cap. XIV. de Metello, *Quos non honores currusque illa sua violentia Fortuna retroegit, per mediam urbem Censore tracto.* Symmach. lib. X. Epist. XVII. *Memor scilicet bonorum parentum, quos Tarquinii fastus, & ipsius Camilli currus offendit.* Nota sunt illa Virgilii VI. Aeneïd. vers. 837.

Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho
Victor aget currum.

N. HEINSIUS. Noster infra lib. IX. vers. 634.

——— *quem vinctum colla catenis*
Staturum ante tuos currus promisimus Urbi.

Vellej. Paterc. lib. I. cap. IX. *Quo anno & Octavii Praetoris navalis, & Anicii, regem Illyriorum gentium ante currum agentis, triumphi fuere celebres.* Vide Salmas. Exercit. Plinian. pag. 271. *Patientia* autem hic est rerum difficilium & asperarum voluntaria perpessio. Sic Livius lib. XXX. cap. XXVIII. *Duratum omnium rerum patientia, quas vix fides fiat homines passos.* Seneca de Provid. cap. III. de nostro Regulo, *Quid illi Fortuna nocuit, quod illum documentum fidei, documentum patientiae fecit?* Tibull. lib. III. Eleg. II. vers. 5.

Non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro
Ingenio.

ubi plura exempla habet optimus Brockhus. Iscanius I. de bell. Troj. vers. 141.

Discite dura pati; sola est, quae conterit hostem,
Virtutesque regit, patientia: sola triumphis
Militat innocuis, & honestae consulit irae.

hinc *patientiam* & *laborem* jungit Saxo Gramm. lib. VII. Histor. Danic. pag. 128. *Corpus animumque patientia ac labore durare solebat.*

v. 546. *Longo revirescet in aevo*] *reviresceret aevo* pessime editio Dausquejana. N. HEINSIUS.

v. 548. *Virtutis venerabile nomen*] *inviolabile* Puteaneus, & tum *virtuti* legendum. N. HEINSIUS.

v. 551. *Maesta refovebat vulnera cura*] *cura* verbum medicorum est. Celsus II. de re med. cap. X. *Quod si in cura quoque aquae, quae inter cutem est, ita respondet; quanto magis est, in sanguine quoque respondeat?* Serenus Samm. de hemicranio medendo, *certam dabit haec tibi cura salutem.* Gratius in Cyneg. vers. 366.

Illa gravis labes, & cura est altior illis.

ubi vide Barthium, & lib. II. Advers. cap. XVI. Petron. in Fragm. pag. 668. Ed. ult.

——— *morbumque animae medicaminis hujus*
Cura fuget.

Claudian. bell. Getico vers. 120.

Cautius ingentes morbos & proxima cordi
Ulcera Poeoniae tractat sollertia curae.

Eo etiam pertinet τὸ *refovere.* Ovid. II. ex. Pont. Epist. III. vers. 94.

Fomentisque juvas vulnera nostra tuis.

v. 554. *Vera ac ficta simul spargebat fama per Urbem*] *per orbem* Oxon. Putean. & editio Romana cum Parmensi. N. HEINSIUS. Etiam Mediolanensis editio *per orbem.* passim ita aberrarunt librarii. apud Lucan. lib. II. vers. 16.

——— *quantis sit cladibus urbi*
Constatura fides Superûm; ferale per urbem
Justitium.

ubi decem codices habent *orbi*, & mox tres *orbem.* vide etiam Illustrissimum Heinsium ad Claudiani II. de Laud. Stilic. vers. I. ad bell. Gildon. vers. 44. & ad II. in Rufin. vers. 25. Porro notarunt viri docti, Silium hic imitari illa Maronis ex IV. Aeneïd. vers. 188.

Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.

ad quem locum plura notat Cerda.

v. 557. *Tempestas aucta timendo*] Ut supra lib. IV. vers. 8.

Adstruit auditis, docilis per inania rerum
Pascere rumorem vulgi, pavor.

ubi vide, quae notavi.

v. 558. *Hic raptim ruit in muros*] Scribendum *Hinc.* Confirmat Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 559. *Jaciunt sudes*] MS. *jaciuntque sudes.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *jaciuntque sudes* ex scriptis. vulgata lectio tolerari neutiquam potest. & sic Barthius. N. HEINSIUS. Ita etiam Dausque-

jus

Ast aliae, laceris canentes crinibus, alta
Verrunt tecta Deûm, & feris post fata suorum
Sollicitant precibus. requiem tenebraeque diesque
Amisere: jacent portis, ululantque dolore
Dispersum vulgus, remeantumque ordine longo
Servat turba gradus: pendent ex ore loquentum.
Nec laetis sat certa fides, iterumque morantur
Orando, &, vultu interdum sine voce precati,
Quod rogitant, audire pavent. hic fletus, ubi aures
Percussae graviore malo: metus inde, negatum
Si scire, & dubius responsi nuntius haesit.

Jamque

jus ex conjectura emendavit.

v. 560. *Crinibus alta Verrunt tecta Deûm*] *Verrunt*, πλύνουσι. Crinibus enim templa, extrema impendente calamitate, verrebant Romani, quod πλύνω Polyb. lib. VIII. dixit. Αἱ δὲ γυναῖκες παραπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ὧν ἱκέτευον τοὺς θεοὺς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἔθος ἐςὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Illustris locus, quod obscurius Lucanus, *lacerasque in limine primo*, inquit, *Attonitae fudere comas*: melius autem *verrere*, quam πλύνω Polybius, dixit Silius. Sacro enim vocabulo utitur, nec ita longe petito *Everrae enim purgationes domus erant, ex qua efferebatur mortuus: unde everriator haeres dicitur, qui id mortuo debet.* Eadem voce de eodem ritu & Claudian. de laudib. Seren. utitur vers. 221.

Non illo nitidos umquam bellante capillos
Comere, non solitos gemmarum sumere cultus;

(scribo *non solita es.*)

Nummibus votisque vacas, & supplice crine
Verris humum.

D. HEINSIUS. Perperam codices Oxon. Putean. cum nonnullis editis *Vertunt tecta Deûm*, solito errore, de quo infra vide ad libr. XIV. vers. 263. Sollemne autem hoc in maximis calamitatibus fuisse notavit D. Heinsius. Sic Statius IX. Theb. vers. 637.

Illam Diva ferox etiamnum in limine sacro
Expositam & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit.

Livius lib. XXVI. cap. IX. *Ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur; sed undique matronae, in publicum effusae, circa Deûm delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes.* Mamert. Genethl. Maxim. cap. X. *Omnibus oppidis matres Italae pensa è manibus abjecerunt, parvos liberos abreptos ad templa traxerunt: ibi aedes sacras passo capillo suo quaeque verrebat.* vide Barthium ad Statii lib. V. silv. I. vers. 165. & Gebhard. ad Tibull. lib. I. Eleg. V. vers. 43.

v. 563. *Jacet portis, ululante dolore, Vulgus*] Opinor *stimulante dolore*, ut libro VII. vers. 316.

Ut passim exsultent stimulante dolore juvenci.

sic & *stimulante fame* lib. VII. vers. 716. vel, *jacent portis, vulgantque dolorem.* Nam Oxon. & Putean. cum Romana & Aldina editionibus *jacent.* Maronis illa sui cogitabat ex X. Aeneid. vers. 64.

——— *quis me alta silentia cogit*
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem.

vel, *jacent portis, cumulantque dolorem.* Sed nil mutandum. libro XII. vers. 599.

——— *sparsaeque solutis*
Crinibus exululant matres, atque ubera nudant.

Statius III. Thebaid. vers. 158.

Quis steriles thalami, nulloque ululata dolore
Respexit Lucina domum.

N. HEINSIUS. Pro *jacet*, omnes priscae editiones cum scriptis duobus *jacent*, quod Gronov. etiam placuit lib. II. de Pecun. veteri cap. IV. In Basileensi primum *jacet* editum est. pro *ululante dolore*, fortasse non male est *ululantque*, quod Illustrissimo Heinsio olim etiam in mentem venerat: quam tamen se conjecturam repudiare postea inducta linea testatus est. Firmandae huic restitutioni apprime facit locus Statii III. Theb. vers. 158. ab Heinsio laudatus.

v. 564. *Remeantumque ordine longo Servat turba gradus*] Forte *reboantumque.* N. HEINSIUS. Cur vir Illustrissimus *reboantumque* malit, aut receptam lectionem rejiciat, caussam non video. Quin omnino nihil mutandum. Silii enim sensus est, ingentem populi turbam aequo cum remeantibus ex proelio gradu incessisse, ut ex iis suorum fortunam cognoscerent. Liv. lib. XXII. cap. VII. *Ad portas maior prope mulierum, quam virorum, multitudo stetit; aut suorum aliquem, aut nuncios de his operiens, circumfundebanturque obviis sciscitantes, neque avelli utique ab notis, priusquam ordine omnia inquisissent, poterant.*

v. 566. *Iterumque morantur Orando*] Forte rectius, *Quaerendo.* N. HEINSIUS.

v. 571. *Conspectu redeuntis visa propinquo Corpora*] *redeuntum* utique; nisi mavis *redeuntia*; quod utrumque & Interpres est subodoratus. N. HEINSIUS. *redeuntia* cum illustrissimo viro malim. eodem modo *cedentia terga*, pro *cedentis*, idem infra legebat libro XIII. vers. 171.

v. 572. *Sollicitae lethi funduntur*] Haec nihili sunt. In

Jamque ubi conspectu redeuntia visa propinquo
Corpora, sollicite laeti funduntur, & ipsis
Oscula vulneribus figunt, Superosque fatigant.
Hic inter trepidos, curae venerandus, agebat
Serranum Marus: atque olim post fata mariti
Non egressa domum vitato Marcia coetu,
Et lucem caussa natorum passa, ruebat
In luctum similem antiquo: turbata repente,
Agnoscensque Marum, Fidei comes inclite magnae,
Hunc certe mihi reddis, ait. leve vulnus? an alte

Usque

In Coloniensi *laeti* & *sollicite.* Scribo *sollicite laeti affunduntur.* de *affundendi* verbo plura ad Valerium Flaccum lib. I. vers. 762. pari modo apud nostrum infra vers. 685. legendum,

——— lacerae circum fragmenta videres
Classis, & affusos fluitare in gurgite Poenos,

non *effusos. affusa moles militum* lib. V. vers. 66. quomodo & illic restituendum. lib. IV. vers. 252. *affuso squalent à pulvere crines.* sic & ibi correximus. lib. XIII. vers. 694.

——— geminae ne clade ruinae
Cesserit affusis oppressa Hispania Poenis.

lib. XIV. vers. 384. *affusa Tethys terrae.* Lucan. lib. VII. vers. 69.

——— proceresque tuorum
Castrorum, regesque tui cum supplice mundo
Affusi, vinci socerum patiare rogamus.

Jocasta apud Senec. Phoeniss. vers. 475.

Affusa totum corpus amplexu tegam.

in Oedip. vers. 71.

Affusus aris supplices tendo manus.

Troad. vers. 1074.

Nunc saeva cautes undique affusa ducum
Plebisque turba cingitur.

Elegans autem illud *sollicite laeti:* quia, ut inquit ille,

Res est soliciti plena timoris amor.

sollicitae laeti Parmensis. N. HEINSIUS. *sollicite laeti* hoc loco legendum esse Casaubonus etiam ad oram libri sui, quem servat Bibliotheca Lugduno-Batava, notavit. in Mediolan. editione erat *sollicite loeti,* in editione Marsi *sollicite laeti.* Laeti erant ob suorum reditum. Sed gaudium illud sincerum esse non sinebat sollicitudo propter vulnera visa; quae ne letifera forent, timebant. Simili modo Pygmalion dicitur *timide gaudere*, postquam voto potitus statuam eburneam animatam sensit, apud Nason. X. Metam. vers. 287.

Dum stupet, & timide gaudet, fallique veretur.

Deinde, pro *funduntur*, Nic. Heinsius *affunduntur* conjicit, ut libro XV. vers. 219.

A terge affusis cingebat tecta carinis.

libro XVII. vers. 223.

Ut vero affusis puppes procedere ventis.

Ovid. XI. Metam. vers. 366.

Affusique suae radicibus arboris haerent.

v. 573. *Superosque fatigant*] Vel gratias agendo, quod cognati & amici vivi ex proelio redierint, vel precando, ne eorum vulnera letalia esse velint. Afran. apud Non. Marcellum voce *Supplicium. Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos suppliciis, sumtu, votis, donis, precibus, plorans, obsecrans, nequidquam defatigarem.* Lucret. lib. IV. vers. 1237.

Nequidquam Divûm numen sortesque fatigant.

Livius lib. I. cap. XI. *Hersilia conjux precibus raptarum fatigata.* Statius II. Theb. vers. 244.

Certant laetitia superosque in vota fatigant.

Vide egregium Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XIII. vers. 3. *lacessere Deos* eodem sensu dixit Horat. lib. II. od. XVIII. vers. II.

——— nihil supra
Deos lacesso: nec potentem amicum
Largiora flagito.

v. 576. *Vitato Martia coetu*] *Marcia* iterum codex Coloniensis. recte. vide supra ad vers. 403.

v. 580. *Nunc certe mihi reddis, ait, leve vulnus*] Haec sublato vitio ita emendari, & pristino nitori reddi poterunt, *Hunc certe mihi reddis, ait? leve.* *Hunc* autem dicit propter maritum; cui Marus Karthaginem ad supplicium redeunti cum comes fuisset, solus inde, exstincto eo jam per inauditos cruciatus, Romam rediit. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXVIII. Imo *Hunc*, quomodo Modius ex veteri libro. Deinde post τὸ *leve vulnus* pone interrogationis notam. Pessime Interpres haec interpolavit. Male etiam Barthius excidisse non nulla arbitratur, quibus post planctum Marcia filium agnoverit in manu Mari. N. HEINSIUS. Optime viri docti ex membranis Coloniensibus *Hunc certe mihi reddis.* Frequentissime librarii literas *H* & *N*, praesertim initiales, confundere soliti fuerunt. Sic infra peccarunt lib. VII. vers. 393. lib. XV. vers. 539. lib. XVI. vers. 151. quibus locis videndus est N. Heinsius, ut & ad Ovid. V. Metam. vers. 27. Lud. Carrio ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 117. Broekh. ad Propert. lib. II. Eleg. XIII. vers. 39. & ad Eleg. XVII. vers. 17. Neque tamen, admisso τῷ *Hunc*, soloeca erit oratio, ut Dausquejus putabat. Viso enim Maro, qui Serranum Reguli filium ex acie reducebat, hunc certe sibi redditum dicit Marcia; de vulnere tamen anxia inquirit, num id leve sit, an

Usque ad nostra ferus penetravit viscera mucro?
Quidquid id est, dum non vinctum Karthago catenis
Abripiat, poenaeque instauret monstra paternae,
Gratum est, o Superi. quoties heu! nate, petebam,
Ne patrias iras animosque in proelia ferres,
Neu te belligeri stimularet in arma parentis
Triste decus. nimium vivacis dura senectae
Supplicia expendi. quaeso, jam parcite, si qua
Numina pugnastis nobis. At cladis acerbae
Discussa ceu nube, Patres conquirere fessis
Jam rebus meditantur opem, atque ad munera belli
Certatur, pulsusque timor graviore periclo.
Maxima curarum, rectorem ponere castris,
Cui Latium & moles rerum quassata recumbat,
Spectante occasum patria. Jovis illa ruenti

Ausoniae

an vero altum?

v. 580. *An alte Usque ad nostra ferus penetravit viscera mucro?*] Nulla mutatione opus est: nisi quod videntur tamen quaedam excidisse, quibus post planctum Marcia agnoverit filium in manu Mari. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XIII. Dausquejus ita hunc locum constitutum volebat:

Nunc certe mihi reddis, at, leve vulnus: inante
Usque ad nostra ferus penetravit viscera mucro.

Quasi voluerit Marcia, Marum nunc leve vulnus infligere; filium enim Serranum vulneratum, sed tamen vivum, reducebat; cum antea altiorem plagam, quae ad viscera usque penetravit, dederit, dum Reguli cruciatus & mortem Karthagine redux narravit. Sed recte jam Barthius nulla mutatione opus esse vidit, & Heinsius pessime haec ab interprete interpolata esse notavit. *altum vulnus* & *alte adactum vulnus* ubique obvium apud Silium & alios. Sic libr. IX. verf. 153.

——— *sanguinis atri*
Sistere festinat cursum, laceroque ligare
Ocius illacrimans altum velamine vulnus.

lib. X. verf. 115.

Haesit multiplici non alte cuspis in auro.

Virgil. X. Aen. verf. 849.

——— *heu! nunc misero mihi demum*
Exitium infelix, nunc alte vulnus adactum.

lib. XI. Aen. verf. 804.

Hasta sub exertam donec perlata papillam
Haesit, virgineumque alte bibit acta cruorem.

Lucan. lib. I. verf. 32.

——— *alta sedent civilis vulnera dextrae.*

Petron. in Satyr. cap. CXXXVI. *Vulnusque cruris haud altum aceto diluo.* ubi vide doctos Interpretes. Stat. lib. II. silv. V. verf. 19.

——— *sibi conscius alti*
Vulneris, adversum moriens it miles in hostem.

Quinctil. Declam. XII. pag. 212. *Hic vulnus altissime penetrat, hic ipsa vitalia feriuntur.* Prudent. I. contra Symm. verf. 16. *latebram tabentis vulneris alte Impressam.* Senec. in Troad. verf. 48.

Alto nefandum vulneri ferrum abdidit.

Deinde nec vox *inante* boni aevi Latio recepta fuit, ut recte monuit vir maximus Joh. F. Gronov. I. Observ. cap. XV. ut frustra sit etiam Gebhard. qui II. Crepund. cap. V. eam Nasoni restituendam putat in IX. Metam. verf. 325.

——— *nostrasque domos, ut inante, frequentat.*

pro *ut & ante*, quam insuper defendebat illo ejusdem Nason. II. Metam. verf. 524.

——— *Argolica quod inante Phoronide fecit.*

sed ibi vel *in ante* duo sunt vocabula, quod ante fecit in Phoronide, vel cum Celeberrimo Burmanno legendum *& ante*. Neque juvant, quae vindicando hanc vocem scripsere Scipio Gentil. I. Parerg. cap. XIV. & Auf. Popma de usu antiq. Locut. cap. XIV. Vide, quae notavit Broekhuf. ad Propert. lib. II. eleg. II. verf. 52.

v. 582. *Quidquid adest*] Emenda, *Quidquid id est:* quod ea forma ponitur, qua Virgil. ait II. Aen. verf. 49.

Quidquid id est, timeo Danaos & dona ferentes.

Imitatusque hoc loquendi genus postea deprehenderetur Calpurn. Sicul. meus in Bucol. Ecl. IV. nisi & ibi corrupte legeretur, *Quidquid adest, silvestre licet videatur:* cum & hic emendata & vera scriptura sit, *Quidquid id est.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXVIII. *Quidquid id est* ex scriptis & Romana ac Parmensi editione, quomodo Interpres conjecerat. vide supra hoc libro verf. 119. animadversiones nostras. N. HEINSIUS. Ita etiam Mediolan. editio. Marsus *Quidquid adest* edidit.

v. 584. *Gratum est, o Superi*] Sollemnem hanc formulam esse flebile gaudentium, cum tamen aliquid est, tam saevo in tempore laetum, docuit nonnullis exemplis, etiam hoc Silii, Joh. F. Gronov. Diatr. Stat. cap. XVI. & ex eo Broekh. ad Tibull. lib. IV. carm. IX.

v. 585. Ne

Ausoniae atque Italis tempus protendere regnis
Cura fuit: nam Tyrrhenos Poenumque secundis
Albana surgens respexerat arce tumentem:
Qui ferre in muros victricia signa parabat.
Tunc quassans caput, Haud umquam tibi Jupiter, inquit,
O juvenis, dederit portas transcendere Romae;
Atque inferre pedem. Tyrrhenas sternere valles
Caedibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit. Tarpejum accedere collem,
Murisque aspirare veto. quater inde coruscum
Contorsit dextra fulmen, quo tota reluxit
Maeonidum tellus, atramque per aethera volvens
Abrupto fregit coelo super agmina nubem.
Nec Poenum avertisse satis: dat numine magno
Aeneadis mentem, gremio deponere tuto
Romuleam tandem, Fabioque salutis habenas

Credere

v. 585. *Ne patrias iras animosque in proelia ferres*] Silius infra lib. VIII. vers. 330.

Mecum erit haec prorsus pietas: mentemque feremus
In Poenos, invicte, tuam.

v. 586. *Nec te*] *Neu te* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 587. *Supplicia expendi*] *expendi*, pro simplici pendi, quod duobus Maronis exemplis illustravit Doctissimus Dausquejus, quibus adde tertium hoc ex x. Aen. vers. 668.

——— *tanton' me crimine dignum*
Duxisti, & tales voluisti expendere poenas.

Nec aliter noster infra lib. XIII. vers. 697.

Dii, quaeso, ut merita est, dignas pro talibus ausis
Karthago expendat poenas.

& lib. VII. vers. 712.

Quod nullos nostris ignes disperserit arvis,
Dignum expendamus pretium.

v. 589. *Hac cladis acerbae Discussa ceu nube*] *at cladis acerbae Discissa ceu nube* Agrippinas recte, etsi & *Discussa nube* potest ferri. N. HEINSIUS.

v. 592. *Pulsusque dolor graviore periclo*] *pulsusque timor* cum scriptis. N. HEINSIUS.

v. 600. *Haud umquam tibi Jupiter, inquit, O juvenis, dederit,*] Ita de se in tertia persona loquitur ipse Jupiter, ut de se quoque Marus vers. 261.

At non spectator Marus inter talia segni
Torpebat dextra.

mox tamen mutata persona vers. 605. *Murisque aspirare veto.* Cui itaque haec personarum permutatio non placet, legere potest,

——— *haud umquam tibi, Jupiter inquit,*
O juvenis, dederim portas transcendere Romae.

Quemadmodum Celeberrimus Burmannus priori loco etiam *Torpebam dextra* emendandum censuit.

v. 604. *Tarpeium adscendere collem*] *accedere* scripti. N. HEINSIUS. Recte scripti *accedere*: paullo ante enim praecessit *transcendere*. verbum *accedere* quarto casui saepe jungit noster. sic lib. III. vers. 446.

Accedit Rhodani festino milite ripas.

lib. IV. vers. 825.

Tu laevos propior colles accede, Choaspes.

lib. XIV. vers. 3.

Muneris hic vestri labor est, modo Daunia regna
Aeneadum, modo Sicanios accedere portus.

etiam Virgil I. Aeneid. vers. 200.

Vos & Scyllaeam rabiem penitusque sonantes
Accestis scopulos.

Notatur in excerptis veter. Gramm. post auctores Ling. Lat. à Gothofr. editos pag. m. 1362. Accedo tibi *eadem tecum sentio*; Accedo te, *id est, ad te venio.* Licet tamen id discrimen non sit perpetuum: nam *accedere silvis*, pro venire ad silvas, dixit Silius lib. XVII. vers. 576.

Quaenam te silvis accedere caussa coëgit.

ubi alia exempla habet Dausquejus. Cum autem Hannibal Romam (eam enim per Tarpejum collem intelligit) accesserit, clausasque urbis portas cuspide infesta pulsarit, ut infra ait lib. XII. vers. 565. vel haec lectio non recipienda videtur, vel Jupiter ipse mendacii arguendus est. Sed notandum, *accedere* hic idem significare, quod adscendere, quo sensu vocem eam aliquando sumi notavit Gifan. in Observ. ad Ling. Lat. voce *Accedere.* Inusitatior itaque vocis notio indoctis librorum descriptoribus fraudi fuit; nisi *adscendere τοῦ accedere* glossema esse velimus & interpretationem, quae, ejecta genuina lectione, ex margine in contextum irrepsit. Alibi similiter peccatum est. vide infra ad lib. XIII. vers. 182.

v. 611. *Romuleam tandem*] *Romuleam gentem* Interpres audacissima conjectura. Forte *Romuleam laurum*, vel *frondem*, ut de lauro intelligatur in gremium Jovis Capitolini delata, uti triumphantes

Tt solebant.

Credere ductori. cui postquam tradita belli
Jura videt; Non hunc, inquit, superaverit umquam
Invidia, aut blando popularis gloria fuco:
Non astus fallax, non praeda, aliusve cupido.
Bellandi vetus, ac laudum cladumque quieta
Mente capax; par ingenium castrisque togaeque.
Sic genitor Divûm, recipitque ad sidera gressum.
Hic, circumspectis nulli deprensus in armis,
Laudatusque Jovi, Fabius mirabile quantum
Gaudebat reducem patriae annumerare reversus,
Duxerat egrediens quam secum in proelia, pubem.
Nec membris quisquam natove pepercit amato
Acrius, aut vidit socium per bella cruorem
Tristior. atque idem, perfusus sanguine victor
Hostili, plenis repetebat moenia castris.
Stirpe genus clarum, coeloque affinis origo.

Nam

solebant. *Romuleam frondem* tamquam Romanis sollemnem. Possis & *Romuleam laudem*, quod verius est. Sic lib. IX. vers. 350. ad Romam de proelio Cannensi,

Pone, precor, lacrimas, & adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi.

lib. XV. vers. 321.

Tunc & Tyndarii Latias Fortuna Tarenti
Auxit opes, laudemque simul.

lib. XVII. vers. 336. *defendite, quaeso, Praeteritas dextrae laudes.* Hercules apud Senecam,

Per te meorum facinorum laudem precor.

Possis & *Romuleam cladem*. N. HEINSIUS. Locus hic, me judice, certe male affectus est; qua vero medicina pristinae sanitati restituendus sit, nondum liquido patet. Varia tentarunt viri docti, quae tamen nondum plane satisfaciunt. Ex conjecturis Heinsianis ad receptam lectionem proxime accedit *Romuleam laudem*, sed ad sensum magis facit Dausquii *Romuleam gentem*, quae a vulgata scriptura nimium abit, ut & omnes aliae viri Illustrissimi. Fortasse, ut & meum judicium, sed timide, interponam, scripsit Silius,

——— *dat numine magno*
Aeneadis, gentem gremio deponere tuto
Romuleam tandem, Fabioque salutis habenas
Credere ductori.

Distinctionem mutavi, & levissima conjectura *gentem*, pro *mentem*, scripsi, quas voces vel centies inter se commutarunt librarii: quaedam exempla vide apud Barthium ad Statii II. Achill. vers. 122. N. Heinsium ad Ovidii I. Metam. vers. 99. & ad Silii lib. V. vers. 264. Veram tamen hanc Silii lectionem esse praestare non audeo; sed hoc Catone contentus sum, donec vel felicius quis conjecerit, quid Silius scriptum reliquerit; vel ex libris priscis certior lux affulserit,

v. 614. *Libyco popularis gloria fuco*] *blando fuco* Coloniensis & vetus editio Veneta, *libido fuco* Oxoniensis. sic *blandum venenum* lib. VII. vers. 433.

Si mea tela dedi blando medicata veneno.

lib. III. vers. 581.

——— *blandoque veneno*
Desidiae virtus paullatim evicta senescit.

quod *hilare venenum* dixit Statius II. Theb. vers. 286.

——— *hilari perfundit cuncta veneno.*

luxuriae blanda pestis Auctori Octaviae. P. Syrus *Habet suum venenum blanda oratio.* N. HEINSIUS.

v. 620. *Mirabile tantum*] *mirabile quantum* Coloniensis. recte. male Modius ex iisdem membranis profert *tamquam*, unde Interpres *tantam*. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus. Pari modo Livius lib. I. cap. XVI. *Mirum quantum illi viro nuncianti haec fides fuit.* Vide Lambin. ad Horat. lib. I. od. XXVII. vers. 6. Vossium VII. de Art. Gramm. cap. XIX. & Vechner. in Hellenol. lib. I. cap. IV. pag. 77. qui eam locutionem ad Graecorum exemplum formatam esse pluribus docuerunt.

v. 628. *Remeans longis oris*] *longis oris* est longinquis. supra Silius lib. III. vers. 422.

Geryonae peteret cum longa tricorporis arva.

lib. IV. vers. 375.

——— *murmure anhelo*
Squalentes campos & longa mapalia complent.

Virgilius VII. Aen. vers. 288.

——— *classemque ex aethere longo*
Dardaniam Siculo prospexit ab usque Pachyno.

Lucan. lib. IV. vers. 404.

Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 291.

Haud longis jam distat aquis, sequiturque volantem.

Claudian. II. in Rufin. vers. 302.

——— *dum nos longissima tellus*
Dividat, & mediis Nereus interstrepat undis.

vide

Nam remeans longis olim Tirynthius oris,
Et triplicis monstri famam & spectacula captas
Mira boves hac, qua fulgent nunc moenia Romae,
Egit ovans. tunc Arcadius (sic fama) locabat
Inter desertos fundata Palatia dumos
Paupere sub populo ductor; cum regia virgo,
Hospite victa sacro, Fabium de crimine laeto
Procreat, & magni commiscet seminis ortus
Arcas in Herculeos mater ventura nepotes.
Ter centum domus haec Fabios armavit in hostem,
Limine progressos uno; pulcherrima quorum
Cunctando Fabius superavit facta, ducemque
Hannibalem aequando. tantus tunc, Poene, fuisti.
Dum se perculsi renovant in bella Latini,
Turbatus Jove, & exuta spe moenia Romae
Pulsandi, colles Umbros atque arva petebat
Hannibal,

vide Barthium lib. XXI. Adverf. cap. VIII. & Gronov. gust. ad Statii II. Achill. verf. 308. Contra *longinquum* notat longum, apud Livium lib. VII. cap. XVI. *Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit.* Seneca in Agam. verf. 766.

Et ossa vasti corporis,
Corrupta longinquo situ,
Palude limosa jacent.

Propert. lib. I. eleg. VI. verf. 27.

Multi longinquo periere in amore libenter.

ubi vide Broekhuf. Caesar I. bell. Gall. cap. XLVII. *Propter linguae Gallicae scientiam, qua multa jam Ariovistus longinqua consuetudine utebatur.* ubi vide Dionysium Vossium.

v. 630. *Spectacula captas Mira boves*] *captas boves*, non *captos*, ut Ovid. VI. Fastor. verf. 80. *huc captas appulit ille boves.* & verf. 519.

Appulerat ripae vaccas Oetaeus Hiberas.

Martial. lib. IX. Epigr. CI.

Hesperias Tusco lavit in amne boves.

Ita illi pro arbitrio: utriusque enim generis boves memorat Virgil. VIII. Aen. verf. 207.

Quatuor a stabulis praestanti corpore tauros
Avertit, totidem forma superante juvencas.

Hinc Livius lib. I. cap. VII. *Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.* At paulo post: *Quum actae boves quaedam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca boum vox Herculem convertit.* Propert. lib. IV. eleg. IX. verf. I.

Amphitryoniades qua tempestate juvencos
Egerat a stabulis, o Erythéa, tuis,
Venit ad invictos, nemorosa palatia, montes,
Et statuit fessos fessus & ipse boves.

& mox,

Aversos cauda traxit in antra boves.

contra ibid. verf. 17.

Herculis ite boves, nostrae labor ultime clavae,
Bis mihi quaesitae, bis mea praeda, boves.

Plura peti possunt ex commentariis Ludov. de la Cerda ad Maronis VIII. Aen. verf. 203. qui praesertim ex Graecis multa habet.

v. 631. *Sic fama*] Infra lib. VIII. verf. 191.

Donec harenoso, sic fama, Numicius illam
Suscepit gremio.

ubi plura vide. Eodem sensu alii, *sic creditur*, dixerunt, quod fortasse restituendum est Melae lib. II. cap. I. *Oppidum adjacet Cherrone, a Diana, sic creditur, conditum.* vulgo est, *si creditur.*

v. 634. *Fabium de crimine laeta Procreat*] *de crimine feta* opinor. *de crimine laeto* Coloniensis. non male. Sic lib. XI. verf. 293.

Namque Jovem & laetos per furta canebat amores.

N. HEINSIUS. *crimen* hic est stuprum, ut infra lib. XVII. verf. 39. & apud Nason. IX. Met. verf. 24.

Jupiter aut falsus pater est, aut crimine verus.

Apud eundem saepissime etiam *peccatum* dicitur.

v. 640. *Hannibalem aequando. tantus tunc, Poene, fuisti*] Aequum Hannibali facit Fabium, non ausus praeferre. Interpres infelici conjectura haec temeravit. N. HEINSIUS. Tantus eo tempore fuisti, o Hannibal, ut Fabius Maximus cunctando, teque detinendo, & se tibi aequalem imperatorem demonstrando, egregia trecentorum Fabiorum facinora superasse judicatus sit. De locutione hac *Aequando Hannibalem* vide Joh. Fr. Gronovium ad Livii lib. X. cap. XIX. Perperam Doctissimus Dausquejus conjicit,

——— *superavit facta, ducemque*
Hannibalem: quantus quantus tunc, Poene, fuisti.

nihil enim mutant libri prisci, nisi quod vetustae editiones male *nunc*, pro *tunc*, habeant.

v. 643. *Pulsandi*] *Pulsando* Coloniensis. sed perperam. N. HEINSIUS.

Hannibal, excelso summi qua vertice montis
Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis
Projecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et sedet ingentem pascens Mevania taurum,
Dona Jovi; tum Palladios se fundit in agros
Picenûm dives praedae, atque, errantibus armis,
Quo spolia invitant, transfert populantia signa;
Donec pestiferos mitis Campania cursus
Tardavit, bellumque sinu indefensa recepit.
Hic dum stagnosi spectat templumque domosque
Literni ductor, varia splendentia cernit
Pictura, belli patribus monimenta prioris
Exhausti; (nam porticibus signata manebant)
Quîs inerat longus rerum & spectabilis ordo.
Primus bella truci suadebat Regulus ore;
Bella neganda, viro si noscere fata daretur.
At princeps Poenis indicta more parentum

Appius

v. 644. *Excelso summum qua vertice montis Devexum laters pendet Tuder*] Arbitror concinnius fore,

—— excelso summi qua vertice montis
Devexum lateris pendet Tuder.

Devexum lateris Tuder, ut *attonitus serpentis*, & mille talia apud Silium. *summi montis* à Coloniensibus confirmatur membranis. N. HEINSIUS.

v. 645. *Latis Projecta in campis*] Fortasse *laetis campis*, ut libro VIII. vers. 458. *laetis Mevania pratis*, ex scriptis codicibus. Juvenalis sat. XII. vers. 11.

Pinguior Hispulla traheretur taurus, & ipsa
Mole piger, nec finitima nutritus in herba;
Laeta sed ostendens Clitumni pascua sanguis
Iret.

τὸ *Projecta* illustravi ad Maronem X. Aeneid. vers. 586. N. HEINSIUS. Perpetuo epitheto poetas *latos campos* dixisse, docet Eruditissimus Bentlejus ad Horat. lib. III. od. XI. vers. 9. hic tamen cum Illustrissimo Heinsio *laetis campis* malim, ob agri circa Mevaniam ubertatem. Voces *latus* & *laetus* ubique in libris scriptis inter se commutari docui ad lib. V. vers. 178. *Projecta* autem propter situm humilem & depressum ad oppositionem Tudertum, quorum oppidum excelsum lateri montis devexum pendet. ita *jacere* dicuntur valles, & loca plana, ut apud Nason. II. Fast. vers. 392.

Quaque jacent valles, maxima Circe, tuae.

v. 646. *Nebulas exhalat inertes Mevania*] Hinc Propert. lib. IV. Eleg. I. vers. 123.

Qua nebulosa cavo rorat Mevania campo.

v. 647. *Et sedet ingentem* &c.] Sic lib. XII. vers. 162. *Campo Nola sedet.* Hanc elegantiam à Graecis mutuatus est, ut fere omnes, Silius noster: verbo enim *sedet* de planis locis utitur. Sic Sicula Siren Theocritus ἄμετρον χῶρον dixit τὸν ἐπίπεδον, locumque planum & aequalem *sedentem* vocat Idyll. εὐτύχα δὲ κρέκων ἰδόντι Ἡμένῳ ἐν χώρῳ. malim enim ἐπιπέδῳ reddere, quam κοίλῳ cum interprete. Has elegantias non animadverterunt profecto, qui Graecas delicias despicatui habent. D. HEINSIUS. Silius lib. VIII. vers. 507.

—— per udos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.

Sallust. fragm. lib. VI. Histor. *Ventis per cava terrae citatis, rupti aliquot montes, tumulique sedere.*

v. 647. *Ingentem pascens Mevania taurum*] Nihil muto. Hunc versum vir hujus aetatis doctissimus hoc modo citat,

Et sedet ingentem spectans Mevania campum.

Sed μνημονικὸν, puto, ἁμάρτημα est; praecessit enim *Projecta in campis*, ut bis idem repeti non possit. Unde sequitur *Mevaniam* hoc quoque loco non campum esse, sed urbem in campo sitam: nec enim cum eodem summo viro sentio, qui haec de campo dici existimat, multisque id rationibus evincere nititur. Atqui sicut, cum simpliciter *Campo Nola sedet* dicitur, *Nola* profecto campus non est, sed urbs, quae planitiem sive campum prospectat; sic hoc loco *Mevania projecta in campis* dicitur, non campus ipsa. Quis enim ita loquitur, ut campum in campo esse dicat? Nihil muta igitur; nec de campo, sed de urbe, sume, quae de Mevania hoc loco dicuntur. D. HEINSIUS. De sacris tauris, qui hic alebantur Jovi sollemnes victimae, vide Dausquejum ad Silii lib. VIII. vers. 453.

v. 649. *Picenûm cupidus praedae*] Scripti omnes & editio Romana *dives praedae*. Sic *dives agri* lib. I. *dives auri* lib. III. *dives laudis* lib. VIII. *dives opum* lib. VIII. & XII. *dives avorum* lib. VIII. *dives umbrae* lib. XIV. *ditior umbrae* lib. XIV. vers. 238.

ex

Appius aſtabat pugna, lauroque revinctus
Juſtum Sarrana ducebat caede triumphum.
Aequoreum juxta decus & navale tropaeum,
Roſtra gerens, nivea ſurgebat mole columna:
Exuvias Marti donumque Duilius, alto
Ante omnes merſa Poenorum claſſe, dicabat.
Cui, nocturnus honos, funalia clara ſacerque
Poſt epulas tibicen adeſt; caſtoſque penates
Inſignis laeti repetebat murmure cantus.
Cernit & extremos defuncti civis honores.
Scipio ductoris celebrabat funera Poeni,
Sardoa victor terra. videt inde ruentem
Litoribus Libycis diſperſa per agmina pubem;
Inſtabat criſta fulgens, & terga premebat
Regulus: Autololes, Nomadeſque, & Maurus, & Hammon,
Et Garamas poſitis dedebant oppida telis.

Lentus

ex ſcriptis. N. HEINSIUS. *dives praedae* omnes, quas vidi, ante Nicandrum editiones, qui in Juntina, cui praefuit, id primus in *cupidus praedae* mutavit: in quo videtur ſecutus auctoritatem Livii, qui ita lib. XXII. cap. IX. *In agrum Picenum avertit iter, non copia ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum praeda, quam effuſe avidi atque egentes rapiebant.* Hannibalis milites *egentes* dicit Livius, ergo non *divites praedae*, ſed magis *praedae cupidi*, quo etiam referendum Livii *avidi*. Ab alia tamen parte ſtant omnes libri priſci.

654. *Linterni*] *Literni* Colonienſis. & ſic apud Naſonem Metam. XV. Pomponium Melam, Ciceronem epiſtolis ad Atticum ſcribi oportere exiſtimo: nam Graecis eſt Λίτερνον. apud noſtrum quoque lib. VII. verſ. 278. in ſcriptis exemplaribus *Hinc Literna palus.* lib. VIII. verſ. 525. *ſtagnisque paluſtre Liternum.* Nec aliter corrigendum apud Statium in ſilvis via Domitiana. N. HEINSIUS. Vide Sigonium ad Livii lib. XXII. cap. XVI.

v. 659. *Viro ſi noſcere fata daretur*] *ſi noſci fata darentur* editio Romana. N. HEINSIUS. Etiam editio Mediolanenſis.

v. 660. *Inditiae more parentum Appius aſtabat pugnae*] *indicta pugna* ex Colonienſi. N. HEINSIUS. *indicta pugnae* Oxon. codex.

v. 663. *Aequoreum juxta decus*] Columnam intelligit roſtratam, quam Senatus Populuſque Romanus Duilio poſuit, qui primus Karthaginienſes navali proelio vicit. Ejus columnae baſis ſeu paraſtata olim ex ruderibus Romae effoſſa fuit; cujus inſcriptionem, egregium priſcae linguae Latinae monumentum, ſingulari libello illuſtravit vir doctiſſimus P. Ciacconius: eandem vero expoſitionem Floro, notis ſuis illuſtrato, ſubjunxit vir Celeberrimus J. G. Graevius, aeternum urbis noſtrae etiam poſt fata decus.

v. 664. *Nivea ſurgebat mole columna*]. *niveae ſurgebat mole columnae* arbitror à Silio eſſe. Deinde diſtinguendum poſt τὸ *columnae*. N. HEINSIUS.

v. 665. *Duilius*] *Duellius* Putean. codex, *Duilius* Mediol. editio, quae recta eſt nominis ejus ſcriptura, faſtorum triumphalium Graecorumque auctoritate comprobata, quibus Δυίλιος dicitur. Vide Ciaccon. ad Columm. Roſtrat. Merul. ad Ennii I. Annal. pag. 59. & Dauſquejum in Orthogr. part. II. h. voce.

v. 667. *Cui, nocturnus honos, funalia* &c.] Florus lib. II. cap. II. *Duilius Imperator, non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à coena rediret, praelucere funalia, praecinere ſibi tibias juſſit, quaſi quotidie triumpharet.* Ubi vide Freinsh. & hoc loco Dauſquejum.

v. 670. *Cernit & extremos defuncti civis honores*] Peſſime Dauſquejus Duilii exequias aut ſtatuam intelligit, cum capiendum ſit de exequiis, quas L. Cornelius Scipio Barbati filius Hannoni, bello in Sardinia interfecto, fecit. Earum mentio fit apud Valer. Max. lib. V. cap. I. ex. 2. *L. Cornelius Conſul primo Punico bello, cum Olbiam oppidum cepiſſet, pro quo fortiſſime dimicans Hannon dux Karthaginienſium occiderat, corpus ejus è tabernaculo ſuo amplo funere extulit: nec dubitavit hoſtis exequias ipſe celebrare.* Hannibal cernebat Hannonis *civis* ſui (barbare nunc *concivis* dicerent) extremos honores, ſeu exequias. Silii ſenſum olim recte aſſecutus etiam eſt Marſus in commentario. Neque aliter capi poſſe verſus, qui ſequitur, Dauſquejum docere debuiſſet.

v. 671. *Celebrabat funera Poeni*] *celebraret* Colonienſis. Scribendum videtur:

Cernit, ut extremos defuncti civis honores
Scipio ductoris celebraret funera Poeni.

Sed vulgata nec male ſe habet, N. HEINSIUS.

v. 674. *Inſtabat criſta fulgens*] *effulgens* editio Romana. N. HEINSIUS.

Lentus harenoso spumabat Bagrada campo
Viperea sanie, turmisque minantibus ultro
Pugnabat serpens, & cum duce bella gerebat.
Nec non projectum puppi, frustraque vocantem
Numina, Amyclaeum mergebat perfida ponto
Rectorem manus, & seras tibi, Regule, poenas
Xanthippus digni pendebat in aequore leti.
Addiderant geminas medio consurgere fluctu
Aegates; lacerae circum fragmenta videres
Classis, & effusos fluitare in gurgite Poenos.
Possessor pelagi, pronaque Lutatius aura
Captivas puppes ad litora victor agebat.
Hoc inter victos religatus in ordine Hamilcar,
Ductoris genitor, cunctarum ab imagine rerum
Totius in sese vulgi converterat ora.

Sed

v. 678. *Turmis minitantibus ultro Pugnabat serpens*] *turmisque minantibus* scripti, & editio Parmensis. Puto etiam *ultor serpens. pugnare* cum tertio casu, ut supra. N. HEINSIUS. Mediolan. etiam & aliae priscae editiones *turmisque minantibus*. In Juntina primum errore operarum editum est *turmisque minitantibus*, pro quo Aldus postea, & hinc reliqui omnes, *turmis minitantibus* dederunt. *ultor serpens*, quod pro *ultro* reponit N. Heinsius, Floro convenit, qui lib. II. cap. II. eum *quasi in vindictam Africae natum esse* dicebat. Sed nec *ultro* male se habet. Infra lib. XI. vers. 517.

—— late fulgentibus armis
Accendant ultro lucem surgentis Eoi.

ut *ultro* non tam sponte, quam insuper, notet: de qua ejus significatione vide Tursell. de Partic. Latin. orat. cap. CXCV.

v. 680. *Nec non projectum puppi*] *projectum è puppi* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 682. *Xanthippum manus*] Ingrata auribus ejusdem nominis repetitio, & scripsit haud dubie Silius *Rectorem manus*. Nempe à glossographis erat vulgata lectio, quorum emblematis saepius, quam expedit, boni auctores interpolati deprehenduntur. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXVIII. Revoca ex scriptis exemplaribus *Rectorem manus*. nam *Xanthippus digni* proxime denuo subsequitur. Proximum versum editiones Romana & Parmensis hoc modo constituunt,

Indigno rector pendebat in aequore leto.

N. HEINSIUS. Vulgatam scripturam in contextu etiam habet Marsi editio: at in commentario *Rectorem Amyclaeum* exponit *Xanthippum Lacedaemonium*, certo indicio, eum hoc loco etiam legisse *Rectorem manus*. Versu sequenti Mediolan. liber cum priscis editionibus aliis facit.

v. 686. *Effusos fluitare in gurgite Poenos*] Ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 762. monuimus, scribendum *affusos*: videlicet fragmentis navium. Vide annotata supra vers. 571. N. HEINSIUS. Simili errore in codice MS. Thuani apud Lucan. lib. VII. vers. 71. legitur, *regesque tui cum supplice mundo Effusi*, cum vulgo recte *Affusi* legatur.

v. 687. *Prona Luctatius aura*] *pronaque Lutatius aura* ex scriptis & Romana editione ac Parmensi. *Luctatius* nomen est nihili. N. HEINSIUS. *pronaque Lutatius aura* etiam Mediolanensis editio, Veneta Marsi *pronaque Luctatius*, at Nicander in Juntina primus *prona Luctatius* edidit, quod reliquae editiones omnes expresserunt. Sed *Lutatius*, non *Luctatius*, scribitur in unico hujus gentis nummo apud Ursinum in familiis Romanis: quam orthographiam comprobat etiam poëtarum auctoritas, qui primam ejus vocis syllabam brevem faciunt. Sic lib. XIII. vers. 731.

—— hic inclitus ille
Aequoreis victor cum classe Lutatius armis.

ubi nonnullae editiones vel contra legem pediam *Luctatius* habent. Claudian. I. in Eutrop. vers. 455.

Poeno Scipiadae, Poeno praeclare Lutati.

ad quem locum N. Heinsius veram scripturam Silio olim vindicavit. vide etiam Carrion. ad Sallust. lib. I. Histor. p. 453. Ed. Gruteri. C. & Q. LUTATIUS CATULUS memorantur in lapide apud Fabrett. in Inscript. pag. 675. & 750. In corpore vero Gruteri & Reinesii nunc LUTATIUS, nunc LUCTATIUS, scribitur. De utraque scribendi ratione vide Dausqueji Orthogr. part. II. in hac voce.

v. 689. *Haec inter juncto legatus in ordine Hamilcar*] Displicent haec doctis, & de captivo Hamilcare malunt. Juvant Oxonienses membranae, in quibus ita scriptum est,

Haec inter junctos religatus in ordine Hamilcar.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Hic inter victos religatus* Dausquius. haud infeliciter. nam scripti & editio Romana *religatus*. *victos* etiam in Coloniensi, in Oxonio *junctos*, *vincto religatus* in editione

Sed pacis faciem & pollutas foederis aras
Deceptumque Jovem ac dictantes jura Latinos
Cernere erat. strictas trepida cervice secures
Horrebat Libys, ac submissis ordine palmis
Orantes veniam jurabant irrita pacta.
Haec Eryce e summo spectabat laeta Dione.
Quae postquam infesto percensuit omnia vultu
Arridens Poenus, lenta proclamat ab ira:
Non leviora dabis nostris inscribere tectis
Acta meae dextrae: captam, Karthago, Saguntum
Da spectare, simul ferro flammaque ruentem,
Perfodiant patres natorum membra: nec Alpes
Exiguus domitas capiet locus: ardua celsis
Persultet juga victor equis Garamasque Nomasque.
Addes Ticini spumantes sanguine ripas,

Et

editione Parmensi. Scribo,

Hoc inter victos religatus in ordine Hamilcar.

Hoc in ordine captarum navium. N. HEINSIUS. Mediolan. editio *vincto religatus.* Lectionem illam, quae nunc in libris editis exstat, primus Marsus protulit, à quo reliqui habent. Nihil occurrit, quod plerorumque librorum auctoritati, in quibus *religatus Hamilcar* est, opponam, quam altum historicorum de captivitate Hamilcaris silentium. Nisi forte cum Dausquejo haec non de ipso Hamilcare capto & religato, sed de ejus imagine, quam Romani in triumpho religatam gestarunt, capere malis.

v. 690. *Cunctarum ab imagine rerum*] Opinor *junctarum.* N. HEINSIUS. Ita saepe lapsi sunt librarii, ut infra doceo ad lib. IX. vers. 641. Fortasse tamen nihil mutandum: innuit enim Silius, Hamilcarem, Hannibalis patrem, totius vulgi oculos ab omnium rerum consideratione in se solum convertisse.

v. 692. *Sed pacis facies*] Ni *faciem* scribas, claudicabit versus; idque codices scripti jubent, & editio Parmensis. Opinor praeterea,

Sed pacti faciem & pollutas foederis aras.

faciem pacti foederis. vel forte scribendum, *Sed pacti auspicium.* N. HEINSIUS. *faciem*, pro *facies*, omnino recipiendum, nisi versui vim fieri velis. ita etiam in commentario legit Marsus, licet in contextu *facies* editum sit. In Mediolanensi editione operae aperto vitio dederunt *faciens.* τὸ *pacis* autem in *pacti* cum Illustrissimo Heinsio non mutarem: mox enim denuo sequitur *jurabant irrita pacta. pacis facies*, quomodo *leti facies* supra lib. IV. vers. 593. ubi plura vide.

v. 693. *Deceptumque Jovem*] Per quem pejerarant. Supra lib. I. vers. 481.

Fer tecum castamque fidem servataque jura,
Deceptos mihi linque Deos.

v. 696. *Jurabant irrita pacta*] Concinnius *irrita pacti.* ut *acuta belli*, & mille talia: *dura laborum* initio libri sequentis. N. HEINSIUS. *irrita pacta*, quae irrita fore eventu apparuit, excitato nempe bello Punico secundo. Perperam priscae editiones *horrida pacta.*

v. 699. *Lenta proclamat ab ira*] Cave cum Interprete sollicites hunc locum: nec mox cum eodem *dabis* in *dabunt* mutandum. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus malebat *laeta ira.* Sed *lenta*, ut supra lib. I. vers. 451.

——— *ad poenam lentae mandaverat irae.*

proclamat ab ira, ut *infremuit ab ira*, quomodo infra scribendum conjecit vir Illustrissimus lib. XI. vers. 247. ubi plura vide.

v. 702. *Flamma ferroque ruentem*] Concinnius scripti *ferro flammaque ruentem.* N. HEINSIUS. *flamma ferroque*, ut lib. XVI. vers. 154. *in Libyam flammis ferroque trahendus.* Virgil. VII. Aen. vers. 692.

Quem neque fas igni cuiquam nec sternere ferro.

Vellej. Paterc. lib. II. cap. CX. *Omnia in omnibus locis igni ferroque vastata.* Auctoritas tamen scriptorum librorum fecit, ut *ferro flammaque* maluerim: sic lib. I. vers. 114.

Romanos terra atque undis, ubi competet aetas,
Ferro ignique sequar.

lib. II. vers. 315. *ferro flammave fatiscunt.* vers. 657. *furit ensis & ignis.* Livius lib. XXXI. cap. VII. *Hostium urbes agrique ferro atque igni vastentur.* cap. XIV. *Terram Atticam ferro ignique depopulatus.* Columell. in Praefat. de re rustica pag. m. 7. *Inter ferrum & ignes hosticisque incursionibus vastatae fruges.* Seneca I. Natur. Quaest. in Praefat. pag. m. 483. *Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igni dividitur.*

v. 706. *Adde etiam Ticini*] Melius membranae *Addes Ticini*, & mox, *Et Nostrum Trebiam*: nam alterum contra prosodiam, alterum contra gloriam narrantis. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XIII.

Prima

Et nostrum Trebiam, & Thrasymeni litora Tuscis
Clausa cadaveribus. ruat ingens corpore & armis
Flaminius: fugiat Consul manante cruore
Scipio, & ad socios nati cervice vehatur.
Haec mitte in populos, & adhuc majora dabuntur.
Flagrantem effinges facibus, Karthago, Libyssis
Romam, & dejectum Tarpeja rupe Tonantem.
Interea vos, ut dignum est, ista, ocius ite,
O juvenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,
In cineres monumenta date, atque involvite flammis.

Prima & secunda hujus fluvii syllaba ab aliis producuntur. Bene igitur scripti *Addes Ticini.* possis etiam *Adde & Ticini*, quod Interpreti videtur. Sed *Addes* etiam amplexus est ex Oxonio Barthius. In Parmensi *Adde Ticini.* paullo ante scripti *capiet locus*, non *capiat*. N. HEINSIUS. *Adde Ticini* etiam Mediolanensis editio. At Veneta Marsi jam vulgatam lectionem habet.

v. 707. *Et nostrum Trebiam*] Pessime *nostris* contra scriptorum codicum auctoritatem editio Dausquejana. supra lib. IV. vers. 650. *Sidonium Trebiam* habuimus pari modo. N. HEINSIUS.

v. 707. *Thrasymeni litora Tuscis Clausa cadaveribus*] *Clausa* obstructa. Possis etiam *Plausa*. N. HEINSIUS. Nihil muto. Supra lib. IV. vers. 623.

Concidit, & clausit magna vada pressa ruina.

lib. XI. vers. 137.

—— ut caede referta
Clauserit Eridani victor vada.

v. 708. *Ruat ingens corpore & armis*] τὸ διὰ δυοῖν. D. HEINSIUS. Supra libro III. vers. 262.

Ducit tot populos ingens & corpore & armis
Ancaeus.

v. 709. *Manante cruore*] Opinor, *Manetque cruore Scipio.* Refer ad vulnera ejus. N. HEINSIUS.

v. 711. *Haec mitte in populos*] *in populos* est in lucem & omnium populorum notitiam, fac ut haec omnibus innotescant. Valer. Flacc. lib. II. vers. 439.


Hactenus in populos, vates Samothraca, diemque
Missa mane.

ubi vide Nic. Heinsium. Eumenes Grat. Actione cap. I. *Ne meus ille ardor animi studiumque dicendi tibi quidem probaretur, sed propter assistentium paucitatem minus, quam te dignum esset, iret in populum.* Claudian. in VI. Consul. Honorii vers. 649.

Exeat in populos cunctis illustrior annus.

Plura vide apud virum Maximum J. Fr. Gronov. I. Observ. cap. XV. simili sensu *in secula ire* infra dixit Silius lib. XII. vers. 312. pro in omnis aevi cognitionem venire, ubi plura vide.

v. 712. *Flagrantem effingens*] Pro *effingens*, habebant membranae *effinges*, ex quo faciebam *effinges*; nec tu, opinor, lector, si locum consideraveris, aliter eum constituendum judicabis. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXVIII.



C. SILII

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER VII.

Interea trepidis Fabius spes unica rebus.
Ille quidem socios atque aegram vulnere praeceps
Ausoniam armabat, viridique ad dura laborum
Bellator senio jam castra movebat in hostem.
Sed mens humana major, nec tela, nec enses,
Nec fortes spectabat equos. tot millia contra
Poenorum invictumque ducem, tot in agmina solus
Ibat, & in sese cuncta arma virosque gerebat.

Ac

v. 1. *Trepidis spes unica rebus.*] Sic distingue. Praeterea *rabidis rebus* in Coloniensi: *trepidae res* enim mox iterantur infra vers. 88. *rabidum certamen* occurrit lib. XVI. vers. 410. *rabida arma* infra hoc ipso septimo libro vers. 253. ex scriptis. N. HEINSIUS. Coloniensis codicis scripturam, *rabidis armis*, non probo, quamvis *trepidae res* infra iterum occurrant vers. 88. satis multa enim hunc inter illumque locum interposita sunt, ut illic rursum sine vitio eadem locutio iterari possit. *trepidae res* autem, ut infra libro XI. vers. 166.

Dum trepidae res, & medicinam vulnera poscunt.

lib. XIV. vers. 111.

Tali Trinacriae motu, rebusque Sicanis
Exitio regis trepidis.

Horat. lib. III. od. II. vers. 5.

Vitamque sub dio & trepidis agat
In rebus.

Livius lib. XXXIV. cap. XI. *Orant, ne se in rebus tam trepidis deserat.* atque ita saepe alibi. Praeterea vir Celeberrimus Petrus Burmannus rotundius hunc locum transponi & distingui posse putabat hoc modo,

Interea Fabius, trepidis spes unica rebus
Ille quidem, socios &c.

Fabius, ille quidem spes unica trepidis rebus, socios armabat.

v. 3. *Ad dura laborum.*] *ad clara laborum* in primis editionibus. opinor *ad cruda laborum.* Conjunxit & Maro *cruda viridique senecta.* Sic lib. V. vers. 423. ex optimo codice, *mortisque in limine cruda Facta virum.* Infra hoc libro vers. 113. *Crudum Marte viri nomen.* lib. X. vers. 98.

Unanima inde phalanx crudo ducente magistro.

lib. XII. vers. 348. *crudi sine viribus anni.* N. HEINSIUS. *ad clara laborum* etiam Romana princeps & Mediolan. editio, sed solito librariorum errore, qui literam *d* frequenter in *cl* mutarunt; vide supra ad lib. II. vers. 52. Praeferenda autem omnino est recepta lectio, quam servant omnes libri scripti. Sic *durus*, *praedurus labor* Valer. Flacc. lib. I. vers. 235. *praeduri plena laboris Cerno equidem.* lib. VII. vers. 276.

Si Pelopis duros prior Hippodamia labores
Expedit.

Claudian. I. in Rufin. vers. 328.

—— *mens dura numquam cessura labori.*

in III. Consul. Honor. vers. 42.

Sed nova per duros instruxit membra labores.

sic *durae res* supra lib. II. vers. 596.

Haud gravior duris Divûm inclementia rebus.

v. 5. *Sed mens humana major.*] In manuscripto codice legitur, *mente humana major.* Scribendum enim vero arbitror *Sed mente humano major*; quomodo Varro, nisi fallor, Attacinus: *humano major Cato*, id est, homine. alius vetus poëta,

Natura humanis omnia sunt paria.

BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XIII. *mente humana* Oxonius, unde Barthius *mente humano.* non placet. N. HEINSIUS. *Humanus* pro homine saepe occurrit. Plurimis exemplis eam illius vocis significationem adstruxit Gronov. ad Liv. lib. VIII. cap. IX. vide etiam Gifan. Indic. Lucret. voce *humanus.* Vulgatam tamen lectionem, quam omnes, praeter Oxoniensem, libri constanter habent, non mutarem. Mens erat major humana, nempe mente. sic lib. V. Silius vers. 434.

Miscebat campum, membrorum in proelia portans
Celsius humano robur.

celsius robur humano, scil. robore. lib. VI. vers. 425.

Ni, Mare, (nam primo tunc haerebamus in aevo)
Humana major species erat.

species major erat humana, scil. specie.

v. 8. *In sese cuncta arma virosque gerebat*] De eodem hoc Fabio Minucius infra vers. 741.

Ocius huc aquilas servataque signa referte.
Hic patria est, murique urbis stant pectore in uno.

vide infra ad lib. XVI. vers. 19.

Ac ni sacra seni vis, impressumque fuisset,
Sistere Fortunam cunctando adversa foventem,
Ultima Dardanii transisset nominis aetas.
Ille modum Superis in Punica castra favoris
Addidit; & Libyae finem inter prospera bella
Vincendi statuit. tumefactum cladibus ille
Hesperiis lento Poenum moderamine lusit.
Summe ducum, qui regna iterum labentia Trojae,
Et fluxas Latii res, majorumque labores,
Qui Carmentis opes, & regna Euandria servas,
Surge, age, & emerito sacrum caput insere coelo.
At Libyae ductor, postquam nova nomina lecto
Dictatore vigent, raptim mutata Latinis

Imperia

v. 10. *Sistere cunctando Fortunam*] Ex Coloniensi libro *Sistere Fortunam cunctando*, transpositis vocibus, in contextum recipi voluii Illustrissimus Heinsius.

v. 15. *Lento Poenum moderamine lusit*] *lento luctamine* dixit Claudian. in bell. Getic. vers. 138.

Primus fulmineum lento luctamine Poenum
Compressit Fabius.

lentando fervida bella Silius infra lib. VIII. vers. 11.

v. 16. *Qui regna iterum labentia Trojae*] *Τὸ regna* hic ferri non potest, cum *regna Euandria* subsequantur denuo. Opinor, hic aut illic *tecta* invehi ac revocari debere. N. HEINSIUS. Hic quidem *regna Trojae* malim, at mox *tecta Euandria*, id est, Romam, quae eo loco condita dicitur, ubi olim Pallanteum ab Euandro positum erat. Vide Silium supra lib. VI. vers. 629. Interdum autem librarii voces *regna* & *tecta* inter se commutarunt. Sic apud Lucan. lib. IX. vers. 458. pro

Regna videt pauper Nasamon errantia vento,

in codice Sangerman. cujus excerpta Langermann. olim cum N. Heinsio communicavit, perperam erat *Tecta errantia*, cum mox sequatur *Discussasque domos.*

v. 19. *Surge, age, & emerito sacrum caput insere coelo*] Non damno hanc lectionem. Fortassis tamen, *I, merito sacrum caput insere coelo.* nam editio Romana *in merito.* Nos istum loquendi modum Nasoni & Prudentio frequenter restituimus. Diximus nonnihil lib. VI. vers. 44. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *in merito*, unde vir illustrissimus legendum conjicit *& i, merito.* Frequenter sane scribae librarii *τὸ i*, in alia quaeque corruperunt. Apud Claudian. in Epithal. Honor. & Mar. vers. 276. vulgo editur *O digno nectenda viro*, pro quo Medic. codex habet *In digna*, sed Nic. Heinsius feliciter ex aliis libris, *I, digno*, restituit. Infra lib. XI. vers. 241. scribendum idem conjicii,

Magnanime, i, miles, meritas innecte catenas,

pro *Magnanimo miles.* & vers. 214. ex manuscriptis vindicavit, *rapite, ite, citati Signa duces*, pro *inde citati.* Similium errorum ingenrem acervum collegit Illustrissimus Heinsius ad Nason. III. Amor. eleg. III. vers. 1. Praesertim vero *τῷ i* addere solitos fuisse poëtas alium imperativum, non interposita particula copulativa, ut hic Silius fecisset, idem notavit ad Claudiani I. de rapt. Proserp. vers. 92. sic infra lib. X. vers. 62. *I, demens, i, carpe fugam.* Sed nec vulgatam scripturam temere muto. infra lib. XI. vers. 465.

Emerito fulgent clara inter sidera coelo.

Auson. in Technop. in Inconnex.

Insinuat coelo, Disque inserit emeritos laus.

Emereri pro mereri, compositum pro simplici. Propert. lib. IV. eleg. XI. vers. 61.

Et tamen emerui generosos vestis honores.

Albinov. Consol. ad Liv. vers. 465.

Denique laudari sacrato Caesaris ore
Emerui.

Manil. lib. I. vers. 404.

Emeritum magnis mundum tenet acta procellis.

ubi & Huetius hunc Silii locum laudavit. Sidon. Apoll. carm. II. vers. 209.

Sedit & emerito juvenis veteranus in auro.

Valer. Max. lib. IV. cap. I. ex. 6. *Pene tantum in recusandis honoribus se gessit, quantum gesserat in emerendis.* vide N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. XI.

v. 23. *Ultima fessis Ancora cur Fabius*] Malim *ultima passis Ancora cur Fabius.* Aliter *ultima Ancora* est, quam *ἱερὰν* Graeci, *sacram* Latini dicunt. Pollux lib. I. *Ἄγκυρα ἱερὰ ἣ χωρὶς ἀνάγκης οὐ χρῆται.* apposite. Talis erat Fabius, ad quem non nisi in summo discrimine perventum est. Doctum poetam! D. HEINSIUS. Pro *ultima fessis Ancora*, nil aliud reponendum. Fabium sacram ancoram appellat. Deinde vitiose Dausquejii editio *quondam decus*, pro *quodnam.* N. HEINSIUS. *ultima passis*, quod D. Heinsius conjicit, est maxime miserabilia passis, ut apud Nasonem XIV. Metam. vers. 483.

Ultima jam passi comites belloque fretoque

Deficiunt

Imperia haud frustra reputans, cognoscere avebat,
Quae fortuna viro, quodnam decus; ultima fessis
Ancora cur Fabius, quem post tot Roma procellas
Hannibali putet esse parem. fervore carentes
Angebant anni, fraudique inaperta senectus.
Ocius accitum captivo ex agmine poscit
Progeniem ritusque ducis, dextraeque laborem.
Cilnius, Arretî Tyrrhenis ortus in oris,
Clarum nomen erat: sed laeva adduxerat hora
Ticini juvenem ripis, fususque ruentis
Vulnere equi, Libycis praebebat colla catenis.
Hic ardens extrema malis, & rumpere vitam:
Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi

In

Deficiunt, finemque rogant erroris.

in III. Trist. eleg. II. vers. II. *Ultima nunc patior.* Curtius lib. III. cap. I. *Caduceatorem praemisit, qui denunciaret, ni dederent, ipsos ultima esse passuros.* At recte viri docti nihil hoc loco mutandum esse viderunt, quod postea etiam Dan. Heinsio placuit. Fabius enim *ultima ancora* dicitur, ut Paullus *ultima spes* lib. VIII. vers. 670.

—— pro Jupiter! ictu
Procumbit saxi fessis spes ultima Paullus.

& *spes unica* lib. X. vers. 48.

Quid vanos, inquit, Latio spes unica Consul
Incassumque moves fato renuente furores.

Spes autem in nummis ut plurimum sub symbolo ancorae signatur. *ultima ancora* est, quam Latini *sacram*, Graeci ἱερὰν vocant, qua extra summum periculum non utebantur. Proverb. e Vatic. Append. Cent. II. num. 18. Ἱερὰ ἄγκυρα) Τὴν ἐν τῇ νηῒ μεγίστην λέγουσιν ἱεράν. Ταύτην εἰς τὴν θάλασσαν ῥίπτουσιν, ὅτι μέγιστος χειμὼν καταλάβῃ καὶ τελευταῖος. *Sacra ancora) Sacram ancoram vocant, quae in navi maxima est: quam in mare exerta summa procella & periculosa tempestate jaciunt.* Vide Schott. ad Proverb. e Suid. cent. XIV. num. 50. Pro *cur Fabius*, Celeberrimus Burmannus, si per codices liceret, mallet *quis Fabius.* Nam ita peccarunt librarii interdum: ut apud Nason. Epist. XIII. Heroid. vers. 109.

Sed tua cur nobis pallens occurrit imago?

ubi codices nonnulli *quid nobis.*

v. 25. *Fervore calentes Angebant anni*] Sive cum ratione, sive extra eam insanire dicamur, veram utique lectionem esse aimus *fervore carentes.* Nec opus erat tanto stomacho eruditissimo Interpreti. Solum id, quod ad pugnam elicere & impellere hominem cupiditate vincendi non poterat, Hannibalem subjecit Fabio. Et quid clarius, quam hanc lectionem flagitare ista?

Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
In manibus consulta.

BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XIII. Diu est, quod scribendum vidi *fervore carentes.* quod & aliis, nescio quibus, in mentem venerat; quos dum insanire dicit Interpres, insanit ipse. Nihil certius; quod & auctoritate Parmensis editionis confirmatur. contra *fervida Gracchi consulta* mox habemus. Veram scripturam etiam asseruit adversus Interpretem Barthius. N. HEINSIUS. Doctissimus Dansquejus dum pro vulgata lectione digladiatur contra non neminem, *fervore calentes annos* ad Hannibalem refert, quem hucusque ut juvenem semper descripsit Silius, cui etiam *calentem sanguinem* dat mox vers. 66. *calidi nunc tu cui sanguinis aetas.* talis enim ubique juventus proponitur, unde *igneam* vocat Claudian. Conf. Olybr. & Prob. vers. 155.

Ignea longaevo frenatur corde juventus.

ubi vide Barthium; ut contra senectus ut frigens. Silius lib. XVI. vers. 596.

Sed frigens animis nec bello prospera turba
Ancipiti senior.

Nihilominus tamen cum viris doctis *fervore carentes* malo, quod ad Fabium refero, cui multi anni jam fervorem & impetum juvenilem ademerant, ut nihil nisi consulto ageret: unde *fervore carentes annos* cum *fraudi inaperta senectute* jungit Silius. pari modo errarunt prisci codices apud Valer. Flacc. lib. VI. vers. 751. ut monuit Doctissimus Carrion.

v. 29. *Cilnius*] *Cilnius* bene Interpres, sed qui Lipsio id sublegerit. is videndus Antiq. Lect. lib. I. cap. XXII. Ex Cilnia gente Etrusca Maecenas. neque aliter membranae Colonienses. Paullo ante idem codex *dextraeque laborem*, non *labores.* Mox, pro *adduxerat hora*, Puteam. *advexerat. Areti* etiam in Coloniensi. N. HEINSIUS. *Cilnius* minime in *Cilnius* mutandum monet Ursinus ad Taciti VI. Ann. cap. XI. sed perperam, ut viri docti hic docuerunt, & Lips. ad d. l. Taciti.

v. 33. *Hic ardens extrema malis & rumpere vitam*] Fortasse,

Hic ardens extrema mali atque abrumpere vitam.

Virgilius XI. Aen. vers. 479.

Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.

 Noster

In manibus consulta, inquit. Tirynthia gens est:
Quam si fata tuis genuissent, Hannibal, oris,
Terrarum imperium Karthaginis arce videres.
Non ego te longa serie per singula ducam.
Hoc sat erit. nosces Fabios certamine ab uno.
Vejentum populi violata pace negabant
Acceptare jugum, ac vicino Marte furebat
Ad portas bellum, Consulque ciebat ad arma.
Delectus vetiti, privataque castra Penates
Herculei implevere: domo (mirabile) ab una
Patricius junctis exercitus ibat in armis.
Ter centum exsiluere duces: quocumque liberet,
Uno non pavidus rexisses bella magistro.
Sed, dirum egressis omen, Scelerata minaci
Stridentis sonitu tremuerunt limina portae;
Maximaque Herculei mugivit numinis ara.

Invasere

Noster lib. IX. vers. 649. *abrumpere cuncta Jamdudum cum luce libet.* Senec. in Troad. vers. 938.

Abrumpere ense lucis invisae moras.

Lucan. lib. IV. vers. 482.

Par animi laus est, & quos speraveris annos
Perdere, & extremae momentum abrumpere lucis,
Arcessas dum fata manu.

lib. VI. vers. 609.

——— *quamvis fecerit omnis*
Stella senem, medios herbis abrumpimus annos.

erumpere vitam Veneta editio Marsi. etiam bene, si scribis *atque erumpere vitam.* N. HEINSIUS. Viri Illustrissimi conjectura admodum verosimilis est, praesertim cum vulgata scriptura vix commodum sensum habeat. Supra lib. II. vers. 597.

——— *abrumpere vitam*
Ocius attoniti quaerunt, lucemque gravantur.

Virgilius IV. Aen. vers. 631.

Invisam quaerens quamprimum abrumpere lucem.

Senec. Herc. Oet. vers. 895.

Natum relinques, fataque abrumpes tua.

Eodem tamen sensu *rumpere vitam* supra habes lib. VI. vers. 510. *vel si stat rumpere vitam, In patria moriamur. extrema mali* vocat captivitatem & servitutem, qua homini libero nihil gravius accidere potest.

v. 41. *Ac vicino Marte furebant Ad portas bellum*] *ferebant* reponit doctissimus vir in Promulside. Sed ego vulgatam scripturam argutiorem puto. Furebant bellum sibi esse ad portas. *Ad portas*, alibi eam abruptam phrasin enarravimus, nec nunc etiam mutamus, quoniam in re subita furibundis *ad portas* conclamatur, uti *ad arma* solet, & *ad oscula* in ultimo periculo clamat amator apud festivum scurram, sed immaturer obscoenum, Petronium. BARTHIUS lib. XXIII. Adversf. cap. XX. Scribe ex Coloniensi & Oxonio, *vicino Marte furebat Ad portas bellum.* neque aliter editio Parmensis. Clarissimus Gronovius Observ. I. cap. XVII. distinctione post *τὸ furebant* huic loco medebatur. *ferebant Ad portas bellum* Zinzerlingus volebat cap. XX. Promulsidis Criticae. infra hoc libr. vers. 504. *Fama furit versos hostes.* vers. 572. *obnixi cum bella furentia torquent.* Claudian. II. in Rufin. vers. 233.

——— *utrixque manus mucrone furenti*
Ducitur.

N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolan. editio *furebat*, quod recte vindicavit Illustrissimus Heinsius. *furebat Ad portas bellum*, nempe ad portas urbis Romae. Proprie autem illud bellum Romanis dictum *Antarium.* Paullus, qui Festum contraxit, *Antarium bellum, quod ante urbem geritur.*

v. 43. *Delectus vetiti*] *Dilectus* in Coloniensi, ut passim etiam in aliis scriptoribus veterrimae membranae. Pessime editio Interpretis *veteri.* N. HEINSIUS. *Dilectus militum* tam, quam *Delectus.* vide Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 87. Ant. Augustin. ad Fest. in voce *Dilectus.* N. Heinsium ad Claudiani I. de Laudib. Stilic. vers. 316. ad Nason. X. Metam. vers. 324. & nuper Eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. II. od. IV. vers. 17.

v. 44. *Domo (admirabile) ab una*] *mirabile* scripti & priscae editiones. vulgata scriptura ingratum & durum quid sonat. N. HEINSIUS. *admirabile* primus edidit Wolfius in editione Basileensi, & post eum nonnulli alii.

v. 46. *Ter centum exsiliere duces*] Scripti & priscae editiones *exsiluere*, non *exsiliere.* N. HEINSIUS. Mediolan. etiam editio *exsiluere* habet. Atque ita passim optimi scriptores loqui malunt. vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Dissilui*, Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 768. N. Heinf. ad Claud. Praef. de III. Conf. Honor. vers. 3. ad Nason. V. Metam. vers. 35. ad IX. vers. 314. ad X. vers. 410. ad XIV. vers. 406. apud Lucan. etiam lib. I. vers. 488. plu-

rimi

Invasere hostem, numerarique aspera virtus
Haud est passa viros, & plures milite caedes.
Saepe globo densi, saepe & per devia passim
Dispersi subiere, vicis meritique labore
Aequato. nulli quisquam virtute secundus,
Ducere tercentum Tarpeja ad templa triumphos.
(Spes heu! fallaces, oblitaque corda caducum,
Mortali quodcumque datur.) grex ille virorum,
Qui Fabia gente incolumi deforme putabat
Publica bella geri, pariter cecidere Deorum
Invidia, subitis circumvenientibus armis.
Nec tamen occisos est cur laetere. supersunt.
Quod tibi sit Lybiaeque satis, certaverit unus
Ter centum dextris. tam vivida membra, laborque
Providus, & cauta sollertia tecta quiete.
Nec vero, calidi, nunc tu, cui sanguinis aetas,

Foderis

rimi codices *exsiluere* habent, non *exsiliere*, ut nunc editum est. Romana princeps & Marsi editio errore typographorum *exsilire* habent, quem etiam alhae expresserunt: primus vero Nicander in Juntina *exsiliere* dedit.

v. 46. *Quocumque liberes*] Scribe, *quaecumque liberet*: quaelibet bella. id concinnius. *Uno*, subintellige, horum. N. HEINSIUS.

v. 47. *Uno non pavidus rexisses bella magistro*] Adeo bellis exercitati erant hi Fabii, ut cuilibet eorum universus exercitus tuto committi, & unusquisque imperatorem agere posset. Silius Nasonem & Livium expressit; quorum hic inquit lib. II. cap. XLIX. de Fabiis, *Sex & trecenti milites, omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem ducem sperneret quibuslibet temporibus Senatus.* ille in II. Fast. vers. 199.

Egreditur castris miles generosus ab isdem,
E quis dux fieri quilibet aptus erat.

utrumque locum jam laudavit Doctissimus Dausquejus: quibus adde illum Justini de exercitu Alexandri Magni lib. XI. cap. VI. *Non juvenes robustos, nec primum florem aetatis, sed veteranos, plerosque etiam emeritae militiae, qui cum patre patruisque militaverant, elegit: ut non tam milites, quam magistros militiae, electos putares.* *Magister* est dux, imperator. vide infra N. Heinsium ad lib. VIII. vers. 391. supra lib. III. vers. 371. *vigili stant bella magistro.* lib. X. vers. 98.

Unanima inde phalanx crudo ducente magistro.

lib. XV. vers. 609.

Praeterea gemino prodebant juncta magistro
Castra regi.

v. 49. *Stridentis sonitus tremuerunt limina portae*] *Stridentes sonitu tremuerunt limine portae* Coloniensis. corrigo,

——— *Scelerata minaci*
Stridentis sonitu gemuerunt limina portae.

Si *Stridentes* servas cum Coloniensi, erit appositio. Apud Nason. IV. Metam. vers. 448.

——— *sacroque a corpore pressum*
Ingemuit limen.

ubi codices multi scripti ac editi *Intremuit.* perperam. Plura Metam. XIV. vers. 739. N. HEINSIUS. *sonitus* chalcographorum lapsu in editionem Dausqueji irrepsit: omnes enim retro aliae *sonitu* habent, etiam ipse in notis Dausquejus. Insuper Illustrissimi Heinsii conjecturam *gemuerunt* amplector, quod limina *sonitu tremere* non recte dicantur, & omen non in tremore, sed stridore portae constiterit, ut apud Claudian. II. de Rapt. Proserp. vers. 6.

——— *ter cardine verso*
Praesagum cecinere fores.

Frequenter autem *gemere* in libris scriptis abit in *tremere.* vide virum eximium Richard. Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XXVII. vers. 23. ut contra etiam *tremere* in *gemere.* vide N. Heinsium ad Silii lib. VIII. vers. 60. Claudiani I. in Rufin. vers. 220. & ad Nason. XIV. Metam. vers. 188.

v. 50. *Maximaque Herculei mugivit numinis ara*] De hac Herculis ara maxima copiose egerunt Cerda ad Virgil. VIII. Aen. vers. 271. & ὁ πάνυ Salmas. ad Solin. pag. 7.

v. 54. *Dispersi subiere vices*] Scribe,

Dispersi subiere (scil. hostes,) *vicis meritique labore*
Aequato..

N. HEINSIUS.

v. 57. *Oblitaque corda caducum, Mortali quodcumque datur*] *caducum* scil. esse. Proximo etiam versu malebam *putabant.* N. HEINSIUS.

v. 62. *Nec tamen occisos est cur laetere*] Scripturam hanc non damno, in editione tamen Parmensi *occisis laetere*, ut apud Valer. Flacc. lib. VII. vers. 413.

——— *miserata laborem*
Nempe venis? an & ipsa mea laetabere morte?

v. 63. *Supersunt, Quot tibi sint Libyaeque satis.*] Scripti & vetustae editiones, *Quod tibi sit satis.* bene,

Foderis in pugna velocius ilia planta
Bellatoris equi, frenisque momorderis ora.
Quem cernens avidum leti post talia Poenus,
Nequidquam nostras, demens, ait, elicis iras,
Et captiva paras moriendo evadere vincla.
Vivendum est. arta serventur colla catena.
Haec juvenis, Divisque tumens ausisque secundis.
At Patres Latiasque nurus raptabat ad aras
Cura Deûm. maesto suffusae lumina vultu
Femineus matres graditur chorus; ordine longo,
Junoni pallam conceptaque vota dicabant.
Huc ades, o regina Deûm, gens casta precamur;
Et ferimus, digno quaecunque est nomine, turba
Ausonidum pulchrumque, & acu subtemine fulvo,
Quod nostrae nevere manus, venerabile donum.
Ac dum decrescit matrum metus, hoc tibi, Diva,
Interea velamen erit. si pellere nostris
Marmaricam terris nubem dabis, omnis in auro

Pressa

si distinctionem mutes. in Parmensi est *Quot tibi sit.* N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolan. editio *Quod tibi sit.*

v. 67. *Foderis in pugna*] *in pugnam* praestiterit. N. HEINSIUS. Omnino recte vir Illustrissimus *in pugnam*, nisi malis *in pugnas.* supra lib. VI. vers. 208.

Utque erat in pugnas, & Martem, & proelia, & hostem
Igneus.

lib. IX. vers. 458.

——— *porgebat protinus ensem*
Aetnaeum in pugnas juveni, ac majora jubebat.

lib. VIII. vers. 523.

Omnibus in pugnam fertur sparus.

lib. XIII. vers. 202.

Cui tres in pugnam dextrae varia arma gerebant.

Ita quatuor his locis scribendum docuit idem Heinsius, cum olim primo loco *in pugnamque*, reliquis *in pugna* vulgo ederetur.

v. 72. *Arta serventur colla catena*] *servetur* Puteaneus, ut sit Graecismus. Opinor *artae serventur colla catenae*, vel *servetur.* N. HEINSIUS.

v. 75. *Maesto suffusae lumina vultu*] Imo *fletu*, quidquid obnituntur membranae veteres. Pessime editio Dausqueji *matrum chorus*, pro *matres*, contra fidem omnium librorum. sed &, pro *graditur*, libens rescripserim *pariter*,

Femineus matres pariter chorus ordine longo
Junoni pallam conceptaque vota dicabant:

vel *graditur chorus dicantes*, idque verius videtur. N. HEINSIUS. *maesto fletu* cum viro illustrissimo malo. Virgilius I. Aen. vers. 228.

Tristior & lacrimis oculos suffusa nitentes.

Seneca II. de ira cap. XXXVI. *Lumimum suffudit aciem in oculos vehementius humor egestus.*

v. 77. *Junoni pallam*] Tota oeconomia ex Virgilii primo, illius ex Homeri XV. est. D. HEINSIUS.

v. 79. *Et ferimus digno quaecumque est nomine turba*] Maluerim *digno quodcumque est nomine turbae Ausonidum*: vel *dignum.* N. HEINSIUS. Locus videtur corruptus, qui, nisi ei medendo ultimam Illustrissimi Heinsii medicinam, *dignum quodcumque est nomine turbae Ausonidum*, adhibeas, fortasse emendandus hoc modo erit, *dignum, quocumque es nomine, turbâ Ausonidum donum.* Cum enim Juno apud Romanos variis nominibus coleretur, posito nomine *Reginae Deum*, sollemni more precantium addit, *quotumque es nomine.* Sic etiam Appulej. XI. Metam. pag. 239. post alia addit: *quoquo nomine, quoquo ritu, quaqua facie te fas est invocare.* ubi vide Pricaeum, & Victor. XIII. Var. Lect. cap. II.

v. 80. *Et acu subtemine fulvo*] Puto, *& acu & subtemine*, ut vestes textas & acu pictas conjungat. N. HEINSIUS. Perperam editiones & nonnulli codices *subtegmine*, *subtemine* recte Coloniensis. Est enim *subtemen* contractum ex *subteximen*, quemadmodum *momen* ex *movimen*: at *subtegmen* est ex *subtegimen.* Vide Dausq. Orthogr. part. II. hac voce. *subtemen* autem est stamini immissum filum, quod *fulvum*, id est aureum, dicit. Virgil. III. Aen. vers. 483.

Fert picturatas auri subtemine vestes.

ubi Servius: Auri subtemine] *id est, filo, quod intra stamen currit, quod Persius* tramam *dixit: nam male quidam* subtemen *stamen accipiunt, quum stamen de auro esse non possit.*

v. 82. *At dum decrescit*] *Ac dum* ex scriptis & editione Romana. N. HEINSIUS. Nec aliter editio Romana princeps & Mediolanensis. Imitatur

autem

Pressa tibi varia fulgebit gemma corona.
Necnon & proprio venerantur Pallada dono,
Phoebumque, armigerumque Deum, primamque Dionem.
Tanta adeo, cum res trepidae, reverentia Divûm
Nascitur: at rarae fumant felicibus arae.
Dum Roma antiquos templis indicit honores,
Jam Fabius, tacito procedens agmine, & arte
Bellandi lento similis, praecluserat omnes
Fortunaeque hostique vias. discedere signis
Haud licitum: summumque decus, quo tollis ad astra
Imperii, Romane, caput, parere docebat.
Verum ubi prima satis conspecta in montibus altis
Signa procul, fulsitque novis exercitus armis,
Arrectae spes Sidoniae; fervetque secundis
Fortunae juvenis. vincendi sola videtur,
Quod nondum steterint acies, mora: Pergite, clamat:
Ite citi; ruite ad portas; propellite vallum
Pectoribus. quantum campi distamus, ad umbras
Tantum hosti superest. resides ad bella vocantur,

Quis

autem Silius illud Maronis Ecl. VII. vers. 35.

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus: at tu,
Si fetura gregem suppleverit, aureus esto

Quem expressit etiam Auson. Epigr. v.

Nunc te marmoreum pro sumtu fecimus, at, cum
Augustus frater remeaverit, aureus esto.

v. 86. *Proprio venerantur Pallada dono*] Peplum intelligit Dausquejus, quod Athenis, cum Panathenaica magna celebrarentur, proprium & sollemne Minervae donum erat. De eo vide eruditissimi Meursii Panathen. cap. XVII. & seqq.

v. 88. *Tanta adeo, cum res trepidae, reverentia Divûm Nascitur*] Liv. lib. XXV. cap. I. *Quo diutius trahebatur bellum, & variabant secundae adversaeque res non fortunam magis, quam animos hominum; tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines aut Dii repente alii viderentur facti.* Plura vide apud Barthium ad Statii IV. Theb. vers. 661.

v. 89. *Et rarae*] *ac* Putean. & Oxon. *at* bene Coloniensis. N. HEINSIUS. Non aliter legendum conjicit Davisius ad Caesar. III. belli Civil. cap. XX.

v. 90. *Templis indicit honores*] Hemistichium est Maronianum ex I. Aen. vers. 632. *simul Divum templis indicit honorem.* *Honor* autem hic notat omne id, quo mortales Deos propitiant, vel venerantur. supra lib. III. vers. 217.

Jamque Deûm regi Martique sub omine fausto
Instauratus honos.

hoc libro vers. 184.

—— primum Vestae decerpsit honorem
Undique, & in mediam jecit libamina flammam.

Virgil. III. Aen. vers. 264.

Numina magna vocat, meritosque indicit honores.

& VIII. Aen. vers. 76.

Semper honore meo, semper celebrabere donis.

Idem, ut volunt, in dedicatione Aeneïdos,

Victima sacrato tinguet honore focos.

ubi non recte magnus Scaliger notis in Catalect. pag. 233. *sacrato odore* legit. Valer. Flacc. lib. II. vers. 651. *templisque sacros largitur honores.* Livius lib. VIII. cap. XXXIII. *Eum, propter quem Deum delubra pateant, arae sacrificiis fument, honore, donis cumulentur, nudatum virgis lacerari in conspectu populi Romani.* Plura vide apud virum Amplissimum Gisbert. Cuperum II. Observ. cap. III. & Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. VI. vers. I.

v. 91. *Cauto praecedens agmine*] *procedens* bene scripti. dictum lib. VI. vers. 444. Coloniensis etiam *tacito agmine*, *tanto* Oxon. N. HEINSIUS. *τὸ cauto agmine*, quod libri typis descripti habent, videtur defendi ex Livii lib. XXII. cap. XII. ubi de nostro hoc Fabio ait: *Itineribus summa cum cura exploratis ad hostem ducit.*

v. 92. *Praecluserat omnes Fortunaeque hostique vias.*] Livius lib. XXII. cap. XII. *Nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, Fortunae se commissurus.*

v. 96. *Verum ubi prima satis &c.*] Iterum Liv. lib. XXII. cap. XII. *Quo primum die haud procul Arpis in conspectu hostium posuit castra, nulla mora facta, quin Poenus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret.*

v. 98. *Arrectae spes Sidoniae*] *Sidonii* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 100. *Quod nondum steterit acies*] *steterint* ex scriptis. N. HEINSIUS. *steterint* etiam Mediol. editio, nec male. Utriusque enim partis, Romanorum & Karthaginiensium, acies intelligit.

v. 103. *Resides ad bella vocantur senes,*] Ita haec

sunt-

Quîs pudeat certare, senes. quodcumque videtis,
Hoc reliquum est, primo damnatum, ut inutile, bello.
En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadae? pulsi Ausonia non ante paventem
Dimisere fugam, quam terror ad ultima mundi
Oceanumque tulit: profugus nunc errat uterque,
Nomina nostra tremens, & ripas servat Hiberi.
Est etiam, cur Flaminio mihi gloria caeso
Creverit, & titulis libeat cur figere nostris
Crudum Marte viri nomen. quot demere noster
Huic annos Fabio gladius valet! & tamen audet.
Audeat. haud ultra saxo spectetur in armis.
Talia vociferans volucri rapit agmina cursu,
Ac, praevectus equo, nunc dextra provocat hostem,
Nunc voce increpitat, missa nunc eminus hasta
Fertur ovans, pugnaeque agitat simulacra futurae.
Ut Thetidis proles Phrygiis Vulcania campis

Arma

sunt distinguenda. paullo ante forsan, *quanto campi distamus.* N. HEINSIUS. Olim ita distinguebatur, *resides ad bella vocantur, Quis pudeat certare senes.*

v. 105. *Hoc reliquum est, primo damnatum & inutile bello*] Corrupta haec scriptura Marsum in eum errorem induxit, ut sententiam menti poëtae & huic loco alienissimam ex his versibus eliceret, quibus nihil clarius esse poterit, si illo modo corrigantur,

——— primo damnatum, ut inutile, bello.
En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadae? pulsi Ausonia non ante paventem
Dimisere fugam, quam terror ad ultima mundi
Oceanumque tulit profugus, nunc errat uterque.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXVIII. *ut inutile* scripti & priscae editiones. Puto

——— quodcumque videtis,
Huic reliquum, & primo damnatum, ut inutile, bello.

N. HEINSIUS. Primus Marsus perperam *& inutile* edidit. Saepe librarii has voculas confundere consueverunt. vide supra ad lib. v. vers. 217. Quod autem ad sensum, paria habet Cestius apud M. Senec. suasor. v. *Novissime, ut veniat, cum quibus veniet? reliquias victoriae nostrae colliget: illos adducet, quos priore bello quasi inutiles reliquias novit, si qui ex fuga consecuti sunt. Nullum habet militem, nisi aut fastiditum, aut victum.*

v. 106. *Heu ubi nunc Gracchi, aut ubi sunt nunc*] Scripti rectius,

En, ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis?

Cogitabam aliquando, *atque ubi nunc duo fulmina gentis Scipiadae?* ut Maronem solens aemuletur. N. HEINSIUS. Recte *En, ubi nunc* viri docti. Sic lib. VI. vers. 516.

En, qui se jactat Libyae, populisque nefandis,
Atque hosti servare fidem, data foedera nobis
Ac promissa fides thalamis ubi, perfide, nunc est?

Quamvis, nisi manuscriptorum auctoritas aliud suaderet, etiam vulgata lectio servari posset. De formula *ubi nunc est*, & *heu ubi nunc est* vide Illustrissimum Heins. ad Nason. epist. IV. Heroid. v. 150. optimum Broekhus. ad Propert. lib. III. Eleg. IX. vers. 59. & Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXV.

v. 106. *Fulmina gentis Scipiadae*] Lucret. lib. III. vers. 1049.

Scipiades, belli fulmen, Karthaginis horror.

quem imitatur Virgil. VI. Aen. vers. 843. *geminos duo fulmina belli Scipiades*, ut viri docti ad eum locum notarunt. at Silius, ut solet, Maronem expressit. Pariter noster lib. XV. vers. 667.

Et, fulmen subitum Karthaginis, Hannibal adsit.

vide Gisan. Indic. Lucret. voce *Fulmen belli. Scipiadae* autem sunt Scipiones, ut in locis dictis Lucretii ac Maronis. etiam apud Claud. bell. Getico vers. 140.

——— sed tertia virtus
Scipiadae Latiis tandem deterruit oris.

Sic *Memmiades* pro Memmius apud Lucret. lib. I. vers. 27. ubi vide Lambin.

v. 107. *Paventes Dimisere fugam*] *paventem* ex scriptis. Vidit haec & superiora jam Modius ac monuit. Sed quod idem *terror profugus*, pro *profugos*, corrigebat, quamvis codices nonnulli assentiantur, haud probo. N. HEINSIUS.

v. 109. *Profugos: nunc errat uterque*] *profugus nunc errat uterque* ex Coloniensi Modius. & sic editio Parmensis. N. HEINSIUS. *profugus* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio cum codice Oxoniensi.

V. 112.

Arma tulit, clipeo amplexus terramque 'polumque,
Maternumque fretum, totumque in imagine mundum.
Caſſarum ſedet irarum ſpectator, & alti
Celſus colle jugi domat exſultantia corda,
Infractaſque minas dilato Marte fatigat
Sollers cunctandi Fabius. ceu nocte ſub atra
Munitis paſtor ſtabulis per ovilia cluſum
Impavidus ſomni ſervat pecus: effera ſaevit,
Atque impaſta truces ululatus turba luporum
Exercet, morſuque quatit reſtantia clauſtra.
Irritus incepti movet inde, atque Apula tardo
Arva Libys paſſu legit, ac nunc valle reſidit
Conditus occulta, ſi praecipitare ſequentem,
Atque inopinata detur circumdare fraude:
Nunc nocturna parat caecae celantibus umbris

Furta

v. 112. *Titulis libeat cur figere noſtris*] Opinor, *titulis libeat ſuffigere.* Sic lib. I. verſ. 153. *robore erecto ſuffixus.* apud Lucan. lib. IX. verſ. 328.

Providus antennae ſuffixit lintea ſummae.

ita *ſubſcribere* Horat. lib. III. od. XXIV.

Si quaeret Pater urbium
Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat
Refrenare licentiam.

Vide Gronov. ad Plinii XXII. Hiſt. Nat. cap. VI. N. HEINSIUS.

v. 114. *Et tamen audet*] *at tamen* Colonienſis. N. HEINSIUS.

v. 119. *Pugnaeque agitat ſimulacra futurae*] Infra lib. XVI. verſ. 528. *bellique feri ſimulacra cientur.* Virgil. V. Aen. verſ. 585. *pugnaeque cient ſimulacra ſub armis.* Liv. lib. XXIX. cap. 22. *Poſtero die terreſtrem navalemque exercitum, non inſtructos modo, ſed hos decurrentes, claſſem in portu, ſimulacrum & ipſam edentem navalis pugnae, oſtendit.* Capitol. in vita Maximini cap. VI. *Quinta quaque die jubebat milites decurrere, ſimulacra bellorum agere.*

v. 121. *Clipeo amplexus*] *clipei* maluerim. *in imagine* ſcilicet, quod ſubſequitur. N. HEINSIUS.

v. 123. *Caſſarum ſedet irarum ſpectator*] *ſpeculator* puto: ita enim ſolent poetae loqui. Hinc *ſpecula montis* apud Maronem Ecl. VIII. verſ. 55. infra hoc lib. de Fabio verſ. 521.

——— *ſpecula ſublimis ab alta*
Non Romana minus ſervat, quam Punica caſtra.

De ſpeculatoribus vide Stewich. ad Veget. lib. III. cap. VIII. N. HEINSIUS. De Fabio etiam ſupra Silius lib. I. verſ. 679.

At Fabius cauta ſpeculator mente futuri.

Inprimis vero huc facit, quod Fabius caſtra in monte poſuerat, unde, ut e ſpecula, videre poterat, quae Hannibal in planitie agebat. lib. V. verſ. 378.

Cedentem Conſul tumulo ſpeculatus ab alto.

Liv. lib. XXXIII. cap. X. *Tumulum altiorem inter ceteros cepit, ut ſpecularetur, quae in laeva parte ſuorum fortuna eſſet.* Saepe autem ita turbaſſe librarios putat N. Heinſius, quem verbum hoc Silio reſtituentem infra vide ad lib. XIII. verſ. 163. & lib. XVII. verſ. 346. Si quis tamen receptam lectionem malit, non adverſabor.

v. 124. *Exſultantia corda*] *colla* editio Parmenſis, & membranae Puteaneae. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Sed nihil muto. infra lib. XVI. verſ. 480.

Pulſanteſque aeſtu laudum exſultantia corda.

Virgilius III. Georg. verſ. 105.

Cum ſpes arrectae juvenum, exſultantiaque haurit
Corda pavor pulſans.

quae repetiit etiam in V. Aen. verſ. 137. Interdum ſcribae librarii voces *corda* & *colla* inter ſe commutarunt. vide ſupra ad lib. VI. verſ. 414.

v. 125. *Infractaſque minas dilato Marte fatigat*] ἀπομωλύζει. D. HEINSIUS.

v. 130. *Morſuque quatit reſtantia clauſtra*] *reſtantia*, quae lupum ingreſſu prohibebant. vide Broekh. ad Propert. lib III. eleg. VI. verſ. 31. *clauſtra* vero ſunt ipſae fores. Silius lib. XIII. verſ. 107.

——— *quo frangeret altos*
Portarum poſtes, quateretque morantia clauſtra.

Vide Giſan. Indic. Lucret. voce *aera.*

v. 132. *Nunc valle reſedit Conditus occulta*] *reſidit* cum Oxonio & Puteaneo. N. HEINSIUS. Strategemata Hannibalis, quibus Fabium tentavit, ita deſcribit Livius lib. XXII. cap XII. *Conſtantiam haud dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro caſtra, populandoque in oculo ejus agros ſociorum, coepit; & modo citato agmine è conſpectu abibat, modo repente in aliquo flexu viae, ſi excipere degreſſum in aequum poſſet, occultus ſubſiſtebat.* quo loco vir Celeberrimus Jac. Gronovius, cum patre Livii ſoſpitator, egregie ex Cantabrig. codice *tacito agmine* vindicavit, ut illud fere indicet, quod Silius mox verſ. 135. ita exprimit,

Nunc nocturna parat caecae, celantibus umbris,

Furta viae; retroque abitum fictosque timores
Assimulat: tum castra citus deserta relicta
Ostentat praeda, atque invitat prodigus hostem.
Qualis Maeonia passim Maeandrus in ora,
Cum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat.
Nulla vacant incepta dolis: simul omnia versat,
Miscetque exacuens varia ad conamina mentem.
Sicut aquae splendor, radiatus lampade Solis,
Dissultat per tecta, vaga sub imagine vibrans
Luminis, & tremula laquearia verberat umbra.

Jamque

Furta viae.
Fraudes Hannibalis infra etiam depingit Fabius vers. 401.

Jam cernet Libycum hunc vallo assultare leonem,
Jam praedas offerre tibi, jam vertere terga
Respectantem adeo, atque iras cum fraude coquentem.

resedit autem, pro *residis*, sollemni errore dedisse librarios supra monitum ad lib. v. vers. 3.

v. 136. *Furta viae.*] Forte *fugae*. N. HEINSIUS.

v. 137. *Nunc castra citus deserta relicta Ostentat praeda*] *tum castra* scripti. N. HEINSIUS. Similem Hannibalis fraudem Aemilio & Varrone Coss. memorat Liv. lib. XXII. cap. XLI. Eodem dolo Cyrus Tomyris filium in insidias pellexit, ac cum omni exercitu ad interneccionem cecidit. vide Justin. lib. I. cap. VIII.

v. 139. *Qualis Maeonia passim Maeandrus in ora*] Forte *Maeoniae campis Maeandrus in orae*. N. HEINSIUS. Pari similitudine Ovidius Daedali labyrinthum Maeandro comparat in VIII. Metam. vers. 162.

Non secus ac liquidus Phrygiis Maeandros in arvis
Ludit; & ambiguo lapsu refluitque fluitque:
Occurrensque sibi venturas aspicit undas:
Et, nunc ad fontes, nunc in mare versus apertum,
Incertas exercet aquas.

ubi illustrando Nasoni hunc locum Silii N. Heinsius etiam laudavit. Deinde nihil hic mutandum. *passim* enim est vage fluens. Petron. in Satyr. cap. CXXII.

——— *nec vaga passim*
Flumina per notas ibant morientia ripas.

Ita, quae *passim* jacent, opponuntur iis, quae in acervo jacent. Pacat. in Paneg. cap. XXXVI. *Arma, tela, equi, homines, viva, perempta, prona, supinaque corpora passim, vel in acervo jacere.* in Gloss. Labb. Σποράδην exponitur per *Passim, vagerassim.* ubi recte viri docti *vage, sparsim* legendum docuerunt.

v. 140. *Cum sibi gurgitibus flexis revolutus oberrat*] *errare* propria vox poetis de fluminibus flexuosis. Silius lib. IX. vers. 228. *curvo circumerrat gurgite ripas.* Ovid. Epist. IX. Her. vers. 55.

Maeander toties qui terris errat in isdem.

Manil. lib. v. vers. 14.

Fluminaque errantes late sinuantia flexus.

Senec. in Herc. Fur. vers. 683.

——— *qualis incerta vagus*
Maeander unda ludit, & cedit sibi,
Instasque; dubius, litus an fontes petat.

ubi in optimo codice est *undis errat*, *ludis*, *& cedit*: ut olim duplicem lectionem fuisse indicetur, quibusdam codicibus *undis errat*, quibusdam *undis ludit* habentibus, quas scriba conjunxit. vide eo loco Maximum Gronov. Petron. in Satyr. cap. CXXXI.

Has inter ludebat aquis errantibus amnis.

ubi vide Celeberrimum Burmannum.

v. 141. *Nulla vacant incepta dolis*] *Mille novat incepta* editio Romana: quod si sequimur, *novans* erit castigandum. N. HEINSIUS. Non aliter etiam Romana princeps & Mediol. editio. *Mille dolis*, numerus finitus pro infinito. Ovid. Epist. XX. Heroid. vers. 41.

Mille doli restant: clivo sudamus in imo.

novare autem est renovare. supra lib. IV. vers. 12.

Pila novant, ac detersa rubigine saevus
Induitur ferro splendor.

Virgil. IV. Aen. vers. 260.

Aenean fundantem arces ac tela novantem.

& VII. Aen. vers. 630.

Tela novant Atina potens, Tiburque superbum.

Ovid. Epist. I. Heroid. vers. 20.

Tlepolemi leto cura novata mea est.

Epist. IV. Heroid. vers. 90.

Haec reparat vires, fessaque membra novat.

ubi vide N. Heinsium. Claudian. II. de Laud. Stilic. vers. 194.

Rursum cote novat nigras rubigine falces.

quam lectionem si sequimur, non opus tamen erit cum Illustrissimo Heinsio τὸ *novat* in *novans* mutare. sed praestat cum manuscriptis id, quod vulgo editur, servare.

v. 143. *Sicut aquae splendor* &c.] Silius imitatur Maronem VIII. Aen. vers. 22.

Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunae,
Omnia pervolitat late loca, jamque sub auras
Erigitur, summique ferit laquearia tecti.

v. 146. *Immurmurat irae*] Sic Coloniensis. *ire* in Aldina editione aliisque vetustioribus. perperam. lib. v. vers. 332. *admorsae immurmurare hastae.* *terrae immurmurare* Stat. Theb. XI. vers. 63. possis etiam

Jamque dolore furens ita secum immurmurat irae:
Obvia si primus nobis hic tela tulisset,
Nulla essent Trebiae & Thrasymeni nomina, nulli
Lugerent Itali. numquam Phaethontius amnis
Sanguinea pontum turbasset decolor unda.
Inventum (dum se cohibet, terimurque sedendo,)
Vincendi genus est. quoties, velut obvius iret,
Discinxit ratione dolos, fraudesque resolvit!
Haec secum, mediam somni cum buccina noctem
Divideret; jamque, excubias sortitus iniquas,

Tertius

etiam *immurmurat ore*. N. HEINSIUS. *immurmurat ira* Illustrissimus Scaliger ad oram Silii sui emendavit.

v. 148. *Nulla essent Trebiae*] *Nullane nunc* Oxon. Putean. & editio Romana; Coloniensis *Nullane num Trebiae, Thrasymeni.* Scribendum haud dubie, *Nulli amnem Trebiae.* historiam habes lib. IV. vers. 595. ubi *sanguineus amnis* Trebia hac de caussa vocatur. lib. XI. vers. 140.

Ut Trebiae ripas aeterno nomine famae
Tradiderit.

Mox, pro *nullos Ingererent titulos*, editio Veneta Marsi *nulli Fulgerent tituli*, Romana cum Oxoniensi & Puteaneo *nulli Lugerent tituli*, Aldina editio *nullis Ingererent titulis*, optime Coloniensis *nulli Lugerent Itali.* confirmat & Parmensis. Forte totus locus sic scribendus,

Nulli amnem Trebiae, Thrasymeni nomina nulli
Lugerent Itali.

N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanensi editione est,

Nullane nunc Trebiae & Thrasymeni nomina, nulli
Ingererent tituli.

v. 152. *Vincendi genus est. quoties*] Optima, ut puto, ratione cum metri tum sensus habita, *est* adjunxi, quod deërat in omnibus, quae ego quidem vidi, exemplaribus. D. HEINSIUS. Claudicanti versui opitulatur Puteaneus, inserendo post *το genus* particulam *&*, Oxonius *ex.* forte *o quoties*, vel *est. quoties.* N. HEINSIUS. Utraque conjectura etiam Dausquejo in mentem venit, posterior & Illustrissimo Scaligero ad oram libri sui.

v. 153. *Discinxit ratione dolos*] Barthius I. Ablegm. Crit. cap. I. & postea lib. XXIX. Advers. cap. XI. *discingere* pro *resolvere* vocabulum cadentis Latinitatis esse notat, eumque hujus vocis usum aliis Sidonii Apollinaris exemplis adstruxit: quibus & hoc adde ex lib. III. Epist. IX. *Si inter coram positos aequanimiter objecta discingitis, arbitror hunc laboriosum posse probare, quod objicit.* ubi vide Savar. qui similia exempla laudavit, nullum autem antiquioris auctoris, quam Appuleji: quaedam etiam vide apud Gebhard. I. Crepund. cap. II. *Diffingere* eadem significatione dixit Horat. lib. III. od. XXIX. vers. 45.

——— *non tamen irritum,*
Quodcumque retro est, efficiet: neque
Diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.

Discutere Valer. Max. lib. IV. cap. I. ex. 4. *Cum honorem ejus Patres Conscripti continuare vellent, non solum propter illius egregia opera, sed etiam quod populus eosdem tribunos in proximum annum creare conabatur, quorum neutrum jure fieri poterat, utrumque discussit.* Seneca I. de Benef. cap. XI. *Quidquid horum discusserimus, quo maius ac terribilius erit, hoc majorem mibimus gratiam.* Frontinus IV. Strat. cap. VII. ex. 31. *Adventantis auxilii rumor ut illorum excitavit animos, ita hostium consilia discussit.* ubi vide Tennulium. Justin. lib. II. cap. XV. *Dux Atheniensium Aristides, belli socius, collegae conatibus obviam eundo, simul & in rem sapienter consulendo, proditionis consilia discussit.* Quare vix dubitem, quin alterutrum, seu *Diffinxit*, seu *Discussit*, hoc loco etiam Silio nostro restituendum sit.

v. 154. *Mediam somni cum buccina noctem Divideret*] Proprie tamen *clepsydris* Romani noctem dividebant, *tuba* autem committebant: & sicut *tuba* inchoabant, sic *cornicine* claudebant, ac revocabant. vide Veget. lib. III. cap. VIII. de castrorum ordinatione. Quartum igitur *tubicinem cornicen* sequebatur, quod observandum. D. HEINSIUS. Quatuor vigiliae erant Romanorum, ut scribit Censorinus cap. IX. de die natali. Eae committebantur tuba, ut ad ejus sonitum cedenti primae succederet altera, & sic deinceps, ut memorat Veget. lib. III. cap. VIII. unde intelligendus est Silius: ex quo etiam discimus, tertiam vigiliam post mediam noctem inductam. BARTHIUS lib. XXXIII. Advers. cap. IV. *medio somni* Coloniensis. Forte, *media in somnem dum buccina noctem Divideret.* N. HEINSIUS.

v. 155. *Excubias sortitus iniquas*] Hinc Graeci in λάχη noctem dividebant à sortiendo, ut animalia olim cum sortito ederent, unde πρωλαχος ἡ πρώτη μοῖρα, pars prima & praecipua animalis. Quartum autem λάχος respondebat quartae Romanorum tubae. [Moschus Idyl. II.]

Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Vertit iter, Daunique retro tellure relicta
Campanas remeat notus populator in oras.
Hic vero, intravit postquam uberis arva Falerni,
(Dives ea, & numquam tellus mentita colono)
Addunt frugiferis inimica incendia ramis.
Haud fas, Bacche, tuos tacitum tramittere honores,

Quamquam

Νυκτὸς ἔτι τρίτατον λάχος ἔσσεται, ἐγγύθι δ' ἠώς. Tertium vero vigilem Silius propiorem nocti mediae, quam Gallicinio, constituit; de his vide Censorinum: factum autem, quia tribus horis vigilia constabat, ut *φυλακὴ* spatium horarum trium Graecis interdum designet. Hanc autem tubam intelligit in Fragmentis Lyricorum poeta ille, qui pacis tempore gallum solam tubam esse ait, quod nos in elegiis nostris ita expressimus:

Solaque quae possit placidam tuba rumpere noctem,
Sopitis placido sub Jove gallus erit.

quarta enim tuba *τῇ ἀλεκτρυοφωνίᾳ* proxima erat. In sacris libris in *ὀψὲ, μεσονύκτιον, ἀλεκτρυοφωνίαν* & *τὸ πρωῒ* nox dividitur, ubi *ὀψὲ* ea pars est, quam antiqui *luminibus accensis* & *prima face* vocabant, quae *concubium* praecedit, ultima vesperae, sicut *τὸ πρωῒ* prima diei. Sic Petrus ter ante conticinium Christum negarat; ter enim canit Gallus, in quo & quarta Romanorum tuba *τὴν ἀλεκτρυοφωνίαν* imitabatur, ter canebat enim. Ausonius

——— ter clara instantis Eoi
Signa canit serus deprenso Marte satelles.

D. HEINSIUS. Recte *fortius:* forte enim milites vigilias inter se dividebant. vide infra vers. 368.

v. 159. *Arva Falerni*] *Falenti* Coloniensis, unde Carrion *Phalanti.* Caussam castigationis desidero. N. HEINSIUS.

v. 160. *Dives ea, & numquam tellus mentita colono*] Forte,

Dives agri, & numquam tellus mentita colono.

N. HEINSIUS. Nihil muto. quid enim, an *tellus dives* est *agri?* Eleganter vero *numquam mentita tellus.* Horat. lib. III. od. I. vers. 29.

Non verberatae grandine vineae
Fundusque mendax.

Petron. in Satyr. cap. CXVII. *Loquatur aurum & argentum, fundosque mendaces, & perpetuam terrae sterilitatem.* ubi plura notavit Amplissimus Cuperus. Horat. lib. I. Epist. VII. vers. 86.

Verum ubi oves furto, morbo periere capellae,
Spem mentita seges, bos est enectus arando.

Eodem sensu arva ac segetes dicuntur *fallere, ludere, decipere.* vide Illustrissimum Heinsium ad Ovidii II. ex Pont. Epist. IX. vers. 29. sic Ovidius V. Metam. vers. 479.

Ruricolasque boves leto dedit, arvaque jussit
Fallere depositum.

Horat. Epod. XVI. vers. 45.

Germinat & numquam fallentis termes olivae.

Propert. lib. II. Eleg. XII. vers. 31.

Terra prius falso partu deludet arantes.

Hinc *ingratus ager* apud Martial. lib. X. Epigr. XLVII.

Non ingratus ager, focus perennis.

contra *gratiam referre* dicitur apud Colum. II. de re rust. cap. II. *Cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert.* & *fidus ager* apud Gunther. I. Ligur. vers. 370.

Temperiemve poli, fidosve colentibus agros.

v. 163. *Quamquam magna incepta vocant*] *vocent* scripti & Romana editio. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolanensis editio.

v. 166. *Meliore Falernus in aevo*] Aureo nempe seculo. Claudian. III. Consul. Honor. vers. 183.

Secula qui rursus forment meliore metallo.

v. 167. *Ensibus ignotis*] Scribo *ignotus.* D. HEINSIUS. Haec nihili sunt, pro quibus tamen digladiatur Interpres. Coloniensis codex *Signis ignotis.* fortasse *Finibus ignotis.* cum vino praestantissimo necdum celebraretur Falernus ager. Sed verum est, debere legi *Censibus ignotis*, pro pecunia: mox *pauperis aevi risum* vocat, & *pauperis hospitii pretium.* Sic Lucan. lib. III. vers. 156.

Eruitur templis multis intactus ab annis
Romani census populi.

Colum. lib. XII. in praefat. *Nunc vero cum pleraeque sic luxu & inertia diffluant, ut ne lanificii quidem curam suscipere dignentur, sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, perversaque cupidine pretiosiores alias a viris pelliceant, quae grandi pecunia, & totis pene censibus redimuntur.* Idem praefat. lib. X. *Cenae non naturalibus desideriis, sed censibus, aestimantur.* N. HEINSIUS. Ad receptam lectionem proxime accedit Illustrissimi Heinsii conjectura *Censibus ignotis*; plurimum enim scriptores librarios sibi permisisse in initialibus versuum literis detrahendis, addendis, immutandis probe sciunt, quibus membranas vetustas trivisse datum est. ut ita *census* sit pecunia, opes, divitiae, patrimonium Lucan. lib. IV. vers. 95.

——— toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem.

Statius lib. II. silv. VII. vers. 86.

Censu, sanguine, gratia, decore.

Rutil. in Itin. lib. I. vers. 520.

Nec censu inferior, conjugiove minor.

Priscian. in Perieg. vers. 960.

Assiduis florens regnis & divite censu.

Paullin. de vita Martini lib. I. vers. 98.

Divite quod censu substantia longa negasset.

Nihil-

Quamquam magna incepta vocant, memorabere, sacri
Largitor laticis, gravidae cui nectare vites
Nulli dant praelis nomen praeferre Falernis.
Massica sulcabat meliore Falernus in aevo
Ensibus ignotis senior juga. pampinus umbras
Nondum uva virides nudo texebat in arvo;
Pocula nec norant succis mulcere Lyaei,
Fonte sitim & pura soliti defendere lympha.

Attulit

Nihilominus tamen cum Dausquejo vulgatam lectionem malo. Non solum enim poëtae inter aurei seculi, quod *melius aevum* Silius hic vocat, commoda memorant, bella mortalibus ignota fuisse, (vide exempla à Broekhus. laudata ad Tibull. lib. I. Eleg. III. vers. 35.) verum etiam, ne enses quidem & gladios cognitos habuisse. Senec. in Hippol. vers. 531.

—— non vasto aggere
Crebraque turre cinxerant urbes latus,
Non arma saeva miles aptabat manu,
Nec torta clusas fregerat saxo gravi
Ballista portas.

Tibull. lib. I. Eleg. III. vers. 47.

Non acies, non ira fuit, non bella: nec ensem
Immiti saevus duxerat arte faber.

ubi vide Broekhus. Quin nec tempore, quod aureo seculo proximum erat, cum jam bella sibi inferrent mortales, enses notos fuisse, sed alio modo hostibus nocuisse, refert Senec. ibid. vers. 544.

—— tunc primum manu
Bellare nuda; saxaque & ramos rudes
Vertere in arma. non erat gracilis levis
Armata ferro cornus; aut longo latus
Mucrone cingens ensis; aut crista procul
Galeae comantes: tela faciebat dolor.

Ferreo demum seculo inventos dicit Cic. in fragm. Arateor. quod ipse refert in II. de Natur. Deor. cap. LXIII.

Ferrea tum primum proles exorta repente est,
Ausaque funestum prima est fabricarier ensem.

Falernus itaque seculo aureo arabat juga Massica, quo nondum nota erant bella vel arma, quibus nunc misere montem illum Hannibal vastabat. Ob hanc enim Hannibalis vastationem ex plurimis, quae aureo seculo tribuuntur, bonis *enses ignotos* fuisse Silius memorat. Quod autem ad vini inventionem à Silio descriptam attinet, simili modo id apud se accidisse Tyrii fabulantur. vide Achill. Tat. II. de amor. Clitoph. & Leuc. pag. 67. qui cum Silio conferendus est. Attici id suae regioni vindicarunt. vide Hygin. fab. CXXX. & auctores, quos ibi advocat Munkerus.

v. 168. *Nondum uva virides texebat*] Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii *viridis* emendavit, ut sit *viridis pampinus*, quod Cellarius etiam in contextum recepit. Non aliter etiam legisse videtur Marsus, qui ita exponit: „Cum nondum esset uva, & cum nondum viridis pampinus texebat umbras in arvo. In Silio tamen *virides* habent eae, quas consului, Marsi editiones. & nihil muto; Virgil. Ecl. IX. vers. 19.

—— quis humum florentibus herbis
Spargeret, aut viridi fontes induceret umbra.

v. 169. *Pocula nec norant succis mulcere Lyaei*] *succis miscere Lyaeis* opinor. *miscere pocula*, ut in illo Maroniano I. Georg. vers. 9.

Poculaque inventis Acheloïa miscuit uvis.

succis Lyaeis, ut apud Seren. Sammonicum cap. XLVIII.

Nec non peniculo calidum annectetur acetum,
Aut vivum sulphur, succi cum face Lyaei.

sic scribo, vulgo *sicci*. Virgil. I. Aen. vers. 686.

Regales inter mensas laticemque Lyaeum.

Lenaeum honorem apud eundem occurrit. Sic *Bromius lacus* in Catalectis carmine de mensibus,

Jam Bromios spumare lacus, & musta sonare
Apparet

Nyctelius latex Senec. in Oedip. vers. 491.

Pumice sicco
Fluxit Nyctelius latex.

N. HEINSIUS. Nihil mutant libri nec manu nec typis descripti. Haud male tamen vir Illustrissimus *miscere*, pro *mulcere*, emendat. Hygin. fab. CCLXXIV. *Nomine Cerassus vinum cum Acheloo flumine in Aetolia miscuit, unde miscere κεράσαι est dictum.* Schol. Statii ad I. Theb. vers. 453. *Achelous amnis in Thessalia oriens Aetoliam praeterfluit, Thetidis filius, qui primus vinum poculis miscuit. succis Lyaei*, ut *latices Lyaei* apud Silium lib. VI. vers. 137.

—— cui me libare Lyaei
Quod cernis latices, dignum est cognoscere caussam.

non *latices Lyaeos. liquor Bacchi* lib. XI. vers. 303.

—— Bacchique è more liquorem
Irrorat mensis turba, ardescitque Lyaeo.

Denique Nic. Heinsius in Silio suo *sucis*, non *succis*, edi voluit, quam genuinam antiquorum scripturam, & vetustis omnibus codicibus receptam esse notat Pierius ad Virgil. Ecl. III. vers. 6. neque aliter in Prudentio suo scripserunt Weitsius & idem Heinsius. vide etiam Dausqueji orthogr. part. II. h. voce. Ego tamen receptam scribendi consuetudinem secutus sum.

v. 170. *Fonte sitim & pura soliti defendere lympha*] Ἐμφατικῶς sumo τὸ *defendere*, ut τὸ ἀμύνεσθαι illis arcere & sedare est: mirae elegantiae, ut omnia, sunt, quae sequuntur de hoc sene. D. HEINSIUS.

Attulit hospitio, pergentem ad litora Calpes
Extremumque diem, pes dexter & hora Lyaeum:
Nec pigitum parvisque lares humilisque subire
Limina coelicolam tecti. cepere volentem
Fumosi postes, & ritu pauperis aevi
Ante focos mensae: laetus nec senserat hospes
Advenisse Deum; sed enim de more parentum
Grato cursabat studio, instabatque senectae.
Donec opes festas puris nunc poma canistris

Composuit,

defendere, arcere, ut lib. v. vers. 490.

—— *defendere nescia morti*
Dedecus, & mentem nimio mutata pavore.

ubi vide N. Heinsium. lib. XIII. vers. 99. *Dedecus hoc defende manu.* Plaut. in Mostell. act. IV. sc. II. vers. 19. *Ecquis hic est, maximam qui his injuriam foribus defendat*; ubi vide commentatores. Caesar II. de bell. Gall. cap. XXIX. *Cum alias bellum inferrent, alias illatum defenderent.* vide Columna. ad Enn. pag. 210. Lambin. ad Horat. lib. I. od. XVII. vers. 3. & P. Victor. XXX. Var. Lect. cap. XI. Eo sensu *defendere* & *propulsare* jungit Cicero III. de Offic. cap. XVIII. *Qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis, cum potest, injuste facit.* & Arnob. I. advers. Gent. pag. II. *Idonei non sunt ipsi, qui propulsare, defendere, suas valeant contumelias.*

v. 174. *Cepere volentem Fumosi postes*] De Jove Neptuno & Mercurio, Hyriei pauperis vetuli domum subeuntibus, pariter Ovid. v. Fastor. vers. 505.

Tecta senis subeunt nigro deformia fumo.

v. 175. *Et ritu pauperis aevi*] *stant ritu* fortassis. N. HEINSIUS.

v. 178. *Grato cursabat*] *Gnavo occursabat* vel sine scriptis. sed supra lib. III. vers. 239. habuimus *grato tumultu.* infra hoc libro vers. 748. *munera grata Lyaei.* lib. VIII. vers. 563. *gratusque inerat visentibus horror.* N. HEINSIUS.

v. 179. *Donec opes festas puris nunc corna canistris Composuit*] Rectius Agrippinus & Puteaneus *poma canistris.* cur enim *corna* tantum? in Oxonio *coma.* pro *puris canistris*, forsan *patulis*, ut apud Nasonem VIII. Metam. vers. 675.

—— *in patulis redolentia mala canistris.*

Possis etiam *opes festas ruris.* & hoc verum est. N. HEINSIUS. Illustrissimo Heinsio ex Coloniensi Codice *poma*, pro *corna*, vindicanti adsentio; minime vero *patulis*, vel *ruris*, pro *puris*, scribendum conjicienti. Ut enim notum, veteris aevi deliciae non in pretiosa, sed pura & munda supellectile constabant. Ovidius VI. Fast. vers. 319.

Venit in hos annos aliquid de more vetusto;
Fert missos Vestae pura patella cibos.

Vide Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. I. vers. 30.

v. 180. *Irriguis citus extulit hortis.*] γηΦάγους eleganter hujusmodi homines dicebant Graeci, qui ex oleribus herbisque per pauperiem vivebant; qua voce Callimachus Hecale utitur, citantibus Grammaticis. D. HEINSIUS. Malim *e riguis hortis.* Videantur, quae annotamus ad Nason. Metam. V. vers. 535. N. HEINSIUS. *riguus hortus* est apud Nasonem VIII. Metam. vers. 646.

Quodque suus conjux riguo collegerat horto.

irriguus apud Horat. II. sermonum Ecloga VI. vers. 16.

—— *irriguo nihil est elutius horto.*

Ob librorum itaque consensum potius nihil mutandum. *riguum* autem & *irriguum* est, quod aliquo humore aspergitur. ex praecepto itaque Columellae, qui nec nimis siccum, nec nimis humidum locum horto eligendum monet lib. X. vers. II.

Nam nec sicca placet, nec quae stagnata palude
Perpetitur querulae semper convicia ranae.

v. 181 *Rorantes humore dapes*] Nimis quam eleganter & viride, ut profecto mihi ejusmodi prandium apparari videre videar. Ego vero, mi Sili, ne ἀσύμβολος conviva sim, ad suaves illas & humore gemmeo leviter rorantes dapes tuas afferam ex Anacreonticis meis huc aliquid de roscido humore hoc, quem graphice hic depingis; tum ne ingratus in te sim, tum ne Lectori molestus.

Λιβὰς, λιβὰς τερείνη,
Πόθεν πόθεν σ' ὕπερθεν
Δι' ἀνθέων θέουσαν
Βεβρεγμένων ὑπηνῶν
Λάβραι χέουσιν αὖραι;
Δακρὺ ῥόδων τ' ἴων τε,
Καὶ μαλθακῶν ἐδωδῶν
Σ' ἔπεμψεν ἡ Κυθήρη,
Ἥρός τε καὶ ὀπώρης,
Κρίνων τ' ἀνθέοντι,
Ἀκανθίδων τ' ἑταίρην.
Καὶ τοὺς νέον φανέντας
Σταλάγμασι ποιεῖν
Ἔλοις τοὺς ἔρωτας.

Quae non multo aliter ita ex tempore Latina reddimus.

O gutta, blanda gutta,
O unde te superne
Per flosculosque dulces
Herbasque lenis aura
Miti vehit susurro?

Te

Composuit, nunc irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes. tum lacte favisque
Distinxit dulces epulas, nulloque cruore
Polluta castus mensa cerealia dona
Attulit, ac primum Vestae decerpsit honorem
Undique, & in mediam jecit libamina flammam.
Deesse tuos latices, hac sedulitate senili
Captus, Iacche, vetas. subito (mirabile dictu)
Fagina pampineo spumarunt pocula succo,

Pauperis

Te lacrymam suavem
Violae rosaeque; te, te
Venus beata misit,
Dulcemque te sodalem
Verisque liliique
Lusciniaeque, gutta
Ter blanda, jussit esse.
Natosque jam recenter
Tuis beata guttis
Lavit suos amores.

D. HEINSIUS.

v. 182. *Nulloque cruore Polluta castus mensa*] Ex superstitione veterum, propter τὴν τῶν ἐμψύχων ἀποχήν: quam ob caussam aram in Delo *Piam* appellatam ait Porphyrius, quod nihil animantium in ea umquam sacrificatum fuisset. Ea autem fuit procul dubio Apollinis γενέτορος, de qua Cloatius, *Deli ara est Apollinis Γενέτορος, in qua nullum animal sacrificatur; quam Pythagoram velut inviolatam adoravisse produnt.* de qua multa Macrobius III. Saturn. cap. VI. μιασμοὺς enim antiqui τὰς τῶν ψυχῶν ἀφαιρέσεις, multi quoque praeter Pythagoricos, putabant, unde apud Euripidem sacerdos ille ait:

Τήν τ' ἐμψύχων βρῶσιν ἐδεστῶν πεφύλαγμαι.

D. HEINSIUS. Haec etiam firmant, velle Silium, illa aureo seculo, aut saltem proximo tempore, acta esse. Eo enim tempore nemo mensam sanguine vel carne pollutam habebat, sed omnes epulae ex herbis aut fructibus arboreis instruebantur. Ovid. id seculum describens I. Metam. vers. 103.

Contentique cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fetus montanaque fraga legebant,
Cornaque, & in duris haerentia mora rubetis,
Et quae deciderant patula Jovis arbore glandes.

& XV. Metam. vers. 96.

At vetus illa aetas, cui fecimus Aurea nomen,
Fetibus arboreis &, quas humus educat, herbis
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

v. 184. *Primum Vestae detersit honorem*] Τῆς ἑστίας. Eo enim nomine ignem prius inventum dictum fuisse notat Porphyrius, hominesque, quibus communis ejusdem ignis usus esset, συνεστίους, quasi *congues*, ab eo dictos. Τοὺς γὰρ παλαιούς, inquit, φασὶν, τῶν ἐμψύχων ἀποσχέσθαι, οὐ δι' εὐσέβειαν, διὰ δὲ τὸ μήπω εἰδέναι τὴν τοῦ πυρὸς χρῆσιν, ὡς δ' ἔμαθον τιμιώτατόν τε καὶ ἱερώτατον νομίσαι, ἑστίαν τε προσειπεῖν, καὶ συνεστίους ἀπὸ τούτου γενέσθαι, &c. in libro περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς. D. HEINSIUS. Quamquam minime me latet, quae Modius pro vulgata scriptura in medium adducit Novantiquis lectionibus Epist. XVI. praefero tamen *decerpsit honorem*, quomodo codices scripti constanter. Inscite haec interpretatur Dausquius, qui *Vestae honorem* pro Vesta opinatur dici. *honorem* vocat Silius libamina. N. HEINSIUS. Petrus Marsus *τὰ Vestae detersit honorem* interpretatur „Ignem Vestae dicatum amovit, dissipavit, ut posset jacere in medium liba. &c. Para habet etiam Cellarius. quae interpretatio quam à Silii sententia aliena sit, patet ex iis, quae mox sequuntur, *in mediam jecit libamina flammam.* Ergo non amovit vel dissipavit ignem, ut libamina in medium jacere posset, sed ea in mediam flammam conjecit. Dausquejus autem, eumque secutus Emmenesf. ad Virgilii IV. Aen. vers. 207. *Vestae honorem* exponunt focum, quomodo Silius infra lib. XIII. vers. 434. *Bacchique & lactis honorem*, pro vino & lacte posuit, ut illi etiam *Vestae detersit honorem*, focum detersit, interpretati fuerint. Sed recte Vir Illustrissimus libamina intelligendum docuit, & *decerpsit*, pro *detersit*, ex MSS. revocavit. Modius supra ad lib. V. vers. 297. *detersit* quidem tuetur, sed illud tamen abscidere interpretari videtur, quod locutionem *detergere ictu umbonem* hoc Silii loco illustret: ut forte per *honorem* etiam libamina intellexerit, de qua vocis *honor* significatione vide supra ad hunc lib. vers. 90.

v. 185. *In mediam jecit libamina flammam*] Has, quae in focum jaciebantur, omnium fere libationum antiquissimas fuisse docent veteres, quae ψαιστὰ dicebantur Graecis, quod oleo farinaque constarent. Porphyrius, ἀπήρξαντο δὲ τῆς ψαισθείσης τροφῆς πρῶτον εἰς πῦρ τοῖς θεοῖς, quibus postea in fine tantum sacrificiorum utebantur, quod ex guttulis aliquot vini & mellis aut olei conflarent, quas parca manu in ignem effundebant. Erat autem hominum plerumque tenuis fortunae, qualem hic describit Silius, ut & τὰ ψαιστά: quod vel ex eo apparet, quod de homine paupere & egeno θῦσαι τὰ ψαιστὰ τρισὶ δακτύλοις ἐκ πηριδίου Graeci dicere festive solent, id est, *tribus digitis ex perula Psaesta sacrificare*; ita enim ea libamina appellata fuisse diximus. D. HEINSIUS.

v. 188.

Pauperis hospitii pretium: vilisque rubenti
Fluxit mulctra mero, & quercu in cratera cavata
Dulcis odoratis humor sudavit ab uvis.
En cape, Bacchus ait, nondum tibi nota, sed olim
Viticolae nomen pervulgatura Falerni,
Munera: & haud ultra latuit Deus. inde nitentem

Lumine

v. 188. *Fagina pampineo spumarunt pocula succo*] Hoc etiam pauperi ac meliori aevo proprium notatur, ut non ex pretiosis, quae ignota erant, sed ex vili ligno vel terra rudi arte confectis poculis biberent. Ovidius VIII. Metam. vers. 668.

—— post haec caelatus eadem
Sistitur argilla crater; fabricataque fago
Pocula, quae cava sunt, flaventibus illita ceris.

in v. Fastor. vers. 520.

Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Tibull. lib. I. eleg. XI. vers. 7.

—— nec bella fuerunt,
Faginus adstabat cum scyphus ante dapes.

id est, non fuerunt bella aureo seculo & proximis temporibus.

v. 189. *Rubenti Fluxit mulctra mero*] Vinum Falernum admodum rubente, aut ad nigrum accedente, quin etiam nigro colore fuisse docet Dausquejus. Hinc toties *nigrum* dicitur: ut apud Martial. lib. XI. epigr. IX.

Amphora quod nigri, sed longe fracta, Falerni,
Hoc fragrant pueri basia mane mei.

& epigr. L.

Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni.

Rubens autem vinum prae albo Baccho fere semper in deliciis esse fingitur. Tale certe illud fuit, quod pastori Tyrio praebuit apud Achill. Tatium lib. II. pag. 67. unde pastor id vocat ὕδωρ πορφυροῦν & αἷμα γλυκύ. Pro *mulctra* autem, in priscis editionibus est *multra*, ut se in nonnullis Virgilii codicibus etiam invenisse testatus est Doctissimus Pierius ad III. Georg. vers. 177.

v. 191. *Odoratis humor sudavit ab uvis*] Oxon. Putean. & editio Romana *in uvis*. N. HEINSIUS. Nec aliter editio Romana princeps & Mediol. *odoratae uvae* infra illustrantur lib. XVI. vers. 310.

v. 192. *Nondum tibi nota*] *nondum tibi quippe* Coloniensis. non capio. N. HEINSIUS.

v. 195. *Frontem cinxere corymbi*] Manifestissimum Bacchici numinis indicium. vide Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. VIII. vers. 45.

v. 196. *Et fusae per colla comae*] Praeter Apollinem enim etiam Bacchus semper comatus fingitur. Norunt, qui marmora, gemmas, aut nummos veteres viderunt. Auctorum vero nonnulla testimonia collegit Broekh. ad Tibull. lib. I. eleg. IV. vers. 33.

v. 196. *Dextraque pependit Cantharus*] Cantharum proprium Baccho ac Silenis poculum fuisse ex Virgilio aliisque notissimum est. quaenam vero ejus figura fuerit, inter doctos controvertitur. ansatum esse, hic locus docere potest, & aliunde etiam patet: utrum autem ex una parte, an ex utraque, ansam habuerit, id est, de quo etiam nunc non convenit. Vir Doctissimus Joh. Tristan. in Comment. Hist. tom. II. pag. 614. prius statuit, ejusque formam, ut putat, ex marmore quodam aeri insculpi curavit, quod hic etiam videri volui.



Neque aliud fuit vas illud, quod Bacchus manu tenet in nummo Macrini apud Vaillant. in numm. Colon. tom. II. p. m. 64. & quod conspici existimat Beger. in Thes. Brandenb. tom. I. p. 15. & 16. in duabus sequentibus gemmis.





At

Lumine purpureo frontem cinxere corymbi,
Et fusae per colla comae, dextraque pependit
Cantharus, ac vitis, thyrso delapsa virenti,
Festas Nysaeo redimivit palmite mensas.
Nec facilis laeto certasse, Falerne, sapori;
Postquam iterata tibi sunt pocula, jam pede risum,

Jam

At contra vir Amplissimus Gisb. Cuperus in Apoth. Homer. pag. 175. nummum Commodi hunc



vulgavit, & vas illud utrimque ansatum, quod sive Bacchus, sive Cupido alatus, manu tenet, cantharum vocat: & ita etiam alii. Mihi tamen verosimilius videtur; cantharum ab una tantum parte ansam habuisse, cum unam tantum ansam memorent auctores, qui ejus meminerunt, ut Virgil. Ecl. VIII. *attrita pendebat cantharus ansa.* aliique.

v. 200. *Postquam iterata tibi sunt pocula*] Doctissimis versibus ἀκροθώρακα describit Silius: ita enim Graeci ἡμιμέθυσον, & quem prima vini ad hilaritatem afflavit aura, vocare solent. De hoc sumo certe apud Aristophanem locum lepidissimum, qui ad vocabuli ambiguitatem festive alludit Ἀχαρν. [act. IV. sc. VII.]

Φέρε δεῦρο, παῖ, θώρακα πολεμιστήριον.
Ἔξαιρε, παῖ, θώρακα κἀμοὶ τὸν χοᾶ.
Ἐν τῷδε πρὸς τοὺς πολεμίους θωρήξομαι.

ubi Interpres: ἐπειδὴ θώραξ τὸ στῆθος, θωρήσσειν λέγουσι τὸ μεθύειν, καὶ θώρακας τοὺς ἀκρομεθύσους καλοῦσι. scribo ἀκροθώρακας. Ubi ἀκρομέθυσοι sunt οἱ ἡμιμέθυσοι. errat enim vulgus, dum in ἀκρομέθυσος, ἀκροχάλιξ, ἀκροθώραξ, ἄκρον de extremitate sumunt, quod contra est; remissum enim quid & exiguum notat, non minus quam ἀκρόσπειρον Hippocrati. Tantum abest enim, ut de immodico vino sumendum sit, ut medicorum filii τὸν θωρησσόμενον τῷ ὑδροποτοῦντι saepe opponant, ut Hippocrates Aphorismorum lib. II. Aphor. XX. cum τὴν θώρηξιν τὸν λιμὸν λύειν ait. Galenus, ἐκ τοῦ τούτῳ ἀντιθεῖναι τοῖς ὑδροποτοῦσι τοὺς θωρησσομένους, ἐδήλωσεν ὅτι τοὺς οἰνοποτοῦντας ὀνομάζει θωρησσομένους, ὥστε καὶ θώρηξις ἡ τοῦ οἴνου πόσις ὑπ' αὐτοῦ λέγεται. Sed quid desideramus, cum Erotianus τοὺς ἀκροθώρακας esse dicat τοὺς μὴ ἐπὶ πλεῖον οἰνωμένους. D. HEINSIUS.

v. 200. *Jam pede risum, Jam lingua titubante moves*] More bibaculorum Graecorum, secundis poculis voluptatem hilaritatemque tribuit Silius, pluribus somnum: quod in mentem suavissimos Eubuli versus reducit, qui laceri, mutili, & corrupti apud Suidam in voce Οἶνος leguntur: quos, cum idem cum Silio nostro agant, emendatos hic proponam:

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὖ φρονοῦσι, τὸν μὲν ὑγιείας ἕνα,
Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι· τὸν δὲ δεύτερον
Ἔρωτος, ἡδονῆς τε· τὸν τρίτον δ' ὕπνου,
Ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκαδε βαδίζουσιν &c.

plures enim sunt. E quo suavissimo comici loco haec expressit Silius; nam quod ille de hilaritate & somno, omne reservavit sibi. D. HEINSIUS. Pedibus & lingua vino titubantibus Falernus risum excitabat. Fortasse Silius respexit locum Maronis ex II. Georg. vers. 94.

Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.

Iscanius II. de bello Troj. vers. 90.

——— *redimitque voluptas*
Rara moras, nec cessat hians, dum pectore victo
Lingua fluat, crescant lychni, vestigia nutent.

ubi vide Dresem. qui egregie huc facientem Lucretii locum laudat ex lib. III. vers. 477.

——— *praepediuntur*
Crura vacillanti, tardescit lingua, madet mens.

Ebrio autem *titubant pedes*, ut apud Nason. de iis, qui Annae Perennae festum multo mero celebrant, in III. Fast. vers. 539.

Cum redeunt, titubant, & sunt spectacula vulgo.

Colum. X. de re rust. vers. 314.

Et titubante gradu multo madefactus Iaccho

Claudian. in bell. Gildon. vers. 444.

——— *marcidus ibit*
Unguentis, crudusque cibo, titubansque Lyaeo.

Catal. Pithoei lib. IV. p. m. 151.

Rusticus ad tectum gressus referebat ab urbe
Errans ac titubans, pectus agente mero.

casabundus dicitur Naevio apud Varron. IV. de Ling. Lat. pag. 75. *Risi egomet casabundum ire ebrium.* & Macrob. V. Saturn. cap. XXI. *Herculem vero fictores veteres non sine caussa cum poculo fecerunt, & nonnumquam casabundum & ebrium.* Graeci una voce ebrietate titubantem μεθυσφαλέοντα vocant. Oppian. IV. de Venat. vers. 202.

Οἷα μεθυσφαλέων ἐπιγουνοκλονέοντι κάρηνον.

Quemadmodum per vinum titubans, & huc illuc jactans caput. Talem casabundum & titubantem Bacchum nobis exhibet hic nummus Perperenorum,

quem

Jam lingua titubante moves, patrique Lyaeo
Tempora quassatus, grates & praemia digna
Vix intellectis conaris reddere verbis,
Donec composuit luctantia lumina Somnus,
Somnus, Bacche, tibi comes additus. hic ubi primo
Ungula dispersit rores Phaëthontia Phoebo,
Uviferis late florebat Massicus arvis,
Miratus nemora & lucentes sole racemos.
Id monti decus: atque ex illo tempore dives

Tmolus



quem vulgavit vir Ampliss. Gisbertus Cuperus in Apoth. Homeri pag. 175. & describit Ovidius III. Metam. vers. 608.

Ille, mero somnoque gravis, titubare videtur,
Vixque sequi.

Deinde ebrio etiam *lingua titubat* apud Nason. I. Art. Amat. vers. 597.

Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit:
Fac, titubet blaeso subdola lingua sono.

v. 201. *Patrioque Lyaeo Tempora quassatus*] *patrique* scribe, ut apud Maronem IV. Aen. vers. 58.

Legiferae Cereri, Phoeboque, patrique Lyaeo.

Et sic Agrippinas codex. N. HEINSIUS. Recte; passim enim *Liber pater*, *pater Lyaeus*. Eandem scripturam & Dausquejus probavit. *quassatus* autem, ut *quassus* apud Nason. de Remed. Amor. vers. 146.

Alcaque, & multo tempora quassa mero.

ita *percussus vino*, quod illustrat N. Heinsius ad Tibull. lib. I. Eleg. II. vers. 3. quamvis tamen cum elegantissimo Broekhus. *perfusus* malim.

v. 205. *Somnus, Bacche, tibi comes additus*] Horat. lib. II. Epist. II. v. 78.

Rite cliens Bacchi, somno gaudentis & umbra.

v. 205. *Hinc ubi primo*] *hic ubi* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 207. *Vitiferis late florebat* &c.] Silii versus corrupti ita emaculandi videntur,

Uviferis (vel, ut Marsus, *Viniferis*) *late florebat*
Massicus arvis,
Miratus nemora, & lucentes (Marsus *rorantes*)
sole racemos.
Id monti decus; atque ex illo tempore dives
Tmolus, & ambrosiis Arvisia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere Falernis.

Nec hic quidquam meum est, praeterquam quod *Id monti*, pro *It monti*, postulante sententia scripsi, & versu extremo, cum in MS. esset *ferox latibus*, ex nihili voce illud *lacubus*, & hoc quoque ita re jubente, feci. Reliqua pure puteque à membranis sunt. Bene autem *ferocem* Methymnam vocat, quod passim ea à poëtis praedicatur & laudibus vehitur. Virgil. II. Georg. vers. 90.

Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos.

Ovid. I. Artis Amat. vers. 57.

Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. *Viniferis* Puteaneus & editio Romana ac Parmensis, *Uviferis* Modius ex Coloniensi. bene. *Massicus uvifer* Statio via Domitiana. noster infra vers. 263.

Massicus uviferis addebat nomina glebis.

In Catalectis Pithoei carm. de IV. anni tempestatibus,

Uvifero autumno summa est tibi, Bacche, potestas.

sic scripti, non *Vinifero* N. HEINSIUS. *Vitiferis arvis*, ut supra lib. IV. vers. 349.

Vitiferi sacro generatus vertice montis.

lib. X. vers. 33.

——— *quot Setia colle*
Vitifero, celsis Labienum Cingula saxa
Miserunt muris.

lib. XV. vers. 571.

Tum qua vitiferos domitat Praetutia pubes,
Laeta laboris, agros.

Auson. Epist. XXIV. vers. 91. *otiaque inter Vitiferi exercent colles.* Sed non addicunt libri prisci. *Viniferis arvis* enim etiam Romana princeps & Mediolanensis editio: sed *Uviferis* ex optimo scripto vindicat Illustrissimus Heinsius. Sic Venant. Fortun. lib. VII. carm. IV. vers. 7.

Aut super uviferae Musellae obambulat amnem.

Dracont. in Hexam. vers. 510.

v. 208. *Fulgentes sole racemos*] περκάζοντας. aliter cave sumas. D. HEINSIUS. *lucentes* scripti nostri, & codex Agrippinus, teste Modio, cum Parmensi editione, nisi quod Oxonius *lucenti*. Ausonius Hesperio,

Vel qui lucentes rapuit de vitibus uvas,
Nexusque pendes retibus,
Quae vespertinis fluitant nebulosa sub horis.

sic

Tmolus, & ambrosiis Ariusia pocula succis,
Ac Methymna ferox lacubus cessere Falernis.
Haec dum vasta dabat, terrisque infestus agebat
Hannibal, & sicci stimulabant sanguinis enses,
Ludificante ducem Fabio; jamque improba castris
Ausoniis vota, & pugnandi prava libido
Gliscebat; proni decurrere monte parabant.
Da famae, da, Musa, virum, cui vincere bina
Concessum castra, & geminos domitare furores.

Fervida

sic lege, non *sub oris*. Colum. lib. III. cap. XXI. *Inter quae, patre favente Libero*, (sic vetus codex) *fetis palmitibus vel generis albi, vel flaventis ac rutuli, vel purpureo nitore micantis undique versicoloribus pomis collucet autumnus.* lib. XI. cap. II. *Coloratae & perlucidae uvae. rorantes racemos* Marsus: olim *turgentes sole racemos* amplectebatur, ut *tumidis Bumaste racemis* apud Maron. II. Georg. vers. 102. & *extentis tumet uva racemis* Nasoni. Sed *uva Falerna* rubra ut plurimum: quo faciunt Martialis loca, jam ab Interprete allata ad ista Silii, *rubenti Fluxit mulctra mero*: unde *nigrum Falernum* poëtis passim. quare minimum abest, quin in Silio *liventes racemos* censeam reponendum. Apposite Horat. lib. II. od. V.

—— jam tibi lividos
Distinguet autumnus racemos,
Purpureo varius colore.

Propert. lib. IV. Eleg. II.

Prima mihi variat liventibus uva racemis.

ducere livorem Juven. sat. II. vers. 81.

Uvaque conspecta livorem ducit ab uva.

quod *colorem ducere* Virgil. Ecl. IX. vers. 49.

Duceret apricis in collibus uva colorem.

Silius igitur *liventes* racemos dixerit, quomodo infra vers. 685. *liventia equorum terga*, pro nigris, & lib. VIII. vers. 382. *atro liventes coeno aquas.* N. HEINSIUS. Etiam editio Romana princeps cum Mediol. & ea, cui praefuit Martinus Herbipolensis, *rorantes*: primus autem Nicander in Juntina dedit *fulgentes.* Non male vero Illustrissimus Heinsius ex τῷ *lucentes*, quod manuscripta habent, minima mutatione *liventes* scribendum conjecit, idque maturescentes ac colorem ducentes exponit: non aliter ac Horatius *pullam ficum* pro matura dixit Epod. XVI. vers. 46.

Suamque pulla ficus ornat arborem.

livens ergo propter colorem vini, quod nigrum erat. vide supra vers. 189. *livere* enim dicuntur res, quae subfuscum colorem accipiunt. Lucan. lib. II. vers. 37.

Scissa genas, planctu liventes atra lacertos.

Nonnumquam vero librarii τὸ *livere* & *lucere* inter se miscuerunt. sic lib. VI. vers. 281.

Liventem nebulam fugientis ab ore veneni.

pro quo Mediol. editio perperam *Lucentem nebulam* habet. & sic etiam alibi peccatum.

v. 209. *It montis decus*] *Id montis decus* ex scriptis & editione Parmensi ac Romana. N. HEINSIUS. In Mediol. *It monsi* editum fuit.

v. 210. *Arvisia pocula*] Scribe *Ariusia*, & vide, quae ad Maronis Ecl. V. noto vers. 71. ubi *vina Ariusia* quoque scribendum. N. HEINSIUS. Vide etiam ad eum locum Maronis notas doctissimi Pierii, & quae habet Victor. XV. Var. Lection. cap. XXIV.

v. 211. *Ac Methymna ferax Latiis cessere Falernis*] Optime Modius ex Coloniensi *lacubus cessere Falernis. Lacus* in Puteaneo, in Oxonio *lacibus*, in Coloniensi *lacibus.* sic *veribus, artibus*, pro *verubus, artubus*, & similia in vetustis membranis. Interpres, qui obstrepit odiosus, bilem mihi concitat. pro *Methymna ferax*, scripti *ferox.* id quoque vere. Vinum quippe Methymnaeum inter generosissima numeratur. N. HEINSIUS. *Methymna ferax* est fertilis. Pallad. in Februar. Tit. IX. *Notum est, majores uvas pulchrae speciei, grani callosi, & sicciores ad mensam, feracissimas vero &c. vindemiis esse servandas.* Melius tamen viri docti ex libris scriptis *ferox* vindicarunt. sic *falernum indomitum* apud Lucan. lib. X. vers. 163.

Indomitum Meroë cogens spumare falernum.

Ita vero interdum librarii peccarunt. vide N. Heinsium infra ad lib. XIV. vers. 273. apud Lucan. lib. I. vers. 464. *Rhenique feroces Deseruis ripas*, recte editur: sed unus Thuani scriptus, quem Heinsius vidit, *feraces* male habet. Deinde optime etiam viri docti *lacubus Falernis.* Lacus enim vini receptaculum est, cujus frequens mentio occurrit. Vide virum Celeberrimum Petrum Burmannum ad Petron. Satyric. cap. LXX. & CXXXV. Modio hunc locum pariter restituenti assentiebatur etiam Dempster. ad Rosin. II. Antiq. Roman. cap. XI.

v. 212. *Haec tum vasta dabat*] *Haec dum* liber Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 213. *Et sicci stimulabant sanguinis enses*] Scribendum arbitror, *ut sicci stimulabant sanguinis enses.* Cum caede crudelitatem explere non poterat, saeviebat in terras. Sic cum ad Nolam à Marcello fusus esset, omnia oppida vertebat, & agros exurebat, ut habes libro XII. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *ut sicci* Barthius: non male. Puto

 tamen

Fervida si nobis corda abruptumque putassent
Ingenium Patres, & si clamoribus, inquit,
Turbari facilem mentem; non ultima rerum
Et deplorati mandassent Martis habenas.
Stat pensata diu belli sententia, vincam
Servare invitos, urguentesque ultima fata.
Nulli per Fabium e vobis cecidisse licebit.
Si lucis piget, & supremis esse cupido est
Nominis Ausonii, taedetque in tempore tali
Nullum clade nova claraeque fragore ruinae
Insignem fecisse locum; revocandus ab atris
Flaminius vobis est sedibus. ille ruendi
Jam dudum properans signum auspiciumque dedisset.
An nondum praeceps vicinaque fata videtis?
Una, ut debellet, satis est victoria Poeno.
State, viri, & sentite ducem. cum optabile tempus

Deposcet

tamen *en sicci.* N. HEINSIUS. Idem vir Illustrissimus ad Claudiani lib. II. de Laudib. Stilic. vers. 16. hunc locum citat *sicci sanguine dentes*, sed memoriae, ut puto, vitio: aliter enim est in libris qua scriptis, qua cusis, quos vidi.

v. 219. *Fervida si nobis corda abruptumque putassent Ingenium Patres* &c.] *Ingenium abruptum* ἰταμόν. D. HEINSIUS. Hanc Romanorum in eligendis ducibus sapientiam notat etiam Claudian. in bello Getico vers. III.

At vero Italiam quoties circumstetit atrox
Tempestas, ipsumque caput laesura pependit;
Non illis vani ratio ventosa faveris,
Sed graviter spectata salus, ductorque placebat,
Non qui praecipiti traheret simul omnia casu;
Sed qui, maturo vel laeta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar,
Nec pro successu nimius, spatiumque morandi
Vincendique modum mutatis nosset habenis.

ubi inter eos duces hunc nostrum Fabium postea etiam memorat. Transtulit autem Silius, ut notat Muretus II. Var. Lect. cap. XIV. hunc locum ex Cicerone, qui ita in Orat. pro C. Rabir. perduell. reo cap. VI. *Nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat, esse quosdam cives imperitos, sed non multos. Numquam, mihi credite, Populus Romanus, hic, qui silet, Consulem me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur.*

v. 220. *Clamoribus, inquit, Turbari facilem mentem*] Pro *rumoribus*: idque fortassis hic substituendum. N. HEINSIUS. *rumoribus*, ut de Fabio Ennius XII. Annal.

Unus homo nobis cunctando restituit rem;
Non ponebat enim rumores ante salutem.

ut intelligat malevolos militum vel aliorum sermones, qui Fabium de industria debellare nolle, ut diutius cum imperio esset, dicebant. Sed nihil mutandum. Pariter enim Cicero loco mox citato, quem Silium imitatum esse vidimus, *si vestro clamore perturbatum iri arbitraretur.* Quin & potuit respexisse Silius ad turbulentas Minucii Magistri equitum orationes, quibus milites, ut pugnae copiam invito Fabio Dictatori extorquerent, continuo incitabat. Meminit illarum Livius lib. XXII. cap. XIV. Eas itaque non *orationes*, sed per contemtum *clamores* vocat, ut Petron. Satyr. cap. I. *Num alio genere Furiarum declamatores inquietantur? qui clamant, Haec vulnera pro libertate publica excepi.* Quinctil. II. Instit. Orat. cap. XII. *Pronuntiatione quoque famam dicendi fortius quaerunt. Nam & clamant ubique, & omnia levata (ut ipsi vocant) manu emugiunt.* Gellius XIX. Noct. Attic. cap. IX. *Julianum Rhetorem lacessere insectarique adorti sunt, tamquam prorsus barbarum & agrestem, qui ortus terra Hispania foret, clamatorque tantum & facundia rabida jurgiosaque esset.* Hoc sensu Cicero ipse *oratorem* à *clamatore*, & *dicere* à *clamare* distinguit, ut in Bruto cap. XLIX. *Ego tamen ita de unoquoque dicam, ut intelligi possit, quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse.* Idem Divinat. in Caecil. cap. XV. *Quid in dicendo possit numquam satis attendi; in clamando quidem video, eum esse bene robustum atque exercitatum.*

v. 223. *Stat pensata diu belli sententia*] Forte, *Stet pensata diu bellis sententia.* N. HEINSIUS.

v. 223. *Vincam Servando invitos*] *Servare invitos* scripti & Romana ac Parmensis editio, ut sit Graecismus. pro *vincam* tamen fortasse reponendum *cives*, vel quid simile. vide, quae dicimus infra ad vers. 398. N. HEINSIUS. *Servare* etiam editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & ea, quam curavit Martinus Herbipolensis. Primus Nicander in Juntina *Servando* dedit, quod post eum reliqui secuti sunt. *vincam Servare* constructio Graeca est, qualem habes etiam apud Propert. lib. I. Eleg. IX. vers. 5.

Non me Chaoniae vincant in amore columbae

Dicere.

Deposcet dextras, tunc ista ferocia dicta
Aequentur factis. non est, mihi credite, non est
Arduus in pugnas ferri labor. una reclusis
Omnes jam portis in campum effuderit hora.
Magnum illud, solisque datum, quos mitis euntes
Jupiter aspexit, magnum est, ex hoste reverti.
Fortunae Libys incumbit, flatuque secundo
Fidit agens puppim dum desinat aura, sinusque
Destituat tumidos subducto flamine ventus,
In rem cunctari fuerit. non ulla perenni
Amplexu Fortuna fovet. jam copia quanto
Artior est nullo Tyriis certamine! quantum
Detritum est famae! quin inter cetera nostra
Haud laude afuerit, modo qui. sed parcere dictis
Sit melius. jam vos acies & proelia & hostem
Poscitis? o maneat, Superi, fiducia talis!

Interea,

Dicere, quot juvenes quaeque puella domet.

v. 227. *In tempore tali*] Id est, Reipublicae tam luctuoso, quo tot clades maximas Poeni intulerunt. Infra lib. VIII. vers. 112.

Sed cur (heu seri monitus!) cur tempore tali
Incustodito saevire dedisti amori?

ubi vide plura.

v. 232. *An nondum praeceps vicinaque fata videtis*] *praeceps* est locus praeceps, praecipitium, mille auctorum locis: quod minime mutare debuit Dausquejus, cum alio divisum animum habens non perciperet. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Insignis est Interpretis stupor, qui hunc locum, minime correctionis egentem, ausus sit sollicitare. *praeceps* pro loco praecipiti, ut *decidere in praeceps*, & *in praeceps volvi* apud Nasonem, *immanae praeceps ruinae* Juvenali: vidit Interpretis quoque errorem Barthius. Pro *properans*, versu proxime praecedenti malim *properus*. N. HEINSIUS. Dausquejus ita hunc locum emendabat,

Nondum in praecipiti vicinaque fata videtis,

vel *Ah! non praecipitis, vicinaque. praecipitis* à *praecipere*. Sed perperam. *praeceps* enim cum viris doctis accipio praecipitium. Infra lib. X. vers. 213.

In praeceps magna propulsus mole ruentum.

Horat. II. sermon. Ecl. III. vers. 292.

——— casus medicusve levarit
Aegrum ex praecipiti; mater delira necabit
In gelida fixum ripa, febrimque reducet.

Senec. in Agam. vers. 58.

——— in praecipiti
Dubioque nimis excelsa locas.

& vers. 260.

Aegisthe, quid me rursus in praeceps rapis?

Lucan. lib. VI. vers. 643. *In praeceps desedit humus.* Petron. in Satyr. cap. LV. *Quam in praecipiti res humanae essent, vario sermone garrimus.* Auctor Octav. vers. 838.

Hinc temeritate fertur in praeceps sua.

Appulej. IV. Metam. pag. 66. ed. Pric. *Paullulum à via retractum per altissimum praeceps in vallem proximam etiam nunc spirantem praecipitant.* Pro *ruendi*, quod proxime praecessit, priscae editiones habent *ruenti*.

v. 243. *Flamine ventus*] *ventos* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 246. *Artior est nullo*] *Artior &* Coloniensis & Puteaneus. Scribendum *Artior è nullo certamine*. N. HEINSIUS.

v. 247. *Detritum est famae*] *Deterere* est imminuere, atterere, reddere vilius aliquid. Horat. lib. I. od. VI.

Laudes egregii Caesaris & tuas
Culpa deterere ingeni.

Nazarius in Paneg. cap. III. *Cujus copia tam larga, tam felix? quae, cùm virtutes attrectaverit, non aut circumventa numero desperato exitu stupeat, aut obteratur magnitudine, aut splendore obsolefacta tantum habeat nitoris, quantum ex rerum luce collegerit.* Ita legendum suspicor in Nazario; nam, quod vulgo, *obterat magnitudinem* locum minime bene tuetur: simile sit licet Horatiano, quod adscripsi, tamen contrarium sententiae sonat. Sic Tacitus Histor. II. *Si quid ardoris ac ferociae miles habuit, popinis & comessationibus & imitatione Principis deteritur.* BARTHIUS lib. XXXIII. Advers. cap. IV.

v. 248. *Haud laude absuerit*] *afuerit* Coloniensis, quomodo & vetustissimis exemplaribus passim exaratum offendi. vide Gifanii indicem Lucretianum. apud nostrum lib. XIII. vers. 268. *Nec mihi poscendi vigor afuit* ex scriptis. malo *nostrae laudi absuerit*. N. HEINSIUS. *afuerit*, vide infra ad lib. XIII. vers. 268. *nostrae laudi*, ut apud Cicer. I. de Orat. cap. XI. *Quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia.* in Bruto cap. LXXX. *Hoc unum illi, si nihil utilitatis habebat, abfuit; si opus erat, defuit.* Orat. pro Corn.

Balbo

Interea, exclusa majoris sorte pericli,
Me solum, quaeso, toti me opponite bello.
His dictis fractus furor, & rabida arma quierunt.
Ut cum turbatis placidum caput extulit undis
Neptunus, totumque videt, totique videtur
Regnator ponto; saevi fera murmura venti
Dimittunt, nullasque movent in frontibus alas:
Tum, sensim infusa tranquilla per aequora pace,
Languentes tacito lucent in litore fluctus.
Sensit cura sagax Poeni, fraudisque veneno
Aggreditur mentes. pauca, atque haec ruris aviti
Jugera, nec multis Fabius vertebat aratris;
Massicus uviferis addebat nomina glebis.
Hinc pestem placitum moliri, & spargere caussas
In castra ambiguas. ferro flammisque pepercit,

Suspectamque

Balbo cap. IV. *Quid enim abest huic homini, quod si adesset, jure hoc tribui & concedi putaremus.* Virgil. VII. Aen. vers. 498.

Nec dextrae erranti Deus afuit.

v. 253. *Rapida arma quierunt*] *rabida* ex scriptis & castigatis editionibus. dictum supra initio hujus libri. lib. XII. vers. 482. *rabida arma ferebat:* ubi tamen dubito. N. HEINSIUS. *rapida* primus Nicander in Juntina edidit, & inde habuerunt Aldus, Gryphius, Nutius ac Dausquejus, qui tamen in notis *rabida* habet, & locum desumtum docet ex Virgilii VI. Aen. vers. 102. *rabida ora quierunt.* Reliquae omnes, quas vidi, editiones recte *rabida arma* habent. Sic militum pugnandi libidinem *furorem* vocat hoc versu, & superius vers. 218. *geminos domitare furores.* Frequenti operarum librariorumque errore voces *rabidus* & *rapidus* in codicibus scriptis commutantur inter se. vide supra ad lib. V. vers. 451.

v. 254. *Turbatis placidum caput extulit undis*] Silius imitatus est Maronem, apud quem Neptunus, immissam ab Aeolo hiemem & tempestatem sentiens, *summa placidum caput extulit unda*, in I. Aen. vers. 127. Similitudine, qua Silius, etiam Statius usus est V. Theb. vers. 704.

Sic ubi diversis maria evertere procellis
Hinc Boreas Eurusque, illinc niger imbribus Auster,
Pulsa dies, regnantque hiemes: venit aequoris alti
Rex sublimis equis, geminusque ad spumea Triton
Frena natans late pelago dat signa cadenti.
Et jam plana Thetis, montesque & litora crescunt.

v. 255. *Totoque videtur Regnator ponto*] *totique* Agrippinus, quod paullo venustius. N. HEINSIUS.

v. 257. *Nullasque movent in frontibus alas*] Locus mendosus. Fortasse *in montibus alas:* montes enim ventis maxime obnoxii. Sic montem Pangaeum Boreae domum facit Valer. Flacc. lib. I. putabam aliquando *nullasque movent stridoribus alas. stridentes alae Boreae* apud nostrum lib. XIV. vers. 125. lib. I. vers. 586. Ausonius Cupidine crucifixo,

—— *furvae caliginis umbram*
Dispulit inconsultus amor stridentibus alis.

Sed hoc longius abit a scriptura recepta. possis etiam *in fluctibus.* N. HEINSIUS. Fortasse tamen nihil mutandum. Videntur enim antiqui ventos temporibus alatis finxisse. vide Amplissimum Cuper. in Apotheosi Homeri pag. 178. Hinc etiam Zethes ac Calais, Boreae ex Orithyia filii, alas in capite habent apud Statium V. Theb. vers. 433.

Thesea & Ismarios, Aquilonia pignora, fratres,
Utraque quis rutila stridebant tempora penna,
Cernimus.

ubi vide Doctissimum Barthium.

v. 258. *Tum sensim infusa*] Malim *fusa pace*, vel *effusa.* N. HEINSIUS.

v. 259. *Languentes tacito lucent in litore fluctus*] Illustrissimus Heinsius legendum conjecerat *ludunt in litore*, vel *luctantur litore*, prius tamen praeferebat adscripto loco Catull. carm. LXV. vers. 67.

Ipsius ante pedes fluctus salis alludebant.

& Nason. ex IV. Metam. vers. 342.

—— *& in alludentibus undis*
Summa pedum taloque tenus vestigia tinxit.

Hujus tamen conjecturae virum Illustrissimum postea poenituit, unde & omnia inductis lineis delevit, quae mihi digna nihilominus videbantur, ut hic legerentur. *alludere* eo sensu est etiam apud Minuc. Fel. in Octav. cap. III. *Cum in ipso aequoris limine plantas tingueremus, quod vicissim nunc adpulsum nostris pedibus alluderet* &c. Avien. in descr. Orb. vers. 121.

Insula qua Cyrnus madet fluctu alludente.

vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXXXI. Non aliter & cymba dicitur *ludere*, quae tremulo fluctuum motu subsultat, apud Senec.

in

Suspectamque loco pacem dedit arte maligna:
Ceu clandestino traheretur foedere bellum.
Intellectus erat Fabio, Tyriosque videbat
Dictator saevire dolos: at non vacat aegre
Invidiam gladios inter lituosque timere,
Et dubia morsus famae depellere pugna.
Donec reptantem, & nequidquam saepe trahendo
Huc illuc castra, ac scrutantem proelia Poenum,
Qua nemorosa juga & scopulosi vertice colles
Exsurgunt, clausit sparsa ad divortia turma.
Hinc Laestrygoniae saxoso monte premebant
A tergo rupes, undosis squalida terris
Hinc Literna palus: nec ferri aut militis usum
Poscebat regio. septos sed fraude locorum

Arta

in Thyeste vers. 592.

Strata ludenti patuere cymbae.

Sed *lucent* fortasse referendum ad radios solis, qui, in mare tranquillum immissi, faciunt ut fluctus splendeant, ac luceant, eodem modo, quo naves incensae infra lib. XIV. vers. 564.

——— flagrantibus alto
Stant aliae taedis, splendet, lucente profundo,
Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus.

pro quo & *ludere* dixit Claudian. II. de rapt. Proserp. vers. 2.

——— tremulis vibravit in undis
Ardor, & errantes ludunt per caerula flammae.

v. 264. *Hinc pestem placidam moliri*] *placitum moliri* optime Coloniensis. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. I. vers. 11.

v. 264. *Spargere caussas In castra ambiguas*] Adumbrata haec sunt ex illis Maronianis II. Aen. vers. 98. *spargere voces In vulgum ambiguas:* ut jam olim Dausq. notavit.

v. 269. *Non vacat aegre Invidiam gladios inter lituosque timere*] Locus est mendosus. quid enim *aegre* illud, aut quanti, quaeso, est pretii? scribe, *non vacat agri Invidiam timere.* Non tantum ipsi erant ii agri, ut eorum gratia pugnam maturaret, ut ulcisceretur scilicet Poeni dolos. membranae pejus etiam corruptae sunt, nam *non valet* prae se ferunt. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *non vacat acrem Invidiam* opinor, vel *aegro:* sed alterum praestat. Barthius *agri invidiam* minus bene. N. HEINSIUS. In margine editionis Romanae principis, quam utendam dedit Celeberr. Perizonius, manu ignota emendatum pariter, *non vacat aegro.*

v. 272. *Donec reptantem*] *raptantem* Livinejus, & *trahenda castra.* sed perperam. scribo,

Donec captantem nequidquam, saepe trahendo
Huc illuc castra, ac scrutantem proelia Poenum.

N. HEINSIUS.

v. 274. *Scopulosi vertice colles*] Forte, *scruposi colles.* N. HEINSIUS. Plura de hac voce vide apud eundem Heinsium ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 518. *scrupus*, unde *scruposus*, est apud Petron. in Satyr. cap. LXXIX. *Cum hora pene tota per omnes scrupos, gastrorumque eminentium fragmenta, traxissemus cruentos pedes.* Nihil tamen muto. De his ipsis collibus Silius infra vers. 356.

Per colles dumosque (lues agit atra) per altos
Saxosi scopulos montis lymphata feruntur
Corpora anhela boum.

& sic passim de aliis: lib. VIII. vers. 393. *scopulosi verticis Anxur.* vers. 434.

——— quos pascunt scopulosae rura Numanae.

quo loco vir Illustrissimus pariter *scruposae* conjecit. libro XV. vers. 305.

Saxa Cephallenum, & scopulosis Neriton arvis.

Lucan. lib. II. vers. 619.

Hinc illinc montes scopulosae rupis aperto
Opposuit natura mari.

lib. III. vers. 172. *scopulosa Cyrrha.* lib. V. vers. 652. *scopulosa Ceraunia.* Stat. I. Theb. vers. 332. *arte scopuloso in limite pendens.* lib. III. vers. 102. *scopulosa Pylene.* & passim alii.

v. 276. *Hinc Laestrygoniae rupes à tergo*] Quas Silius *Laestrygonias rupes*, Livius *saxa Formiana* vocavit lib. XXII. cap. XVI. *Poenus contra intra Formiana saxa ac Literni harenas, stagnaque perhorrida situ hibernaturus esset.* Male itaque Dausquej. Silium *à tergo* circumspecte dixisse notat, quod Laestrygonii campi in Sicilia locentur à Plinio lib. III. cap. VIII. & cap. V. Priori loco id fieri verum est, sed falsum & posteriori, ubi describens Italiam ait: *Dein locus speluncae, lacus Fundanus, Cajeta portus; oppidum Formiae, Hormiae dictum, ut existimavere, antiqua Laestrygonum sedes.* Hinc noster infra vers. 410. jungit

Litora Cajetae Laestrygoniosque recessus.

Vide Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 59. Laestrygones itaque olim in Sicilia non solum, sed in Italia sedes suas habuere, quas nunc innuit Silius.

v. 278. *Hinc Linterna palus*] *Literna* scripsi. bene. diximus jam libro VI. vers. 653. N. HEINSIUS.

v. 280.

Arta fames, poenas miserae exactura Sagunti,
Urguebat; finisque aderat Karthaginis armis.
Cuncta per & terras & lati stagna profundi
Condiderat somnus, positoque labore dierum
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
At non Sidonium curis flagrantia corda
Ductorem, vigilesque metus haurire sinebant
Dona soporiferae noctis. nam membra cubili
Erigit, & fulvi circumdat pelle leonis,
Qua super instratos projectus gramine campi
Presserat ante toros. tunc ad tentoria fratris
Fert gressus vicina citos: nec degener ille

Belligeri

v. 280. *Arcta fames Urguebat*] Maluerim *Atra fames*; nam in scriptis *arta*. apud Maronem *Luctus & atra fames*. Potest tamen ita capi, ut *artae res* paullo post, & *res angusta domi* apud Juvenalem. N. HEINSIUS. Claudian. I. de Laudib. Stilic. vers. 277.

—— hinc frugibus atra negatis
Urguebat, trepidamque fames obsederat urbem.

in VI. Consul. Honor. vers. 321.

—— comitatur euntem
Pallor, & atra fames, & saucia lividus ora
Luctus.

Quinctil. Declam. XII. pag. 223. *Nigros fame dentes pallidis cadaveribus impressimus.* Saepissime vero librarii indocti in his vocibus confundendis turbarunt. apud Lucan. lib. VI. vers. 95. *atra cutis*, & vers. 518. *atrae nubes* editur, ubi alii codices *arta* & *artae* habent. contra vers. 108. pro *arta obsidione*, in uno codice est *atra*. Vide etiam Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 377. Verum, quod postea etiam illustrissimo Heinsio visum fuit, vulgata quoque lectio proba est. Quod vero in Colon. codice sit *arta fames*, id ex more librarii ejus factum est, qui ita semper omisso τῷ c eam vocem scripsit, ut ad calcem editionis, in qua lectionum diversitates annoravit, N. Heinsius monuit. Atque ita in optimis quibusque codicibus semper occurrit. vide Pier. ad Virgil. I Aen. vers. 293. & II. Aen. vers. 146. Castal. ad Rutil. II. Itin. vers. 20. Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 71. Dausquej. in Orthogr. parte II. in voce *Artus*, Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 277. & Broekh. ad Tibull. lib. I. Eleg. V. vers. 53.

v. 283. *Positoque labore dierum*] *labore diurno*, opinor, praestiterit. N. HEINSIUS. Ovid. IV. Metam. vers. 215.

—— fessa diurnis
Membra ministeriis nutrit, reparatque labori.

& XI. Met. vers. 624.

—— qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces, reparasque labori.

Curtius lib. V. cap. XIII. *Ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante.* Nisi fortasse Silius *dierum* maluerit, quod mox *nocte* sequatur, quemadmodum Curtius *diurnum*, quod *nocturna* praecesserat. Nox itaque laborem diurnum abrumpit, ut apud Claudian. II. in Rufin. vers. 324.

Coeperat humanos alto sopire labores
Nox gremio.

quemadmodum orta dies intermissum laborem revocat apud Manil. lib. I. vers. 243.

Illic orta dies sopitas excitat urbes,
Et cum luce refert operum vadimonia terris.

Silius lib. XII. vers. 574.

Atque ubi nox depulsa polo, primaque rubescit
Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores.

v. 287. *Jam membra cubili Erigit*] nam ex scriptis. deinde forte *Eripit*. N. HEINSIUS. Receptam scripturam *Erigit* asserere potest locus Statii V. Theb. vers. 247. *his motus & artus Erexit stratis.* Si tamen auctoritas manuscriptorum accederet, haud multum displiceret Illustrissimi Heinsii conjectura *Eripit*. Sic Statius II. Theb. vers. 140.

Dircaeusque gradum, pariterque Acheloides heros
Corripuere toris.

Frequenter ita peccarunt indocti librarii. supra lib. I. vers. 183. pro *erepto ductore*, male in Oxon. codice erat *erecto*, & contra vers. 223. pro *erecti cornipedes*, non melius Putean. *erepti* habebat. Possis etiam legere *membra cubili Exigit*, ut infra lib. XVI. vers. 234. *Exigit è stratis corpus*: nam & has voces inter se confundere soliti sunt scribae librarii. Ita Gebhard. II. Crepund. cap. III. ex manuscripto apud Quintil. lib. VI. Instit. orat. cap. IV. emendat, *Prope sub conatu adversarii manus exigenda*; cum vulgo sit *erigenda*. & ita alibi.

v. 291. *Non degener ille Belligeri ritus taurino membra jacebat Effultus tergo*] Possent fortasse haec non ineleganter ad ἐνόπλιον ὕπνον referri; ac tunc *taurino tergo* id esset, quod βοείη, cum pro clipeo sumitur, & ut νωμῆσαι βῶν Homero dicitur [Il. H. vers. 238.] In scuto enim dormiebant milites, quod ἐνόπλιον ὕπνον dicebant, unde poeta maximus [Il. Λ. vers. 730.] κατεκοιμήθημεν ἐν ἔντεσιν οἷσιν ἕκαστος. & Nonnus de clipeo diserte,

Ὕπνῳ αὖθις ἴαυεν ἐπ' ἀσπίδι βοείης.

Claudian. [in bell. Gildon. vers. 352.]

—— *nec*

Belligeri ritus, taurino membra jacebat
Effultus tergo, & mulcebat tristia somno.
Haud procul hasta viri terrae defixa propinquae,
Et dira e summa pendebat cuspide cassis:
At clipeus circa, loricaque, & ensis, & arcus,
Et telum Baliare, simul tellure quiescunt.
Juxta lecta manus, juvenes in Marte probati;
Et sonipes strato carpebat gramina dorso.
Ut pepulere levem intrantis vestigia somnum,
Heus! inquit, (pariterque manus ad tela ferebat)
Quae te cura vigil fessum, germane, fatigat?

Ac

——— *nec mollia fesso*
Strata dedere thorum tenebris, si caeca repressit
Nox iter, aut speluaea subit metuenda ferarum,
Aut pastorali jacuit sub culmine fultus
Cervicem clipeo.

ubi *fultus clipeo* dixisse videri potest, quod Silius *Effultus taurino tergo.* Mihi vero haec simpliciter placet ad simplicitatem veterum referre, praesertim in castris: notum est enim, Homerum pellem βοὸς ἶφι κταμένοιο, vel ὄιος ἄωτον substernere dormientibus, Odyss. Υ. vers. 2.

Κὰμ μὲν ἀδέψητον βοέην στόρεσ', αὐτὰρ ὕπερθε
Κώεα πόλλ' οἰῶν τοὺς ἱρεύεσκον Ἀχαιοί.

quod & Nonnus in eleganti illa Bacchi ad Nicaeam oratione Dionys. XVI. vers. 94. secutus est,

Ἔσσομαι, ἢν ἐθέλῃς, θαλαμηπόλος· ἐν δὲ μελάθρῳ
Αὐτὸς ἐγὼ στορέσω σοι δέμνια· τοῖσι πετάσσω
Δέρματα παρδαλίων πολυδαίδαλα. τοῖς ἅμα βάλλω
Φρικτὰ λεοντείης πυκνότριχα νῶτα καλύπτρης.

quod nos ita inter scribendum:

Cura tui thalami nobis erit: ipse cubile
Substernam, mea vita, tuum, quis insuper acris
Exuvias pardi, saevique horrenda leonis
Tegmina subjiciam variis horrentia pilis.

Haec ut de venatrice & viragine; Homero autem etiam domi perpetuo pelles, vel χαμάδις, vel ἐπὶ δεμνίων sternuntur. Silio hic χαμάδις, utpote in castris; unde paullo ante,

Qua super instratos projectus gramine campi
Presserat ante thoros.

Ita simpliciter sumi potest. D. HEINSIUS. Omnino hoc cum Eruditissimo Heinsio de pelle taurina dormienti substrata capiendum, quomodo ipse Hannibal paullo ante pelli leoninae incubuerat vers. 288. non vero de clipeo: sequetur enim infra vers. 296.

At clipeus circa, loricaque, & ensis & arcus,
Et telum Baliare, simul tellure quiescunt.

Pellem taurinam ad eundem usum memorat Homer. Il. K. vers. 154.

——— αὐτὰρ, ὅγ' ἥρως
Εὗδ', ὑπὸ δ' ἔστρωτο ῥινὸν βοὸς ἀγραύλοιο.

Ceterum ipse heros dormiebat, substraveratque pellem bovis agrestis.

v. 294. *Haud procul hasta viri terrae defixa propinquae*] Ex Homero Iliad. K. vers. 74.

Τὸν δ' εὗρεν παράτε κλισίῃ καὶ νηῒ μελαίνῃ
Εὐνῇ ἐνὶ μαλακῇ· παρὰ δ' ἔντεα ποικίλ' ἔκειτο,
Ἀσπὶς, καὶ δύο δοῦρε, φαεινή τε τρυφάλεια.

D. HEINSIUS. Homer. ibid. vers. 151.

——— ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Εὗδον· ὑπὸ κρασὶν δ' ἔχον ἀσπίδας· ἔγχεα δέ σφιν
Ὄρθ' ἐπὶ σαυρωτῆρος ἐλήλατο· τῆλε δὲ χαλκὸς
Λάμφ' ὡς ἀστεροπὴ πατρὸς Διός.

Circumque socii dormiebant, qui sub capitibus habebant clipeos, & hastae ipsis erectae in cuspide inferiore fixae erant: longeque aes splendebat velut fulgur patris Jovis. Iscan. VI. de bell. Troj. vers. 161.

Postera vix umbras lux solverat, undique in iras
Surgunt, armatoque acclivia tela cubili
Corripiunt.

ubi legendum *acclinia tela.* Plura vide apud Magium III. Miscellan. cap. II. ut autem hastae terrae infigi possent, ab inferiore parte cuspidem habebant. vide doctos Interpretes ad Maron. VI. Aen. vers. 652.

v. 295. *Et dira e summa pendebat cuspide cassis*] Non placet illud *dira cassis.* opinor *Tyria cassis.* supra lib. IV. vers. 518. *cassidem Auruncam* habuimus haud dissimili loco. Similis error commissus apud Statium III. Theb. vers. 645.

——— *quid pulchrum, sanguine tincto*
Aoniam & Tyrii saturare novalia Cadmi?

ubi *diri Cadmi* nunc circumfertur. puto & *sanguine juncto*, id est, cognato. Sic etiam lib. VIII. vers. 704.

——— *apicem Aetolae Gradivus habebat*
Cassidis.

non *torvae*: est enim de Tydeo sermo. Mox bene Puteaneus, *At clipeus juxta:* etiam Oxonius, & Coloniensis. N. HEINSIUS. Infra etiam Illustrissimus Heinsius *Tyrio transtro*, pro *duro transtro*, emendabat lib. XIV. vers. 536. sic *cassis Sidonia* infra habes lib. XVI. vers. 452. *cristis horrens Sidonia cassis.* Fortasse tamen nihil mutandum. *dira cassis* enim, ut *torva, minax*, passim. Statius XII. Theb. v. 189. *nunc jam sub casside torva Maestus in amplexu.* Pendet autem cassis e summa cuspide, ut illa Jasonis apud

 Valer.

Ac jam conſtiterat, ſociosque in ceſpite fuſos
Incuſſa revocat caſtrorum ad munera planta.
Cum Libyae ductor: Fabius me noctibus aegris,
In curas Fabius nos excitat: illa ſenectus,
Heu! fatis quae ſola meis currentibus obſtat.
Cernis, ut armata circumfundare corona,
Et vallet clauſo collectos miles in orbe.
Verum, age, (nunc quoniam res artae) percipe porro,
Quae meditata mihi. latos correpta per agros
Armenta aſſueto belli de more ſequuntur.
Cornibus arentes edicam innectere ramos,
Sarmentique leves fronti religare maniplos:
Admotus cum fervorem diſperſerit ignis,
Ut paſſim exſultent ſtimulante dolore juvenci,
Et vaga per colles cervice incendia jactent.
Tum terrore novo trepidus laxabit iniquas
Cuſtos excubias, majoraque nocte timebit.
Si cordi conſulta, (moras extrema recuſant)

Accingamur,

Valer. Flacc. lib. VIII. verſ. 309.

Proſilit, & ſumma galeam rapit alcus ab haſta.

v. 303. *Sociosque in ceſpite fuſos Incuſſa revocat planta*] Quomodo Diomeden Neſtor excitat apud Homer. Iliad. K. verſ. 157.

Τὸν παρςὰς ἀνέγειρε Γερήνιος ἱππότα Νέςωρ,
Λὰξ ποδὶ κινήσας.

Hunc propter ſtans excitavit Gerenius eques Neſtor, calce pedis movens: quem locum Dauſquejum etiam laudaſſe video.

v. 305. *Tum Libyae ductor*] *Cum* ex ſcriptis. pro *noctibus aegrum* iidem, uti & editio Romana ac Parmenſis, *noctibus aegris. aegra res* infra verſ. 395. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editiones Romana princeps, Mediolanenſis, Marſi, ac Martini Herbipolenſis. Reliquae poſteriores *aegrum* habent ex Juntina, quae prima eam lectionem venditavit.

v. 306. *In curas Fabius nos excitat*] *Te nos* minus concinnum, quia *me* praeceſſerat hac eadem periodo. Fortaſſis *In curas Fabius ſomno excitat.* Livinejus *vos.* N. HEINSIUS.

v. 307. *Heu! fatis quae ſola meis*] Maluerim *quam obſtat*, quantum obſtat, vel, *ut obſtat.* N. HEINSIUS.

v. 309. *Et vallet clauſos collectus miles in orbe*] Scribendum,

Et vallet clauſo collectos miles in orbe.

collectos, contractos, artatos. De elegantia hujus verbi non pauca ad Maronem congeſſimus Aeneid. XII. verſ. 862. ubi de hoc loco. poſſis etiam *clauſos collectum limes in orbem.* ne bis idem dicat: nam per armatam coronam militem jam deſignavit praecedenti verſu. N. HEINSIUS.

v. 314. *Sarmentique leves maniplos*] Voce *Sarmentum* in hac hiſtoria uſus etiam eſt Livius lib. XXII. cap. XVI. *Faſceſque virgarum atque arida ſarmenta praeligantur cornibus boum.* Proprie autem *Sarmenta* ad vites pertinent, eoque ſenſu ea vox hic ſumi poſſet; Hannibal enim hoc tempore in Campania agebat, ubi plurima erant vineta: ponitur tamen etiam id vocabulum pro ramis cujuſque arboris, ut de myrrha apud Solin. in Polyhiſt. cap. XXXIII. *Arabes ſarmentis ejus ignem fovent.* Jactat hoc ſuum ſtratagema Hannibal infra lib. XII. verſ. 502.

——— *clauſos milite colles*
Evaſi victor, ſparſosque per arva juvencos
Jactare accenſis ſtimulavi cornibus ignes.

Praeter auctores à Dauſquejo laudatos meminit ejus etiam Corn. Nepos in vit. Hannib. cap. V. & Quinctil. II. Inſtit. Orator. cap. XVII. *Nam & imperator falſis utitur ſaepe: ut Hannibal, cum incluſus à Fabio, ſarmentis circa cornua boum deligatis incenſiſque, per noctem in adverſos montes agens armenta, ſpeciem hoſti abeuntis exercitus dedit; ſed illum fefellit.* Similem Hypereſienſium dolum vide apud Pauſan. in Achaicis cap. XXVI.

v. 320. *Si cordi, conſulta moras extrema recuſant*] Diſtingue,

Si cordi conſulta, (moras extrema recuſant)
Accingamur, ait.

N. HEINSIUS.

v. 322. *Clipeo cervice repoſta*] Quaedam ſupra vide apud Dan. Heinſium ad verſ. 292. Iſcan. VI. bell. Troj. verſ. 163.

——— *pars, in clipeos cervice recepta,*
Non madidum mucronis ebur, non caſſidis umbram
Solverat, aſt ipſis audax ſopor incidit armis.

Saxo Gramm. lib. IV. Hiſtor. Danic. pag. 57. *Pervicacius ſubiens clipeum Amilethi, quem capiti forte dormiturus affixerat, tanta lenitate ſubmovit, ut ne ſuperjacentis*

Accingamur, ait. gemino tentoria gressu
Inde petunt. ingens. clipeo cervice reposta
Inter equos, interque viros, interque jacebat
Capta manu spolia & rorantia caede Maraxes;
Ac dirum, in somno ceu bella capesseret, amens
Clamorem tum forte dabat; dextraque tremente
Arma toro & notum quaerebat fervidus ensem.
Huic Mago, inversa quatiens ut dispulit hasta
Bellantem somnum: Tenebris, fortissime ductor,
Iras compesce, atque in lucem proelia differ.
Ad fraudem, occultamque fugam, tutosque receptus
Nunc nocte utendum est. arentes nectere frondes
Cornibus, & latis accensa immittere silvis
Armenta, oppositi referent quo claustra manipli,
Germanus parat, atque obsessa evellere castra.
Emergamus; & hic Fabio persuadeat astus,
Non certare dolis. nihil hinc cunctante, sed acris
Incepti laeto juvene, ad tentoria Acherrae
Festinant:

per;acentis quidem quietem turbaret.

v. 326. *Clamorem tum forte dabat*] Interruptum nempe, qui à nullo intelligi poterat, qualem edere solent dormientes, teste Statio v. Theb. vers. 543.

Qualia non totas peragunt insomnia voces.

v. 328. *Dispulit hasta Bellantis somnum*] Longe elegantius est, nisi hic oculis male utor, *Bellantem somnum*. MODIUS Novant. Lect. Epist. XXXI. *Bellanti* Dausquejus, *Bellantem somnum* scripti cum Romana editione ac Parmensi. eleganter & vere. quod cum ex Coloniensi jam protulisset Modius, fungo Interpreti reprehendendum se immeritus praebuit. stat pro Modio Gronovius etiam Observ. IV. cap. IX. Simillimus locus apud nostrum de Hannibale libro primo vers. 69. N. HEINSIUS. *Bellantem somnum* etiam editiones omnes ante Juntinam, quae prima *Bellantis* habuit, & ex ea reliquae omnes.

v. 233. *Latis accensa immittere silvis Armenta*] *Sarmenta* scribendum. non enim ipsi tauri accendebantur, sed frondes taurorum cornibus alligatae. Frontin. Stratag. I. cap. V. *Hannibal, ut iniquitatem locorum & inopiam, instante Fabio Maximo, effugeret, noctu boves, quibus ad cornua fasciculos alligaverat sarmentorum, subjecto igne dimisit, eumque, ipso motu adolescente flamma, turbaretur pecus, magna discursatione montes, in quos actum erat, collustravit.* Sic *Sarmentitii* per ludibrium Christiani dicti Ethnicis, quod sarmentis circumjectis comburebantur. supra dixerat noster vers. 314.

Sarmentique leves fronti religare maniplos.

Notus jocus ille antiquus in Sarmentum apud Scholiasten Horatii,

Digna dignis. sic Sarmentus habeat crassas compedes.
Rustici, ne nihil agatis, aliquis Sarmentum alliget.

Ambigui sensus est: sed voluit poeta, aliquis Sarmentum vinciat compedibus: nam sarmentum à rusticis dicebatur *alligari*, cum in fasces redigebatur. de comburendo Sarmento non capiendum opinor, ut magno Scaligero ad Eusebium videbatur anno MMLXXXIV. Deinde *referent qua* Coloniensis & Puteaneus. Oxonius *quae*. N. HEINSIUS.

v. 337. *Nos certare dolis. nihil hic cunctante*] Referunt membranae *Non certare dolis. nihil hinc cunctante*: quomodo sensus erit, ducat Fabius inferiorem se esse, quam qui possit nobiscum dolis certare. MODIUS Novant Lection. Epist. XXXI. Lectio Coloniensium & Oxoniensium membranarum est, *Non certare dolis*; vulgata; *Nos certare dolis*, quam mordicus defendit Dausquejus, me sane invito. *Non certare persuadeat*, hoc est, doceat Fabium, deinceps confligendum nobiscum Marte aperto, non vero dolis agendum, quibus nos tanto superiores docet hoc stratagema. Haec utique vera est hujus loci sententia, quam in antiquis membranis repertam cur non praeferamus mangonum commentis? utique cum meliore ratione nitatur. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Non certare*, & mox *nihil hinc cunctante*, non *hic*, cum scriptis, quod posterius etiam Romana editione ac Parmensi confirmatur, idque Modius jam vidit. Frustra pro vulgata digladiari Interpretem animadvertit Barthius. N. HEINSIUS. *Non certare* etiam omnes, quas vidi, ante Juntinam editiones, ut verosimile sit, hanc etiam lectionem primum à Nicandro immutatam esse; à quo τὸ *hic* etiam profectum, cum caedem *hinc* habeant. Nihil planius hac lectione: Fabio persuadeat hic astus, ne postea dolis mecum certet. Insecutis tamen plerisque editoribus commentum Nicandri probatum fuit. At meo judicio (inverto Dausqueji verba) nullae conjecturae libris

scriptis

Festinant: cui parca quies, minimumque soporis;
Nec notum somno noctes aequare: feroci
Pervigil inservibat equo, fessumque levabat
Tractando, & frenis ora exagitata fovebat.
At socii renovant tela, arentemque cruorem
Ferro detergunt, & dant mucronibus iras.
Quid fortuna loci poscat, quid tempus, & ipsi
Quaenam agitent, pandunt; & coeptis ire ministrum

Haud

scriptis & priscis editionibus rectae rationi innixis praeponderare debent.

v. 342. *Frenis ora exagitata fovebat*] Id tribus modis magistri equitum fieri docent; fovere enim est ἀπαλύνειν, & remulcere, ut Appulejus loquitur, tractandoque labra emollire: quod aut manu fiebat, ut hic, aut aqua tepida, aut oleo. Pollux [lib. I. §. 201.] Καὶ τὰ χείλη δὲ ἀπαλυνέτω, ὅπως τοῦ χαλινοῦ συνιῇ· ἀπαλύνουσι δὲ χείλη χειρῶν τριβῇ, καὶ ὕδατος χλιαροῦ προσβολῇ, καὶ ἐλαίου; quod demto freno fiebat, addito solummodo capistro, ne mordendi, sed respirandi tantum facultas adesset. Idem Grammaticus ibidem: ἣν μὲν γὰρ κεχαλινωμένον ἄγῃ, οὐδὲν αὐτῷ παρακοῦ· ἣν ἀχάλινωτον, κημοῦν τὸν ἵππον· ὁ γὰρ κημὸς ἐνδάκνειν μὲν οὐκ ἐᾷ, ἐμπνεῖν δ' οὐ κωλύει. Scribo ἐμπνεῖν. desumtus enim locus ille ex hoc Xenophontis de re equestri, καὶ ἀεὶ δὲ ὅποι ἀχάλινωτον ἄγῃ, κημοῦν δεῖ· ὁ γὰρ κημὸς ἀναπνεῖν μὲν οὐ κωλύει, δάκνειν δ' οὐκ ἐᾷ. D. HEINSIUS.

v. 344. *Et dant mucronibus iras*] Id est, deterso sanguine, & rubigine ac situ, gladios suos exasperant. Statius I. Achill. vers. 435.

—— *tenuantque humentia saxa*
Attritu, & nigris addunt mucronibus iras.

v. 345. *Quod tempus*] *quid tempus* ex scriptis & priscis editionibus. *detergens* paullo ante Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 347. *Discurrit tessera castris*] Τὸ σύνθημα. vide Onosandri Stratag. cap. XXV. Nam παρασυνθήματα sunt, quae non voce, sed manu, dantur. *discurrit* autem, quia à duce ad τὸν οὐραγὸν perveniebat. Onosander. Δεῖ δὲ τοὺς πρώτους τοῖς ἡγεμόσιν εἰπεῖν· ἐκείνους δὲ ἀναγγεῖλαι τοὺς μετ' αὐτοὺς, εἶτα τούτους τοῖς κατόπιν· εἶτα ἑξῆς ἄχρι τῶν τελευταίων τὰς πρώτας τοὺς ὑπὸ πόδας σημαίνοντας. Sic *Venerem* tesseram fuisse Caji Caesaris [imo Julii Caesaris] saepenumero docent historici: Dio lib. LVI. [imo XLIII. pag 235.] Τό, τι ὅλον, inquit, τῇ Ἀφροδίτῃ ἀνέκειτο, καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν, ὅτι καὶ ἄνθος ὥρας ἀπ' αὐτῆς ἔχει· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον ἐφόρει, καὶ σύνθημα αὐτὴν ἐν τοῖς πλείστοις καὶ μεγίστοις ἐποιεῖτο. Ea *signum* Senecae & aliis. Saepius autem vox una erat, interdum plures. Sic Imperator ille apud Dionem, cum ulcisci adversarium suum vellet, *Venerem* illi pro tessera dabat, vel *Cinaedum*, vel simile: sic Chaereae tribuno *Venerem* vel *Priapum* Cajus dabat. Seneca in libro, an in sapientem cadat injuria cap. 18. *Chaereae*, inquit, *tribuno militum sermo non pro manu erat, quod languidus sono, &, ni facta nosses, suspectior. Huic Cajus signum petenti, modo Veneris, modo Priapi dabat, aliter atque aliter exprobrans armato mollitiem* &c. Interdum res tota & sententia: sic apud Polyaenum [lib. I. cap. XI.] Acues tesseram militibus dedit, ut eos, qui tesseram peterent, interficerent, κτείνειν (ut ille loquitur) τοὺς τὸ σύνθημα ἐρωτῶντας, quod & factum. D. HEINSIUS. Antiquissima consuetudo, pro tesseris militaribus dare nomina divorum. Euripides, sive sit Sophocles, in Rheso [vers. 521.]

Σύνθημα δ' ἡμῖν Φοῖβος, ἤν τι καὶ δέῃ,
Μέμνησθ' ἀκούσαντες, Θρῃκὶ δ' ἀγγέλλετε στρατῷ.

Xenophon Cyripaedia lib. III. [pag. m. 85.] Ἐπεὶ δ' ἔτι βελῶν ἔξω ἦσαν, παρηγγύα ὁ Κῦρος σύνθημα Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμών. quod ad Latinos etiam pervenit. Quomodo vero danda ea tessera, habes apud Onosandrum cap. XXV. Leonem τακτικῶν XX. cap. CLXXXV. De celeritate tesserae Onosander, ex quo interpretandus Silius Italicus, *discurrere* eam *castris* dicens. Apud Euripidem Hector non per se, quem penes tamen summum in exercitu imperium erat, sed per Rhesum dat tesseram copiis Thracum, id ipsum quoque ex disciplina militari. Ita enim praecipit Leo. Ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀρχόντων παραγγέλματα πρὸς τὸν στρατὸν δεῖ γίνεσθαι, καὶ τὰ διατάγματα καὶ τὰ συνθήματα, ἀλλὰ μὴ διὰ τῆς σῆς ἐνδοξότητος, ὦ στρατηγέ. BARTHIUS lib. XXXIII. Advers. cap. IV. Duplicis generis tesserae olim in usu erant. Primi sunt, ut iis milites in pugna se internoscerent, neque vigiles in excubiis fraude hostium circumvenirentur. Hae plerumque breves, & saepissime unius vocis erant. Sic Φοῖβος tessera Trojanorum erat apud Eurip. in Rheso vers. 521. Ζεὺς σύμμαχος καὶ ἡγεμὼν Cyri apud Xenoph. in III. Cyropaed. p. 85. Ζεὺς σωτὴρ καὶ ἡγεμὼν ejusdem ibid. lib. VII. pag. 174. Ζεὺς σωτὴρ καὶ Νίκη alterius Cyri apud Xenoph. I. de exped. Cyri pag. 264. Ζεὺς σωτήρ, Ἡρακλῆς ἡγεμὼν Xenophontis ibid. lib. VI. pag. 386. Ἀθηνᾶ Ἰτωνία Thessalorum, & Φῶκος Phocensium apud Pausaniam in Phocic. cap. I. *Venus* Julii Caesaris apud Dion. Cass. lib. XLIII. pag. 235. *Libertas* Bruti in pugna Philippensi apud eundem lib. XLVII. pag. 352. *Apollo* Augusti & Antonii in eadem pugna apud Valer. Max. lib. I. cap. V. ex. 6. quorum tamen tesseram ignorari dicto loco notarat Dio Cassius. *Cupido*, aut *Venus*, Caligulae apud Dion. Cass. lib. LIX. pag. 662. *Priapus*, aut *Venus*, ejusdem apud Sueton. in ejus vita cap. LVII.

optima

Haud segnem hortantur. discurrit tessera castris:
Intentique docent, quae sint properanda, monentque
Quisque suos: instat trepidis, stimulatque ruentes
Navus abire timor, dum caeca silentia, dumque
Majores umbrae. rapida jam subdita peste
Virgulta, atque altis surgunt e cornibus ignes.
Hic vero ut, gliscente malo & quassantibus aegra
Armentis capita, adjutae pinguescere flammae
Coepere, & vincens fumos erumpere vertex:

optima mater Neronis apud eund. in ejus vita cap. IX. & Tacit. XIII. Annal. cap. II. ad quem locum Lipsius in excursu A quaedam horum occupavit. *Aequanimitas* morientis Antonini Pii apud Capitol. in ejus vit. cap. XII. & in vita Anton. Philos. cap. VII. *Militemus* Pertinacis apud Capitol. in ejus vita cap. V. & his similia alia. Interdum vero hujus generis tesserae totam sententiam complectebantur, qualis illa Claudii apud Dion. Cass. lib. LX. pag. 675. hunc Graecum versiculum, ὅτι χρὴ

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

Quod deceat virum propulsare, quando prior quis est molestus. qui versus Homeri est ex Odyss. Φ. vers. 133. Alterius generis tesserae sunt, quibus Imperator militibus significat, quid fieri velit. Talis infra memoratur lib. XV. vers. 478.

—— tacitum dat tessera signum,
Dimissa in colles pugna silvasque ferantur
Dispersi, & summam, quicumque evaserit, arcem
Pyrenes culmenque petat.

apud Liv. lib. VII. cap. XXXV. *Ceteris omnibus tesseram dari jubet: ubi secundae vigiliae buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se venirent.* lib. IX. cap. XXXII. *Extemplo tesseram dari jubet, ut prandeat miles, firmatisque cibo viribus arma capiat.* lib. XXVII. cap. XLVI. *Tessera per castra ab Livio consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet.* Sueton. in Galb. cap. VI. *Sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera, ut manus paenulis continerent.* De eo tesserae genere intelligendus est hoc loco Silius, apud quem etiam recte notarunt viri docti vocem *discurrit*, quae ad formam pertinet, qua tessera dari solet. vide etiam Lipsium d. loco & Stewich. ad Veget. lib. II. cap. VII. pag. 79.

v. 349. *Instant trepidi*] Scribendum, *instat trepidis, stimulatque ruentes Navus abire timor.* Virgilii illud est: *pedibus timor addidit alas.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. *instat trepidis* scripti & Modius. sequor, quamquam obloquente Interprete. *instabatque senectae* supra vers. 178. de sene Massico: infra vers. 458.

Dumque hic aligeris instat Cytherëa.

ubi plura. N. HEINSIUS. Supra lib. II. vers. 407.

Instabatque operi subducta classe juventus.

Virgil. I. Aen. vers. 504. *instans operi regnisque futuris.* τὸ *trepidus*, quod in D. Heinsii editione est, & Dausquejus exagitavit, ex operarum lapsu ortum videtur.

v. 354. *Adjutae pinguescere flammae Coepere*] *Gracilis flamma* est tenuis: *Pinguis* contra multa materia flagrantem notat. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Quis credat, optimae Latinitatis scriptorem, ac perpetuum cum Ciceronis tum Maronis imitatorem, sic locutum? scribo, *adjutae pice crescere flammae Coepere. pigue* pro *pice* scriptum fuerat, ut passim in vetustis membranis *g* & *c* literae confunduntur. Prudentius Roman. vers. 850.

Sarmenta mixtim subdita, & seni struem
Spargens liquato rore ferventis picis,
Quo flamma pastu cresceret ferocius.

adjutae pice, ut lib. XIV. vers. 422. *ignes atros pastosque bitumine torquet.* lib. I. vers. 320.

Nunc picea jactat fumantem lampada flamma.

vers. 355.

Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.

Lucan. lib. IX. vers. 492. *piceo jubet unguine tactos Lampadas immitti.* sic malo ex duobus scriptis, quam *tinctas. adjutum nisu telum* Silius lib. V. vers. 326. lib. VI. vers. 249. *vires adjuta ruentis Contra ardore ferae hasta.* lib. XIV. vers. 423.

Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti.

magicis adjutant cantibus herbas Gratius in Cyneg. vers. 405. *ventis adjuta vetustas* Valer. Flacc. lib. II. vers. 528. Juvenal. sat. VI.

—— breviorque videtur
Virgine Pygmëa nullis adjuta cothurnis.

Lucan. lib. II. *rivoque cruoris Haerentes adjuvit aquas.* lib. III. vers. 471. *impulsu ventorum adjuta vetustas.* vers. 725.

Adjuvitque suo procumbens pondere ferrum.

Colum. lib. X.

Rutaque Palladiae baccae jutura saporem.

ita vetus codex. vulgo *victura*. Senec. in Medea vers. 412. *aut vis ignium Adjuta flatu.* N. HEINSIUS. Nazar. in Panegyr. Constantini cap. XXI. *Maxima benignissimi Imperatoris fuit cura, non modo ut incendium non adjutum senesceret, sed oppressum emori posset.* quo loco Colvius ad Appul. Metam. pag. 159. *adultum senesceret* legendum censet: verum malo cum Grutero nihil mutare.

Per colles dumosque, (lues agit atra) per altos
Saxosi scopulos montis lymphata feruntur
Corpora anhela boum, atque obsessis naribus igni
Luctantur frustra rabidi mugire juvenci.
Per juga, per valles errat Vulcania pestis,
Nusquam stante malo; vicinaque litora fulgent.
Quam multa, affixus coelo sub nocte serena,
Fluctibus e mediis sulcator navita ponti
Astra videt: quam multa videt, fervoribus atris
Cum Calabros urunt ad pinguia pabula saltus,
Vertice Gargani residens incendia pastor.
At facie subita volitantum montibus altis

Flammarum,

v. 355. *Et vincens fumos erumpere vertex*] Haec etiam mendosa sunt. Forte, *& vinclis fumi se erumpere vertex*, vel, *atque undans fumo se erumpere vertex. undare* de fumo usitatum poetis. noster ipse lib. II. vers. 630.

—— densum qua turbine nigro
Exundat fumum picea caligine vertex.

lib. IX. vers. 446.

Undantes volvit flammas ad sidera vertex.

lib. XII. vers. 135. *tellus atro exundante vapore Suspirans.* lib. XIV. vers. 312.

—— ingenti simul exundante vapore
Ad coelum flammae nitentia culmina lambunt.

Virgil. XII. Aen. vers. 672.

Ecce autem, flammis inter tabulata volutus,
Ad coelum undabat vertex.

Statius XII. Theb. vers. 441. *exundant diviso vertice flammae.* Valerius Flacc. lib. II. vers. 196.

Ipsa Venus, quassans undantem turbine pinum,
Agglomerat tenebras.

Restituenda ea locutio Lucan. lib. VI. vers. 534.

Fumantes juvenum cineres ardentiaque ossa
E mediis rapit illa rogis, ipsamque, parentes
Quam tenuere, facem, nigroque undantia fumo
Feralis stramenta tori.

in scriptis videlicet nonnullis inveni *nigro fumantia fumo*, in vulgatis *nigroque volantia fumo*; utrumque absonum. Sed & *stramenta*, pro *fragmentis*, *tori* reposui, de quo ad ipsum Lucanum pluribus. Seneca in Troasin vers. 19.

Diripitur ardens Troja: nec coelum patet
Undante fumo.

vinclis se erumpere tamen magis appositum videtur. *se erumpere*, ut lib. XII. vers. 440. restituimus, *angustis se faucibus aequor Erumpit.* ubi plura ad rem. *erupti ignes* Lucret. lib. I. de Aetna vers. 723.

—— rursus seu colligat iras,
Faucibus eruptos iterum sive evomat ignes,
Ad coelumque ferat flammai fulgura sursum.

sic locus mendosissimus scribendus. ibid. vers. 163. etiam scribo, *se erumpere coelo armenta*, vel, *erumpere coelum*, ut in MS. uno. Tibull. lib. IV. Carm. I. vers. 86.

Fontibus ut dulces erumpat terra liquores.

Petron. in. Satyr.

Atque has erumpit furibundo pectore voces.

Vide Voss. de Analog. lib. III. cap. IV. N. HEINSIUS. Fortasse in his nihil mutandum: sensus enim satis commodus est hoc modo. postquam flamma, fumos vincens, cum quibus ante luctabatur, erumpere ad coelum coepit. *vertex* nempe flammae, ut infra lib. VIII. vers. 657. de flamma ex Aetna erumpente,

Phlegraeas tetigit trepidantia sidera vertex.

quemadmodum & *apex* lib. XV. vers. 557.

—— rupta caligine in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos.

si tamen *se erumpere* cum Illustrissimo Heinsio malis, non multum adversabor. Pluribus de eo infra vide ad lib. XII. vers. 480.

v. 356. *Per colles dumosque lues agit atra*] Distingue, *Per colles dumosque*, (*lues agit atra*) *per altos.* N. HEINSIUS.

v. 357. *Lymphata feruntur Corpora anhela boum*] Livius lib. XXII. cap. XVII. *Metus ipse relucentis flammae ex capite, calorque jam ad vivum imaque cornua adveniens, velut stimulatos furore agebat boves.* vide supra ad lib. I. vers. 459.

v. 362. *Quam multa intentus coelo*] Legendum *affixus coelo. affixus* dixit exemplo Virgilii, cujus illud est, *clavoque affixus & haerens Nusquam amittebat.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. Scriptura duorum MSS. *affixus coelo.* Optime, cum de nauta sit sermo, qui *affixus* velut astris ad regendum cursum navigii. Indignatur Interpres: sed frustra. Cur non editionibus ejus scripta lectio consentiens tantaque elegantia praeferatur? sicque alii, ut *pendere coelo* illustravimus ad Cirin Virgilii. BARTHIUS lib. I. Adverss. cap. XIII. *affixus* ex Coloniensi Modius: reliqui scripti, & cum editio Romana, tum Parmensis, adsentiuntur. Sic *pensis affixa puella* apud Tibull. lib. I. Eleg. III. vers. 87. Interpres hic denuo impingit obloquendo, quo nomine & Barthium meritus infensum experitur. N. HEINSIUS. To *intentus*, pro quo acriter pugnavit Dausquejus, non ut minus Latinum aut inelegans, sed

ut

Flammarum, quîs tunc cecidit custodia forti,
Horrere, atque ipsos nullo spargente vagari
Credere, & indomitos pasci sub collibus, ignes.
Coelone exciderint, & magna fulmina dextra
Torserit omnipotens, an caecis rupta cavernis
Fuderit egestas accenso sulfure flammas
Infelix tellus, media in formidine quaerunt.
Jamque abeunt: faucesque viae citus occupat armis
Poenus, & in patulos exsultans emicat agros.
Huc tamen usque vigil processerat arte regendi
Dictator, Trebiam & Tusci post stagna profundi,
Esset ut Hannibali Fabium Romanaque tela

Evasisse

ut non à Silii, verum a mala interpolatoris manu profectum, rejicitur: est enim vocis *affixus* glossema: nam idem utraque vox notat, unde & Seneca eas junxit in Consol. ad Marciam cap. II. *Intenta in unam rem & toto animo affixa talis in omni vita fuit, qualis in funere.* ut adeo ex margine, quem prius occupabat, in contextum Silii migrasse videatur. Quin & auctor hujus mutationis indagatu facilis est. Praeter libros enim à viris doctis memoratos manuscriptorum lectioni etiam assentiunt editiones Romana princeps, Mediolan. Marsi, & Martini Herbipolensis: Prima vero Juntina habuit *intentus*; ut adeo à Nicandro scripturam illam adscitam esse verosimile videatur.

v. 367. *Hac facie subita volitantum in montibus altis*] Scribendum *At facie subita volitantum montibus.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. *At facie* & *volitantum montibus*, non *in montibus*, cum Modio scripti iterum. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem *Hac facie* retinet Dausquejus.

v. 368. *Quis tunc cecidit custodia forti*] *cecidit*, est obtigit, evenit. Sallust. in bell. Catil. cap. XXI. *Ni virtus fidesque vestra satis spectata mihi foret, nequidquam opportuna res cecidisset.* in bell. Jugurt. cap. XXXI. *Aequo animo paterer, nisi misericordia in perniciem casura esset.* Cic. pro Rabir. Postumo cap. II. *Quod male cecidit, bene consultum putares.* Act. I. in Verr. cap. II. *Hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili ejus audacia singularis stultitia conjuncta est.* lib. III. ad Attic. Epist. I. *Intellexi, nihil mihi optatius cadere posse.* lib. I. ad Quint. Fratr. Epist. III. *A te mihi omnia semper honesta & jucunda ceciderunt.* *forti* autem est pro *forte.* Supra lib. I. vers. 115.

Ferro ignique sequar, Rhoetêaque fata revolvam.

hoc libro vers. 358. *obsessis naribus igni.* Liv. lib. XXIX. cap. XX. *Cui Sicilia provincia forti evenisset.* Ita maximus Gronov. ex MSS. emendat, pro *forte.* Vide Gifanii Indic. Lucretianum in voce *Colli*, N. Heinsium ad Claud. I. in Rufin. vers. 9. ad Nason. Epist. IV. Her. vers. 31. ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. XXX. & Bentlej. ad Horat. I. sermon. Ecl. V. vers. 72. Ingentem similium numerum coacervavit Sanctius in Minerv. lib. II. cap. VII. quorum rationem tradit vir Celeberr. Jac. Perizonius ad eundem Sanctium lib. I. Minervae cap. VI. *forti* deinde, quoniam vigiles excubias inter se ad fortem dividebant. infra lib. IX. vers. 91.

— *vestigia vallo*
Ausonio vigil extulerat, dum forte vicissim
Alternat portae excubias.

hoc libro vers. 155.

— *jamque excubias sortitus iniquas*
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.

Per vices tamen excubasse vigiles innuit Claudian. II. in Eutrop. vers. 418. *vicibus custodia nullis Advigilat vallo.* Nimirum quilibet milites excubabant suis vicibus; at qua quisque noctis vigilia, forte comparabant.

v. 372. *An caecis terra cavernis*] Legendum videtur *caecis rupta cavernis.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. *rupta cavernis* scripti & Romana editio, & hoc Modio jam observatum. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps, Mediolan. Marsi & Martini Herbipolensis editiones *rupta cavernis*, quod & Dausquejus probavit, cum mox *infelix tellus* sequatur. Primus iterum Nicander hac lectione Juntinam editionem conspurcavit, post quem tamen eam pleraeque aliae editiones adoptarunt.

v. 374. *Infelix tellus, tantis damnata ruinis. Jamque fugam Rutuli media in formidine quaerunt Atque abeunt*] Locus corruptus & interpolatus, qui, uno versu hinc in solas terras relegato, ita legendus videtur,

Infelix tellus, media in formidine quaerunt.
Jamque abeunt.

Haec ita certa sunt, ut operam lusurus sim, si ea cuiquam sano probare coner. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXI. *Tà tantis damnata ruinis. Jamque fugam Rutuli* neutrae membranae habent. Et quo indignatur Interpres Modio, quod codicem scriptum praeferat, ubi res postulat, futilissimorum typographorum depravationibus? ego vero rectius haec abesse, quam adesse, arbitror, quod vel sola vox *media* nos docere poterit, si voluerimus ipsi auscultare. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Quae sequebantur in vulgatis,

— *tantis*

Evasisse fatis. quin & vestigia pulsi
Et gressus premeret castris, nisi sacra vocarent
Ad patrios veneranda Deos. tum, versus ad Urbem,
Alloquitur juvenem, cui mos tramittere signa
Et belli summam primasque jubebat habenas;
Atque his praeformat dictis, fingitque monendo:
Si factis nondum, Minuci, te cauta probare
Erudiit Fortuna meis; nec ducere verba
Ad verum decus, ac pravis arcere valebunt.
Vidisti clausum Hannibalem. nil miles & alae
Juvere, aut densis legio conferta maniplis.
[Testor te, solus clausi, nec deinde morabor.]
Dis sine me libare dapem, & sollemnia ferre.
Nunc iterum, atque iterum vinctum vel montibus altis,

Amnibus

——— *tantis damnata ruinis.*
Jamque fugam Rutuli

absunt a scriptis omnibus & editione Romana ac Parmensi. ut nihil omnino caussae sit, cur Interpres Modio ea expungenti obstrepat, contra quem stat etiam Barthius. Deinde *Jamque abeunt*, pro *Atque*, iidem codices. N. HEINSIUS. Desunt illa etiam in editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis; prima vero exhibet editio Juntina, & post eam reliquae: ut hic pannos suos iterum Silianae purpurae attexuerit Nicander, interpolatorum facile princeps; à quo insuper illud *Atque* est, cum eaedem editiones *Jamque* habeant.

v. 382. *Versus ad urbem Alloquitur juvenem*] Forte *adultum Alloquitur juvenem*. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum.

v. 383. *Transmittere signa*] *tramittere* scripti. Paullo ante, pro *veneranda*, malim *celebranda*. N. HEINSIUS. *tramittere*, pro *transmittere*. vide supra ad lib. IV. vers. 489. & infra ad lib. VIII. vers. 556.

v. 384. *Et belli summam primasque jubebat habenas*] *Jubere rem aliquam* ei imperare est. Claudian. III. de Laudib. Stil. vers. 85.

Ipsa jubet signis, bellaturoque togatus
Imperat.

BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. XIV. Doctissimo Barthio indigna sunt, quae ad hunc locum notavit, eique forsitan aliud cogitanti exciderunt. Ubi enim hoc loco *jubere rem aliquam* pro ei imperare ponitur? Nam jungenda haec sunt cum praecedentibus, quorum ille est sensus: Alloquitur Fabius Minucium magistrum equitum, cui ut dictator, si castris excederet, summum imperium traderet, legibus cautum erat. Mos jubebat tramittere belli summam.

v. 386. *Minuti*] *Minuci* ex scriptis. N. HEINSIUS. Ita etiam hoc nomen in omnibus illius gentis nummis scribitur, quemadmodum etiam in vetterrimo codice manuscripto epistolarum Plinii, quem Illustrissimus Heinsius consuluit, ut ad calcem Silii monuit. In marmoribus priscis utroque modo, nunc *Minucius*, nunc *Minutius*, dicitur, sive id descriptorum errore sit, sive eorum, qui lapides sculpebant, sive deinque tempore nominis orthographia mutata fuerit.

v. 391. *Testor te, solus clausi*] Versum hunc esse spurium quis dubitet? cum & abesse possit salva sententia, & putidus sit omnino. N. HEINSIUS.

v. 393. *Nunc iterum atque iterum*] *Hunc* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Vide supra ad libr. VI. vers. 580.

v. 395. *Interea aegris Nil movisse salus rebus.*] Ita haec & sequentia sunt distinguenda. pro *non fallimur*, quod praecessit, Coloniensis *non fallimus*. N. HEINSIUS. Livius ita haec exprimit lib. XXII. cap. XVIII. *Medicos quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo, proficere.* Unde patet *interea* hic positum pro *interdum*, eodem modo ut *interim* apud Senec. in Consol. ad Marciam cap. II. *Scio à praeceptis incipere omnes, qui monere aliquem volunt, & in exempla desinere: mutare hunc interim morem expedit.* Quinctil. II. Instit. Orator. cap. III. *Error tamen est in re duplex: unus quod interim sufficere illos minores existimant* &c. Plura vide apud virum optimum J. Fr. Gronov. ad Senec. VI. de Benefic. cap. XLII. & Pricaeum ad Appuleji IX. Metam. pag. 532. unde patere potest, non Quinctiliani aevo demum illam huic voci significationem datam esse, quod volebat Horat. Tursellin. sive is sit Thomasius de Particul. Latin. Orat. cap. LXXIX. Contra *interdum* pro interim, interea, poni supra notavi ad libr. VI. vers. 30. *interea* itaque, id est interdum, *aegris Nil movisse salus rebus*, at interdum etiam

Dura inter pavidos alitur Fortuna sedendo,

ut infra ait Silius lib. X. vers. 598.

v. 395. *Crede experto*] Apud Maron. XI. Aen. vers. 283.

——— *experto credite, quantus*

In

Amnibus aut rapidis (modo pugna absistite) tradam.
Interea (crede experto, non fallimus) aegris
Nil movisse salus rebus. sit gloria multis,
Et placeat, quippe egregium, prosternere ferro
Hostem; sed Fabio sic vos servasse triumphus.
Plena tibi castra atque intactus vulnere miles
Creditur: hos nobis (erit haec tibi gloria) redde.
Jam cernes Libycum hunc vallo assultare leonem,
Jam praedas offerre tibi, jam vertere terga,
Respectantem adeo, atque iras cum fraude coquentem.
Claude, oro, castra; & cunctas spes eripe pugnae.
Haec monuisse satis. sed si compescere corda
Non datur oranti, magno te jure pioque

Dictator

In clipeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
apud Nason. III. Art. Amat. vers. 511.

Odimus immodicos (expertae credite) fastus.

v. 396. *Sit gloria multis, Et placeat* &c.] Exprimit Silius haec Livii ex lib. XXII. cap. XXV. *Se in tempore & sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse, ducere majorem gloriam esse.*

v. 398. *Sed Fabio sit vos servare triumphus*] *sic vos servasse* in Oxonio & Agrippinate. putabam aliquando, *sat Fabio cives servasse triumphi est.* certe *cives* huc revocandi. sic infra vers. 549. *patiarne ante ora manusque Civem deleri nostras?* Auctor Octav. vers. 443.

Exstinguere hostem maxima est virtus ducis,
Servare cives major est patriae patri.

deinde vers. 495.

Servare cives principi & patriae graves,
Claro tumentes genere, quae dementia est?

supra vers. 224. opinabar legendum,

Stat pensata diu bellis sententia, cives
Servare invitos.

quare etiam hic legendum, *stet Fabio cives servasse triumphus.* lib. XI. vers. 3. *stat nulla diu mortalibus umquam, Fortuna titubante, fides. stat gravis strages,* Senec. in Oedip. vers. 130. *stat sententia,* noster lib. VII. vers. 223. *stat fama,* Gratius vers. 100. ubi tamen *dat* videtur legendum. Stat. V. Theb. vers. 474. *certe stat fama remotis Gentibus.* & XI. Theb. vers. 571.

Huc mecum ad manes: illic quoque pacta reposcam,
Si modo Agenorei stat Gnosia judicis urna,
Qua reges punire datur.

sic legendum ex MS. Claudian. de nupt. Honorii vers. 14.

Incusat spes aegra moras, longique videntur
Stare dies.

Martial. lib. VIII. Epigr. XXI.

Tarda tamen nitidae non cedunt sidera luci,
Et cupit Ausonium Luna videre ducem.
Jam, Caesar, vel nocte veni: stent astra licebit,
Non deerit populo, te veniente, dies.

sic inveni in duobus aut tribus libris MSS. bene; vulgo, *sint astra licebit.* Supra habuimus lib. II. vers. 639. *in vultu genetricis stare suorum,* id est, haerere. Stat. V. Theb. vers. 85.

Sol operum medius summo librabat Olympo
Lucentes, ceu staret, equos.

Martial. lib. VIII. Epigr. LXX. *nam stare aut crescere delent Munera.* Horat. lib. III. od. XXVIII.

——— *veluti stet volucris dies,*
Parcis diripere horreo
Cessantem Bibuli Consulis amphoram.

Plin. lib. V. Epist. XII. *Nescit enim semel incitata liberalitas stare. ad portas stare* lib. X. vers. 266. *stare ad munimina* lib. XII. vers. 41. *stare ad muros* lib. XIII. vers. 36. *stare ante urbes* apud nostrum est pro morari. Roma apud Claudian. in bell. Gild. vers. 56.

Stabat certa salus: Memphis si forte negasset,
Pensabam Pharium Gaetulis messibus annum.

Virgil. X. Aen. vers. 467. *Stat sua cuique dies.* vide ad librum II. vers. 637. N. HEINSIUS. Si quid mutandum, sensui accommodatissimum foret, *sat Fabio cives servasse triumphi est,* quod Illustrissimo Heinsio in mentem venit. Facerem tamen cum Celeberrimo Burmanno, qui hunc locum sanum judicat, modo ita distinctione adjuvetur:

——— *interea aegris*
Nil movisse salus rebus. sit gloria multis,
Et placeat (quippe egregium) prosternere ferro
Hostem; sed Fabio sit vos servasse triumphus.

alii gloriosum putent pugnando hostes sternere; sed mihi triumphus sit vos servasse: vel tibi triumphus sit, vos Fabio reduci servasse. Quantae autem sibi laudi duxerint Romani, cives servasse, norunt, qui in historia ejus gentis non plane sunt hospites: quo etiam titulo ipsi Imperatores, rerum domini, plurimum laetati sunt; unde frequens in eorum nummis epigraphe, OB CIVIS SERVATOS.

v. 400. *Hos nobis (erit haec tibi gloria) redde*] *vobis* Coloniensis, & *erit haec se gloria.* fortasse, *hos nobis erit haec tibi gloria reddi.* locus mendosus: nam & τὸ *gloria* jam praecesserat. N. HEINSIUS.

v. 401. *Huic vallo assultare leonem*] *hunc leonem* scripti: τὸ *hunc* potest abesse. Sed & *hunc* supra habuimus vers. 393. N. HEINSIUS.

v. 403. *Iras cum fraude coquentem*] *coquere* est

 lente

Dictator capere arma veto. ſic caſtra relinquens
Vallarat monitis, ac ſe referebat ad Urbem.
Ecce autem flatu claſſis Phoeniſſa ſecundo
Litora Cajetae Laeſtrygonioſque receſſus
Sulcabat roſtris, portuſque intrarat apertos,
Ac totus multo ſpumabat remige pontus;
Cum trepidae fremitu vitreis e ſedibus antri
Aequoreae pelago ſimul emerſere ſorores,
Ac poſſeſſa vident infeſtis litora proris.
Tum magno percuſſa metu Nereïa turba,
Attonitae propere refluunt ad limina nota,
Teleboï medio ſurgunt qua regna profundo,
Pumiceaeque procul ſedes. immanis in antro
Conditur abrupto Proteus, ac ſpumea late

Cautibus

lente parare, & velut ſubdole moliri, atque producere, aut productui parare; quia, quae igne coquuntur, ſenſim miteſcunt, atque uſui apta fiunt. Silius Ital. lib. x. verſ. 430.

Atque ubi turpe malum Latioque extrema coquebant
Coepta viri.

unde *recocti* appellantur homines ſubdoli, verſuti, quique premere, quod ſentiunt, poſſunt, donec matura ſit occaſio rem commodo ſuo aggrediendi. Catullus,

Si non omnia diſplicere vellem
Tibi & Fufitio, ſeni recocto.

Petron. *Anus recocta vino.* quamquam ea loca ad Medeae facinus etiam referri poſſint, cum Pelias tam aevo maceratus fuerit, ut in vitam recoquendus putaretur. BARTHIUS lib. xxxiii. Adverſ. cap. iv. Supra lib. ii. verſ. 327. *impatiens aſperque coquebat Jamdudum immites iras.* ubi vide, quae notavi.

v. 408. *Vallarat monitus*] *monitis*, ut ſcripti & editiones meliores. argute. N. HEINSIUS. *monitus*, quod ſola Dauſqueji editio habet, operarum ſphalma eſt. In omnibus enim aliis editionibus conſtanter *monitis* legitur.

v. 411. *Portuſque intrabat apertos*] *intrarat* ſcripti. N. HEINSIUS.

v. 412. *Ac totus multo ſpumabat remige pontus*] *tortus remige pontus* ſcribendum. non audimus ſcriptos codices cum vulgatis conſpirantes. vide ad Valer. Flacc. lib. iv. verſ. 657. N. HEINSIUS. Valer. Flacc. lib. i. verſ. 362.

Hic & Naubolides tortas conſurgit in undas
Iphitus.

Catull. carm. lxv. verſ. 13.

Tortaque remigio ſpumis incanuit unda.

ubi pari errore omnia manuſcripta *Tota unda* habere notavit vir Doctiſſ. Achill. Statius, quem vide. Saepiſſime autem culpa librariorum τὸ *tortus* in *totus* migravit. Sic apud Manil. lib. v. verſ. 75. ubi vulgo recte editur *ac torto ſtringite gyro*, male in codice vetuſtiſſimo, quem ſervat Bibliotheca Lipſienſis Paullina, *toto gyro* eſt, ut teſtantur excerpta ejus libri, quae penes me ſunt. alia exempla vide apud N. Heinſium ad Claudian. i. in Rufin. verſ. 66. & ad Valer. Flacc. lib. viii. verſ. 332. Contra τὸ *totus* etiam non numquam in *tortus* corruptum fuit. vide eundem Heinſium ad Ovidii ii. Metam. verſ. 79. & Broekh. ad Propert. lib. iii. eleg. xix. verſ. 10.

v. 413. *Vitreis è ſedibus antri emerſere*] *vitrei ſe ſedibus antri emerſere* opinor. *emergere ſe* ad iii. Faſtor. Ovidii verſ. 367. pluribus illuſtravi. de *vitreis antris* dictum ad Feſcenn. Claudiani. N. HEINSIUS. Viri Illuſtriſſimi conjecturam, qua, nulla litera vel addita vel demta, huic loco medetur, probo. *emergere ſe*, ut apud Appul. in Apol. pag. 326. ed. Elmenh. *Veritas, olim interverſa, nunc ſe effert, & velut alto barathro calumnia ſe mergit.* Manil. lib. i. verſ. 116.

Ut poſſim rerum tantas emergere moles.

Auctor Aetnae verſ. 117.

——— *penitus tantos emergere fontes*
Cum videt, ac torrentem imo ſe emergere hiatu.

Vide Manutium ad Ciceronis viii. ad Famil. Epiſt. xiv. ſimiliter *erumpere ſe.* vide infra ad lib. xii. verſ. 438. De *vitreis* autem *antris* vide ad lib. iv. verſ. 346.

v. 415. *Ac poſſeſſa*] *As* Puteaneus: forte *Ut.* poſſis & *obſeſſa.* N. HEINSIUS.

v. 416. *Tum magno percuſſa metu*] *perculſa* ſcripti & Romana editio. Sed nil mutari debere ad Maronem multis demonſtravimus Aeneid. i. verſ. 513. Parmenſis editio recte *percuſſa.* N. HEINSIUS. Romana etiam princeps editio, Mediolanenſis, & quidquid praeter Romanam, quam N. Heinſius conſuluit, veterum editionum vidi, ſtant pro vulgata ſcriptura. De utraque voce *percuſſus* & *perculſus* ſupra vide ad lib. ii. verſ. 213. non male tamen hoc loco cum manuſcriptis *perculſa* legi poteſt. vide virum Eruditiſſimum

Cautibus objectis rejectat caerula, vates.
Is postquam (sat gnarus enim rerumque metusque)
Per varias lusit formas, & terruit atri
Serpentis squamis, horrendaque sibila torsit,
Aut fremuit torvo mutatus membra leone,
Dicite, ait, quae caussa viae? quisve ora repente
Pervasit pallor? cur scire futura libido?
Ad quae Cymodoce, Nympharum maxima natu
Italidum, Nosti nostros, praesage, timores.
Quid Tyriae classes, ereptaque litora nobis
Portendunt? num migrantur Rhoeteïa regna
In Libyam Superis? aut hos Sarranus habebit
Navita jam portus? patria num sede fugatae
Atlantem & Calpen extrema habitabimus antra?

Tum

tissimum Richard. Bentle'um, Britanniae lucidissimum sidus, ad Horat. Epod. XI. vers. 2.

v. 417. *Attonitae propere refluunt ad litora nota*] *ad limina nota* scripti rectius: nam *litora* praecesserant. Praeterea corrigendum *Attonitae properaeque fluunt.* Sic lib. III. vers. 412. *fluit omnis ab antris Nereidum chorus.* N. HEINSIUS. Bene N. Heinsius *ad limina nota* ex scriptis. Intellige nempe antrum & pumiceas sedes, quas Proteus inhabitabat, & quas mox Silius memorabit. Frequenter ita turbare soliti sunt scribae librarii. vide supra ad lib. III. vers. 4.

v. 418. *Teleboï medio surgunt qua regna profundo*] *Teleboa* Oxonius. lego *Teleboum regna*, ex illo Maronis VII. Aen. vers. 735. *Teleboum Capreas cum regna teneret.* Interpres *Teleboïs.* minus bene. N. HEINSIUS. Insula haec postea *Capreae* dicta est, secessu Tiberii notissima. vide Cluver. IV. Ital. Antiq. pag. 1168.

v. 421. *Cautibus objectis rejectat caerula*] Inconcinna haec. Censeo scribi debere, *despectat caerula.* N. HEINSIUS. Ideo inconcinna haec & ingrata scriptura, quod post *objectis* repetatur *rejectat.* Non male ergo Heinsius *despectat.* Statius II. Theb. vers. 35.

—— ventosque imbresque serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.

Simili modo, pro *disjecta*, vir Illustrissimus *despecta* emendat supra lib. VI. vers. 184.

v. 423. *Per varias lusit formas*] Praeter auctores, quos in testimonium adduxit Dausquejus, Protei mutationes describunt Ovidius I. Art. Amat. vers. 761. VIII. Metam. vers. 732. Philostr. II. de vitis Sophist. cap. XII. §. 2. aliique. Unde natum proverbium, Πρωτέως ποικιλώτερος; de quo videndus est Erasm. in Adag. tit. *Inconstantiae.* quae autem hi de Protei, eadem de Nerei transmutationibus & vaticinandi peritia refert Pherecydes apud Schol. Apoll. Rhodii ad lib. IV. Argon. vers. 1396. & Apollod. II. Biblioth. cap. V. §. II.

v. 425. *Et fremuit*] *Aut* scripti & editio Romana. N. HEINSIUS. *Aut* etiam Romana princeps & Mediolan. cum Parmensi aliisque ante Juntinam editionibus, in qua errore, ut puto, operarum *At* excusum est, pro quo Wolfius in Basileensi *Et* primus dedit.

v. 428. *Cymodoce, Nympharum maxima natu Italidum*] Cymodocen loquentem induxit Silius ad imitationem Maronis, qui eam etiam *fandi doctissimam* dixit in X. Aen. vers. 225.

Quarum quae fandi doctissima Cymodocea.

v. 430. *Ereptaque litora nobis*] *obsessaque* Puteaneus. an, *obsessaque litora nautis.* N. HEINSIUS.

v. 431. *Migrantur Rhoeteïa regna In Libyam Superis*] *migrantur regna Superis*, pro Superi faciunt, ut regna migrent. *migrare* active, pro migrare facio, apud Cic. I. de Offic. cap. X. *Incidunt saepe tempora, cum ea, quae maxime videntur digna esse justo homine eoque, quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: ut reddere depositum, promissum facere, quaeque pertinent ad veritatem & ad fidem, ea migrare interdum & non servare sit justum.* ubi alia exempla notarunt Victor. & Langius, ut & hoc loco Dausquejus.

v. 434. *Atlantem & Calpen extrema habitabimus antra*] *& Calpes antra* maluerim. N. HEINSIUS. Non respexit Silius ad antrum illud, quod in Libyae insula erat, quam Triton amnis circumdat, de quo late egit Diod. Sicul. lib. III. cap. LXIX. ut putavit Doctissimus Dausquejus; sed ad aliud antrum, quod ad Calpen Phorcys & Medusa inhabitasse dicuntur, cujus Silius supra meminit lib. II. vers. 59.

Hammone hic genitus, Phorcynidos antra Medusae
Cinyphiumque Macen, & iniquo è sole calentes
Battiadas late imperio sceptrisque regebat.

& lib. X. vers. 174.

—— jacet ingens Phorcys ab antris
Herculeae Calpes, caelatus Gorgone parmam,
Unde genus tristique Deae manabat origo.

Praestat itaque cum Illustrissimo Heinsio *Atlantem & Calpes antra* legere.

v. 435.

Tum sic, involvens repetita exordia, retro
Incipit ambiguus vates, reseratque futura.
Laomedontêus Phrygia cum sedit in Ida
Pastor, &, errantes dumosa per avia tauros
Arguta revocans ad roscida pascua canna,
Audivit sacrae lentus certamina formae:
Tum matris currus niveos agitabat olores,
Tempora sollicitus litis servasse, Cupido.
Parvulus ex humero corytos & aureus arcus
Fulgebat, nutuque vetans trepidare parentem,
Monstrabat gravidam telis se ferre pharetram.
Ast alius nivea comebat fronte capillos;
Purpureos alius vestis religabat amictus:

Cum

v. 435. *Tum sic, involvens*] *evolvens* puto. infra vers. 404.

Quae dum arcana Deûm vates evolvit in antro.

Sic *fontes evolvere Thebas*, initio Thebaid. Statianae. N. HEINSIUS. Optime N. Heinsius *evolvens*, id est, exponens, quod mox dicit *reseratque futura*. Sic supra lib. v. vers. 410.

Quis Deus, o Musae, paribus tot funera verbis
Evolvat?

involvere futura est intricatis ambagibus futura praedicere. At Proteus non obscure, sed clare, vaticinatur.

v. 436. *Ambiguus vates*] Non exponam cum Marso, *perplexus & ambagibus vera involvens*: nam, ut modo notavi, clare ubique loqui inducitur Proteus, nullisque ambagibus veritatem involvens. τὸ *Ambiguus* itaque potius ad crebras ejus in cujusvis generis formas mutationes referam; ita enim & apud Nasonem vocatur II. Metam. vers. 8.

Caeruleos habet unda Deos, Tritona canorum
Proteaque ambiguum.

ubi tamen nulla vaticinii mentio est.

v. 437. *Laomedontêus Phrygia cum sedit in Ida Pastor*] A quo pars illa montis Idae, in quo judicium peractum fingitur, Alexandria dicta est. hic Stephan. Byz. voce Ἀλεξάνδρεια. Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῇ Ἴδῃ τῇ Τρωϊκῇ Ἀλεξάνδρεια λεγόμενος, ἐν ᾧ φασι τὸν Πάριν διακρῖναι τὰς θεάς. *Est & locus in Ida Troïca, Alexandria dictus, in quo Parin inter Deas judicasse referunt. sedit* autem, ut apud Senec. in Agam. vers. 730.

Idaea cerno nemora: fatalis sedet
Inter potentes arbiter pastor Deas.

Statius lib. I. silv. II. vers. 43.

Nec, si Dardania pastor temerarius Ida
Sedisses, haec dona forent.

Proprium enim judicum est *sedere*, ut apud Nason. XIII. Met. vers. I.

Consedere duces, & vulgi stante corona

Phaedr. lib. I. fab. x.

Tunc judex inter illos sedit simius.

Atque ita sedens exhibetur Paris in marmore antiquo apud Beger. in Spicileg. Antiq. pag. 135. & in nummo Antonini Pii apud Morell. in specim. Rei Numm. tab. XI. quod utrumque monumentum hic etiam conspiciendum dedi.

v. 438. *Errantes dumosa per avia tauros*] *errare* eleganter de pecore pascenti, ut apud Maron. ecl. I. vers. 9.

Ille meos errare boves, ut cernis, & ipsum
Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.

in I. Aen. vers. 184.

——— *tres litore cervos*
Prospicit errantes: hos tota armenta sequuntur.

ubi Servius: Errantes] *pascentes, ut*, Mille meae Siculis errant in montibus agnae. *revera enim, dum pascuntur, vagantur.* Horat. Epod. II. vers. II.

Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges.

ubi vide Weitzium.


v. 441. *Tum matris currus*] *curru*, ni fallor. N. HEINSIUS. Nihil videtur mutandum. Cupido agitabat olores currûs matris. Veneris autem currus non a passeribus solum vel columbis, sed & oloribus trahi fingitur. vide Barth. ad Stat. lib. I. silv. II. vers. 143.

v. 442. *Tempora sollicitus litis servasse Cupido*] Malim *Tempora litii servasse*. N. HEINSIUS. Neque hoc loco admittenda videtur Heinsii conjectura. *servare* enim Silius posuit pro observare. vide supra ad lib. III. vers. 380. Cupido itaque sollicite observabat tempus illud, quo lis inter Deas de pulchritudinis praestantia judicaretur: ne nempe, si Venus serior venisset, crederetur male de forma sua praesumsisse, aut aliis victoriam cessisse.

v. 443. *Coritus*] *corytos*, non *coritus*, priscae editiones cum Oxonio & Puteaneo scriptis exemplaribus. Sic Graecorum more Naso, Statius, aliique poëtae enuntiarunt. N. HEINSIUS. *coritos* etiam Romana princeps & Mediol. editio. recte, nisi quod per literam Graecam *corytos* scribendum fit. Pariter infra priscae editiones *Hesperos*, pro

Hesperus,






BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Cum sic suspirans roseo Venus ore decoros
Alloquitur natos: Testis certissima vestrae
Ecce dies pietatis adest. quis credere salvis
Hoc ausit vobis? de forma atque ore (quid ultra
Jam superest rerum?) certat Venus. omnia parvis
Si mea tela dedi blando medicata veneno,
Si vester, coelo ac terris qui foedera sancit,
Stat supplex, cum vultis, avus, victoria nostra
Cypron Idumaeas referat de Pallade palmas;
• De Junone Paphos centum mihi fumet in aris.
Dumque hic aligeris instat Cytherêa, sonabat
Omne nemus gradiente Dea. jam bellica virgo,
Aegide deposita, atque assuetum casside crinem

Involvi

Hesperus, habent lib. xi. vers. 270.

v. 447. *Purpureos alius vestis religabat amictus*] *cesto religabat amictus* conjicio, vel *cesti*. De cesto Veneris omnia obvia. Sic in Claudiano nupt. Pallad. & Celer. castigabam, ubi etiam de Venere agitur, vers. 6. *fastidit amiclum Cestus*, non *Aestus*. Martial. lib. vi. Epigr. xiii.

A te Juno petat ceston & ipsa, Venus.

ubi *ceston* vocat *nodum Acidalium. nodus concordiae* pro cesto quoque, aut vinculo concordiae. Statius Epithal. Stellae loco mendoso,

——— *dat Juno verenda*

Vincula, (ceston) *& insigni geminat concordia nodo*. perperam *taeda* nunc illic legitur. *Purpureos* non ad *capillos*, sed *amictus*, refer, quae male distinguebantur. N. HEINSIUS. De cesto Veneris vide Cultissimum Tibulli Interpretem Jan. Broekhuis. ad lib. i. Eleg. ix. vers. 5. Maxime autem in hoc judicio Venus cesto opus habuisse videtur, ut nempe magicis ejus illecebris animum Paridis in suas partes pelliceret. Si quis tamen pro vulgata scriptura stare malit, ei controversiam non movebo. *amictum* enim *vestis* capere potent id, quod vesti super injicitur. Nam *vestes* sunt interiora corporis tegumenta, *amictus* vero superiora. vide Broekh. ad d. loc. Tibull. vers. 13. Deinde optime haec eo modo interpunxit N. Heinsius, ut *Purpureos* ad *amictus*, non vero *capillos*, referatur. Olim male ita distinguebantur,

Ast alius nivea comebat fronte capillos
Purpureos, alius vestis religabat amictus.

ubi *Purpurei capilli* a Dausquejo pulcherrimi exponuntur.

v. 453. *Si mea tela dedi*] Malim, *Si modo*. N. HEINSIUS. Appul. v. Metam. pag. 108. ed. Pric. *Immo, ut contumeliam magis sentias, aliquem de meis adoptaturam vernulis; eique donaturam istas pennas, & flammas, & arcum, & ipsas sagittas, & omnem meam supellectilem, quam tibi non ad hos usus dederam.* Venerem Cupidini arcum tradentem exhibet sequens gemma,



quam habet Gorlaeus in Dactyl. part. ii. num. 134.

v. 455. *Victoria nostra*] Concinnius foret, *victoria nostram Cypron*. N. HEINSIUS.

v. 457. *Et Junone Paphos centum mihi fumet in aris*] *De Junone Paphos* Agrippinas. N. HEINSIUS. Statius v. Theb. vers. 61.

Illa Paphon veterem, centumque altaria linquens.

ubi Barthius & alium Maronis locum laudavit.

v. 458. *Dumque haec instat*] *hic* editio Romana ac Parmensis. non male. nisi mavis *hoc instat*, id est, hac oratione. apud Valer. Flacc. lib. i. vers. 301.

Ecce coronatae visa est tutela carinae
Vocibus his instare duci.

Apud Maron. Aen. xii. vers. 47.

Ut primum fari potuit, sic institit ore.

N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediol. editio *hic*: pro quo, si aliqua mutatio placet, etiam legi posset *his instat*. pro recepta lectione stat doctissimus Dausquejus.

v. 460. *Assuetum casside crinem Involvit, tum comta comam*] Quid est *comam* post *crinem* dicere? In Oxon. legitur *tum comta tamen*. Ego, ut bellicae Deae ornatum hactenus comtum faciat, ne mollitiem spiret, scripsisse arbitror Silium, *non comta tamen*. Involvit quidem crinem, quem casside premere consueverat. Sane manifesta ταυτολογία in vulgatis est. BARTHIUS lib. i. Adverss. cap. xiii. Scribo, *atque assuetum casside crinem Involvi*

 volvi

Involvi tum comta tamen, pacemque serenis
Condiscens oculis, ibat, lucoque ferebat
Praedicto sacrae vestigia concita plantae.
Parte alia intrabat jussis Saturnia silvis,
Judicium Phrygis & fastus pastoris & Idam
Post fratris latura toros: postrema nitenti
Affulsit vultu ridens Venus. omnia circa
Et nemora & penitus frondosis rupibus antra
Spirantem sacro traxerunt vertice odorem.
Nec judex sedisse valet; fessique nitoris
Luce cadunt oculi, ac metuit dubitasse videri.
Sed victae fera bella Deae vexere per aequor,
Atque excisa suo pariter cum judice Troja est.

Tum

volvi tum comta manu, nam in scriptis & Romana atque Parmensi editione *tum comta tamen. comta manu* elegans. de quo loquendi modo Gronovius Diatr. Stat. cap. XXXIV. Stat. in Theb.

Semper inaspectum diraque in sede latentem
Oedipoden exisse ferunt, vultuque sereno
Canitiem nigram squalore, & sordida fusis
Ora comis laxasse manu.

Idem Gronovius Observ. I. cap. XVII. τὸ *tamen* hic asserit, à quo & τὸ *Involvi* occupatum deprehendo: is videatur. Barthius *non comta tamen* legit. N. HEINSIUS. Omnes etiam libri editi *comta tamen*, praeter editiones Basileens. Colinaei, & Daukquerii: ut dicat Silius, Minervam crines, quos olim casside involvere solebat, nunc cum cura composuisse: plane contra quam Appulej. qui lib. X. Met. pag. 233. idem judicium ludo scenico exhibitum narrans, ita Minervam describit, *Irrupit alia, quam putares Minervam, caput contecta fulgenti galea, & oleaginea corona tegebatur ipsa galea: clipeum attollens, & hastam quatiens, & qualis illa, cum pugnat.* Callim. in Lavacr. Pallad. vers. 18.

Οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν,
Οὐδ' ἐς ὀρείχαλκον μεγάλα θεὸς, οὐδὲ Σιμοῦντος
Ἔβλεψεν δίνας ἐς διαφαινομένας·
Οὐδ' Ἥρη· Κύπρις δὲ, διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα,
Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Neque, cum apud Idam Phryx dijudicavit litem, in orichalcum magna Dea, nec Simoëntis inspexit in verticem pellucidum: neque Juno: sed Venus, claro aere accepto, saepe eandem bis disposuit comam. Sed Callimachum, ut ignominiam, quae Palladi ex Veneris victoria illata erat, minueret, ab Euripidealiisque diversum ire in eruditissimis commentariis ad eum locum docuit vir Illustrissimus Ezechiel Spanhemius. *comere* autem propria de cura capillorum vox est. supra vers. 446.

Ast alius nivea comebat fronte capillos.

Tibull. lib. I. Eleg. IX. vers. 16.

Nec nitidum tarda compserit arte caput.

Ovidius II. Amor. Eleg. VIII. vers. I.

Ponendis in mille modos perfecta capillis,
Comere sed solas digna, Cypassi, Deas.

Statius lib. II. silv. I. vers. 122.

——— *illa genas & adultum comere crinem.*

Claudian. de Laud. Seren. vers. 221.

Non illa nitidos umquam bellante capillos
Comere.

Et hinc a voce *comere* vocatae *comae*, quae *dicuntur capilli, cum aliqua cura compositi*, ut testis est Paullus, qui Festum contraxit, in voce *comtus*.

V. 461. *Pacemque serenis Connivens oculis*] ὄμμα ἀντὶ ἐπιμύσαντος. est autem *connivere pacem*, quod ἰλλαίνειν: oculis nimirum in angustum deductis leviter intueri aliquem, cujusmodi oculos *contuclos* dicebant antiqui. Festus, *Contuoli oculi sunt in angustum coacti, conniventibus palpebris.* D.HEINSIUS. In iisdem membranis *Condiscens*, vice *Connivens*, conspicitur. velut è perpetua severitate tum primum Pallas didicerit laetos oculos vibrare. Ego tamen vulgatum non damno. BARTHIUS lib. I. Adversf. cap. XIII. *Condiscens oculis* scripti & Romana ac Parmensis editio: quod mutari minime debuit, & jam assertum est ab eodem Gronovio Observat. I. cap. XVII. Plinius lib. VII. Epist. XX. *Paullatim lucem ferre condisco.* sic & alibi idem. Usus est eodem verbo Plautus quoque. Horat. lib. III. od. II.

Angustam, amici, pauperiem pati,
Robustus acri militia puer
Condiscat.

Barthius haeret ambiguus, utri scripturae accedat. Nollem factum. N. HEINSIUS. *Condiscens* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Operarum errore in Marsi editione est *Connifcens*, quod & habet Martinus Herbipolensis: primus autem pro eo Nicander in Juntina *Connivens* substituit: sed male. *condiscere* pro simplici *discere*. Colum. III. de Re rust. cap. X. *Velut altricis uberibus eductus paullatim fructum ferre condiscit.* & IV. cap. XV. *Ut paullatim condiscat suis radicibus ali. Condiscere pacem* itaque, ut *discere consortia* apud Claudian. II. de Rapt. Proserp. vers. 368. ubi id illustravit N. Heinsius.

v. 464.

Tum pius Aeneas, terris jactatus & undis,
Dardanios Itala posuit tellure Penates.
Dum cete ponto innabunt, dum sidera coelo
Lucebunt, dum Sol Indo se litore tollet,
Hic regna, & nullae regnis per secula metae.
At vos, o natae, currit dum immobile filum,
Hadriaci fugite infaustas Sasonis harenas:
Sanguineis tumidus ponto miscebitur undis
Aufidus, & rubros impellet in aequora fluctus:
Damnatoque Deûm quondam per carmina campo
Aetolae rursus Teucris pugnabitis umbrae.
Punica Romuleos quatient mox spicula muros.
Multaque Hasdrubalis fulgebit strage Metaurus.

Hinc

v. 464. *Intrabat jussas Saturnia silvas*] *jussis silvis* cum scriptis & Romana ac Parmensi editione. Sic supra *Intrantem puppi* ex optimo codice habuimus lib. VI. vers. 498. ubi plura ad rem. N. HEINSIUS. Editio etiam Romana princeps, Mediolan. Marsi, & Martini Herbipolensis *jussis silvis*: quod Nicander in Juntina in *jussas silvas* mutavit, sed frustra. vide infra ad lib. IX. vers. 289. & ad lib. XI. vers. 473. Vir Illustrissimus ad calcem Silii adscripserat, pari modo in Mstis legi apud Maronem VIII. Aen. vers. 398. *notusque medullis Intravit calor*, non, ut nunc circumfertur, *medullas*.

v. 465. *Et Idam*] *Idem* scripti; lege *Iden*. N. HEINSIUS. Vide eundem Heinsium ad Nason. Epist. V. Heroïd. vers. 73. & alibi.

v. 467. *Affulsit vultu nitenti ridens Venus*] Appulej. X. Metam. pag. 234. ed. Pric. *Venus ecce cum magno favore caveae in ipso meditullio scenae, circumfuso populo laetissimorum parvulorum, dulce subridens constitit amoene.*

v. 471. *Metuit dubitasse videri*] *ac metuit* è scriptis. N. HEINSIUS. Ne itaque Paris videretur dubitasse, confestim Venerem Dearum formosissimam judicavit, eique aureum malum dedit. Hinc in nummo Magniae Urbicae effigies conspicitur Veneris stantis, dextra stolam componentis, sinistra vero pomum tenentis, addita hac inscriptione, VENERI VICTRICI. Quin & mala Veneri sacra fuisse docent P. Moll ad Longi Pastor. lib. I. pag. 20. & Toll. Gust. ad Longin. pag. 352. forte ob malum illud, quod pulchritudinis praemium ei Paris dedit.

v. 473. *Troja est*] Omittunt verbum substantivum Colon. & Oxon. N. HEINSIUS.

v. 474. *Terris jactatus & undis*] Imitatum ex illo Maron. I. Aen. vers. 3.

—— multum ille & terris jactatus & alto.

pro *undis* autem veterrimae editiones habent *unda*.

v. 476. *Dum cete innabunt ponto*] *ponto innabunt* Colon. alii *ponto vivent*. mox *Sasonis* Coloniensis. Sic Lucan. lib. II. vers. 627.

Spumoso Calaber perfunditur aequore Sason.

lib. V. vers. 650.

Non humilem Sasona vadis, non litora curvae
Thessaliae saxosa petunt.

Dicemus lib. IX. vers. 469. N. HEINSIUS. *ponto vivent* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio.

v. 483. *Damnatoque Deûm quondam per carmina*] *Marciana* intelligit. D. HEINSIUS. Accommodatum id quidem est ad Livii mentem lib. XXV. cap. XII. minus vero ad mentem Silii, qui cladem Cannensem semper Sibyllinis carminibus praedictam dicit. ut lib. IX. vers. 57.

—— cecinit Grynaea per orbem
Haec olim vates, & te praesaga tuosque
Vulgavit terris, proavorum aetate, furores.

& paullo post,

Firmabis nostro Phoebēae dicta Sibyllae
Sanguine.

v. 486. *Multa quoque Hasdrubalis fulgebit strage Metaurus*] Vera lectio est in codice Anglicano, *Multaque Hasdrubalis*. Nec difficile erat ita corrigere, ut in re manifesta. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. Non advertit mendum Interpres. scribendum quippe *Multaque strage*. & sic Coloniensis, uti & Barthius ex Oxonio. Sed nec *fulgebit strage* apposite aut proprie satis. Emendo, *turgebit strage*. *sanguineis tumidus undis Aufidus* praecesserat. possis & *lugebit*. sed alterum praestat. In Coloniensi *Mataurus*. Stephano Μάταυρος πόλις Σικελίας. & sic codices Pomponii Melae. infra lib. VIII. ex eodem codice Coloniensi vers. 450.

—— rapidasque sonanti
Vertice contorquens undas per saxa Mataurus.

Vetus inscriptio apud Gruterum pag. CLXI.

CAESARES. CONSTANTIVS. ET. MAXIMIANVS
PONTEM. MATAVRO.

In itinerario etiam Antonini *Mataurum flumen*. Horatio, Livio, Val. Maximo, Plinio, Lucano, Claudiano, Sidonio Apollinari, Orosio, Eutropio *Metaurus* est, etiam Straboni. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IV. vers. 187.

v. 487.

Hinc ille e furto genitus patruique piabit
Idem ultor patrisque necem: tum litus Elissae
Implebit flammis, avelletque Itala Poenum
Viscera torrentem, & propriis superabit in oris.
Huic Karthago armis, huic Africa nomine cedet.
Hic dabit ex sese, qui tertia bella fatiget,
Et cinerem Libyae ferat in Capitolia victor.
Quae dum arcana Deûm vates evolvit in antro,
Jam monita & Fabium bellique equitumque magister
Exuerat mente, ac praeceps tendebat in hostem.
Pascere nec Poeno pravum ac nutrire furorem
Deerat, &, ut parvo majora ad proelia damno
Eliceret, dabat interdum simulantia terga.
Non aliter, quam qui sparsa per stagna profundi
Evocat e liquidis piscem penetralibus esca.
Cumque levem summa vidit jam nare sub unda,
Ducit sinuato captivum ad litora lino.
Fama furit, versos hostes, Poenumque salutem
Invenisse fuga: liceat si vincere, finem
Promitti cladum: sed enim ditione carere
Virtutem, & poenas vincentibus esse repostas.
Clausurum jam castra ducem, rursusque referri

Vaginae

v. 487. *Hinc ille è furto genitus*] φώριον εὐνὴν hoc furtum ad verbum Graeci poetae dicunt: unde Musaeus σκοτίεσσαι ὑποκλέπτειν Ἀφροδίτης, & eleganter ὑποκλέπτεσθαι εὐνὴν, id est, furari, pro concumbere, dixit Sophocles: σκοτίους ex ejusmodi furto natos Homerus vocat, non longe aliter quam Jurisconsulti nostri, qui *furtum* etiam, proprie cum sumitur, à σκότῳ dictum volunt (id enim *furvum* est) διὰ τὸ (ὡς ἐπὶ πλεῖστον) ἐν σκότῳ γίνεσθαι. Pindarus παρθενίαν ὠδῖνα eleganter è furto natum vocat Olymp. ς'. Παρθενίαν ὠδῖνα κρύψαις κόλποις. Sic Graecis, qui belli Messeniaci tempore nascebantur, παρθένιοι in universum vocabantur, quod ex virginibus ab omnibus habitis procreati essent. Maronem certe Graecorum elegantias imitatum vides, cum *furari* in Georgicis de concubitu dixit. D. HEINSIUS. Nil variant codices: opinor tamen, *Hinc Jovis è furto genitus*, vel, *Ille Jovis furto hinc genitus*; de Scipione sermo est. Videatur hoc loco Interpres. Coloniensis, *Hinc ille in furto genitus.* N. HEINSIUS. *furtum*, ut infra lib. XI. vers. 293.

Namque Jovem & laetos per furta canebat amores.

Stat. I. Theb. vers. 573.

——— *felix, si Delia numquam*
Furta, nec occultum Phoebo sociasset amorem.

v. 490. *Viscera torrentem*] Malo, *torquentem*. N. HEINSIUS. Sic supra turbarant librarii lib. I. vers. 194. sed fortasse nihil mutandum. satis commode enim *torrere viscera Itala*, est exurere, ferro ignique vastare Italiam. ita *exurere* dixit Silius libro VIII. vers. 273.

——— *num festinant, quos plurima passos*
Tertius exurit lacrimosis casibus annus?

lib. XV. vers. 540. *miseras quaerentem exurere belli Reliquias.*

v. 496. *Exuerat mentem*] *mente* scribendum: & sic editio Gryphiana. N. HEINSIUS.

v. 497. *Pascere nec Poenus pravum ac nutrire favorem Deerat*] *pravum furorem* nescio quis conjector apud Interpretem. confirmat liber Coloniensis. Idem eleganter, mehercules, *Pascere nec Poeno Deerat*; *Poenos* in Oxonio; *Poenum* in Puteaneo. Valer. Flacc. lib. II. vers. 313.

——— *non illis obvia tela*
Ferre, nec infestos deerat furor improbus ignes.

Vulgata tamen scriptura potest defendi ex lib XI. vers. 48.

Nec, quos vile genus despectaque lucis origo
Foedabat, sperare sibi & deposcere primi
Deerant imperia.

N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus ex optimo codice *pravum furorem* vindicavit. Sensus enim est, omni modo aluisse Hannibalem in Minucio pravam pugnandi libidinem. Ita *furor* supra est hoc libro vers. 253.

His dictis fractus furor, & rabida arma quierunt.

Non raro autem voces *favor* & *furor* librariorum culpa in codicibus vetustis inter se commutantur. vide Gronov. ad Auctor. Octaviae vers. 786. & N. Heinsium

Vaginae jussurum enses, reddatur in armis
Ut ratio, & purget miles, cur vicerit hostem.
Haec vulgus: necnon Patrum Saturnia mentes
Invidiae stimulo fodit & popularibus auris.
Tunc indigna fide censent optandaque Poeno,
Quae mox haud parvo luerent damnata periclo.
Dividitur miles; Fabioque equitumque magistro
Imperia aequantur penitus. cernebat, & expers
Irarum senior, magnas ne penderet alti
Erroris poenas patria inconsulta, timebat.
Ac tum, multa putans secum, ut remeavit ab Urbe,
Partitus socias vires, vicina propinquis
Signa jugis locat, & specula sublimis ab alta
Non Romana minus servat, quam Punica castra.
Nec mora: disjecto Minucî vecordia vallo,
Perdendi simul & pereundi ardebat amore.
Quem postquam rapidum vidit procedere castris
Hinc Libys, hinc Fabius; simul accendere sagaces
In subitum curas. propere capere arma maniplis
Edicit, vallique tenet munimine turmas
Ausonius. torquet totas in proelia vires
Poenorum ductor, propellitque agmina voce:

Dum

Heinsium ad Claudiani bell. Getic. vers. 113.

v. 503. *Ducit captivum sinuato lino*] *sinuato captivum* scripti optime. libro VI. vers. 226.

Cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris.

lib. X. vers. 182.

Sinuatur, coxaque sedet munimen utraque.

Parmensis liber,

Ducens hamato captivum ad litora ferro.

N. HEINSIUS. Editio Romana princeps *Duce summato captivum:* Mediol. *Ducit summato*, quod nos aperte ducit ad veram lectionem, quam ex Coloniensi aliisque scriptis libris Illustrissimus Heinsius eruit. Probavit eam pariter vir summus J. Fr. Gronovius ad Senec. Thyest. vers. 233. similibusque exemplis poetis hanc figuram usitatissimam esse docuit. vide etiam Vossium II. Gramm. cap. XIV.

v. 509. *Vaginae jussurum enses*] Sic Agrippinus; ceteri, *Vagina insuetos enses.* N. HEINSIUS.

v. 509. *Reddatur in armis Ut ratio*] Id minabatur Fabius etiam apud Livium lib. XXII. cap. XXV. *Magistroque equitum, quod contra dictum suum pugnasset, rationem diceret reddendam esse, si penes se summa imperii consiliique sit.*

v. 510. *Ut ratio, purget*] *& purget* scripti bene. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editio Romana princeps, Mediolan. ac Parmensis; nisi quod errore operarum in Mediol. sit *pugnet.*

v. 514. *Luerent damnata periclo*] *luerint* praestare arbitror. N. HEINSIUS.

v. 516. *Penitus cernebat, & expers Irarum senior*] Scribo *spernebat.* sic lib. XI. de Decio vers. 210.

Quem Libyae rector tot signa tot arma ferentis
Spernentem increpitat.

N. HEINSIUS. Tà *expers Irarum* docent, non male N. Heinsium *spernebat*, pro *cernebat*, scribendum conjecisse. Deinde cum Celeberrimo Burmanno etiam distinguere potes, *Imperia aequantur penitus. spernebat.* vulgo erat, *Imperia aequantur, penitus spernebat.* sed tum vix opus erit, ut τὸ *cernebat* in *spernebat* mutes. *senior* autem pro simplici senex. vide Gevart. I. Lection. Papin. cap. X.

v. 523. *Minuti vecordia*] In Agrippino *Minici.* & sic semper. N. HEINSIUS. Vide supra ad vers. 386.

v. 528. *Nulloque tenet munimine turmas Ausonius*] Haec lectio si vera est, quomodo mox ait?

Primus claustra manu portae Dictator & altos
Disjecit postes, rupitque in proelia cursum.

Plane legendum, *vallique tenet munimine turmas.* videatur Livius. MODIUS Novant. Lect. Epist. XCIV. *valli munimine* Coloniensis cum Modio. valeat Interpres oblocutor intempestivus. N. HEINSIUS. Cum Minucium castris procedere videret hinc Fabius, inde Hannibal; ille, ut milites arma caperent, edixit, quos tamen intra castra continebat ad subita rerum paratos. hic autem suos in aciem eduxit, ut absente Dictatore cum Magistro equitum manum consereret. Is verus hujus loci sensus est, qui omnino exigit, ut cum viris doctis ex integerrimo codice *valli munimine* scribamus. Deinde male per *Ausonium* Marsus, Dausquejus, & Cellarius Minu-

cium

Dum Dictator abest, rape, miles, tempora pugnae.
Non sperata diu plano certamina campo
Offert ecce Deus. quoniam data copia, longum
Detergere situm ferro, multoque cruore
Exsatiate, viri, plenos rubiginis enses.
Atque ea cunctator pensabat ab aggere valli,
Perlustrans campos oculis, tantoque periclo
Discere, quinam esset Fabius, te, Roma, dolebat.
Cui natus, juncta arma ferens, Dabit improbus, inquit,
Quas dignum, poenas; qui per suffragia caeca
Invasit nostros haec ad discrimina fasces.
Insanae spectate tribus. pro lubrica rostra,
Et vanis fora laeta viris! nunc munera Martis
Aequent imperio, & solem concedere nocti
Sciscant imbelles. magna mercede piabunt
Erroris rabiem, & nostrum violasse parentem.
Tum senior, quatiens hastam, lacrimisque coortis:
Sanguine Poenorum, juvenis, tam tristia dicta

Sunt

cium intelligunt, quem rapidum castris processisse Silius jam supra dixerat. Locus hic clarus adeo est, ut de veritate lectionis ex Coloniensi codice depromtae nemo sanus dubitare possit.

v. 531. *Rape, miles, tempore pugnae*] Reponendum *tempora*, quod valet, occupa tempus: solens locutio bonis scriptoribus. MODIUS Novant. Lect. Epist. xciv. Vide supra ad lib. I. vers. 569.

v. 532. *Non sperata diu*] *Non sperata tibi* maluerim, vel *Nunc sperata diu*. N. HEINSIUS.

v. 538. *Discere, quisnam esset Fabius, te, Roma, dolebat*] *quinam* Oxon. & Colon. *dolebit* Dausquius. N. HEINSIUS. Recte *quinam* libri scripti. vide infra ad lib. IX. vers. 651. & ad lib. XV. vers. 668. Deinde, pro *dolebat*, doctissimus Interpres *dolebit*, vel potius *docebat*, scribendum conjicit. sed frustra. Cernebat Fabius ex castris suis Hannibalem & Minucium proelia conferentes, & dolebat, o Roma, te tanto tuo periculo ac damno discere & experiri, quanto magis salutaria sua tibi, quam calida Minucii consilia fuissent, quamque egregium se imperatorem praestitisset. Si itaque vel *dolebit*, vel *docebat*, admittas, omnem sensum, qui nunc constat, turbabis & evertes.

v. 540. *Quas dignum*] *dignum est* scripti. N. HEINSIUS.

v. 544. *Solem concedere nocti Sciscant*] *Discant* Parmensis & Romana editiones. male. N. HEINSIUS. Perperam etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *Discant*. Proprie enim *sciscere* plebs dicitur, cum aliquid decernit. Livius lib. I. cap. XVII. *Adeo id gratum plebi fuit, ut, ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent juberentque, ut Senatus decerneret, qui Romae regnaret.* unde *scita plebis* apud eundem lib. XXII. cap. XXVI. *Haud parum callide auram favoris popularis ex Dictatoria invidia petiit, scitique plebis unus gratiam tulit.* Quod communius una voce *plebiscitum* vocatur. Deinde commodius videtur hoc modo distinguendum, *Sciscant imbelles. magna*, quam, ut vulgo fit, *Sciscant, imbelles magna*.

v. 549. *Sunt abolenda*] *Sunt obolenda* Agrippinus. male. N. HEINSIUS. Frequenter librarii praepositiones *ob* & *ab* in compositis inter se commutarunt. vide Gebhard. I. Crepund. cap. XII. qui tamen male ubique *abortae lacrimae*, pro *obortae*, similiaque alia, probare videtur.

v. 551. *Nos aequavisse minori*] *non aequavisse* Coloniensis. deinde *minorem* scripti, & mox *si sunt mihi talia*, non *sint*. Scribe *nonne aequavisse minorem Solvetur culpa? si sunt*. lib. XI. vers. 579. *pax custodire salutem Et cives aequare potens.* Auctor de viris illustr. in vita Fabii. *Magistrum equitum imperio sibi aequari passus est.* N. HEINSIUS. Omnino verum est, quod ex libris scriptis Illustrissimus Heinsius vindicavit: non enim populus Romanus Fabium aequarunt minori Minucio, minuendo imperium, quod habebat; sed Fabio aequarunt minorem Minucium, cui eandem, quam Dictator obtinebat, potestatem dederunt. Ad veram lectionem proxime accedunt priscae editiones, Romana princeps, Parmensis, Mediolanensis, ac aliae, in quibus *minore*, pro *minori*, & *sunt*, pro *sint*, legitur.

v. 558. *Extorris Capitolia curru Intrares exsul*] Pessime *cursu* Dausquejus. *Intrares curru exsul Capitolia*, id est, cum triumphares post exsilium. Adeantur, quae annotamus lib. VI. vers. 545. Distingue *Intrares exsul!* N. HEINSIUS. Idem Dausquejus male etiam τὸ *exsul* in *exin* mutandum censuit.

v. 562. *Mutassentque solum sceptris Aeneia regna*]

Forte,

Sunt abolenda tibi. patiarne ante ora manusque
Civem deleri nostras? aut vincere Poenum,
Me spectante, sinam? nos aequavisse minori,
Solvetur culpa, si sunt mihi talia corda.
Jamque hoc (ne dubites) longaevi, nate, parentis
Accipe, & aeterno fixum sub pectore serva:
Succensere nefas patriae: nec foedior ulla
Culpa sub extremas fertur mortalibus umbras.
Sic docuere senes. quantus qualisque fuisti,
Cum pulsus lare & extorris Capitolia curru
Intrares exsul! tibi corpora caesa, Camille,
Damnata quot sunt dextra! pacata fuissent
Ni consulta viro, mensque impenetrabilis irae;
Mutassentque solum sceptris Aeneïa regna,
Nullaque nunc stares terrarum vertice, Roma.
Pone iras, o nate, meas. socia arma feramus.
Acceleremus opem. jamque intermixta sonabant
Classica, procursusque viros colliserat acer.

Primus

Forte, *Mutassent solium.* N. HEINSIUS. Sed & vulgata lectio proba. Respicit autem Silius ad consilium Romanorum Vejos post incensam bello Gallico urbem migrandi, cui se totis viribus Camillus opposuit. Gravissimam ejus orationem habet Livius lib. v. cap. 11.

v. 564. *Pone iras, o nate, meas*] Hoc ita capiendum est, quae me magis decent: non enim filio, sed patri, demta erat dimidia pars imperii, ideoque illius erat irasci ingratae patriae. BARTHIUS lib. 1. Advers. cap. XIII. Dausquejus minus recte *iras meas* exponit, quibus honori meo consultum is, vel in quas imperium meum est.

v. 565. *Jamque intermixta sonabant*] Ita & Coloniensis. Puteaneus & editio Marsi *jamjamque immixta sonabant.* N. HEINSIUS. Scaliger etiam ad marginem Silii notarat, legendum sibi videri *jamjamque immista.*

v. 566. *Concursusque viros colliserat acer*] *procursusque* scripti & primae editiones. optime. Horat. lib. 1. sat. VII.

— in jus
Acres procurrunt, magnum spectaculum uterque.

Sic & alii in veteribus libris invenere, & ego in vetustissimo bibliothecae Leidensis exemplari: vulgo *Acres concurrunt.* Virgilius IX. Aen. vers. 689.

Et jam collecti Troes glomerantur eodem,
Et conferre manum, & procurrere longius audent.

Lucan. lib. VII. vers. 385.

Ergo utrimque pari procurrunt agmina motu.

ita scripti plerique. in vulgatis pari modo peccatur. noster lib. I. vers. 519.

Ilicet ingenti casu turbata juventus
Procurrit: nota arma viri corpusque superbo
Victori spoliare negant.

lib. IX. vers. 417.

— subito ni turbine Poenus
Agmina frenasset jam procurrentia ductor.

mox vers. 428.

Nam rapido subitam portans in morte salutem
Procursu.

Statius Theb. IX. vers. 24.

— magno sic fatus agebat
Procursu fremituque viros.

Theb. XI. vers. 454.

— procurrere saepe
Impetus, & totum miseris opponere bellum.

Lucan. lib. IV. vers. 771.

— sed tempore pugnae
Mors tenuit: neque enim licuit procurrere contra,
Et miscere manus.

Colum. VII. de re rust. cap. III. de arietibus, *Est illud incommodum in cornuto, quod, cum sentiat se velut quodam naturali telo* (sic optime vetus codex, vulgo *quodam naturae loco*) *capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit.* Florus lib. IV. cap. II. *Caesar similis furenti in primam aciem procurrit.* idem lib. III. cap. III. *In patentissimo, quem Raudium vocant, campo procurrere.* ubi pessime ex membranis Salmasius *concurrere* corrigit, alterumque Latine non dici opinatur, cum in Latinissimis Caesaris commentariis nihil sit magis obvium, & ipsum Florum sic loquentem jam viderimus. N. HEINSIUS. *procursusque* etiam habent editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis, quod primus Nicander interpolavit in Juntina, ubi *concursus* editur. Eandem vocem restitue etiam Lucano lib. VII. vers. 385.

Ergo utrimque pari procurrunt agmina motu.

Sic in quindecim codicibus erat, quos Illustrissimus

Primus claustra manu portae Dictator & altos
Disjecit postes, rupitque in proelia cursum.
Non graviore movent venti certamina mole,
Odrysius Boreas, & Syrtim tollere pollens
Africus: obnixi cum bella furentia torquent,
Distraxere fretum, ac diversa ad litora volvunt
Aequor quisque suum; sequitur stridente procella
Nunc huc, nunc illuc, raptum mare, & intonat undis.
Haud prorsus daret ullus honos, tellusque subacta
Phoenicum, & Karthago ruens, injuria quantum
Orta ex invidia decoris tulit: omnia namque
Dura simul devicta viro, metus, Hannibal, irae,
Invidia, atque una Fama & Fortuna subactae.
Poenus ab excelso rapidos decurrere vallo
Ut vidit, tremuere irae, ceciditque repente
Cum gemitu spes haud dubiae praesumta ruinae:
Quippe aciem denso circumvallaverat orbe,
Hausurus clausos conjectis undique telis.
Atque hic Dardanius pravo certamine ductor
Jam Styga & aeternas intrarat mente tenebras.
Nam Fabium auxiliumque viri sperare pudebat.
Cum senior, gemino complexus proelia cornu,

Ulteriore

Heinsius consuluit, non *concurrunt*, ut nunc vulgatur. Florus etiam alio loco ita locutus est lib. I. cap. XVIII. *Actum erat, nisi elephanti, conversi in spectaculum belli, procurrissent.* Frontin. lib. II. cap. I. ex. 7. *Cum procurrere hostes effusos in longinquum vidisset.* & cap. II. ex. 5. *Procursione subita adeo se movit, ut sagittas, quibus ex longinquo usus est, comminus applicitus eluderet.* Plura exempla collegit Elegantissimus Broekhuſ. ad Propert. lib. II. eleg. XIII. verſ. 49.

v. 568. *Rupitque in proelia cursum*] *rumpere cursum*, ut apud Val. Flacc. lib. I. verſ. 2.

—— Scythici quae Phasidos oras
Ausa sequi, mediosque inter juga concita cursus
Rumpere, flammifero tandem consedit Olympo.

ubi vide N. Heinsium. sic *rumpere iter* supra lib. IV. verſ. 196.

Si reserare viam, atque ad regem rumpere ferro
Detur iter.

lib. XV. verſ. 782. *rumpit Per medios Nero saevus iter.* ubi quaedam notavi. vide eundem Heinsium ad Ovid. Epist. XVIII. Heroid. verſ. 43.

v. 574. *Nunc huc, nunc illuc, raptim mare*] *raptum* ex scriptis. N. HEINSIUS. Pariter manu incerta viri docti in editione Romana principe emendatum erat.

v. 575. *Haud tantum daret ullus honor*] *Haud prorsus* ex iisdem scriptis & editione Romana ac Parmensi. lib. VIII. verſ. 330. *Mecum erit haec prorsus pietas.* lib. XI. verſ. 153.

Prorsus enim tanto potiorem nomine habendum
Varronem.

& verſ. 237. *sic victima prorsus Digna cadat Decius.* lib. XIV. verſ. 511.

Sat prorsus, sat erat decoris discrimine tuto.

N. HEINSIUS. Cum libris Heinsii faciunt insuper editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis. Vulgatae vero lectionis iterum Nicander auctor existit, quem reliqui omnes secuti sunt.

v. 579. *Atque una Fama*] *atque uni* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 584. *Hausturus clausos*] *Hausurus* Colon. & Puteaneus. N. HEINSIUS. In Oxon. omissa aspiratione *Ausurus*. vide infra ad lib. XVI. verſ. II.

v. 585. *Pravo certamine ductor*] *parvo discrimine* opinabar aliquando: de quo loquendi modo vide ad Nasonem Met. VII. verſ. 427. quamquam & vulgata scriptura defendi potest. *parvo certamine* certe in Puteaneo & priscis editionibus Romana ac Parmensi. Sic lib. XII. verſ. 76.

—— Gracchumque, moveri
Haud ausum portis, parvo in discrimine cerno.

N. HEINSIUS. *parvo certamine* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Voces *parvus* & *pravus* librarii saepe inter se miscuerunt. Sic infra lib. XVI. verſ. 13. perperam operae typographicae *parva invidia*, pro *prava*, dederunt in editione Dausquejana. vide N. Heinsium ad Nason. II. Metam. verſ. 788. ad Silii lib. XIII. verſ. 30. & Dionyſ. Vossium

ad

Ulteriore ligat Poenorum terga corona:
Et modo claudentes aciem, nunc extima, cingens
Clauſos ipſe tenet. majorem ſurgere in arma,
Majoremque dedit cerni Tirynthius. altae
Scintillant criſtae, & (mirum) velocibus ingens
Per ſubitum membris venit vigor: ingerit haſtas,
Averſumque premit telorum nubibus hoſtem.
Qualis poſt juvenem, nondum ſubeunte ſenecta,
Rector erat Pylius bellis aetate ſecunda.
Inde ruens, Thurin, & Buten, & Marin, & Arſen
Dat leto, fiſumque manus conferre Mahalcen,
Cui decus inſigne, & quaeſitum cuſpide nomen.
Tum Garadum, largumque comae proſternit Adherbem,
Et geminas acies ſuperantem vertice Thylin,
Qui ſummas alto prenſabat in aggere pinnas.
Eminus hos: gladio Sapharum, gladioque Monaeſum,
Et Morinum pugnas aeris ſtridore cientem,
Dexteriore gena ſedit cui letifer ictus,
Perque tubam fixae decurrens vulnere malae,
Extremo fluxit propulſus murmure ſanguis.
Proximus huic jaculo Naſamonius occidit Idmon.
Namque ſuper tepido lapſantem ſanguine, & aegra

ad Caeſar. IV. de bello Gallico cap. II.

v. 586. *Jam Styga & aeternas intrarat mente tenebras*] Id eſt, ſe intraturum putabat, ut ait Homer. Il. O. verſ. 251.

> Καὶ δὴ ἔγωγ' ἐφάμην νέκυας καὶ δῶμ' Ἀΐδαο
> Ἤματι τῷδ' ὄψεσθαι.

Et jam ego putabam, mortuos & domum Plutonis hoc die me viſurum. mente intrare, ut *mente videre* apud Stat. X. Theb. verſ. 556.

> —— *ferrum undique & ignes*
> *Mente vident, ſaevas mente accepere catenas.*

ſic *animo bella movere* ſupra lib. II. verſ. 351.

> *Jam bella & lituos, ac flammis urere gentem*
> *Jurabat Phrygiam, atque animo patria arma movebat.*

ubi nolim *animo patrio* mutari, quamvis ita nonnulli codices habeant. *aeternae tenebrae*, ut *aeternae umbrae* infra verſ. 740.

> *Aeternas multo cum ſanguine vidimus umbras.*

ubi plura vide.

v. 595. *Adverſumque premit telorum nubibus hoſtem*] Membranae *Averſumque premit*, quod non paullo melius hic convenire videtur. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XCIV. *Averſumque* cum Modio & ſcriptis: nam a tergo invadebant hoſtem. Deinde *Qualis poſt juvenem* ex iiſdem ſcriptis, non *juvenum*. vidit & Interpres. N. HEINSIUS. Voces *averſum* & *adverſum* ſaepe in codicibus vetuſtis turbantur. vide Pierium ad Maronis XI. Aen. verſ. 691. Gronov. ad Liv. lib. XXXIII. cap. VIII. & quae ſupra notata ſunt ad lib. II. verſ. 618. verſu ſeq. omnes editiones *juvenem* praeferunt, uſque ad Colinaei editionem, quae prima *juvenum* habuit, & poſt eam ita etiam D. Heinſius & Dauſquejus ediderunt. Dauſquejus quidem veram ſcripturam reduxit in notis, at qua veri ſpecie nullos codices, (putat editiones, manuſcripta enim verſaviſſe vix puto) variare ſcripſerit, ipſe videat.

v. 597. *Bellis aetate ſecunda*] *bellans* opinor. N. HEINSIUS.

v. 598. *Turin & Buten & Marin*] *Beucen* Colonienſis. idem cum Puteaneo & Romana editione *Narin*. pro *Malcon*, idem Colonienſis *Mahalcem* optime. pro *fiſum manus conferre*, opinor *niſumque*, quamquam & *fiſumque* tolerari poteſt. N. HEINSIUS. Putean. codex *Turim*, Colonienſis vero cum editione Romana principe & Mediolanenſi addita aſpiratione *Thurim*. Deinde eaedem editiones Romana princeps & Mediol. cum Parmenſi *Narin*.

v. 601. *Conſternit Adherben*] Neſcio an ſatis Latine. in ſcriptis & Romana editione *proſternit*. mox *Thulim* ſcripti. N. HEINSIUS. *proſternit* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. in Marſi editione primum *conſternit* vidi.

v. 605. *Pugnas aeris ſtridore cientem*] Id eſt, tubas inflantem. infra lib. VIII. verſ. 491.

> *Haec eadem pugnas accendere protulit aere.*

Virgilius VI. Aen. verſ. 165.

> *Aere ciere viros, Martemque accendere cantu.*

v. 606. *Dexteriore gena ſedit cui letifer ictus*] *conſe-*

Lubrica nitentem nequidquam evadere planta,
Impacto prosternit equo, trepideque levantem
Membra afflicta solo pressa violentius hasta
Implicuit terrae, telumque in caede reliquit.
Haeret humi cornus motu tremefacta jacentis,
Et campis servat mandatum affixa cadaver.
Necnon exemplo laudis furiata juventus,
Syllaeque, Crassique simul, junctusque Metello
Furnius, ac melior dextrae Torquatus, inibant
Proelia, & unanimi vel morte emisse volebant
Spectari Fabio. miser hinc vestigia retro
Dum rapit, & molem subducto corpore vitat
Intorti Bibulus saxi, atque in terga refertur,
Strage super lapsus socium, qua fibula morsus
Loricae crebro laxata resolverat ictu,

Accepit

dit letifer ictus in Coloniensi. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. supra lib. v. vers. 345.

Num lateri cuspis, toto num pondere telum
Sedisset, fratremque amens sociosque rogabat.

libro VI. vers. 272.

Jamque alvo penitus demersa falarica sedit.

v. 612. *Trepideque levantem*] *trepidoque solo* Coloniensis. ut *solum* pro planta pedis posuerit. N. HEINSIUS.

v. 613. *Membra afflicta solo*] Vide Illustrissimum Heinsium ad Ovidii XII. Metam. vers. 139. & quae supra notata sunt ad lib. I. vers. 673. etiam Bentlej. ad Horat. lib. II. serm. Ecl. II. vers. 79.

v. 616. *Et campis servat*] *campo* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 618. *Sylla ruunt, Crassusque simul, junctusque Metello Fannius*] Satis proba haec videntur, nec sunt. Legendum enim ex MS. optimo,

Syllaeque, Crassique simul, junctusque Metello
Furnius.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XCIV. *Syllaeque, Crassique simul*, &, pro *Fannius*, scripti *Furnius*, uti & Modius jam monere occupavit. *Syllaeque, Crassique* etiam in editione Romana ac Parmensi. N. HEINSIUS. Nec aliter Romana princeps & Mediolan. editio, nisi quod, pro *Crassique*, operae perperam *classique* ediderint. Mutasse hunc locum videtur, qui, ne metro vis fieret, metuebat. sed frustra. vide infra ad lib. IX. vers. 575.

v. 619. *Inibant Spectati Fabio*] Lege ex eodem codice,

——— *inibant*
Proelia, & unanimi vel morte emisse volebant
Spectari Fabio.

tale est illud Virgilii, *vitamque volunt pro laude pacisci.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XCIV. Versum *Proelia, & unanimi* editiones pleraeque non habent. Puto à Modio esse, nec in membranis Oxoniensibus visitur. non tamen judicio ineptum. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *Spectari* Coloniensis, inserto versu, qui vulgo desideratur, sine quo sensus commode vix subsistit. pro *emisse volebant*, possis *vovebant*. N. HEINSIUS. Versum *Proelia, & unanimi* optime Modius & N. Heinsius ex Colon. libro inseruerunt. Eleganter *morte emisse*: vide supra ad lib. v. vers. 601. pro *volebant* autem Heinsius conjicit *vovebant*, quo sensu *optare* dixit Virgil. x. Aen. vers. 503.

Turno tempus erit, magno cum optaverit emtum
Intactum Pallanta.

Saepe autem ita peccarunt scriptores librarii. Vide N. Heinsium ad Nasonis I. Amor. Eleg. III. vers. 3. & ad Valer. Flacc. lib. v. vers. 26. Puto tamen nihil hoc loco mutandum. Ita enim *velle* supra est lib. IX. vers. 372.

——— *nec tanta vitam jam strage volebant.*

lib. x. vers. 287.

——— *quanti emtum velit Hannibal, ut nos*
Vertentes terga aspiciat.

Claudian. III. de Rapt. Pros. vers. 194. *Emtum morte velit.*

v. 624. *Qua fibula morsus Loricae crebro laxata resolverat ictu*] *morsus* & *mordere* de fibula. Virgil. XII. Aen. vers. 273.

——— *teritur qua sutilis alvo*
Balteus, & laterum juncturas fibula mordet.

Ovidius VIII. Metam. vers. 318.

Rasilis huic summam mordebat fibula vestem.

Claudian. Consul. Olyb. & Prob. vers. 88.

Audacem retegit mammam, laxumque coërcens
Mordet gemma sinum.

Sidon. Apollin. Carm. II. vers. 326.

Pendula gemmiferae mordebant suppara bullae.

Carm. v. vers. 18.

Ostricolor pepli textus, quem fibula torto
Mordax dente vorat.

v. 631. *Turpataque decora juventa Ora*] *juventae* puto, ad imitationem illius Maroniani: *membra decora*

Accepit lateri, penitusque in viscera adegit,
Exstabat fixo quod forte cadavere, ferrum.
Heu sortem necis! evasit Garamantica tela
Marmaridumque manus, ut inerti cuspide fusus
Occideret, telo non in sua vulnera misso.
Volvitur exanimis, turpatque decora juventa
Ora novus pallor; membris dimissa solutis
Arma fluunt, erratque niger per lumina somnus.
Venerat ad bellum Tyria Sidone, nepotum
Excitus prece, & auxilio socia arma ferebat,
Eoa tumidus pharetrati militis ala,
Gens Cadmi, Cleadas; fulva cui plurima passim
Casside, & aurato fulgebat gemma monili.
Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda
Laudatur Veneri, & certat majoribus astris.

Ostro

cora juventae. N. HEINSIUS.

v. 637. *Gens Cadmi Cleadas*] *Gens Cadmi*, est progenies Cadmi, unus ex posteris Cadmi, ut Dausquej. & Cellar. monuerunt. sic Virgil. XI. Aen. vers. 305.

Bellum importunum, cives, cum gente Deorum
Invictisque viris gerimus.

Plura vide supra ad lib. II. vers. 185.

v. 639. *Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda*] *renovatus* ex Hespero nimirum Lucifer. lib. XII. vers. 247.

Haud secus Oceano rediens Cytherëius ignis,
Cum sese Veneri jactat splendore refecto.

unde factum, ut Hesperus pro Lucifero, & pro Hespero Lucifer ponatur. Homerus certe Ἕσπερος ἀντὶ τοῦ Φωσφόρου posuit in illo [Il. X. vers. 317.]

Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι μετ' ἄστρασι νυκτὸς ἀμολγῷ
Ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ.

νυκτὸς enim ἀμολγὸν, contra quam sentit vulgus, eam partem Homero esse probavimus, qua oritur Lucifer, quod nec ignoravit Maro, qui in versibus, paullo ante a nobis adductis, Homericum Ἕσπερος per *Lucifer* vertit. Nec mirum: dulcissime Pitides.

——— τὶς τὸν αὐτὸν ἐνυπνόεντας ἀστέρα
Καὶ Φωσφόρον υἱὸν, καὶ σκοτίας Ἕσπερον,
Οὐκ οἶδεν αὐτὸν ἐργάτην διπλοῦ δρόμου,
Κήρυκα νυκτὸς, καὶ προφήτην ἡμέρας;

sic Musaeo dicitur βαθύσκιος ἀστὴρ Hesperus; non quod per se sit, sed quod respectu Luciferi & officii sui: βαθύσκιος enim ibi est ὁ διὰ τῆς νυκτὸς φάνων.

Ἐκ περάτης δ' ἀνέφαινε βαθύσκιος Ἕσπερος ἀστήρ.

Cujus stellae aureo fulgori nos hanc elegiam dedimus, quam ex Amorum meorum libris proponam: ut enim pictores ad virorem labascentem oculorum aciem & obtusam recolligunt, sic defatigatus lectorum animus ad haec reviviscit, multaque à lectione respirat. Nunc haec habe, mi Lector, dum reliqua aliquando.

Hespere, qui blandae Veneris fax aurea curae
Agmina pacatae mollia noctis agis,
Inter tot roseo ridentes lumine fratres,
Qui tremulo circum fulgure castra movent,
Solus ab Aurorae thalamis, licet alter, & idem
Exoriens, dubium non sinis esse diem.
Hespere, qui lacto prosultans molliter ore,
Lenis amatorum mitia corda feris,
Hespere, cui Venus aurati per caerula campi
Munera mutato nomine bina dedit.
Qui tot basia lenta, tot & suspiria, tot qui
Semina nequitiae liberiora vides.
Hespere rex, cui tot tremulis suspensa labellis
Blanda puellarum pectora vota ferunt,
Cum levibus primum tepuit mens nescia curis,
Primaque demisso lumine gutta cadit,
Rosque levis maestos perrepens gurgite vultus
Signa labascentis mollia mentis agit.
Hespere, qui blandos foribus specularis amores,
Aurea nocturno tempore regna tenens,
Dux choreae, Venerisque genus, quo praeside furtim
Mitia lascivus foedera nectit amor:
Quem comitem Venus, & curae levioris epopten
Praeposuit thalamis, dum parat arma, suis:
Blande susurrorum genitor, te, noctis ocelle,
Garrula festivo murmure Cypris alit,
Te blandi gemitus, tepidisque agnata labellis
Gaudia, te juvenum mollia furta virûm,
Et tacitus rubor, & tremulis mens victa papillis,
Sertaque sub faciles florea missa fores.
Scilicet excubias roseae stationibus aulae
Pervigil aeterno lumine functus agis.
Eurybate blanda redeuntis imagine Lunae,
Censor amatorum, candide lychne, Deûm,
Pronube ludentum media sub nocte sororum,
Quas vigor, & choreae, curaque noctis habet,
Hespere rex, tibi materno de pectore virgo
Dulcia jam prono sidere bella pavet.
Hespere, te subeunte leves declinas ocellos,

Maestaque

Ostro ipse, ac sonipes ostro, totumque per agmen
Purpura Agenoreis saturata micabat aënis.
Hic, avidum pugnae, & tam clarum exscidere nomen
Brutum exoptantem, varie nunc laevus in orbem,
Nunc dexter levibus flexo per devia gyris
Ludificatus equo, volucrem post terga sagittam
Fundit, Achaemenio detrectans proelia ritu.
Nec damnata manus, medio sed (flebile) mento
Armigeri Cascae penetrabilis haesit harundo,
Obliquumque secans surrecta cuspide vulnus
Uventi ferrum admovit tepefacta palato.
At Brutus, diro casu turbatus amici,
Ausum multa virum, & spargentem in vulnera saevos
Fraude fugae calamos, jam nullis cursibus instat

Prendere

Maestaque gaudendo pectora pungit Hymen.
Hespere, quem multo gemitu, lacrimisque decoris
Illa tepens primo somnte turba videt;
Quae toties blando praedata est perfida furto,
Et juvenum placido lumine corda tulit:
Ah! ah! tum gemituque & inani pallida luctu
Concidit, inque viri proelia torva venit.
Hespere, tot laetae tibi post suspiria mentis
Aurea libata virgine zona cadit.
O pater, o, sic te lepido fulgore nitentem
Demeant flammis sidera parva suis,
Dii faciant numquam sis Lucifer, Hespere, ni jam
Luceat in gremio ter mea Rossa meo.

D. HEINSIUS. Imitatur hic Silius pro more suo Maronem, qui pariter de Pallante pictis in armis conspicuo in VIII. Aeneid. vers. 589.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer unda,
Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,
Extulit os sacrum coelo, tenebrasque resolvit.

Is vero sua effinxit ad exemplum horum Homeri in Iliad. E. vers. 4.

Δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε, καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ,
Ἀστέρ' ὀπωρινῷ ἐναλίγκιον, ὅστε μάλιστα
Λαμπρὸν παμφαίνῃσι λελουμένος Ὠκεανοῖο.

Ardebat ei ex galea & clipeo multus ignis, Sirio similis, qui maxime splendide collucet lotus in Oceano. Pariter & alii. Ovidius II. ex Ponto epist. V. vers. 49.

Surgit Iulco juvenis cognomine dignus;
Qualis ab Eois Lucifer ortus aquis.

& Senec. in Hippol. vers. 749.

Qualis est, primas referens tenebras,
Nuntius noctis, modo lotus undis,
Hesperus, pulsis iterum tenebris
Lucifer idem.

renovatus autem exponit Dan. Heinsius, qui ex Hespero factus est Lucifer. sed ex sententia viri summi in Diatr. Stat. pag. 234. *renovatus* Silio hic videtur esse modo ortus. Respicit enim poeta opinionem Stoicorum, qui coeli sidera undis Oceani refici ac refoveri, quin & pasci credebant. Vide Lipsii Physiolog. Stoïc. lib. II. cap. XIV. & Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 232. Eodem alludit Valer. Flacc. lib. II. vers. 61.

Atque adeo non illa sequi mihi sidera monstrant,
Quae delapsa polo reficit mare.

& Eumen. in panegyr. Constantini Aug. cap. VII. *Genitorem illum Deorum, ignea coeli astra refoventem, prospexit Oceanum.* ubi videndus est Livinejus. Si itaque *renovatus* est modo ortus, *Lucifer* hic positus erit pro Hespero. *Hesperus* enim id astrum vocatur, cum oritur; *Lucifer* vero, cum occidit.

v. 642. *Agenoreis ahenis*] *aenis* Coloniensis codex, cujus auctoritate permotus Nic. Heinsius aspirationem extrivit. Non aliter ea vox infra scribitur in iisdem membranis lib. XVI. vers. 177. Vide Pierium ad Maron. II. Aen. vers. 470. & Dausquejum in Orthogr. parte II. hac voce. in Oxon. etiam codice est *aenis*.

v. 643. *Exscindere nomen*] *exscidere* scripti. N. HEINSIUS. Vide infra ad lib. XV. vers. 473.

v. 645. *Levibus flexo per devia gyris*] Sic & *levibus frenis* alibi, & *levis equitatus*: sed *brevibus* Gronov. gustu ad Statium pag. 374. ubi nonnulla ad rem. Ipse Statius Lyrico ad Maximum Junium *minores gyros* dixit. Propemptico tamen Mettii Celeris *faciles gyros*. N. HEINSIUS. *brevis gyrus*, ut apud Senec. in Hipp. vers. 312.

Ille nocturnas agitare bigas
Discit, & gyro breviore flecti.

noster infra lib. XVI. vers. 489.

——— primus brevibus, sed primus, abibat
Praecedens spatiis.

Ovid. II. Metam. vers. 516.

——— ubi circulus axem
Ultimus extremum spatioque brevissimus ambit.

Senec. Thyeste vers. 841.

Curvo brevius limite currens.

vide Cultissimum Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 93. contra *longus gyrus* est apud Lucan. lib. III. vers. 554.

— nec

Prendere cornipedis, ſed totam pectoris iram
Mandat atrox haſtae, telumque volatile nodo
Excutit, ac ſummum, qua laxa monilia crebro
Nudabant verſu, tramittit cuſpide pectus.
Labitur intento cornu transfoſſus, & una
Arcum laeva cadens, dimiſit dextra ſagittam.
At non tam triſti ſortitus proelia Marte
Phoebëi Soractis honor Carmelus agebat:
Sanguine quippe ſuo jam Bagrada tinxerat enſem,
Dux rectorque Nubae populi; jam fuſus eidem
Zeuſis, Amyclaei ſtirps impacata Phalanti,
Quem tulerat mater claro Phoeniſſa Laconi.
Talia dum metuit, nec pugnae fiſus in hoſte

Tam

—— *nec longo frangere gyro*
Curſum, nec tarde flectenti cedere clavo.

ſaepe enim *breve* pro parvo ponitur. vide Gebhard. III. Crep. cap. XXIII. & Rittersh. ad Guntheri I. Ligur. verſ. 134. *τὰ levis* autem & *brevis* librarii nonnumquam inter ſe confuderunt. vide Gronov. ad Senecae Thyeſt. verſ. 598. Sed *levis gyrus* eſt etiam apud Iſcan. VI. bell. Troj. verſ. 8.

At ſonipes animi non argumenta ſuperbi
Iratas iterat voces, non pulvere capto
Multiplicat ſuſpenſa levi veſtigia gyro.

ut *levis gyrus* etiam pro parvo ponatur, quo ſenſu *levis numerus* infra eſt lib. X. verſ. 592.

Nec ſociûm numero pariter leviore peremto.

v. 646. *Volucrem per terga ſagittam*] Haud dubie legendum *volucrem poſt terga ſagittam Fundit*, qui Partho mos. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XCIV. *poſt terga* cum Colonienſi & Modio. N. HEINSIUS. Lucan. lib. I. verſ. 230.

Ocior & miſſa Parthi poſt terga ſagitta.

v. 649. *Penetrabilis haeſit harundo*] *penetrabilis* eſt penetrans. Infra lib. XII. verſ. 240.

Et fugientis agit coſtis penetrabile telum.

ſupra lib. I. verſ. 541.

Tarpeiae rupes, Superiſque habitabile ſaxum.

id eſt, habitatum. & ſic paſſim.

v. 650. *Secans ſubrecta cuſpide vulnus*] Priſcae editiones habent *ſubjecta cuſpide*. ſed male. Infra lib. X. verſ. 253.

Ilia cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit.

ubi plura notavi.

v. 651. *Uventi palato*] *umenti* Colonienſis. nil muta. in aliis *urenti*. vide ad lib. III. verſ. 522. N. HEINSIUS. Vide infra ad libr. IX. verſ. 30. ubi *umere*, ſeu *humere*, & *uvere* in libris ſcriptis quam ſaepiſſime inter ſe commutari docui.

v. 657. *Qua laxa monilia crebro Nudabant curſu*] *verſu* Colonienſis, & *tramittit*, pro *tranſmittit*. *verſus* eleganter catenulas vocat, quod quoquo verſum inflecti poſſunt. apud Colum. II. de re ruſt. cap. II. *alternis verſibus obliquum tenere aratrum*. Plin. XV. Hiſt. Natur. cap. XXIX. myrtum deſcribit *ſenis foliorum verſibus*. *verſus ordinum* eidem de arboribus plantatis lib. XVII. cap. XII. lib. XVIII. cap. XIX. *in arando verſum peragere, nec ſtringere in actu*. *verſus arborum* pro ordine apud Maron. Georg. IV. verſ. 144.

Ille etiam ſeras in verſum diſtulit ulmos.

quod *in ordinem* Servius interpretatur, ut *triplici pubes quam Dardana verſu Impellunt*. *verſus foliorum* & *favorum* Plinio in Natur. Hiſtor. Gratius in Cyneg. verſ. 144. ubi agit de haſtilibus ex ſtirpe caedendis,

Stringe notas circum, gemmantes exige verſus.

gemmantes verſus ipſe gemmae, quae ex ramis prominent. N. HEINSIUS. Eo ſenſu *verſus* apud Maron. V. Aen. verſ. 119.

—— *triplici pubes quam Dardana verſu*
Impellunt.

ubi Servium alioſque vide. Solin. Polyh. cap. II. in fine. *Roſtro ſcrobes excavant; deinde ſurculis in verſum ſuperpoſitis imitantur texta cratium*. & cap. LII. *Mantichora quoque nomine inter haec naſcitur, triplici dentium verſu coeunte, ordinibus alternis*. ita legendum docuit Salmaſ. in exercit. Plin. pag. 711.

v. 659 *Labitur intento cornu transfixus*] *transfoſſus* in Colonienſi. N. HEINSIUS. Pariter turbatur in libris ſcriptis ſupra lib. I. verſ. 153. Idem fatum, quod hic Cleades experitur, ut intento jam & educto arcu interficiatur, Dorylae etiam ab Hannibale occiſo obtigit ſupra lib. II. verſ. 125.

Illa volans humerum rapido tranſverberat ictu
Conantis Dorylae, junctis jam cornibus arcus,
Et ducti ſpatium nervi complente ſagitta,
Excutere in ventos reſoluto pollice ferrum.

v. 664. *Dux rectorque Jubae populi*] Scripta lectio eſt *Nubae populi*. BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. XIII. *Nubae* ex ſcriptis, pro *Jubae*: *Carmelus* etiam ſine aſpiratione paullo ante, & *Bagrada*, pro *Bragada*. N. HEINSIUS. De Nubis ſupra vide ad libr. III. verſ. 269. & infra ad lib. IX. verſ. 224. Pariter etiam peccatum erat apud Claudian. I. de

Ccc Laudib.

Tam rapido, nec deinde fugae, suadente pavore,
Per dumos miser in vicina cacumina quercus
Repserat, atque alta sese occultabat in umbra
Hampsicus, insistens tremulis sub pondere ramis.
Hunc longa, multa orantem, Carmelus, & altos
Mutantem saltu ramos, transverberat hasta.
Ut, qui viscatos populatur harundine lucos,
Dum nemoris celsi procera cacumina sensim
Substructa certat tacitus contingere meta,
Sublimem calamo sequitur crescente volucrem.
Effudit vitam, atque alte manante cruore
Membra pependerunt curvato exsanguia ramo.
Jamque in palantes ac versos terga feroces
Pugnabant Itali, subitus cum mole pavenda
Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis.

Nigra

Laudib. Stilic. vers. 253. ut Heinsius monuit. *Carmelus* autem sine aspiratione etiam est in priscis editionibus. Deinde *Bagrada*, non *Bragada*. vide ad lib. VI. vers. 141. Alius ejus nominis dux supra etiam interficitur lib. I. vers. 407.

v. 668. *Nec deinde fugam suadente timore, Per dumos miser & vicina cacumina quercus Repserat*] Malam rem sciolis, qui ita nobis omnia contaminant. Scripserat Silius,

—— *nec deinde fugae, suadente timore,*
Per dumos miser in vicina cacumina quercus
Repserat.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XCIV. *fugae* ex Coloniensi Modius, nimirum fisus: in Oxonio *fuga*. *fugae fidens* apud Maron. XI. Aen. Deinde idem *in vicina cacumina*, non *&*. Scripti & inprimis editi codices adsentiuntur. Mox iidem codices *occultabat*, non *occultarat*. N. HEINSIUS. Pro vulgata scriptura male stat Dausquejus; nisi quod tamen *occultabat*, quam *occultarat*, aptius judicet.

v. 671. *Nampsicus*] *Hampsicus* Coloniensis. puto *Amsychus*. *Napsicus* primae editiones. N. HEINSIUS.

v. 673. *Mutantem saltu ramos transverberat hasta*] Pari fere fato nonnulli apud Tacit. occubuere II. Annal. cap. XVII. *Quidam, turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis per ludibrium figebantur; alios prorutae arbores afflixere.*

v. 674. *Viscatos populatur harundine lucos*] Puto scribendum *viscata harundine*. nam *pinguem* eadem in re lego apud Martialem lib. IX. Epigr. LIV.

Aut crescente levis traheretur harundine praeda
Pinguis, & implicitas virga teneret aves.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XIII. *viscata harundine* scribendum, quomodo & Barthium video conjecisse. N. HEINSIUS. Hujus aucupii mentio est apud Oppian. III. Cyneg. vers. 487.

Οὔτε γὰρ ὀρνίθων σφι δαμάσσατο ἄνος ἰξὸς,
Οὔτε δονακῆες δόνακες πατέοντες ἀταρπόν.

Neque enim avium eum subegit hostile viscus, neque aeriam harundines permeantes semitam. Appulej. XI. Metam. pag. 260. ed. Elm. *Nec qui diversis harundinibus alter aucupem cum visco, alter piscatorem cum hamo induceret.* Petron. in Satyr. cap. CIX. *Per antennam consederant pelagiae volucres, quas textis harundinibus peritus artifex tetigit: illae viscatis illigatae viminibus deferebantur ad manus.* ubi consulendi docti Interpretes. Plura videantur apud Gruter. in Append. notar. ad Martial. lib. IX. Epigr. LIV. Salmas. ad Solin. pag. 83. & 765. Gronov. III. Observ. cap. XVIII. ad Auctor. Octaviae vers. 412. & Broekh. ad Propert. lib. II. eleg. XV. vers. 24. aliosque. Illius autem aucupii schema exhibet gemma apud Gorlaeum in Dactyl. tom. II. num. 480. Ed. Gronov. quam & hic vides.



v. 676. *Subtracta certat tacitus contingere meta*] Quid sit *Subtracta meta*, vellem nos docuissent Interpretes: nam ego id non capere me, ingenue fateor. in Coloniensi *Substructa meta*. Elegantissime profecto. Dum enim viscatae harundini aliae ex aliis harundines, atque illae crassiores crassioresque substruebantur, formam metae reddebant ac pyramidis. *structum calamum* Propertius dixit lib. II. eleg. XIX. *structo figere avem calamo*, uti bene Salmas. ad Solinum corrigit pag. 1087. [p. m. 765.] ubi id aucupii genus copiose & erudite illustrat, ut

&

Nigra viro membra, & furvi juga celsa trahebant
Cornipedes, totusque novae formidinis arte
Concolor aequabat liventia currus equorum
Terga; nec erectis similes imponere cristis
Cessarat pennas, aterque tegebat amictus.
Ceu quondam aeternae regnator noctis, ad imos
Cum fugeret thalamos, Hennaea virgine rapta
Egit nigrantem Stygia caligine currum.
At Cato, tum prima sparsus lanugine malas,
Quod peperere decus Circaeo Tuscula dorso
Moenia, Laërtae quondam regnata nepoti,
Quamquam tardatos turbata fronte Latinos
Collegisse gradum videt, imperterritus ipse
Ferrata calce atque effusa largus habena
Cunctantem impellebat equum. negat obvius ire,

Et

& Gronovius Observat. III. cap. XVIII. *textas harundines* Petron. dixit, noster & Martialis lib. XIV. Epigr. CCXVIII. *crescentes calamos*, id est, structos, seu substructos. etiam Valer. Flacc. lib. VI. vers. 260.

Qualem populeae fidentem nexibus umbrae
Si quis avem summi deducat ab aere rami,
Ante manu tacita cui plurima crevit harundo;
Illa, dolis viscoque super correpta sequaci,
Implorat ramos, atque irrita concitat alas.

Graeci συνθέτους καὶ πηκτοὺς καλάμους. Martial. idem lib. IX. epigr. LIV.

Si crescente levis traheretur harundine praeda,
Pinguis, & implicitas virga teneret aves.

ubi vide Raderum. nec aliter noster lib. XIV. vers. 264. *aut coelo libeat traxisse volucrem.* Isidor. Anthol. lib. III. cap. XVI. Ep. 2. vers. 1.

Ἰξῷ καὶ καλάμοισιν ἀπ' ἠέρος αὐτὸν ἔφερβεν.

Et Epigr. III. vers. 4.

Ἰξοῖ ἐπ' ἀγρευτῇ χευάμενος καλάμῳ.

Apud Valer. Flacc. quoque lib. III. ubi venatrices Nymphas describit, fortasse legendum vers. 524.

Et manicae virides & structa myrtus avena,

cum nunc circumferatur *stricta myrtus habena.* Extremae enim harundinum crescentium compagi frondentem ramum, sive myrteum sive alium quemcumque, visco illitum inserebant: cui, dum insidebant, aves glutine adstringerentur. Sed de loco Valerii Flacci amplius deliberandum, quem Interpretum nemo hactenus est assecutus. *volucrem viscata fallere virga* apud Nason. Metam. XV. etsi ejuscemodi virgas viscatas nonnumquam terrae projectas expositasve in aucupio erat videre. N. HEINSIUS. Recte *Substructa* vir Illustrissimus. Bion id exprimit in Idyll. II. vers. 5.

Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων.
Calamos simul omnes inter se conjungens.

v. 682. *Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis*] Probe Coloniensis,

Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis.

quo Puteaneus etiam & Oxonius spectant, nisi quod, pro *Tunger*, in Oxonio *niger*, in Puteaneo *nigris.* N. HEINSIUS. Ita etiam olim vir Illustrissimus scribendum conjecit ad Nason. III. Metam. vers. 272. nisi quod tamen *Tudor*, pro *Tunger*, habeat.

v. 683. *Fulvi juga celsa trahebant Cornipedes*] *furvi* scribendum omnino, sic sensu postulante, quod & Interpres vidit. adi annotata lib. III. vers. 681. N. HEINSIUS. Vide eundem Heinsium ad d. loc. Nason. III. Metam. vers. 272. ubi plurimis exemplis docuit, quam frequentissime ita lapsos esse librarios. & sic infra lib. VIII. vers. 119. male, pro *furvas bidentes*, vetustae editiones *fulvas* habent.

v. 686. *Nec erectis similes imponere cristis Cessarant pennas*] Fortassis *arrectis.* N. HEINSIUS. Supra lib. VI. vers. 221.

At nemus arrectae & procera cacumina saltus
Exsuperant cristae.

arrectae mentes lib. II. vers. 295. *arrectae spes* hoc lib. vers. 98. *arrectae aures* lib. IX. vers. 459. Plaut. in Rudente act. V. sc. II. vers. 6. Claudian. Consul. Olyb. & Prob. vers. 210. *arrectae comae* apud Valer. Flacc. lib. II. vers. 213. *arrectae jubae* apud Claudian. Gigantom. vers. 78. *arrectas genas*, pro *erectas*, ex MS. codice Statio restituit doctissimus Barthius ad V. Theb. vers. 95. Sine auctoritate tamen veterum membranarum nihil temere hoc loco muto. vide supra ad lib. II. vers. 668.

v. 689. *Aetnaea virgine*] *Hennaea* ex scriptis. diximus lib. I. vers. 92. N. HEINSIUS.

v. 692. *Circaeo Tuscula dorso Moenia*] *Circaeo dorso*, quod Tusculum conditum est à Telegono Circes & Ulixis filio. infra lib. XII. vers. 535.

Linquens Telegoni pulsatos ariete muros,

id est, Tusculum linquens. vide Cluver. lib. III. Ital. antiq. cap. IV. pag. 942. & Barth. ad Statii lib. I. silv. III. vers. 83.

v. 696. *Ferrato calce impellebat equum*] *ferrata calce*

Et trepidat cassa sonipes exterritus umbra.
Tum, celer in pugnam dorso delatus ab alto,
Alipedem planta currum premit, atque volanti
Assilit a tergo. cecidere & lora repente,
Et stimuli: ferrumque super cervice tremiscens
Palluit infelix subducto sanguine Maurus.
Ora rapit gladio, praefixaque cuspide portat.
At saevo Mavorte ferox perrumpit anhelum
Dictator cum caede globum. miserabile visu,
Vulneribus fessum ac multo labente cruore
Ductorem cernit suprema ac foeda precantem.
Manavere genis lacrimae, clipeoque paventem
Protegit, &, natum stimulans, Fortissime, labem
Hanc pellamus, ait; Poenoque ob mitia facta,
Quod nullos nostris ignes dispersèrit agris,
Dignum expendamus pretium. tunc, arte paterna
Ac stimulis gaudens, juvenis circumdata Poenûm
Agmina deturbat gladio, campumque relaxat;
Donec Sidonius decederet aequore ductor.
Ceu, stimulante fame, rapuit cum Martius agnum
Averso pastore lupus, fetumque trementem
Ore tenet presso; tum, si vestigia cursu

Auditis

ce scripti. quomodo & apud Maronem Aeneïd. xi. vers. 714.

Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat.

nec aliter noster lib. xiii. vers. 169.

Et jam ferrata quatiebat calce volantem
Taurea cornipedem.

lib. xvii. vers. 5.

Jam compos voti ferrata calce cruentat
Cornipedem.

N. HEINSIUS. Statius lib. v. silv. ii. vers. 115.

Tendentem cursus vexantemque ilia nudâ
Calce ferocis equi.

Ennod. in vita B. Antonii in princ. *Equorum celeritas ferrata calce provocatur.* Quibus omnibus locis *τὰ ferrata calce* referri debent ad equitem ferreis calcaribus armatum, non vero ad equum sub pedibus soleas ferreas habentem, ut fecit Doctissimus Vossius in Etymol. in voce *Aes*, exponens locum Maronis, quem N. Heinsius huc advocavit. *calcem* autem utriusque generis esse & masculini & feminini monuit Nonius in ea voce. vide etiam Vossium iii. de art. Gramm. cap. xxxiv. & Davis. ad Cicer. i. Tuscul. quaest. cap. viii. Translate dixit modo laudatus Ennod. lib. i. Epist. ii. *Te ad garrulitatem loquendi parcus ferratis verborum calcibus animari.*

v. 698. *Crassa sonipes exterritus umbra*] Immo *cassa umbra* cum scriptis & editione Romana. N. HEINSIUS. *crassa umbra* habent editiones Martini Herbipolensis, Basileensis & aliae secutae: *grandi umbra* Juntina, Aldina, Gryphii & Nutii Antwerpiensis. sed optime *cassa umbra* ex scriptis vir illustrissimus: neque aliter est in editionibus Romana principe, Mediolanensi & Marsi. Eandem scripturam olim probavit idem Heinsius ad Nason. vi. Fast. vers. 406. *vanam umbram* dixit Virgil. x. Aeneid. vers. 592.

Lucage, nulla tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanae vertere ex hostibus umbrae.

v. 705. *At saevo*] *Ac* scripti. N. HEINSIUS.

v. 707. *Multo labente cruore*] Maluerim *multum labente.* N. HEINSIUS.

v. 710. *Natum stimulans*] Praestiterit *instimulans.* N. HEINSIUS.

v. 712. *Dispersèrit agris*] *arvis* scripti. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. v. vers. 260.

v. 713. *Tunc, arte paterna Ac stimulis gaudens, juvenis*] *Marte paterno* Silium dedisse autumo. N. HEINSIUS. Nonnunquam hae voces culpa scriptorum librariorum in Mss permiscentur. Vlitius ad Gratii Cyneg. vers. 1. reponendum censet apud Joh. Sarisber. lib. i. Polycr. cap. iv. *Cave tamen, ne artem loquendi verbo quovis offendas.* ubi vulgo *Martem* erat. Mihi tamen recepta hic apud Silium lectio nondum displicet.

v. 719. *Tum, si vestigia cursu Auditis celeret balatibus*] An *cursim*? Sic libro xiii. vers. 764. ex scriptis,

Hic ille est, tellure vagus qui victor in omni
Cursim signa tulit.

ubi pari modo peccabatur. N. HEINSIUS. Atque

Auditis celeret balatibus obvia pastor,
Jam sibimet metuens, spirantem dentibus imis
Rejectat praedam, & vacuo fugit aeger hiatu.
Tum demum terris, quas circumfuderat atra
Tempestas, Stygiae tandem fugere tenebrae.
Torpebant dextrae, & sese meruisse negabant
Servari, subitisque bonis mens aegra natabat.
Ut, qui collapsa pressi jacuere ruina,
Eruta cum subito membra, & nox atra recessit,
Connivent, solemque pavent agnoscere visu.
Quîs actis, senior, numerato milite laetus,
Colles & tuto repetebat in aggere castra.
Ecce autem e media jam morte renata juventus,
Clamorem tollens ad sidera, & ordine longo
Ibat ovans, Fabiumque decus, Fabiumque salutem
Certatim, & magna memorabant voce parentem.
Tum, qui partitis dissederat ante maniplis,
Sancte, ait, o genitor, revocato ad lucis honorem
Si fas vera queri, cur nobis castra virosque
Dividere est licitum? patiens cur arma dedisti,
Quae solus rexisse vales? hoc munere lapsi
Aeternas multo cum sanguine vidimus umbras.

Ocius

que auctoritate codicum antiquorum hic nihil muto. *cursu* enim est cursim, festinanter. infra libro XI. vers. 135.

——— ut ruperit Alpes
Herculei socius decoris, Divisque propinquas
Transierit cursu rupes.

lib. XVI. vers. 7.

Mugitu nemora exterret, perque ardua cursu
Saxa ruit.

Senec. in Phoen. vers. 433.

Attonita cursu fugit, & binas statim
Diduxit acies.

Livius lib. XXXI. cap. XXIV. *Cum expeditis quinque millibus peditum & trecentis equitibus extemplo profectus, cursu prope Chalcidem contendit.* lib. XXXIII. cap. XVIII. *Deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est.* cap. XXXIII. *Ludis dimissis cursu prope omnes tendere ad Praetorem Romanum.* & alibi saepe. eodem modo *certamine* pro certatim infra lib. X. vers. 536.

Funereas tum deinde pyras certamine texunt.

ubi vide.

v. 722. *Rejectat praedam*] *Ejectat* praestiterit, quod Maronianum verbum est. N. HEINSIUS.

v. 723. *Tum demum terris*] *Tyriis* Oxon. & Puteaneus. scribo *surmis*. Similiter non semel peccatum in Valer. Flacc. ut *terris*, pro *turmis*, irrepserit. N. HEINSIUS.

v. 731. *Collibus & tuto repetebat in aggere castra*] Corrige,

Colles & tuto repetebat in aggere castra.

Scilicet *Collis*, pro *Colles*, scriptum invenerant, à quibus illud *Collibus* est. MODIUS Novant. Lection. Epist. XCIV. Immo *Colles*, uti Modius ex Coloniensi jam protulit. N. HEINSIUS.

v. 735 *Memorabat voce parentem*] *memorabant* Coloniensis. bene. N. HEINSIUS. Non aliter etiam codex Oxoniensis. Fabium ob servatum Minucii exercitum *parentem* à militibus appellatum esse infra notavi ad lib. VIII. vers. 2. Quinctil. Declam. IX. pag. 163. ed. Obr. *Fabio Maximo immortalem attulit laudem ereptus ex hostium manibus Minucius.*

v. 736. *Tum, qui partitis discesserat ante maniplis*] Corrige *dissederat*; & mox *revocato*, pro *revocati*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XCIV. *dissederat* ex Coloniensi Modius. Puteaneus *discēderat*, vulgati *discesserat*. mox *revocato*, pro *revocati*, ex iisdem membranis idem. utrumque bene. N. HEINSIUS. *Dissidere* itaque hic est diversis locis sedere, separatum esse. Sic Senec. in Thyeste vers. 124.

Isthmi si quis amat regna Corinthii,
Et portus geminos, & mare dissident.

v. 741. *Aeternas multo cum sanguine vidimus umbras*] Sic supra vers. 582. *aeternam noctem* habemus. Olim placebat *Taenarias umbras*; nunc opinor, *Paene atras umbras vidimus.* Horat. lib. II. od. XIII. vers. 21.

Quam paene furvae regna Proserpinae
Et judicantem vidimus Aeacum.

niger Jupiter & *atri socia thalami* lib. VIII. de Plutone & Proserpina. N. HEINSIUS. Idem est, quod

supra

Ocius huc aquilas ſervataque ſigna referte.
Hic patria eſt: murique Urbis ſtant pectore in uno.
Tuque dolos, Poene, atque aſtus tandem exue notos:
Cum ſolo tibi jam Fabio ſunt bella gerenda.
Haec ubi dicta dedit, mille hinc (venerabile viſu)
Ceſpite de viridi ſurgunt properantius arae.
Nec prius aut epulas, aut munera grata Lyaei
Fas cuiquam tetigiſſe fuit, quam multa precatus
In menſam Fabio ſacrum libavit honorem.

ſupra de Minucio dixerat Silius verſ. 586.
Jam Stygа & aeternas intrarat menſe tenebras.
Quare nihil puto mutandum. Senec. in Phoeniſſ. verſ. 233.
—— *cur caput tenebris grave*
Non mitto ad umbras Ditis aeternas?
perpetuas umbras dixit infra Silius lib. XIV. verſ. 43.
Poſtquam perpetuas judex conceſſit ad umbras.
aeternam noctem ſupra verſ. 688,
Ceu quondam aeternae regnator noctis ad imos
Cum fugeret thalamos.
Senec. in Hippol. verſ. 835.
Tandem profugi noctis aeternae plagam.
perpetuam noctem ibid. verſ. 221.
Adit ſilentem nocte perpetua domum.
& *longam noctem* Silius lib. VIII. verſ. 141.
Di longae noctis, quorum jam numina nobis
Mors inſtans majora facit.



C. SILII

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER VIII.

Primus Agenoridum cedentia terga videre
Aeneadis dederat Fabius: Romana parentem
Solum castra vocant, solum vocat Hannibal hostem:
Impatiensque morae fremit. ut sit copia Martis,
Exspectanda viri fata, optandumque sub armis
Parcarum auxilium. namque, hac spirante senecta,
Nequidquam sese Latium sperare cruorem.
Jam vero concors miles, signisque relatis
Indivisus honos, iterumque & rursus eidem
Soli obluctandum Fabio, majoribus aegrum
Angebant curis. lentando fervida bella

Dictator

v. 1. *Primus Agenoridum cedentia terga* &c.] Primus nempe Fabius Maximus Hannibalem repulit, & retro cedere coëgit; at proelio primus eum superavit Marcellus, ut ait Valer. Max. lib. IV. cap. 1. 7. *M. Marcellus, qui primus & Hannibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit.*

v. 2. *Romana parentem Solum castra vocant*] Invictissimum nostro aevo belli ducem à militibus communi *Parentis* nomine appellari, saepius praesens audivi. Notandum vero est, etiam veteres eo modo tam bello strenuos in castris, quam togae muniis in urbe felices, *Patrum* nomine appellasse, ut Silius hoc loco, & lib. VII. in fine,

——— *Fabiumque salutem*
Certatim & magna vocitabant voce parentem.

Id quod adscribimus, quia nemini fere aliorum notatum est. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. Non omnes Romani bello strenuos, aut toga felices, *Patrum* nomine vocabant, sed hi duntaxat, quos sua opera praesenti mortis periculo eripuerant. Ita praesertim Minucius Fabium *parentem* & *genitorem* vocat, quod ab eo morte liberatus esset supra lib. VII. vers. 737.

Sancte, ait, o genitor, revocato ad lucis honorem
Si fas vera queri.

lib. IX. vers. 565.

——— *genitor tibi natus ab armis*
Ille meis ubi nunc Fabius?

De Stilicone Claudian. III. de Laud. Stilic. vers. 51.

O felix, servata vocat quem Roma parentem.

Sic Cicero publice in Senatu *pater patriae* appellatus est, quod Romam à nefariis Catilinae consiliis incolumem praestiterat. Juven. sat. VIII. vers. 243.

——— *Roma parentem,*
Roma patrem patriae Ciceronem libera dixit.

Camillus, liberata Roma de Gallis triumphans, à militibus apud Livium lib. V. cap. XLIX. *Dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit. interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriae conditorque alter urbis haud vanis laudibus appellatur.* Ita igitur Fabium universus exercitus *parentem* vocat, quoniam ejus opera effectum erat, ne ab Hannibale ad internecionem deleretur.

v. 4. *Ut sit copia Martis, Exspectanda viri fata*] Norat prudentiam senis Hannibal, ideoque de copia Martis desperabat ante ejus fatum. Sed ea verba melius in eam sententiam hoc, puto, pacto legentur, nam & alioqui non sunt satis concinni, *ut si copia Martis Exspectanda viri fato.* Judicent eruditi, inprimis vero eruditissimus & longe poëtis enarrandis praecellens Cl. Dausquejus. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. *ut si copia Martis Exspectanda viri fato* ex Oxonio libro Barthius. non probo. N. HEINSIUS.

v. 11. *Angebat curis*] *Angebant* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 11. *Lentando fervida bella*] Id est, efficiendo, ut ardor militaris minueretur, & bella, quae olim majore fervore, quam consilio aut prudentia, gerebantur, lentius traherentur. *lentum* Fabii *moderamen* supra laudavit Silius lib. VII. vers. 14.

——— *tumefactum cladibus ille*
Hesperiis lento Poenum moderamine lusit.

Alibi hoc sensu verbum *lentare* positum non memini. *lentare arcum* aliquoties dixit Statius, ut I. Theb. vers. 703.

Tela tibi longeque feros lentandus in hostes

Arcus

Dictator, cum multa adeo, tum miles egenus
Cunctarum ut rerum Tyrius foret, arte ſedendi
Egerat, &c, quamquam finis pugnaque manuque
Haud dum partus erat, jam bello vicerat hoſtem.
Quin etiam ingenio fluxi, ſed prima feroces,
Vaniloquum, Celtae, genus ac mutabile mentis,
Reſpectare domos. maerebant, caede ſine ulla
(Inſolitum ſibi) bella geri, ſiccaſque cruore
Inter tela ſiti Mavortis hebeſcere dextras.
His ſuper internae labes & civica vulnus
Invidia augebant: laevus conatibus Hannon

Ductoris

Arcus.

in III. Thebaid. verſ. 588. *alii Cortynia lentant Cornua.* & I. Achill. verſ. 436.

Nec modus aut arcus lentare, aut fundere glandes.

quod *lente agere & velut inflectere* exponit Barthius lib. II. Adverſ. cap. XVIII. quem etiam vide ad ea loca Statii. *lentare remos* praeter Virgilium & Senecam, quos Dauſquejus laudavit, dixit etiam Claudian. Conſul. Mall. Theod. verſ. 42.

Ac velut expertus lentandis navita tonſis
Praeficitur lateri cuſtos.

ubi vide Barthium, & Turneb. lib. IV. Adverſ. cap. XXII. hinc *lenti remi* apud Senec. in Hippol. verſ. 306.

Ungula lentos innitante remos.

Vide Voſſium ad Catull. pag. 212. eodem modo natanti dantur *lenta brachia*, quae ei pro remis ſunt, apud Naſon. Epiſt. XVIII. Heroid. verſ. 58.

Jactabam liquido brachia lenta mari.

& Epiſt. XIX. Heroid. verſ. 48.

Lentaque dimotis brachia jactat aquis.

v. 15. *Jam bello vicerat hoſtem*] Jam, ait, bellum in partes Fabii inclinabat; licet pugna nondum vicerat, ſumma tamen rerum ad Romanum ducem ſpectabat. Haec enarramus ideo, ut ne quis corrector minus percepta commutet: nam video eſſe, qui *lambendo vicerat hoſtem* nobis obtrudere fatagat, acute, ut ipſi videtur. Sed nobis talibus aculeis opus non eſt. BARTHIUS lib. IV. Adverſ. cap. XXII. Hanc lectionem tuetur Barthius adverſus neſcio quem, cui ait placuiſſe *lambendo vicerat hoſtem.* N. HEINSIUS.

v. 19. *Siccaſque cruore*] *cruori* Oxonius. ſcribendum *cruoris.* libro VII. verſ. 213. *ſicci ſtimulabant ſanguinis enſes.* N. HEINSIUS. Eandem conjecturam propoſuit vir Illuſtriſſimus ad Claudiani II. de Laudib. Stilic. verſ. 16.

v. 20. *Inter tela ſiti Mavortis hebeſcere dextras*] Scribo *ſitu*: quam vocem & Propertio redde lib. III. Eleg. XX.

Lenibunt tacito vulnera noſtra ſinu.

ſcribo *ſitu.* D. HEINSIUS. Nihil mutandum arbitramur, neque *ſitum* hic capimus, quod eruditiſſimi viri pace dictum cupimus. Queruntur vero potius Celtae illi feroces, ſibi, inter tela Martia velut collocatis, atque undique hoſtium pilis ſeptis atque circumſeſſis, uſum ferri adimi. *ſedere* antea dixit Dictatorem, hic vero *ſiti* infeſta undique inter tela ſingulari ejus prudentia hebeſcere a diuturno pugnandi ardore cogebantur. Nihil ergo mutandum in re perſpicua: nam procul poſita bella ſequebantur Celtae, ut caedibus indulgerent; nunc, ſiti intra hoſtium velut obſidionem, queruntur iis abſtinendum. Modium merito non attendimus, cujus ſane non erat poëtas emendare. BARTHIUS lib. IV. Adverſ. cap. XXII. *ſitu Mavortis* probe Modius, teſte Dauſquejo, qui peſſime *Inter tela ſati.* Poſſis etiam, *Inter tela ſui Mavortis.* Barthius vulgatum tuetur, ut *ſiti*, pro collocati, inter tela Celtae accipiantur. Non perſuadet. N. HEINSIUS. Sive *ſiti* caſum primum cum Marſo & Barthio, ſive caſum ſextum vocis *ſitis* cum Dauſquejo accipias, lectio tamen recepta non videtur proba. *ſati*, quod Dauſquejus conjecerat, diſerte praefert editio Mediolanenſis. & ita ſupra lib. I. verſ. 340.

——— *clamatque ſuper, Tot millia, gentes*
Inter tela ſatae, jam capto ſtamus in hoſte?

& de Gallis Livius lib. X. cap. XVI. *Habere accolas Gallos, inter ferrum & arma natos.* Sed omnino rejicienda haec conjectura. A vero haud abludere videtur Heinſii patris conjectura, quam memoriae vitio Modio adſcripſiſſe Dauſquejum, & poſt eum etiam Barthium ac N. Heinſium puto, *ſitu Mavortis.* ſic ſupra lib. VII. verſ. 533.

——— *quoniam data copia, longum*
Detergete ſitum ferro, multoque cruore
Exſatiate, viri, plenos rubiginis enſes.

Statius III. Theb. verſ. 582.

——— *tunc feſſa putri rubigine tela*
Horrenteſque ſitu gladios in ſaeva recurvant
Vulnera.

Dan. Heinſii conjectura in loco Propertii, quam Dauſquejus pluribus explodit, etiam Gebhardo in mentem poſtea venit, & eximio ejus commentatori Jano Broekhuſio multum arriſit, quamvis & vulgatam ſcripturam commodo ſenſu ſervari poſſe judicaverit. *ſui Mavortis*, hoc loco ſcribendum eſſe jam olim conjecit Illuſtriſſimus N. Heinſius ad Claudian.

Ductoris non ulla domo submittere Patres
Auxilia, aut ullis opibus juvisse sinebat.
Quis lacerum curis, & rerum extrema paventem
Ad spes armorum & furialia vota reducit
Praescia Cannarum Juno, atque elata futuris.
Namque hac accitam stagnis Laurentibus Annam
Affatur voce, & blandis hortatibus implet:
Sanguine cognato juvenis tibi, Diva, laborat
Hannibal, a vestro nomen memorabile Belo.
Perge, age, & insanos curarum comprime fluctus.
Excute sollicito Fabium. sola illa Latinos
Sub juga mittendi mora. jam discingitur armis.

Cum

diani II. de Laud. Stilic. vers. 16. quod hoc loco videtur longe praestare. *sui* enim *Mavortis*, ut Mars Gallorum Romanorum Marti opponatur. Ita Gallorum Martem memorat Florus lib II. cap. IV. *Mox, Astrionico duce, vovere de nostrorum militum praeda Marti suo torquem.* Deinde perperam primae editiones omnes *horrescere* habent, quod lex pedia respuit.

v. 21. *His super internae labes*] Praestiterit *tabes*, ut puto. Sallust. lib. IV. Histor. *Qui quidem mos, ut tabes, in urbem conjectus. tabes fori* apud Tacitum. vide Festum in *tabes*. *tabes nimborum* Lucretio lib. I. *tabe nimborum arbusta vacillant.* Cicero II. de Natura Deor. *Frigoribus durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. tabifici solis radii* Lucret. lib. VI. Vide Gifanii Indicem, & Gronovium ad Livii lib. XXXIII. cap. XXXVIII. & lib. XXXIX. cap. IX. si quis vulgatum velit tueri, *labem* pro *ruina* accipiat, adeatque Juretum ad Symmachi IV. Ep. II. Valer. Flaccus lib. V. vers. 237.

Tunc tibi regnorum labes luctusque supersunt.

N. HEINSIUS. *tabes* hic etiam emendabat olim vir Illustrissimus ad Claudiani bell. Getic. vers. 50. Sallust. in bello Catil. cap. XXXVI. *Tanta vis morbi, atque uti tabes, plerosque civium animos invaserat.* Livius lib. XLII. cap. V. *Contagione, velut tabes, in Perraebiam quoque id pervaserat malum.* Petron. Satyr. cap. CXIX.

Ac veluti tabes, tacitis concepta medullis.

id est, veluti tabes interna. Vide, quae ibi notavit vir Celeberrimus Petrus Burmannus. Frequenter autem imperiti librarii has voces confuderunt: apud Lucan. lib. X vers. 224. pro *tumescit Prima tabe nivis*, in multis libris est *Prima labe*. alia exempla vide apud Salmas. ad Solin. pag. 20. N. Heinsium ad Nason. epist. IX. Heroid. vers. 144. epist. XXI. vers. 60. & Munkerum ad Fulgent. III. Mythol. cap. II. Si quis tamen *internae labes* servare malit, *to labes* accipiat vitium & malum, quod rempublicam Karthaginiensium affligebat, & quo latius serpente ruinam minitabatur; invidiam nempe popularium, & factionem Hannonis, Barcinae factioni adversam: ea enim Hannibali necessaria submitti prohibebat. Eo sensu fere *labes* est apud Cicer. Orat. pro domo cap. I. *Si illa labes ac flamma reipublicae suum illum pestiferum & funestum tribunatum, quem aequitate humana tueri non potest, divina religione defenderit.* Senec. de Brevit. vitae cap. VI. *In ventrem ac libidinem projectorum inhonesta labes est.* Praefero tamen Heinsii conjecturam.

v. 22. *Invidia angebant*] *Angebant* jam praecesserat. Scribo *augebant* cum Coloniensi. Idem probe mox *Hannon*, non *Anno*, ut supra. N. HEINSIUS. Optime *augebant*. vide N. Heinsium etiam ad Claudiani bell. Getic. vers. 50. Deinde recte etiam *Hannon*. vide infra ad lib. XVI. vers. 674.

v. 25. *Quis lacerum curis*] Virgil. in Culice vers. 59.

Omnia luxuriae pretiis incognita vitans,
Quae lacerant avidas inimico pectore mentes.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII.

v. 28. *Namque hac accitam stagnis*] *excitam stagnis* maluerim. Nec male Interpres *Jamque*. N. HEINSIUS. *accitam* non mutem. Silius lib. VII. vers. 27.

Ocius accitum captivo ex agmine poscit.

lib. VIII. vers. 337.

——— *è Tyrio consortem accite Senatu.*

vers. 404. *accita pube Venafro.* lib. XVII. vers. III.

——— *accitaque regno*
Lenierat pubes infaustae proelia noctis.

v. 31. *Hannibal, a nostro nomen memorabile Belo*] *a vestro Belo* Coloniensis & Oxonius cum Parmensi editione. Nam Dido & Anna a Belo ducebant originem. Infra *vestri germana ab origine Beli.* N. HEINSIUS. Infra vers. 221.

——— *ego Oenotris aeternum numen in oris*
Concelebror, vestri generata è sanguine Beli.

Saepissime voces *vester* & *noster* contunduntur. Vide infra ad lib. XI. vers. 117.

v. 32. *Insanos curarum comprime fluctus*] Curas fluctibus vel aestui marino comparare ubique solent Poetae. Catull. carm. LXV. vers. 62. *magnis curarum fluctuat undis.* Virgil. VIII. Aen. vers. 19. *magno curarum fluctuat aestu.* ubi La Cerda ex utriusque linguae auctoribus plura exempla congessit.

v. 33. *Sola illa Latinos Sub juga mittendi mora*] Scribendum, ni fallor, *sola ille mora*, Fabius nimi-

Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo,
Regnisque Aeneadum germana colatur Elissae.
Sed pressis stringam revocatam ab origine famam
Narrandi metis, breviterque antiqua revolvam.
Iliaco postquam deserta est hospite Dido,
Et spes abrupta e medio, in penetralibus atram
Festinat furibunda pyram. tum corripit ensem
Certa necis, profugi donum exitiale mariti.
Despectus taedae regnis se imponit Hiarbas,
Et tepido fugit Anna rogo. quis rebus egenis
Ferret opem, Nomadum late terrente tyranno?

Battus

que posteros odii, ac mortis suae ultionem. Supra lib. I. vers. 17.

Tantarum caussas irarum, odiumque perenni
Servatum studio & mandata nepotibus arma
Fas aperire mihi.

ubi respicienda sunt, quae Dausquejus notavit.

v. 46. *Cur Sarrana dicent*] Perperam in Coloniensi hic versus omittebatur: deinde idem *Regnis Aeneadum*. N. HEINSIUS.

v. 48. *Sed pressis stringam revocatam ab origine famam Narrandi metis*] *premere*, *stringere metam* locutiones sunt ad Circum pertinentes, unde frequenter poëtae metaphoras deduxerunt. Ovid. IV. Fastor. vers. 9.

Quae decuit, primis sine crimine lusimus annis:
Nunc teritur nostris area major equis.

Plura vide apud Zinzerl. in Promulf. Crit. cap. XVIII.

v. 51. *Et spes abrupta e medio*] Concinnius forte legas, admissa minima correctiuncula quapiam, *Et spes abruptae medio*. In medio namque spei deseruit Didonem Aeneas, cum, conjugio ipsius florens, omnes late vicinos contemneret. Magis hoc poëticum, utcumque tenue. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. Non satis Latine *Et spes abrupta e medio*, si quid video. Scribendum puto,

Et spes abruptae; medius penetralibus atram
Festinat furibunda pyram.

Barthius, *Et spes abruptae medio*. N. HEINSIUS.

v. 52. *Festinat furibunda pyram*] Id est, festinanter, celeriter exstruit. Virgil. IV. Aen. vers. 575.

Festinare fugam, tortosque incidere funes.

Statius II. Theb. vers. 478.

Festinatque viam, ramumque precantis olivae Abjicit.

ubi vide Barthium. lib. II. silv. I. vers. 128.

Cum tibi quas vestes, quae non gestamina mitis Festinabat herus.

ita *properare* Virgilius VIII. Aen. vers. 454.

Haec pater Aeoliis properat dum Lemnius oris.

quod Servius exponit *properanter facit*. Stat. lib. I. silv. II. vers. 266.

Eja age, praeclaros Latio properate nepotes.

ubi vide Barthium. Senec. in Hippol. vers. 45.

Alius teretes properet laqueos.

v. 55. *Et tepido fugit arma rogo*] Contra mensuram est hic versus: transponunt igitur verba alii, leguntque, *Et tepido arma rogo fugit*. Recte, quoad numeros; male, quoad sententiam. quid enim *armis* opus fuit? cum, ut ait Ovidius,

Protinus invadunt Numidae sine vindice regnum,
Et potitur capta Maurus Hiarba domo.

Aut, si maxime opus fuisset, cur illa *rogo figerentur?* manifeste scribendum, missis deliramentis quorumdam, *Et tepido fugit Anna rogo*. Vide Ovidium libro Fastorum III. elegantissime haec eadem describentem. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. *Annae* nomen, feliciter à Modio reductum, comprobat Dausquejus. sed mutatione tam grandi non opus. Lege, *Et tepido Anna rogo fugit*, calenti adhuc rogo sororis. Quod, ut impietatis insimulet Annam, unde & mox malis fatis acta est, addidit: nam decebat sororem comitari.

Ergo agitur pelago Divis inimica sibique,
Quod se non dederit comitem in suprema sorori.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. Nihili haec sunt. *Et templo fugit arma rogo* Puteaneus: *Et tepido fugit arma rogo* primae editiones, nisi quod in Parmensi *trepido*. Sed probe ex Coloniensi Modius, *Et tepido fugit Anna rogo*. Barthius, *Et tepido Anna rogo fugit*, quod tantumdem est. N. HEINSIUS. Editio Romana princeps cum Mediolanensi *Et trepido fugit arma rogo*: Marsus in editione anni 1492. & Martinus Herbipolensis ediderunt *Et trepido fugit arma rogo*: prior tamen in notis & antiquiori editione *tepido* agnoscit. Primus Nicander in Juntina editione excudit *Et tepido arma rogo fugit*, ut is auctor ejus lectionis fuerit, quae nunc vulgo plurimis in libris obtinet. Sed omnino recte viri docti ex libro Coloniensi vindicarunt *Et tepido fugit Anna rogo*; quomodo & manus docta ad marginem editionis Romanae principis emendavit: ut dicat Silius, tepente adhuc Didonis rogo, id est, ea modo interfecta, Annam regno Karthaginis depulsam ab Hiarba fuisse: in quo tamen Silio cum Ovidio non convenit, qui tertio demum anno fugatam Annam scribit, licet Hiarbas mox a morte Didonis regnum occupasset, in III. Fastor. vers. 551.

Protinus invadunt Numidae sine vindice regnum,

Battus Cyrenen molli tum forte fovebat
Imperio, mitis Battus, lacrimasque dedisse
Casibus humanis facilis. qui, supplice visa,
Intremuit regum eventus, dextramque tetendit.
Atque ea, dum flavas bis tondet messor aristas,
Servata interea sedes: nec longius uti
His opibus Battoque fuit. nam ferre per aequor
Exitium miserae jam Pygmaliona docebat.
Ergo agitur pelago, Divis inimica sibique,
Quod se non dederit comitem in suprema sorori.
Donec jactatam laceris (miserabile) velis
Fatalis turbo in Laurentes expulit oras.
Non coeli, non illa soli, non gnara colentum
Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.
Ecce autem Aeneas, sacro comitatus Iülo,
Jam regni compos, noto sese ore ferebat.
Qui terrae defixam oculos, & multa timentem,
Ac deinde allapsam genibus lacrimantis Iüli,

Attollit,

Et potitur capta Maurus Hiarba domo &c.
Tertia nudandas acceperat area messes,
Inque cavos ierant tertia musta lacus:
Pellitur Anna domo. &c.

Sed aliquoties alibi in hac historia ab Ovidio diversa tradidisse Silium observari potest; ut alios auctores in ea describenda secutus fuerit.

v. 57. *Battus Cinerem molli tum forte fovebat*] Ita in plerisque, quos vidi; sed *Cyrenen* scribendum, ut excudi jussimus. Battorum ibi quam fuerit celebre nomen & familia, docet paroemia Βάττου σίλφιον; in qua, quod toti Cyrenaeorum agro competebat, Batto adscribebatur; qui propterea σιλφιον λιμών à Sophocle appellatur, ac *laserpicifer* a Catullo: σίλφιον enim illi βατιλίως ἀντάξιον judicabant, unde in antiquis Cyrenaeorum nummis ab altera parte Battus regno, ab altera σίλφιον ab illis donatur, idemque in annulis suis gestabant Cyrenaei. Sic & Βάττου σκοπία. Vide de his Suidam. D. HEINSIUS. De quantitate primae syllabae vocis *Cyrenen* praeter Dausquejum videri etiam possunt Doctissimus Vulcanius & Illustrissimus Spanhemius ad Callim. Hymn. in Apollin. vers. 73. & quae supra notata sunt ad lib. IV. vers. 778.

v. 60. *Intremuit regum eventus*] Maluerim, *Ingemuit rerum eventus.* Putabam aliquando,

Ingemuit rerumque vices, dextramque tetendit.

Infra vers. 209. *Incerti rerum eventus.* N. HEINSIUS. Voces *ingemere* & *intremere* nonnumquam librarios inter se confudisse supra docui ad lib. VII. vers. 49. Eosdem homines voces *rerum* & *regum* etiam permiscere solitos fuisse monebo ad lib. XIV. vers. 667.

v. 61. *Dum flavas bis tondet messor aristas*] Id est, per duos annos. His enim similibusque poetae tempus annuum circumscribere solent. Infra lib. XIII. vers. 671.

——— *octava terebat*
Arentem culmis messem crepitantibus aestas.

Virgil. Ecl. I. vers. 70.

Post aliquot mea regna videns mirabar aristas.

Ovidius III. Fastor. vers. 557.

Tertia nudandas acceperat area messes,
Inque cavos ierant tertia musta lacus.

Senec. in Oedip. vers. 783.

Sed tempus adde. JOC. Decima jam metitur seges.

In Troad. vers. 73.

Decies nivibus canuit Ide,
Ide nostris nudata rogis:
Et Sigeis trepidus campis
Decumas secuit messor aristas.

Petron. Satyr. cap. LXXXIX.

Jam decima maestos inter ancipites metus
Phrygas obsidebat messis.

ubi vide eruditorum commentarios. Per renata gramina idem innuit Claudian. de bell. Getico vers. 147.

Et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massylus Poeno sonipes vastante cucurrit.

per hiemem & succedens ver ibid. vers. 166.

Frigida ter decies nudatum frondibus Haemum
Tendit hiems vestire gelu; totidemque solutis
Ver nivibus viridem monti reparavit amictum.

Plura vide apud Cerdam ad Virgilii I. Aen. vers. 756.

v. 61. *Dextramque tetendit*] Haec ad supplicum ritus refero; quos qui rejiciebant, *dextram abscondebant*, qui secus, *tendebant*: iacta enim dextera, ut mentum & genu, erant τῆς ἱκετείας σύμβολα. Unde Ulysses apud Eurip. Polyxenam audire cum nollet,

Attollit, mitique manu intra limina ducit.
Atque ubi jam casus adversorumque pavorem
Hospitii lenivit honos, tum discere maesta
Exposcit cura letum infelicis Elissae.
Cui sic, verba trahens largis cum fletibus, Anna
Incipit, & blandas addit pro tempore voces:
Nate Dea, solus regni lucisque fuisti
Germanae tu caussa meae. mors testis: & ille,
(Heu! cur non idem mihi tum?) rogus. ora videre
Postquam est ereptum miserae tua, litore sedit
Interdum, stetit interdum; ventosque secuta
Infelix oculis, magno clamore vocabat
Aeneam, comitemque tuae se imponere solam
Orabat paterere rati. mox turbida anhelum
Retulit in thalamos cursum, subitoque tremore
Substitit, & sacrum timuit tetigisse cubile.
Inde amens, nunc sideream fulgentis Iüli
Effigiem fovet amplexu: nunc tota repente

Ad

let, dextram sub veste occultabat. Atque ita quidem accipio nobilissimum locum Hecube vers. 342.

Ὁρῶ σ', Ὀδυσσεῦ, δεξιὰν ὑφ' εἵματος
Κρύπτοντα χεῖρα, καὶ πρόσωπον τοὔμπαλιν
Στρέφοντα, μή σου προσθίγω γενειάδος.
Θάρσει, πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον Δία.

Ita igiter sume: vel *dextram tetendit*, ἐδεξίωσε simpliciter. D. HEINSIUS.

v. 62. *Servata interea sedes*] Eruditissimus vir, & a quo utinam plures poëtas haberemus, sed accuratius tamen à typographis habitos, legit *Servata interea sede est*. minime. nam error subnascitur in prosodiam voculae *eâ sede*. Et illa lectio etiam melior. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. Pessime haec sollicitat Interpres, quod video & Barthium agnovisse. N. HEINSIUS.

v. 71. *Aeneas sacro comitatus Iülo*] *caro Iulo*, si quid video, corrigendum est. Sed supra habuimus lib. III. vers. 595. *sacris augebit nomen Iulis*: quod aliud est; nam illic alluditur ad Caesarum apotheosin. N. HEINSIUS. Ita *dilectus Iulus* mox vers. 104.

—— juro caput, Anna, tibique
Germanaeque tuae dilecti invitus Iuli.

Iterum autem hic Silius ab Ovidio abit, qui Aeneae, cum in Italia Annam inveniret, non Ascanium, sed Achatem comitem addebat III. Fastor. vers. 603.

Litore dotali solo comitatus Achate
Secretum nudo dum pede carpit iter.

v. 72. *Jam regni compos*] Mortuo nempe Latino. Ovid. ibid. vers. 601.

Jam pius Aeneas regno nataque Latini
Auctus erat; populos miscueratque duos.

v. 73. *Qui terrae defixam oculis*] *oculos* eleganter scripti, ut sit Graecismus. N. HEINSIUS. Sic Virgil. I. Aen. vers. 561.

Tum breviter Dido, vultum demissa, profatur.

Aen. XI. vers. 479.

—— juxtaque comes Lavinia virgo,
Caussa mali tanti, oculos dejecta decoros.

Ovid. II. Amor. eleg. VII. vers. II.

Sive aliqua est oculos in se dejecta modestos.

Epist. VI. Heroid. vers. 26.

Haesit in opposita lumina fixus humo.

Eadem locutio restituenda etiam Martian. Capell. lib. IX. p. m. 306.

Tu modo, quae mando, oculos dejecta decoros,
Reconde mentis intimo.

Sine ullo sensu libri editi, quos vidi, *oculos delecta* habent. Pari modo *Submissi palmas*, non *palmis*, supra astruxi lib. I. vers. 673.

v. 83. *Heu! cur non idem mihi tunc? rogus*] *tum* libri scripti, quod Illustrissimus Heinsius in contextu recepit.

v. 91. *Nunc sideream Julique tuamque Effigiem*] Scribe, *nunc sideream fulgentis Iuli Effigiem*. Bene convenit *fulgor sidereo vultui*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. *Iuli* nomen tribus syllabis passim enuntiant poëtae. Recte igitur Modius ex Coloniensi *sideream fulgentis Iuli Effigien*. *Julus* itidem trium syllabarum est. Interpres hic nugatur. Nam in Horatii loco legendum est,

Pindarum quisquis studet aemulari, I-
ule, ceratis ope Daedalëa
Nititur pennis.

Ita enim frequenter solet ille voces dividere. in Statii loco *Iapetum* scribe. N. HEINSIUS.

v. 92. *Effigiem fovet amplexu*] Solebant heroinae virorum, seu quos pro viris haberent, effigies ex

Ad vultus conversa tuos, ab imagine pendet.
Conqueriturque tibi, & sperat responsa remitti.
Non umquam spem ponit amor. jam tecta domumque
Deserit, & rursus portus furibunda revisit,
Si qui te referant converso flamine venti.
Ad magicas etiam fallax atque improba gentis
Massylae levitas descendere compulit artes.

Heu

cera domi habere. Hinc Ovid. in Remed. Amor.

Si potes, & ceras remove; quid imagine muta
Carperis? hoc periit Laodamia modo.

Vide eundem Ovidium de eadem Laodamia, quae contabuit viri effigiem assidue fovendo, in Epistolis Heroidum. meminit & Virgilius, Didonem Sychaei viri sui imaginem quoque domi habuisse. MODIUS Novant. Lection. Epist. xxviii. Hanc effigiem in lecto collocabant etiam matronae. Papinius genethliaco Lucani lib. ii. silv. vii. vers. 124.

Haec te non thyasis procax dolosis
Falsi numinis induit figura:
Ipsum sed colit, & frequentat ipsum
Imis altius insitum medullis,
Ac solatia vana subministrat
Vultus, qui simili notatus auro
Stratis praenitet, incubatque somno.

Unde & Maro iv. Aen. vers. 508. *Effigiemque toro locat.* De eadem enim agit, de qua hic Silius: quamvis sciam aliter quoque sumi. D. HEINSIUS. Notandus est nobis ex hoc loco mos veterum amantum, qui effigies charissimorum suorum in cubiculis suis habebant, ut conspectu eorum, quocumque abessent, tamen fruerentur. Papinius Statius lib. ii. Genethliaco Lucani:

Haec te non thyasis procax dolosis &c.

Hyginus fab. iv. *Laodamia, amisso conjuge, dolorem pati non potuit. Itaque fecit simulacrum aereum, simile Protesilai conjugis, & in thalamis posuit sub simulatione sacrorum, & eum colere coepit.* Aliorum quoque carorum hominum effigies cubiculis veteres locare consueverant. Sueton. Calig. *Cujus effigiem in cubiculo suo positam Augustus, quotiescumque introiret, exosculabatur.* quo loco in membranis *exosculabat* legitur. Porro, quam Protesilai *aeream* imaginem dicit Hyginus, *ceream* facit Devonius de bello Trojano lib. v.

Haemonis absentem suspirat maesta maritum,
Et non sensuros vultus premit, oscula figens
Cerea, difficilesque Deos in vota fatigat.

Alia exempla apud Ovidium non uno loco. BARTHIUS lib. iv. Advers. cap. xxii.

v. 93. *Ad vultus conversa tuos ab imagine pendet*] τῷ δεικήλῳ: Nam cum Grammatici βρέτας tantum de homine dici existimant, non assentior illis; at πᾶν τὸ βροτοειδὲς βρέτας esse concedo; nec enim de etymo pugno, sed non solum hominis effigiem ita dictam fuisse contendo: omnes namque Dii βροτοειδεῖς & humana forma colebantur, postquam in usu desierant τὰ ξόανα esse. Erant enim ξόανα ante idolorum cultum non effigies proprie, sed quasi symbola, per quae Dii colebantur: ut ecce, loco Junonis stipes dedolatus Thespiis colebatur, & Samii pro Junone sua tabellam habebant: sic Romani loco Martis hastam venerabantur, sic stipes, qui pro Termino colebatur, ejus ξόανον erat. Hujusmodi igitur ξόανα dicebant. At postquam Dii forma hominum coli coeperunt, βρέτη, ut docte Clemens monet, vocatae sunt imagines quoque Deorum. D. HEINSIUS. Innuit hoc versu Silius Didonem, omissa Iuli imagine, nunc solius Aeneae effigiem amplecti, eamque attente contemplari. Eleganter *pendere ab imagine*, ut *pendere ab ore* apud Nason. Ep. i. Heroid. vers. 30.

Narrantis conjux pendet ab ore viri.

Catull. Carm. lxv. vers. 69.

—— toto ex te pectore, Theseu,
Toto animo, tota pendebat perdita mente.

Petron. cap. cxxvii. *Donas mihi eum, sine quo non potes vivere? ex cujus osculo pendes?* Quinctil. Declam. x. pag. 172. *Itaque ab hujus osculis, ab hujus feminae cervice pendebat. inhaerere vultibus* dixit Ovidius iv. Trist. Eleg. iii. vers. 19.

Vultibus illa tuis tamquam praesentis inhaeret.

v. 95. *Nonnumquam spem ponit amor*] Legendum est ex scripto codice *Non umquam spem ponit amor.* BARTHIUS lib. i. Advers. cap. v. *Non umquam* ex Oxonio codice & editione Parmensi. & sic Barthius. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editio Romana princeps & Mediolanensis.

v. 98. *Ad magicas etiam fallax*] Inopportune Silius mores Poenos in persona Annae *fallaces* vocat, cum Dido magicis artibus accingitur; de quo nescio quid aliud dicere mallem. BARTHIUS lib. iv. Advers. cap. xxii. Non meritus est Silius censuram Barthii. Nam non mores Poenos in persona Annae *fallaces* vocat, quod Dido ab arte magica auxilium amori quaesiverit; sed sub persona Annae recte Didonem culpat, quod, cum Tyro oriunda sit, ad Massylae gentis fallacem & improbam levitatem prolapsa fuerit. Recte vero Silius *compulit* dixit. Invitam enim se ad permovendum Aeneam magicas artes adhibere profitetur Dido apud Maron. iv. Aen. vers. 492.

Tester, cara, Deos & te, germana, tuumque
Dulce caput, magicas invitam accingier artes.

v. 100. *Heu sacri vatum errores*] *Magni*, reddo; eodem modo apud Claudianum. Sic ἱερὸν Graecis

τὸ

Heu sacri vatum errores! dum numina noctis
Eliciunt, spondentque novis medicamina curis,
Quod vidi decepta nefas! congessit in atram
Cuncta tui monumenta pyram, & non prospera dona.
Tum sic Aeneas dulci repetitus amore:
Tellurem hanc juro, vota inter nostra frequenter

Auditam

τὸ μέγα est, & Homerus *ἱερὸν ἰχθῦν* non solum *τὸν ἄπυστον*, sed & *τὸν μέγαν* vocat. Hesychius. *Ἱερὸς ἰχθὺς τὸν μέγαν καὶ ἄπυστον λέγει. ἱερὸν τὸ μέγα*: quamvis ab Eratosthene in illo, *χρύσειον ἐπ' ὀφρύσιν ἱερὸν ἰχθῦν* aliter accipiatur fortasse: quod fragmentum Callimacho ab Athenaeo adscribitur. Sic cum Homerus *ἱερὸν μένος Ἀλκινόοιο*, & *ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο* dicit, magnum Alcinoum, magnumque Telemachum designat: sic *ἱερὸν ἰατρῶν* medicorum filius à magnitudine dictum, & *ἱερὰ νόσος* iisdem epilepsia, quod maximus morbus sit, ut observat Plutarchus. Sic Euripides *ἱερὸν κῦμα* fluctum ingentem Hippolyto dixit vers. 1205. & fortasse, quem *τρικυμίαν* Graeci, nos *decimum* dicimus,

——— *εἰς δ' ἁλιῤῥόθους*
Ἀκτὰς ἀποβλέψαντες ἱερὸν εἴδομεν
Κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον.

eundem enim *κλύδωνα* & *τρικυμίαν* vocat infra,

Αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ.

D. HEINSIUS. *sacri vatum errores* horrendi, cum tremore quodam nominandi sunt, exsecrabiles velut, *ἄῤῥητοι* atque timendi. Sic *sacra fames auri*, *sacer ignis*, *sacra fulmina*, quae his libris plenius à nobis etiam enarrantur. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. *sacros errores* non tam cum Heinsio magnos, quam cum Barthio nefandos, exsecrabiles accipio, ut apud Catull. carm. XIV.

Di magni, horribilem & sacrum libellum.

ubi vide Muretum. Statius II. Theb. vers. 297.

Tum donis Argia nitet, vilesque sororis
Ornatus sacro praeculta supervenit auro.

Et ita alibi passim.

v. 104. *Tum sic Aeneas dulci repetitus amore*] Locus corruptus. ne quid te traham, corrige, *dulci irretitus amore*. Sic *amoris pedicis illigatus* apud Appulejum Metam. II. & *amoribus incapistrari* Metam. XI. *amore laqueatus* Orientii commonitorio vers. 369. *nullo frons irretita capistro* apud Calpurn. Ecl. VI. *obretire* & *circumretire* apud Lucretium. *munera navium Saevos illaqueant duces* Horat. lib. III. od. XVI. Sic *inescare* & similia a venatione tracta. N. HEINSIUS. Non aliter idem Heinsius hic apud Silium legendum conjecit notis ad Sabini Epist. III. vers. 91. Sic Appulej. locutus est VII. Metam. pag. 188. ed. Elm. ex emendatione Colvii: *Falsis amoribus ancillae Milonis animum irretiens*. vulgo erat *animum irrepens*. Anon. Fabul. Aesop. XLIV.

Arte sua Thais juvenes irretit, amorem
Fingit.

D. Augustin. lib. I. de Civit. Dei cap. IX. *Qui superiorem vitae gradum tenent, nec conjugialibus vinculis irretiti sunt.* Frequentissimae autem in amore metaphorae deducuntur a nodis, vinculis, seu retibus, quibus amantium animi illigari finguntur. Dicaeogenes apud Stobaeum in capite, quod *ψόγος Ἀφροδίτης* inscribitur, pag. m. 622.

Ὅταν δ' ἔρωτος ἐνδεθῶμεν ἄρκυσι.

Cum amoris illigati sumus retibus. Senec. in Hippol. vers. 416.

Innecte mentem; torvus, aversus, ferox
In jura Veneris redeat.

Sarisber. lib. IV. Polycr. cap. III. *Ipsum, qui gentes domuerat, Veneris nexibus innodavit mulier impudica.* Plura vide apud N. Heinsium ad Ovidii IV. Fast. vers. 224. & Broekhus. ad Tibulli lib. I. Eleg. II. vers. 60. Sed nimium haec conjectura a vulgata lectione abit, praesertim cum eam etiam servent Mss: quare nihil puto mutandum. *repetitus* enim *amore* est iterum, denuo sagittis ab Amore petitus, transfixus: nam ducta in matrimonium Lavinia, primi amoris memoria Aeneae exciderat, quem Annae sermo ipsi revocabat. Sic fere *repetitus* apud Liv. lib. XIV. cap. XIX. *Assurgentem ibi regem umbone resupinat, repetitumque saepius cuspide ad terram affixit.* *petere* autem sagittariorum vox est, unde ad Amorem saepissime transfertur, qui semper arcu & sagittis instructus fingitur, & sagittis *petere* dicitur, quos in amorem inflammat, ut apud Tibull. lib. II. Eleg. I. vers. 71.

Nec pecudes, velut ante, petit; fixisse puellas
Gestit, & audaces perdomuisse viros.

& ita innumeris locis apud alios.

v. 105. *Tellurem hanc juro, vota inter* &c.] Id est, juro per Latium. Aperte Silius Nasonem imitatur, qui III. Fastor. vers. 613.

Anna, per hanc juro, quam quondam audire solebas
Tellurem fato prosperiore dari.

Eleganti autem constructione dixit *Tellurem juro*, pro per tellurem. Catull. Carm. LXVII. vers. 40. *adjuro teque tuumque caput.* Cicero lib. VII. ad fam. Epist. XII. *Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare.* Propert. lib. I. Eleg. XV. vers. 35.

Hos tu jurabas, si quid mentita fuisses,
Ut tibi suppositis exciderent manibus.

Tibull. lib. IV. carm. XIII. vers. 15.

Haec tibi sancta tuae Junonis numina juro.

ubi plura notavit Broekhus. Claud. bell. Gildon. vers. 81. *patrii numen juraverat Histri.* Tertull. in Apolog. cap. XVI. *Religio tota castrensis signa veneratur, signa*

Auditam vobis; juro caput, Anna, tibique
Germanaeque tuae dilecti, invitus, Iüli,
Respiciens, aegerque animi tum regna reliqui
Vestra, nec abscessem thalamo, ni magna minatus
Meque sua ratibus dextra imposuisset, & alto
Egisset rapidis classem Cyllenius Euris.
Sed cur (heu seri monitus!) cur tempore tali
Incustodito saevire dedistis amori?
Contra sic infit, volvens vix murmur anhelum

Inter

signa jurat, signa omnibus Deis praeponit. Sic & Graeci, ut Theocr. Idyll. xxx. vers. 22.

Ὄμνυμί τοι, Κυθήρη,
Αὐτάν τε, καὶ τὸν ἄνδρα,
Καὶ ταῦτά μευ τὰ δεσμὰ,
Καὶ τὼς δὲ τὼς κυναγώς.

Juro tibi, Venus, te ipsam, & maritum tuum, & ista vincula mea, & hosce venatores. Herodian. lib. II. cap. x. Τὸ πιστὸν ὑμῶν καὶ πρὸς τὸ θεῖον σέβασμιον, ὃς ὄμνυτε, δεδηλώκατε. *Fidem vestram & religionem erga Deos, quos juratis, manifestam facitis.*

v. 105. *Frequenter Auditam vobis*] Colonius *frequenti. vobis frequenti*, de quo ad sextum Maronis. sed puto hic mendosum. N. HEINSIUS.

v. 107. *Dilecti mitis Iuli*] Quaerendum cur Iulum *mitem* vocet. An se ipsum potius *mitem* vocat, pii instar? Potius sane. attamen suspicor ego, aliud aliquid subesse. An scribendum *dilecti ceu mihi*, vel *si mihi?* aeque ac mihi dilecti: sed nihil decidimus, cum praecipue τὸ *mitis* alludere videatur Silius post versum 161. ubi ait,

—— *placidumque animum mentemque quietam*
Troius in miseram ductor susceperat Annam.

Mendum quidem inesse arguunt membranae Oxonienses, in quibus *vultus*, pro *mitis*, legitur. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. *dilectum mitis Iuli* in Coloniensi, *dilecti vultus* in Oxonio & Puteaneo. Priscae editiones *dilecti invitus Iuli.* Scribe

—— *juro caput, Anna, tibique*
Germanaeque tuae dilecti, invitus, Iuli,
Respiciensque, aegerque animi tum regna reliqui
Vestra.

Mimesis Maroniani illius est libro VI. Aen. vers. 460.

Invitus, Regina, tuo de litore cessi.

Et illius Catulliani de coma Berenic.

Invita, o Regina, tuo de vertice cessi,
Invita: adjuro teque, tuumque caput,

Juro caput, Anna, Iuli dilecti tibi ac germanae tuae, invitus, respiciensque, aegerque animi vestra reliqui regna. Barthius se plurimum torsit in hoc loco: sed sani nil affert. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediol. editio *dilecti invitus Iuli*, quod rite probavit vir Illustrissimus, & ab eo in contextu receptum est. Recte vero Silius Aenean inducit per caput Iuli jurantem, respiciens forte ad ipsius Iüli verba apud Maron. IX. Aen. vers. 300.

Per caput hoc juro, per quod pater ante solebat.

v. 109. *Nec abscessem thalamo, ni magna minatus*] Pariter Aeneas se Didoni excusat apud Maron. IV. Aen. vers. 356.

Nunc etiam interpres Divûm, Jove missus ab ipso,
(Testor utrumque caput) celeres mandata per auras
Detulit. &c.

& VI. Aen. vers. 461.

Sed me jussa Deûm, quae nunc has ire per umbras,
Per loca senta situ cogunt noctemque profundam,
Imperiis egere suis.

Annae vero, ut hic etiam, apud Nason. III. Fast. vers. 615.

Perque Deos comites, hac nuper sede locatos,
Saepe meas illos increpuisse moras.

v. 110. *Meque sua ratibus dextra imposuisset*] Qui plane prospero eventu utitur, manu Deorum levari dicitur. Sic apud Petron. cap. XXIX. Trimalchio, Minerva taenia ducente, intrare fingitur. Exempla alia apud Homerum & alios. Hinc capiendus Silius noster, ut enim fatalem prosperitatis suae cursum indicaret, sic loquitur Aeneas,

—— *ni magna minatus*
Meque sua ratibus dextra imposuisset, & alto
Egisset rapidis classem Cyllenius Euris.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII.

v. 112. *Cur tempore tali*] *tempore tali* cum dicunt poetae, aerumnosum & minime ex sententia labens intelligunt. Lucret. lib. I. de Iphianassa vers. 94.

Nec miserae prodesse in tali tempore quibat,
Quod patrio princeps donarat nomine regem.

Et minuta haec etiam in eorum lectione observanda sunt. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. XXII. Supra lib. VII. vers. 227.

—— *taedetque in tempore tali,*
Nullum clade nova claraeque fragore ruinae
Insignem fecisse locum.

lib. XII. vers. 311.

Haud tanta cessisse viros in tempore tali
Laudis forte piget.

Lucret. lib. VI. vers. 1250.

Nec poterat quisquam reperiri, quem neque morbus,
Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.

Virgil. XI. Aen. vers. 303.

—— *non tempore tali*

Cogere

Inter singultus, labiisque trementibus Anna:
Nigro forte Jovi, cui tertia regna laborant,
Atque atri sociae thalami nova sacra parabam,
Quis aegram mentem & trepidantia corda levaret
Infelix germana tori; furvasque trahebam
Ipsa manu, properans ad visa pianda, bidentes.
Namque asper somno dirus me impleverat horror,
Terque suam Dido, ter cum clamore vocarat,

Et

Cogere concilium, cum muros assidet hostis.
Valer. Flacc. lib. II. vers. 144.

——— in tali quoniam tibi tempore conjux
Sic meritae, votis quem tu fletuque requiris,
Heu! furit, & captae indigno famulatur amore.
lib. v. vers. 535.

——— tuperem haud tali vos tempore tectis
Advenisse meis, quo me gravis assidet hostis.
Nec solum poëtae ita locuti sunt, sed & alii quique scriptores. Balbus in epistola apud Cicer. lib. VIII. ad Attic. post Epist. XV. *Velim idem Pompejus faciat: qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, quam spero. Sed cum constiterit, & timere desierit* &c. Livius lib. XXII. cap. XXXV. *Quia in tali tempore nulli novus magistratus videbatur mandandus.* & lib. XXX. cap. XXXVII. *Indignatus Hannibal dici ea in tali tempore audirique, arreptum Gisgonem manu sua ex superiori loco detraxit.*

v. 114. *Volvens sic murmur*] Legendum videtur *volvens vix murmur.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. *volvens vix* bene ex Agrippinate codice Modius. N. HEINSIUS.

v. 115 *Labiisque trementibus*] Videtur legendum *labrisque*, pro *labiisque.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. Idem Coloniensis *labrisque*, non *labiisque.* N. HEINSIUS. Distinguunt quidam inter *labia* & *labra*, ut illa mulierum, haec virorum esse dicantur. Sed recte Servius ad Maron. Ecl. II. vers. 34. eam *inanissimam discretionem* vocavit. Alii *labia* superiora esse, *labra* vero inferiora volunt: alii denique *labia* immodica, *labra* modica. Sed nihil has voces differre puto.

v. 116. *Nigro Jovi*] Id est, Plutoni; qui & *Tartareus Jupiter* vocatur supra lib. II. vers. 672. *Stygius Jupiter* ibid. vers. 386. apud Maron. IV. Aen. vers. 638. & Nason. v. Fast. vers. 448. *profundus Jupiter* apud Statium I. Theb. vers. 615. vide Barthium ad Claudian. I. de Rapt. Proserp. vers. 2. Eodem modo Neptunus dicitur *Tridentifer Jupiter* apud Sidon. Apollin. carm. XXII. vers. 158. *tertia* autem *regna* sunt Tartara. vide infra ad lib. XIII. vers. 437.

v. 119. *Infelix germana tori*] δυσίζυξ, Graecorum more. sic μελέα νύμφη, Eurip. Med. D. HEINSIUS.

v. 120. *Ad visa pianda*] Id est, expianda, avertenda: quod proprie *procurare somnia* dicebant. Tibull. lib. I. Eleg. v. vers. 13.

Ipse procuravi, ne possent saeva nocere,
Somnia.
ubi vide Elegantissimum Broekhusium. De modo procurandi somnia vide doctos Commentatores ad Petron. Satyr. cap. CIV.

v. 121. *Namque asper somno*] *summo* Oxonius & Puteaneus. locus mendosus. Scribendum,

Nam somno aspersam di.us me impleverat horror.
perfundi somno & *irrigari* aliis est. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediol. editio *summo.* Sed non male Illustrissimus Heinsius *somno aspersam* conjecit. sic *irrorare quietem* dixit Silius lib. x. vers. 356.

——— oculisque quietem
Irrorat, tangens Lethaea tempora virga.
irrigare Viɡgil. I. Aen. vers. 691.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat.
ubi vide Cerdam & Emmen. *perfundi somno* Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 81. *primi perfusus nube soporis Horruit.* Appulej. III. Metam. pag. 56. ed. Pric. *Jamque luminibus nostris vigilia marcidis infusus sopor.* Ita & Homer. Iliad. B. vers. 19. περὶ δ' ἀμβρόσιος κέχυθ' ὕπνος. *Circa quem fusus erat dulcis somnus.* Contra de experrectis ex somno Ennius pag. 142.

Cum somno sese exsiccat Romana juventus.
ubi vide Columnam.

v. 122. *Terque suam Dido, ter cum clamore vocarat*] Superstitio antiquorum, aut phantasia; quam μυκὼν ἀγαλμάτων Graeci poetae dicunt, cum imaginum sonos, vocesque audire nobis imaginamur. Apoll. lib. IV. vers. 1284.

Ἠ ὅτε αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
Αἵματι, καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται.

D. HEINSIUS. Minime omnium mutationi haec obnoxia sunt. Sychaeus ter noctu vocaverat Dido suam velut exsultabundus, quod votam tumulo suo pudicitiam, neque servatam, mox ipsa sui caede ultura, atque ad ipsum ventura esset. Alluditur locus in IV. Aen. Maronis de sepulcro Sychaei vers. 460.

Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Visa viri, nox cum terras obscura teneret.
Promisisse autem Sychaeo viduitatem idem auctor est vers. 552.

Non servata fides cineri promissa Sychaeo.
Dido est casus accusandi, ut apud Ovid. Epist. VII. Heroid. vers. 7.

Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido.
Haec plana sunt: nec Interpres, vir diligentissimus

Et laeta exsultans ostenderat ora Sychaeus.
Quae dum abigo menti, &, sub lucem ut visa secundent,
Oro coelicolas, ac vivo purgor in amni;
Illa, cito passu pervecta ad litora, mutae
Oscula, qua steteras, bis terque infixit harenae.
Deinde amplexa sinu late vestigia fovit;
Ceu cinerem orbatae pressant ad pectora matres.

Tum

& eruditissimus, in aliam sententiam ire debebat. BARTHIUS lib. IV. Adversf. cap. XXII. Hunc versum misere sollicitat Interpres, stante pro vulgari scriptura Barthio. N. HEINSIUS. Dausquejus tentabat,

Terque suum, ter Dido suum clamore vocarat,

quod exponit: Dido suum Aenean vocarat, qui nullus aderat; sed pro eo ora ostendebat Sychaeus. Sed pessime, ut viri docti monuerunt. Sensus enim Silii est, Annam sibi visam fuisse audire vocem Sychaei, ter clare Dido suam vocantis. Ita & Ovidius finxit Epist. VII. Heroid. vers. 99.

Est mihi marmorea sacratus in aede Sychaeus:
Appositae frondes velleraque alba tegunt.
Hinc ego me sensi noto quater ore citari:
Ipse sono tenui dixit: Elissa, veni.

Dido autem hic more Graecorum casus quartus est, ut infra vers. 232.

——— juxtaque dicabo
Aequatam gemino simulacri munere Dido.

Sed hoc notius est, quam ut moneri debeat. Eleganter autem *suam Dido*, ut supra lib. II. vers. 562.

Ipsa meum vidi, lacerato vulnere, nostras
Terrentem Murrum noctes & dira sonantem.

Propert. lib. I. Eleg. III. vers. 30.

Neve quis invitam cogeret esse suam.

lib. IV. El. III. vers. 1.

Haec Arethusa suo mittit mandata Lycotae,
Cum toties absis, si potes esse meus.

ubi Broekhus. voci *suo* plus aliquid inesse, quam si *marito* addidisset, agnoscit. Atque ita etiam hic *suam Dido*, non solum uxorem suam dum viveret, sed cui mortuo etiam voverat, se reliquum vitae tempus viduam fore, cui se totam dicarat. Sic *mea*, *tua*, aliaque apud Nasonem frequentissima sunt, de quibus consule N. Heinsium ad Remed. Amor. vers. 492.

v. 124. *Et sub lucem, ut visa secundent, Oro coelicolas*] *sub lucem* est ore vultuque ad lucem converso. Ita namque expiabantur somnia; unde Sophocles [in Electr. vers. 425.] *somnium monstrare soli*, pro ad solem, &, ut Silius loquitur, sub lucem expiare dixit, ἡλίῳ, inquit, Δείκνυσ' ὄναρ. Ita loqui Silium docuit me ipse lib. XIII. vers. 406. ubi *nigras Sub lucem pecudes mactare* jubet, ad quem locum plura vide. Haec non capiebantur vulgo. D. HEINSIUS. Haec ita distinguenda videntur: *&, sub lucem ut visa secundent, Oro coelicolas*, hoc sensu: oro Deos superos, ut somnia, quae sub lucem horrenda mihi immissa sunt, prospera facere velint. *sub lucem* autem est, instante luce, cum nondum dies esset, sed prope adstaret. sic infra lib. IX. vers. 90.

Ecce, sub adventum noctis primumque soporem
Alter natorum Solymus vestigia vallo
Ausonio vigil extulerat.

Id forte etiam restituendum Auson. Epigr. LXVII.

Necdum caduco sole, jam sub vesperam
Ageret juvencas cum domum pastor suas.

vulgo est, *sub vespere*. Virgil. V. Aen. vers. 327.

Jamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
Finem adventabant.

Claudian. II. in Eutrop. vers. ult. *adductus sub verbera torpuit ensis*. ita Nic. Heinsius pro *sub verbere* emendabit. vide J. Fr. Gronovium ad Livii lib. II. cap. LV. Distinctionis mutandae caussa mihi est, quod Anna dicat, se Deos superos precibus placare conatam fuisse: id enim orto sole, non *sub lucem*, fieri solebat. Contra Diis inferis *sub lucem* sacra fiebant: de illis agit Silius lib. XIII. vers. 404. loco ab Heinsio laudato,

——— mactare repostis
Mos umbris, inquit, consueta piacula nigras
Sub lucem pecudes.

Orabat igitur Anna Deos superos, ut secundarent somnia visa *sub lucem*: ea enim plerumque veriora credita fuisse supra docui ad lib. III. vers. 200. ut adeo de eventu jure sollicita fuerit. *secundare* autem *visa* est somnia infausta & ominosa obruere, efficere ut feliciorem, quam minabantur, exitum habeant. Sic Virgil. III. Aen. vers. 36.

Rite secundarent visus, omenque levarent.

Lucan. lib. I. vers. 634.

——— non fanda timemus:
Sed venient maiora metu. Di visa secundent,
Et fibris sit nulla fides.

v. 125. *Ac vivo purgor in antro*] Legendum *ac vivo purgor in amni.* Hujus enim usus in omnis generis purgationibus. Virgil. IV. Aen. vers. 635.

Dic, corpus properet fluviali spargere lympha.

& Aen. II. vers. 719. *donec me flumine vivo Abluero.* Et somnia quidem mane flumino expiabantur. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. Eunapius in Aedesio [pag. m. 46.] quomodo fiat ea lustratio docet. Τότε οὖν παῖδα καλεῖ, τὴν ὄψιν καὶ τὸ πρόσωπον ἀπορρύψαι τῷ ὕδατι βουλόμενος, καὶ ὁ θεράπων πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν, ἀλλ' ἡ ἀριστερά γε χείρ. &c. Graeci tamen saepius in mari spectrum somniumve abolebant,

Tum rapido praeceps cursu, resolutaque crinem,
Evasit propere in celsam, quam struxerat ante
Magna mole, pyram: cujus de sede dabatur
Cernere cuncta freta & totam Karthaginis urbem.
Hic Phrygiam vestem & baccatum induta monile,
Postquam illum infelix hausit, quo munera primum

Sunt

lebant, idque ex consilio anus, quam περιμάκτριαν illi vocabant. Plutarchus περὶ δεισιδαιμονίας [pag. m. 166.]

Ἀλλ' ἴστ' ἐνύπνιον φάντασμα φοβῇ
Χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω,

τὴν περιμάκτριαν κάλει γραῦν, καὶ βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν, καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ διημέρευσον. Porphyrius. εἰ δέ ποτε συμβαίη καὶ ὀνειρώττειν, παραχρῆμα ἀπεκάθηρεν λουτρῷ τὸ σῶμα. idque cum aversione fiebat, quod ἀποδιοπομπεῖσθαι dicebant, quia ad Jovem Ἀποτρόπαιον somnia mittebant, cum se lustrarent. Hesychius, Ἀποδιοπομπεῖσθαι, τὸν ἀποτρόπαιον ἐκτρέπεσθαι, ἐκπέμπεσθαι, μακρὰν ἀποκαθαίρεσθαι. Scribo, & distinguo, Ἀποδιοπομπεῖσθαι, ἀποτρέπεσθαι πρὸς τὸν ἀποτρόπαιον Δία, ἐκπέμπεσθαι μακράν, ἀποκαθαίρεσθαι. Ita locus ille & mutilus, & luxatus, penitus bene jam habet. D. HEINSIUS. *vivo se in antro* purgatam quod dicit Anna, recte ab eruditissimo Dausquejo contra Modium defenditur, assistentibus etiam membranis Anglicanis. Sic alius de antro tali poeta,

Herbida pumicibus sunt structa sedilia vivis.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. Rectius ex membranis optimis Modius *vivo in amni.* Interpres in omnes formas se vertit, ut huic correctioni obstrepat. Apud Maronem habes II. Aen. vers. 719. *donec me flumine vivo Abluero.* quae Silius haud dubie respexit. in flumine enim visa noctis ominosa diluebant. Sic Medea apud Valer. Flacc. lib. V. vers. 334. & seqq. Barthius tamen Interpreti accedit, quod nolim faceret. N. HEINSIUS. Dempsterus etiam ad Rosini II. Antiq. Rom. cap. II. *vivo in amne* conjecit. recte: nisi quod cum viris doctis ex membranis Coloniensibus *in amni* scribi velim, more antiquo, de quo supra vide ad lib. VII. vers. 368 Vivae aquae & vivi amnis in quacumque lustratione ut plurimum mentio fit. Apud Colum. lib. XII. cap. IV. *Quibus si fuerit operatus vel vir vel femina, debere eos flumine aut perenni aqua, priusquam penora contingant, ablui.* Praesertim vero in procuratione somnii. apud Valer. Flacc. lib. V. vers. 332.

Rapta toris primi jubar ad placabile Phoebi
Ibat, & horrendas lustrantia flumina noctes.

apud Propert. lib. IV. Eleg. IV. vers. 21.

Saepe illa immeritae caussata est omina Lunae,
Et sibi tinguendas dixit in amne comas.

ubi vide Passerat. & Broekh. etiam Barth. ad Statii IX. Theb. vers. 574. & 602. aliosque.

v. 126. *Pervecta ad litora*] An *praevecta*? ut lib. IV. vers. 51. *mutam harenam* autem dixit, quomodo Tullius de Natura Deorum, *Res inanimatas ac mutas.* auctor ad Herenn. *mutam & informem rem. speluncam mutam* Statius Achilleidos primo. N. HEINSIUS. *praevecta* conjicit N. Heinsius. vide ad lib. VI. vers. 43.

v. 133. *Cernere cuncta freta*] Maluerim *juncta freta*, propinqua, vicina. N. HEINSIUS. Eo sensu *junctus* est apud Claudian. I. in Rufin. vers. 350. *junctoque sequor tentoria curru.* Gunther. in III. Ligur. vers. 38. *Eridani placido junctissimus amni.* vide Gronov. ad Livii lib. XXII. cap. XX. & ad Statii VI. Theb. vers. 250. *coniunctus* dixit Silius lib. V. vers. 303.

Vidit conjuncto miscens certamina campo.

Saepe autem ita peccarunt librarii, ut pluribus exemplis infra docui ad lib. IX. vers. 641.

v. 134. *Hic Phrygiam vestem & baccatum induta monile*] Dona nempe haec erant illi ab Aenea data, cum primum Karthaginem venisset. Eorum meminit Virgil. I. Aen. vers. 647.

Munera praeterea, Iliacis erepta ruinis,
Ferre jubet; pallam signis auroque rigentem,
Ornatus Argivae Helenae; quos illa Mycenis
Extulerat.

& mox, *colloque monile Baccatum.* Pallam autem, quam Virgilius Helenam Mycenis Trojam attulisse dicit, Silius *Phrygiam vestem* vocat, quod eam Dido ab Aenea Phryge acceperat, unde ipse Virgil. eam *Iliacas vestes* vocat in IV. Aen. vers. 648.

Hic postquam Iliacas vestes notumque cubile
Conspexit.

Deinde *monile baccatum* est unionibus seu margaritis consertum. *bacca* enim ubique pro margarita ponitur. Proprie autem minuta ac rotunda arborum silvestrium poma notat, inde vero margaritas, quod & illae rotundae sint. vide Salmas. ad Solin. pag. 375. Alii ita distinguunt, ut *bacca* sit fructus arborum, *baca* vero unio. Vide Gifan. Observ. in ling. Lat. voce *Baca*, Torrent. ad Horat. Epod. VIII. vers. 13. & ex eo Dempster. ad Rosin. I. Antiq. Rom. p. m. 49. Ita Illustr. Heinsius hoc loco etiam unum *c* extrivit, ut sit *bacatum.* At supra quoque lib. III. vers. 596. *bacifero Sabino*, ubi nempe multae olivae crescunt, quidam edunt, & lib. XV. vers. 535.

Nulla mihi floret bacis felicibus arbor,

ut idem Heinsius edi voluit. sive itaque pro gemma, sive pro fructu arboris sumatur, semper *baca* scribendum putavit. Vide insuper Dausqueji Orthogr. parte II. hac voce, qui utroque modo scribi monuit.

v. 135. *Postquam illum infelix hausit*] *animo hauri-*

Sunt conſpecta, diem, & convivia mente reduxit,
Feſtaſque adventu menſas, teque ordine Trojae
Narrantem longos, ſe pervigilante, labores,
In portus amens rorantia lumina flexit.
[Atque haec ſparſa comam Divis in morte profudit:]
Di longae noctis, quorum jam numina nobis
Mors inſtans majora facit, precor, inquit, adeſte,
Et placidi victos ardore admittite manes.
Aeneae conjux, Veneris nurus, ulta maritum,
Vidi conſtructas noſtrae Karthaginis arces.
Nunc ad vos magni deſcendet corporis umbra.
Me quoque fors dulci quondam vir notus amore
Exſpectat, curas cupiens aequare priores.
Haec dicens, enſem media in praecordia adegit,
Enſem Dardanii quaeſitum in pignus amoris.
Viderunt comites, triſtique per atria planctu
Concurrunt: magnis reſonant ululatibus aedes.
Accepi infelix, diriſque exterrita fatis,

Ora

re Maronis eſt phraſis, pro penitus ei imprimere, & velut numquam obliterandum infigere. *ſimul haec animo hauri.* Ea notanda phraſis, ut poſſit intelligi Silius Italicus hoc loco, cum ſcribit, *Poſtquam illum infelix hauſit:* poſtquam illum d em mente hauſit; hoc eſt, animo ſuo reddidit. Vulgo iſta non capiuntur. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. XXI.

v. 140. *Atque haec ſparſa comam Divis in morte profudit*] Tibi tuas res habeto, quiſquis es, qui verſum hunc huc inſerſiſti. Silius emblematis tuis non utetur. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XXVIII. Fortaſſis *comam vicina morte profudit.* Sed ſatius fore opinor, ut ſcriptis codicibus accedamus & editioni Romanae atque Parmenſi, verſum totum hinc ablegantibus. N. HEINSIUS. Exulat etiam hic verſus ab editione Romana principe, Mediolanenſi, Marſi, & Martini Herbipolentis, quod ſatis oſtendit, non Silium, ſed Nicandrum ejus auctorem exiſtere, qui primus in editione Juntina protulit. Rectiſſime itaque a viris doctis pro ſpurio habitus eſt, multum licet contra nitente Doctiſſimo Dauſquejo.

v. 145. *Vidi conſtructas*] Verſus octoginta & plures proxime ſequentes uſque ad verſum 225. à vetuſtis abſunt exemplaribus. qui nunc leguntur, eos primus Andreas Aſulanus Aldi Manutii ſocer in editionem ſuam, anno MDXXIII. procuſam, invexit, depromtos, ut opinor, ex collectaneis criticis Jacobi Conſtantii, editis Fani anno MDVIII, qui eos ad Baptiſtam Guarinum e Galliis fuiſſe miſſos affirmat cap. XCII. An Silii ſint multum ambigo. N. HEINSIUS. Mimeſis manifeſta Maronis IV. Aen. verſ. 655.

Urbem praeclaram ſtatui, mea moenia vidi.

quem locum jam Marſus laudavit. Haud puto tamen, Silium acumen aliquod captaſſe in eo, quod *vidi* dicat, & non *video*, quaſi jam mox moritura, & non iterum viſura, ut Dauſquejus accepit.

v. 146. *Nunc ad vos magni deſcendet corporis umbra*] Hic iterum imitatur Virgilium IV. Aen. verſ. 654.

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Ita infra fere lib. X. verſ. 289. *nec manes tam parva intramus imago.* ubi plura vide.

v. 150. *Enſem Dardanii quaeſitum in pignus amoris*] Eo ſe gladio Dido interfeciſſe teſtatur etiam Virgil. IV. Aen. verſ. 646. quem hic imitatur,

Conſcendit furibunda rogos, enſemque recludit
Dardanium, non hos quaeſitum munus in uſus.

Ovid. Epiſt. VII. Heroid. verſ. 195.

Praebuit Aeneas & cauſſam mortis & enſem.
Ipſa ſua Dido concidit uſa manu.

& III. Art. Am. verſ. 49.

—— tamen hoſpes & enſem
Praebuit & cauſſam mortis, Eliſſa, tuae.

Eodem enſe armatam Dido in campis Elyſiis oberrare fingit Auſon. Edyll. VI. verſ. 37.

Parte truces alia ſtrictis mucronibus omnes
Et Thiſbe, & Canace, & Sidonis horret Eliſſa,
Conjugis haec, haec patris, & haec gerit hoſpitis enſem.

Idem etiam ante pedes Didonis jacebat Karthagini in templo ipſi ſacro, ubi ejus imago viſebatur, teſte Silio lib. I. verſ. 90.

Ipſa ſedet tandem aeternum conjuncta Sychaeo:
Ante pedes enſis Phrygius jacet.

v. 151. *Viderunt comites, triſtique* &c.] Pari modo Virgil. IV. Aen. verſ. 663.

—— atque illam media inter talia ferro
Collapſam.

Ora manu lacerans, lymphato regia cursu
Tecta peto, celsosque gradus evadere nitor.
Ter diro fueram conata incumbere ferro,
Ter cecidi exanimae membris revoluta sororis.
Jamque ferebatur vicina per oppida rumor.
Tum Cyrenaeam fatis agitantibus urbem
Devenio; hinc vestris pelagi vis appulit oris.
Motus erat, placidumque animum mentemque quietam
Troïus in miseram rector susceperat Annam.
Jamque omnes luctus omnesque e pectore curas
Dispulerat, Phrygiis nec jam amplius advena tectis
Illa videbatur. tacito nox atra sopore
Cuncta per & terras & lati stagna profundi
Condiderat, tristi cum Dido aegerrima vultu
Has visa in somnis germanae effundere voces:
His, soror, in tectis longae indulgere quieti,
Heu! nimium secura, potes? nec, quae tibi fraudes
Tendantur, quae circumstent discrimina, cernis?

Collapsam aspiciunt comites, ensemque cruore
Spumantem, sparsasque manus. &c.

v. 153. *Accepi infelix, dirisque* &c.] Iterum Silius Virgilium expressit IV. Aen. vers. 672.

Audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu
Unguibus ora soror foedans & pectora pugnis
Per medios ruit. &c.

De *lymphato cursu* vide supra ad lib. I. vers. 459.

v. 154. *Ora manu lacerans*] δρύπτουσα. unde ἀμφιδρυφὴς παρειὰς Homerus lugentium mulierum vocat. δρύπτειν enim παρειὰς est, quod in lege XII. tabularum *genam radere*. MVLIERES. GENAS. NE. RADVNTO. NEVE. LESSVM. FVNERIS. ERGO. HABENTO. D. HEINSIVS.

v. 155. *Celsosque gradus evadere nitor*] Et hic Silius Virgilii verbis usus est, qui IV. Aen. vers. 685. inquit, *sic fata gradus evaserat altos.*

v. 156. *Ter diro fueram conata incumbere ferro, Ter cecidi*] Cum ter quis nititur rem aliquam arduam conficere, apud poetas censetur extremas suas vires implorasse. Virgil. IV. Aen. vers. 690.

Ter sese attollens cubitoque innixa levavit,
Ter revoluta toro est.

De hoste humani generis Sedulius lib. II.

His quoque deficiens congressibus audet iniquus,
Ter sese attollens, animo perstare superbo;
Terque volutus humi fragili considere bello.

BARTHIUS lib. XXXIII. Advers. cap. IV. *diris exterrita fatis* praecesserat paullo ante; quare hic fortassis reponendum,

Ter Phrygio rueram conata incumbere ferro.

Sed, uti jam dixi, Silianos esse vix puto: nam illud, quod praecessit paullo ante, *magni descendet corporis umbra*, quam frigidum est! *magni nominis* dixisse voluit. N. HEINSIUS. Heinsii conjecturam *Phrygio ferro*, si versus sunt genuini, haud improbo. Pariter fere librariorum manus supra aberrasse putabat lib. VII. vers. 295. ubi, pro *dira cassis*, conjecit *Tyria cassis* scribendum. Sed potest etiam vulgata scriptura commode servari. Haud placet tamen, quod, pro *fueram*, emendari velit *rueram*, quamvis ita in libris scriptis nonnumquam peccaverint scriptores librarii. vide ad lib. VI. vers. 14.

v. 158. *Jamque ferebatur vicina per oppida rumor*] Hoc est, differebatur. sed *serebatur* praestet. apud Maron. Aen. XII. vers. 228. *Rumoresque serit varios.* N. HEINSIUS. Furius apud Macrob. VI. Saturn. cap. I.

Rumoresque serunt varios, & multa requirunt.

Curtius lib. VIII. cap. IX. *Ne otium serendis rumoribus natum aleret.* sic fama *spargi* dicitur lib. IV. vers. I.

Fama per Ausoniae turbatas spargitur urbes.

& eo sensu est *dedita fama* supra lib. I. vers. 186.

Hinc fama in populos jurati dedita belli.

ubi plura vide. *ferre* autem & *serere* in libris scriptis ubique confunduntur. vide N. Heinsium mox ad vers. 266. & quae notavi ad lib. V. vers. 235.

v. 159. *Tum Cyrenaeam fatis* &c.] Cellarius, nisi quaedam desint, nimis arte haec dici putat, cum plenius ea descripserit Ovidius III. Fastor. vers. 551. Sed omnino excidit viro Doctissimo, ipsum etiam Silium ea plenius supra describere vers. 54. adeoque breviter tantum haec addi, ut Anna Aenean doceret, qua via in Italiam devenerit.

v. 166. *Cuncta per & terras & lati.* &c.] Ita ad verbum Silius supra lib. VII. vers. 282.

Cuncta per & terras & lati stagna profundi
Condiderat somnus.

breviter Ovid. III. Fast. vers. 639. ubi etiam hanc

Ac nondum nostro infaustos generique soloque
Laomedonteae noscis telluris alumnos?
Dum coelum rapida stellas vertigine volvet,
Lunaque fraterno lustrabit lumine terras:
Pax nulla Aeneadas inter Tyriosque manebit.
Surge, age, jam tacitas suspecta Lavinia fraudes
Molitur, dirumque nefas sub corde volutat.
Praeterea (ne falsa putes haec fingere somnum)
Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus
Labitur, & leni per valles volvitur amne.
Huc rapies, germana, viam tutosque receptus.
Te sacra excipient hilares in flumina Nymphae,
Aeternumque Italis numen celebrabere in oris.
Sic fata in tenuem Phoenissa evanuit auram.
Anna novis somno excutitur perterrita visis,
Itque timor totos gelido sudore per artus.
Tunc, ut erat tenui corpus velamine tecta,
Prosiluit stratis, humilique egressa fenestra
Per patulos currit plantis pernicibus agros.
Donec harenoso (sic fama) Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.
Orta dies totum radiis impleverat orbem,
Cum nullam Aeneadae thalamis Sidonida nacti,
Et Rutulum magno errantes clamore per agrum,

Vicini

historiam narrat, dixit, *Nox erat.*

v. 172. *Ac nondum*] *At* Aldus & Constantius: opinor *An*, vel *Ah. nescis* in Gryphii editione. N. HEINSIUS.

v. 179. *Praeterea ne falsa*] Non sollicito quidquam: tamen indicandum arbitror, suspectam mihi esse vocem *Praeterea*, nihil enim ad praecedentia faciunt, quae sequuntur. Si codicis alicujus adstipularetur auctoritas, *Praevenias* aut tale quid Silio dignius esse arbitrarer. Sed haec somnia sunt. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. XXI. Vox *Praeterea* Barthio suspecta, qui reponi malit *Praevenias*. sed male. Sic & Maro non semel. N. HEINSIUS.

v. 179. *Ne falsa putes haec fingere somnum*] Iterum haec illa Maronis exprimunt in VIII. Aen. vers. 42.

Jamque tibi ne vana putes haec fingere somnum.

Unde haud multum abeunt ea Statii II. Theb. vers. 94.

Tunc senior, quae jussus, agit, neu falsa videri
Noctis imago queat.

& Coripp. Afric. I. de Laudib. Justini vers. 57.

Haec ne vana putes, aut credas omina fingi,
Accelera, manifesta loquor.

v. 189. *Humilique egressa fenestra*] Τὸ *egressa* non est nauci. quis enim Latine sic est locutus? *elapsa* vel quid simile erat dicendum. N. HEINSIUS. *Exsilit* dixit Ovid. III. Fastor. vers. 643.

Exsilit, & velox humili super arva fenestra
Se jacit.

unde hic locus effictus est.

v. 191. *Sic fama*] Sic supra lib. VI. vers. 631.

——— *tunc Arcadius (sic fama) locabat*
Inter desertos fundata palatia dumos.

lib. XII. vers. 98.

——— *cum bella timeret*
Dictaei regis, sic fama est, linquere terras
Daedalus invenit.

fama est infra dicit lib. XIII. vers. 86.

Fama est, intactas longaevi ab origine fani
Crevisse.

creditur, quod eodem redit, dixit Ovid. loco laudato vers. 645.

Corniger hanc cupidis rapuisse Numicius undis
Creditur, & stagnis occuluisse suis.

v. 194. *Sidonia*] *Sidonida* cum Aldino codice. N. HEINSIUS. Ita etiam Dausquejus scribendum monuit. mox vers. 199.

Inter caeruleas visa est residere sorores
Sidonis.

& supra vers. 70.

Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.

v. 195. *Et Rutulum magno errantes clamore per agrum*] Hic versus olet alienam manum, maximeque oportune abesse potest. Et cur tales magnopere defendamus, qui innumeris exemplis mona-

chorum

Vicini ad ripas fluvii manifesta sequuntur
Signa pedum, dumque inter se mirantur, ab alto
Amnis aquas cursumque rapit. tum sedibus imis
Inter caeruleas visa est residere sorores
Sidonis, & placido Teucros affarier ore.
Ex illo primis anni celebrata diebus
Per totam Ausoniam venerando numine culta est.
Hanc postquam in tristes Italûm Saturnia pugnas
Hortata est, celeri superum petit aethera curru,
Optatum Latii tandem potura cruorem.
Diva Deae parere parat, magnumque Libyssae
Ductorem gentis nulli conspecta petebat.
Ille, virûm coetu tum forte remotus ab omni,
Incertos rerum eventus bellique volutans,
Anxia ducebat vigili suspiria voce.
Cui Dea sic dictis curas solatur amicis:
Quid tantum ulterius, rex o fortissime gentis
Sidoniae, ducis cura aegrescente dolorem?
Omnis jam placata tibi manet ira Deorum,
Omnis Agenoridis rediit favor. eja, age, segnes
Rumpe moras, rape Marmaricas in proelia vires.
Mutati fasces. jam bellum atque arma Senatus
Ex inconsulto posuit Tirynthius heros:
Cumque alio tibi Flaminio sunt bella gerenda.

Me

chorum confidentiam jam olim adstruxerunt. BARTHIUS lib. III. Adversf. cap. XXI. Hunc versum Barthius adulterinum vocat. N. HEINSIUS.

v. 196. *Vicini ad ripas fluvii manifesta sequuntur &c.*] Ovidius III. Fastor. vers. 649.

Sidonis interea magno clamore per agros
Quaeritur: apparent signa notaeque pedum.
Ventum erat ad ripas: inerant vestigia ripae.

v. 197. *Ab alto Amnis aquas cursumque rapit*] *Amnis rapit aquas ab alto*, hoc est dicere, reducit & ad fontem revocat. Quare *sursum* quoque scribendum existimo. nam quid est *cursum & aquas rapere*, nisi id, quod semper in profluo amne contingit. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. XXI. Barthius scribit, *Amnis aquas sursumque rapit*. Sed quis sic locutus? N. HEINSIUS. Ovid. id exprimit III. Fastor. vers. 652.

Sustinuit tacitas conscius amnis aquas.

Recte vero pro vulgata scriptura stat Illustriss. Heinsius: nam *aquas cursumque* est aquae cursum, aquam currentem, ut passim apud poetas.

v. 201. *Primis anni celebrata diebus*] Idibus nempe Martiis. Ovid. III. Fast. vers. 523.

Idibus est Annae festum geniale Perennae
Haud procul à ripis, advena Tybri, tuis.

Mensis enim Martius antiquissimis temporibus Romanis anni initium erat.

v. 205. *Optatum Latii tandem potura cruorem*] Non placet hoc nobis, etsi in Graeco poeta tale quid lectum meminerim. potius *potitura*, utpote quae omnibus fatorum momentis immineat, ut Latio sanguini nocere possit. Illud absonum est, & matrona Jovis indignum. De Marte quidem non absimiliter lib. IX. vers. 528. *quantisque furens se caelibus implet.* Sed ejus numen aliud. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. XXI. *Latiis* editio Constantii. pro *potura cruorem* malit Barthius *potitura*, me nolente. in *potitur* enim secundam syllabam corripi à probatis auctoribus recordor, in *potitus* aut *potiturus* non memini. N. HEINSIUS.

v. 208. *Coetu tum forte remotus ab omni*] λιασθεὶς Homero. D. HEINSIUS.

v. 210. *Vigili suspiria voce*] *vigili nocte* opinor. N. HEINSIUS. Hae voces & alibi inter se commutantur. vide Douzam patrem & Jan. Broekhuf. ad Propert. lib. III. eleg. XX. vers. 20.

v. 214. *Manet ira Deorum*] Ni fallor, *namque ira Deorum*. N. HEINSIUS.

v. 217. *Jam bellum atque arma Senatus Ex inconsulto posuit Tirynthius heros*] Hoc est, Fabius ex male consulto Senatusconsulto posuit magistratum. Fabius ad Herculem genus referebat. Silius lib. II. vers. 3. *Fabius, Tirynthia proles, Tercentum numerabat avos. bellum atque arma* Siliana est phrasis cura versus

sus

Me tibi, ne dubites, summi matrona Tonantis
Misit. ego Oenotris aeternum numen in oris
Concelebror, vestri generata e sanguine Beli.
Haud mora sit: rapido belli rape fulmina cursu,
Celsus Iäpygios qua se Garganus in agros
Explicat. haud longe tellus. huc dirige signa.
[Haec, ut Roma cadat, sat erit victoria Poenis.]
Dixit, & in nubes humentia sustulit ora.
Cui dux, promissae revirescens pignore laudis:
Nympha, decus generis, quo non sacratius ullum
Numen, ait, nobis, felix oblata secundes.
Ast ego te, compos pugnae, Karthaginis arce

Marmoreis

sus explendi, de qua cum aliis ad libr. XVII. infra quaedam fortasse adjungemus. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. XXI. Forte, *arma Sanatus En ex consulto posuit*. Senatusconsulto arma posuit, vel, *Ecce e consulto*. quamquam vulgatam scripturam nititur interpretari Barthius. N. HEINSIUS. Malim cum Barthio *Senatus Ex inconsulto* capere ex Senatusconsulto, sed inconsulto & temerario. *bellum* autem *atque arma* si Silius junxit, ut versum expleret, magnum habet auctorem, cujus exemplo hanc tautologiam defendat & probet, Maronem nempe, qui ea etiam jungit I. Aen. vers. 544.

Rex erat Aeneas nobis, quo justior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.

v. 221. *Oenotriis oris*] *Oenotris* scribendum. & sic Aldus. Dicemus lib. IX. vers. 473. N. HEINSIUS. Recte. nam secunda syllaba longa est: Graeci enim dicunt Οἰνωτρία. vide N. Heinsium etiam infra ad lib. XIII. vers. 51.

v. 223. *Rapido belli rape fulmina cursu*] *fulmina belli* non sunt mutanda in *flumina*. Alluditur enim illud Virgilianum, *Caesar dum magnus ad altum Fulminat Euphratem*. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. XXI. *flumina* Interpres, quod jure improbat Barthius. Sed nec placet *rapido rape cursu*. ineptissimum. N. HEINSIUS. *veluci cursu rapere* supra dixit lib. VII. vers. 116.

Talia vociferans veluci rapit agmina cursu,

Recte deinde pro vulgata scriptura contra Dausquejum stant viri docti. *belli fulmina* Silius vocavit milites Punicos, quibus Hannibal omnia tamquam fulmine prostravit. Ita Silius Scipiadas *fulmina* Romanorum vocavit lib. VII. vers. 106.

Heu! ubi nunc Gracchi, atque ubi nunc sunt fulmina gentis
Scipiadae?

ubi plura vide.

v. 224. *Qua se Garganus*] *ubi se* apud Constantium. N. HEINSIUS.

v. 226. *Haec, ut Roma cadat, sat erit victoria Poenis*] Libri manuscripti, qui Oxonii in Anglia asservatur, alia mens est. Nam versum hunc non agnoscit, & postea legit *viventia sustulit ora*. Ego in ejus gratiam nihil omittendum existimo, nihilque, quod bene Latinum est, immutandum. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. V. Non agnoscunt hunc versum Coloniensis, Oxonius & Puteaneus, & tollendum esse censeo, cum & ab editionibus priscis absit. N. HEINSIUS. Omnes priores ante Aldinam editiones hunc versum non habent; apparet effictum esse ad imaginem illius lib. VII. vers. 233.

Una, ut debellet, satis est victoria Poeno.

v. 227. *In nubes evanida sustulit ora*] Nescio, quis procuderit nobis hanc lectionem, certe in Aldina & Romana editione ac duobus scriptis *viventia ora* occurrunt. scribe *uventia sustulit ora*; idque Gronovio jam praevisum Diatribe Statiana. Sic saepe alias noster. neque aliter Gryphianus codex: in Coloniensi *amentia*, hoc est, *umentia*. vide annotata lib. III. vers. 522. N. HEINSIUS. Wolfius est, qui in editione sua Basileensi primus hanc nobis lectionem procudit, quam & receperunt Colinaeus, D. Heinsius, Dausquejus, & Cellarius: in reliquis vero libris est *viventia ora*; pro quo viri docti *uventia* malunt: quae vox infinitis locis cum *humentia* à librariis confunditur, (eam enim in animo habuit scriptor codicis Coloniensis, quamvis calami errore *amentia* dederit,) vide infra ad lib. IX. vers. 30.

v. 229. *Nympha, decus generis, quo non sacratius ullum Numen, ait, nobis, felix.*] Impeditiora sunt haec; & quid ni, cum salutatio numinis obliterata sit? Scribe, *quo non sacratius ullum Numen, ave, nobis felix*. Nunc, ait, salve felix augurio nostro numen. Quod si pugna potitus fuero, tum te consecrabo templo Karthaginis. Ita vovebant, ut in epigrammate Ausonii & aliis. *genus* dicit stirpem Beli, nam inde oriunda erat Anna, ut ipsamet jactat supra vers. 222.

Concelebror vestri generata è sanguine Beli.

Sed & Hannibal inde genus ducebat. Initio hujus libri vers. 31.

Hannibal a nostro nomen memorabile Belo.

Sane ab Hannone & Belo id nomen compositum suspicor. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. I.

v. 230. *Felix oblata secundis*] Immo *secundes*, quidquid obnituntur codices vetusti. Perperam Barthius

Marmoreis ſiſtam templis, juxtaque dicabo
Aequatam gemino ſimulacri munere Dido.
Haec fatus ſocios ſtimulat tumefactus ovantes:
Pone graves curas tormentaque lenta ſedendi,
Fatalis Latio miles. placavimus iras
Coelicolûm: redeunt Divi. finita maligno
Hinc Fabio imperia & mutatos Conſule faſces
Nuntio. nunc dextras mihi quiſque atque illa referto,
Quae Marte excluſus promittere magna ſolebas.
En, numen patrium ſpondet majora peractis.
Vellantur ſigna, ac Diva ducente petamus

Infauſtum

thius *Numen, ave, nobis.* N. HEINSIUS. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus praeterea *optata ſecundes* ſcribendum conjicit, vocesque *oblatus* & *optatus* pariter confundi docuit in MStis Naſonis III. Metam. verſ. 246. *felix* autem eſt propitius. Virgil. ecl. v. verſ. 65. *Sis bonus, o, felixque tuis.*

v. 232. *Marmoreis ſiſtam templis*] Forte, *ſtatuam.* N. HEINSIUS. Sic infra lib. XII. verſ. 751.

Nunc Anienicolis ſtatuunt altaria Nymphis.

templum ſtatuere Ovid.

Nec tibi de Pario ſtatuam, Germanice, templum
Marmore.

Auſon. de claris Urb. carm. XIII.

Aurea qui ſtatuit Capitoli culmina Caeſar.

Similiter infra peccarunt librarii lib. XV. verſ. 637.

v. 233. *Aequatam gemino ſimulacri numine Dido*] *ſimulacri munere* ſcribo: & ſic editio Romana. in eadem & Puteaneo libro *Aequantem*, editio Parmenſis *Aequante*, & praeterea, *manere.* N. HEINSIUS. Recte vir Illuſtriſſimus *ſimulacri munere*, nec aliter editio Romana princeps & Mediolanenſis. Ita ſaepe turbatur in membranis vetuſtis. infra verſ. 245. pro *plebeji muneris oſtro*, perperam eaedem editiones *plebeji numinis* habent. apud Naſon. VI. Metam. verſ. 443. *magni mihi muneris inſtar Germanam vidiſſe dabis.* Ita fortaſſe legendum: editur nunc *magni numinis.* Apud Valer. Max. lib. I. cap. VII. ex I. olim edebatur, *Quid ergo aliud putamus, quam divino munere effectum?* unus codex Traject. habet *divi numine*, idque in vetuſto libro invenit Lipſius, qui *divino numine* reponebat: quod ipſum in alio MS. Trajectino exſtat, & Colerus ex veteri editione protulit & probavit. Plura ejuſmodi exempla ſuppeditabunt notae Illuſtriſſimi Heinſii ad Naſon. I. Metam. verſ. 411. ad XIV. Met. verſ. 594. ad XV. Met. verſ. 47. ad VI. Faſt. verſ. 92. ad I. Triſt. eleg. II. verſ. 8. ad II. Triſt. verſ. 295. & ad Silii lib. XIII. verſ. 633. vide etiam Barth. ad Statii V. Theb. verſ. 727. Pro *aequatam* autem Romana princeps habet *Aequam te*, Mediol. *Aequante*, & Marſi editio *Aequatam te.*

v. 234. *Haec fatus ſocios ſtimulat tum feſtus ovantes*] Merito haec Interpretem offendunt. Sed nulla, niſi unius literae, mutatione opus eſt:

Haec fatur, ſocios ſtimulat tum feſtus ovantes.

Illius feſta facies ovantes faciebat milites. Eſt autem Maronianum ex III. Aen. *cuncti dictis paremus ovantes.* quo loco viſe Servium. In MS. Oxonienſi eſt *tum factus*, ut *tumefactus* legendum ſuſpiceris. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. I. *ovanſque* Veneta editio: Interpres caſtigat *feſtinus ovanſque. tum fatus ovantes* in Puteaneo, in Colonienſi & Oxonio & editione Romana *tum factus ovantes.* Nimirum corrige, *ſocios ſtimulat tumefactus ovantes. augurio tumefactus.* Male Barthius,

Haec fatur, ſocios ſtimulat tum feſtus ovantes:

cui & *tumefactus* in mentem venerat: ſed non conſtituit ſibi. Propert. lib. III. eleg. IV. verſ. 3.

Dum me laetitia tumefactum ludis inani.

N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediol. editione eſt *tunc fatus.* Dauſquejus corrigebat, *ſocios ſtimulat feſtinus ovanſque*, vel *ovatque*, vel *ſtimulatum it feſtus ovantes.*

v. 236. *Placavimus iras Coelicolûm*] *omnes Coelicolûm* Colonienſis: *omen Coelicolûm* opinor. Tibull. lib. III. eleg. IV. verſ. 9. *omina noctis Farre pio placant.* N. HEINSIUS. Nihil muto. Illud enim Hannibal hac oratione militibus annuntiat, quod antea ex Anna acceperat, quae ſimiliter ait verſ. 214.

Omnis jam placata tibi manet ira Deorum.

Forte gloſſator ad τὸ *iras* in margine notavit *omnes*, ut ſit, omnes iras placavimus, reſpiciens ad Silii locum modo laudatum: & hinc nata eſſe poteſt lectio Colonienſis codicis, *placavimus omnes Coelicolûm*; Certe Heinſii *omen Coelicolûm* hic non videtur admittendum.

v. 237. *Redeunt Divi*] Rebus adverſis Deos abſcedere dicebant veteres. Virgil. II. Aen.

Exceſſere omnes, adytis ariſque relictis,
Di, quibus imperium hoc ſteterat.

Horat. lib. I. od. XIV.

——— *non tibi ſunt integra lintea,*
Non Di, quos iterum preſſa voces malo.

ita hic laetis redire. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. I. Vide infra ad lib. XII. verſ. 517.

v. 239. *Mutates Conſule faſces*] *mutate Conſule* malim. N. HEINSIUS.

v. 240. *Quae Marte excluſus inique*] *cluſus* Colonienſis.

Infaustum Phrygibus Diomedis nomine campum.
Dumque Arpos tendunt instincti pectora Poeni,
Subnixus rapto plebeji muneris ostro,
Saevit jam Rostris Varro, ingentique ruinae
Festinans aperire locum, fata admovet Urbi.
Atque illi sine luce genus, surdumque parentum
Nomen, & immodice vibrabat in ore canoro
Lingua procax. hinc auctus opes, largusque rapinae
Infima dum vulgi fovet, oblatratque Senatum,
Tantum in quassata bellis caput extulit urbe,
Momentum ut rerum & fati foret arbiter unus,
Quo conservari Latium victore puderet.

Hunc

niensis. N. HEINSIUS.

v. 243. *Infaustum Phrygiis Diomedis nomine campum*] Melior scriptura prisca est *Phrygibus*, & quidem per *F*, non Graecam literam. Et sic scribitur in eodem codice infra quoque vers. 361.

Quos Castrum, Frygibusque gravis quondam Ardea misit.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *Phrygibus* bene codices scripti, & cum iis Barthius. N. HEINSIUS. Eadem lectionis diversitas est etiam apud Maron. II. Aen. vers. 191. ubi etiam Pierius *Phrygibus* emendatiorem omnino lectionem vocat.

v. 244. *Instructi pectora Poeni*] *instructi pectora* prudentiam ducis notat. Hannibal enim astu & prudentia omnia gerebat, contra impetu audaciaque Varro. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. *instincti* bene Coloniensis. Sic lib. XII. vers. 519. ex scriptis, *Instincti glomerant gressus.* ubi pari modo peccatur. lib. IV. vers. 231. *instinctus strage suorum Inferias caesis mactat.* & lib. XV. vers. 135. ex iisdem scriptis,

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra pericli
Pectora subrepit terror.

Statius Theb. I. *votis instincta paternis.* Lucan. lib. V.

Instinctam sacro mentem testata furore.

Barthius *instructi pectora* immerito tuetur. N. HEINSIUS. Liv. lib. IX. cap. XL. *His Cursor vocibus instinctos milites in proelium ducit.* Ovid. V. Fastor. vers. 597.

Talibus instinctus solio privatus in alto
Sederat.

ubi in MSS. Nasonianis similem diversitatem esse monuit me Celeberrimus Burmannus. Veram hujus loci Siliani scripturam vidit olim etiam Vir summus in Diatr. Statiana cap. LIV. ubi & τὸ *subnixus ostro*, quod versu seq. legitur, erudite exposuit.

v. 246. *Saevitiam Rostris Varro*] Haeremus in hoc loco: quid enim est *Saevitiam Rostris aperire?* Suspicor scribendum potius, *Servitium.* Nam illas artes Varronis fuisse, ut Senatum proculcando plebem quasi manciparet sibi, infra confirmat his verbis Silius:

Infima dum vulgi fovet, oblatratque Senatum,
Tantum in quassata bellis caput extulit urbe,
Momentum ut rerum & fati foret arbiter unus.

BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. Coloniensis *Saevit jam Rostris Varro*, quomodo & Gronov. Diatr. Statianae cap. LIV. *Servitium* parum apposite Barthius hic inculcavit. N. HEINSIUS. Cum Barthio fere facit Oxon. liber, in quo *Serviciam Rostris.* sed optime viri docti, divisis vocibus, quae pessime in unum coaluerant, *Saevit jam Rostris.* Varronis enim conciones feroces intelligit, quibus nobilium famam lacerabat, de quibus videndus est Livius lib. XXII. cap. XXXVIII.

v. 247. *Fata admovet Urbi*] Parissime hoc effertur à Manilio: neque aliter Horat. lib. I. carm. III. Et exinde capiendum, quod Roma Cannensi clade pene eversa est. Ita supra Anna Hannibali dixit:

Haec, ut Roma cadat, sat erit victoria Poeno.

BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I.

v. 248. *Surdumque parentum Nomen*] *surdum* Silio est τὸ τυχὸν & τὸ εὐτελὲς, & quod nullius pretii est; in quo, ut in reliquis, ὁμηρίζει. Sic ille Iliados Λ. vers. 390.

Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

Sic supra lib. VI. vers. 74. *haud surda tractarat proelia fama.* Nec a more Sophocleo, qui Oedipo Coloneo κωφὰ ἔπη dixit, τὰ ψυχρὰ, καὶ εὐτελῆ, καὶ οὐδὲν σαφὲς ἔχοντα. D. HEINSIUS. *Caecus* significat obscurum, ἀόρατον. Vide infra ad lib. X. vers. 235. Eadem significatione hoc loco venit & *surdus*, & apud Statium IV. Theb. vers. 359. *surdum atque ignobile muros Firmat opus.* *mutus* quoque, ut alibi notamus. BARTHIUS lib. XXXIII. Advers. cap. III. Propertius lib. I. eleg. VII. vers. 17.

Longe castra tibi, longe miser agmina septem
Flebis in aeterno surda jacere situ.

ubi alia exempla notavit elegantissimus Broekhusius. Statius lib. I. silv. IV. vers. 19. *quamquam mihi surda sine illo Plectra.* Plin. XXII. Hist. Nat. cap. II. *Interim fortius augetur auctoritas: quae quanta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus, herbis, perhibebitur.* Vide Barth. ad Statii IV. Theb. vers. 359.

v. 249. *In ore canoro*] *sonoro* editio Aldina, *canoro* Colon. codex. *vibrarat* etiam Oxonius & editio Rom. N. HEINSIUS.

v. 251. *Intima dum vulgi fovet*] Lege *Infima.* BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. *Infima*, si quid video:

Hunc Fabios inter, sacrataque nomina Marti
Scipiadas, interque Jovi spolia alta ferentem
Marcellum, fastis labem suffragia caeca
Addiderant, Cannasque malum exitiale fovebat
Ambitus, & Grajo funestior aequore campus.
Idem, ut turbarum sator, atque accendere sollers
Invidiam, pravusque togae, sic debilis arte
Belligera, Martemque rudis versare, nec ullo
Spectatus ferro, lingua sperabat adire
Ad dextrae decus, atque e Rostris bella ciebat.
Ergo alacer, Fabiumque morae increpitare professus,
Ad vulgum in Patres & ovantia verba ferebat.

video: idque Barthio etiam non displicebat. Pro *auctus opes*, sunt, qui reponant *opum*. sed est Graecismus. N. HEINSIUS.

v. 251. *Oblatratque Senatum*] Vossius ad marginem editionis Juntinae conjecerat *oblatratque Senatu*, pro *Senatui*; de quo vide Ger. Joh. Vossium IV. Art. Gramm. cap. XVIII. Sed nihil muto. ita *allatrare* cum quarto casu est infra vers. 292. *nigro allatraverat ore Victorem invidia*. & simplex *latrare* apud Gellium lib. VII. cap. I. *Canes, semper in alios saevientes, neque latrarent eum, neque incurrerent.*

v. 253. *Momentum ut rerum foret*] *Momentum rerum* est, ad cujus pondus inclinat lanx, dubia antea. Lucanus de Curione lib. IV.

Momentumque fuit mutatus Curio rerum.

BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. I.

v. 258. *Cannisque malum exitiale fovebat Ambitus*] *Cannasque* ex scriptis & Romana, Parmensi, atque Aldina editione. Cannas *malum exitiale* vocat, ut lib. I. vers. 50. *Cannas tumulum Hesperiae*. N. HEINSIUS. *Cannisque* primum habuit editio Wolfii Basileensis, eamque expresserunt Colinaeus, D. Heinsius, Dausquejus, & Cellarius; in reliquis fere omnibus *Cannasque* est, quod recte vindicavit N. Heinsius.

v. 262. *Nec ullo Spectatus ferro*] *nec ulli* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 266. *Ad vulgum in Patres & ovantia verba ferebat*] Sane perspicue verum est, moram etiam facere copulam in his. Quod vero Interpres *resonantia* reponit, non est ineptum. Ita enim supra de eodem noster Silius, *immodice vibrabat in ore canoro Lingua procax*. tamen minus, quam pro re, infert. in scripto codice est *ut ovantia*. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. I. Locus pessime affectus. Nam τὸ *&* manifeste redundat. Praeterea nihil sunt *ovantia illa verba*. Vidit quoque Interpres ulcus inveteratum, sed medelam infeliciter admovit, reponendo *resonantia verba*, etsi Barthio haud improbante. Corrigendum minima mutatione,

Ad vulgum in Patres petulantia verba ferebat.

ferebat, inquam, praeter *petulantia verba*, de quo post videbitur. scriptum fuerat a festinante librarii manu *& oulantia verba*, inde perperam *& ovantia* profluxit, in Oxonio codice *ut ovātia*. *verba petulantia* non urbana aut dicacia, sed contumeliosa, ac proinde legibus apud Romanos vetita, quod paullo fusius persequemur. quid intersit inter verba sive dicta petulantia & urbana docet nos Tullius Oratione pro Coelio cap. III. *Maledictio nihil habet propositi praeter contumeliam, quae si petulantius jactatur, convicium; sin facetius, urbanitas appellatur.* Idem de Oratore libro secundo cap. LXXV. *Illud adsequor, ut si qui forte mihi maledicat, petulans, aut sane insanus esse videatur.* & rursus pro Muraena. *Dictum petulans in vita nullum proferatur.* *Petulantia* igitur *verba* pro conviciis posuit hic loci Silius. Glossae veteres, *Petulantia*, ἀναιδεία, προπέτεια. Sic scribe, non προτίτεια. eaedem, *Petulans*, προπαλὴς, ἰταμὸς, ἀνάγωγος. perperam & illic προπάλης legebatur. aliae, *Petulans*, ὑβριστής. Apposite & ad rem omnino Gellius Noct. Attic. VI. cap. XI. *Verba sunt Metelli adversus Cn. Manlium tribunum plebei, a quo apud populum in concione lacessitus jactatusque* (leg. *laceratusque*, vel *agitatusque*) *fuerat dictis petulantibus.* Idem Gellius Noct. Attic. I. cap. XV. *Petulantiae verborum coercendae vallum esse oppositum dentium luculenter Homerus dixit.* lib. III. cap. III. *Cum delicta sua & petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.* Denique lib. X. cap. V. in lemmate, *Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appii Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.* Plura illic ad rem in ipsa rei gestae narratione exhibentur. Petronius. *Sed lorum de pera solvit, & me coepit non perfunctorie verberare, adjectis etiam petulantibus dictis.* Dictys Cretensis de Hecuba libro V. *Sepulcrum ejus appellatur Cynos sema, ob linguae protervam impudentemque petulantiam.* Auctor adversus Ciceronem, qui sub Sallustii nomine circumfertur. *Petulantissimis verbis laedere unum, laudare alium.* Id ebriosis sollemne vitium. Paris apud Nasonem,

Quin etiam, ut verbis possem petulantius uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.

Hinc igitur & *petulans convicium* Paterculo lib. II. de Sulla. *Primus ille, & utinam ultimus, exemplum proscriptionis invenit, ut, in qua civitate petulantis convicii judicium histrioni exsecto redditur, in ea jugulati*

Vos, quorum imperium est, Consul praecepta modumque
Bellandi posco. sedeone, an montibus erro,
Dum mecum Garamas & adultus corpora Maurus
Dividit Italiam? an ferro, quo cingitis, utor?
Exaudi, bone Dictator, quid Martia plebes
Imperitet. pelli Libyas, Romamque levari
Hoste jubet. num festinant, quos plurima passos
Tertius exurit lacrimosis casibus annus?
Ite igitur, capite arma, viri. mora sola triumpho
Parvum iter est. quae prima dies ostenderit hostem,
Et Patrum regna & Poenorum bella resolvet.
Ite alacres, Latia devinctum colla catena
Hannibalem, Fabio, ducam, spectante, per Urbem.

Haec

civis Romani publice constitueretur auctoramentum. Ita castigavit illum locum vir summus Claudius Puteanus, cum in vetusto codice esset, *reip. constitueretur.* Nec sane opus, cum de ipsa Roma agatur, τῷ *Romani*; quare repono, *in ea jugulati civis reu publice constitueretur auctoramentum.* Praeterea, cum vetus Vellej scriptura exhibeat *judicium historiarum ex alto*, scribendum, *histrioni rarum ex alto redditur. ex alto*, post longam disquisitionem. Sic apud Maronem, *Quid caussas petis ex alto.* Sallustius de ordinanda Republica. *Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitatum tibi in promtu sit.* Colum. lib. III. cap. VII. *quo magis nobis ex alto repetita compluribus exemplis firmanda ratio est.* Calpurn. Ecl. III.

Altius ista querar, si quando vocabis sola.

Serere ad vulgum, quomodo apud Livium lib. III. *Mentionem alicujus rei serere ad vulgus. Crimina serere in Senatum* eidem lib. IV. *serere sermones, lites, jurgia*, aliaque id genus complura apud Comicos. Apud nostrum lib. XV. vers. 283.

Haec atque his paria alterno sermone serebant.

Sic castigandum, nam in scriptis *ferebant*, in vulgatis *requirunt.* Hausit ex Maronis sexto, ubi pari modo castigandum ex optimis membranis,

Multa inter sese vario sermone serebant.

Senec. in Medea vers. 26.

——— *querelas verbaque incassum sero.*

dicta serere apud Statium Hercule Surrentino,

——— *nunc ipso in limine cerno*
Solventem curas & talia dicta serentem.

ita & eo loco reponendum. *Sator turbarum* paullo ante apud nostrum habuimus. Sed & apud Statium pari modo peccatur VI. Theb. sub exitum, ubi scribe,

Multa duces errore serunt, hi nubila & altos
Occurrisse Notos; adverso roboris ictu
Tela repulsa alii.

Senec. in Medea, *quid seris fando moras.* N. HEINSIUS. *petulantia verba*, ut apud Propert. lib. I. eleg. XVI. vers. 37.

Te non ulla mei laesit petulantia linguae.

Cic. II. ad Attic. Epist. XIX. *Ludis Apollinaribus Diphilus Tragoedus in nostrum Pompejum petulanter invectus est.* Gellius I. Noct. Attic. cap. XVII. *Ut ceterorum quoque foris petulantiam & injuriam facilius feram.* Phaedr. lib. III. Fab. XI.

Qui, super obscoena dicta & petulans jurgium,
Damnum insectatus est amissi corporis.

Quibus locis *petulantia* de maledicentia dicitur, ut jam vir Illustrissimus docuit. & tales omnino erant Varronis ad populum conciones, *denuntiantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus reipublicae, si plures Fabios imperatores haberet*, teste Livio lib. XXII. cap. XXXVIII. Deinde *serere verba*, ut apud Plaut. in Curcul. act. I. sc. III. vers. 37. *quod quidem mihi polluctus virgis servos sermonem serat.* Auson. Idyll. XVII. vers. 13.

Conjugia & nati cum patribus ista quietis
Verba serunt studiis, salva pietate loquentes.

Livius lib. XXXIV. cap. LXI. *Certos homines quotidie cum eo colloquia serere. conserere* dixit Statius lib. II. silv. I. vers. 5.

Jam egomet cantus & verba medentia saevus
Consero.

Curtius lib. VIII. cap. XII. *Sine interprete non poterat conseri sermo.* Appulejus I. Metam. in principio, *At ego tibi sermone isto Milesio varias fabulas conseram.* ubi vide Pricaeum. Saepissime supini librarii voces *serere* & *ferre* confuderunt inter se. vide N. Heinsium supra ad lib. III. vers. 365. lib. V. vers. 235. lib. VIII. vers. 158. & alibi: etiam Zinzerl. in Prom. Crit. cap. XX.

v. 268. *Sedeone an montibus erro*] Scribe, *sedeone ac montibus erro.* N. HEINSIUS.

v. 269. *Adustus corpore Maurus*] Cum scriptis & Romana editione ac Parmensi *adustus corpora*, eleganti Graecismo. N. HEINSIUS. Non aliter etiam Romana princeps & Mediol. editio.

v. 271. *Quid Martia plebes Imperitet*] *Martia pubes* in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Etiam ita aliae ex veterrimis editionibus: sed nihil muto.

Liv.

Haec postquam increpuit, portis arma incitus effert,
Impellitque moras, veluti cum carcere rupto
Auriga indocilis totas effundit habenas,
Et, praeceps trepida pendens in verbera planta,
Impar fertur equis; fumat male concitus axis,
Ac frena incerto fluitant discordia curru.
Cernebat Paullus (namque huic communia Campus
Jura atque arma tulit) labi, mergente sinistro
Consule, res, pessumque dari: sed mobilis ira
Turbati vulgi, signataque mente cicatrix
Undantes aegro frenabat corde dolores.
Nam cum perdomita est armis juvenilibus olim
Illyris ora viri, nigro allatraverat ore

Victorem

Liv. lib. vi. cap. xxxii. *Cui succumbere oneri coacta plebes.* & infinitis aliis apud eum locis. Saepissime ita etiam Sallustius. Sic & Lucan. lib. iii. vers. 58. *nescit plebes jejuna timere.* ubi male in nonnullis codicibus etiam *pubes.* lib. ix. vers. 254.

Indiga servitii fervebat litore plebes.

Statius ix. Theb. vers. 276. *Deest servisio plebes.* Claudian. iii. de Laud. Stilic. vers. 191.

——— *Martia plebes*
Te dominum, Bruto non indignante, fatetur.

Vide Rittersh. ad Guntheri Ligur. lib. ii. vers. 305. N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. v. vers. 386. & eruditos Interpretes ad Phaedri lib. iv. fab. v. Voces *pubes* autem & *plebes* alibi etiam turbantur. vide infra ad lib. xiv. vers. 281.

v. 272. *Bello Libyes Romamque levari Hoste jubet*] Scribo, *pelli Libyas, Romamque levari Hoste jubet*, &, quare scribam, res clamat. MODIUS Novant. Lection. Epist. xxviii. *bello & hoste levari* idem est negotium; quare Modiana correctio nequaquam nobis insuperhabenda erit, *pelli Libyas, Romamque levari Hoste jubet.* Accedit MS. liber, in quo *pello Libyas* scriptum superest. Tamen nec ita suspicione cedo, aliud quid, *Latium* nimirum, aut tale, Libyis opponi. BARTHIUS lib. iii. Advers. cap. i. *pelli Libyas* ex Coloniensi Modius. recte. *Libyas* etiam in ceteris libris vetustis. Interpres hic denuo odiosus est. Deinde *Hoste jubent* Oxonius, qui & *pello Libyas*, pro *pelli.* N. HEINSIUS.

v. 274. *Tertius exurit lacrimosis casibus annus*] Pro *Tertius exurit*, nil aliud reponendum. vide Gronovium ad Phoeniss. Senec. vers. 560. & hoc loco Interpretem. Possis tamen & *exhaurit.* N. HEINSIUS. Quamvis *exhaurire* nonnumquam in *exurere* mutatum sit, ut infra dicam ad lib. x. vers. 379. nihil tamen hic mutandum. supra lib. i. vers. 678.

Exuri bello Karthaginis arva jubebat.

mox vers. 581. *exustae Poeno mox Marte Cerillae.* Ita pro *exhaustae* conjiciebat N. Heinsius, sed nec illic vulgatum muto. lib. xv. vers. 540.

Perpetiar miseras quaerentem exurere belli
Reliquias.

Claudian. ii. in Eutrop. vers. 273.

Talem sum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permisere Dei.

Liv. lib. xxviii. cap. xliii. *Quum diu Sicilia Punico bello ureretur.* lib. xxxii. cap. xxi. *Tamquam non intestino & haerente in ipsis visceribus uramur bello.*

v. 275. *Ite igitur, capite arma, viri*] Putabam aliquando, *Ite, agite, arripite arma, viri.* lib. vi. vers. 209. *Ocius arma rapi.* N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. iv. vers. 98.

v. 278. *Devinctum colla catena*] *devictum* Coloniensis. Forte, *destrictum.* N. HEINSIUS. Nihil muto. Infra lib. ix. vers. 634.

——— *quem vinctum colla catenis*
Staturum ante tuos currus promisimus Urbi.

Coloniensis libri scriptura aperte falsa est. Ita saepe peccasse librarios supra monui ad lib. vi. vers. 348.

282. *Auriga indocilis totas effundit habenas*] *effudit* Coloniensis. N. HEINSIUS. Infra lib. xvi. vers. 33[illegible]

At quis interior cura & prudentia Circi
Altior, effusas primo certamine vires
Damnare, & cassis longe increpitare querelis
Indispensato lassantem corpora nisu.

v. 283. *Trepida pendens in verbera planta*] Ad imitationem illius Maroniani v. Aen. vers. 147.

Nec sic immissis aurigae undantia lora
Concussere jugis, pronique in verbera pendent.

& x. Aen. vers. 586. *pronus pendens in verbera telo Admonuit bijugos.* Sic & Iscan. v. bell. Troj. vers. 168.

——— *suspensus in ictus*
Fallit harena pedes, & inanes excipit ausus.

v. 284. *Fumat male concitus axis*] Putabam aliquando *titubat. nutat* opinor. Adi annotata lib. iv. vers. 818. N. HEINSIUS.

288. *Mobilis ira*] *ira est* Colon. & Putean. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum.

v. 292. *Illyris ora, nigro tunc allatraverat ore*]

Illyris

Victorem invidia, & ventis jactarat iniquis.
Hinc inerat metus & durae reverentia plebis.
Sed genus admotum Superis, summumque per altos
Attingebat avos coelum. numerare parentem
Assaracum retro praestabat Amulius auctor,
Assaracusque Jovem: nec, qui spectasset in armis,
Abnueret genus. huic Fabius jam castra petenti:
Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
Ductore, invitus vocem hanc e pectore rumpam,
Frustraris, Paulle, Ausoniam. te proelia dira,
Teque hostis castris gravior manet: aut ego multo
Nequidquam didici casus praenoscere Marte.
Spondentem audivi, (piget, heu! taedetque senectae,

Si

Illyris ora viri, nigro allatraverat ore.

Colon. & Oxonius. probe. N. HEINSIUS. Invidia victorem *allatraverat*, quod immeriti Aemilii famam falsis conviciis prosciderat. Ita Hecuba, quae semper Graecos conviciabatur, in canem versa fingitur. Notus est locus Plauti in Menaechm. act. v. sc. I. vers. 16. *Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis, omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat; itaque adeo jure appellari coepta est canis.* Hinc & *verba canina* pro conviciis apud Nason. in Ibid. vers. 13.

Vulneraque immitis requiem quaerentia vexat,
Jactat & in toto verba canina foro.

De voce *allatrare* vide Eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. II. serm. Ecl. I. vers. 85.

v. 293. *Ventis jactarat iniquis*] *vetarat* Puteaneus. in editione Romana ac Parmensi *agitarat*. Forte *vexarat*. sed *jactari rumoribus* apud A. Gellum lib. I. *jactari dictis petulantibus* lib. VI. cap. XI. *ventis* ut apud Cicer. orat. pro Cluentio cap. XLVII. *ventus popularis*, ut *aura popularis*: & ibid. cap. XXVIII. *colligere concionum ventos*, id est, rumores. N. HEINSIUS. *agitarat* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. sic infra lib. XI. vers. 546.

—— *quem gliscens gloria pravum*
Ductoris studio jam dudum agitabat acerbo.

sed vulgatum praefero. τὸ *agitabat* enim ex interpretatione vocis *jactarat* natum videtur. Ita ipse Cicero locutus est, ut I. ad famil. Epist. v. *Posteaquam Pompeius apud populum a. d. IIX. Idus Febr. eum pro Milone diceret, clamore convicioque jactatus est. iniquis ventis aliquem jactare*, ut *ventum in aliquem excitare*, idem Cic. pro Sulla cap. XIV. *Quo facilius vento aliquo in optimum quemque excitato posset in malis reipublicae portum suorum malorum aliquem reperire.*

v. 295. *Sed genus admotum superis* &c.] Ovid. Epist. XI. Heroid. vers. 17.

Quid juvat, admotam per avorum nomina coelo
Inter cognatos posse referre Jovem?

Quod autem ad originem gentis Aemiliae attinet, duplicem opinionem memorat Festus. *Aemiliam gentem appellatam dicunt à Mamerco Pythagorae philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemilos. alii, quod ab Ascanio descendat, qui duos habuit filios, Iulum & Aemilon.* Ad quem locum vir doctus priorem sententiam astruxit testimonio Plutarchi in vit. Numae pag. 65. cui & aliud adde ex eodem Plutarcho in vita Paulli pag. 256. Potuit fortasse etiam gens haec nomen deduxisse ab Aemilia, quae Aeneae & Laviniae filia dicitur apud Plutarch. in vita Romuli pag. 18. Silius vero ad Amulium refert, qui Assaracum, & per hunc ipsum Jovem, inter proavos numerari praestabat.

v. 296. *Numerare parentem Assaracum retro*] *retro* ἄνωθεν, ut Theocritus [Idyll. VII. vers. 4.] εἴτι περ ἐσθλῶν Χαῶν τῶν ἔτ' ἄνωθεν. D. HEINSIUS.

v. 300. *Si tibi cum Tyrio* &c.] Cum his confer Fabii orationem apud Livium lib. XXII. cap. XXXIX.

v. 304. *Casus pernoscere Marte*] *praenoscere* scripti & editio Romana ac Parmensis. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps & Mediolanensis editio. supra lib. III. vers. 7. *rerum praenoscere fata jubetur*. Vide Carrion. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 231. & 732. librarios τὰ *per* & *prae* in compositis saepe confudisse pluribus exemplis supra adstruxi ad lib. VI. vers. 43.

v. 310. *Audivit Poenos*] *Audierit* puto. N. HEINSIUS.

v. 312. *Alter Flaminius*] Hunc enim ut inconsiderati & imprudentis ducis exemplum ubique proponit Silius, ut lib. VII. vers. 34.

Non enim Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
Consulta in manibus.

vers. 229. *revocandus ab atris Flaminius vobis est sedibus.* & hoc libro vers. 219.

Cumque alio tibi Flaminio sunt bella gerenda.

Fabius autem apud Livium lib. XXII. cap. XXXIX. Varronem, quam Flaminium, magis inconsideratum facit.

v. 313. *Tu protinus arma*] An, *tam pronus in arma.*

Si, quas prospicio, restat passura ruinas!)
Cum duce tam fausti Martis, qua viderit hora,
Sumturum pugnam. quantum nunc, Paulle, supremo
Absumus exitio, vocem hanc si Consulis ardens
Audivit Poenus! jam latis obvia credo
Stat campis acies, exspectaturque sub ictu
Alter Flaminius. quantos, insane, ciebis
Varro viros! tu, (pro Superi!) tu protinus arma?
Tu campum noscas ante, explorésque trahendo
Quantum hosti victus. tu non, quae copia rerum,
Quae natura loci, quod sit, rimabere sollers,
Armorum genus? & stantem super omnia tela
Fortunam aspicies? fer, Paulle, in devia recti

Pectora:

ma. Lucan. lib. I. verf. 461. *In ferrum mens prona viris*. & lib. VI. verf. 147. *Pronus in omne nefas*. N. HEINSIUS.

v. 315. *Quantum hostis ritus valeat, quae copia rerum*] *hostis ritus* mores ingeniumque pugnandi designat. Sed altera vox mihi prorfus suspecta venit. An leges *Quantum hostis visus valeat?* quantum momentum animis militum percellendis det tanti bellatoris aspectus. Objicit Varroni inexpertam belli ferociam, ut quem nec vultum Hannibalis laturum existimet. Mendum inesse ex scripto libro apparet, in quo sic legitur hic versus,

Quantum rictus hostis, tu non q̄ copia rerum.

De *visu* nos recte conjecisse docet poëta ipse lib. IX. verf. 48.

— *novus Hannibalis sat nomina ferre*
Si discit miles, nec frigidus aspicit hostem.

BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. I. Putean. & Oxon.

Quantum rictus hostis, tu non quae copia rerum.

in editione Romana & Parmensi, *Quantum ictus hostis valeat*: in Coloniensi, *Quam ritus hostis, tu non quae*. scribe,

— *exploresque trahendo*
Quantum hosti victûs. tu non quae copia rerum, &c.

victum pro alimento castrensi ponit. Veget. lib. III. cap. IX. *Loca eligere debemus angusta, ubi magis victibus abundet, vel desit*. noster lib. XVII. verf. 199.

Dumque etiam Cerere & victu fraudasse cohortes
Hannoni placet.

Sunt autem per interrogationis notam haec enuntianda. Possis etiam, *Quantum hostis victu valeat*. sed praestat insisti vestigiis Coloniensium & ceterarum membranarum, quae omnia concinniora praestant. Mox sequitur, *eget improbus arto jam victu Libys*. Aestuavit in hoc loco Barthius, qui eo inclinat demum, ut corrigi debere opinetur, *Quantum hostis visus valeat*. sed frustra. N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanensi editione est, *Quantum ictus hostis valeat, quae* &c. Primus vero Marsus, eumque secuti plerique alii, vulgatam lectionem expresserunt. Verosimillima est Illustrissimi Heinsii conjectura, *Quantum hosti victûs. tu non quae*, & ad manuscriptorum lectionem proxime accedit. Altera ejus conjectura, *Quantum hostis victu valeat*, minimum quidem a vulgata scriptura abit, sed plurimum à membranis: eandem tamen etiam proposuit notis ad Claudiani I. in Rufin. verf. 217. *victus* autem est cibus, commeatus. supra lib. III. verf. 280.

Sed mensis asper populus, victuque maligno.

lib. XV. verf. 814.

Cum vires parco victu somnoque reducunt.

Priscian. Perieg. verf. 178.

Saltibus hos duris asper silvisque vagantes
Victus alit.

vide Broekhuf. ad Tibull. lib. II. eleg. I. verf. 43. Eandem vocem Solino etiam restituendam cap. LII. ad calcem Silii adscripsit N. Heinsius. *Latratibus tantum sonantes asperis victibus*. olim edebatur *asperis rictibus*: pro quo ἰταῦ Salmaf. in Exerc. Plin. pag. 707. *asperis ritibus* scribendum conjecit. Voces *ritus* autem & *victus* nonnumquam à librariis confunduntur. vide N. Heinsium ad Claudian. in VI. Consul. Honor. verf. 151. Celeberrimo Burmanno hic versus ita legendus videbatur,

Quantum hosti victus, tum, quae sit copia rerum.

v. 318. *Fortunam aspicies. fer, Paulle, in devia recti Pectora*] Prorfus contrarium menti sonat; nam errantia pectora in rectum callem ex devio suadet reducere. Fuit cum suspicarer, Silium ita reliquisse,

— *stantem super omnia tela*
Fortunam aspice. te fer, Paulle, in devia recti
Pectora.

Hoc est, contrarium te infer Varronis conatibus, oppone te hominis inconsulti pernicioso furori. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. I. Non satis intelligo, quid haec sibi velint. Turbavit numeros Silianos Barthius, & versum valde inconcinnum reddidit, dum reponit,

Fortunam adspice. te fer, Paulle, in devia recti
Pectora

Nihil

Pectora: cur, uni patriam si affligere fas est,
Uni sit servare nefas? eget improbus arto
Jam victu Libys, &, belli fervore retuso,
Laxa fides socium est. non hic domus hospita tecto
Invitat patrio, non fidae moenibus urbes
Excipiunt, renovatque pari se pube juventus.
Tertia vix superest, crudo quae venit Hibero,
Turba virûm. persta, & lenti meditamina belli
Cautus ama. si qua interea invitaverit aura,
Annueritque Deus, velox accede secundis.
Cui breviter maesto Consul sic ore vicissim:
Mecum erit haec prorsus pietas, mentemque feremus
In Poenos, invicte, tuam. nec me unica fallit
Cunctandi ratio, qua, te grassante, senescens

Hannibal

Nihil potuit importunius. At quantilli erat negotii conjectare, *fer Paullum in devia recti Pectora*: ut mox, *mentemque feremus In Poenos, invicte, tuam.* Toto Paulo atque omni tua, inquit, prudentia incumbe eo, ut obnitaris inconsultis coeptis temerarii Varronis. Senec. in Troad. vers. 613.

Nunc advoca astus, anime, nunc fraudes, dolos,
Nunc totum Ulixen.

in Thyeste vers. 53. *imple Tantalo totam domum.* & vers. 242. *Animoque sume Tantalum.* ubi vide Gronovium. N. HEINSIUS. Omnino recte haec emendavit & illustravit N. Heinsius. sic supra lib. I. vers. 345.

——— *haustusque medullis*
Hannibal exagitat, stimulantque sequentia bella.

ubi quaedam notavi. Cicer. Divin. contra Caecil. cap. XVII. *Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mutius.* Livius lib. XXIX. cap. XVII. *Omnes centuriones militesque vestros Pleminios fecit.* Ovid. Epist. VI. Heroid. vers. 151. *Medeae Medea forem.* Lucan. lib. VIII. vers. 285.

Imminet Hesperiae, multusque in pectore vano est
Hannibal.

Statius lib. I. silv. II. vers. 167.

Non ideo tibi tale decus, vultusque superbos,
Meque dedi.

& II. Theb. vers. 417.

Sufficeret vel sola fides, qua torvus, & illum
Mente gerens.

ubi vide Barthium. Iscan. V. belli Troj. vers. 424. *similemque animis indutus Achillem.*

v. 319. *Si affigere fas est*] *par est* editio Romana, & placet. N. HEINSIUS. *par est* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis.

v. 321. *Belli fervore recluso*] *retuso* cum Modio & membranis Coloniensibus. N. HEINSIUS. Infra lib. XVI. vers. 21.

——— *rebusque retusis*
Fidas ductoris tenuit reverentia mentes.

contundere dixit supra lib. I. vers. 34. *conamine primae Contuso pugnae.* lib. IX. vers. 544.

Ille, o nate, libens cui tela inimica ferebas,
Contundet Tyrios juvenis.

lib. XII. vers. 420.

At Libyae ductor, Marcello fractus, & acri
Contusus pugna.

Horat. lib. III. od. VI. vers. 10.

Jam bis Moneses, & Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus.

Vide N. Heinsium ad Claud. IV. Consul. Hon. vers. 627. & VI. Cons. Hon. vers. 302. *retuso* etiam Doctissimo Dausquejo placuit.

v. 322. *Laxa fides socium est*] *Fluxa fides*, ni me conjectura fallit. possis & *Lapsa*, ut apud Nason. Epist. II. Heroid. vers. 102.

Et tua sit solo tempore lapsa fides.

N. HEINSIUS. *Fluxa fides*, ut apud Tacit. IV. Histor. cap. XXIII. *Simul ex inopia proditio, & fluxa servitiorum fides, ac fortuita bella sperabantur.* & alibi saepe. Livius lib. XXVIII. cap. VI. *Oppidum praecipue fide praefectorum principumque, quae fluxa & vana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit.* Symmach. lib. I. Epist. XVI. *Scriptis famam decuit praevenire, quae diu incerta fluxam fidem gaudiis exhibebat.* Avien. Descript. Orb. Terr. vers. 278. *his fluxa fides & inhospita semper Corda rigent.* Dict. Cretens. lib. III. cap. III. *Fluxa fides & animi parum spectati, neque tam subita mutatio sine dolo credebatur.* Huc pertinet, quod Silius Celtas *ingenio fluxos* dixerit supra vers. 16. & *fluxam morum gentem* lib. IV. vers. 50. Illustrissimus Heinsius putat & *Lapsa fides* legi posse. Certe ita saepe turbarunt librarii. supra lib. VII. vers. 610. pro *super tepido lapsantem sanguine*, in Puteaneo codice erat *laxantem.* apud Lucan. lib. I vers. ult. codices scripti nunc *lasso cruore*, nunc *lapso*, nunc *laxo* exhibent. vide ibi Grotium, & Brockhus. ad Propert. lib. I. eleg. III. vers. 23. Fortasse tamen & vulgatum servari potest: quemadmodum enim temeritas, ira, aliaque *laxari* dicuntur,

Hannibal oppressum vidit considere bellum.
Sed quaenam ira Deûm? Consul datus alter, opinor,
Ausoniae est, alter Poenis. trahit omnia secum,
Et metuit demens, alio ne Consule Roma
Concidat. e Tyrio consortem accite Senatu:
Non tam saeva volet. nullus, qui portet in hostem,
Sufficit insano sonipes. incedere noctis,
Quae tardent cursum, tenebras dolet: itque superbus
Tantum non strictis mucronibus; ulla retardet
Ne pugnas mora, dum vagina ducitur ensis.
Tarpejae rupes, cognataque sanguine nobis
Tecta Jovis, quaeque arce sua nunc stantia linquo
Moenia felicis patriae, quocumque vocabit
Summa salus, testor, spreto discrimine, iturum.

cuntur, cum remittunt, vel languescunt; sic & fides *laxa* dici potest, cum minus constans sit, & jam titubare ac fluitare incipiat. vide Celeberr. Burmannum ad Petron. Satyr. cap. LXXXII.

v. 324. *Renovatque pari se pube juventus*] *reveatque* Putean. Forte *recreatque*. pro *invitaverit aura*, scripti *irritaverit*. lege *tibi faverit*. N. HEINSIUS.

v. 326. *Cauti medicamia belli Lentus ama*] Scribendum *meditamina*. N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus ad Claudiani Bell. Getic. vers. 138. olim etiam conjectavit, hic legendum *lenti meditamina belli Cautus ama*; quam lectionem expressit Cellarius.

v. 331. *Non me*] *nec me* scripti. N. HEINSIUS.

v. 332. *Senescens Hannibal*] Id est, vires & ferociam nihil agendo consumens. vide infra ad lib. XVI. vers. 136.

v. 337. *E Tyrio consortem accire Senatu Non jam fera volet*] *fera*, inquit Interpres, id est, fero. Non tarde, sed cito vellet Karthaginiensem collegam. At illi imposuit corrupta scriptura vulgata, quae ex membranis interpolanda est, *è Tyrio consortem accite Senatu, Non tam saeva volet*; quomodo nihil est clarius. MODIUS Novant. Lect. Epist. XXVIII. Plana sententia in his, quam neque mutare cum membranis docti debebant. Volet, ait Paullus, concitato gradu Roma mihi collegam e media Karthaginis curia petat, dum nondum serum, id est, dum nondum pessum dedit omnia iste temerarius. Vix tantum nocere Romae posse Poenum aliquem ductorem, quam istum Latinum, affirmat: itaque mallet hostis consilio, quam hominis tam amentis, rem gerere. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. *Non jam saeva* scripti & Romana editio, ac Parmensis. Recte Modius ex Colonienfi, *è Tyrio consortem accite Senatu: Non tam saeva volet. accite* etiam exstabat in editione Parmensi. Posses etiam *Non tam laeva volet.* Interpres in hoc loco iterum infeliciter versatus est. Male etiam pro vulgata scriptura asserenda luctatur Barthius, N. HEINSIUS. Sensus Silii, quem non perspexit Barthius, hic mihi esse videtur. Temerarius ille & inconsultus Varro omnia secum in exitium rapit, & metuit, ne Roma alio, quam se, Consule concidisse dicatur: quin tanta ejus est temeritas, ut, si ducem nobis ex Senatu Karthaginiensi acciremus, non tam perniciosa velle posset, quam noster Varro. Omnino enim recipienda est doctorum emendatio, *accite*, & *tam saeva*, pro *fera*: quod postremum est etiam in Romana principe & Mediol. editione. Atque ita infra turbatum est lib. XVI. vers. 690.

v. 339. *Incedere noctis, Quod tardent cursum, tenebras dolet, idque superbus*] Ex membranis interpolandum,

—— incedere noctis,
Quae tardent cursum, tenebras dolet: itque superbus.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XXVIII. *Quae tardent* scripti; *noctes tenebrae* Puteaneus, *noctis tenebrae* in ceteris & Romana ac Parmensi editione. praeterea in Oxonio *incendere noctis.* Opinor,

—— intendere nocti,
Quae tardent cursum, tenebras dolet.

de quo loquendi modo copiose egimus ad Valer. Flacc. lib. VII. vers. 114. apud nostram lib. III. ex membranis pariter restituimus vers. 466.

Jamque Tricastinis intendit finibus agmen.

Sed verius est hoc loco, *nec cedere noctis, Quae tardent cursum, tenebras dolet.* N. HEINSIUS. Non displicet *intendere noctis, Quae tardent cursum, tenebras dolet.* Dicit Paullus, dolere Varronem, quod tenebrae nocturnae se coelo intenderent, quoniam illis ad exercitum proficisci prohibebatur. Sic Liv. I. cap. LVII. *Quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam.* ubi eruditissimus Gronovius hanc locutionem pluribus illustravit. Ita & Obseq. de Prodigiis cap. CXXIII. *Die toto ante sereno circa horam undecimam nox se intendit.*

v. 343. *Tarpeja rupes*] Ita operae typographicae manifesto errore in editione Antonii Gryphii excu-

Sed si surda mihi pugnabunt castra monenti,
Haud ego vos ultra, nati, dulcemque morabor
Assaraci de gente domum; similemve videbit
Varroni Paullum redeuntem saucia Roma.
Sic tum diversa turbati mente petebant
Castra duces. at praedictis jam sederat arvis
Aetolos Poenus servans ad proelia campos.
Non alias majòre virûm, majore sub armis
Agmine cornipedum concussa est Itala tellus.
Quippe extrema simul gentique Urbique timebant;
Nec spes certandi plus uno Marte dabatur.
Faunigenae socio bella invasere Sicano
Sacra manus Rutuli, servant qui Daunia regna,

Laurentique

derunt, quod tamen Dausquejus postea iteravit. Casaubonus ad marginem istius editionis Gryphianae, quae servatur in bibliotheca Lugduno-Batava, *Tarpejas rupes* emendabat: sed *Tarpejae rupes* habent omnes libri.

v. 347. *Castra monenti*] *moventi* Oxonius & Puteaneus. N. HEINSIUS. Male. nihil mutandum. Ita saepe numero lapsi sunt properantes librariorum manus. vide supra ad libr. II. vers. 273.

v. 351. *Sic tumidi versa turbati mente petebant Castra duces*] Dubitamus de veritate hujus loci. Apage, ut *tumidum* dicat Paullum poeta, apage ut illum *versa mente* dicat, apage ut Varroni componat. Ego vel veram, vel verae proximam, scripturam conjectura assecutus mihi videor,

Sic tum diversa turbati mente petebant
Castra duces.

Sane *diversae mentes* Consulum erat, nec quidquam huic loco aptius, nisi si quis membranas meliores aliquando indipiscetur. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. *Sic tum diversi turbata mente* scribendum. confirmat Coloniensis. Deinde ex eodem repone *at praedictis*, pro *ac*. Barthio ne illud quidem *diversa turbati mente* satisfacit. N. HEINSIUS. Ineptis librariis ineptior ipse est, cui lectio, quae nunc in omnibus fere libris vulgo exstat, placere potest. Suam Silio manum optime asseruerunt Barthius & Heinsius. *Diversa mente* est contrario proposito. Varro nempe in animo habebat, captata quavis occasione cum Hannibale manum conserere; Paullus omnia tentare, ut id prohiberet, utque ad exemplum Fabii cunctando potius Poenos frangeret. De voce *diversus* hoc sensu vide supra ad Silii lib. I. vers. 264.

v. 354. *Non alias majore virûm &c.*] Livius auctor est lib. XXII. cap. XXXVI. *Illud haud quaquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam, quam prioribus annis, quia spem posse vinci hostem Dictator praebuerat.* Plutarch. in vita Fabii pag. 182. tradit, tantum à Varrone exercitum conscriptum esse, quantum nullo umquam bello antea Romani sub armis habuerant. Sed sui minus memor est in vita Marcelli pag. 299. ubi narrat, tempore tumultus Gallici, qui inter bellum Punicum primum & secundum medius fuit, Romanos tot legiones habuisse, quot vel ante vel post numquam.

v. 358. *Faunigenae socio bella invasere Sicano*] Incipit hinc jam Silius enumerare populos & urbes Italiae, unde exercitus Romanus conscriptus fuit: quae omnia satis illustravit Diligentissimus Cluverus in Italia antiqua, quo harum rerum cupidos subinde remittam. His autem verbis memorat Silius antiquissimos Latii incolas Siculos & Aborigines. De Siculis seu Sicanis vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. I. pag. 787. de Aboriginibus ibid. pag. 790.

v. 359. *Sacra manus Rutuli*] Vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. V. pag. 970.

v. 360. *Laurentique domo*] De Laurento vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. III. pag. 882.

v. 360. *Fonte Numici*] Vide Cluver. ibid. pag. 893.

v. 361. *Quos Castrum*] Castrum nempe Inui, de quo vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. V. pag. 978. Idem Cluver. II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 489. Dausquejum reprehendit, quod in notis ad hunc locum *Castrum Inui* & *Castrum novum* confuderit: quod tamen mihi nondum liquet. Ideo enim, puto, Dausquejus laudavit locum Plinii III. Hist. Nat. cap. V. ubi *Castrum novum*, non vero *Castrum Inui*, memoratur, ut doceret, Virgil. non simpliciter *Castrum*, ut hic Silius fecit, sed *Castrum Inui* dixisse, quod etiam aliud in Italia *Castrum* esset, *novum* dictum, unde post testimonium Plinii addit; „adeo nihil in Virgilio temere. Deinde Plinii locum etiam huc advocavit, ut doceret, peccare libros, qui vocem *Castrum* minuscula litera scribunt. Ceterum hic versus cum duobus sequentibus nescio quo casu absunt ab editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis: beneficio vero Nicandri conspiciuntur in editione Juntina, & inde in aliis.

v. 361. *Phrygibusque gravis quondam Ardea*] Phrygibus.

Laurentique domo gaudent, & fonte Numici:
Quos Castrum, Phrygibusque gravis quondam Ardea misit,
Quos celso devexa jugo Junonia sedes
Lanuvium, atque altrix casti Collatia Bruti.
Quique immite nemus Triviae, quique ostia Tusci
Amnis amant, tepidoque fovent Almone Cybelen:
Hinc Tibur, Catille, tuum, sacrisque dicatum
Fortunae Praeneste jugis, Antemnaque prisco
Crustumio prior, atque habiles ad aratra Labici:
Necnon sceptriferi qui potant Thybridis undam,
Quique Anienis habent ripas, gelidoque rigantur
Simbruvio, rastrisque domant Aequicula rura.

His

gibus quondam gravem Ardeam ob Turnum, qui eos Italia voluit expellere, dixit, non aliam ob caussam, ne quis erret. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. I. De Ardea vide Cluver. III. Ital. Ant. cap. v. pag. 974.

v. 363. *Lavinum*] *Lavinium* Oxon. & Puteaneus. Sed probe Agrippinas optimus *Lanuvium*, ubi Juno Sospita colebatur. Patet ex Propertio aliisque. Veram loci hujus scripturam Interpres jam vidit, qui consulendus. vide ad lib. XIII. vers. 364. N. HEINSIUS. Vide Sigon. ad Livii lib. VIII. cap. XIII. N. Heinsium ad Ovidii VI. Fastor. vers. 59. & Broekhus. ad Propert. lib. IV. eleg. VIII. vers. 3. Veram scripturam *Lanuvium* etiam probat Cluver. III. Ital. Ant. cap. IV. pag. 935. ubi plura habet de hoc oppido.

v. 363. *Ac altrix casti Collatia Bruti*] Lege ex scriptis *atque altrix.* N. HEINSIUS. De Collatia Vide Cluver. II. Ital. Ant. cap. IX. pag. 662.

v. 364. *Quique immite nemus Triviae*] Dianae nempe Aricinae, cujus templum proprie *nemus* dictum fuisse docet Salmas. in Exerc. Plinian. pag. 48. De urbe Aricia & nemore Dianae Aricinae vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. IV. pag. 920. & Dausquej. supra ad libr. IV. vers. 369.

v. 364. *Ostia Tusci Amnis*] *Ostiam* innuit, Romanorum coloniam ad ostia Tiberis, de qua vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. III. pag. 870.

v. 365. *Trepidoque fovent Almone Cybelen*] Sic scripti nonnulli. verius tamen *tepido.* lib. XI. vers. 420.

Mollitae flammis lymphae languentia somno
Membra fovent.

N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus ad oram editionis Colinaei, ad quam discrepantes codicum lectiones annotavit, *trepido Almone* in Puteaneo libro fuisse monet, ut *tepido* in aliis, quorum non meminit, extitisse verosimile sit, quia ita & habet editio Colinaei illa: quomodo etiam Marsus & post eum omnes reliqui, si Dausquejum excipias, ediderunt. Neque aliter hunc locum laudat Cluver. II. Ital. Antiq. cap. X. pag. 718. ubi de Almone & hoc Cybeles festo plura habet; de quo festo etiam videndus est Illustrissimus Spanhemius ad Callim. H. in Lavacr. Pallad. in principio. Voces autem *tepidus* & *trepidus* frequenter inter se miscentur. vide supra ad lib. IV. vers. 182. Insuper, pro *Cybelen*, scribendum *Cybeben.* vide infra ad lib. XVII. vers. 8.

v. 366. *Hinc Tibur, Catille, tuum*] Vide Cluver. III. Ital. Ant. cap. IV. pag. 958. Fabric. ad Horat. lib. I. od. XVIII. & Dausquej. supra ad lib. IV. vers. 224. Quibus adde locum Gunther. in IV. Ligur. vers. 153.

Hos, ut fama, lares Graja de gente profecti
Tres posuere viri, Coras cum fratre Catillo,
Argolicae stirpis juvenes, & major utroque
Tiburtus: cujus sumtum de nomine nomen
Nobile Tibur habet, perhibent si vera poëtae.

v. 366. *Sacrisque dicatum Fortunae Praeneste jugis*] Vide Cluver. III. Ital. antiq. cap. IV. pag. 950.

v. 367. *Antemna*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. IX. pag. 663.

v. 368. *Crustumio*] Vide Cluver. ibid. pag. 657.

v. 368. *Labici*] Vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. IV. pag. 947.

v. 369. *Thybridis*] Cluver. II. Ital. Antiq. cap. X. pag. 694.

v. 370. *Anienis habent ripas*] Id est, habitant. Virgil. VII. Aen. vers. 696.

Hi Soractis habent arces Flaviniaque arva.

Vide Pricaeum ad Appul. Apol. pag. 58. Eo sensu apud Graecos est ἔχειν. Homer. Iliad. A. vers. 18. Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. quod Scholiast. κατοικοῦντες exponit. De Aniene vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. X. pag. 711.

v. 371. *Simbrivio*] *Simbrunio* Oxonius; Coloniensis & editio Romana cum Parmensi *Simbruvio*: recte, ut opinor. Apud Celsum quoque lib. IV. cap. V. opinor scribi debere, *Consistere in frigidis medicatisque fontibus, quales Cutiliarum Simbruvinarumque sunt, salutare est.* non *Simbruinarumque.* & apud Tacitum Annal. XI. cap. XIII. *Fontes aquarum Simbruvinis collibus deducti.* & XIV. cap. XXII. *apud Simbruvina stagna.* quamquam Lipsius in Tacito Silioque *Imbruvium* & *Imbruvina stagna* malit, quomodo & Marsi editio Veneta. N. HEINSIUS. *Symbruvio* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. De lacubus Simbruvinis vide Cluver. II. Ital. Ant.

 cap.

His Scaurus monitor, tenero tunc Scaurus in aevo;
Sed jam ſigna dabat naſcens in ſecula virtus.
Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo,
Nec mos pennigeris pharetram impleviſſe ſagittis;
Pila volunt, brevibuſque habiles mucronibus enſes:
Aere caput tecti ſurgunt ſuper agmina criſtis.
At quos ipſius menſis ſepoſta Lyaei
Setia, & incelebri miſerunt valle Velitrae,
Quos Cora, quos ſpumans immiti Signia muſto,
Et quos peſtifera Pomptini uligine campi,

Qua

cap. x. pag. 713.

v. 371. *Raſtriſque domant Aequicula rura*] Ex Virgil. IX. Aen. verſ. 608.

Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.

De Aequiculis vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XVI. pag. 773.

v. 372. *His Scaurus monitor*] *Monitor* eſt rector, dux, praeceptor. ſupra in verbis Paulli verſ. 347.

Sed ſi ſurda mihi pugnabunt caſtra monenti,

qui tum Conſul erat. Avien. in Arat.

Imus in aſtra Jovis monitu; Jovis omine coelum,
Et Jovis imperio mortalibus aethera pando.

BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. I.

v. 374. *Non illis ſolitum criſpare haſtilia*] Iterum Silius Maronem imitatur I. Aen. verſ. 313.

Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

quem verſum repetit XII. Aen. verſ. 165.

v. 376. *Pila volunt*] An *volant?* N. HEINSIUS.

v. 378. *Ipſius menſis ſepoſta Lyaei Setia*] *ſepoſta* elegantiae veteris eſt, pro pretioſa, vel magnae rei, ut apud Tibull. lib. II. eleg. V. verſ. 8. *nunc indue veſtem Sepoſitam.* Non mirum autem, tanti Setinum à Silio ſi fiat. Audi Plinium XIV. Hiſt. Nat. cap. VI. *Divus Auguſtus*, inquit, *Setinum praetulit cunctis, & fere ſecuti principes*, cauſſam addit, *confeſſa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis ab ea ſaliva.* &c. Et Athenaeus Falerno ευφόρητον eſſe fatetur. D. HEINSIUS. *Vinum ipſius Bacchi menſa dignum* pro optimo omniumque generoſiſſimo cape. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. I. *dapſilibus menſis* arbitrabar aliquando: & ita etiam fors legendum apud Statium Pietate Abaſcantii verſ. III. *aeuiſti gaudia coenae Dapſilis.* Colum. lib. III. cap. II. ubi agit de uvis. *At Spionia dapſilis muſto, & amplitudine magis uvarum, quam numero, fertilis.* Idem Colum. lib. IV. cap. XXVII. *Dapſili proventu fatigata vitis.* Lucil. apud Nonium in voce *Invitare.*

Scito enim bene longinquum mortalibus morbum
In vino eſſe, ubi qui invitavit dapſilius ſe.

Pro *Setia*, Colonienſis *Phetia*, Oxonius & editio Romana *Rhecia*, Puteancus *Rhetia.* ſed nil mutanpum. Reſpexerat ad illa Maronis, qui concinnavit nobis hanc lectionem, *& quo te nomine dicam Rhetica?* Juven. ſat. X. Setinum memorat,

——— *cum pocula ſumes*
Gemmata, & lato Setinum ardebit in auro.

Delicata uva clivi Setini Martiali dicitur lib. X. Epigr. LXXIV. noſter lib. X. verſ. 33. *quos Setia colle Vitifero miſit.* Martialis paſſim *Setinum* laudat, etiam Juven. ſat. V. verſ. 33.

Cras bibes Albanis aliquid de montibus, aut de Setinis.

Setia pro vino Setino Statius Epiced. Pileti. *nec quod tibi Setia canos Reſtinxit cineres.* Setini vini, quod mireris, nec Cato, nec Varro, nec Columella, nec Horatius meminerunt. an meminerit Palladius, videndum. N. HEINSIUS. De oppido Setia & vino Setino videndus Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1021.

v. 379. *Et incelebri miſerunt valle Velitrae*] Immo *& e celebri.* D. HEINSIUS. Malim *& e celebri miſerunt valle Velitrae.* Nam Veliternus ager minime ignobilis, ſive vetuſtatem oppidi ipſius & frequentiam civium ſpectes, unde & Caeſar Auguſtus duxit originem, ſive ubertatem agri, & vini in eo praeſtantiſſimi proventum. N. HEINSIUS. Vide Cluver. ibid. pag. 1015.

v. 380. *Cora*] Vide Cluver. ibid. pag. 1017.

v. 380. *Spumans inimico Signia muſto*] *immiti muſto* Colonienſis: quomodo apud Statium ad Claudiam uxorem,

Caraque non molli juga Surrentina Lyaeo.

quamquam illic fortaſſe ſcribendum *Cara non ſoli Lyaeo*, quia illic Minerva & Hercules & Neptunus colebantur, ut ex Surrentino Pollii apud eundem Statium apparet: nam *lenia Surrentina* recordor apud Perſium occurrere. Sed tamen *generoſum acetum* vinum Surrentinum Tiberio dicitur apud Plinium. ex Strabonis, Plinii, Martialis locis, ab Interprete jam allatis, manifeſtum fit, vinum Signinum auſterum & ventri morando atque aſtringendo adlubitum fuiſſe. Supra lib. VII. verſ. 211.

Tmolus, & ambroſiis Ariuſia pocula ſuccis,
Et Methymna ferox lacubus ceſſere Falernis.

ita ſcripti, non *ferax*, ubi generoſitatem vini Lesbii tangit. N. HEINSIUS. Voces *inimicus* & *immitis* alibi etiam ſoliti ſunt turbare librarii. vide ſupra ad lib. V. verſ. 207. De Signia & vino Signino agit Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1019.

v. 381.

Qua Saturae nebulosa palus restagnat, & atro
Liventes coeno per squalida turbidus arva
Cogit aquas Ufens, atque inficit aequora limo,
Ducit avis pollens, nec dextra indignus avorum
Scaevola, cui dirae caelatur laudis honora
Effigie clypeus. flagrant altaribus ignes,
Tyrrhenûm valli medio stat Mucius ira
In semet versa, saevitque in imagine virtus.
* Tunc icti specie ruere acri in bella magistro.
Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram.

Quis

v. 381. *Pontini uligine campi*] *Pomptini* Coloniensis: & sic ubique scribendum opinor apud auctores. *Promptini* Oxonius. N. HEINSIUS. De his campis consule Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 1003.

v. 382. *Saturae nebulosa palus*] Vide Cluver. ibid. pag. 1003.

v. 384. *Ufens*] Vide Cluver. ibid. pag. 1007.

v. 385. *Caelatur laudis honora Effigie clupeus*] Solent ita fingere poëtae, ut Heroum suorum scuta plerumque majorum illustribus factis picta describant. Sic Bagrada sui nominis fluvium clipeo gerit supra lib. I. vers. 407. Theron, Herculis sacerdos, Hydram Lernaeam lib. II. vers. 158. Cryxus Celta Romam ab atavo Brenno captam & auro redemtam lib. IV. vers. 150. Phorcys Gorgonis effigiem lib. X. vers. 175. Grosphus Agrigentinus Perilli taurum lib. XIV. vers. 212. Scipio parentis & patrui effigiem lib. XVII. vers. 401. Nota autem est celeberrima haec Mucii Scaevolae historia, quam Scaevola alter clipeo depictam habet. Exhibetur eadem in plurimis gemmis. vide Gorlaei Dactyl. annulo XIV. & CLXXXII. Gronov. addit. ad Gorlaei Dactyl. part. II. num. CCVI. CCVII. & DXXXIV. & Wildii gemm. num. 105. quas hic etiam videri curavimus. Vide etiam hanc gemmam, quam ex Leon. Augustino expressit vir Celeberr. Jac. Gronovius in Thes. Antiq. Graec. tom. II. num. 53.

v. 389. *Tyrrhenûm valli*] Opinor *Tyrrheni in valli medio*. N. HEINSIUS.

v. 390. *Tunc icti specie ruere acri in bella magistro*] Hic versus adulterium sapit; nisi si transpositum dicere mavis, quo pacto tamen emendandus prius erit, quam interpretandus. Parenthesis etiam possit adjuvare,

Tunc icti specie ruere (acri in bella magistro)
Cernitur, effugiens ardentem Porsena dextram.

species icti est exemplum, quod acre sane magisterium in bello est, & virtute inaudita percellit mentes paventium. Non minus specie seu exemplo percutitur Porsena, quam magister militiae ferro. Haec scripseram, cum in manus meas venit farrago variarum lectionum ex codice MSto Oxoniensi, benignitate amicorum nostrorum summi, Jani Gruteri, in quo codice ita hic versus legitur:

Tunc icte species nuere ac bello migro.

Ex quo errore videmus sanum non esse, ut vulgo videtur. Argutari possis, scribendum,

Tunc icto spes ceciderant (vel *corruerant*) *ac bella magistro.*

Magister militiae Tyrrhenae erat, quem Mucius occidit. sed ego, quam initio concepi, sententiam non muto, spurium scilicet esse hunc versum. BARTHIUS lib. III. Adversf. cap. I. Locus pessime affectus. *Tunc ictae species* scripti & Romana editio: praeterea Coloniensis *inere ac bella*: *numere ac belli* Puteaneus. Fortassis hic versus subsequenti postponendus est, & ad alium nescio quem ducem referendus, nam nihil facit ad historiam Scaevolae. Barthius spurium esse contendit. In Oxoniensi libro,

Tunc icte species nuere ac bella magistro,

unde idem varias conjecturas elicit, quae mihi nequaquam probantur. Insistamus vestigiis libri Agrippinatis, in quo,

Tunc ictae species inere ac bella magistro.

scribe,

Acti his auspiciis inere hoc bella magistro,

& parenthesi include. *auspicium* omen infaustum designat. apud Senec. in Troad. vers. 608. Andromache Astyanactem mortuum mentita, subdit Ulysses,

——— *fingit an quisquam hoc parens,*
Nec abominandae mortis auspicium pavet?

agi auspiciis, ut apud Maron. *Auspiciis agimur Divûm agi in bella*, vide annotata hoc libro vers. 533. *magister* autem est dux belli, infra lib. X. vers. 98.

Unanima inde phalanx crudo ducente magistro.

vide supra ad lib. III. vers. 137. N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanensi editione,

Tunc ictae species ruere acri bella magistro.

Sed locus hic conclamatus est, de quo constituere non audeo, donec integriores codices eruantur. Viro Celeberrimo Petro Burmanno in mentem veniebat, fortasse legi posse,

Tunc icti specie furere in fera bella ministri
Cernitur, &c.

hoc sensu, Porsenam specie purpurati seu scribae vulnerati in furorem actum esse. Ita vocem *species* apud Maron. sumi II. Aen. vers. 407. notabat,

Quîs Circaea juga, & ſcopuloſi verticis Anxur,
Hernicaque impreſſo raduntur vomere ſaxa,
Quîs putri pinguis ſulcaris Anagnia gleba,
Sulla Ferentinis Privernatumque maniplis
Ducebat ſimul excitis: Soraeque juventus
Addita fulgebat telis. hic Scaptia pubes,
Hic Fabrateriae vulgus; nec monte nivoſo
Deſcendens Atina aberat, detritaque bellis
Sueſſa, atque a duro Fruſino haud imbellis aratro.
At, qui, Fibreno miſcentem flumina, Lirim
Sulfureum, tacitiſque vadis ad litora lapſum,
Accolit, Arpinas, accita pube Venafro
Ac Larinatum dextris, ſocia hiſpidus arma

Commovet,

Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Coroebus:
ut & *τὰ magiſter & miniſter*, quod per compendium ſcribebantur, saepe permutari in ſcriptis codicibus, ut Naſonis IV. Triſt. eleg. II. verſ. 35. & Martial. lib. III. epigr. XXXIX. & alibi.

v. 392. *Circaea juga*] Conſule Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 992.

v. 392. *Anxur*] *Axur* Colonienſis. Et ſane exſtant apud me denarii veteres argentei cum hac inſcriptione, C. VIBIUS. C. F. IOVIS. AXUR. Apud Maronem nihilominus VII. Aen. verſ. 799. ſcripti conſtanter *Jupiter Auxurus*, quamquam praeſtat ἄξυρος, ſine novacula. Apud Horatium lib. I. ſat. V. & apud Martial. lib. V. epigr. I. *Anxur* legitur, etiam in vetuſtis Codicibus. N. HEINSIUS. *Axur* etiam malebat Illuſtriſſimus Scaliger ad Feſtum voce *Anxur*. Apud Lucan. vero lib. III. verſ. 84. ex plurimis libris ſcriptis, quos N. Heinſius conſuluit, unus tantum *Axyris* [illegible]res habet, reliqui *Auxuris*, *Anxyris*, *Anxiris*, vel *Anſyris*. Plura vide apud Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 1009. & Dauſquej. in Orthogr. part. II. hac voce.

v. 393. *Hernica ſaxa*] Vide Cluver. III. Ital. Ant. cap. VI. pag. 979. & Dauſq. ad Silii lib. IV. verſ. 226.

v. 394. *Anagnia*] Vide Cluver. ibid. pag. 981.

v. 395. *Ferentinos Privernatumque maniplos Ducebat ſimul excitos*] Scripti codices,

Sulla Ferentinis Privernatumque maniplis
Ducebat ſimul excitis.

Ut *Ducebat* referatur ad ſuperiora. N. HEINSIUS. *ſimul Ferentininis excitis*, ut ſupra lib. III. verſ. 268.

His ſimul, immitem teſtantes corpore ſolem,
Exuſti venere Nubae.

lib. V. verſ. 417. *avulſa eſt nam protinus hoſti Ore ſimul cervix.* Statius X. Theb. verſ. 107.

Vera ſimul falſis permixtaque triſtia blandis.

Auctor Aetnae verſ. 57.

——— geminatque faventes
Undique diſcordes comitum ſimul agmine ventos.

Tacit. III. Ann. cap. LXIV. *Ludi magni ab Senatu decernuntur, quos pontifices, & augures, & quindecimviri, ſeptemviris ſimul & ſodalibus auguſtalibus, ederent.* IV. Ann. cap. LV. *Hypaepeni Trallianique, Laodicenis & Magnetibus ſimul, tramiſſi.* & VI. Ann. cap. IX. *Annius Pollio, Appius Silanus, Scauro Mamerco ſimul ac Sabino Calviſio, majeſtatis poſtulantur.* Vide Gronovii guſtum ad Statii V. ſilv. I. verſ. 214. & N. Heinſium ad Naſon. I. Faſtor. verſ. 567. De Ferentinis vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VI. pag. 983. de Privernatibus ibid. cap. VIII. pag. 1022.

v. 396. *Soraeque juventus*] Adi Cluver. III. Ital. Ant. cap. VIII. pag. 1046.

v. 397. *Scaptia pubes*] Vide Cluver. III. Ital. Ant. cap. IV. pag. 966.

v. 398. *Fabrateriae vulgus*] Vide Cluver. III. Ital. Ant. cap. VIII. pag. 1038.

v. 399. *Atina*] Vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1042.

v. 400. *Sueſſa*] Colonienſis *Seſſa*, ſed *Sueſſa* optime ſe habet. N. HEINSIUS. Potius cum Dauſquejo de Sueſſa Pometia, quam cum Cellario de Sueſſa Auruncorum, quae in Campaniae ora ſita eſt, capiam: Non enim Silius in Campaniae, ſed Latii deſcriptione verſatur. Eundem tamen errorem commiſit Cluver. nam IV. Ital. Antiq. cap. V. pag. 1181. de Sueſſa Auruncorum agens, etiam hunc locum laudat, ut doceret eam ſimpliciter *Sueſſam*, non addito Auruncorum, dici. De Sueſſa Pometia vide eundem Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1023.

v. 400. *A duro Fruſino haud imbellis aratro*] Ita fere ſupra eſt lib. I. verſ. 614.

Dexteraque a curvis capulo non ſegnis aratris.

De Fruſinone vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1034.

v. 401. *Fibreno miſcentem flumina Lirim*] De Fibreno vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. X. pag. 1076. de Liri ibid. pag. 1075.

v. 403. *Arpinas*] Vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1043.

v. 403. *Venafro*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap.





Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum.
Tullius aeratas raptabat in agmina turmas,
Regia progenies, & Tullo sanguis ab alto.
Indole pro! quanta juvenis, quantumque daturus
Ausoniae populis ventura in secula civem!
Ille, super Gangen, super exauditus & Indos,
Implebit terras voce, & furialia bella
Fulmine compescet linguae, nec deinde relinquet
Par decus eloquii cuiquam sperare nepotum.
Ecce inter primos Therapnaeo a sanguine Clausi
Exsultat rapidis Nero non imitabilis ausis.
Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens
Casperia, hunc Foruli, magnaeque Reate dicatum

Coelicolûm

cap. v. pag. 1182. Civitas haec non Latii, sed Campaniae erat.

v. 404. *Larinatum*] Vide Cluver. IV. Ital. Ant. cap. IX. pag. 1207. Et hoc oppidum non in Latio, sed in Frentanis haud procul a mari supero situm erat.

v. 405. *Commovet, atque viris ingens exhaurit Aquinum*] Abest hic versus ab editione Romana. N. HEINSIUS. Vide Cluver. III. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1038.

v. 407. *Regia progenies & Tullo sanguis ab alto*] *Tullus Attius* Volscorum rex in Chronico Eusebiano & Plutarcho vita Ciceronis: sic enim praestat legi, quam *Tullus Appius*. nec aliter Dionysius Halicarnassensis, apud quem tamen semel perperam Τύλλος Ἀτίδιος. forte Ἀτιος, unde Atii, apud Maronem. Auctor de viris illustribus Tullii familiam deducit à *Tito Tatio* in Cicerone: sed legendum *Tullo Attio*. Sic idem in vita Coriolani, *Ad Volscos concessit, eosque duce Attio Tullo adversus Romanos concitavit*. ubi MSS. *duce Tito Tatio* perperam simili errore. Hic ille Attius Tullus auctor Tullianae familiae. Vide Schottum in utroque loco. N. HEINSIUS. De regia Ciceronis progenie vide Dausquej. ad hunc locum, qui id à Scopa I. Collect. cap. v. negatum monuit, de quo etiam dubitavit Corrad. in Quaestura pag. m. 33.

v. 412. *Nec deinde relinquet Par decus eloquio cuiquam sperare nepotum*] Laudibus Ciceronis illustrandis commode adduxit locum Plinii lib. VII. cap. XXX. Dausquejus. Is locus etiamnum mendosus in haec verba. *Salve primus omnium parens patriae appellate, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite, & facundiae literarum Latinarum parens, atque, ut Dictator Caesar, hostis quondam tuus, de te scripsit, omnium triumphorum lauream adepte majorem.* Scio quid reponant docti; sed suspicio mihi est, scripsisse Plinium, *omnium triumphorum lauream adepte matrem*. Volebat Cicero videri, & quidem non injuria, nisi quatenus arrogantia rapiebatur, consulatum suum & Catilinariae conjurationis exstinctionem omnino novos natales Romano imperio retulisse, unde de se jactare ausus est,

O fortunatam, natam me Consule, Romam:

Non secus atque Camillum alterum conditorem urbs agnovit. Id videtur nobis allusisse Caesar dictator, lauream ejus omnium sequentium triumphorum parentem esse. Quae sequuntur apud Plinium, *Quanto plus est ingenii Romani terminos promovisse, quam imperii*, non habent opus addita voce: nam cum admirationis nota exaudienda erunt, ut scriptores plerumque scriptoribus, quam bellicis ductoribus, aequiores in comparatione laudum inveniuntur. ἀεὶ γὰρ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. v. *eloquii* bene editio Parmensis. in codice Puteaneo *eloquium*. N. HEINSIUS. In hunc sensum Catull. carm. L.

Disertissime Romuli nepotum,
Quot sunt, quotque fuere, Marce Tulli,
Quotque post aliis erunt in annis.

v. 414. *Therapnaeo*] *Therapnaeo* ex scriptis melioribus, *Theraneo* in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Ita & infra ea vox scribitur in optimis libris lib. XIII. vers. 43. & supra lib. VI. vers. 303. Cur autem Claudius *Therapnaeus* dicatur, vide ad libr. II. vers. 8.

v. 416. *Amiterna cohors*] Hic Silius jam Sabinos describere incipit. de Amiterno vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. IX. pag. 685.

v. 416. *Et Bactris nomina ducens Casperula*] Optime Coloniensis *Casperia*. ex hoc loco depravarunt Virgilianum Aen. VII. vers. 713.

Qui Tetricae horrentis rupes montemque Severum
Casperiamque colunt.

ubi *Casperulamque* adversus fidem veterum membranarum in editionibus nonnullis reposuere. Κασπερία apud Ptolemaenm regio Indica intra Gangem. unde apparet, cur à Bactris nomen id derivari contendat Silius. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. IX. pag. 676. qui cap. praec. pag. 644. Casperiae originem a Bactris fabulam esse censebat.

v. 417. *Foruli*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap.

IX.

Coelicolûm Matri, nec non habitata pruinis
Nursia, & a Tetrica comitantur rupe cohortes.
Cunctis hasta decus, clipeusque refertur in orbem,
Conique implumes, ac laevo tegmina crure.
Ibant, & laeti pars Sancum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Quid

IX. pag. 691.

v. 417. *Reate*] Vide Cluver. ibid. pag. 676.

v. 419. *Nursia*] Vide Cluver. ibid. pag. 691.

v. 419. *A Tetrica rupe*] Adi Cluver. ibid. pag. 692.

v. 420. *Cunctis hasta decus*] Insignis hic propter antiquitatem locus est, sed qui emendatione & explicatione opus, si quis alius in Italico, habeat: in quorum utroque quid nos possimus, videamus; & quod ad scripturam ejus sane attinet, eam ego sic ex membranis constituendam arbitror:

Cunctis hasta decus, clipeusque refertur in orbem,
Conique implumes, & laevo tegmina crure.
Ibant, & laeti pars Sanctum voce canebant
Auctorem gentis, pars laudes ore ferebant,
Sabe, tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Nunc singula consideremus diligentius. Hastam tribuit Sabinis, quae illis voce sua *quiris* dicebatur, unde *Quirites* Romani, & *Quirinus*, sive hastatus, Romulus. Dicit in laevo crure ocream habuisse, nimirum quod Sabinis jam olim Pelasgi immixti fuerint, quorum ut & Aetolis hic, si quid Aristoteli credimus, mos fuit, ut dextro crure nudo, sinistro tecto in aciem prodirent, contra morem militarem; qui requirit, ut dextrum potius crus militibus muniatur, quod hoc ex disciplina in ante illi habere debeant, quo & latera eorum ab hostibus subducantur, ne vulnus possint accipere, & proximior sit dextra, quae plagam possit inferre. & Romani quidem, teste Vegetio nostro cap. XX. lib. I. ferreas ocreas in dextro potissimum crure gerebant. Sequitur *Sanctum*, seu mavis *Sancum*, *pars voce canebant*, qui unus & idem cum Fidio & Semone. Ovidius lib. VI. Fastor. vers. 213.

Quaerebam, Nonas Sanco Fidione referrem,
An tibi &c.

Scripsi etiam *proprio de nomine*, non *patrio*: nec debui aliter. Quomodo enim de Sancti patris nomine dixit Sabinos Sabus, ac non de suo potius, cum hoc etymon clamet? mens certe haec poëtae fuit, ut existimaretur à Sancto originem quidem Sabinos, sed à Sabo nomen traxisse, & Cato de orig. ait, *nomen esse impositum ex Sabo divi Sagni* (forte *Sancti*? aut *Sanci*) *gentilis filio*. Poteram ad alia transire, sed prius etiam hoc in locum hunc addam: Sabinos, quod me paullo ante fugit dicere, non tantum praeter militiae leges communes in eo fecisse, quod crus sinistrum armis munirent; sed hac quoque in re, quod implumes conos habuerint, cum plumati, aut ursinis aliisque pellibus tecti coni plus terroris afferre soleant, ideoque stricte tales eos habere milites à Vegetio praecipiantur. Atque hinc ait etiam in I. libro Silius vers. 628. *Et Ligurum horrentes coni.* Verum satis jam militiae praecepta persecuti sumus. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII.

v. 421. *Vertice & implumes, ac laevi tegmine cruris*] Membranae Anglicanae,

Denique & implumes, & laevo tegmina crure.

unde confirmatur, quod Modio placet, *Conique implumes* ex Coloniensibus. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. Modius ex Coloniensibus membranis,

Conique implumes, & laevo tegmina crure;

quod & editio Romana confirmat. *laevo tegmina crure* etiam in reliquis scriptis. *Denique & implumes* editio Marsi Veneta & Parmensis cum Oxoniensi codice. N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanensi editione,

Denique & implumes, ac laevo tegmina crure.

in editionibus Marsi & illa, quam Martinus Herbipolensis curavit,

Denique & implumes, at laevi tegmine cruris.

Vulgatae lectionis auctor videtur Nicander, qui eam in Juntina editione protulit: hunc vero reliqui editores secuti sunt. pro eadem pugnat etiam Dausquejus.

v. 422. *Pars Sanctum voce canebant*] *Sangum* Veneta editio Marsi: scribe *Sancum*, & Semonem Sancum Deum Fidium intellige, de quo ad Fastos Nasonianos. N. HEINSIUS. *Sancum* hoc loco scribendum olim monuit Illustrissimus Heinsius ad Nason. VI. Fastor. vers. 213. & Celeberrimus Hudson ad Dionys. Halicarn. tom. II. pag. 335. Plura vide apud Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 642. Jos. Castal. Decad. III. Observ. & Broekhus. ad Propert. lib. IV. Eleg. IX. vers. ult.

v. 423. *Pars laudes ore ferebant, Sabe, tuas*] *ferebat* scripsi. N. HEINSIUS.

v. 424. *Qui de patrio cognomine primus* &c.] Sabinos à Sabo quodam nomen duxisse scribit in fragmentis Originum Cato, cui hic assentitur Silius. Solet noster poëta ad origines familiarum, urbium, & populorum tam frequenter stilum flectere, ut non minus ejus gratia rei, quam belli Punici, poëma instituisse videri possit. De Sabinorum vero nomenclatura alii alia tradunt. Plinius lib. III. cap. XII.

Quid, qui Picenae stimulat telluris alumnos,
Horridus & squamis & equina Curio crista?
Pars belli quam magna venit! non aequore verso
Tam creber fractis albescit fluctus in undis:
Nec coetu leviore, ubi mille per agmina virgo
Lunatis acies imitatur Martia peltis,
Perstrepit & tellus & Amazonius Thermodon.
Hic &, quos pascunt scopulosae rura Numanae,
Et quis litoreae fumant altaria Cuprae,

Quique

XII. *Sabini*, ait, *ut quidam existimavere, à religione & Deorum cultu Sevimi appellati, Velinos accolunt Lacus.* Idem lib. XII. cap. XIV. *Sabam* mysterium Arabibus Sabaeis significare auctor est, unde aliquis suspicari de mendo priorem locum non injuria possit. *Sabam* quidem & mysteriis aptam quampiam choream dictam ex Hesychio discas. Et cum Sabini laude severitatis floruerint, poterat videri cum σαβακῶς aliquid commune habere, quod apud eundem coryphaeum Graecorum grammaticorum in eam rem expositum habes. BARTHIUS lib. XXI. Advers. cap. XV. *de proprio cognomine* Modius ex Coloniensi libro. Oxonius & Puteaneus accedunt. N. HEINSIUS. Ita etiam legendum probat Dempster. ad Rosini I. Antiq. Rom. pag. m. 36. Infra lib. XII. vers. 716.

Parte alia, cerne, ut saevis Gradivus in armis
Impleri dictum proprio de nomine campum.

v. 425. *Dixisti magna populos ditione Sabinos*] Castigandum *Rexisti magna ditione.* N. HEINSIUS. *populos magna ditione* est populos potentissimos, quibus potestas imperandi late patebat. Supra lib. VII. vers. 506.

——— *sed enim ditione carere*
Virtutem, & poenas vincentibus esse repostas.

Fortasse autem *Dixisti populos Sabinos*, ut omnes codices habent, non rejiciendum. Vide Bentlej. ad Horat. lib. II. serm. Ecl. II. vers. 56. De Sabinis vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 641.

v. 426. *Et qui Picenae*] Ego magis probo membranarum Oxoniensium lectionem *Quid, qui Picenae.* nam ea commode admirationem infert. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *Quid, qui* codices manu exarati & vetustae editiones: probe. quod ex Oxoniensi Barthius jam monuit. N. HEINSIUS. Primus hic iterum Nicander veram Silii lectionem corrupit, ante quem omnes editiones *Quid, qui* habent. De Picentibus consule Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 722.

v. 427. *Equina Curio crista*] Ex jubis enim equinis ut plurimum olim cristae fiebant. Ovid. XII. Metam. vers. 88.

——— *non haec, quam cernis, equinis*
Fulva jubis cassis, neque onus cava parma sinistrae
Auxilio mihi sunt.

Virgil. X. Aen. vers. 869.

Aere caput fulgens cristaque hirsutus equina.

ubi videndus est Cerda.

v. 428. *Aequore verso*] Post tempestatem ponente fluctu. Sed fortassis *aequore verno* scribendum. Senec. in Troad. vers. 227.

Vernis Caycus gurgitem attollens aquis.

In Catalectis Pythoei carmine de Sole,

Tum placidum jacet omne mare &, vernantibus undis,
Flumina; per tremulos currit lux aurea fluctus.

Contra apud Persium *Hybernat mare.* Q. Ciceronis ibid.

Flumina verna cient obscuro lumine Pisces.

Simile mendum inhaeret codices Licentii ad Augustinum, quod etiam in Pithoei Catalectis exstat,

Ante sub Aegaeo optabunt pia tecta palumbes,
Et verna halcyone componet in arbore nidos.

nam & illic *versa* nunc circumfertur. Statius III. Theb. vers. 671.

Ut rapidus torrens, animos cui verna ministrant
Flumina.

& IX. Theb. vers. 330. *aestivo nec se magis aequore Triton Exserit.* N. HEINSIUS.

v. 431. *Lunatis acies imitatur Martia peltis*] Suspecta est mihi vox *imitatur* in his de Amazonibus: nam cum ea gens, licet muliebris, tot tantaque bella gesserit, omnino alio verbo opus erat ad ejus agilitatem exprimendam, & contra omnem rationem tam tenuiter de bellicosissima gente sensit Silius. Forte legendum,

Lunatis acies iniit Mavurtia peltis,

nam ita pro *Mavortia* non raro veteres libri: nisi de exercitatione, non proelio Amazonum, sermo fit Silio, quam *simulacra belli* vocat Claudian. in IV. Consul. Honorii. Videant alii. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. Opinor *aciem minitatur*, vel *aciem meditatur. acies iniit Mavurtia* Barthius. possis & *aciem molitur.* sed *meditatur* praestat. supra habuimus vers. 326. *cauti meditamina belli Lentus ama.* Statius Theb. IV. vers. 302.

Hi pastorali meditantur proelia trunco.

N. HEINSIUS.

v. 433. *Scopulosae rura Nomanae*] Forte, *scruposae Nomanae.* N. HEINSIUS. Vulgatam scripturam pluribus supra adstruxi ad lib. VII. vers. 274. De Numana consule Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 730.

v. 434. *Litoreae Cuprae*] Vide Cluver. ibid. pag. 734.

Quique Truentinas servant cum flumine turres,
Cernere erat: clipeata procul sub sole corusco
Agmina sanguinea vibrant in nubila luce.
Stat fucare colus nec Sidone vilior Ancon,
Murice nec Libyco: statque humectata Vomano
Hadria, & inclemens hirsuti signifer Ascli.
Hoc Picus, quondam nomen memorabile ab alto
Saturno, statuit genitor, quem carmine Circe
Exutum formae volitare per aethera jussit,
Et sparsit plumis croceum fugientis honorem.
Ante (ut fama docet) tellus possessa Pelasgis,
Quîs Aesis regnator erat, fluvioque reliquit
Nomen, & a sese populos tum dixit Asilos.

Sed

734. *litoreae* vero ad distinctionem alterius eodem nomine oppidi, quod in monte situm est, de quo vide Cluver. ibid. pag. 741.

v. 435. *Truentinas turres*] Vide Cluver. ibid. pag. 732.

v. 437. *Sanguinea vibrant in nubila luce*] Forte *vibrant rutilantia luce. vibrant in lumina* Oxonius. N. HEINSIUS. Vulgatam scripturam servant Coloniensis & plerique veterum codicum, nisi quod membranae Oxon. *in lumina* habeant sollemni librariorum errore. Eandem lectionis diversitatem in Virgilianis codicibus observavit Illustrissimus Heinsius supra ad lib. I. Silii vers. 358. sed nihil hic mutandum. infra lib. XV. vers. 140.

—— *ferri inter nubila visus*
Anguis, & ardenti radiare per aëra sulco.

Virgil. VII. Aen. vers. 526.

—— *aeraque fulgent*
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant.

Eadem vox etiam restituenda auctori adv. Marcion. lib. II vers. 34.

Nubila praeducunt menti, neque cernere possunt.

pari errore vulgo editur *Lumina*. si quid apud Silium mutandum foret, legerem *sanguineam vibrant in nubila lucem*, quod tamen non est necesse. *vibrare* enim saepe simpliciter poni supra docui ad lib. IV. vers. 156.

v. 438. *Ancon*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 728.

v. 439. *Humectata Vomano Adria*] *Hadria* edi jussit Illustrissimus Heinsius, & recte. vide Brockhus. ad Propertii lib. I. el. VI. vers. I. Contra sentit Dausquejus in Orthogr. parte II. voce *Adria*. De Vomano agit Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 735. de Hadria vero ibid. pag. 746.

v. 440. *Ascli*] Asculum Picenum innuit Silius, de quo vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 740. Est enim & alterum Asculum Apuliae, de quo agit idem Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 1220.

v. 441. *Vepicus, quondam nomen memorabile ab alto Saturno, statuit genitor*] Quis ille *Vepicus*, parvus Picus, aut ubi ejus mentio? utraeque membranae Modianae & Britannicae *Vopicus*. Quid clarius, quam scribi debere *Vos Picus?* cum praecipue eum Picum se dicere declarat, qui à Circe mutatus est. Is autem Picus à Saturno erat. Virgil. VII. Aen. vers. 48. *Fauno Picus pater, isque parentem Te, Saturne, refert.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. Operose nugatur hic Interpres, ut huic scripturae patrocinium quaerat. Romana editio *Ut Picus quondam*: scripti omnes *Vopicus*. Scribendum haud dubie *Hoc Picus quondam statuit*. Apud Juven. sat. VIII.

Tu licet à Pico numeres genus, altaque si te
Nomina delectant.

Qui, pro *statuit genitor*, reponunt *Fauni*, aut *Fatui genitor*, ipsi fatuos se praestant. *statuere moenia* pro condere passim obvium apud Poëtas. Dido apud Maronem. *Urbem praeclaram statui.* Barthius corrigendum censet *Vos Picus*. Nostram conjecturam veriorem audeo praestare. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediol. editio *Ut Picus*. Sed optime Illustrissimus Heinsius *Hoc Picus* conjecit. Sensus est, Picus genitor, nomen memorabile ab alto Saturno, quondam hoc Asclum statuit. De Pici metamorphosi vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 724. Recte etiam idem Heinsius *statuit genitor* contra Dausquejum, qui *Fauni*, vel *Fatui genitor* malebat, asseruit. *statuere urbem* pro condere, ut apud Maron. I. Aeneid. vers. 573.

Urbem quam statuo, vestra est: subducite naves.

si τὸ *statuit* in *Fauni* vel *Fatui* mutas, omnis hujus loci sensus & intellectus plane expungetur.

v. 443. *Exutum formae*] *Exemtum* editio Romana & Parmensis. mox *croceum plumis* Agrippinas. N. HEINSIUS. *Exemptum* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Sed nihil muto.

v. 446. *Fluvioque relinquit Nomen, & a sese populos tum dixit Asilos.*] Imo *reliquit* ex scriptis. N. HEINSIUS. *Asili* populi in Italia geographis ignoti sunt. Illustrissimus Scaliger ad marginem libri

sui

Sed non ruricolae firmarunt robore castra
Deteriore, cavis venientes montibus, Umbri.
Hos Aesis Sapisque lavant, rapidasque sonanti
Vertice contorquens undas per saxa Metaurus,
Et lavat ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum, Narque albescentibus undis
In Thybrim properans, Tiniaeque inglorius humor,
Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine Sena.
Sed pater ingenti medios illabitur amne
Albula, & admota perstringit moenia ripa.
His urbes Arna, & laetis Mevania pratis,
Hispellum, & duro monti per saxa recumbens
Narnia, & infestum nebulis humentibus olim
Iguvium,

sui *Asisos* conjiciebat. *Asisium* oppidum & inde dicti *Asisinates* noti sunt; vide Cluver. in Ital. Antiq. II. cap. VII. pag. 627. Sed ii in Umbria fuerunt, de qua mox Silius; nunc autem Picenum describit.

v. 449. *Umbri*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. IV. pag. 593.

v. 450. *Aesis Sapisque lavant*] *τὸ lavant* videtur mendosum esse, quia mox sequitur *lavat Maevania taurum. lavans* Oxonius. N. HEINSIUS. De priori fluvio vid. Cluv. II. Ital. Ant. c. v. pag. 611. de posteriori eundem I. Ital. Ant. cap. XXVIII. pag. 300.

v. 451. *Metaurus*] *Mataurus* hic denuo Coloniensis. diximus supra lib. VII. vers. 486. N. HEINSIUS. Vide etiam ad lib. IV. vers. 187. De hoc fluvio vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. v. pag. 607.

v. 453. *Clitumnus*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. x. pag. 701.

v. 453. *Nar.*] Vide Cluver. ibid. pag. 704.

v. 454. *Tiniaeque inglorius humor*] *Tuniaeque* scripti. Sed frustra. *Tinia* etiam Plinio est, *Τινίας* Straboni. N. HEINSIUS. *Teneaeque* more Graecorum apud Silium & Plinium scribendum existimat Casaub. ad Strab. lib. v. pag. 227. De hoc fluvio consule Cluver. II. Ital. Antiq. cap. x. pag. 700.

v. 455. *Clanis*] Cluver. ibid. pag. 703. Dausquejum carpit, quod Clanim, fluvium hic memoratum, cum Liri confundat. vide infra vers. 537. Idem Cluver. ibid. pag. 701. putabat forsitan, pro *Clanis*, hoc loco *Clasis* scribendum, ut innueretur Clasius, qui per Umbriam currens in Tiniam & sic in Tiberim influit, quoniam Clanis Etruriae fluvius est, & Silius hic Umbriae fluvios recenset.

v. 455. *Rubico*] Adi Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXVIII. pag. 296.

v. 455. *Senonum de nomine Senae*] *Sena* probe Coloniensis. Lucan. lib. II. vers. 407.

Senaque &, Hadriacas qui dividit, Aufidus, undas.

N. HEINSIUS. Ita hoc loco scribendum monuit etiam Cluver. II. Ital. Antiq. cap. v. pag. 610. Infra Silius lib. XV. vers. 555.

Poenus inundavit campos, qua Sena relictum
Gallorum à populis servat per secula nomen.

v. 457. *Albula, & immota perstringit moenia ripa*] Quidni *immota?* nam ripas quis moveri videt. Optime Coloniensis *admota*. N. HEINSIUS. *Albula* antiquissimum Tiberis nomen est. vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. x. pag. 694.

v. 458. *Arna*] Perperam scripti *Arma*. Ptolemaeo etiam *Ἄρνα* est. Hinc *Arnates* Plinio. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 626. Male autem etiam Romana princeps ac Mediol. editio *Arma*.

v. 458. *Latis Mevania pratis*] Recte codices scripti *laetis pratis*. Ita lib. VI. vers. 645. videtur etiam scribendum,

—— atque ubi laetis
Projecta in campis nebulas exhalat inertes,
Et sedet ingentem pascens Mevania taurum.

N. HEINSIUS. Sic Senec. in Herc. Fur. vers. 698.

Non prata viridi laeta facie germinant.

Saepe autem ita turbarunt librarii. vide supra ad lib. v. vers. 178. De Mevania vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 628.

v. 459. *Hispellum, & duro monti per saxa recumbens*] *Hisbellum* Coloniensis. Fortassis scribendum,

Hispellum, & dumosa jugi per saxa recumbens
Narnia.

Apud Martialem, *ancipiti vix adeunda jugo Narnia.* N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 627.

v. 460. *Narnia*] Vide Cluver. ibid. pag. 636.

v. 460. *Infestum nebulis humentibus olim Iguvium*] MS. lectio *nebulis viventibus*. puer quispiam reducat *uventibus*. Sic lib. IX. ubi editur,

Sed vos, quorum oculos atque ora humentia vidi,

in membranis est *viventia*, pari errore corrigendi. lib. XI.

Humentes rapido circumdat gurgite campos
Aufidus.

MS. Oxoniense *Viventis* pariter, ubi & pariter corrigendum

Iguvium, patuloque jacens sine moenibus arvo
Fulginia: his populi fortes Amerinus, & armis
Vel rastris laudande Camers, his Sassina dives
Lactis, & haud parci Martem coluisse Tudertes.
Ductor Piso viros spernaces mortis agebat
Ora puer, pulcherque habitum: sed corde sagaci
Aequabat senium, atque astu superaverat annos.

Is

rigendum. Discrimen inter *humidum* & *uvidum* docet Servius ad Bucolica. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. v. *nebulis viventibus* Oxonius. Scribe *uventibus*, ut saepe alias. diximus supra lib. III. vers. 522. neque aliter Barthius. Deinde Puteaneus non *Inginum*, sed *Ingenium*, & sic editio quoque Romana. Parmensis *Ingmium*, Oxonius *Igninum*, *Iguvium* Coloniensis. Optime. & sic jam restituit vir exactissimae eruditionis Philippus Cluverius, qui nomen idem apud Ciceronem, Caesarem, aliosque scriptores in vulgatis editionibus mendosum circumferri docet: adde & Plinio lib. XXIII. cap. IV. sub finem. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. CCCXLVII. FVLGINIA. ITEMQVE. IGVVINORVM. SPLENDIDISSIMVS. ORDO. Plures inscriptiones apud Cluverium vide in Italiae Antiquae descriptione. N. HEINSIUS. Vide nempe lib. II. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 624. Deinde etiam Romana princeps & Mediolan. editio *Ingenium*; editiones vero Marsi *Inginum*.

v. 461. *Jacens sine moenibus arvo*] Forte *in moenibus*. N. HEINSIUS.

v. 462. *Fulginia*] Vide Cluver. ibid. pag. 628.

v. 462. *Amerinus*] Vide Cluver. dicto loco pag. 634.

v. 463. *Vel rastris laudande Camers*] *Camars* in Agrippinati libro, quomodo & in Livianis codicibus, *Clusium, quod Camars olim appellabant*, lib. x. cap. XXV. Dubito tamen de eo scribendi modo; nam Clusini *Camertes* dicebantur, & oppidum *Camertium*, non *Camartium*. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VI. pag. 613. ubi etiam de duplici scribendi modo *Camers* & *Camars* egit. Supra lib. IV. vers. 157. Silius *Camertum phalanga* memoravit, ubi ex scriptis nihil de lectionum diversitate Heinsius monuit. Apud Maron. x. Aen. vers. 562. & XII. vers. 224. *Camers* viri nomen est, fortasse, ut poëtis mos est, ab hoc Etruriae oppido deductum, non *Camars*. Nec tamen aliquid discrepantiae notavit ex codicibus priscis Pierius, in his monendis ceteroquin religiosissimus. Simili modo in libris scriptis Siciliae oppidum nunc *Camarina*, nunc *Camerina*, scribitur.

v. 463. *His Sarsina dives*] Coloniensis liber & Oxonius *Sassina*. vere. Puteaneus *Saxina*. Vetustum marmor apud Gruter. pag. DXX. ARRI. C. F. PVP. NATVS. SASSINA. MILES. PR. 7. & pag. CCXCVII. in fastis Capitolinis, D. IVNIVS. PERA. DE. SASSINATIBVS. &, M. FABIVS. PICTOR. DE. SASSINATIBVS. pagina tamen MXCV. C. GALLERIO. C. F. AN. IVLIANO. EQ. P. QVAESTORI. II. VIRO. CVRATORI. SARSINATIVM. Quae scriptura in Graecis Latinisque auctoribus passim est obvia. Nec aliter complura vetusta exemplaria apud Martialem, quae consului, illo versu lib. III. Epigr. LVIII.

Metamque lactis Sassinatis de silva.

Idem Martial. lib. I. Epigr. XLIII.

Rustica lactantes nec misit Sassina metas.

Sic scribe, nam optimus codex Thuan. *Sasina*, vulgo *fiscina*, in plerisque scriptis *fuscina*. lib. IX. Epigr. LIX.

Nec tua Bajanas Sassina malit aquas.

Sic & ibi scripti. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VI. pag. 623.

• v. 464. *Tudertes*] Adi Cluver. II. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 633.

v. 466. *Ore puer, puerique habitu*] Malam rem, ut pueri habitu in aciem descenderit Piso ille, quem ait poeta aetate adhuc puerum, sed animi maturitate senem fuisse. Liquet mihi plane esse reponendum, *Ora puer, pulcherque habitum.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII. Recte Dausquejus retinet *puerique habitu*, quod a membranis etiam firmatur, nam in illis est, *Ora puer, puerque habitu.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. v. *Ora* ex Coloniensi Modius, eleganti Graecismo: confirmat Oxonius. pro *puerique habitu*, ex eodem Coloniensi is ipse Modius pari Graecismo *pulcherque habitum.* Interpres, qui in contraria discedit, non est audiendus. Nam quod is opinatur, Pisonem habitu seu vestitu Persico fuisse indutum, fallitur & aberrat toto coelo. Scribendum quippe ac distinguendum ex auctoritate Coloniensis libri,

— pictis radiabat in armis:
Arsacidum ut fulvo micat ignea gemma monili.

cum vulgati libri agnoscant *radiabat in armis Arsacidum, & fulvo.* Sed quis credat, hominem & ducem Romanum cultu Persico indutum fuisse, quod ne in Alexandro quidem Magno caruit invidia? Miror equidem stuporem hunc in nasutissimo Interprete. Barthius tamen, quod mireris, Interpreti accedit, qui in Oxoniensi fuisse monet *puerque habitu*, ac proinde *puerique habitu* tuetur. Deinde scribendum ex codice Puteaneo & editione Aldina, Romana, & Parmensi, *Is primam ante aciem*, non *primum*, quod codices vulgatos insedit. Praeterea *raptis superabat in armis* editio Romana. Fortasse *rutilabat*, vel *vibrabat in armis*; sed praestat posterius,

Is primam ante aciem pictis radiabat in armis;
Arsacidum ut fulvo micat ignea gemma monili.
Jamque per Etruscos legio completa maniplos
Rectorem magno spectabat nomine Galbam.
Huic genus orditur Minos, invisaque tauro
Pasiphaë, clarique dehinc stant ordine patres.

Lectos

rius, & tum pro *raptis* lege *rutulis.* quamquam recepta scriptura non videtur loco movenda. N. HEINSIUS. Celeberrimus Burmannus quam minima mutatione refingit,

Ora puer; puerosque habitu, sed corde sagaci
Aequabat senium.

vel, *puerumque habitu:* ut dicat, Pisonem vestitu & ornatu pueros, sed mente & prudentia senes retulisse. Et ita capiendum illud Sullae de Julio Caesare apud Sueton. ejus vit. cap. XLV. *ut male praecinctum puerum caverent.* Caesar enim ut delicatus puer praecinctus erat, sed multi tamen ei Marii inerant, ut idem Sulla ibid. ait. cap. I. Summa autem haec juvenis laus est, si in tenera aetate senes prudentia aequat. Plura similia collegerunt Marcil. ad Persii Satyr. pag 97. Rittersh. ad Gunther. I. Ligur. vers. 286. Dresem. ad Iscan. I. de bello Troj. vers. 19. Martinus III. Var. Lect. cap. VI. Barth. ad Claud. Consul. Olybr. & Prob. vers. 68. vers. 154. ad Consul. Mall. Theod. vers. 16. & ad Rutilii Itin. lib. I. vers. 470.

v. 468. *Is primum ante aciem*] Praeter Colinaei & Dausqueji editiones, omnes aliae, quas vidi, recte habent *primam ante aciem.* Deinde & Romana princeps ac Mediolan. *raptis superabat in armis.* quod variis conjecturis tentavit Illustrissimus Heinsius. Sed nihil muta. Sic fere Propert. lib. IV. eleg. I. vers. 27.

Nec rudis infestis miles radiabat in armis.

Male festinantes librarii τὸ *superabat* ex praecedenti versu repetierunt, quomodo erratum in recentioribus editionibus lib. XI. vers. 69. in plurimis scriptis ac editis libris supra lib. IV. vers. 613. & in optimo Colon. ibid. vers. 732. vide etiam infra ad lib. XIII. vers. 224. & N. Heinf. ad Nasonis IV. Metam. vers. 561. & Metam. V. vers. 95.

v. 469. *Arsacidum, & fulvo*] Omnino cum Illustrissimo Heinsio legendum ac distinguendum *in armis: Arsacidum ut fulvo.* Silius enim Virgilium imitatur, qui pari comparatione in Ascanio describendo usus est X. Aeneid. vers. 134.

Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti.

Voculas & & *ut* frequenter librarii inter se commutarunt: vide infra ad lib. V. vers. 217. *Arsacidum monili*, tum quod gemmae in Perside reperiantur, tum quod eas vestibus addere solerent. Claudian. III. Cons. Honor. vers. 203.

Gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.

ubi videndus est Barthius.

v. 470. *Etruscos maniplos*] De Etruscis vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. I. pag. 419.

v. 472. *Huic genus orditur Minos, invisaque tauro Pasiphaë*] Elegantius longe venustiusque membranae,

Huic genus orditur Minos, inclusaque tauro.

Respexit poëta, dum hic Etruscorum ducem Galbam fingit à Minoë & Pasiphaë genus ducere, ad Imperatorem Galbam, qui stemma in atrio proposuit, quo paternam suam originem ad Jovem, maternam ad Pasiphaën Minois referret. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII. Dausquejo accedo, cum vulgatam lectionem *invisaque tauro* contra Modium defendit: accedunt etiam Membranae Oxonienses. *invisa tauro*, est infamis tauri amoribus, quo nihil planius. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. V. *ordator Minos* ex Coloniensi Modius. sed male; nam *orsor* esset dicendum. in eodem Coloniensi *inlusaque tauro*, unde Modius perperam *inclusaque tauro:* nam vaccae, non tauro, inclusa Pasiphaë fuerat, uti & Interpres vidit. Philippus Beroaldus commentario in Apul. Milesios sermones ad lib. X. *immissaque*, vel *immixtaque tauro Pasiphaë* castigabat. Latinius utique, si *commissa tauro* reposuisset. Sic *committere Venerem* Propertio, & apud Nasonem Epist. XI. Heroid. vers. 21.

O utinam, Macareu, quae nos commisit in unum,
Venisset leto serior hora meo.

Cogitabam & aliquando *incestaque tauro Pasiphaë*, vel cum Agripp. libro, *inlusaque tauro. illudere* enim verbum est obscoenae significationis. Sic *feminarum capitibus illudere* de Tiberio Suetonius in ejus vita cap. XLV. Quae subjungam exempla, ex adversariis suis suggessit Johannes Georgius Graevius, ingens literarum humaniorum ornamentum. Tacit. Annal. XIII. cap. XVII. *Tradunt plerique illorum temporum scriptores, crebris ante exitum diebus illusisse pueritiae Britannici Neronem.* Annal. XVII. cap. LXXII. C. *Caesar, scortorum quoque cupiens, etiam matri ejus illusit.* Appulej. Metam. I. *Hic est, soror. Panthia, carus Endymion, hic est catamitus meus, qui diebus ac noctibus aetatulam meam illusit.* Lactant. VI. Instit. cap. XXIII. *Nihil amplius istos appellare possum, quam impios & parricidas, quibus non sufficit sexus a Deo datus, nisi & suum profane & petulanter illudant.* Sed vulgata scriptura defendi potest ex Propertiano loco, qui *Cretaei fastus juvenci Pasiphaen pertulisse* asseverat lib. III. eleg. XVII. ut *invisam tauro* fuisse oporteat. Habet etiam nonnulla ad rem Virgil. Ecl. VI. & Naso I. amatoriae artis vers. 289. & seqq. Et

Lectos Caere viros, lectos Cortona superbi
Tarcontis domus & veteres misere Graviscae.
Necnon Argolico dilectum litus Haleso
Alsium, & obsessae campo squalente Fregellae.
Affuit & sacris interpres fulminis alis
Faesula, & antiquus Romanis moenibus horror
Clusinum vulgus; cum, Porsena magne, jubebas
Nequidquam pulsos Romae imperitare Superbos.
Tunc quos a niveis exegit Luna metallis,
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, & claudere pontum,

Maeoniaeque

sane verisimile non videtur, Silium genti Sulpiciae voluisse exprobrare dedecus amati à Pasiphaë tauri. quare prudenter addit *tauro invisam*, quod male Barthius interpretatur infamem tauri amoribus. N. HEINSIUS.

v. 474. *Lectos Cere viros*] *Caere* cum Coloniensi. Graecis Καίρη est. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. antiq. cap. II. pag. 489.

v. 474. *Cortona superbi Tarcontis domus*] Pro *Cortona*, Puteaneus, Oxonius, & editio Romana *Corona*. N. HEINSIUS. De Cortona vide Cluver. II. Ital. Ant. cap. III. pag. 573. Deinde constanter omnes libri *Tarcontis*, Graecis enim Τάρκων dicitur. Apud Maronem autem VIII. Aen. vers. 603. & XI. Aen. vers. 727. etiam in emendatissima Heinsii editione per aspirationem *Tarchon* scribitur, pro quo Pierius loco posteriori in plerisque MStis se *Tarcon* invenisse testatus est, quae etiam vera videtur scribendi ratio.

v. 475. *Graviscae*] *Grabiscae* Coloniensis. N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediol. editio operarum errore *Granscae* habent. Apud Maron. X. Aen. vers. 184. in codice Romano Pierius *Grabiscae* invenit, ut hoc loco Heinsius in Coloniensi, quod pariter librariorum imperitiae adscribendum, qui literas *B.* & *V.* quam frequentissime confuderunt. vide Reines. comment. ad Inscript. Class. I. inscr. X. similiter invenitur *Marruvium*, & *Marrubium*. vide infra vers. 507. *Avella* & *Abella* vers. 545. *Vageni* & *Bageni* vers. 608. *Vagesus* & *Bagesus* lib. X. vers. 460. aliaque similia. De hoc oppido agit Cluver. II. Ital. Ant. cap. II. pag. 483.

v. 476. *Dilectum litus Aleso Alsium*] *Usium* scripti & Romana editio constanter. sed male. Deinde *Haleso* Coloniensis. sic & apud Maronem scripti dictum ad X. Aen. vers. 352. N. HEINSIUS. Male etiam Romana princeps & Mediolonensis editio *Usium*. De hoc oppido vide Cluver. ibid. pag. 497.

v. 477. *Fregellae*] In editione Marsi exhibentur *Fregenae*. Sed aliter scripti, quamvis *Fregenae*, Tusciae urbs, loco huic videntur convenientiores. N. HEINSIUS. Cluverus II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 498. *Fregenae* scribendum judicavit, quod in descriptione Etruriae minus recte *Fregellae*, quae Volscorum urbs est, memorari possent. Pluribus ibi Dausq. exagitat, quod veram scripturam non viderit, praesertim cum ipse laudarit locum Strabonis V. Geogr. pag. 225. Ἀπὸ δὲ τῶν Κοσσῶν εἰς Ὠστίαν παραπλέουσι πολίχνιά ἐστι Γραουίσκιοι, καὶ Πύργοι, καὶ Ἄλσιον, καὶ Φρεγήνα. *A Cossa navigantibus Ostiam occurrunt Graviscae, Pyrgi, Alsium, & Fregenae.*

v. 479. *Fesula*] *Faesula* scribatur cum Coloniensi. Φαισούλα est Graecis. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. III. pag. 509.

v. 480. *Clusinum vulgus*] Vide Cluver. ibid. pag. 566.

v. 482. *Tunc quos à niveis exegit Luna metallis, Insignis portu*] Ennius,

Lunai portum est operae cognoscere, cives.

Luna Geograph. lib. V. Σελήνη est. Porro hallucinatur graviter vir doctissimus, qui Σεληνίτην cum Lunensi marmore confundit, & hos Nonni versus lib. Διονυσιακῶν E. vers. 162. huc trahit,

Τῇ μὲν ξανθὸς Ἴασπις ἐπέτρεχε, τῇ δὲ Σελήνης
Εἶχε λίθον πάλλευκον, ὃς ἰκμαλέοιο θεαίνης
Αὐτομάτης μινύθει, καὶ αὔξεται, ὁππότε μήνη
Ἀρτιφανὴς σέλας ὑγρὸν ἀποστίλβουσα κεραίης
Ἠελίου γενετῆρος ἀμέλγεται ἀντίγονον πῦρ.
Hinc pueri fulvus torquem velavit Iaspis,
Hinc lapis, umbrosae sequitur qui cornua Lunae,
Qui cum luce Deae pariter maiorque minorque
Cernitur, ardenti cum stillas lumen ab ore,
Et Phoebo proprios emulget vultibus ignes.

Fallitur ergo, cum Σελήνην ibi oppidum esse putat. Deinde quis *Lunense marmor* crescere cum luna, & decrescere umquam prodidit? at de Selenitide quis nescit? Plin. lib. XXXVII. cap. X. *Selenites ex candido translucet, melleo fulgore, imaginem Lunae continens, redditque eam in dies singulos crescentis minuentisque numero, nascique putatur in Arabia.* Ex quibus Plinii evincimus, primo *Selenitem* esse, de quo Nonnus loquitur; nam & idem de imitatione Lunae tradit, & colorem πάλλευκον esse concedit. Secundo Seliniten non in Etruria nasci, ubi Luna est, sed in Arabia, quem & Pallenen producere Periegetes asserit vers. 327.

Ἔνθα μελισσοβότοιο κατὰ σκοπιὰς Παλλήνης
Φύεται ἀστέριος καλὸς λίθος.

&

Maeoniaeque decus quondam Vetulonia gentis.
Bissenos haec prima dedit praecedere fasces,
Et junxit totidem tacito terrore secures:
Haec altas eboris decoravit honore curules,
Et princeps Tyrio vestem praetexuit ostro:
Haec eadem pugnas accendere protulit aere.
His mixti Nepesina cohors Aequique Falisci,
Quique tuos, Flavina, focos, Sabatia quique
Stagna tenent Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul, & sacrum Phoebo Soracte frequentant.
Spicula bina gerunt; capiti cudone ferino

Sat

& quis sit, paullo infra docet, nimirum λυχνὶς τι πυρὸς φλογὶ πάμπαν ὁμοίη. Lychniten igitur poëta ille Seleniten appellat. Interpres ejus ad verba haec, Λυχνίτης ὁ λίθος λέγεται, ὃν δὲ καὶ Σεληνίτην καλοῦσι τὸν τοιοῦτον λίθον. Caussam addit, & quidem eandem, quam Nonnus, ἐπειδὴ συμπαθῶς, φασὶν, ἔχει πρὸς τὴν Σελήνην. Satin' ergo certum est, de *Selenitide lapide*, non de *Lunensi marmore*, loqui poëtam illum? quem enim usum Lunense marmor in torque habere potest, cujus tanta magnitudo est, ut ingentes columnae ex lapide uno caelentur? Strabo [lib. v. pag. 222.] Μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος, τοσαῦτ' ἐστὶ καὶ τηλικαῦτα μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας καὶ στύλας. ubi enimvero vides lector, primo quantum Σεληναῖον marmor à Selenite differat; deinde Silium ab eruditione nusquam recedere, qui marmor *metallum* vocat Graecorum more cum Strabone: nam & Hesychius Μέταλλον, λίθος inquit, qui & lapides metallum vocari docet. D. HEINSIUS. De Lunae portu vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 455. Optime autem D. Heinsius & postea Cl. Dausquejus *nivea metalla* exposuerunt candidum marmor. Ita & gemmae metallum vocantur apud Pacat. in Paneg. cap. IV. *Adde auriferorum opes fluminum, adde radiantium metalla gemmarum.* sulfur apud Appulej. IX. Metam. pag. 104. ed. Pricaei, *Interdum acerrimo gravique odore sulfuris juvenis inescatus atque obnubilatus intercluso spiritu diffluebat: utque est ingenium vivacis metalli, crebras ei sternutationes commovebat.* marmor apud Statium lib. IV. silv. III. vers. 99.

Et totis Ligurum nitens metallis.

vide Barthium ad Statii. lib. I. silv. V. vers. 36. & lib. X. Advers. cap. XI. De marmore Lunensi plura habet Gronov. in Diatr. Statiana cap. X.

v. 485. *Vetulonia*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 473.

v. 486. *Praecedere fasces*] *procedere* Oxonius. sic lib. VI. vers. 444.

Vidisti Latios Consul procedere fasces.

N. HEINSIUS. Nihil hic mutandum. Silius enim lib. VI. vers. 444. ad sollemnes Consulum processiones die initi Consulatus allusit, quo hic non respexisse videtur.

v. 487. *Et junxit totidem secures*] *vinxit* editio Romana princeps & Mediolanensis sollemni librariorum errore, qui ob similes ductus literarum *iu* & *ui*, praesertim in scriptura Longobardica voces *vincire* & *vinctus* frequenter in *jungere* & *junctus* mutare solebant, & contra *junctus* in *vinctus*. Infra lib. XVII. vers. 143. pro *palmas vinxere catena*, libri scripti habent *junxere*. vide Pierium ad Maron. Ecl. III. vers. 25. Commentatores Petron. ad Satyr. cap. CXXIII. N. Heinsium ad Ovid. I. Metam. vers. 121. ad Claud. bell. Getic. vers. 18. ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 592. Gebhard. & Brockhus. ad Tibull. lib. I. eleg. I. vers. 73. vel 63. ut in aliis editionibus est. Denique etiam Bentlej. ad Horat. lib. I. od. XXV. vers. I.

v. 491. *Hos juxta Nepesina cohors.*] *His juxta* Oxonius, *His mixta* Puteaneus, sed vere Coloniensis *His mixti*. N. HEINSIUS. *His mixti cohors*, ut illud lib. X. vers. 306.

——— *jacet altum pectus, & ingens*
Dextera, quem soli (si bella agitanda darentur)
Aequares forsan Fabio.

ubi plura vide. De hoc oppido autem vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. III. pag. 529.

v. 491. *Aequique Falisci*] Vide Cluver. ibid. pag. 537.

v. 492. *Flavina*] Cluver. ibid. pag. 551.

v. 492. *Sabatia stagna*] Cluver. ibid. pag. 523.

v. 493. *Cimini lacum*] Cluver. ibid. pag. 562.

v. 493. *Sutria tecta*] Cluver. ibid. pag. 554.

v. 494. *Sacrum Phoebo Soracte*] Pessime *sacris* editio Dausquejana. N. HEINSIUS. Vide Cluver. ibid. pag. 545.

v. 495. *Caput his cudone ferino Stat cautum*] Lego *capiti cudone ferino Sat cautum.* Tum *Lycios damnant hastilibus arcus* valet, malunt hasta, quam arcu, in pugna uti, usum hastae sagittandi arti praeferunt. *cudo* autem est pellis ferina cruda, & ut feris detracta est. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII. Probe omnino Coloniensis *capiti cudone ferino Sat cautum.* idque Modius jam est amplexus. *capiti* Oxonius & Puteaneus etiam agnoscunt. N. HEINSIUS. Optime hunc locum vindicarunt viri docti. *capiti cudone* etiam Romana princeps & Mediol.

Sat cautum: Lycios damnant hastilibus arcus.
Hac bellare acies norant. at Marsica pubes
Et bellare manu, & chelydris cantare soporem,
Vipereumque herbis hebetare & carmine dentem.
Aeetae prolem Angitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena,
Et lunam excussisse polo, stridoribus amnes
Frenantem, ac silvis montes nudasse vocatis.
Sed populis nomen posuit metuentior hospes,
Cum fugeret Phrygios trans aequora Marsya Crenos,
Mygdoniam Phoebi superatus pectine loton.

Marruvium,

diol. editio. *Sat* autem frequenter in *Stat* commutatum, ut docui ad librum II. vers. 561. de cudone vide infra ad lib. XVI. vers. 59.

v. 497. *Ac Marsica pubes*] Lego *at Marsica pubes*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII. *at* scribendum. Secundam syllabam in *chelydris* corripuit praeter exemplum. quapropter etiam atque etiam vide, ne Silius reliquerit nobis, *atque hydris cantare soporem*. secundam non uno loco produxit jam ante. N. HEINSIUS. De Marsis vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XV. pag. 759. de eorum incantationibus & modo medendi morsibus venenatis serpentum Stewich. ad Arnob. lib. II. pag. 74. & N. Heinsium ad Nason. II. Art. Amandi vers. 102.

v. 500. *Aeetae prolem Anguitiam mala gramina primam Monstravisse ferunt*] Sumitur *mala* ut apud Theocritum τὸ κακὸν, id est, magicum & veneficiis idoneum. [Id. II. vers. 39.]

—— ὅς με τάλαιναν
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν, καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.

Sic apud Tibull. lib. I. eleg. III. vers. 51.

Sola tenere malas Medaeae dicitur herbas.

Sic Idyllio Theocriti eodem vers. 58.

Σαύραν τοι τρίψασα κακὸν ποτὸν αὔριον οἰσῶ.

item vers. 161.

Τοῖά οἱ ἐν κίστᾳ κακὰ φάρμακα φαμὶ φυλάσσειν.

ubi κακὰ φάρμακα sunt τὰ πρὸς μαγείαν ἐπιτήδεια. Sic ἔθηκε κακὰν ἦμεν nihil aliud est, quam τοῖς φαρμάκοις ἐπιχειρῶν ἢ φαρμακεύτριαν εἶναι ἐποίησε. sicut illud Catulli,

Et ne quis malus invidere possit.

& in legibus XII. Tabularum *malum carmen* dicitur ἡ ἐπαοιδή. D. HEINSIUS. *Angitiam* Coloniensis. Adeantur quae annotamus ad Aeneid. VII. vers. 759. N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolan. editio *Angitiam*, proxime verum. *Angitiam* in Porcii codice scripto invenerat etiam Pierius apud Virgil. ad d. locum. De ea vide Salmas. in Exercit. Plin. pag. 60. & Delr. ad Senec. Medeam vers. 1024. ubi *Anguiciam* dici mavult ab anguibus ciendis carmine. *mala gramina* autem, ut Eruditissimus Heinsius vidit, sunt herbae veneficio inservientes. vide Gebhard. ad Propertii lib. II. eleg. I. vers. 53. Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. II. vers. 51. & Commentat. ad Petron. Satyr. cap. LXIII. Sic Virg. II. Aen. vers. 471. *coluber mala gramina pastus.* ubi videndus est Cerda.

v. 502. *Et Lunam excussisse polo*] Observavi autem, ad defectum Lunae mortuorum animas placare antiquos solere, quos tantisper in tenebris miserisque doloribus detineri putabant; atque haec caussa, cur aere ad defectum Lunae & tinnitu uterentur. Hanc superstitionem me Plutarchus docuit, in libro de facie, quae in orbe Lunae apparet, θερμότατα, inquit, ἐπάγει τὴν κίνησιν, ὅπως τάχυ διαπερᾷ τὸν σκοτώδη τόπον ὑπεκφέρουσα ψυχὰς τῶν ἀγαθῶν σπευδούσας καὶ βοώσας· οὐκέτι γὰρ ἐξακούουσιν ἐν σκιᾷ γενόμεναι τῆς περὶ τὸν οὐρανὸν ἁρμονίας. Audin' ipsas beatorum animas tantisper surdas esse, & suavissimam illam coeli harmoniam nullo modo exaudire putabant, quare aere & tinnitu succurrebant. Quod vero ad damnatorum animas, ἅμα δὲ καὶ κάτωθεν αἱ τῶν κολαζομένων ψυχαὶ τηνικαῦτα διὰ τῆς σκιᾶς ὀδυρόμεναι καὶ ἀλαλάζουσαι προσφέρονται. Ergo ob hanc caussam, inquit, καὶ κροτεῖν ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν εἰώθασιν οἱ πλεῖστοι χαλκώματα, καὶ ψόφον ποιεῖν, καὶ πάταγον ἐπὶ τὰς ψυχάς. Cavitates enim duas in Luna credebant, alteramque μυχὸν Ἑκάτης, alteram, quae minor erat, Elysium esse, superstitiosa antiquitas. D. HEINSIUS. Hae nempe magicae artis vires credebantur, de quibus plura videantur apud Elegantissimum Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IX. vers. 19.

v. 505. *Cum fugeret Phrygios trans aequora Martia Crenos*] *frenos* scripti omnes & editio Romana. Sed ut haec incerta sunt, ita recte exemplar Coloniense pro *Martia* reponit *Marsua*, id est, *Marsya*, uti & Modio jam est monitum. in editione Parmensi *Marsia Crenos.* Salmas. ad Solin. pag. 835. (pag. m. 586.) *Phrygias crenas* malit: ego minima mutatione *Phrygios threnos* amplector. Nam in Phrygia fuisse videtur non fons solummodo, *Aulocrene* hanc ob rem dicta, sed vallis etiam *Aulothrenis*. Ita enim in Plinianis codicibus vetustioribus legi, quoties montis aut convallis mentio apud illum incidit, Salmasius asseverat exercitationibus Solinianis pag. 834. (pag. m. 586.) Haec olim. at vero rectum est *Phrygios frenos*, quod scripti praeferunt. *freni* pro imperio.

Marruvium, veteris celebratum nomine Marri,
Urbibus est illis caput, interiorque per udos
Alba sedet campos, pomisque rependit aristas.
Cetera in obscuro famae, & sine nomine, vulgi
Sed numero castella valent: conjungitur acer
Pelignus, gelidoque rapit Sulmone cohortes.
Nec cedit studio Sidicinus sanguine miles,
Quem genuere Cales. non parvus conditor urbi
(Ut fama est) Calaïs, Boreae quem rapta per auras
Orithyïa vago Geticis nutrivit in antris.

Haud

perio. Sic Silius lib. III. vers. 226.

Ausa sibi Libye rerum deposcere frenos,
Et terris mutare jugum.

lib. I. vers. 240. *Utque dati rerum freni.* lib. X. vers. 481.

Quae Libycos renuit frenos, sub regibus olim
Roma fuit.

Statius VIII. Theb. vers. 543. etiam *frenos* dixit. Livius lib. XXXVII. cap. XXXVI. *Concesso vero in Asiam transitu, & non solum freno, sed etiam jugo accepto, quae disceptatio relicta est?* ubi videndus Sigonius. Curtius lib. VII. cap. X. *Haec omnia oppida sita sunt in editis collibus, velut freni domitarum gentium.* Non dissimili modo *dominos* ponit Naso de Pythagora XV. Metam. vers. 60.

——— *sed fugerat una*
Et Samon & dominos, odioque tyrannidis exsul
Sponte erat.

N. HEINSIUS. *Marsia* etiam editio Romana princeps & Mediol. Optime vero Illustrissimus Heinsius *Marsya* huc revocavit, quem eundem esse ei, qui cantu citharae ab Apolline superatus est, sequens versus docet. At cum omnes Mythologi tradant, Marsyan superatum detracta cute ab Apolline interemtum esse, patet Silium alios auctores secutum esse, quorum auctoritate tradat, Marsyan post Apollinis victoriam in Italiam abiisse. Quare etiam potius legerim hoc loco *Phrygios shrenos*, vel *Phrygias crenas*, quam *Phrygios frenos*, (licet eam lectionem habeat etiam Romana princeps & Mediolan. editio) quod Marsya non tam Phrygium imperium fugerit, quam Maeandri crenas, ad quas olim ante victoriam Apollinis tanta cum laude canere solebat, ne quotidiano illius loci aspectu dedecoris sui memoriam renovaret. Diversas opiniones, unde Marsi dicti sunt, vide apud Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XV. pag. 759.

v. 507. *Marruvium*] Vide Cluver. d. loco pag. 769. ubi *Marruvium* & *Marrubium* dici notat, ut hoc etiam loco Dausquejus. Vide etiam Pierium ad Maron. VII. Aen. vers. 750. & quae supra dixi hoc libro vers. 475.

v. 509. *Alba*] Marsorum nempe, quae diversa est ab Alba longa, ab Ascanio condita. Vide Cluver. ibid. pag. 767.

v. 512. *Pelignus*] Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 754.

v. 512. *Sulmone*] Cluver. ibid. pag. 755.

v. 513. *Nec cedit studio vicinus sanguine miles*] In Coloniensi *Siricinus*. Corrigendum utique *Sidicinus*. *Teanum Sidicinum* Campaniae oppidum à *Teano Apulo* distinguunt auctores. Hinc Divus Paullinus quarto natali Felicis,

Quique urbem liquere Cales, geminumque Teanum,
Quam gravis Auruncus, vel quam colit Apulus asper.

Teani Sidicini meminerunt Cicero ter quaterve, Livius, Plinius, Frontinus de Coloniis, & alii. Erat autem oppidum splendidum imprimis. Strabo lib. V. pag. 248. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Καπύη μέν ἐστι ἡ μητρόπολις, κεφαλὴ τῷ ὄντι κατὰ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος. τὰ γὰρ ἄλλα πολίχνια νομίζοιτ' ἂν κατὰ τὴν σύγκρισιν, πλὴν Τεάνου Σιδικινοῦ. καὶ γὰρ αὕτη ἀξιόλογος. Erat autem Calibus, quam civitatem Silius Sidicinis hic conjungit, oppidum vicinum. Livius lib. XXVI. de Hannibale. *Postero die praeter Cales in agrum Sidicinum pervenit.* Ne dubitare possis, conjunxit etiam has urbes Maro VII. Aeneid.

——— *& quos de collibus altis*
Aurunci misere patres, Sidicinaque juxta
Aequora, quique Cales linquunt.

noster lib. V. vers. 551. *Nec Sidicina cohors desit.* Sed apposite lib. XII. vers. 524.

Tum Sidicina legunt pernicibus arva maniplis
Threiciamque Calen.

Sidicina bella occurrunt apud eundem nostrum lib. XI. Praeterea opinor Silium dedisse nobis, *Nec cedit studii*, nam *studio* & *sanguine* parum concinne concurrunt. N. HEINSIUS. Pari errore, ut in Coloniensi, etiam apud Frontin. *Syricinus*, pro *Sidicinus*, legitur in lib. de Colon. pag. 140. Ed. Goesii. *Teanum Syricinum colonia deducta a Caesare Augusto.* ubi legendum *Teanum Sidicinum*, quemadmodum superius apud eundem vocatur pag. 108. De hac urbe vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. V. pag. 1180.

v. 514. *Cales*] Cluver. ibid. vers. 1179.

v. 514. *Non parvae conditor urbis (Ut fama est) Calaïs*] Urbes Campaniae πολίχνια & oppidula vocat Strabo, exceptis Capua & Teano, ut jam vidimus.

Iii Recte

Haud ullo levior bellis Vestina juventus
Agmina densavit, venatu dura ferarum:
Quae, Fiscelle, tuas arces, Pinnamque virentem,
Pascuaque haud tarde redeuntia tondet Avellae;
Marrucina simul Frentanis aemula pubes
Corfini populos, magnumque Teate trahebat.
Omnibus in pugna fertur sparus, omnibus alto
Assuetae volucrem coelo demittere fundae.
Pectora pellis obit caesi venatibus ursi.
Jam vero, quos dives opum, quos dives avorum

E toto

Recte igitur scripti cum Romana & Parmensi editione, *non parvus conditor urbi.* N. HEINSIUS. *parvus* etiam editio Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis. Veram scripturam primus corrupit Nicander, quem reliqui omnes inconsulte secuti sunt.

v. 517. *Haud illo levior bellis Vestina juventus*] Membranae, *Haud ullo levior.* probe, ut existimo. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *Haud ullo* ex scriptis; quomodo & Barthius ex Oxonio. Deinde *levior belli* à Siliana manu esse arbitror. *opum levior* lib. II. vers. 102. & lib. V. vers. 363. *Haud levior famae Synhalus.* sic scribo & illic. lib. XII. vers. 424. *nihilo levior nec parcior irae.* ut & illic corrigendum. & vers. 563. *Inde leves freni Nomades.* quomodo & illic scribo. nec minus apud Stat. Theb. VIII. vers. 84.

—— *vidit pater altus, & irae*
Jam levior tardo flectebat pondere vultum.

sic lege. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IV. vers. 544. De Vestinis adi Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 748.

v. 518. *Venatu dura ferarum*] Scribendum videtur *venatu induta*, pro induta pellibus & exuviis ferarum. Suidas, Βεστῖνοι ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ, θηριώδεις τὸν τρόπον. unde apparet gentem moribus agrestem fuisse: quamquam Graeculus a *bestiis* nomen Vestinorum videtur deduxisse. Infra noster,

Pectora pellis obit caesi venatibus ursi.

De Hirpinis Silius, quos *tergis ferarum hirsutos* dicit, & *quos venatus alit.* Apud Valer. Flacc. lib. VI. *Exomatas venatus alit.* N. HEINSIUS. Fere probem Heinsianum *venatu induta. venatus* autem non solum ipsa venatio, ipse venandi actus est, sed etiam quidquid venatione capitur. Gellius IX. Noct. Attic. cap. IV. *Esse in montanis terrae Indiae homines caninis capitibus & latrantibus; eosque vesci avium & ferarum venatibus.* Plin. VII. Hist. Mundi cap. II. *In multis autem montibus genus hominum capitibus caninis ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu & aucupio vesci.* lib. X. cap. V. *Educatam à virgine retulisse gratiam, aves primo, mox deinde venatus aggerentem.* Ammian. Marcell. lib. XXIII. cap. VI. *Vescuntur venatibus, quorum varietate immane quantum exuberant.* Potest tamen & scriptura vulgata hoc loco servari.

v. 519. *Fiscelle, tuas arces*] Locum recte contra quoscumque ab emendatione defendit Dausquejus. De monte Fiscello vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. IX. pag. 692.

v. 519. *Pinnam*] Vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 750.

v. 420. *Pascuaque haud tarde redeuntia tondet Avellae*] *Abella* sive *Avella* Campaniae oppidum, & quidem soli sterilis, in Vestinis locum non habet. Quid? quod noster paullo post ejus recordabitur, *sulci pauper Cerealis Abella.* Scribo igitur minima mutatione *pascua Aveiae. Aveia* sive *Avia* Vestinorum oppidum in Martyrologio Romano. *Tertio decimo Kalendas Novembres in Aviensi civitate in Vestinis apud Aquilam natalis beati Maximi.* Tabula Itineraria, *Alba, Frustemas,* XVIII. *Aveia.* N. HEINSIUS. *pascua Aviae* hoc loco legendum etiam monuit Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 750. quem vide.

v. 521. *Marrucina simul*] *Marrutioque simul* in Coloniensi. non capio. N. HEINSIUS. Vide Cluver. ibid. pag. 752.

v. 521. *Frentanis aemula pubes*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. IX. pag. 1205.

v. 522. *Corfini populos*] Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 757.

v. 522. *Magnumque Theate*] *Teate* rectius in Colonienti, nam & sic Graeci. in Oxonio *Reate.* perperam. Reate quippe Sabinorum oppidum. Hic de Marrucinis agitur, quibus Teate accensendum. N. HEINSIUS. *Teate* etiam Romana princeps & Mediol. editio. De hoc oppido vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XIII. pag. 753.

v. 523. *Omnibus in pugna fertur sparus*] *offertur* Coloniensis & Puteaneus, *assertur* Oxonius. sed frustra. Si quid mutandum, maluerim *in pugnam fertur.* vide supra vers. 318. N. HEINSIUS. Vide etiam supra ad lib. VII. vers. 67. De sparo autem ad lib. III. vers. 358.

v. 523. *Alto Assuetae volucrem coelo dimittere fundae*] Perperam Coloniensis *alta.* Deinde *coelo demittere* cum Puteaneo legendum. Supra tamen lib. II. vers. 96.

Ille vagam coelo dimisit saepe volucrem.

ubi

E toto dabat ad bellum Campania tractu,
Ductorum adventu vicinis sedibus Osci
Servabant; Sinuessa tepens, fluctuque sonorum
Vulturnum, quasque evertère silentia, Amyclae,
Fundique, & regnata Lamo Cajeta, domusque
Antiphatae compressa freto, stagnisque palustre
Liternum, & quondam fatorum conscia Cyme:
Illic Nuceria, & Gaurus navalibus acta,
Prole Dicarchêa; multo cum milite Graja
Illic Parthenope, ac Poeno non pervia Nola,
Allifae, & Clanio contemtae semper Acerrae:

Sarrastis

ubi male alii *divisit*. N. HEINSIUS. *demittere* recte Puteaneus codex. nam & lib. II. vers. 96. Coloniensis codex cum priscis nonnullis editionibus *demisit* habet: quamvis nec locus ille sanus est. vide quae ibi notautur.

v. 525. *Caesi venatibus ursi*] Malo *venantibus*; quia *venatu* praecessit. N. HEINSIUS.

v. 526. *Dives avorum*] An *agrorum?* N. HEINSIUS. Ita supra lib. v. vers. 260. *ditissimus agri Ocumbis, generose Volunx.* ubi plura vide. Potest tamen & vulgata servari, ut Silius non ubertatem tantum & divitias, sed & nobilitatem Campanorum celebret. Sic Virgil. x. Aen. vers. 200.

Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen;
Mantua dives avis, sed non genus omnibus idem.

Statius I. Theb. vers. 391.

In senium vergens populos Adrastus habebat,
Dives avis, & utroque Jovem de sanguine ducens.

v. 527. *Et toto dabat ad bellum*] *E toto* non male Interpres. idque Coloniensis confirmat. N. HEINSIUS.

v. 528. *Ductorum adventum*] *adventu* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 528. *Osci*] Cluver. III. Antiq. Ital. cap. IX. pag. 1058.

v. 529. *Sinuessa*] Cluver. III. Ital. Antiq. cap. x. pag. 1079.

v. 530. *Vulturnum*] Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1097.

v. 530. *Amyclae*] Cluver. III. Ital. Antiq. cap. x. pag. 1063.

v. 531. *Fundi*] Cluver. ibid. pag. 1084.

v. 531. *Cajeta*] Cluver. ibid. pag. 1064.

v. 531. *Domus Antiphatae*] Cluver. ibid. pag. 1068.

v. 533. *Linternum*] Hic etiam Coloniensis *Liternum.* & recte, ut monuimus jam supra. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. VI. vers. 654. De hoc oppido agit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1097.

v. 533. *Fatorum conscia Cumae*] Scribendum *Cyme*, non *Cumae*, ex scriptis. *Crinae* in Oxonio. N. HEINSIUS. In Romana etiam principe & Mediol. editione est *Cume.* sed vocem hanc per vocalem Graecam plerumque reperiri in libris priscis docuerunt viri docti. Vide Pierium ad Maron. VI. Aen. vers. 98. Carrion. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 5. Nic. Heinsium ad eundem locum, qui infra etiam lib. XIII. vers. 400. vates *Cymaea*, pro *Grynaea*, emendavit. Atque ita etiam olim editum fuit apud Silium lib. XI. vers. 290. lib. XIII. vers. 494. De hac urbe agit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1102.

v. 534. *Illic Nuceria*] Nuceriam Picenum in Campania oppidum videtur designare, quam antiquitus *Nuceriam Alfaternam*, postea *Nuceriam Constantiam* dixerunt. N. HEINSIUS. Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. v. pag. 1186.

v. 534. *Et Gaurus navalibus apta Prole Dicarchenia*] Coloniensis *navalibus acta*, ut & *Prole Dicarchêa.* utrumque rectum. *Dicarcheia* in editione Parmensi, & codice Puteaneo. Opinor scribi oportere,

Illic Nuceria: & Gauri navalibus acta
Prole Dicarchêa, multo cum milite, Graja
Illic Parthenope.

Nam Gaurus à Nuceria satis remotus. qui Gaurum oppidum nobis hic dant, imponunt lectori. Mons Gaurus celeberrimus: oppidum ejus nominis nullum occurrit apud Geographos. N. HEINSIUS. *Dicarcheia* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Est autem Dicaearchia vel Dicarchia oppidum, quod Latinis Puteoli dicitur, de quo vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1137. De monte Gauro vide ibid. pag 1142.

v. 536. *Parthenope*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. III. pag. 1147.

v. 536. *Poeno non pervia Nola*] Respicit Silius historiam infra memoratam lib. XII. vers. 161. De hoc oppido agit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. v. pag. 1185.

v. 537. *Alliphe*] Recte Coloniensis *Allifae.* Ἀλλιφαὶ Graecis dicitur id oppidum. *Allifani* incolae. Livius libro VIII. *Allifae, Callifae, Rufrium.* Apud Horat. Satyr. VIII. lib. II. in veterrimis exemplaribus,

Sarrastis etiam populos totasque videres
Sarni mitis opes: illic, quos sulfure pingues
Phlegraei legere sinus, Misenus, & ardens
Ore giganteo sedes Ithacesia Baji;
Non Prochyte, non ardentem sortita Typhoea
Inarime, non antiqui saxosa Telonis
Insula, nec parvis aberat Calatia muris;
Surrentum, & pauper sulci cerealis Abella:
In primis Capua, heu! rebus servare serenis

Inconsulta

Invertunt Allifanis vinaria tota.

Erat enim vinum Allifanum in pretio. Hinc noster lib. xii. vers. 526. *Allifanus Iaccho Haud inamatus ager.* ita enim codices scripti, non *inaratus*. N. HEINSIUS. Vide Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. vii. pag. 1195.

v. 537. *Clanio contentae semper Acerrae*] Cum in scriptis editisque codicibus constanter semper legatur *Clanio contemtae semper Acerrae*, cur *contentas* nobis hic Interpres exhibuerit, caussam non video. *vacuis Clanius non aequus Acerris*, apud Maron. ii. Georg. vers. 225. N. HEINSIUS. Dausquejus ad hunc locum Acerras urbem esse supra Padum, auctore Plutarcho in Marcello, docet. Sed confudit vir doctus duo ejusdem nominis oppida, quorum alterum situm est in Transpadana regione ad Adduae & Serii amnium confluentes, de quo videri potest Cluver. i. Ital. Antiq. cap. xxiv. pag. 244. alterum est in Campania, quod hic Silius cogitavit, ut vel ex Clanio constat. Clanius enim, sive Clanis, cognomen est nunc fluvii Liris, nunc vero Literni, quem hoc loco innuit Silius; ad ejus enim ripas in Campania sita est haec civitas. Non committendum insuper, ut hos Campaniae fluvios confundamus cum Clani in Etruria, qui in Thybrim influit, (de eo supra vide vers. 456.) ut fecerunt German. ad Virgil. ii. Georg. vers. 225. & Pintian. ad Plin. iii. Hist. Natur. cap. v. cum tamen toto Latio haec flumina divisa fuerint. De Clanio seu Literno vide Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. ii. pag. 1098. De Acerra vero cap. v. pag. 1182.

v. 538. *Sarrastis etiam populos totasque videres Sarni mitis opes*] Quidni *ditis opes*? D. HEINSIUS. *Sarrastis populos* habes & in veterrimis Maronis codicibus, non *Sarrastes*. Sic & infra apud Silium. N. HEINSIUS. Immo infra habes *Sarrastes populi* lib. x. vers. 315.

Passim signa jacent, quae Samnis belliger, & quae
Sarrastes populi, Marsaeque tulere cohortes.

De his populis & fluvio Sarno vide Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. iii. pag. 1156.

v. 540. *Phlegraei sinus*] Vide Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. ii. pag. 1144.

v. 540. *Misenus*] Vide Cluver. iv. Ital. Ant. cap. ii. pag. 1115.

v. 541. *Sedes Ithacesia Baji*] Lege *Baji*. in Coloniensi *Baei*, in Puteaneo *Bacchi*. A Bajo Ulyssis gubernatore nomen sortitae Bajae. Lycophr. vers. 694.

Βαῖον δ' ἀμείψας τοῦ κυβερνήτου τάφον.

Eadem asserit Servius non uno loco, & noster lib. xii. vers. 114. & illic ex Strabone Interpres. N. HEINSIUS. Vide Cluver. ibid. pag. 1119.

v. 542. *Prochyte*] Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. iv. pag. 1164.

v. 542. *Ardentem sortita Typhoea Inarime*] Ita & Virgil. lib. ix. Aen. vers. 716.

Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo.

ubi Servius. *Alii hanc insulam Typhoeum, alii Enceladum tradunt premere.* Quin & alii Japetum, ut ipse Silius lib. xii. vers. 148.

Apparet procul Inarime, quae turbine nigro
Fumantem premit Iapetum.

Et tum Typhoea sub Aetna jacere tradunt. Silius libro xiv. vers. 197.

Tum Catane nimium ardenti vicina Typhoeo.

De hac insula Inarime vide Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. iv. pag. 1164.

v. 543. *Telonis Insula*] Notior est sub nomine Caprearum. vide de ea Cluver. ibid. pag. 1168.

v. 544. *Calatia*] Adi Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. v. pag. 1180.

v. 545. *Surrentum*] Cluver. iv. Ital. antiq. cap. iii. pag. 1161.

v. 545. *Avella*] Scripti omnes & editio Romana *Abella*. probe. diximus ad septimum Aeneidos Maronianae vers. 470. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps ac Mediolanensis editio. Vide J. G. Graevium ad Justin. lib. xx. cap. v. & quae supra dixi ad vers. 475. Non recte Dausquejus *Avellam* & *Abellam* diversas urbes statuit: quae enim supra vers. 520. *Avella* dicitur, *Atella* dicenda erat. vide quae ibi notantur. De hoc oppido consule Cluver. iv. Ital. Antiq. cap. v. pag. 1185.

v. 546. *Capua*] Vide Cluver. ibid. pag. 1174.

v. 548. *Lectos venturo formabat Scipio bello*] Membranae Anglicanae *Laetos rectoris*. Cum editiones etiam varient, ego maneo lectionem scriptam, cum non sit inopportuna. BARTHIUS lib. i. Advers. cap. v. *Laetos* Coloniensis, *Lectos rectoris* Aldus & codex Puteaneus, *Lectos rectores* editio Romana & Parmensis, *Laetos rectoris* Oxonias, quod nec Bar-

thio

Inconsulta modum, & pravo peritura tumore.
Laetos rectoris formabat Scipio bello.
Ille viris pila, & ferro circumdare pectus
Addiderat; leviora domo de more parentum
Gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos:
Aclydis usus erat, factaeque ad rura bipennes.
Ipse inter medios venturae ingentia laudis
Signa dabat, vibrare sudem, tramittere saltu

Murales

thio displicebat. Sic *laetus incepti* lib. VII. vers. 338. & sic lib. X. vers. 54. fortassis scribendum *Tam laetus belli est.* lib. XIII. vers. 33. *Laetus opum.* lib. XVII. vers. 312. *laetissimus irae.* Plura ad Maronem Aeneïdos primo vers. 441. *venturo bello* hic minus arridet, quia *venturae laudis signa* paullo post sequuntur. N. HEINSIUS. *Lectos* est electos. Stat. I. Theb. vers. 607.

Seque ultro lectis juvenum, qui robore primi
Famam posthabita faciles extendere vita,
Obtulit.

venturo bello, ut *ventura pugna* infra lib. IX. vers. 3.

Haud secus ac si fausta forent & prospera pugnae
Omina venturae.

& vers. 178.

Talia venturae mittebant omina pugnae.

Atque hoc sensu lectio, quae vulgo exstat, ferri posset, nisi aliud vellent libri scripti. Sequor itaque, quod est in codice Oxon. *Laetos rectoris.* In Romana principe ac Mediol. est *Lectos rectores*, in Marsi & non nullis aliis editionibus *Lectos rectoris.* Wolfius in Basil. editione primus dedit *Lectos venturo.* Voces *laetus* & *lectus* frequenter à Librariis commutatae fuerunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 41*. *Laetus* autem passim cum casu secundo jungitur. vide N. Heinsium ad Silii lib. XV. vers. 122. ad Ovid. VII. Metam vers. 435. Valer. Flacc. lib. VI. vers. 266. Claudian. IV. Consul. Honorii vers. 205. & Bentlej. ad Horat. lib. II. od. XVI. vers. 26.

v. 550. *Leviora domo de more parentum Gestabant tela*] τὸ *domo* corruptum est. Forte *leviora adeo.* Silius lib. XI. vers. 89.

Ut vidit majore adeo crudescere motu.

vers. 226. *tempusque adeo cernebat adesse.* lib. XII. *Jamque adeo est campos ingressus.* &, *Sic adeo orantes pressere silentia.* Vel legendum *leviora duo.* Virg. XII. Aen. vers. 488.

Huic Messapus, uti laeva duo forte gerebat
Lenta levis cursu praefixa hastilia ferro.

& de Turno vers. 165.

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Livius lib. IX. *Ibre falcibus gaesisque binis armati.* Claudian. II. de Laudib. Stilic. vers. 242. *Binaque gaesa tenens.* Vide Dausq. supra pag. 53. & nos ad Virgil. VIII. Aen. vers. 662. etiam Bochart. de Animal. S. Script. lib. II. cap. VIII. pag. 141. de binis telis, quae barbari gestabant, vide Veget. lib. I. cap. XX. & omnino lib. II. cap. XV, & XVI. N. HEINSIUS. *duo tela*, ut supra vers. 495. *Spicula bina gerunt.* Virgil. V. Aen. vers. 557.

Cornea bina ferunt praefixo hastilia ferro.

Aen. VII. vers. 687. *pars spicula gestat Bina manu.* Ovid. XIV. Metam. vers. 344. *laevaque hastilia bina ferebat.* Praeterea Illustriss. Heinsius etiam *leviora adeo* legi posse conjecit, quae vox in sermone ligato eleganter παρέλκει, praecipue apud Silium. Sic lib. I. vers. 20.

Jamque adeo magni repetam primordia motus.

lib. X. vers. 483. *Multa adeo nequidquam ausi.* vers. 584.

Quodque adeo nondum portis irruperit hostis.

lib. XI. vers. 564. XIV. vers. 488. & alibi. Phaedr. lib. I. fab. IV.

Nec, quem petebat adeo, potuit attingere.

ubi vide viros doctos. Valer. Flacc. lib. IV. vers. 63. *nullumne malorum Finem adeo poenaeque dabis.* Vide Servium ad Maronis I. Georg. vers. 24. Insuper vir Celeberrimus Petrus Burmannus fortasse *leviora manu Gestabant* legendum conjecit, quas voces mille locis commutarunt librarii. Sic apud Virgil. XI. Aen. vers. 259. ubi vulgo editur, *Vel Priamo miseranda manus*, in quibusdam scriptis est *miseranda domus.* Neque aliter turbarunt apud Lucan. lib. X. vers. 61. & 385. & alibi. Forsitan minima mutatione legendum *leviora domo de more parentum Gestarant tela*, hoc sensu: Scipionem Campanos, quibus praeerat, pilis ac thorace armasse, cum domo non nisi leviora tela & ambustas sudes attulissent.

v. 551. *Ambustas sine cuspide cornos*] πυράκτους. D. HEINSIUS.

v. 552. *Aclidis usus erat*] *Aclydis* Coloniensis. dixi ad Maronem Aeneidos septimo vers. 730. N. HEINSIUS. Vide supra ad libr. III. vers. 363.

v. 554. *Transmittere saltu Murales fossas*] *tramittere saltu* scripti, ut & mox *saxo tramisit.* N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IV. vers. 489. *saltu tramittere* est transilire. Infra lib. XII. vers. 460. *saltu tramittitur alte Ganges.* Claudian. II. in Eutrop. vers. 311. *calidas cursu transmittit harenas.* Virgil. IV. Aen. vers. 154. *Transmittunt cursu campos.* Gunther. I. Ligur. vers. 484.

Atque humiles ausum saltu transmittere fossas.

Eodem modo *fluvium nando transmittere* pro transnare dixit Statius IX. Theb. vers. 239. & Silius lib. IV. vers. 347.

Murales foſſas, undoſum frangere nando
Indutus thoraca vadum: ſpectacula tanta
Ante acies virtutis erant. ſaepe alite planta
Ilia perfoſſum, & campi per aperta volantem
Ipſe pedes praevertit equum: ſaepe arduus idem
Caſtrorum ſpatium & ſaxo tranſilit & haſta:
Martia frons, facileſque comae, nec pone retroque
Caeſaries brevior: flagrabant lumina miti
Aſpectu, gratuſque inerat viſentibus horror.
Aſſuit & Samnis, nondum vergente favore
Ad Poenos; ſed nec veteri purgatus ab ira.

Qui

v. 555. *Frangere nando Indutus thoraca vadum*] Magna laus viri fortis, indutum armis fluvium tranare. Virgil. de Turno IX. Aeneidos,

Tum demum praeceps ſaltu ſeſe omnibus armis
In fluvium dedit.

Epitaphium vetus militis Batavi,

Hadriano potuit qui judice vaſta profundi
Aequora Danubii cunctis tranare ſub armis.

BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. V. Ita & Horatius Cocles, cum Etruſci Tarquinios reducere vellent, armatus in Thybrim deſiluit, & incolumis ad ſuos tranavit, apud Liv. lib. II. cap. X. & alios. *frangere* autem, ut lib. III. verſ. 457.

Nunc validis gurges certatim frangitur ulnis.

ubi plura vide.

v. 556. *Spectacula tanta Ante acies virtutis erant*] Opinor, *ſpectacula tantae Ambae acies virtutis erant.* Noſter lib. I. verſ. 465.

Praecipiti dant tela viam, dant ſigna, tubaeque,
Atque ambae trepidant acies.

lib. IX. verſ. 440.

Adventuque Deûm trepidis ductoribus ambae
Contremuere acies.

lib. I. verſ. 164. *volitabat ovans, acieſque per ambas.* lib. XV. verſ. 445. *acies geminae velut omine motae.* Statius III. Theb. verſ. 312. *cum jam Tyrus ſub moenibus ambae Bellabunt acies.* & XI. Theb. verſ. 369.

——— *ſubmitte animos: en utraque gentis*
Turba rogant, ambaeque acies.

Virgil. XII. Aen.

——— *campum ſpectabat & ambas*
Laurentum Troumque acies.

N. HEINSIUS. *ſpectacula* itaque, ſi Heinſii emendatio recipiatur, erunt ſpectatores. vide ſupra ad lib. II. verſ. 230. Celeberrimo Burmanno autem non mutanda videbatur recepta lectio: *ſpectacula* enim exponebat ſpecimina, experimenta virtutis, quae *Ante acies*, id eſt, in exercitationibus, proluſionibus, dabat, deinde uſui maximo futura in veris prochis. Exercebat itaque ſe ſaltu, natatu, &c. ante acies in campo & flumine.

v. 564. *Samnis*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 1191.

v. 566. *Qui Batulum Mucraſque colunt*] *Mucraſque metunt* elegantius Colonius & Oxonius cum editione Romana. Idem Colonius *Batalum Nucraſque: Batalum* quoque in Oxonio. Sed Maroni Aeneïdos ſeptimo *Batulum* eſt. *Mucrarum*, ſeu *Nucrarum*, praeter Silium nullus, quod ſciam, meminit: niſi fortaſſis eſt *Nucria* Stephani Byzantii & Suidae. Suidas, Νουκρία πόλις Τυῤῥηνίας, ἡ καὶ Νακρία διὰ τῦ ἄλφα. Stephan. Νουκρία πόλις Τυῤῥηνίας. ubi opinor literis tranſpoſitis ſcribi debere Νουκραί. N. HEINSIUS. *Batalum* etiam editiones Marſi: & ita apud Virgil. VII. Aen. verſ. 739. legi in codice Romano teſtis eſt Pierius. Pro *Mucras*, Cerda ad d. loc. Maronis hic *Rufas* reponebat, vel, pro *Rufas*, apud Maron. ex hoc loco *Mucras*. perperam. Silius enim mox memorabit *Rufras* à Mucris diverſas, & ita etiam in emendatioribus Virgilii libris legitur. Dauſquej. vero *Macras* conjiciebat, advocans Strabon. lib. V. pag. m. 222. ubi ὁ Μάκρος χωρίον memoratur. Sed cum Strabo ita vocari dicat locum inter Lunam & Piſas, ea huc non pertinet; Silius enim non in Etruriae, ſed Samnii deſcriptione verſatur. Ut & hoc obiter addam, non puto χωρίον apud Strabonem in ὄριον mutari debere cum Dauſquejo, quod nemo illud χωρίον recenſeat. Si enim, quae Strabo ſingularia & nulli memorata habet, omnia mutanda forent, quot non reſecari deberent? Deinde ſi Stephani & Suidae Νουκρία eadem eſt Silii *Nueris*, ut Colonienſis codex habet, nec Νουκρία in Νουκραί mutarem. Nam ita, quam Latini *Fregenae* dicunt, Straboni lib. V. pag. 226. Φρεγήνια vocatur, pro quo num Φρεγήναι reponendum ſit, dubitabat tamen Cluver. II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 500. Sed locus ille nulla medicina indigere videtur. Oppida *Batulum* & *Mucras* ignoti ſitus eſſe docet Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1200. Pro *colunt*, priſcae editiones Romana princeps, Mediolanenſis, Marſi vetuſtior, & Martini Herbipolenſis etiam *metunt* habent; in recentiore vero Marſi editione operae typographicae male *metſit* ſcripſerunt, ſine dubio pro *metunt*. Primus Nicander Silium corrupit, ſubſtituendo *colunt*, quod τῷ *metunt* gloſſa vel expoſitio eſt: ut enim *fluvium bibere* locutione poëtica eſt ad fluvium habitare, ſic *regionem metere* eſt eam incolere. *arare* dixit Statius V. Theb. verſ. 53.

Thraces

Qui Batulum, Nucrasque metunt, Boviania quique
Exagitant lustra, aut Caudinis faucibus haerent,
Et quos aut Rufrae, quos aut Aesernia, quosve
Obscura incultis Herdonia misit ab agris.
Bruttius haud dispar animorum, unaque juventus
Lucanis excita jugis, Hirpinaque pubes
Horrebat telis, & tergo hirsuta ferarum.
Hos venatus alit, lustra incoluere, sitimque
Avertunt fluvio, somnique labore parantur.
Additur his Calaber, Sallentinaeque cohortes,
Necnon Brundisium, quo desinit Itala tellus.

Parebat

Thraces arant contra: Thracum fatalia nobis
Litora.

serere idem IV. Theb. vers. 50.

Qui Drepani scopulos & oliviferae Sicyonis
Culta serunt.

Virgil. VII. Aen. vers. 797.

Qui saltus, Tiberine, tuos sacrumque Numici
Litus arant, Rutulosque exercent vomere colles.

v. 566. *Boviania quique Exercent lustra*] *Fatigant lustra* Puteaneus & editio Parmensis. Sed vere Agrippinas *Exagitant lustra*, quod ad venationem referendum. lib. XVI. vers. 552.

Duxere assuetos lustra exagitare ferarum
Venatu juvenes.

Ovidius,

Et lepus hic aliis exagitandus erit.

Martial. lib. VI. Epigr. LXVI.

Silva graves turdos exagitata dedit.

exercere proprie ad agriculturam refertur, quod in lustris locum non habet. Sic Colum. de re rust. lib. VIII. ipso initio *rus colere & exercere* conjunxit. N. HEINSIUS. *Exercere* de venatione infra dixit Silius lib. XV. vers. 773.

Ut cum venatu saltus exercet opacos.

sed ibi addidit *venatu exercere*. Ceteroquin *exercere*, ut Illustrissimus Heinsius monuit, ad agriculturam magis pertinet. Quare propter dubiam ejus significationem praeferro etiam cum Colon. libro *Exagitant lustra*. sic supra lib. IV. vers. 304.

Ac veluti summo venator densa Picano
Cum lustra exagitat.

simplex *agitare* eodem sensu est lib. II. vers. 94.

Dictaeos agitare puer levioribus annis
Pennata saltus assuetus harundine Mopsus.

Et Quinctil. Declam. III. pag. m. 39. *Ludus fuit rotare saxa, vibrare jactu sudes, saltus agitare venatu.* Curtius VIII. cap. I. *Quatuor continuis aetatibus intactum saltum fuisse constabat; quem Alexander cum toto exercitu ingressus agitari undique feras jussit.* De Boviano oppido vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 1194.

v. 567. *Caudinis faucibus*] Vide Cluver. ibid. pag. 1196. & Holsten. Annot. in Cluver. pag. 266.

v. 568. *Et quos aut Rufre, aut quos Esernia*] *Ruria* editio Romana; Puteaneus & Oxonius *Rufrie*; Agrippinas *Rufae*. quomodo apud Maronem Aeneid. septimo vers. 739. *Qui Rufas Batulumque tenent.* Sed vetusti codices constanter *Rufras* illic exhibent. Deinde ex scriptis *quos aut Aesernia*, ne versus claudicet, quamquam *Caesernia* mendose in illis. N. HEINSIUS. Mediolan. editio *Rufetae*. Sed *Rufrae* malim, cum optimis Virgilii membranis. Deinde eadem & Romana princeps editio *Cesernia*: sed cum Heinsio scribendum *Aesernia*. De Rufris vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1200. de Aesernia cap. VII. pag. 1195. & Holsten. Annot. in Cluver. pag. 266.

v. 569. *Herdonia*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. 1202.

v. 570. *Bruttius*] *Bruttius* scribendum. Βρούττιοι Graecis hic populus. N. HEINSIUS. *Bruttii* habet editio Marsi. vide supra ad lib. VI. vers. 15. De Bruttiis adi Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XV. pag. 1282.

v. 571. *Lucanis jugis*] Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 1251.

v. 571. *Hirpina pubes*] Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VIII. pag. [illegible]199.

v. 57[illegible]laber] Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XIII. pag. 122[illegible]

v. 575. *Salentinaeque cohortes*] *Sallentinaeque* Coloniensis & priscae editiones, quomodo vetusta Maronis exemplaria [illegible] vers. 390. ubi plura. In Oxonio *Sallantinaeque* etiam non male. N. HEINSIUS. *Sallentinae* duplici *l* in fastis Capitolinis & Stephano [illegible] scribi auctor est Dausquej. in Orthogr. part. [illegible] voce. De Sallentinis consule Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. X. pag. 1209.

v. 576. *Necnon Brundusium*] *Brundisium* Coloniensis cum primis editionibus, quomodo etiam Lucani & Horatii vetusta exemplaria passim, & Festus Pompejus, Cicero, Plinius, alii. In veteri saxo apud Gruterum opere inscriptionum pag. CLI. IMP. CAESAR. DIVI. NERVAE. F. NERVA. TRAJANVS. AVG. GERM. DACIC. PONT. MAX. TR. POT. XIII. IMP. VI. COS. V. P. P. VIAM. A. BENEVENTO. BRVNDISIVM. PECVN. SVA. FECIT. & pag. DCCCI. QVOD. SI. ADVERSVS. ID. FECERINT. EORVM. BONA.

Parebat legio audaci permissa Cethego.
Cui socias vires, atque indiscreta maniplis
Arma recensebant, nunc sese ostendere miles
Leucosiae e scopulis, nunc quem Picentia Paesto
Misit, & exhaustae mox Poeno Marte Cerillae,
Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.
Ille & pugnacis laudavit tela Salerni
Falcatos enses, & quae Buxentia pubes
Aptabat dextris irrasae robora clavae.
Ipse, humero exsertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo, roburque juventae

Flexi

BONA. PERTINEBVNT. AD. REMPVBLICAM. BRVNDISINORVM. N. HEINSIUS. *Brundisium* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Vide Dausquej. Orthogr. parte II. hac voce. De ipsa urbe adi Cluver. IV. Ital. Ant. cap. XIII. pag. 1245.

v. 580. *Leucosiae e scopulis*] *populis* Colonienses membranae, quomodo etiam Delrius hic emendandum censuit: sed vulgatum defendit Salmas. in Exerc. Plin. pag. 49. quoniam tota haec insula scopulosa fuerit, eundemque Delrium errare docet, dum etiam *Lucasiae* reposuit. Silius enim licentia poëtica *Leucosiae* secunda brevi posuit, quamvis Graecis Λευκωσία, & non Λευκοσία, diceretur. Neque aliter & Ovid. fecit XV. Metam. vers. 708.

Leucosiamque petit, tepidique rosaria Paesti.

ubi tamen & Illustrissimus Heinsius *Leucasiam* emendabat, me judice, non bene. Similes poetarum licentias supra vide ad lib. IV. vers. 778. Voces *scopuli* & *populi* alibi etiam indocti librarii confuderunt. vide N. Heinsium ad Claud. Consul. Olybr. & Prob. vers. 211. De Leucosia agit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 1258.

v. 580. *Nunc quem Picentia Pesto Misit*] Scribe *Paesto*. Graecis Παῖστος est. Picentia Picentinorum metropolis est. vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VI. pag. 1188. Perperam Silius Paestum Picentinis adscribit; nam ad Lucanos pertinet. Vide Cluver. ibid. cap. XIV. pag. 1255.

v. 581. *Exhaustae mox Poeno Marte Carillae*] *Cerillae* Colonius Oxoniusque. vere, ut opinor. In tabula itineraria Antonini, *Lamum*, *Cerillis*, *Clampeia*, *Temsa*. Κήριλλοι sunt Straboni lib. VI. si locus est sanus. *Cirella* hodie appellatur. Praeterea scribendum videtur, *exustae mox Poeno Marte Cerillae*. N. HEINSIUS. *exustae Marte* ut supra vers. 274. ubi plura vide. Nihil tamen muto. Infra lib. X. vers. 589.

Ac iuvenum bis tricenis orbata gemebat
Millibus exhaustae nutantia moenia Romae.

Senec. VI. Natur. Quaest. cap. I. *Pestilens coelum exhausit urbes, non abstulit*. Curtius lib. IV. cap. XIV. *Omnia tam diutino bello exhausta post tergum sunt*. Deinde vir Illustrissimus, pro *Carillae*, ex scriptis *Cerillae* vindicat, quod Graecis oppidum Κήριλλοι dicatur. Cluverus vero IV. Ital. Antiq. cap. XV. pag. 1285. ubi plura de hac urbe habet, putat, Silium fortasse metri caussa, η in α mutato, *Carillae* dixisse. Sed eadem auctoritate, qua versu praecedenti secundam in *Leucosiae*, quam Graeci Λευκωσίαν dicunt, corripuit, primam etiam in *Cerillae*, quamvis Graecis sit Κήριλλοι, brevem facere potuit. vide supra ad lib. IV. vers. 778.

v. 582. *Silarus*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 1253. & Dausquej. ad hunc locum.

v. 584. *Salerni*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. VI. pag. 1189.

v. 585. *Buxentia pubes*] Cluver. adi IV. Italiae Antiq. cap. XIV. pag. 1261.

v. 586. *Irrasae robora clavae*] αὐτοφυῆ κορύναν Theocritus dixit: *irrasus* namque ἄξοος, ut ἄξοα δόρατα Nonno, quam vocem egregie Scriptori illi Διονυσιακῶν XII. vers. 172. restituimus, ubi scribebatur,

Ἄξοα τεχνήεντι συνήρμοσε δούρατα δεσμῷ.

Ausonius *ingenuam clavam* diceret τὴν αὐτοφυῆ, & *irrasam*, ut Silius loquitur. D. HEINSIUS.

v. 587. *Ipse, humero exsertus*] Cethegorum hic mos fuit, à L. Cethego initium sumens, ut exserto humero depugnarent, unde *Cinctuti* dicti. Lucan. *exsertique manus vesana Cethegi*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII.

v. 589. *Flexu cornipedis duro exercebat in ore*] Reor emendandum *Flexi cornipedis in ore*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLVIII. *Flexi* Modius ex Coloniensi, & illum secutus Interpres, quod mirere. Nihil certius. N. HEINSIUS.

v. 590. *Vos etiam attritae*] Non male esse in membranis judico *Vos etiam accisae*. Mihi certe nescio quomodo magis placet. MODIUS Novant. Lect. Epist. XLVIII. *Vos etiam meritae* Puteaneus, *Vos etiam accisciae* Oxonius: sed vere Modius ex Coloniensi *accisae*. vide annotationes nostras supra lib. II. vers. 391. N. HEINSIUS. Recte etiam editio Romana princeps *accisae*: at in Mediolanensi operarum errore *acrisae* est, pro *accisae*; in Marsi prima *acritae*, in altera *attritae*. & ita alii ediderunt.

v. 591.

Flexi cornipedis duro exercebat in ore.
Vos etiam accisae desolataeque virorum
Eridani gentes, nullo attendente Deorum
Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.
Certavit Mutinae quassata Placentia bello:
Mantua mittenda certavit pube Cremonae,
Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
Evecta Aönio, & Smyrnaeis aemula plectris.
Tum Verona Athesi circumflua, & undique sollers
Arva coronantem nutrire Faventia pinum.
Vercellae, fuscique ferax Pollentia villi,

Et

v. 591. *Nullo attendente Deorum*] Malim *accedente*, vel *intendente*. vide lib. III. vers. 466. N. HEINSIUS.

v. 593. *Mutinae*] Vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXVIII. pag. 277.

v. 593. *Placentia*] Cluver. ibid. cap. XXVII. pag. 267.

v. 594. *Mantua*] Cluver. ibid. cap. XXVI. pag. 254.

v. 594. *Cremonae*] Cluver. ibid. pag. 253.

v. 595. *Mantua Musarum domus* &c. *& Smyrnaeis aemula plectris*] Non negant Graeculi; quin ecce fatentur ultro. [lib. v. Antholog.]

Καὶ φίλος Αὐσονίοισι λιγύθροος ἤγειρε κύκνος
Πνείων εὐεπίης Βιργίλλιος, ὃν ποτὲ Ῥώμης
Θυμηρέως ἄλλον Ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος αὐδή.

id est:

Extulit Ausoniis dilectus carmina cygnus
Spirans dulce decus vocum Virgillius, illum
Lingua sibi Romana novum nutrivit Homerum.

Pro utroque viri docti sunt, de victoria certat uterque; ego me alteri similem malim, quam de utroque recte judicare posse. Interim fateamur, ut priores cultu sumus, ita inventione rerum posteriores; quod temporis fortasse vitium, non nostrum: addidimus tamen inventis fortasse, quae invenire non potuissemus. Magne Homere, Magne Maro, quam de altero judicare velim, nisi vetaret alter, & utrique victoriam asscribere, nisi uterque mereretur!

Sublimes animae, o Superûm contermina coelo
Pectora, cognatumque Deis genus! o vaga Famae
Sidera, naturaeque ignes, certantia fatis
Nomina! uter vestrum cedat, nisi cedat & alter,
Et superet cedatve simul collatus uterque?

Sed in Silio sum, quid ago? nunc pergo. D. HEINSIUS.

v. 596. *Cantu Evecta Andino & Smyrnaeis aemula plectris*] Oxonius *Acbino*, Puteaneus *Acbivo*, Agrippinas *Aonio.* recte. Romana editio *Ascraeo.* unde liquido apparet, *Andino* à correctoribus promanasse. N. HEINSIUS. *τὸ Cantu Andino*, ut Heinsius notavit, omnino à manu interpolatoris profectum est, qui ex Donati vita Maronis vel alio auctore didicerat, Virgilium Andibus, agri Mantuani vico, natum esse. Invenitur haec lectio primum in editione Parmensi, quam postea Marsus secutus est. in Romana principe & Mediolan. est *Ascraeo cantu.* sed etiam illud verae lectionis *Cantu Aonio*, quam ex Coloniensi codice vindicavit Heinsius, glossema est. Aones sunt Boeoti: at Hesiodus, quem Silius *Aonio cantu* intelligit, Ascrae, quod Boeotiae oppidum est, habitavit. Id enim innuit Silius, Mantuam celebrem factam Virgilii Georgicis & Aeneide, quorum altero poëmate Hesiodum, altero Homerum imitatus est. Georgica enim ut plurimum Hesiodi ἔργοις καὶ ἡμέραις, Aeneis vero Homeri Iliadi comparatur. Sic Propertius, de Aeneide Maronis loquens, lib. II. eleg. XXV. vers. 65.

Cedite, Romani scriptores, cedite, Graji:
Nescio quid majus nascitur Iliade.

& paullo post vers. 77. de Georgicis,

Tu canis Ascraei veteris praecepta poëtae,
Quo seges in campo, quo viret uva jugo.

Ipse de se testatur Virgil. II. Georg. vers. 176.

Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.

v. 597. *Verona Athesi circumflua*] Jul. Caesar Scaliger. VI. Poetic. cap. VI. pag. m. 324. ad hunc locum respiciens, inquit: „ Cum dicat Veronam A„ thesi circumfluam, nescio an credam ita fuisse. „ nunc enim contra est: clauditur namque ab ur„ be fluvius. Haec ille: sed Silium ab omni erroris suspicione liberat Servius ad Maron. IX. Aeneid. vers. 679. *Athesis Venetiae fluvius est, Veronam civitatem ambiens, & in Padum cadens.* De Verona vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XVI. pag. 115. de Athesi ibid. cap. XVIII. pag. 139.

v. 598. *Faventia*] Adi Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXVIII. pag. 289.

v. 599. *Vercellae*] Vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXIII. pag. 232.

v. 599. *Fuscique ferax Pollentia villi*] Agrum Pollentinum lana vel nigra, ut plerique tradunt, vel cana, ut Plinius auctor est, nobilem esse, monuerunt jam olim Dausquej. ad hunc locum, & Cluver. I. Ital. Antiq. cap. X. pag. 85. Notandus autem est error Georg. Fabricii, qui ad Horat. lib. II. od. VI. greges è Pollentia bibentes fuscos fieri,

Kkk idque

Et quondam Teucris comes in Laurentia bella
Ocni prisca domus, parvique Bononia Rheni.
Quique gravi remo, limosis segniter undis,
Lenta paludosae proscindunt stagna Ravennae.
Tum Trojana manus, tellure antiquitus orti
Euganea, profugique sacris Antenoris oris.
Nec non cum Venetis Aquileja superfluit armis.
Tum pernix Ligus, & sparsi per saxa Vagenni
In decus Hannibalis duros misere nepotes.
Maxima tot populis rector fiducia Brutus
Ibat, & hortando notum accendebat in hostem.
Laeta viro gravitas, ac mentis amabile pondus,
Et sine tristitia virtus. non ille rigoris
Ingratas laudes, nec nubem frontis amabat,

Nec

idque Silium referre, scribit. Sed nec illud ex hoc Silii loco, ut perpendit, nec aliunde probare poterit; nemo enim Pollentiae fluvii Aemiliae, ut puto, umquam meminit. Est autem Pollentia nota urbs ad Tanari Sturaeque confluentes, de qua agit Cluver. dicto loco pag. 83.

v. 601. *Ocni prisca domus*] Cum supra jam Silius vers. 594. Mantuam, quam Ocnus condidisse, & ex matris nomine appellasse dicitur, memoraverit, ea iterum hic repeti nequit, ut jam Cellarius monuit: qui ideo vetustiorem & vere priscam Ocni domum, quam scilicet inhabitabat, antequam Mantuam conderet, intelligendam putat, eamque quidem Bononiae vicinam fuisse ex hoc ipso versu conjicit: vel etiam existimat, innui montana illa, ex quibus Tiberis, Ocni pater, oritur, quae olim & Marsi opinio fuit.

v. 601. *Parvique Bononia Rheni*] De Bononia vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXVIII. pag. 283. de Rheno autem, Italiae fluvio, qui ad distinctionem nostri Rheni *parvus* dicitur, consule eundem ibid. cap. XXXVI. pag. 416.

v. 603. *Perscindunt stagna Ravennae*] *proscindunt* ex scriptis. N. HEINSIUS. Voculas *pro* & *per* simili modo in compositis saepissime turbari pluribus exemplis supra firmavi ad lib. IV. vers. 548. De Ravenna adi Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXVIII. pag. 301.

v. 604. *Tum Trojana manus*] Patavinos intelligit Silius, de quibus consule Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XVIII. pag. 143.

v. 606. *Cum Venetis*] Vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XVII. pag. 125.

v. 606. *Aquileia persurit armis*] Scriptum non est temere in MS. *Aquilea superfluit.* BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *Aquileia superfluit armis* scripti optime. exstat id verbum apud Ciceronem de claris Orator. cap. XCI. *Is dedit operam, ut nimis redundantes nos & superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret.* Tacit. III. Histor. cap. LVIII. *Superfluenti multitudine curam delectus in consules partitur.* Plin. lib. IV. cap. VII. de Athenis; *Libera haec civitas nec indiga ullius praeconii amplius, tanta claritas superfluit.* lib. XII. cap. I. *Statimque et Graeciae fabulositas superfluit.* Sic lege ex veteri libro. *superfluens pecunia* occurrit apud Senecam de Beneficiis. vide quae de *fluendi* verbo annotamus lib. XII. vers. 185. sic *adfluere* lib. XII.

Adfluxere etiam, & sedes posuere coactas
Dispersi pelago post eruta Pergama Teucri.

lib. XIV. vers. 210. *geminoque Lacone Tyndaris attollens sese adfluit.* Editio Marsi habet hoc loco *superfuit*, quod Interpreti non displicebat. N. HEINSIUS. Dausquejus vel cum editione Parisiensi *superfuit*, vel cum vulgatis libris *persurit* legebat. Sed praestat cum Barthio & Heinsio ex Mstis *superfluit* recipere. De Aquileja vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XX. pag. 179.

v. 607. *Ligus*] Cluver. I. Ital. Antiq. cap. VII. pag. 46.

v. 607. *Vageni*] Coloniensis *Vagenni.* Ceteri cum Romana editione *Bageni.* *Vagienni* Plinio dicuntur ter quaterve, apud quem *Augusta* quoque *Vagiennorum* occurrit. *Vagienni* etiam Paterculo dicti. *Bagitenni* sunt in tabula Itineraria. N. HEINSIUS. In Romana principe etiam & Mediol. libro *Bageni.* De his vide Cluver. I. Ital. Antiq. cap. X. pag. 87.

v. 612. *Rigoris ingratas laudes*] *vigoris* scripti & Romana editio, sed perperam. N. HEINSIUS. *vigoris* etiam Romana princeps & Mediolan. editio: quod recte improbat N. Heinsius. Ita interdum lapsi sunt librarii. vide supra ad lib. VI. vers. 271.

v. 613. *Nec nubem frontis amabat*] Tragica locutio Sophocles in Antigone [vers. 538.]

Νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ, αἱματόεν
Ῥέθος αἰσχύνει.

Dixit νεφέλην ὀφρύων, ut Silius *nubem frontis*, quod Tragicorum est. Comici τοξοτοεῖν τὰς ὀφρῦς festive dicerent. Sic Aristophanes Lysistrate,

Οὐ γὰρ πρέπει τοξοτοεῖν τὰς ὀφρῦς.

Dio

Nec famam laevo quaerebat limite vitae.
Addiderat ter mille viros, in Marte sagittae
Expertos, fidus Sicula regnator ab Aetna.
Non totidem Ilva viros, sed lectos cingere ferrum,
Armarat patrio, quo nutrit bella, metallo.
Ignosset, quamvis avido committere pugnam,
Varroni, quicumque simul tot tela videret.
Tantis agminibus Rhoeteo litore quondam
Fervere, cum magnae Trojam invasere Mycenae,
Mille rates vidit Leandrius Hellespontus.
Ut ventum ad Cannas, urbis vestigia priscae,
Defigunt diro signa infelicia vallo.
Nec, tanta miseris jamque impendente ruina,
Cessarunt Superi vicinas prodere clades.

Per

Dio una voce συννεφῆ de facie dixit lib. LV. ὡς ἰδεῖν αὐτὸν σκυθρωπότατα ἔχειτο, διὰ τὸ συννεφεῖ. & Euripides Phoenissis Creontem συννεφῆ dixit [vers. 1317.]

Ἀλλὰ γὰρ Κρέοντα λεύσσω τόνδε δεῦρο συννεφῆ
Πρὸς δόμους στείχοντα.

D. HEINSIUS. *Nubes frontis* est tristitia & severitas, quam quis contracto vultu & superciliis praefert. Perpetuae hae apud omnes scriptores sunt metaphorae, ut, quemadmodum coelum nubilum *triste* vocent, de quo vide infra ad lib. XII. vers. 603. sic contra etiam vultum tristem *nubilum* & *nubibus obductum*, tristitiaeque signa in vultu extantia *nubes* dicant. Sic Anaxandrides apud Athen. I. Deipnosoph. pag. 34. Διασκεδᾶτε τὸ παρὸν νῦν νέφος ἐπὶ τοῦ μετώπου. *Dispergite nubem nunc in fronte existentem.* Philostr. epist. LXXII. Τὴν νεφέλην τῶν ὀφρύων ἀφαιρεῖν ἄμεινον. *Nubem superciliis abigere praestat.* Horat. lib. I. epist. XVIII. vers. 94. *Deme supercilio nubem.* ubi Lambinus plura ex utriusque linguae auctoribus notavit. Statius lib. III. silv. v. vers. II.

Dic tamen unde alia mihi fronte, & nubila vultu.

in IV. Theb. vers. 512.

Ne tenues annos, nubemque hanc frontis opacae
Spernite ne, moneo.

Martial. lib. II. epigr. XI.

Quod fronte Selium nubila vides, Rufe.

Quinctil. X. Instit. Orat. cap. III. *Cum Secundum, scholae adhuc operatum, tristem forte vidisset, interrogavit, quae caussa frontis tam obductae.* Saxo Grammat. VI. Hist. Dan. pag. 115. *Interrogatus, an fronte tam nubila regiae liberalitatis obsequio uti noluisset.* Quinctil. XI. Instit. Orat. cap. III. *In ipso vultu plurimum valent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra motum quoque & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum inducant. nubem pectoris* habes apud Stat. lib. I. silv. III. vers. 109.

——— *sic omni detectus pectora nube*
Finem Nestoreae precor egrediare senectae.

Quaedam vide apud Victor. XVI. Var. Lect. cap. XIV. Contra *serena frons* eadem locutione est apud Stat. lib. I. silv. III. vers. 9.

Hic premitur secunda quies, virtusque serenâ
Fronte gravis.

& ita alibi.

v. 617. *Non totidem Ilva viros, sed lectos cingere ferrum*] Puteaneus,

Non totidem dabat Ilva viros, sed cingere ferrum.

sed laetos gignere ferrum Colonius, *gingere* Oxonius quoque. Putabam aliquando, *sed laetos stringere ferrum*, ut lib. III.

Gens ferri patiens, ac laeta domare labores.

lib. IX. *ferro vivere laetum Vulgus Adirmachidae.* Sed omnino vera est scriptura libri Agrippinatis. Plin. lib. XXXVI. cap. XXVII. *Igne lapides in aes solvuntur, igne ferrum gignitur ac domatur, igne cremato lapide caementa in tecta ligantur. Alia saepius uri prodest. Eademque materia aliud gignit primis ignibus, aliud secundis, aliud tertiis.* N. HEINSIUS. Idem Heinsius in notis ad Nason. IV. Fastor. vers. 287. Coloniensis codicis scripturam *laetos gignere ferrum* etiam probabat, vel *laetos fingere ferrum* conjiciebat, quia Ilvae incolae artem cudendi ferrum optime noverant. Mihi, si quid mutandum, alia viri Illustrissimi conjectura, *sed laetos stringere ferrum*, magis placet: ut innuatur, eos non hastilibus jaculisve, sed gladio in bello uti solitos fuisse. De Ilva vide Cluver. lib. II. Antiq. cap. II. pag. 502.

v. 618. *Quo nutrit bella*] Ad oram editionis Romanae principis manu nescio cujus emendatum erat, *quae nutrit bella*. sed male.

v. 619. *Ignoscet*] Scribo *Ignosset*, pro ignovisset. N. HEINSIUS. Ita & Heinsius emendavit notis ad Claudiani bell. Gild. vers. 297. ubi pari errore *Quiescet*, pro *Quiesset*, legebatur.

v. 626. *Jamque impendente ruina*] *jamjam impendente* Livinejus, & non nemo apud Dausquejum. N. HEINSIUS. Eam conjecturam non improbo.

v. 627. *Vicinas prodere clades*] Hic jam Silius de-

scribere

Per subitum attonitis pila exarsere maniplis,
Et celsae toto ceciderunt aggere pinnae,
Nutantique ruens prostravit vertice silvas
Garganus, fundoque imo mugivit anhelans
Aufidus, & magno late distantia ponto
Terruerunt pavidos accensa Ceraunia nautas.
Quaesivit Calaber, subducta luce repente
Immensis tenebris, & terram & litora Sipus:
Obseditque frequens castrorum limina bubo.
Nec densae trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis: non unus crine corusco

Regnorum

scribere incipit omina & portenta, quibus Dii Romanorum ad Cannas cladem praedixerunt: non quidem ex fide historica; sed, quod poëtae saepius facere solent, undique colligens, quae maxime funesta & tristia videbantur. Similia cumulavit Virgil. I. Georg. vers. 465. Lucan. lib. I. vers. 524. & lib. VII. vers. 151. Petronius in Satyr. cap. CXXI. Statius VII. Theb. vers. 401. aliique alibi.

v. 635. *Immensis tenebris*] Lego *Emersis*. N. HEINSIUS.

v. 637. *Nec densae trepidis absunt se involvere nubes Cessaruntque aquilis.*] Nihil mutant membranae, cum tamen certissima res sit, de apibus dici. *trepidis aquilis* tremore monstroso nutantibus. Enarravimus & emaculavimus haec alibi post Maximum virum Justum Lipsium. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. Coloniensis *absum se involvere nubes Cessarunt aquilis.* Scribe,

Nec densae trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis.

& de aquilis seu signis militaribus intellige. Subodoratus est Interpres quoque veram hujus loci lectionem, qui multa ad rem congessit. Mirabar profecto, ut qui maxime, quid illi opera hoc loco praeter solitum tam feliciter cessisset, cum tandem sum edoctus, scrinia illum praeceptoris sui Justi Lipsii, cujus ea est conjectura, nequiter nimis compilasse. Livinejus, *avium se involvere nubes Cessarunt. Cessarunt* in Oxonio & editione Romana. Apud Julium Obsequentem frequenter occurrit prodigii loco: *Examen apum in signis militaribus consedisse.* Atque ita capienda illa Lucani lib. VII. vers. 161.

Nec non innumero cooperta examine signa,
Vixque revulsa solo, majori pondere pressum
Signiferi mersere caput.

Habes & simile prodigium de apibus apud Maronem Aeneidos septimo, non longe ab initio libri: apud Ciceronem de Haruspicum responsis: apud Livium lib. XXI. apud Tacitum II. Histor. apud Ammian. Marcellin. lib. XVIII. apud Valer. Maximum lib. I. cap. VI. de Cn. Pompejo, *Examina apum signa obscurarant*, militaria videlicet, quod & illic prodigii loco habetur. Vidit aliquid etiam hujus loci Barthius. N. HEINSIUS. Duplicia habeo codicis Oxoniensis cum vulgatis libris collati excerpta, in quorum alteris nihil notatum hoc loco, in alteris, pro *absunt*, invenio scriptum *absum*, ut in Coloniensi codice erat. Hinc recte viri docti, & quidem primus Lipsius ad Taciti XII. Annal. cap. LXIV. emendarunt,

Nec densae trepidis apium se involvere nubes
Cessarunt aquilis.

Cessarunt, pro *Cessaruntque*, est etiam in Romana principe & Mediolan. editione. *apium* autem, pro quo communius *apum*. *apium* Tacito, dicto loco, ex manuscripto restituit Pichena, & ex codice Palatino Salmasius Capitolino in vita Anton. Pii cap. III. aliique saepe. Vide Vossium IV. de arte Gramm. cap. XIV. Hujus ominis pluta exempla huc congessit Dausquejus, quem vide.

v. 640. *Rabidae sub nocte silenti Irrupere ferae*] *rapidae* Puteaneus & Oxonius. non placer. N. HEINSIUS. Recte pro scriptura vulgata stat Illustrissimus Heinsius. Nam, ut puto, innuit Silius de nocte lupos castra intrasse, qui *rabidi* plerumque vocantur, ut notum. Eodem modo peccatur apud Avien. fab. I.

Rustica deflenti parvo juraverat olim,
Ni taceat, rabido quod foret esca lupo.

& fab. XLII.

Nam sat eris sacrum Divis fudisse cruorem,
Quam rabido fauces exsatiare lupo.

utroque loco perperam *rapido lupo* editur. at posteriore certe in duobus bibliothecae Colbertinae MStis, quae Lutetiae consului, *rabido* inveni. Sic & leo frequenter *rabidus* dicitur, qui simili errore *rapidus* est apud Priscian. in Perieg. vers. 708.

Magnus Alexander missum sibi viderat inde
Victorem barrique canem rapidique leonis.

ubi *rabidique leonis* legendum existimo. *rabidi catuli leonis*, pro *rapuli*, Silio infra vindicarunt viri docti lib. X. vers. 127. Atque ita ubique librarii voces *rapidus* & *rabidus* turbare amarunt. vide supra ad lib. V. vers. 451. De hoc omine infra vide ad lib. XIII. vers. 131.

v. 642. *Adjunctos vigilis sparserunt membra per agros*] *Abjunctos* Livinejus & Interpres, de quo ad

Prudentium

Regnorum eversor rubuit letale cometes.
Castra quoque & vallum rabidae sub nocte silenti
Irrupere ferae, raptique ante ora paventum
Adjunctos vigilis sparserunt membra per agros.
Ludificante etiam terroris imagine somnos,
Gallorum visi bustis erumpere manes:
Terque quaterque solo penitus tremuere revulsae
Tarpejae rupes, atque atro sanguine flumen
Manavit Jovis in templis, lacrimaeque vetusta
Effigie patris large fluxere Quirini.
Major & horrificis sese extulit Allia ripis.
Non Alpes sedere loco, non nocte dieve

Prudentium II. contra Symmachum vers. 816. N. HEINSIUS. Ea voce usus & Statius v. Theb. vers. 390.

——— *abjunctis regemunt tabulata cavernis.*
Prudent. Hymn. II. περὶ στεφ. vers. 442.

Advertat, abjunctas plagas
Coire in unam gratiam.

Verba cum praepositionibus *ab* & *ad* composita saepe inter se miscentur. vide infra ad lib. XI. vers. 14 Hic tamen non necesse videtur lectionem receptam mutare: non enim in eo consistebat prodigium, quod lupi discerptorum vigilum membra per diversos agros sparserint, sed quod urbem ingressi vigiles dilacerarint. pro *raptique* versu praecedenti Illustrissimus Scaliger ad oram libri sui emendavit *raptimque*. Ego vulgatum magis probo, lupi in conspectu paventum vigiles ex urbe rapuerunt, eorumque discerptorum membra per vicinos agros sparserunt.

v. 644. *Gallorum visi bustis rupere nitores*] Quaeso, an non prodigiosiores isti *nitores*, quam omnia illa ipsa prodigia, quae Silius hoc loco Cannensem pugnam praecessisse dicit? Scribe igitur,

Gallorum visi bustis erumpere manes,

quomodo habet Agrippinensis liber Ms. quo meliorem usquam gentium exstare, ut veniat etiam in contentionem, quem ex Hispaniis Romam advenisse, nescio qui, dicitur, vix est, ut mihi persuaderi possit. MODIUS Novant. Lect. Epist. XLVIII. Correctio Modii firmatur etiam ab Oxoniensibus membranis; hactenus tamen, ut *Gallorum nisi* in iis legatur. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. v. *bustis erumpere manes* optime ex Coloniensi Modius, & Barthius ex Oxonio. *erumpere nitores* in Puteaneo. *è bustis erumpere manes* editio Parmensis & Romana. Possis & *se erumpere*, de quo dictum lib. VII. vers. 355. N. HEINSIUS. Pessime Romana princeps & Mediolanensis editio,

Gallorum visi e bustis rupere nitores.

Sed recte haec viri docti emendarunt, quibus & Dausquejus accedit. Simile omen supra habes lib. VI. vers. 179.

Atque antrum ruere, & visi procedere manes.

apud Lucan. lib. I. vers. 580.

——— *& medio visi consurgere campo*
Tristia Sullani cecinere oracula manes.

Apud eundem in prodigiis, quae cladem Pharsalicam denunciarunt, lib. VII. vers. 179. multi mirati sunt,

Defunctosque patres & cunctas sanguinis umbras
Ante oculos volitare suos.

Praegravat autem hoc omen Silius dicendo *Gallorum manes*, quasi Gallorum, qui olim in obsidione Romae occubuerint, manes bustis eruperint, ut iterum luctuosissima cum Romanis bella gerant.

v. 645. *Revulsae Tarpejae rupes*] Malnerim, *solo penitus tremuere revulso Tarpejae rupes*. N. HEINSIUS.

v. 646. *Atque ātro sanguine flumen Manavit Jovis in templis*] Imo *fulmen* cum Oxonio, Puteaneo, & editione Romana. N. HEINSIUS. Si vulgatum malis, sensus erit, Jovis in aede sanguineum flumen terra erupisse, ut supra lib. v. vers. 91. *nullosque vomet pia terra cruores*. apud Livium lib. XLV. cap. XVI. *Nunciabat, è foco suo sanguinem per triduum & duas noctes manasse.* Curtius lib. IV. cap. II. *Sanguinis rivi sub ipsis flammis exstitisse dicuntur, idque omen in Macedonum metum verterunt Tyrii.* Appul. IX. Metam. pag. 201. ed. Pric. *Sub ipsa mensa, quae reliquias prandii gerebat, terra dehiscente imitus, largissimus emicuit fons sanguinis. Hinc resultantes uberrimae guttae mensam cruore perspergunt.* Ab hac lectione stetisse videntur membranae Colonienses praestantissimae, unde nullam scripturae differentiam Illustrissimus Heinsius annotavit. Cum reliquis vero scriptis & priscis editionibus faciunt etiam editiones Romana princeps & Mediolanensis; & tum omen erit, fulmen, quod statua Jovis manu gerebat, sanguine manasse. Saepe vero librarii voces *fulmen* & *flumen* commutarunt. Vide Barthium ad Statii VI. Theb. vers. 53. & N. Heinsium ad Claudiani bell. Getic. vers. 46.

v. 647. *Lacrimaeque vetusta Effigie patris large fluxere Quirini*] *lacrimae largae*, non *large*, Parmensis. N. HEINSIUS. De hoc omnine vide Delr. ad Senecae Thyest. vers. 702.

Ingentes v. 655.

Ingentes inter ſtetit Appenninus hiatus.
Axe ſuper medio, Libyes a parte, coruſcae
In Latium venere faces, ruptusque fragore
Horriſono polus, & vultus patuere Tonantis.
Aetnaeos quoque contorquens e cautibus ignes
Veſbius intonuit, ſcopulisque in nubila jactis
Phlegraeus tetigit trepidantia ſidera vertex.
Ecce inter medios belli praeſagus, & ore
Attonito ſenſuque ſimul, clamoribus implet
Miles caſtra feris, & anhelat clade futura.
Parcite, crudeles Superi, jam ſtragis acervis
Deficiunt campi, video per denſa volantem
Agmina ductorem Libyae, currusque citatos
Arma virûm ſuper atque artus & ſigna trahentem.

Turbinibus

v. 655. *Contorquens è cautibus ignes Lemnius intonuit*] *è faucibus* opinor. certe in editione Romana *caucibus.* lib. XII. *caecas Acherontis fauces* habes. Claudian. III. Rapt. Proſerp.

An vicina mihi quaſſatis faucibus Aetna
Protulit Enceladum?

Vide Indicem Lucretianum Giſanii. Deinde, pro *Lemnius intonuit*, codex Agrippinus *Lesbius.* Scribendum utique *Vesbius.* Ita enim, pro *Veſvius*, in vetuſtis Martialis, Statii & aliorum poetarum exemplaribus ſcriptum occurrit. Noſter lib. XVII. verſ. 598.

Sic ubi vi caeca tandem diductus ad aſtra
Evomuit paſtos per ſecula Vesbius ignes.

Valer. Flaccus lib. III.

Ut magis Inarime, magis ut mugitor anheles
Veſvius, attonitas acer cum ſuſcitat urbes.

ubi vetus codex Carrionis, *Veſulus.* N. HEINSIUS. De voce *Veſvius* infra vide ad libr. XII. verſ. 152. Non male etiam *è faucibus*, pro *è cautibus*, conjecit vir Illuſtriſſimus. neque aliter eſt in Marſi duabus Venetis & altera Pariſina editione: Romana autem princeps *e caucibus* habet. Lucret. libro VI. verſ. 702. ubi de Aetna loquitur,

In ſummo ſunt ventigeni crateres, ut ipſi
Nominitans, nos quas fauces perhibemus & ora.

Auctor Aetn. verſ. 30. *tumuliſque è faucibus ignem Vulcani ruere.* & inferius ſaepe. Has fauces *ora* etiam vocari Lucret. dixit, ut apud Lucan. lib. I. verſ. 645.

Ora ferox Siculae laxavit Mulciber Aetnae.

Voces autem *fauces* & *cautes* non raro inter ſe commutarunt oſcitantes librarii, ut ſupra lib. I. verſ. 207. apud Lucan. lib. VI. verſ. 115. ubi, pro *per abraſas utero dimittere fauces*, duo codices è numero eorum, quos Illuſtriſſimus Heinſius cum editis contulit, à manu ſecunda *cautes* male habebant: alius à manu prima *demittere*, pro *dimittere*, quod probo.

v. 661. *Jam ſtragis acervis Deficiunt campi*] *acervos* malim. Sic enim optimo aevo frequentius loquebantur, ut ad Naſon. dixi pluribus I. Amor. eleg. VIII. ad II. Metam. verſ. 382. & III. Faſtor. verſ. 665. Noſtor. lib. X. verſ. 193. *non haſta viros, non deficit enſis.* ſic lege. N. HEINSIUS. Lucret. lib. V. verſ. 887.

Poſt ubi equum validae vires aetate ſenecta
Membraque deficiunt.

Virgil. I. Georg. verſ. 290. *noctes lentus non deficit humor.* Propert. lib. I. eleg. VIII. verſ. 23.

Nec me deficies nautas rogitare citatos.

ubi vide Paſſerat. Horat. lib. II. ſermon. Ecl. III. verſ. 153. *Deficient inopem venae te.* Manil. lib. IV. verſ. 531.

Lumina deficient ortos, geminamque creatis
Mortem fata dabunt.

Phaedrus lib. V. fab. V. verſ. 12.

Paullo ante vacua turbam deficiunt loca.

Seneca in Herc. Oetaeo verſ. 46.

Natura ceſſit: terra defecit gradum.

Statius lib. V. ſilv. I. verſ. 34. *citius Tithonida maeſti Deficient rores.* Livius lib. XXVIII. cap. XV. *Procedente jam die vires etiam deficere Haſdrubalis exercitum coeperant.* Valer. Max. lib. VII. cap. II. *Tempus deficiet domeſtica narrantem.* ubi perperam libri ſcripti *narrantis*, vel *narrare* habent. Seneca ſuaſor. VI. in principio. *In hac cauſſa etiam Ciceronem verba deficient.* Curtius lib. VII. cap. V. *Feliciores videbantur, quos aqua defecerat.* Vide etiam Heinſium ad Naſon. V. Triſt. eleg. XIII. verſ. 28. Stant tamen conſtanter pro recepta ſcriptura omnes libri, qua manu, qua typis exarati.

v. 663. *Curruſque citatos*] Malim *curſuſque citatos.* N. HEINSIUS. Facio cum Illuſtriſſimo Heinſio *curſuſque* conjicienti. Ita ſaepe peccatum in libris priſcis. vide infra ad libr. XVI. verſ. 322.

v. 664. *Arma virûm ſuper atque artus & ſigna*] *artes* Colonienſis, *aras* Oxonius, *arces* editio Romana; forte *acies.* N. HEINSIUS. *arces* etiam editio Romana princeps & Mediolanenſis. Nihil tamen muto. Supra lib. I. verſ. 53.

Per

Turbinibus furit insanis, & proelia ventus
Inque oculos inque ora rotat. cadit immemor aevi
Nequidquam, Thrasymene, tuis Servilius oris
Subductus. quo, Varro, fugis? pro Jupiter! ictu
Procumbit saxi fessis spes ultima Paullus.
Cesserit huic Trebia exitio. pons ecce cadentum
Corporibus struitur, reicitque cadavera fumans
Aufidus, ac victrix insultat belua campis.
Gestat Agenoreus nostro de more secures
Consulis, & sparsos lictor fert sanguine fasces.
In Libyam Ausonii portatur pompa triumphi.
O dolor! hoc etiam, Superi, vidisse jubetis?
Congesto, laevae quodcumque avellitur, auro
Metitur Latias victrix Karthago ruinas.

Per clipeos, galeasque virûm, caesosque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.

& libro VI. vers. 8.

——— *passim clipeique, jubaeque,*
Atque artus trunci capitum, fractusque jacebat
Ossibus in duris ensis.

v. 671. *Tacitusque cadavera fundit Aufidus*] Corrupta haec existimo, praesertim cum in membranis exilare deprehendam, *recitatque cadavera fumans Aufidus.* Unde non male fortasse legi posse judicabam, *reicitque cadavera fumans Aufidus.* nec satis scio, an bene judicabam, nisi quod adhuc me conjecturae meae non poenitet. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVI. Quidquid contradicatur, nequaquam futilis est lectio Modiana *fumans*, quae & a codice Oxoniensi firmatur, in quo *tacito* legitur. Legendum nobis est suspicio, *arctusque cadavere fumat Aufidus.* Similia loca aliorum scriptorum liceret adducere, si in bibliotheca haec conscriberemus, quae peregre circumvolantes chartis illinimus. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *tacitaque cadavera fumans* Puteaneus; Oxonius & editio Romana, *tacitoque cadavera fumans*; *reicitque cadavera fumans* Coloniensis, & ex illo Modius, qui in eo codice *recitatque* legi asseverat; sed aliter excerpta nostra. *reicitque*, ut apud Maronem, *reice capellas.* Barthius, *arctusque cadavere fumat Aufidus*; in Parmensi editione, *jactoque cadavere fumat Aufidus.* lib. X. vers. 320.

Sanguineus tumidas in campos Aufidus undas
Ejectat, redditque furens sua corpora ripis.

Possis & scribere *restatque cadavere fumans Aufidus.* pro *pons ecce*, in editione Romana *rogus ecce*, in Oxonio *penus ecce.* N. HEINSIUS. Etiam Mediolan. editio *tacitoque cadavere fumans Aufidus.* Romana princeps vero *jacitoque cadavera fumans.* sed recte viri docti *reicitque cadavera fumans.* *reddere* dicit Lucan. lib. VIII. vers. 438. *& nostra cadavera Tigris Detulit in terras, ac reddidit.* & lib. II. vers. 217.

——— *nec jam alveus amnem*
Nec retinent ripae, redditque cadavera campo.

Ita enim recte ex MS. Grotius emendavit, quod etiam habet editio Stephani, & plures scripti, quos Heinsius cum vulgatis libris contulit. *reicit* autem illustravit N. Heinsius simili loco Maronis ex Ecl. III. vers. 96. de quo vide Vossium II. de Arte Gramm. cap. XIX. Pro vulgata lectione hoc loco male stat Dausquejus.

C. SILII

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER IX.

Turbato monstris Latio, cladisque futurae
Signa per Ausoniam prodentibus irrita Divis,
Haud secus, ac si fausta forent & prospera pugnae
Omina venturae, Consul traducere noctem
Exsomnis, telumque manu vibrare per umbras,
Ac modo segnitiae Paullum increpitare, modo acres
Exercere tubas nocturnaque classica velle.
Nec minor in Poeno properi certaminis ardor.
Erumpunt vallo, fortuna urguente sinistra,

Consertaeque

v. 4. *Omnia venturae*] *Omina* bene Puteaneus. Et sic conjecerat Interpres, atque ante illum Carrion, & ante Carrionem G. Canterus lib. I. Novar. Lection. cap. VIII. confirmat editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Omina* etiam habet editio Romana princeps & Mediolanensis, quam lectionem probavit quoque Dempster. ad Rosin. II. Antiq. Rom. cap. II. verissime docens, infinita auctorum loca in eadem dictione corrupta esse: quod ut aliunde etiam pateat, vide N. Heinsium ad Silii lib. I. vers. 341. lib. II. vers. 54. lib. IV. vers. 131. ad h. lib. vers. 262. ad Nason. VI. Metam. vers. 447. Stewech. ad Arnob. VII. advers. gent. pag. 147. Graevium ad Cicer. Orat. pro Planco cap. X. Bentlej. ad Horat. lib. IV. od. V. vers. 13. Interpretes doctissimos ad Petron. Satyr. cap. CXXII. & Carrion. I. Antiq. Lection. cap. V. ubi apud Manil. lib. IV. vers. 14. pro

Fata regunt orbem, certa stant omnia lege,

reponere mavult, *certa stant omina lege.* Mihi tamen vulgata lectio ibi magis placet.

v. 5. *Exsomnis*] Romana princeps, Mediolanensis, & omnes Marsi editiones *E somnis*, aliae *Ex somnis* duabus vocibus. Sed *Exsomnis* una voce est in codice Coloniensi. Vellej. Paterc. lib. II. cap. CXXVII. *Vultu vitaque tranquillum, animo exsomnem.* Ammian. Marc. lib. XXXI. cap. VII. *Romani, his cognitis ipsi quoque exsomnes, verebantur hostes & male sanos eorum ductores, ut rabidas feras.* Saxo Gramm. III. Hist. Danicae pag. 40. *Utramque temporis vicem pervigil exsomnisque ducebat.* vide N. Heinsium infra ad lib. XVII. vers. 109. H. Stephan. in Diatr. de sua editione Horatii pag. 44. & eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XXV. vers. 9.

v. 6. *Ac modo segnitiae Paullum increpitare*] *segnitiei* scribatur. N. HEINSIUS. Non aliter est in editione Mediolanensi, & sic manu incerta ad marginem editionis Romanae emendatum fuit. sic Appulej. in Apolog. pag. 323. ed. Elmenh. *Nequidquam tentata ejus gravitate, ultro ipse levitatis & inconstantiae increpitus, reportat ad socerum haud mollia.* *Segnitie* tamen more antiquo potest positum esse pro *segnitiei.* vide Vossium IV. de Arte Gramm. cap. XIX.

v. 7. *Exercere tubas, nocturnaque classica velle.*] lib. XV. vers. 131. *nullo fera bella volente.* Sic saepe alibi *Bella volunt.* an *bello*, pro *velle?* sed lege *vallo*; nam *bella* mox sequuntur. N. HEINSIUS. Sed nec *vallo* probare possum: mox enim interjecto versu denuo sequitur *Erumpunt vallo.* Nihil itaque mutandum. Non enim Varro actu ipso tubas & classica de nocte exercebat; sed, morae impatiens, pugnaeque quam maxime cupidus, ea exercere impetus ipsi erat. Ita τὸ *velle* est apud Maron. VII. Aen. vers. 340.

Arma velit, poscatque simul, rapiatque juventus.

in IX. Aen. vers. 538.

Turbati trepidare intus, frustraque malorum
Velle fugam.

Silius lib. II. vers. 518.

Arma volunt, tentantque aegros ad proelia nisus.

lib. XIII. vers. 318.

Ne flammam taedasque velint, ne templa sub uno
In cinerem traxisse rogo.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 67.

——— *nunc aërii plantaria vellet*
Perseos, aut currus saevos frenasse dracones.

Statius III. Theb. vers. 664.

Ne mihi nunc, moneo, lituos atque arma volenti
Obvius ire pares.

v. 10. *Nam (pars ad pabula campis Vicinis raptanda Macae)* Legendum est, ut voluit Interpres doctissimus,

Confertaeque manus: jam, sparsi ad pabula campis
Vicinis raptanda, Macae fudere volucrem
Telorum nubem. ante omnes invadere bella
Mancinus gaudens, hostilique unguere primus
Tela cruore, cadit; cadit & numerosa juventus.
Nec pecudum fibras Varro & contraria Paullo
Auspicia incusante Deûm compesceret arma,
Ni sors alterni juris, quo castra reguntur,
Arbitrium pugnae properanti in fata negasset.
Quae tamen haud valuit perituris millibus una
Plus donasse die. redîere in castra, gemente
Haud dubie Paullo, qui crastina jura videret
Amenti cessura viro, frustraque suorum
Servatas a caede animas: nam turbidus ira
Infensusque morae dilata ob proelia ductor:
Siccine, sic, inquit, grates pretiumque rependis,
Paulle,

ctissimus, *jam sparsi.* Et ita habent membranae Oxonienses, quarum varias nobis optimus, eruditissimus, & longe nobis dilectissimus Gruterus dedit: quae, etsi ubique optimae notae non sunt, quia tamen rara per Europam hujus poetae exemplaria scripta, non sunt insuper habendae. BARTHIUS lib. I. Adversf. cap. XX. *jam* Oxonius, uti Interpres conjecerat, quod approbat & Barthius. N. HEINSIUS. Saepe ita turbarunt indocti librarii. vide infra ad vers. 242.

v. 12. *Invadere bella Mancinus gaudens hostili tingere primus Tela cruore cadit*] Membranae Cascae, *hostilique ungere primas Tela cruore cadit*, ut *primas* sonet principem, qui honorem quemdam quaesierit scilicet in invadendis hostilibus turmis: quod non defenderim tamen acrius. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. XX. *hostilique unguere Tela cruore* scripti & primae editiones. Eleganter. nisi quod in Oxonio mendose sit *hostilemque ungere.* apud Horat. lib. II. od. I.

——— *arma*
Nondum expiatis uncta cruoribus.

apposite. apud eundem Epod. V.

Et uncta turpis ova ranae sanguine.

delibutus cruore apud eundem non semel. apud Lucan. lib. III. vers. 266. *unxere sagittas Errantes Scythiae populi.* Ita illic in vetusto codice Lucae Langermanni, hominis mihi perquam amici, exaratum offendi. apud Maron. Aeneidos IX. vers. 773.

Unguere tela manu, ferrumque armare veneno.

Plinius lib. XVIII. in praefat. *Quod animal, excepto homine, tela sua venenis tingit? nos & sagittas ungimus.* Male *tingimus* ex scripto Pintiani, quod praecessit. *pinguis sanguine humus* saepe apud poetas occurrit. Quod *primas*, pro *primus*, exhibet codex Oxoniensis, ineptum est: nec approbatorem Barthium haberet, vellem. N. HEINSIUS. *arma sanguine tingere* ubique apud scriptores obvium est, ut plurimis exemplis probavit Eruditissimus Bentlejus ad Horat. lib. II. od. I. vers. 5. hic tamen omnino cum viris doctis ex libris scriptis & priscis editionibus *hostilique unguere* legendum est; quam scripturam, substituta illa, quae nunc vulgo exstat, primus mutavit Nicander in editione Juntina. ut *unguere sanguine*, ita etiam *unguere pice.* supra lib. I. vers. 354.

——— *cetera pingui*
Uncta pice, atque atro circumlita sulfure fumant.

lib. XIV. vers. 428.

At rapidus fervor, per pingues unguine taedas
Illapsus, flammis victricibus insonat alveo.

& apud alios saepe. Voces *unguere* autem & *tinguere*, propter similitudinem literarum *ti* & *u* in scriptura Longobardica, non raro inter se commutarunt scriptores librarii. vide N. Heinsium ad Nason. I. Art. Amat. vers. 662.

v. 18. *Properanti in fata*] Barthius ad Claudiani bell. Gildon. vers. 454. (in editione nempe Hanov. quae prodiit anno praeteriti seculi duodecimo) pro *properanti*, male *properandi* legendum censebat. Non enim *properanti* ad Paullum, sed ad Varronem refertur, qui, quamvis Paullus auspicia infausta sibi evenisse nuntiaret, eo die pugnasset, nisi imperium tum penes collegam fuisset, eique in fata & perniciem ruenti jus signum pugnae proponendi non competiisset. Rectius itaque vir doctissimus hanc conjecturam in postrema Claudiani editione omisit.

v. 25. *Siccine nunc, inquit*] *Siccine, sic, inquit* Coloniensis. nervose. N. HEINSIUS. Supra lib. IV. vers. 508.

Infelix animae, sic, sic vivasque, tuoque
Des iterum hanc laudem nato.

lib. XVI. vers. 125.

Sic, sic, Caeciolae, potentaque vestra secundi
Condite, ait.

Paulle, tui capitis? meruerunt talia, qui te
Legibus atque urnae dira eripuere minanti?
Tradant immo hosti revocatos ilicet enses,
Tradant arma, jube, aut pugnantum deripe dextras.
Sed vos, quorum oculos atque ora humentia vidi,
Vertere cum Consul terga & remeare juberet,
Ne morem & pugnae signum exspectate petendae;
Dux sibi quisque viam rapito, cum spargere primis

Incipiet

v. 25. *Grates pretiumque rependit, Paulle, tui capitis*] Capitis enim periculum adierat Aemilius Paullus priori consulatu post confectum bellum Illyricum, cui beneficio plebis ereptus erat. Tangit hanc historiam Silius supra lib. VIII. vers. 291. & Livius lib. XXII. cap. XXXV. & cap. XL. ceteris tacentibus historicis, etiam, quod mireris, Polybio, secundum quem lib. III. cap. XIX. Paullus *ἐδόκει οὐ μόνον ἐπιδεξίως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνδρωδῶς κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι*, seu, ut Casaubonus interpretatur, *non sollertiae dumtaxat, verum etiam fortitudinis laudem ex provincia reportavit.*

v. 29. *Aut pugnantum diripe dextras*] *deripe* Oxonius & Puteaneus. scribe, *aut pugnantum deripe dextris*: arma, videlicet. Multis haec illustramus ad Nason. Metam. III. vers. 52. lib. X. infra vers. 599. *ite, ocius arma Deripite, o pubes, templis.* N. HEINSIUS. Vide infra etiam ad lib. X. vers. 318. Pariter & apud Livium Varro Deos hominesque testatur lib. XXII. cap. XLIV. *se constrictum à collega teneri: ferrum atque arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibus.*

v. 30. *Quorum oculos atque ora humentia vidi*] *liventia* Puteaneus & editio Romana, *viventia* Oxoniensis, *libentia* Parmensis. Scribe, ut saepe alias, *uventia*, quod jam vidit quoque Barthius supra ad lib. VIII. vers. 460. adi adnotata lib. III. vers. 522. N. HEINSIUS. *liventia* etiam Romana princeps & Mediol. editio; *uventia*, hunc locum laudans, habet Gronov. in Diatr. Stat. cap. XXIV. In codice Coloniensi abjecta aspiratione est *umentia*, ut saepe in eo observare est. vide supra ad lib. II. vers. 125. Infinitis locis librarii voces *uvens*, *uvescere*, *uvidus* in *humens*, *humescere*, *humidus* corruperunt, ut docent Salmas. in Epist. LXXXV. Brockhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IX. vers. 37. aliique, quos ad eum locum citavit. Non ausim tamen contra auctoritatem omnium codicum hic *uventia* recipere, praesertim cum pro vulgata scriptura stent membranae Colonienses; multo minus cum Salmasio facere, qui dicta Epist. LXXXV. contendit, oculos lacrimis madentes ubique *uvidos* & *uvidulos*, non *humidos* aut *humidulos* dicendos esse. Tot enim in locis *humere* & inde derivata de lacrimantium vultu aut oculis invenio, ut iis omnibus controversiam movere praeceps nimis ac temerarium videatur. Ecce enim *humentes oculi* sunt apud Nason. XI. Metam. vers. 464. XIV. vers. 734. Lucan. lib. IV. vers. 521. Eumen. Gratiar. act. cap. IX. & Claudian. in VI. Consul. Hon. vers. 266. *humida lumina* apud Propert. lib. I. eleg. XVI. vers. 4. lib. III. eleg. IV. vers. 17. Nason. III. Fastor. vers. 596. & IX. Metam. vers. 535. ubi Illustrissimus Heinsius, cum in uno scripto *in vida* invenisset, reliquis, ut verisimile est, nam de illis tacet, nihil mutantibus, *uvida* scribendum conjecit: sed nimis calide. *hument genae* apud Nason. epist. VIII. Heroid. vers. 64. *humentes genae* apud Tibull. lib. I. eleg. X. vers. 38. & Lucan. lib. V. vers. 737. *humens vultus* apud Statium III. Theb. vers. 712. *humectare* apud Lucret. lib. I. vers. 919.

Et lacrimis salsis humectent ora genasque.

& Maron. I. Aen. vers. 465.

Multa gemens, largoque humectat flumine vultum.

Altera tanta his facile addi possent, nisi haec in exemplum sufficere censerem. Omnia itaque illa invitis membranis emendare durior sane medicina videtur: nisi fortasse statuendum foret, cunctis, qui umquam fuerunt, librariis simile odium in vocem *uvere* aliaque inde derivata innatum esse, similem etiam libidinem eam in *humere* mutandi: quod qua auctoritate ponitur, eadem negatur. vide etiam infra ad lib. XI. vers. 510.

v. 32. *Ne morem & pugnae signum*] Opinor *Martem*. N. HEINSIUS. Nihil muto, quamvis varie turbent Msta & priscae editiones: in Oxoniensi enim est *Me morem & pugnae*; in editione Romana *Me marem & pugnae*; in Mediolanensi *Et memorem pugnae*. Ad marginem vero Romanae, pro *marem*, manu docta etiam *Martem* emendatum erat, quod postea & Illustrissimo Heinsio in mentem venit. Sed *morem & signum pugnae* est ἓν διὰ δυοῖν, pro consuetum pugnae signum. Ne quis militum solitum signum ineundae pugnae exspectet.

v. 33. *Dux sibi quisque viam capito, cum spargere primus &c.*] Pusillum est, sed moneo tamen emendes,

Dux sibi quisque viam rapito, cum spargere primis
Incipiet radiis Gargana cacumina Phoebus.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVI. *rapito* cum membranis Coloniensibus Modius. recte. lib. VIII. vers. 182.

Huc rapies, germana, viam tutosque receptus.

Plura diximus ad epistolam Herus Nasonianae vers. 74. N. HEINSIUS. Curtius dicit lib. V. cap. IV.

Dux

Incipiet radiis Gargana cacumina Phoebus.
Pandam egomet propere portas. ruite ocius, atque hunc
Ereptum revocate diem. sic turbidus aegra
Pestifero pugnae castra incendebat amore.
At Paullus, jam non idem nec mente nec ore,
Sed qualis stratis deleto milite campis
Post pugnam stetit, ante oculos atque ora futuro
Obversante malo; ceu jam spe lucis ademta,

Cum

Dux sibi quisque itineris coeperat fieri. Recte autem viri docti, & cum his Dausquejus, *rapito* vindicarunt, quo vocabulo aptius exprimitur ardor Varronis proelium cum Hannibale committendi. Non enim volebat, milites sedato gradu ex castris progredi, sed ut rapide inde decurrerent, quo maturius manus cum hoste consererent. Silius lib. XII. vers. 472.

Raptum iter est, victorque moram non passus eundi.

lib. II. vers. 248.

Pernici velox cursu rapit incita membra.

Lucan. lib. III. vers. 115.

Ut videt ingenti Saturnia templa revelli
Mole, rapit gressus.

Sic *rapere urbem*, *castra*, pro celeriter occupare. vide Gronov. ad Livii lib. VI. cap. XXIII. Saepe autem ita turbatum in libris priscis. vide infra ad lib. XV. vers. 659. *rapienda via*, pro *capienda*, quamvis alio sensu, ὁ πάνυ Gronovius Senecae restituit in Agam. vers. 154.

v. 33. *Spargere primus Incipiet radiis Gargana cacumina Phoebus*] Repone ex scriptis codicibus *spargere primis radiis*, non *primus*: idque Modio jam praevisum est. N. HEINSIUS. *primus Phoebus*, ut apud Valer. Flacc. lib. V. vers. 332.

Rapta toris primi jubar ad placabile Phoebi
Ibat.

primus sol apud Maron. VI. Aen. vers. 255. *primi sub lumina solis & ortus.* Et pro hac scriptura stat Dausquejus. Quamvis autem haud multum intersit, malim tamen cum manu exaratis libris & editione Mediolanensi *primis radiis.* sic Apollon. Rhod. lib. III. vers. 162.

—— ἦχί τ' ἀερθεὶς
Ἠέλιος πρώτῃσιν ἐρεύγεται ἀκτίνεσσι.

quo sublatus sol primis cum radiis egeritur. Ovid. VII. Metam. vers. 804.

Sole fere radiis feriente cacumina primis.

prima lampade dixit Silius lib. XII. vers. 574.

Atque ubi nox depulsa polo, primaque rubescit
Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores.

Illustrissimus Heinsius curis secundis ad Nason. Ep. XIX. Heroid. vers. 74. legebat,

—— *spargere primis*
Incipiet radiis Gargana cacumina Titan.

ut me monuit Celeberrimus Burmannus: sed memoriae vitio *Titan*, pro *Phoebus*, quod servant omnes libri, posuit.

v. 35. *Pandam egomet primus portas*] *propere portas* Oxonius & Coloniensis cum Romana editione, nam *primis* praecesserat paullo ante. in Parmensi *prope.* N. HEINSIUS. In Mediolanensi etiam *prope*, ut & editione Marsi & Martini Herbipolensis: in Romana principe erat *propere.*

v. 39. *Stratis dilecto milite campis*] Membranae habent *deleto milite*, quod probabilius: nam omnis Italae nationis miles varius eo proelio concidit. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *delete* ex iisdem scriptis exemplaribus. lib. XVI. vers. 50.

—— *deleta gentilis pube catervae,*
Caesorum implebat solus loca.

lib. VII. vers. 549.

—— *patiarne ante ora manusque*
Civem deleri nostras?

lib. IX. vers. 532. *Non Teucros delere aderam.* & sic ex Oxonio Barthius. Videantur quae annotamus lib. XV. vers. 558. N. HEINSIUS. Silius lib. I. vers. 514.

Dexter ades Phrygiae delenti stirpis alumnos.

lib. II. vers. 185.

Gens extrema viri campis deletur Hiberis.

Virgil. IX. Aen. vers. 248.

Non tamen omnino Teucros delere paratis.

Claudian. I. in Eutrop. vers. 96.

Bastarnas una potuit delere ruina.

Justin. lib. II. cap. VIII. *Egressos navibus Megarenses inopinantes aggressus delevit.* Saxo Gramm. II. Hist. Danicae in fine, *Protinus enim Sueones a Sialandensibus deleti.* Lucan. lib. II. vers. 84.

Si libet ulcisci deletae funera gentis.

ubi simili errore quidam libri habent *dilectae gentis.* Pariter & infra peccatum est lib. XV. vers. 558. & vers. 590. Et ita fortasse emendandum apud Maron. in Ceiri vers. 32.

Additur aurata deletus cuspide Typho.

ubi priscae editiones *delectus* habent: vulgo autem est *dejectus*: quod nec ipsum improbandum. Quin & ita, si libri scripti accederent, hoc loco legendum Celeberrimus Burmannus existimabat, quod Illustrissimo Heinsio etiam in mentem venit. Ita *dejicere* infra est lib. XV. vers. 466.

Tunc è furtiva tractantem proelia luce
Dejecit Galam.

Virgil. XI. Aen. vers. 641.

Ingentemque animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium.

Valer. Flacc. lib. VI. vers. 193.

Cum ſtupet exanimata parens, natique tepentes
Nequidquam fovet extremis amplexibus artus:
Per toties, inquit, concuſſae moenia Romae,
Perque has, nox Stygia quas jam circumvolat umbra,
Inſontes animas, cladi parce obvius ire:
Dum tranſit Divûm furor, & conſumitur ira
Fortunae, novus Hannibalis, ſat, nomina ferre
Si diſcit miles, nec frigidus aſpicit hoſtem.
Nonne vides, cum vicinis auditur in arvis,
Quam ſubitus linquat pallentia corpora ſanguis?
Quamque fluant arma ante tubas? cunctator & aeger,
Ut rere, in pugnas Fabius quoscumque ſub illis
Culpatis duxit ſignis, nunc arma capeſſunt.
At quo Flaminius. ſed dira avertite Divi.
Sin noſtris animus monitis precibusque repugnat;
Aures pande Deo. cecinit Cymaea per orbem
Haec olim vates, & te praeſaga tuosque
Vulgavit terris proavorum aetate furores.
Jamque alter tibi, nec perplexo carmine, coram
Fata cano vates; ſiſtis ni craſtina ſigna,
Firmabis noſtro Phoebêae dicta Sibyllae
Sanguine. nec Grajo poſthac Diomede ferentur,
Sed te, ſi perſtas, inſignes Conſule campi.
Haec Paullus, lacrimaeque oculis ardentibus ortae.

Necnon

Strymonaque obſcura ſpargentem vulnera funda
Dejicit.

& verſ. 217.

——— *Actaei ſed cum prior haſta Phaleri*
Dejicit.

Curtius lib. VIII. cap. I. *Ille, quatuor millibus ferarum dejectis, in eodem ſaltu cum toto exercitu epulatus eſt.* vide Gebhard. ad Corn. Nepot. Thraſyb. cap. III.

v. 50. *Vicinis auditur in arvis*] *in armis* Oxon. Putean. & editio Marſi. ſed *arma* paullo poſt ſequuntur denuo. N. HEINSIUS. Omnes, quas ego quidem vidi, (vidi autem tres) Marſi editiones conſtanter habent *in arvis.* & recte. *τo armis* enim ex librariorum errore ortum: qui lapſus illi hominum generi admodum frequens eſt. vide ſupra ad libr. IV. verſ. 295.

v. 52. *Quamque fluant arma ante tubas*] Id eſt, de manu decidant, etiam priuſquam tubae inſlantur, ac ſignum pugnae proponitur. ſic mox verſ. 120.

Aſt illi jam tela manu atque arma fluebant.

lib. XV. verſ. 377.

——— *laxataque luctu*
Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.

vide N. Heinſium ad Silii lib. II. verſ. 131. *ante tubas* autem, ut apud Claudian. lib. I. in Rufin. verſ. 334.

Quos tamen impavidus contra ſpumantis ad Hebri
Tendis aquas, ſic ante tubas ferrumque precatus.

v. 55. *Haud quos Flaminius*] *At quos Flaminius* multo elegantius in Colonienſi, abrupta oratione. N. HEINSIUS. Colonienſis libri ſcripturam optime amplectitur Illuſtriſſimus Heinſius. Elegantiſſima eſt apoſiopeſis, quam mutarunt indocti librarii, quod non perſpicerent ſenſum poëtae. Ea autem utitur Silius, ne ominoſum foret, ſi adderet, Flaminii milites, ſeu qui ſub eo militarunt, non ſolum non arma capere, verum trepidare etiam, & jam fugam circumſpicere ac tutos receptus. Simili abrupto ſermone alibi etiam uſus Silius, ut libr. VI. verſ. 110.

Sed quid ego haec? gravior quanto vis ecce malorum.

libro VII. verſ. 247.

——— *quin inter cetera noſtra*
Haud laude aſuerit, modo qui. ſed parcere dictis
Sit melius.

lib. X. verſ. 290.

Ille ego ſed vano quid enim te demoror aeger,
Lentule, conqueſtu?

Ovid. etiam III. Faſt. verſ. 83.

Ergo ego? tam longas ſed ſupprime, Muſa, querelas.

Epiſt. XX. Heroïd. verſ. 51.

Nos quoque. ſed taceo. mors hujus poena rapinae
Ut ſit, erit, quam te non habuiſſe, minor.

Epul.

Necnon & noctem sceleratus polluit error.
Xanthippo captus, Libycis tolerarat in oris
Servitium Satricus, mox inter praemia regi
Autololum dono datus ob virtutis honorem:
Huic domus & gemini fuerant Sulmone relicti
Matris in uberibus nati, Mancinus & una
Nomine Rhaeteo Solimus: nam Dardana origo,
Et Phrygio genus a proavo, qui, sceptra secutus
Aeneae, claram muris fundaverat urbem
Ex sese dictam Solimon: celebrata colonis
Mox Italis paullatim attrito nomine Sulmo.
Ac tum barbaricis Satricus cum rege catervis
Advectus, quo non spretum (si posceret usus)
Noscere Gaetulis Latias interprete voces.
Postquam posse datum Peligna revisere tecta,
Et patrium sperare larem, ad conamina noctem
Advocat, ac furtim castris evadit iniquis.
Sed fuga nuda viri: sumto nam prodere coepta
Vitabat clipeo, & dextra remeabat inermi.
Exuvias igitur prostrataque corpora campo
Lustrat, & exutis Mancini cingitur armis.
Jamque metus levior: verum, cui demta ferebat
Exsangui spolia, & cujus nudaverat artus,

Natus

Epist. XIII. Heroïd vers. 163.

Me tibi venturam comitem, quocumque vocaris:
Sive, (quod, heu! timeo) sive superstes eris.

ubi similiter Ovidius propter omen abrupta oratione usus est. Impense tali loquendi genere gavisus est Statius, ex quo plura exempla collegit Barthius ad III. Theb. vers. 87.

v. 57. *Cecinit Grynaea per orbem Haec olim vates*] *Cumaea* Coloniensis, ut & lib. XIII. vers. 400. N. HEINSIUS. Alibi tamen idem codex *Cymaeus* scribit, more Graecorum. vide supra ad lib. VIII. vers. 533. Quae autem Silius Sibyllae hic tribuit (eam enim per *Cymaeam vatem* intelligit) Livius Marcio cuidam dat, & inde refert lib. XXV. cap. XII. Cujus vaticinium in numeros redegit Andreas Alciat. lib. V. Pareig. cap. XVIII. & ex eo Columm. ad Ennii fragm. pag. 122.

v. 63. *Nec Grajo posthac Diomede ferentur campi*] De campo Diomedis, quem Silius etiam *Aetolum* & *Iapyga campum* vocat, videndus Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 1222.

v. 65. *Lacrimaeque oculis ardentibus ortae*] *Oculi ardentes*, ut apud auctorem Ceir. vers. 402.

Ad coelum infelix ardentia lumina tollens.

v. 67. *Xanthippo captus*] Nescio, quam ob caussam Illustrissimus Scaliger ad oram codicis sui *cretus*, pro *captus*, conjecerit. Nam nihil mutandum. Satricus a Xanthippo captus erat primo bello Punico.

v. 72. *Solymus*] *Solimus* Coloniensis passim. in Fastis etiam Nasonianis anceps scriptura. N. HEINSIUS. Vide virum illustrissimum ad Nason. IV. Fastor. vers. 79.

v. 76. *Paullatim attrito nomine Sulmo*] Fabulam hoc censet Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 757. ex nuda vocabulorum similitudine confictam, quem vide.

v. 77. *Ac tum barbaricis*] Codex Putean. cum editione Romana principe & Mediolanensi *At tum*: quod non videtur rejiciendum. Satricus primo bello Punico captus, & in Libyam abductus, regi Autololum dono datus erat, *at* nunc iterum in Italiam advectus est, ut eo interprete Gaetuli Romanos intelligerent.

v. 83. *Sumto quia prodere coepta*] *sumto nam prodere* in scriptis exemplaribus & editionibus vetustis. N. HEINSIUS. Haud aliter etiam editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis, quod primus mutavit Nicander in Juntina; unde error ad omnes sequentes propagatus est.

v. 86. *Mancini cingitur armis*] Historiam hanc finxisse videtur Silius ad imaginem illius, quam de Julio Mansueto narrat Tacitus III. Histor. cap. XXV. Haud absimiliter Maevius quidam in bello Augustum inter & Antonium, fratrem inscius interemisse, eoque cognito se quoque occidisse dicitur ab

auctore,

Natus erat, paullo ante Maca proſtratus ab hoſte.
Ecce ſub adventum noctis primumque ſoporem
Alter natorum Solimus veſtigia vallo
Auſonio vigil extulerat, dum ſorte viciſſim
Alternat portae excubias, fratriſque petebat
Mancini ſtratum ſparſa inter funera corpus,
Furtiva cupiens miſerum componere terra.
Nec longum celerarat iter, cum tendere in armis
Aggere Sidonio venientem conſpicit hoſtem.
Quodque dabat Fors in ſubitis necopina, ſepulcro
Aetoli condit membra occultata Thoantis.
Inde, ubi nulla ſequi propius pone arma, virumque
Incomitata videt veſtigia ferre per umbras,
Proſiliens tumulo contorquet* nuda parentis
In terga, haud fruſtra, jaculum: Tyriamque ſequentum
Satricus eſſe manum & Sidonia vulnera credens,
Auctorem caeci trepidus circumſpicit ictus.
Verum ubi victorem juvenili robore curſus

Attulit,

auctore, ſeu auctoribus, epigrammatum, quae edidit Pithoeus lib. IV. Catalect. pag. 159.

v. 89. *Maca proſtratus ab hoſte*] *Macae* Colonienſis: ceteri cum vetuſtis editionibus *Mace*. N. HEINSIUS.

v. 95. *Furtiva cupiens miſerum componere terra*] *componere* eſt ſepelire. Ovid. IV. Metam. verſ. 157.

Componi tumulo non invideatis eodem.

Tibull. lib. III. eleg. II. verſ. 26.

Sic ego componi verſus in oſſa velim.

ubi vide notas cultiſſimi Broekhuſii, & Kirchmann. III. de Funer. Roman. cap. VIII.

v. 98. *Quodque dabat Fors in ſubitis necopina*] *necopina* eſt inopina, non proviſa. *nec* enim non ſemper negat & copulat ſimul, ſed interdum etiam ſimpliciter negat, ut hoc loco. vide Zinzerl. in Promulſ. Critic. cap. XXIII.

v. 99. *Condit membra occultata*] Palilogia priſcis ſcriptoribus admodum frequens. Sic Virgil. III. Aen. verſ. 337.

Diſponunt enſes, & ſcuta latentia condunt.

quod Servius exponit, *Scuta condendo latere faciunt.* Ita ergo *condit membra occulta* eſt condendo occultat membra. Infra lib. XI. verſ. 198.

——— *obſtructas replete cadavere portas.*

nam ita legendum monuit Illuſtriſſimus Heinſius, id eſt, replendo portas cadavere eas plane obſtruite. Plura ad eum locum notavi. Neque aliter capiendum illud apud Homerum frequentiſſimum, *βῆ δ' ἰέναι*, aliaque ſimilia.

v. 105. *Auctorem caeci trepidus circumſpicit ictus*] In editione Romana principe eſt *ceri ictus*, pro quo manu docta in margine emendatum *certi ictus*. Sed nihil muto. *caecus ictus* eſt qui à latente infertur, cujus auctor non apparet. Livius lib. XXXIV. cap. XIV. *Non caecis ictibus procul ex improviſo vulnerabantur.* & cap. XXXIX. *Ut non modo ad caecos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum, loci quidquam eſſet.* vide ſupra ad lib. VI. verſ. 7.

v. 111. *Non ſum equidem Sulmone ſatus.* &c.] Longum eſſet ire per ſingula. Ajo, ut in paucis conferam verba, totum hunc locum hoc modo ſcribendum & interpungendum,

Non ſim equidem Sulmone ſatus tua, Satrite, proles,
Nec frater, Mancine, tuus, ſatearque nepotem
Pergameo indignum Solymo, ſi evadere detur
Huic noſtras impune manus. tu nobile geſtes
Germani ſpolium ante oculos, reſeraſque ſuperba,
Me ſpirante, domus Pelignae perfidus arma?
Haec tibi, cara parens Acca, ad ſolatia luctus
Dona feram nati.

MODIUS Novant. Lection. Epiſt. LXXXVI. Scribo, *Non ſim equidem.* D. HEINSIUS. *ſim* ſcribendum ſequentia indubitate evincunt, uti jam ab aliis eſt monitum. N. HEINSIUS. Pro hac lectione ſtat etiam Dauſquejus. Olim tamen vir Illuſtriſſimus ad Naſon. III. Metam. verſ. 271. hoc loco *ſum* ſervabat, at verſu ſequenti ex MSS. ut ajebat, *ſateor*, pro *ſatear*, legebat. cujus ſcripturae in margine editionis Silianae, ad quam diſcrepantes lectiones notavit, non meminit. Quin & apud Naſon. dicto loco ex pleriſque veteribus libris emendabat,

——— *nec ſum Saturnia, ſi non*
Ab Jove merſa ſuo Stygias penetrarit in undas.

ubi vulgo eſt *nec ſim*, quod tamen in contextu ipſo retinuit; nunc vero Celeberrimus Burmannus *ſum* edi curavit. Apud Appulej. v. Metam. pag. 163. quem laudat Heinſius etiam, plerumque editur, *Nec ſum mulier, nec omnino ſpiro, niſi eam* *peſſum*

Attulit, & notis fulsit lux tristis ab armis,
Fraternusque procul, luna prodente, retexit
Ante oculos sese, & radiavit comminus umbo;
Exclamat juvenis, subita flammatus ab ira:
Non sim equidem Sulmone satus tua, Satrice, proles,
Nec frater, Mancine, tuus, fatearque nepotem
Pergameo indignum Solimo, si evadere detur
Huic nostras impune manus. tu nobile gestes
Germani spolium ante oculos, referasque superba,
Me spirante, domus Pelignae perfidus arma?
Haec tibi, cara parens Acca, ad solatia luctus
Dona feram, nati ut figas aeterna sepulcro.
Talia vociferans stricto mucrone ruebat.
Ast illi jam tela manu, jamque arma fluebant,
Audita patria, natisque, & conjuge, & armis;
Ac membra & sensus gelidus stupefecerat horror.
Tum vox semanimi miseranda effunditur ore:
Parce precor dextrae, non ut mihi vita supersit,

(Quippe

pessum de tantis opibus dejecero. paucae tantum editiones, sed recentiores, habent *sim* & *spirem*. certe *spirem*, teste Elmenhorstio, est in membranis Florentinis. Petron. tamen in Satyr. cap. LXXXI. *Nam aut vir ego liberque non sum, aut noxio sanguine parentabo injuriae meae.*

v. 114. *Hinc nostra te impune manus*] *Huic nostras impune manus* rectius ex Coloniensi libro Modius. Puteaneus, *Hinc vestra nunc impune manu.* N. HEINSIUS. Oxoniensis, *Hinc vestra impune manu.* Coloniensis libri lectionem amplexus est etiam Dausquejus, ut & olim N. Heinsius ad Nason. III. Metam. vers. 271. & merito. *evadere* enim ubique fere cum quarto casu noster jungit. vide infra ad lib. XVI. vers. 521.

v. 116. *Me spirante*] *Me spectante* editio Romana princeps & Mediolanensis. sed perperam; praecessit enim modo *ante oculos*. *Me spirante* autem est, me vivente. vide supra ad lib. II. vers. 430.

v. 117. *Haec tibi, cara parens, apta ad solatia*] Nomen *Accae* matris reduxit Modius, consentiente Dausquejo. Favet MS. liber, in quo *Acta* legitur, nomine ex illo corrupto, eique mutuatum a sorore Camillae apud Maronem. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *acta* scripti, excepto Coloniensi, in quo *Acca*. optime, uti Modius quoque jam vidit, approbantibus Dausquejo, Barthioque. Apud Maronem Camilla XI. Aen. vers. 823. *Hactenus, Acca soror, potui.* occurrit & id nomen apud Propertium de Luperci matre. tum nota illa nutrix Romuli *Acca Larentia*. Deinde muta distinctionem, *nati ut figas aeterna sepulcro.* N. HEINSIUS. Pro *Haec tibi*, codex Oxoniensis & Puteaneus cum editione Parmensi *Nec tibi*, quae lectio tolerari potest, si post vocem *feram* signum interrogandi ponatur. Viderem ne hostem fratris arma gestare? *nec* tibi ea, o mater, ad solamum luctus ferrem? ut nati sepulcro figeres. Verum cum codex Coloniensis vulgatam scripturam servet, nihil mutari malim. Insuper recte viri docti τὸ *apta* in *Acca* mutarunt, quod cum proprium nomen esse nescirent librarii, id in vicinum *acta* transformarunt, ut in nonnullis libris est etiam nunc: quod cum alii idoneum sensum non efficere viderent, ei *apta* substituerunt, quae voces & alibi inter se commutatae sunt, ut supra lib. I. vers. 365. vide etiam Broekhus. ad Propert. lib. IV. eleg. VI. vers. 22. Saepenumero autem ineptos & indoctos librarios nomina propria, non ignotiora solum, sed & notissima, in alia appellativa, ut vocant, corrupisse, nemini latere potest, cui vetustos codices versare contigit: quaedam exempla ex hoc Silio referam. lib. I. vers. 431. *missus* dederunt, pro *Temisus*. lib. IV. vers. 518. *cassidis auricomae*, pro *Auruncae*. lib. VII. vers. 295. *dira cassis*, pro *Tyria*, ex conjectura Heinsii. infra hoc lib. vers. 587. *radio*, pro *Tadio*. lib. X. vers. 564. *terrorque modo*, pro *terror Nomadum*. lib. X. vers. 26. *iterum*, pro *Italum*. vers. 31. *nondum*, pro *Nomadum*. lib. XIV. vers. 536. *duro transtro*, pro *Tyrio*, ex conjectura ejusdem Heinsii. lib. XVI. vers. 180. *fera bella*, pro *Africa*. vers. 564. *ludibilis*, pro *Indibilis*. Si quis autem & alia aliunde velit, consulat Broekhusium ad Propert. lib. III. eleg. II. vers. 45. eleg. III. vers. 5. & 37. & eleg. VII. vers. 44.

v. 123. *Tum vox semianimi*] *Cum* Oxonius, ut saepe alias, etiam apud Maronem & Ovidium in vetustis exemplaribus. *semanimi* Coloniensis. N. HEINSIUS. Ita *semusta*, pro *semiusta*, in contextu Silii emendabat lib. III. vers. 16. Alii tamen has voces integre scribi malunt, ut secunda & tertia syllaba per

synizesin

(Quippe nefas hac velle frui) fed fanguine noftro
Ne damnes, o nate, manus. Karthaginis ille
Captivus, patrias nunc primum advectus in oras,
Ille ego fum Satricus, Solimi genus. haud tua, nate,
Fraus ulla eft. jaceres in me cum fervidus haftam,
Poenus eram. verum, caftris elapfus acerbis,
Ad vos & carae properabam conjugis ora.
Hunc rapui exanimi clipeum: fed jam, unice nobis,
Haec fratris tumulis arma excufata reporta.
Curarum tibi prima tamen fit, nate, referre
Ductori monitus Paullo, producere bellum
Nitatur, Poenoque neget certamina Martis.
Augurio exfultat Divûm, immenfamque propinqua
Stragem acie fperat. quaefo, cohibete furentem
Varronem: namque hunc fama eft impellere figna.
Sat magnum hoc miferae fuerit mihi cardine vitae
Solamen, caviffe meis. nunc ultima, nate,
Invento fimul atque amiffo redde parenti
Ofcula. fic fatus galeam exuit, atque rigentis
Invadit nati tremebundis colla lacertis,

Attonito

fynizefin in unam coëant. vide Erythr. indic. Virgilian. in voce *Semianimem*, & Pierium ad Maron. III. Aeneid. verf. 578.

v. 128. *Ille ego fum Satricus*] Pariter infra lib. xv. verf. 59.

Illa ego fum, Anchifae Venerem Simoëntis ad undas
Quae junxi.

Auctor Ceiris verf. 409.

——— *illa ego fum, cognato fanguine vobis*
Scylla, quod, ah, falva liceat te dicere, Procne;
Illa ego fum, Nifi pollentis filia quondam.

Ovid. IV. Metam. verf. 226.

Ille ego fum, dixit, qui longum metior annum.

in III. Faftor. verf. 505.

Illa ego fum, cui tu folitus promittere coelum.

& I. ex Ponto Epift. II. verf. 35.

Ille ego fum, lignum qui non admittar in ullum.
Ille ego fum, fruftra qui lapis effe velim.

Statius XI. Theb. verf. 165.

Ille ego fum, qui te pacem & pia jura regentem &c.

Simili modo & Petron. in Satyr. cap. CXXVI. *Rogo, inquam, numquid illa, quae me amat, tu es.* ubi vide Celeberrimum Burmannum.

v. 130. *Verum caftris elapfus*] Illuftriffimus Scaliger ad oram codicis fui mutavit, *verum ut caftris.* non probo. quamvis & Cellarius in contextum receperit.

v. 136. *Poenoque neget certamina Martis*] Malo *Poeno Marti.* N. HEINSIUS. *Poeno Marti* erit Hannibali. ita enim Marti Hannibal infra aequatur lib. XI. verf. 582. *germanus in armis Ille tuus par Gradivo.* Marcellus lib. XII. verf. 278. *tum Martis adaequant Marcellum decori.* Hamilcar apud Livium lib. XXI. cap. X. *Nec puer hic dux erat, fed pater ipfe Hamilcar; Mars alter, ut ifti volunt.* atque ita alibi. Nihil tamen muto. fic infra libro XII. verf. 274. *Martis certamine fifti Poffe ducem Libyae.* libro XV. verf. 443. *rapiunt certamina Martis.* verf. 827. *dubia exclufit certamina Martis.* lib. XVI. verf. 203.

——— *difperfas fine lege catervas*
Veftro formarent ritu ad certamina Martis.

Virgil. XII. Aen. verf. 72.

——— *neve omine tanto*
Profequere in duri certamina Martis euntem.

qui & *pugna Martis* dixit ibid. verf. 124.

Haud fecus inftructi ferro, quam fi afpera Martis
Pugna vocet.

Eodem fenfu & *certamina pugnae* apud noftrum frequens, ut lib. V. verf. 574. lib. IX. verf. 370. lib. XI. verf. 338. lib. XIII. verf. 876. lib. XVII. verf. 548. ut & apud alios.

v. 137. *Immenfamque propinqua Stragem acie fperat*] *fpirat* olim Illuftriffimus Heinfius ad marginem Silii legendum conjecerat, de quo infra vide ad lib. XVII. verf. 541. quam tamen conjecturam ipfe rejeciffe videtur, cum ejus in notis poftea non meminerit. & recte.

v. 138. *Prohibete furentem*] *cohibete* Colonienfis & Puteaneus. recte. N. HEINSIUS. Ita & excerpta codicis Oxonienfis.

v. 141. *Caviffe meis*] Id eft: profpexiffe. Ovid. XV. Metam. verf. 758.

——— *quo praefide rerum,*
Humano generi, Superi, caviftis abunde.

ubi

Attonito & nitens verbis sanare pudorem
Vulneris impressi, telum excusare laborat.
Quis testis nostris, quis conscius affuit actis?
Non nox errorem nigranti condidit umbra?
Cur trepidas? da, nate, magis, da jungere pectus.
Absolvo pater ipse manum, atque in fine laborum
Hac condas oculos dextra, precor. at miser, imo
Pectore suspirans, juvenis non verba vicesque
Alloquio vocemve refert; sed sanguinis atri
Sistere festinat cursum, laceroque ligare
Ocius illacrimans altum velamine vulnus.
Tandem inter gemitus miserae erupere querelae:
Siccine te nobis, genitor, Fortuna reducit
In patriam? sic te nato, natumque parenti
Impia restituit? felix o terque quaterque
Frater, cui fatis genitorem agnoscere ademtum!
Ast ego, Sidoniis imperditus, ecce, parentem
Vulnere cognosco. saltem hoc, Fortuna, fuisset
Solamen culpae, dubia ut mihi signa dedisses
Infausti generis. verum linquetur iniquis

Non

ubi vide Illustrissimum Heinsium.

v. 145. *Attoniti & nitens verbis savare pudorem*] Nihil hic difficultatis. Tamen vetusti libri lectio non est aspernenda, *Attonitoque timens.* Timebat nimirum, ne tanto tamque inopinato scelere perculsus manum in se filius converteret. Sane mira est historia, & sine dubio efficta a Silio ex alterius cujusdam eventu pari, ut moris habet. Est vero ita concipienda, ne quis minus acute oculos intendens non intelligat. Dirum prodigium Cannensis cladis describitur. Satricus erat captus olim in Libya, sed Italus domo, cum Aeneae comes ejus progenitor in Italiam venisset. Is Hannibali dono datus interpres erat Poenis, ut cum Latinis colloqui possent. Hic duos filios in Italia reliquerat, Mancinum & Solymum. Mancinus die praecedente Cannensem pugnam, cum promtior manu erupisset castris, à Macis interemtus est. Solymus, qui vigil vallo excubabat, cum decederet stato tempore, noctu exiit tumulatum fratris corpus. Eodem tempore Poeni quoque castris exibat Satricus genitor, ut ad Romanos transfugeret. Cum inermis relicto clipeo fugisset, forte fortuna offendit corpus Mancini, ejusque armis induitur, & ita ad castra Romanorum progressus incidit in Solymum; qui certus fratrem occubuisse, & armis ipsius agnitis parentem pro hoste occidit. Is moriturus monet, ut Varronis impetus cohibeatur, alioqui maxima strage Poenos victores futuros. Haec enarrando Silio huc allinere voluimus, nam aliquanto intricatius ab eo proferuntur. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *Attonitoque timens* scripti & vetustae editiones, excepto Coloniensi, ex quo nihil hic loci erat annotatum, sive incuria Carrionis, sive quod is codex cum vulgatis libris faciebat. Livinejus *Attonitumque timens*, Barthius *Attonitoque timens* videtur approbare. *Attonito*, nimirum filio, timebat pater, ne is manum in se converteret. Sed nec *sanare pudorem* satisfacit. versum utrumque spurium esse existimo: nam nihil hactenus locutum Solimum ex sequentibus fit manifestum. N. HEINSIUS.

v. 149. *Da, nate, magis, da jungere pectus*] Lege, *da, nate, manus.* D. HEINSIUS. Nihil hic mutandum: nam *manum* mox sequi denuo vides. N. HEINSIUS. Recte pro vulgata stat vir Illustrissimus, qui tamen olim cum patre hic *manum*, pro *magis*, praeferebat in notis ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 41.

v. 154. *Sistere festinat cursum, laceroque ligare &c.*] Ut de se narrat Cephalus apud Nason. VII. Met. vers. 848.

—— scissaque a pectore veste
Vulnera saeva ligo; conorque inhibere cruorem.

v. 161. *Ast ego Sidoniis impercitus*] Manifesta res est, emendari debere, *imperditus.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVI. *imperditus* cum Coloniensi Modius. probe. apud Maronem X. Aen. vers. 430.

Et vos, o, Grajis imperdita corpora, Teucri.

Statius III. Theb. vers. 84.

—— numquam tibi sanguinis hujus
Jus erit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora.

Non ultra Superis nostros celare labores.
Haec dum amens queritur, jam, deficiente cruore,
In vacuas senior vitam disperserat auras.
Tum juvenis, maestum attollens ad sidera vultum;
Pollutae dextrae & facti Titania testis
Infandi, quae nocturno mea lumine tela
Dirigis in patrium corpus, non amplius, inquit,
His oculis & damnato violabere visu.
Haec memorat, simul ense fodit praecordia, &, atrum
Sustentans vulnus, mananti sanguine signat
In clipeo mandata patris, FUGE PROELIA VARRO:
Ac summi tegimen suspendit cuspide teli,
Defletumque super prosternit membra parentem.
Talia venturae mittebant omina pugnae
Ausoniis Superi, sensimque abeuntibus umbris
Conscia nox sceleris roseo cedebat Eoo.
Ductor in arma suos Libys, & Romanus in arma

Excibant

Noster ipse lib. x. vers. 416.

Reliquias belli, atque imperdita corpora Poenis
Impia formido ac major jactabat Erinnys.

N. HEINSIUS.

v. 165. *Non ultra Superis non hos tolerare labores*] Emendandum,

Non ultra Superis nostros celare labores.

Sensus est, (neque enim & hunc, cum paullo intricatior locus sit, gravabor adscribere) Utinam saltem non tam evidentibus indiciis patrem agnovissem, & de facto meo dubitare possem! esset hoc magnum misero solatium: quo cum caream, non orabo Deos, ut, quod proximum est, id tacitum esse velint, nullique illud innotescat, sed manu remedium inveniam dolori meo. quod ideo dixit, quia pater, cum filium, a quo letaliter esset vulneratus, solaretur, & in errorem fatalem culpam omnem rejiceret, & nullum facti testem adfuisse; clam illud esse posse dixerat, ubi ait:

Quis testis nostris, quis conscius affuit actis?
Non nox errorem nigrantis condidit umbra?

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXXVI. *nostros celare labores* idem Coloniensis, uti Modius jam testatum reliquit. & id bene. N. HEINSIUS.

v. 173. *Haec memorat*] *memorans* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 182. *Excibat*] *Excibant* scripti. N. HEINSIUS.

v. 183. *Qualis nulla dies omni surrexerit aevo*] lib. XI. vers. 457. *surgente die.* Deinde *Non verborum*, *inquit*, pro *Nec*, Coloniensis. N. HEINSIUS. *subluxerit*, pro *surrexerit*, olim legendum putavit Illustrissimus Heinsius, quam conjecturam postea recte induxit. *surgere* enim ut Ovid. IV. ex Ponto Epist. VII. vers. 112.

Eoo quoties surgit ab orbe dies.

Virgil. III. Georg. vers. 400.

Quod surgente die mulsere horisque diurnis.

Lucan. lib. IV. vers. 154. *donec decreverit umbra In medium surgente die.* Avien. descr. Orb. vers. 1059.

——— Axe diei
Consurgentis item Libanus premis arduus arva.

Pro *surrexerit*, in Parmensi editione est *surrexerat.*

v. 185. *Ad Iäpygis agros*] Non damno hanc lectionem: opinor tamen verius esse *Iapygas agros.* Sic *Iapyga campum* supra non semel habuimus. *Iäpyge alumno* infra, & *Iapyge campo* initio lib. IX. N. HEINSIUS.

v. 187. *Concessere Alpes*] Id est, cesserunt, superatae sunt. Virgil. Ecl. x. vers. 62.

Jam neque Hamadryades rursum nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsae rursum concedite silvae.

v. 187. *Pater ipse superbus aquarum Eridanus*] Qui nostro *pater aquarum*, Virgilio *rex fluviorum* dicitur I. Georg. vers. 480.

Proluit insano contorquens vortice silvas
Fluviorum rex Eridanus.

De immensa aquarum vi, quam Eridanus alveo suo devehit, videatur Cluver. I. Ital. Antiq. cap. XXXVI. pag. 409.

v. 189. *Strage virûm mersus Trebia est*] An *versus*, vel *aversus*? ut obstructus virorum strage cursum alio deflexisse dicatur. malim *immersus*. N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus etiam *pressus* conjecerat: sed eam conjecturam inducta linea postea delevit. Eandem etiam notarat in scheda quadam, quam in Silio ejus inveni, addito loco ex lib. IV. vers. 623.

Concidit, & clausit magna vada pressa ruina.

Similiter nempe locutus & Claudian. in IV. Consul. Hon.

Excibant de more suos: Poenisque redibat,
Qualis nulla dies omni surrexerit aevo.
Non verborum, inquit, stimulantum, Poenus, egetis,
Herculeis iter a metis ad Iapygis agros
Vincendo emensi: nusquam est animosa Saguntos:
Concessere Alpes. pater ipse superbus aquarum
Ausonidum Eridanus captivo defluit alveo.
Strage virûm mersus Trebia est, atque ora sepulto
Lydia Flaminio premitur, lateque refulgent
Ossibus, ac nullo sulcantur vomere campi.
Clarior his titulus, plusque allatura cruoris
Lux oritur. mihi magna satis, sat vero superque
Bellandi merces sit gloria: cetera vobis
Vincantur. quidquid diti devexit Hibero,
Quidquid in Aetnaeis jactavit Roma triumphis;
Quin etiam Libyco si quid de litore raptum
Condidit, in vestros veniet sine sortibus enses.
Ferte domos, quod dextra dabit: nil victor honoris

Ex

Hon. vers. 630.

Corporibus premitur Peuce, per quinque recurrens Ostia.

Sed nihil muto. Trebia enim dicitur *mersus strage virûm*, ut campus Iapyx *cruore Ausonio mersus* supra lib. I. vers. 50.

Dum Cannas, tumulum Hesperiae, campumque cruore
Ausonio mersum sublimis Iapyga cernam.

v. 189. *Ora sepulto Lydia Flaminio premitur*] *sepulcro Flaminio* Coloniensis & Oxonius. N. HEINSIUS. Voluerunt fortasse librarii *sepulcro Flaminii.*

v. 190. *Lateque refulgent Ossibus campi*] Quod *albere* dixit Virgil. XII. Aen. vers. 36.

——— *campique ingentes ossibus albent.*

& V. Aen. vers. 864.

Jamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat,
Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.

etiam Senec. in Oedipo vers. 94. *albens ossibus sparsis solum.* & Statius lib. II. silv. VII. vers. 65.

Albos ossibus Italis Philippos
Et Pharsalica bella detonabis.

Appulej. VIII. Metam. pag. 163. ed. Pricaei, *Denique ob iter illud, qua nobis erat commeandum, jacere semesa hominum corpora, suisque visceribus nudatis ossibus cuncta candere.* Ubi vide Pricaeum. ipsa ossa λύκα vocavit Homerus in Odyss. A. vers. 161.

Ἀνέρ© οὗ δήτυ λεύκ' ὀςέα πύθεται ὄμβρῳ.

Viri cujus jam alicubi alba ossa imbre putrescunt.

v. 192. *Clarior his titulis plus allatura cruoris Lux oritur*] Scribendum videtur,

Clarior his titulus, plusque allatura cruoris
Lux oritur.

MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *Clarior his titulus, plusque allatura* scripti: quod & Modio jam arriserat. N. HEINSIUS.

v. 193. *Mihi magna satis, sat vera superque Bellandi merces*] *sat vero* Puteaneus & Marsi editio. sed arbitror scribi debere *sat certa merces.* Si *vero* admittis, syllabam posteriorem corripuerit exemplo Statii & aliorum poëtarum. N. HEINSIUS. Sic Statius ultimam brevem facit II. Theb. vers. 187.

Tu potior, Thebane, queri. nos vero volentes.

ubi vide Barthium: etiam Auson. Epigr. CVIII.

Pars te Furippum vocitat, pars vero Furippum.

quo loco pari errore quosdam *vera* legere voluisse notat Juret. ad Paullini vit. D. Martini lib. IV. vers. 433. & pluribus exemplis id, quod hic docemus, adstruxit. Vide insuper Gifan. Indic. Lucret. in voce *Adverbia* & G. J. Vossium lib. II. de Art. Gramm. cap. XXVII. *vero* habet etiam editio Mediolanensis & Romana princeps.

v. 194. *Bellandi merces sit gloria* &c.] Paria sentit Skioldus Daniae rex apud Saxon. Gramm. optimum, ut tempora illa ferebant, scriptorem, bonosque auctores ubique imitatum, I. Histor. Danic. pag. 6. *Proceres non solum domesticis stipendiis colebat, sed etiam spoliis ex hoste quaesitis: affirmare solitus; pecuniam ad milites, gloriam ad ducem redundare debere*: quod pluribus ibi in notis illustravit Stephanius, laudato etiam hoc Hannibalis ex Silio, quod tamen perperam Satrici dictum esse ait.

v. 196. *Quidquid & Aetnaeis*] *in Aetnaeis* scripti & vetustae editiones. N. HEINSIUS. *& Aetnaeis* primus Nicander edidit apud Juntas.

v. 198. *In vestros venient sine sortibus enses*] *veniet* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 199. *Nil victor honoris Ex opibus posco*] Quid opibus cum honore? Enimvero solum sibi honorem poscit Hannibal, nihil opes moratus. Itaque

Ex opibus posco. raptor per secula longa
Dardanus edomitum vobis spoliaverit orbem.
Qui Tyria ducis Sarranum ab origine nomen,
Seu Laurens tibi, Sigêo sulcata colono,
Arridet tellus, seu sunt Byzacia cordi
Rura magis, centum Cereri fruticantia culmis,
Electos optare dabo inter praemia campos.
Addam etiam, flava Thybris quas irrigat unda,

Captivis

supra dixit,

Clarior his titulis plus allatura cruoris
Lux oritur; mihi magna satis, sat vera superque
Bellandi merces sit gloria.

Quare necesse est emaculare *nil victor honorus Ex opibus posco.* quo pacto veritas constat. Modo sim honoratus victoria, vobis, ait, opes trado diripiendas. Multum sane in hoc genere scriptorum lucis quandoque unius literae addit constitutio. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. Ex scriptis & Marsi Veneta editione *nil ductor honoris*, pro *victor*. Barthius non potest concoquere *honorem ex opibus poscere.* Quid opibus cum honore, inquit? Enimvero solum honores poscere Hannibalem, nil opes morari: ac proinde *victor honorus* reponit. Sed *honor* etiam pro munere nonnumquam ponitur. atque hinc *honorarium.* N. HEINSIUS. Recte Msta *ductor*. Voces, *victor* & *ductor* librarii frequenter inter se commutarunt, ut supra lib. V. vers. 211. lib. IX. vers. 600. & lib. X. vers. 553. Apud Lucan. etiam lib. III. vers. 71. pro

——— *agmina victor*
Non armata trahens, sed pacis habentia vultum,

undecim codices ex illis, quos Illustrissimus Heinsius cum vulgatis contulit, *ductor* habent. & postea ibid. vers. 133. pro *magnam victor in iram Vocibus accensus*, in quatuor ex iisdem Heinsianis est etiam *ductor.* in omnibus tamen, quas vidi, Marsi & aliis editionibus hic constanter *victor* est. Recte deinde vir Illustrissimus vulgatam scripturam *honoris* contra Barthium asseruit, & *honorem* pro praemio, munere, dono hic poni, ut & alibi saepe, notavit. Sic Ovid. XI. Metam. vers. 216.

Nec, pars militiae, Telamon sine honore recessit,
Hesioneque data potitur.

& XIII. vers. 41.

Nos inhonorati & donis patruelibus orbi.

Curtius lib. IX. cap. I. *Copiarum duces coronis & mille aureis singulos donat. ceteris quoque pro portione aut gradus, quem in militia obtinebant, aut navatae operae, honos est habitus.* lib. X. cap. I. *Cum omnes amicos regis donis super ipsorum vota coluisset, Bagoae spadoni nullum honorem habuit.* Simili sensu Τιμᾷν, quod proprie est honorare, pro praemio afficere posuit Xenoph. III. Cyropaed. pag. 77. Δοκεῖ ἡμῖν εὐφροσύνη τις νῦν παρεῖναι, καὶ ὅτι εὐπορία τις προσγεγένηται, καὶ ὅτι ἔχομεν, ἀφ' ὧν τιμᾶν ἕξομεν, οὓς ἂν βουλώμεθα. *Frui quadam laetitia in hoc tempore videmur, tum quod opum copia quaedam nobis accesserit, tum quod nobis sit, unde honorem habere liceat iis, quibus visum fuerit.*

V. 202. *Sarranum nomen*] Male scripti *Serranum nomen.* N. HEINSIUS. *Sarranum* est Tyrium, vide supra ad lib. VI. vers. 62. adeoque minime cum libris scriptis in *Serranum* mutandum.

V. 204. *Seu sunt Buxentia cordi Rura magis*] Vidit Interpres nihili haec esse, & recte subodoratus est, *Byzacia Rura* reponi debere, quae Africae totius sunt fertilissima. Consulantur, quae ille ex Varrone, Plinio, aliisque huc congessit, à nobis neutiquam compilanda. Romana editio *Byrantia*, Oxonius codex *Byzantia*, neque aliter Parmensis: in Coloniensi recte *Byzacia.* Βυζάκιοι Straboni. In veteri inscriptione apud Gruterum pag. CCCLXI, quae honori L. Aradii Valerii Proculi est data, ubi inter alia,

LEGATO. PRO. PRAETORE. PROVINCIAE. NVMIDIAE
PERAEQVATORI. CENSVS. PROVINCIAE. GALLECIAE
PRAESIDI. PROVINCIAE. BYZACENAE. &c.
PROCONSVLI. PROVINCIAE. AFRICAE. VICE
SACRA. IVDICANTI. EIDEMQ. IVDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. PROCONSVLAREM. ET
NVMIDIAM. BYZACIVM. AC. TRIPOLIM. &c.

quae totidem verbis repetuntur in alia inscriptione, Populonii exstante, quam Gruterus pag CCCLXIII. exhibet: pag. CCCLXII. de eodem, PRAESES. PROVINCIAE. VAL. BYZACEN. Idem Valerius Proculus in tribus quatuorve subsequentibus tabellis PRAESES. PROVINCIAE. BYZACENAE, sive VALERIAE. BYZACENAE designatur. Sed & illud neglectim haberi nolim, quod pag. CCCLXII. in ejusdem Proculi inscriptione Hadrumetum, quae colonia fuit Romana ejusdem Byzacenae provinciae, ob miram fertilitatem dicatur COLONIA CONCORDIA. VLPIA. TRAIANA. FRVGIFERA. HADRVMETINA. Isidorus: *Byzacena regio ex duabus nobilissimis oppidis nomen sortita est, ex quibus unum Hadrumetum.* Plura doctissimus Surita ad Antonini Itinerarium pag. 218. Fuisse Consularem posteriori tempore provinciam patet ex praefatione Favonii Eulogii in somnium Scipionis, quem vir Praestantissimus Andreas Scottus primus juris fecit publici: illa quippe inscripta est *Superio Consuli provinciae Byzacenae.* Nec prorsus *Byzantia rura*, quod habent quidam codices, damnandum. Βύζαντες enim Graecis hic Africae populus dicebatur. qua de re videnda, quae Salmasius ad Solinum congessit

pag.

Captivis late gregibus depascere ripas.
Qui vero externo socius mihi sanguine Byrsae
Signa moves, dextram Ausonia si caede cruentam
Attolles, hinc jam civis Karthaginis esto.
Neu vos Garganus Daunique fefellerit ora;
Ad muros statis Romae: licet avia longe
Urbs agat, & nostro procul a certamine distet,
Hic hodie ruet. atque ultra te ad proelia miles

Nulla

pag. 320. 321. [pag. 226. ed. ult.] N. HEINSIUS. Recte viri docti *Byzacia* vindicarunt, quorum emendationem probat etiam Cluver. lib. IV. Ital. Antiq. cap. XIV. pag. 1261. In Mediolanensi editione erat etiam *Byzantia*. Ad hujus regionis fertilitatem pertinet quoque locus Martiani Capell. lib. VI. pag. 216. *Byzacium* (sic legendum, non *Byzantium*) *incolunt, quae regio ducentis quinquaginta millibus passuum circuitur, cujus satio centesimo messis incremento foeneratur.*

v. 206. *Flectos optare dabo inter proelia campos*] Scripserat Silius *inter praemia*. non enim *inter proelia*, sed post proelia, militibus dona militaria conferuntur. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *inter praemia* recte Modius, secutus auctoritatem codicis Agrippini. N. HEINSIUS. Simili errore *proelia*, pro *praemia*, infra etiam dederunt scribae librarii lib. XVI. vers. 523. & alibi passim.

v. 208. *Gurgitibus late captivus pascere ripas*] Nihil sani, aut quod pro sano haberi possit, est in his: nisi forte milites gramine pascendi erant, quod *gregibus captivis* plane convenit: quare legendum,

Captivis late gregibus depascere ripas.

MODIUS Novant. Lection. Epist. I. Hunc versum, quem feliciter restituit Modius, eadem scriptura agnoscunt membranae Britannicae. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *depascere* Puteaneus & Oxonius, *pascere* Aldus & Marsi editio Gallica: at optime Modius ex Coloniensi libro,

Captivis late gregibus depascere ripas:

quod Veneta Marsi editio confirmat, & probatur a Barthio. N. HEINSIUS. Pleraeque editiones, & in his utraque Marsi Veneta, in vulgatam lectionem conspirant. In Colinaei vero editione operarum errore est *poscere*, quod denuo Dausquejus expressit; qui tamen in notis Modii ex codice optimo emendationem recte probat. & omnino ea vera Silii manus est. sic contra de fugiente Alarico ait Claudian. in VI. Consul. Hon. vers. 183.

Nec jam cornipedem Tiberino gramine pascis,
Ut rebare, tuum.

v. 209. *Qui vero extremo socius mihi cardine Byrsae Signa moves*] Ad haec Interpres Marsus „*Extremo* „*cardine*, id est, qui es mihi socius in bello, qua„dam affinitate remota, scilicet, quia solummo„do censeris sub imperio Byrsae. Sed haec Silii lo„cutio est nimis affectata; nisi sit hic aliqua men„da, quod ego arbitror. Difficile namque est, eli„cere sensum ex his verbis. Sed, Marse, diligenter etiam illa examinanda sunt, quae proba alioqui videantur. Quod tu, quia minus facis, Silium incusas immeritissimo, qui scripserat,

Qui vero externo socius mihi sanguine Byrsae
Signa moves.

Ecce sublata menda, & sententia poëtae sua restituta. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *externo sanguine Byrsae* reponatur, Modio monente, ex Coloniensibus membranis. *sanguine* etiam, pro *cardine*, in Oxonio ac Puteaneo exstabat. Pro *moves*, in Coloniensi *movens*. non sequor. N. HEINSIUS. In vulgatam lectionem conspirant omnes editiones, quas vidi; nisi quod Marsus in commentariis non *cardine*, sed *sanguine*, habeat. At insuper etiam cum viris doctis pro *extremo* ex membranis Coloniensibus revocandum *externo sanguine*. Frequenter scribae librarii commutando voces *extremus* & *externus* turbas dederunt. Apud Festum Avien. in Arat. Phaenom. pag. 32. ed. Commel. vulgo nunc legitur,

Ebria ut extremo splendescat lana veneno.

Sed melius antiquae editiones habent *externo veneno*. Apud Lucan. lib. VII. pag. 185. pro *populos, quos lux extrema manebat*, male in codice Rottendorfii uno, ab Heinsio collato, *lux externa* fuit. ibid. vers. 519. pro *externum chalybem*, tres codices ab eodem inspecti *extremum chalybem* praeferunt. lib. IX. etiam vers. 474. pro *externa longeque remota tellure*, in quibusdam MSS. *extrema tellure* legitur. Confer praeterea Illustrissimum Heinsium ad Nason. III. Fast. vers. 193. Brockhus. ad Propert. lib. II. eleg. XIII. vers. 40. & ad lib. III. eleg. VI. vers. I. & Coler. ad Valer. Max. lib. V. cap. VII.

v. 212. *Neu vos Gargani*] *Garganus* Oxonius & Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 215. *Haec hodie ruet*] Ita non recte legunt ensi libri, cum & hic emendandum sit *Hic hodie ruet*. Manifesta, plana, & clara etiam lippis ratione. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *Hic* optime Coloniensis, hoc loco, hac acie. Vidit jam & Modius, obstrepente incassum Interprete. Neque alter editio Romana. N. HEINSIUS. Huic lectioni adstipulantur etiam editiones Romana princeps, Parmensis ac Mediolanensis. Doctissimus Dausquejus Silii sensum non percepit, qui hic esse videtur: Romam, delendo exercitum Romanorum, in quo omne robur eorum conflabat, hic ad Cannas quasi captum iri ac ruituram. Eodem nempe

 modo,

Nulla voco. ex acie tende in Capitolia cursum.
Haec memorat. tum, propulso munimine valli,
Fossarum rapuere moras, aciemque locorum
Consilio curvis accommodat ordine ripis.
Barbaricus laevo stetit ad certamina cornu
Bellator Nasamon, unaque immanior artus
Marmarides, tum Maurus atrox, Garamasque, Macesque,
Et Massylae acies, & ferro vivere laetum
Vulgus Adyrmachidae pariter, gens accola Nili,
Corpora ab immodico servans nigrantia Phoebo:
Quis positum agminibus caput imperiumque Nealces.
At parte in dextra, sinuat qua flexibus undam
Aufidus, & curvo circum errat gurgite ripas,
Mago regit, subiere leves, quos horrida misit
Pyrene,

modo, quo Hannibal superando Alpes Romanos se subigere Romamque expugnare jactabat lib. III. vers. 509.

Nunc, o, nunc, socii, dominantis moenia Romae
Credite vos, summumque Jovis conscendere culmen:
Hic labor Ausoniam, dabit hic in vincula Thybrim.

v. 218. *Fossarum rapuere moras*] *Fossarum morae* sunt fossae procursum & impetum militum morantes. vide supra ad lib. v. vers. 318.

v. 218. *Locorum Consilio*] Mira est locutio, pro componunt aciem ea figura, qua ut eam ordinarent, locorum situs suadebat. Illustrissimus Heinsius olim ad marginem codicis sui *locorum Consimilem* scribendum conjecit.

v. 221. *Immanior arctus Marmarides*] Etiam strabis liquere potest, legendum esse *immanior artus*, quod valet, membris vastis & immanibus. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *artus* cum Modio ex scriptis codicibus. *arcu* editio Romana. N. HEINSIUS. *arcu* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis.

v. 224. *Vulgus Adrimachidae, pariter gens accola Nili*] *Adirmachidae* Coloniensis. scribe *Adyrmachidae*. Ἀδυρμαχίδαι sunt Herodoto in Melpomene. *Achirmachidae* in editione Romana. pro *pariter gens accola Nili*, censeo castigari debere *patrii Nili*: nisi *Pharii Nili* malueris. N. HEINSIUS. Hujus populi Silius & supra meminit lib. III. vers. 279.

Versicolor contra caetra, & falcatus ab arte
Ensis Adyrmachidis.

ubi Colon. codex etiam *Adirmachidis* habet. Perperam hic Romana princeps & Mediol. editio *Achirmachidae*, quod forte ex *Adurmachidae*, pro *Adyrmachidae*, corruptum est. *Adyrmachidae* est in Oxoniensi libro. Postea *pariter* non mutem cum Heinsio in *patrii* vel *Pharii Nili*. mutanda solum interpunctio hoc modo:

Vulgus Adyrmachidae pariter, gens accola Nili.

Ut Adyrmachidae per appositionem *gens Nili accola* vocentur: ad Nilum enim eos habitasse testis est Scylax Caryand. in Periplo pag. 105. Ἀπὸ τοῦ Κανωπικοῦ στόματος τοῦ Νείλου Ἀδυρμαχίδαι. *Post Canopicum Nili ostium sunt Adyrmachidae.* Vel, si hoc non placet, posses legere:

Vulgus Adyrmachidae, & pariter gens accola Nili,

ut innuat Silius vel in genere omnes ad Nilum habitantes populos; quemadmodum per *Baetigenas viros* populos ad Baetin in Hispania habitantes intellexit infra vers. 234. vel nominatim Nubas, quorum in recensendis copiis Punicis supra meminit lib. III. vers. 268. *Exusti venere Nubae*, ut optime viri docti restituerunt: Nubae enim ad sinistrum Nili latus habitarunt, teste Strab. lib. XVII. Geogr. pag. 786. ed. Paris. Ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ μέγα ἔθνος. *A sinistro autem fluminis Nili habitant Nubae, magna Libyae gens.* Et hanc expositionem firmat versus sequens, ubi de hoc populo inquit,

Corpora ab immodico servans nigrantia Phoebo,

cum Nubae pariter lib. III. vers. 268. *exusti* dicantur, & *immitem testantes corpore solem.* Quin & forte Aethiopes intelligi possunt, de quibus Silius ibid. vers. 265.

Venere Aethiopes, gens haud incognita Nilo.

v. 226. *Imperiumque Nealces*] Id est, imperator. vide infra ad lib. XV. vers. 749.

v. 230. *Varioque auxere tumultu Flumineum latus*] *anxere* Oxonius, *hausere* Puteaneus. Forte, *& vario cinxere tumultu Flumineum latus.* N. HEINSIUS. *hausit* & *auxit* sollemni errore librarii miscuerunt. vide supra ad lib. I. vers. 290. Grotium ad Lucan. lib. I. vers. 217. Behot. I. Apophor. cap. I. & N. Heins. ad Valer. Flacci lib. II. vers. 38. ex *auxere* autem, vel *anxere*, ut Oxon. membranae habent, levi mutatione fit *cinxere*, ut viro Illustrissimo scribendum visum fuit.

v. 232. *Nec tectus tempora Vasco*] Supra lib. III. vers.

Pyrene, populi, varioque auxere tumultu
Fluminеum latus: effulget caetrata juventus;
Cantaber ante alios, nec tectus tempora Vasco,
Ac torto miscens Baliaris proelia plumbo,
Baetigenaeque viri. celsus media ipse coërcet
Agmina, quae patrio firmavit milite, quaeque
Celtarum Eridano perfusis saepe catervis.
Sed qua se fluvius retro labentibus undis
Eripit, & nullo cuncos munimine vallat,
Turritae moles, ac propugnacula dorso
Belua nigranti gestans, ceu mobilis agger,
Nutat, & erectos attollit ad aethera muros.
Cetera jam Numidis circumvolitare, vagosque
Ferre datur cursus, & toto fervere campo.

Dum

verſ. 358.

Aut Vaſco, inſuetus galeae, ferre arma morati.
ubi vide Doctiſſimum Dauſquejum.

v. 239. *Turritas moles*] *Turritae* ſcripti. & id recte. *Turritae moles* ipſi elephanti. infra verſ. 559. habes *ferae Turrigerae molem.* Colum lib. III. cap. VIII. *India perhibetur molibus ferarum mirabilis: pari tamen in hac terra vaſtitate beluas progenerari quis neget? cum intra moenia noſtra natos animadvertamus elephantos.* Florus lib. I. cap. XVIII. de elephanto, *Tum omnia circa quaſi hoſtilia gravi mole permiſcuis.* Sic prima editio, *non timore.* N. HEINSIUS. Recte hunc Silii locum emaculavit Illuſtriſſimus Heinſius ex libris ſcriptis. Paſſim elephanti ob immenſam corporis magnitudinem *moles* vocantur. Infra verſ. 570.

Nec ferro ſaevire ſat eſt: appellitur atra
Mole fera, & monſtris componitur Itala pubes.
verſ. 618.

——— *tum denique ſeſe*
Gurgitis immerſit molem capiente profundo.
Senec. de brevit. Vitae cap. XIII. *Depugnans? parum eſt. lancinantur? parum eſt. ingenti mole animalium exterantur.* Curtius lib. VIII. cap. XIII. *Stabant ingentes vaſtorum corporum moles, & de induſtria irritatae horrendo ſtridore auras fatigabant.* Florus lib. II. cap. VI. *Ab Hiſpania Haſdrubal, Hannibalis frater, cum exercitu novo, novis liburnis, nova beluae mole veniebat.* Ita Illuſtriſſimus Heinſius in notis apud Celeberrimum Graevium ſcribendum illic conjecit, & inter alia genuinam hujus loci Siliani ſcripturam etiam vindicavit. Sic & *moles* dicuntur omnia alia magnitudine exſuperantia. Vide infra ad lib. XVI. verſ. 46.

v. 240. *Ceu molibus agger Nutat*] Legendum *mobilis agger.* ex *molibus* feci *mobilis*, cum viderem, eleganter à Silio caſtella, quae elephanti dorſo ferrent, *vallum mobile* vocari. MODIUS Novant. Lection Epiſt. I. *mobilis agger* membranae Modianae & Oxonienſes. Et recte quidem. Nihil enim praeter mobilitatem intereſt, quo minus agger ſint elephanti. At *molibus* defendit Interpres. Lectio ſcripta elegantior eſt, & minime repudianda. BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. XX. *mobilis agger* ex Colonienſi Modius, quod duo alii codices ex noſtris cum Parmenſi editione confirmant. Faceſſat in malam rem odioſus Interpres, qui audet elegantiſſimam lectionem aſpernari, quo nomine & Barthium jure infenſum eſt expertus. N. HEINSIUS. *mobilis agger* etiam Romana princeps, Mediol. & Marſi prima: at in poſterioribus Marſi operarum errore *molibus* excuſum eſt: in commentariis tamen *mobilis agger* ſervarunt librarii, idque exponitur, „ac „ſi eſſet cumulus quidam munitus, qui poſſet mo„veri, & quoddam vallum, quod poſſet circumferri. Quiſquamne igitur poſtea cum Dauſquejo pro ſomniis oſcitantium chalcographorum digladiabitur?

v. 241. *Erectos muros*] Lege, *evectos muros.* N. HEINSIUS.

v. 242. *Cetera jam Numidis circumvolitare*] Fortaſſis ſcribendum *Cetera nam.* N. HEINSIUS. Hae particulae crebro in libris ſcriptis confunduntur. vide ſupra lib. II. verſ. 208. lib. IX. verſ. 10. lib. XI. verſ. 293 lib. XIII. verſ. 291. lib. XVI. verſ. 38. & verſ. 534. N. Heinſium ad Naſon. lib. III. Metam. verſ. 350. & J. Brockhuſium ad Tibull. lib. II. eleg. IV. verſ. 12. Sed nec ſcripti nec impreſſi libri huic conjecturae favent: neque videtur quidquam mutandum. Voculam enim *jam* Silio praecipue in deliciis fuiſſe infra adſtruxit ipſe Illuſtriſſimus Heinſius ad lib. XI. verſ. 40.

v. 242. *Citoſque Ferre datum curſus*] Ajo legendum *vagoſque Ferre datur curſus.* Atque ita habent membranae. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. *datur* ſcripti. hoc primo. Deinde pro *citoſque curſus*, *gyroſque* Oxonius, Puteaneus, Romana ac Parmenſis editio, ut & Veneta Marſi; Colonienſis *vagoſque*, quod merito ſecutus eſt Modius, quamquam obſtrepit Interpres. *vagi curſus* equitatui recte adſcribuntur. N. HEINSIUS. Omnes, quas vidi, ante Juntinam editiones *gyroſque curſus*, quod cum aperte

Dum Libys incenso dispensat milite vires,
Hortandoque iterum atque iterum insatiabilis urguet
Factis quemque suis, & se cognoscere jactat,
Qua dextra veniant stridentis sibila teli;
Promittitque viris, nulli se defore testem:
Jam Varro, exacta vallo legione, movebat
Cladum principia; ac pallenti laetus in unda
Laxabat sedem venturis portitor umbris.
Stant primi, quos sanguineae pendente vetabant
Ire notae clipeo, defixique omine torpent.
Juxta terribilis facies; miseranda jacebant
Corpora in amplexu, natusque in pectore patris
Imposita vulnus dextra letale tegebat.

Effusae

perte mendosum videret Nicander, *citosque* substituit. in editione Romana ad marginem manu docta, pro *gyrosque*, emendatum erat *gyroque*. Sed solae membranae Colonienses veram nobis scripturam *vagosque* servarunt. Neque in contrarium movent, quae pro vulgata scriptura in medium attulit Doctissimus Dausquejus; ex more nempe disciplinae militaris nemini impune licitum fuisse extra ordinem evagari, praesertim ineunte pugna. Silius enim Numidas in acie Poenorum non collocat, sed videntur ei separatum quoddam à reliquo exercitu agmen constituisse, quod vago procursu Romanos lacesseret, dum aciem instruerent, &, postquam ad manus ventum erat, quaquaversus arma circumferret. Hinc & Romani postea dicuntur Scipioni quasdam copias commisisse, quibus se Numidis opponeret, infra vers. 275.

His super, insidias contra Nomadumque volucrem
Scipiadae datur ire manum.

ut ad universam aciem, non vero hoc agmen, referendum sit, quod Dausquejus laudat ex Silio vers. 317.

Non magis aut Libyco protrudi Dardana nisu
Avertive potest pubes, aut ordine pelli
Fixa suo Sarrana manus, quam vellere sede
Si coeptet Calpen impacto gurgite pontus.

Nihil aliud enim his Silius innuere voluit, quam neutram aciem inclinari, aut in fugam compelli potuisse. Hannibal itaque his Numidis genus pugnae eorum moribus conveniens injunxit: nam ita de illis Polyb. lib. III. Hist. cap. LXXII. Τιβέριος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀνεκαλεῖτο, θεωρῶν οὐκ ἔχοντας ὅ, τι χρήσονται τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὸ τοὺς Νομάδας ἀποχωρεῖν μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς τολμηρῶς καὶ θρασέως. τὸ γὰρ τῆς Νομαδικῆς μάχης ἴδιόν ἐστι τοῦτο. *Dum haec à Poeno gerebantur, Sempronius equites suos dato signo revocat, plane quid consilii caperent adversus hostem oppositum ignaros: quippe illis res erat cum Numidis, facile & passim terga vertere, ac deinde fronte iterum conversa hostem acriter atque audacter petere assuetis. Haec enim propria est Numidarum dimicandi ratio.* Insuper *vagus cursus* non semper illis tribuitur, qui nullo servato ordine, nulloque consilio passim discurrunt; verum his etiam, qui certo praefinitoque motu aut cursu, & lege stabili feruntur. Ita sol, luna, ceteraque sidera passim *vaga* vocantur. Horat. I. Epist. XII. vers. 17.

Stellae sponte sua, jussaene vagentur & errent.

Anonymus, qui Turnebo XIX. Advers. cap. III. Varro Atacinus dicitur, in Astron.

Jamque vagans errore rato, cum devia tortos
Colligit anfractus, metam sol eminus exit.

Quinctil. Declam. IV. pag. 62. *Quid haec fulgentium siderum veneranda facies? quod quaedam velut infixa ac cohaerentia perpetua semelque capta sede collucent, alia toto sparsa coelo vagos cursus certis emetiuntur erroribus.* Plura exempla collegit elegantissimus Brockhus. ad Tibulli lib. I. eleg. III. vers. 39. simili modo asinus molam in orbem circumagens *certo errore vagari* dicitur apud Appulej. IX. Metam. pag. 184. ed. Pric. *Velata facie propellor ad incurva spatia flexuosi canalis: ut in orbe termini circumfluentis, reciproco gressu mea recalcans vestigia, vagarer errore certo.* Denique Colon. MSti lectionem probat, quod modo praecessit, *circumvolutare*, quodque mox sequitur, *toto fervere campo*: haec enim de fixa & stataria pugna intelligi nequeunt.

v. 244. *Dum Libys incenso dispensat milite vires*] *intenso* Oxonius & Puteaneus. de quo supra jam dictum. N. HEINSIUS. Nihil mutandum. *incensus miles* est Hannibalis oratione & allocutione incitatus ad fortiter & alacriter pugnam capessendum. supra lib. II. vers. 36.

Incensi dictis animi, & furor additus armis.

vers. 41.

Ipse autem incensas promissa piacula turmas
Flagitat.

Virgil. XII. Aen. vers. 238.

Talibus incensa est juvenum sententia dictis.

ubi Pierius quosdam codices *accensa* habere notavit, quod idem est. vide infra ad lib. XII. vers. 351. *flammare* dixit Silius supra lib. I. vers. 55.

Haec

Effusae lacrimae, Mancinique inde reversus
Fraterna sub morte dolor, tum triste movebat
Augurium, & similes defuncto in corpore vultus.
Ocius erroris culpam deflendaque fata
Ductori pandunt, atque arma vetantia pugnam.
Ille, ardens animi, Ferte haec, ait, omina Paullo:
Namque illum, cui femineo stant corde timores,
Moverit ista manus, quae, caede imbuta nefanda,
Cum Furiae expeterent poenas, fortasse paterno
Signavit moriens sceleratum sanguine carmen.
Tum minitans propere describit munera pugnae;
Quaque feras saevus gentes aciemque Nealces

Temperat,

Haec ait, & juvenem facta ad Mavortia flammat.

instinguere lib. VIII. vers. 244.

Dumque Arpos tendunt instincti pectora Poeni.

Contrario errore *Incendunt*; pro *Intendunt*, in Oxoniensi codice erat supra lib. I. vers. 334.

v. 247. *Qua dextra veniant stridentis sibila teli*] Paria Caesar jactat apud Lucan. VII. vers. 287.

——— cujus non militis ensem
Agnoscam? coelumque tremens cum lancea transit,
Dicere non fallar, quo sit vibrata lacerto.

v. 250. *At pallenti laetus in unda*] *ac* Oxonius & Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 251. *Laxabat sedem venturis portitor umbris*] Ita & Lucanus lib. III. vers. 16.

Praeparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor, in multas laxantur Tartara poenas.

Petron. in Satyr. cap. CXXI.

——— vix navita Porthmeus
Sufficiet simulacra virûm traducere cymba.
Classe opus est.

At contra Silius lib. XIII. vers. 759.

——— nullo non tempore abundans
Umbrarum huc agitur torrens, vectatque capaci
Agmina mole Charon; & sufficit improba puppis.

v. 254. *Miseranda jacebant Corpora in amplexu*] *jacebat* Coloniensis, ut ad *faciem* referatur. N. HEINSIUS.

v. 262. *Forte haec, ait, omnia Paullo*] *omina* ex scriptis editisque exemplaribus. N. HEINSIUS. Solus Martinus Herbipolensis & Dausquejus eorum, quos vidi, *omnia* ediderunt: posterior tamen, ut videtur, operarum errore: supra enim vers. 4. *omina* hic legendum diserte agnovit. vide, quae ibi notavi.

v. 266. *Signavit moriens sceleratum sanguine carmen*] *carmen* est titulus, inscriptio. infra lib. XV. vers. 491.

Pyrenes tumulo clipeum cum carmine figunt.

Virgil. III. Aen. vers. 286.

Aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo, & rem carmine signo.

Ovid. epist. VII. Heroid. vers. 194.

Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit.

v. 267. *Propere describit munera pugnae*] *properae pugnae* praestiterit. N. HEINSIUS. Ita infra lib. XV. vers. 607. vir illustrissimus, loco τοῦ *propere signum ad cursus*, emendavit *properi signum accursus. describere munera pugnae* autem est unicuique assignare, quod in proelio faciendum foret. Q. Cicero de Petit. Consul. cap. V. *Fac, ut plane iis omnibus, quos devinctos tenes, descriptum ac dispositum suum cuique munus sit.* vide Schori phrases Ling. Lat. Gifanii Observ. ad ling. Lat. & Indic. Lucret. h. voce, denique Brockh. ad Propert. lib. IV. eleg. I. vers. 57.

v. 268. *Quaque feras saevus gentes aciemque Nealces Temperat, hac sese* &c.] Videntur Silius, Livius, & Polybius in locandis ducibus in acie Romana eadem tradere: Varronem nempe rexisse laevum cornu, Paullum dextrum, & Servilium mediam aciem; nisi quod Polybius aciei regimen Servilio & Attilio superioris anni Consulibus commissum scripserit, quum Silius Attilii non meminerit, & Liv. lib. XXII. cap. XXV. dicat, ei praetextu aetatis ante pugnam Romam abeundi potestatem datam fuisse. Sed qui verba Silii attentius considerat, aliquid eum humani hic passum esse fateri debebit. Narrat enim Varronem rexisse cornu, quod oppositum erat illi Poenorum cornu, cui Nealces praeerat, Servilium aciem, Paullum dextrum cornu: voluit igitur Varronem sinistro cornu praefuisse. at supra vers. 220. Nealcen laevo cornu praefecit: ut adeo Varro dextrum Romanum cornu rexerit; aut, si Varro omnino sinistro praefuerit, Nealces vel dextri cornu dux fuerit, vel Paullum sibi obversum habuerit. Sinistrum enim Poenorum cornu non sinistro Romanorum, sed dextro, oppositum erat. Livius lib. XXII. cap. XLVII. *Equitum Gallorum Hispanorumque laevum cornu cum dextro Romano concurrit.* Atque id ipsa rerum natura docet, neque ulteriori probatione eget. Parem errorem supra vidimus libro V. vers. 95. & simile quid in Livio offendit exactissimus Gronovius lib. XXXIII. cap. IX. quod tamen non tam ipsi historico, quam ejus librariis vitio vertit, nam, pro *in dextro cornu*, reponit *in sinistro* vel *in laevo cornu.* Eodem modo hunc errorem à Silio in scribas librarios derivare facile etiam fo-

Temperat, hac ſeſe Marſo cum milite, cumque
Samnitum opponit ſignis, & Iapyge alumno.
At campi medio (namque hac in parte videbat
Stare ducem Libyae) Servilius obvia adire
Arma, & Picentes Umbroſque inferre jubetur.
Cetera Paullus habet dextro certamina cornu.
His ſuper inſidias contra Nomadumque volucrem
Scipiadae datur ire manum: quaeque arte doliſque
Scindent ſe turmae, praedicit ſpargere bellum.
Jamque propinquabant acies, agilique virorum
Diſcurſu, mixtoque ſimul calefacta per ora
Cornipedum hinnitu, & multum ſtrepitantibus armis
Errabat caecum turbata per agmina murmur.
Sic, ubi prima movent pelago certamina venti,
Incluſam rabiem ac ſparſuras aſtra procellas
Parturit unda freti, fundoque emota minaces
Exſpirat per ſaxa ſonos, atque acta cavernis

Torquet

ret, ſed ſine librorum auctoritate nihil mutare audeo.

v. 268. *Feras ſaevus gentes*] Opinor *Afras laevus gentes.* Nam laevum cornu Nealces regebat, ut jam ſupra vidimus. N. HEINSIUS. *feras gentes* in *Afras* mutabat vir Illuſtriſſimus, ut eodem modo fere lapſi fuerint librarii, quo infra lib. XVI. verſ. 180. ubi *Africa bella*, pro *fera bella*, ex MSS. vindicarunt viri docti. Similes alios in nominibus propriis etiam notiſſimis errores ſupra notavi verſ. 117. Deinde, pro *ſaevus Nealces*, conjicit etiam *laevus:* quae voces & alibi commutantur. vide ſupra ad lib. II. verſ. 111. & lib. V. verſ. 660. Fortaſſe tamen hoc loco nihil mutandum.

v. 272. *Obvia adire Arma*] Niſi mox ſequeretur *Umbroſque inferre*, mallet Celeberrimus Burmannus hic legi *obvia ferre Arma.* quamvis enim *adire* de aggreſſu hoſtili dicatur, tamen *adire obvia arma* durior ei locutio videbatur.

v. 276. *Quaque arte doliſque*] *quaeque* Colonienſis & Oxonius cum editione Romana. N. HEINSIUS. Neque aliter eſt in editione Mediolanenſi, & Romana principe.

v. 280. *Cornipedis hinnitu, & multum trepidantibus armis*] Corrigendum *ſtrepitantibus armis:* pro quo male referunt editiones *trepidantibus armis*, quod praeter mentem poetae eſt. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. Sonitus armorum, equorum, & virorum deſcribit. Recte enim ſic legit Modius, *ſtrepitantibus armis.* Ita enim ad unguem membranae Oxonienſes: nec audiendus cum *alis* ſuis contra libros & rem ipſam Dauſquejus. BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. XX. *hinnitum* Colonienſis & Puteaneus. fruſtra. Idem Puteaneus *crepitantibus armis*; Interpres *trepidantibus alis*; *ſtrepitantibus armis*, Modius ex Colonienſi quod cur damnemus? Peſſime Interpretis editio *multis trepidantibus armis.* Modio ſubſcribit & Barthius. N. HEINSIUS. *crepitantibus armis* Puteaneus codex, teſte Heinſio, ut infra lib. XVI. verſ. 30. *agens crepitantibus agmina caetris*: quae voces ſaepiſſime inter ſe turbatae fuerunt. vide infra ad lib. XIV. verſ. 311. Melius tamen viri docti ex reliquis ſcriptis *ſtrepitantibus* vindicarunt. Tria notat Silius, quae caecum murmur edebant; diſcurſum nempe militum, hinnitum equorum, & ſtrepitum armorum. *trepidantia arma* eo nihil faciunt, ut nec Dauſqueji *trepidantes alae*, eas enim Silius jam per *agilem virorum diſcurſum* expreſſerat. *ſtrepere* autem & *ſtrepitare* de ſonitu, quem colliſa & impulſa arma reddunt, frequenter occurrit. Virgil. IX. Aen. verſ. 808.

—— ſtrepit aſſiduo cava tempora circum
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida aera fatiſcunt.

& X. Aen. verſ. 567.

—— Jovis cum fulmina contra
Tot paribus ſtreperet clipeis, tot ſtringeret enſes.

v. 282. *Sic, ubi prima movent pelago certamina venti &c.*] Comparationem hanc Silius ab Homero mutuatus videtur, qui pugnantium militum clamorem & maris ſonitum inter ſe confert in Iliad. Ξ. verſ. 393.

—— οἱ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ·
Οὔτε θαλάσσης κῦμα τόσον βοάᾳ ποτὶ χέρσον,
Πόντοθεν ὀρνύμενον πνοιῇ Βορέω ἀλεγεινῇ.

Hi autem congrediebantur ingenti clamore. Neque maris unda tantum boat ad terram ex ponto impulſa flatu Boreae gravi. Deinde Oxonius liber *Sic tibi*, pro *Sic ubi*; & mox *ſparſuras caſtra procellas*, pro *aſtra.* Sed utrumque male.

v. 284. *Parturit unda freti, fundoque emota minaces*] *minacem* Colonienſis. Pro *Parturit* primae duae editiones *Pertulit.* N. HEINSIUS. *Pertulit* etiam

Romana

Torquet anhelantem ſpumanti vertice pontum.
Nec vero, fati tam ſaevo in turbine, ſolum
Terrarum fuit ille labor, diſcordia demens
Intravit coelo, Superoſque ad bella coëgit.
Hinc Mavors, hinc Gradivum comitatus Apollo,
Et domitor tumidi pugnat maris: hinc Venus amens,
Hinc Veſta, & captae ſtimulatus caede Sagunti
Amphitryoniades, pariter veneranda Cybele,
Indigeteſque Dei, Faunuſque, ſatorque Quirinus,
Alternuſque animae mutato Caſtore Pollux.
Contra cincta latus ferro Saturnia Juno,
Et Pallas, Libycis Tritonidos edita lymphis,
Ac patrius flexis per tempora cornibus Hammon,
Multaque praeterea Divorum turba minorum.
Quorum ubi mole, ſimul venientum & greſſibus, alma
Intremuit tellus, pars implevere propinquos
Diviſi montes, pars ſedem nube ſub alta
Ceperunt: vacuo deſcenſum ad proelia coelo.

Tollitur

Romana princeps & Mediolanenſis editio. ſed male. *Parturire* enim de rebus inanimatis frequens eſt. Ennod. Ticin. lib. I. carm. IX.

Quidquid terra creat, gignit mare, parturit aether.

Et Epigr. CXLIX.

Profluа marmoribus decurrunt flumina ſacris:
Atque iterum rorem parturit ecce lapis.

Praecipue autem agri, arbores, ſimiliaque *parere* ac *parturire* dicuntur, cum florent, & fructum promittunt. Virgil. Ecl. III. verſ. 56.

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.

ubi videndus de la Cerda, ut & ad III. Georg. verſ. 330.

v. 287. *Tam ſaevo turbine*] *in turbine* ex ſcriptis. N. HEINSIUS.

v. 288. *Diſcordia demens Intravit coelos, Superoſque ad bella coëgit*] Melior lectio videtur eſſe priſca *Luctavit coelo*, quae ſane ab librario non eſt. Ex bello autem Petronii Pharſalico hoc videtur translatum; ſic enim inibi legitur,

—— *primumque Dione*
Caeſaris acta ſui ducit: comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens Mavortius haſtam.
Magnum cum Phoebo Soror & Cyllenia proles
Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.
Infremuere tubae, ac ſciſſo Diſcordia crine
Extulit ad Superos Stygium caput.

Hoc eſt, quod ait Silius, *Luctavit coelo*. De terris idem Petronius pariter quoque,

Factum eſt in terris quidquid Diſcordia juſſit.

BARTHIUS lib. I. Adverſ. cap. XX. *Intravit coelo* Colonienſis, & recte: quod jam ſupra ſemel iterumque ex vetuſtis codicibus habuimus, idque Interpreti etiam venerat in mentem. vide notas lib. XI. verſ. 473. & lib. VI. verſ. 408. *Luctavit coelo* Oxonius & Puteaneus cum editione Romana ac Parmenſi, quod Barthius eſt amplexus. Nos membranis veterrimis hic adhaeremus. N. HEINSIUS. *Luctavit coelo* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio, quod certiſſime non Silio, ſed hallucinantibus ejus librariis, acceptum ferendum eſt, qui ſimili fere ſcribendi errore *Luſtravit*, pro *Intravit*, infra dederunt lib. XIII. verſ. 814. ubi vide, quae viri docti notarunt. Ceterum optime videtur Illuſtriſſimus Heinſius ex integerrimo codice Colonienſi *Intravit coelo* vindicaſſe. vide ſupra ad lib. VII. verſ. 464.

v. 292. *Hinc Veſta*] Nimium hic argutatur Interpres. Pari modo à Claudiano eadem non ſemel inducitur, ut & a Naſone in faſtis. N. HEINSIUS.

v. 293. *Pariter veneranda Cybele*] Lego *Cybebe*. Dixi jam ad Prudentium. N. HEINSIUS. Plura de hac lectione infra vide ad librum XVII. verſ. 8.

v. 297. *Tritonides edita lymphis*] *Tritonidos* ex Colonienſi & editione Romana ac Parmenſi. Puteaneus *Tritonidas*. N. HEINSIUS. Proxime ad verum codex Oxonienſis *Titronidos*, editio vero Romana princeps & Mediolanenſis *Tritonidos*. Sic ſupra lib. III. verſ. 322.

Hinc qui ſtagna colunt Tritonidos alta paludis.

v. 302. *Pars ſedem nube ſub alta Ceperunt*] Potiſſimum Jupiter ac Juno, aëris praeſides, inquit Doctiſſimus Dauſquejus. Verum & Martem ac Minervam inde deſilientes inducit Silius infra verſ. 438.

Deſiluere cava turbati ad proelia nube
Mavors Scipiadae metuens, Tritonia Poeno.

v. 303. *Deſcenſum*] *Diſcenſum* Colonienſis & Puteaneus.

Tollitur immensus deserta ad sidera clamor,
Phlegraeis quantas effundit ad aethera voces
Terrigena in campis exercitus: aut sator aevi
Quanta Cyclopas nova fulmina voce poposcit
Jupiter, exstructis vidit cum montibus ire
Magnanimos raptum coelestia regna gigantas.
Nec vero prima in tantis concursibus hasta
Ulla fuit. stridens nimbus certante furore
Telorum simul effusus, cupidaeque cruoris
Hinc atque hinc animae gemina cecidere procella.
Acrius insanus dextra qua ducitur ensis,
Bellantum pars magna jacet. super ipsa suorum
Corpora consistunt avidi, calcantque gementes.
Nec magis aut Libyco protrudi Dardana nisu
Avertive potest pubes, aut ordine pelli
Fixa suo Sarrana manus, quam vellere sede

Si

teaneus. N. HEINSIUS.

v. 305. *Quantas effundit ad aethera voces*] *effudit* verius scripti. N. HEINSIUS. Ita & priscae editiones.

v. 309. *Coelestia regna gigantes*] *gigantas* scribe, quamquam obstantibus membranis vetustis. Ita in codicibus antiquioribus Nasonis, Statii, Claudiani passim exaratum occurrit, uti ad ipsum Nasonem & Claudianum pluribus jam monui. N. HEINSIUS. Vide etiam Illustrissimum Heinsium infra ad lib. XII. vers. 143. ad Claudiani IV. Consul. Honorii vers. 534. ad Nason. I. Metam. vers. 152. ad III. Fastor. vers. 439. & ad IV. de Ponto Epist. VIII. vers. 59.

v. 311. *Stridens nimbus certante furore Telorum simul effusus*] *stridens nimbis simul effusis* Parmensis editio: Gryphius *stridens nimbis simul effusus*: in Puteaneo, *membris effusus*. opinor *strident nimbi certante furore Telorum simul effusi*. N. HEINSIUS. Cum Parmensi editione facit etiam Romana princeps & Mediolanensis: in editionibus Marsi est *stridens nimbis simul effusus*.

v. 312. *Cupidaeque cruoris Hinc atque hinc animae*] Probo codicis casei scripturam *rapidaeque*, hoc est, rapaces. Sic Lucan. lib. IV.

Si me degeneri stravissent fata sub hoste,
Non deerat fortis rapiendo dextera leto.

BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *rabidaeque* editio Romana & Parmensis, *rapulaeque* Oxonius & Puteaneus. ut *rapidae cruoris* pro rapacibus cruoris fortasse dicantur, ut volebat Barthius. Vulgatae tamen scripturae controversiam non moverim temerario coepto. N. HEINSIUS. Ita *rapidae ferae* sunt Ovid. epist. X. Heroid. vers. 96.

Destituor rapidis praeda cibusque feris.

eo sensu & *rapida fata* capi possunt apud Senec. in Herc. Fur. vers. 183.

At gens hominum fertur rapidis.
Obvia fatis.

In Romana principe etiam & Mediolan. erat *rabidaeque*. Sed nec ego vulgatam lectionem mutem.

v. 314. *Acrius insanus dextra qua ducitur ensis*] Fortasse *Acri ast insanus dextra*; nisi malis, *Ast atri insanus*. N. HEINSIUS. Vulgata certe scriptura vitio laborat, in quam tamen omnes libri, & scripti & editi, conspirant. Verissimam puto Celeberrimi Burmanni conjecturam,

Ac prius insanus dextra quam ducitur ensis,
Bellantum pars magna jacet.

hoc sensu: antequam ad manus ventum est, & comminus pugnabatur, jam emisso telorum nimbo bellantium magna pars jacebat. *insanus ensis* autem ut apud German. in Arat. Phaenom. in Virgine,

Nondum vesanos rabies nudaverat enses.

ducitur ensis pro educitur, ut supra lib. VIII. vers. 341.

——— *ulla retardet*
Ne pugnas mora, dum vagina ducitur ensis.

Vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 122: ita & *arcum ducere*. vide supra ad lib. II. vers. 126.

v. 320. *Si teneat Calpen impacto gurgite pontus*] *Si coeptet* rectius Coloniensis & Oxonius, ut lib. X. vers. 254.

Collapsoque super nequidquam incumbere coeptat.

& mox vers. 259.

——— *aegrum coeptanti attollere corpus.*

Plura diximus ad lib. II. vers. 275. N. HEINSIUS.

v. 321. *Amisere ictus spatium, nec morte peracta* &c.] Adeo conferti & densi in pugnam ruerant hinc Romani, inde Karthaginienses, ut militibus spatium jacula conjiciendi deesset, utque, qui jam interfectus erat, in terram cadere non posset. Similiter etiam Lucan. lib. II. vers. 201.

——— *densi vix agmina vulgi*
Inter & exsangues immissa morte catervas
Victores.

Si coeptet Calpen impacto gurgite pontus.
Amisere ictus spatium, nec morte peracta
Artatis cecidisse licet. galea horrida flictu
Adversae ardescit galeae, clipeusque fatiscit
Impulsu clipei, atque ensis contunditur ense.
Pes pede, virque viro teritur: tellusque videri
Sanguine operta nequit, coelumque & sidera pendens
Abstulit ingestis nox densa sub aethere telis.
Quis astare loco dederat Fortuna secundo,
Contorum longo & procerae cuspidis ictu,
Ceu primas agitent acies, certamina miscent.
At quos deinde tenet retrorsum inglorius ordo,
Missilibus certant pugnas aequare priorum.
Ultra clamor agit bellum, milesque, cupiti
Martis inops, saevis impellit vocibus hostem.
Non ullum desit teli genus. hi sude pugnas,
Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili:

At

Victores movere manus. vix caede peracta
Procumbunt, dubiaque labant cervice.

& lib. IV. vers. 781.

——— *non arma movendi*
Jam locus est pressu: stipataque membra teruntur.

Florus lib. IV. cap. IX. *Passus est hostem castris succedere, donec, absumto jactus spatio, adimeret usum sagittarum.*

v. 322. *Galea horrida flictu* &c.] Expressus hic locus ex eo Maronis IX. Aeneid. vers. 808.

——— *strepit assiduo cava tempora circum*
Tinnitu galea, & saxis solida aera fatiscunt;
Discussae jubae capiti: nec sufficit umbo
Ictibus.

Vide supra etiam ad lib. IV. vers. 354.

v. 329. *Contorum longo & procerae cuspidis ictu*] τὸ & delendum esse opinor, ut sit appositio. N. HEINSIUS. Similes locutiones librarii, cum non intelligerent, frequentissime corruperunt, & sollemni effugio fatale illud suum & ubique insulciverunt. Ita peccarunt apud Nason. III. Metam. vers. 204. *repetatne domum & regalia tecta.* ubi N. Heinsius τὸ & auctoritate Mstorum delevit: etiam apud Claudian. in bell. Gildon. vers. 138. *lacero crinales vertice dentes Et fractum pendebat ebur.* Hic etiam vir Illustrissimus ex melioribus libris *Effractum ebur*, pro *Et fractum*, reposuit, & hoc loquendi genus plenius illustravit.

v. 333. *Ultra clamor agit bellum*] Qui ultimis aciei ordinibus stabant, quoniam ipsi manus cum hoste conferre non possent, ne tamen nihil agerent, clamore bellum agitabant, ut eo hostem terrerent, suosque accenderent. Curtius lib. VI. cap. I. *Angustiae loci, in quo haeserat pugna, non patiebantur totis congredi viribus. Spectabant ergo plures, quam inierant proelium; &, qui extra teli jactum erant, clamore invicem suos accendebant.*

v. 335. *Nec ullum desit teli genus*] Insignis est Interpretis stupor, qui persuadere nobis conatur, sic reliquisse Silium. vetustae editiones *Ullum nec desit.* Coloniensis cum editione Marsi, *Non ullum desit.* Recte omnino. N. HEINSIUS. Corruptam lectionem, pro qua pugnat Dausquejus, habent Romana princeps, Mediolanensis, omnesque Marsi, quas vidi, editiones; cum tamen ipse Marsus in notis *Non ullum* habeat. Sed nondum tempore Silii soliti fuerunt poetae τὸ *nec* producere, quod demum longe post frequenter fecerunt. vide Daumium ad Paullini Pellaei Eucharist. pag. 347. Quare recte N. Heinsius *Non ullum* loco restituit. Deinde male etiam in Romana principe & Mediol. editione est *desit*, sollemni errore: frequenter enim librarii verba *sit* & *fit* permutarunt. vide Barthium ad Statii V. Theb. vers. 290. N. Heinsium ad Nasonis epist. XIX. Heroid. vers. 180. epist. XXI. vers. 186. ad II. Metam. vers. 66. 132. & IV. Metam. vers. 437. quemadmodum etiam *desit* & *defit.* vide Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 100. ubi pluribus egit de hoc verbo *defit.* Eo Silius etiam usus est lib. V. vers. 551. *Nec Sulcina cohors defit.* lib. XI. vers. 543. *defit jam belua tristis Ausoniis terror.* ubi pariter in Oxoniensi codice peccatum est. lib. XIV. vers. 109.

——— *nec turba furentum*
Defit, quae neutro sociari foedere malit.

Imitatur autem Silius locum Maronis ex II. Aen. vers. 467. *nec saxa nec ullum Telorum interea cessat genus.*

v. 336. *Hi pondere pili*] *sali* Puteaneus. an *pali?* N. HEINSIUS. Nihil muta. Pilum enim gravissimum erat telum, maximi ponderis ferro munitum; vide auctores, qui de re militari scripserunt, & in

primis

At saxis fundaque alius, jaculoque volucri.
Interdum stridens per nubila fertur harundo,
Interdumque ipsis metuenda falarica muris.
Speramusne, Deae, quarum mihi sacra coluntur,
Mortali totum hunc aperire in secula voce
Posse diem? tantumne datis confidere linguae,
Ut Cannas uno ore sonem? si gloria vobis
Nostra placet, neque vos magnis avertitis ausis,
Huc omnes cantus Phoebumque vocate parentem.
Verum utinam posthac animo, Romane, secunda,
Quanto tunc adversa, feras! sitque hactenus, oro,
Nec libeat tentare Deis, an Troïa proles
Par bellum tolerare queat. tuque, anxia fati,
Pone, precor, lacrimas, & adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi. nam tempore, Roma,
Nullo major eris. mox sic labere secundis,

Ut

primis Lipsium III. de milit. Rom. Dial. IV. Recte itaque Silius *pondere pili*, ut *pondera conti* supra lib. VI. vers. 276.

——— & jaculis, & pondere conti
Haeret humi, lassoque tamen minitatur hiatu.

ubi plura vide.

v. 338. *Interdumque ipsis metuenda phalarica muris*] Hunc versum Coloniensis & Oxoniensis sequenti proxime postponunt. Forassis scribendum,

Interdum stridens per nubila fertur harundo,
Interdum quassis metuenda falarica muris.

lib. I vers. 362. *quassae turris latera*, ubi plura. Sed cum in vetustis editionibus legatur *Interdum ipsis*, minoris rei sit reponere *Ipsis interdum*. Putеaneus hunc versum non agnoscit. N. HEINSIUS. Veterum transpositionem ex codicum scriptorum auctoritate recepi, ut & Dausquejus felici conjectura hic mutandum viderat. Pro *Interdumque ipsis*, non opus est, ut cum Illustrissimo Heinsio *Interdum quassis*, vel *Ipsis Interdum* legamus. τὸ *que* enim, quod pessime abest, metrum enim turbat, ab editione Juntina, & plerisque eum secutis, agnoscunt libri scripti & antiquissimae editiones. Ut vero metro consulerent Gryphius & eum secutus Nutius, *Ipsis interdum* ediderunt, quod Heinsius conjecerat. Mens Silii est, in hac pugna nullum teli genus defuisse, ne quidem falaricam, cujus emissae tanta vis ac violentia erat, ut vel ipsos muros subruere valeret. Hinc falarica dicitur supra *Vix muris toleranda lues* lib. I. vers. 354. plura vide ad Silii lib. VI. vers. 214.

v. 341. *Aperire in secula voce Posse diem*] Hoc est, aeternitati commendare. Claudianus noster alibi dixit, *nascentes ibant in secula libri*. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. Lege *aperiri*. N. HEINSIUS.

v. 343. *Ut Cannas uno ore sonem*] Ut sat digne ego infortunium & cladem Romanorum ad Cannas memorare possim. Respicit enim Silius ad sollemne poëtarum votum, qui, rem memorabilem narraturi, plures sibi linguas & plura ora optare solent; quod supra illustravi ad lib. VI. vers. 527.

v. 344. *Neque vos magnis avertitis ausis*] *nos* Oxonius & editio Romana. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editio Romana princeps & Mediolanensis.

v. 347. *Sitque hactenus, oro*] Pessime Interpres *stetque*. Si quid mutandum, legerim *sisque*. N. HEINSIUS. Supra lib. IV. vers. 797.

——— hactenus, oro,
Sit satis ante aras caesos vidisse juvencos.

lib. XIII. vers. 270.

Hactenus est vixisse satis: dum copia mortis.

Senec. suasor. I. *Satis sit hactenus vicisse Alexandrum, qua mundo lucere satis est.* Vim vocis *hactenus* egregie illustravit Magnus Gronov. I. Observ. cap. XV. & Observ. in Script. Eccles. cap. XXII. vide etiam N. Heinsium ad Nason. epist. XV. Heroid. vers. 156.

v. 360. *Huc atque huc it summa seges*] Ventis ita agitatam segetem eleganter *fluctuare* dixit Seneca in Herc. Fur. vers. 699.

Nec adulta leni fluctuat Zephyro seges.

Simili comparatione usus & Joseph. Iscan. VI. belli Troj. vers. 362.

Haud aliter, cum canit ager, cum messis adulta,
Cedunt aestivo fugientia jugera vento.

ubi *canit* est pro *canet*. *canere* enim antiquis secundae ac tertiae conjugationis fuit.

v. 361. *Incurvata nitescit*] *virescit* Livinejus; forte, *tremiscit*, vel *tumescit*. N. HEINSIUS. At *nitidae fruges* dicuntur apud Lucret. lib. I. vers. 253.

At nitidae surgunt fruges, ramique virescunt.

Vide Gifan. Indic. Lucret. in voc. *Nitidae fruges*.

v. 362. *Acer Dissipat incurrens aciem clamore Nealces*] *acri clamore* ex scriptis; ut *acer hinnitus* lib. X. vers. 460. *acris* editio Romana & Parmensis. N. HEINSIUS. *acer Nealces*, ut *acer Allius*, *acer Flaminius*, *acer Gabar*, *acer Hesperos*, *acer Livius*, *acer*

Pelignus,

Ut sola cladum tuearis nomina fama.
Jamque, inter varias, Fortuna, utrimque virorum
Alternata vices, incerto eluserat iras
Eventu, mediaque diu pendente per ambas
Spe gentes, paribus Mavors flagrabat in armis.
Mitia ceu virides agitant cum flamina culmos,
Necdum maturas impellit ventus aristas,
Huc atque huc it summa seges, nutansque vicissim
Alterno lente motu incurvata nitescit.
Tandem barbaricis perfractam viribus acri
Dissipat incurrens aciem clamore Nealcés:
Laxati cunei, perque intervalla citatus
Irrupit trepidis hostis. tum turbine nigro
Sanguinis exundat torrens: nullumque sub una
Cuspide procumbit corpus. dum vulnera tergo
Bellator timet Ausonius, per pectora saevas

Exceptat

Pelignus, *acer Virbius*, & alia apud Silium obvia. Malim tamen cum scriptis *acri clamore*. Sic *acer hinnitus* supra lib. IV. vers. 96.

—— Ac simul acer
Vincentum lituos hinnitus saevit equorum.

in editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi & aliis etiam *acris*.

v. 365. *Irrupit trepidis hostis*] *Irrumpit trepidis* Puteaneus, *Irrupit trepidus hostis* Coloniensis. *trepidos* lege. lib. V. vers. 380.

Turbidus extemplo trepidantes milite maesto
Invadit cuneos.

Potest & ferri *trepidis*, de quo lib. II. vers. 377. N. HEINSIUS. Cum quarto casu Silius hoc verbum supra saepe construxit, ut lib. II. vers. 692.

Irrumpunt vacuam Poeni tot caedibus arcem.

lib. V. vers. 449.

Intorquet tergo jaculum, quod tegmine nudas
Irrupit costas.

lib. XIII. vers. 79.

Haec ausos Celtas irrumpere moenia Romae
Corripuit leto.

Atque ita Lucanus, Claudianus, & alii saepe locuti sunt. Cum tertio tamen casu hoc verbum etiam junxit Silius. vide supra ad lib. II. vers. 376. Quare potius nihil hoc loco mutandum.

v. 365. *Turbine nigro Sanguinis exundat torrens*] *nigri Sanguinis* concinne Coloniensis. N. HEINSIUS. Sic lib. VIII. vers. 646. *atque atro sanguine flumen Manavit Jovis in templis.* hoc lib. vers. 153. *sanguinis atri Sistere festinat cursum.* lib. XIII. vers. 566.

Parte alia torrens Cocytos sanguinis atri
Verticibus furit.

lib. XV. vers. 364.

Sanguineos fudit cum Jupiter aethere rores,
Atque atris arma aspersit non prospera guttis.

Ennius apud Cicer. I. Tuscul. cap. XLIV. *Saxa spargens tabo, sanie, & sanguine atro.* Varro in Hecat. apud Nonium in voce *Imbuere*. *Regis ensis imbutus sanguine nigro.* Virgil. III. Georg. vers. 221. *lavit ater corpora sanguis.* vers. 507. *it naribus ater Sanguis.* in III. Aen. vers. 622.

Visceribus miserorum & sanguine vescitur atro.

Hinc & *vulnus atrum* supra habuimus lib. VIII. vers. 173. & *ater Stragibus Eridanus*, id est, caesorum sanguine cruentus lib. VI. vers. 107. quibus locis plura notavi. Sic & μέλαν αἷμα dixit Homer. Iliad. Υ. vers. 470.

Ἐκ δέ οἱ ἧπαρ ὄλισθεν, ἀτὰρ μέλαν αἷμα κατ' αὐτοῦ
Κόλπον ἐνέπλησεν.

Ejus autem hepar excidit, & ater sanguis ex ipso sinum implevit.

v. 366. *Nullumque sub ima Cuspide procumbit corpus*] Arbitror scribendum *sub una Cuspide*. Nam addit, & tergo & à pectore caesos atque interemtos occubuisse Romanos. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *sub una Cuspide* Romana & Parmensis editio cum eodem Coloniensi. recte. atque sic Barthium conjecisse video. N. HEINSIUS. In vulgata lectione sanus sensus non est. quare recte viri docti *sub una Cuspide* vindicarunt: cujus scripturae hic sensus est, tot tela conjecta fuisse, ut plura plerumque in unius corpore haeserint. Neque aliter est in editione Romana principe & Mediolanensi. Saepissime ita aberrarunt librariorum manus, seu potius oculi, dum *im* & *un*, quae in scriptura Longobardica simillimo ductu effinguntur, discernere non potuerunt. Plura exempla vide supra ad lib. V. vers. 112. & lib. XV. vers. 590. Abundat autem hic *τὸ sub*, & sine dispendio sensus ac structurae commode abesse poterat: sed amant ita loqui scriptores. vide Barthium ad Claudian. I. in Eutrop. vers. 50.

v. 368. *Per pectora saevas Exceptat mortes*] *mortes* hic sunt vulnera & tela, unde plures, si singulis unum quodque inflictum fuisset, mortui forent.

Statius

Exceptat mortes, & leto dedecus arcet.
Stabat cum primis mediae certamine pugnae,
Aspera semper amans, & par cuicumque periclo,
Scaevola; nec tanta vitam jam strage volebat,
Sed dignum proavo letum, & sub nomine mortem.
Is postquam frangi res, atque augescere vidit
Exitium, Brevis hoc vitae, quodcumque relictum,
Extendamus, ait: nam virtus futile nomen,
Ni decori sat sint pariendo tempora leti.
Dixit: & in medios, qua dextera concita Poeni
Limitem agit, vasto connixus turbine fertur.
Hic exsultantem Caralim, atque erepta volentem
Induere excelso caesi gestamina trunco,
Ense subit, capuloque tenus ferrum impulit ira.

Volvitur

Statius VI. Theb. vers. 789.

—— *metu Spartanus acuto*
Mille cavet lapsas circum cava tempora mortes.

Ceteroquin *mortes* numero multitudinis de unius morte etiam frequenter dixerunt veteres. vide Doctissimum Baluzium, Amplissimum Cuperum, aliosque ad inscriptionem libelli Lactantii *de Mortibus persecutorum.*

v. 370. *Mediae certamina pugnae*] *certamine* cum Coloniensi & Oxoniensi. N. HEINSIUS.

v. 371. *Aspera semper amans*] *avens* editio Romana & Parmensis. N. HEINSIUS. *avens* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Similes turbae infra etiam datae sunt lib. XII. vers. 451. *Oebalios amet expugnare nepotes.* Ita omnes libri, tum manu tum typis descripti, ante editionem Juntinam, in qua Nicander primus *avet* excudi curavit, quem & alii secuti sunt. vide etiam Bentlej. ad Horat. I. Epist. XIV. vers. 9.

v. 375. *Brevis hoc vitae, quodcumque relictum*] Manu docta in editione Romana principe emendatum erat *relictum est*; qua conjectura non indigemus.

v. 377. *Ni decus affuerit patiendo, ubi tempora leti Proxima sint, pulchramque petat per vulnera laudem*] Versus ille *Proxima sint* abest a manu exaratis libris. Et vero abesse sine discrimine potest, modo ut legas *leto.* Nobis tamen tanta audacia non est, ut ejiciamus, quem alii fortasse amabunt. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. Locus perplexissimus. τὸ *ubi* à scriptis abest. editio Veneta Marsi,

Adsint indecoris patiendo tempora letum;

Romana,

Absit, ni decoret pereundo tempora leti;

in Coloniensi,

Ni decoris assint pariendo tempora leti:

nec abludit Puteaneus aut Oxonius, nisi quod in iis *tempore, parendo* etiam: editio Parmensis,

Ni decoris absint pereundo tempora leti.

Scribo minima mutatione,

Ni decori sat sint pariendo tempora leti.

Non absimile illud lib. IV. vers. 759.

Satque putat lucis Capitolia cernere victor.

Nam versus ille, qui proxime subsequitur in editionibus vulgatis,

Proxima sint, pulchramque petat per vulnera laudem,

ab exemplaribus scriptis abest. Barthius corrigit,

Ni decus affuerit patiendo ubi tempora leto:

quod satis me non assequi ingenue profiteor. *decori pariendo* autem ut lib. III. vers. 619. *Bisque erit eloquio partum decus. parietur gloria* lib. X. vers. 446. & mox, *tibi gloria leto Jam parta insigni.* N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolanensis editio,

Absit ni decores pereundo tempora leti,

omisso etiam versu, qui proxime sequitur, quem pariter omittunt editiones Marsi, prioremque ita legunt,

Ni decoris adsint patiendo tempora leti.

Sed cum in his sensus non constet, probabilis & admodum verosimilis est lectio, quam Illustrissimus Heinsius ex Coloniensis libri vestigiis revocavit, & in contextum recipi jussit,

Ni decori sat sint pariendo tempora leti:

ut sensus sit, Virtutem ac fortitudinem ejus, qui tempore mortis sat decoris & gloriae sibi parere non possit, nihil praeter futile ac inane nomen esse. *pariendo decori*, ut supra vers. 350.

Pone, precor, lacrimas, & adora vulnera, laudes
Perpetuas paritura tibi.

Ovid. epist. III. Heroid. vers. 122.

Partaque bellando gloria dulcis erat.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 564.

—— *quam parta tuis jam gloria coeptis.*

Ita N. Heinsius, pro *quam parva*, scribendum conjecit, & loquendi genus pluribus illustravit. vide etiam Brockhus. ad Propertii lib. III. eleg. VII. vers. 12. & nos infra ad lib. X. vers. 367. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjiciebat,

Ni decus addiderint pereunti tempora leti.

Vulgatae

Volvitur ille ruens, atque arva hostilia morsu
Appetit, & mortis premit in tellure dolores.
Nec Gabari Sicchaeque virum tenuere furentes
Concordi virtute manus; sed perdidit acer,
Dum stat, decisam Gabar inter proelia dextram.
At Siccha auxilium, magno turbante dolore,
Dum temere accelerat, calcato improvidus ense
Succidit, ac nudae fero vestigia plantae
Damnavit, dextraque jacet morientis amici.
Tandem convertit fatalia tela Nealcae
Fulminei gliscens juvenis furor. exsilit ardens,
Nomine tam claro stimulante, ad praemia caedis.

Tum

Vulgatae lectionis & versus spurii primus auctor fuit Ambrosius Nicander, qui Juntinam editionem recensuit, & emendavit: cujus somnia, quam veterum librorum scripturam, exprimere maluerunt plerique, qui postea secuti sunt, editores.

v. 379. *Vasto connixus turbine*] Immo *connisus.* vide supra ad lib. II. vers. 123. & alibi.

v. 380. *Hic exsultantem Caralim*] Ita scripti & Parmensis editio. perperam in vulgatis *Calarim.* a Carali oppido Sardiniae. ita enim passim apud scriptores scribendum, cum Straboni & Ptolemaeo Κάραλις sit, neque aliter in Livii, Plinii, Flori, Claudiani, & aliorum vetustis exemplaribus ut plurimum exaretur. N. HEINSIUS. Pessime Romana princeps & Mediolanensis editio *Calarmi.*

v. 380. *Atque erepta volentem Induere excelso caesi gestamina trunco*] Claudian. I. in Rufin. vers. 341.

—— *vestita spoliis donabere quercu.*

ubi ille *vestire*, ut Silius *induere*, de quercu spoliis ornata. vide Tranquillum in Caligula. D. HEINSIUS. *Induere* eodem sensu dixit Virgil. XI. Aen. vers. 5.

Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma,
Mezenti ducis exuvias.

ubi videndus est Cerda.

v. 383. *Atque arma hostilia morsu Appetit, & mortis premit in tellure dolores.*] Scribendum omnino *arva hostilia*; sequentia etiam ista probant, *& mortis premit in tellure dolores.* MODIUS Novant. Lection. Epist. I. Recte *arva* in nostro est: quis enim non videt, exprimi illud, *& humum semel ore momordit?* ad quem locum vide, quae Servius de hoc more notet ex Lucano: mihi enim frigida videntur. D. HEINSIUS. Cum Interprete sentiunt membranae, qui *arma* retinet. Sane inducitur arma hostilia ingerens arbori Caralis, ut facile ea potuerit morsu appetere. Quam bene pugnae in medio fervore hic tropaeum, velut otiosus, nitatur figere, alii dispiciant. Ego plurima talia in hoc poeta notavi alibi. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. Probe Modius ex Coloniensi *arva hostilia.* notum illud Maronianum XI. Aen. vers. 418. *& humum semel ore momordit.* Plena sunt horum praeter Virgilium Lucanus, Statius, Valerius Flaccus, & in Graecis non pauci. Interpres eat in morboniam, & cum eo Barthius, qui vulgatum tuetur. si *arma* conservamus, superiori versu maluerim, *ferrum impulit ore.* Sed codici Coloniensi subscribendum. sequentia id liquido evincunt. Nec aliter locutus noster lib. V. vers. 526.

Labitur infelix, atque appetit ore cruento
Tellurem.

N. HEINSIUS. Optime viri docti *arva hostilia* ex membranis Coloniensibus revocarunt. non quasi morientes semper hostilem terram morsu petierint, aut tela & arma hostilia ab iis morderi insolitum fuerit; sed quod Silium id hoc loco voluisse probabile faciat integerrimi codicis auctoritas. Ita autem & alibi morientes heroas induxerunt poëtae. vide supra ad lib. V. vers. 526. Neque credendum cum Dausquejo, ταυτολογίζειν Silium, quod addat, *& mortis premit in tellure dolores:* illis enim exprimere videtur rationem, qua motus Caralis arva hostilia momorderit: ne scilicet victus dolore mortis vocem indecoram aut viro forti minus decentem emitteret: quare paullum abest, quin legendum censeam, *ut mortis premat in tellure dolores.* voculas enim *&* & *ut* scribae librarii frequenter turbarunt. vide supra ad lib. V. vers. 217. sed & voces *arma* & *arva* in libris scriptis haud raro commutantur. vide ad lib. IV. vers. 295.

v. 385. *Nec Gabari Sichaeque*] *Sicchaeque* passim Coloniensis cum Parmensi editione. *Gabaris* praeterea Interpres. N. HEINSIUS. *Sicchaeque* etiam ubique Romana princeps & Mediolanensis editio. *Gabaris*, pro *Gabari*, Illustrissimus Scaliger olim ad oram Silii emendavit, ut postea etiam scribendum vidit Doctissimus Dausquejus, praeeuntibus, ut ait, nonnullis libris. Sed omnes libri, qui mihi praesto fuerunt (praesto autem fuerunt, quoscumque Dausquejus se consuluisse scribit) constanter *Gabari* habent. *Gabaris* tamen non damno: ultima enim litera facile à prima sequentis vocis absorberi potuit.

v. 390. *Et nudae ferro vestigia plantae Damnavit*]

 Hoc

Tum silicem scopulo avulsum, quem montibus altis
Depulerat torrens, raptum contorquet in ora
Turbidus. incusso crepuerunt pondere malae,
Ablatusque viro vultus: concreta cruento
Per nares cerebro sanies fluit, atraque manant
Orbibus elisis & trunca lumina fronte.
Sternitur unanimo Marius succurrere Capro
Conatus, metuensque viro superesse cadenti.
Lucis idem auspicium, ac patrium & commune duobus
Paupertas; sacro juvenes Praeneste creati
Miscuerant studia, & juncta tellure serebant.
Velle ac nolle ambobus idem, sociataque toto
Mens aevo, ac parvis dives concordia rebus.
Occubuere simul: votisque ex omnibus unum
Id Fortuna dedit, junctam inter proelia mortem.
Arma fuere decus victori bina Symaetho.
Sed longum tanto laetari munere casus

Haud

Hoc est, pedem perdidit ense calcato. Phrasis est non adeo protrita. Non absimile illud lib. VIII. vers. 497. *Lycios damnant hastilibus arcus.* hoc est, eorum usum abjiciunt prae hastilium. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *ac nudae fero Damnavit* optime Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 395. *Quem montibus altis Detulerat torrens*] Scribendum *Depulerat*, & sic Puteaneus. N. HEINSIUS. Sic passim turbant indocti librarii. supra lib. I. vers. 427. pro *Extulerant*, nonnullae editiones habent *Expulerant*. lib. XI. vers. 112. pro *Extulit*, in Oxon. cod. est *Expulit*. vers. 468. pro *Attulerant*, vir Illustrissimus conjicit *Appulerant*. ut & lib. XII. vers. 16. *Intulerat*, pro *Impulerat*: & contra lib. XIV. vers. 430. *Impulerat*, pro *Intulerat*. & lib. XII. vers. 442. *Expulit*, pro *Extulit*. Pighius etiam *propulerunt*, pro *protulerunt*, apud Valer. Max. restituit lib. I. cap. IV. ex. 2. apud Lucan. lib. VI. vers. 474. pro *Nilum non extulit aestas*, septem scripti habent *expulit*: & lib. VII. vers. 755. pro *quidquid Tagus extulit auri*, undecim alii *expulit* legunt. *Depulerat* igitur hoc loco, ut apud Lucan. lib. II. vers. 665.

Ut maris Aegaei medias si celsus in undas
Depellatur Eryx.

Potest tamen & vulgatum *Detulerat* defendi illo Valer. Flacc. lib. II. vers. 522.

——— *non illa magis, quam sede moveri*
Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus imbres.

v. 401. *Caspro*] Non est nomen Romanum. Rectius editio Romana cum Parmensi *Capro*. N. HEINSIUS. *Capro* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Notus est *Flavius Caper*, cujus libellus exstat de Orthographia, à Putschio inter Grammaticos editus. Deducta hinc *Capra*, *Caprius*, *Capria*, *Capella* aliaque tum alibi, tum in lapidibus literatis frequenter occurrunt. ne nunc memorem *Martianum Capellam*, cujus libros de nuptiis Philologiae, nemo est, qui nescit.

v. 403. *Lucis idem auspicium ac patrium & commune duobus Paupertas, sacro juvenes Praeneste creati*] Veteres sacram quandam rem, utpote quae frugi vitam colere doceret, aestimabant paupertatem, etiam heroibus illis priscis affectatam: quare parum est, ut scribendum arbitrer, *commune duobus Paupertas sacrum.* Quod videlicet ea instar religionis animos duorum contineret. Neque sic tamen mora omnis est exemta: quare audacius grassando reponere non dubitabimus,

Lucis idem auspicium, aes patrium, ac commune duobus
Paupertas sacrum.

Sic pudenti correctione elegans conciliatio dissonantis sententiae datur. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. XX. *ac patriae* opinor. nisi *patrium* *πατρῷον* interpreteris, de quo loquendi modo diximus ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 156. & hoc verum est. *sacro Praeneste* ob sortes Praenestinae Fortunae. Perperam Barthius *aes patrium*, *commune duobus Paupertas sacrum.* N. HEINSIUS. Supra lib. VIII. vers. 366. *sacrisque dicatum Fortunae Praeneste jugis.* Statius lib. IV. silv. IV. vers. 15.

Hos Praeneste sacrum, nemus hos glaciale Dianae,
Algidus aut horrens, aut Tuscula protegit umbra.

v. 406. *Velle ac nolle ambobus idem*] Qui Silium quaedam à Sallustio, ut à Livio, dicendi genera mutuatum esse contendit, non frustra erit: tale & hoc; ille enim firmam amicitiam per *velle & nolle idem* definit, quae Graecis ab illa voluntatum congruentia *ἀρθμὸς* dicitur. Magni Etymologici auctor. Ἀρθμὸς, ἡ φιλία, ἡ τῆς ψυχῆς ἁρμονία. Hesychius

Ἀρθμὸς

Haud licitum Poenis. aderat terrore minaci
Scipio, conversae miseratus terga cohortis,
Et cuncti fons Varro mali, flavusque comarum
Curio, & a primo descendens Consule Brutus.
Atque his fulta viris acies repararet ademtum
Mole nova campum, subito ni turbine Poenus
Agmina frenasset jam procurrentia ductor.
Isque ut Varronem procul inter proelia vidit,
Et juxta sagulo circumvolitare rubenti
Lictorem; Nosco pompam, atque insignia nosco:
Flaminius modo talis, ait. tum fervidus acrem
Ingentis clipei tonitru praenuntiat iram.
Heu miser! aequari potuisti funere Paullo,
Si tibi non ira Superûm tunc esset ademtum
Hannibalis cecidisse manu. quam saepe querere,
Varro, Deis, quod Sidonium defugeris ensem?
Nam, rapido subitam portans in morte salutem
Procursu, coepta in sese discrimina vertit

Scipio,

'Αρμὸς (scribe 'Αρθμὸς) εἰρήνη, συνθήκη, φιλία. unde, τὸ ἀρθμεῖν apud Hom. Il. H. [vers. 302.]

'Ηδ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγον ἀρθμήσαντε.

ubi recte Interpres: 'Αρθμήσαντες, φιλιωθέντες· ἀρθμὸν γὰρ τὴν φιλίαν φησί. Sicut nimirum Apollonius, ἀρθμὸν ἔθεντο μετὰ σφίσιν. unde ἄρθμιοι familiares ejusmodi, & amici, & ἄρμενοι. quam vocem Leonidae restitue, quaeso, Epigr. lib. III. tit. εἰς ποιητὰς, & lege hoc modo:

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς
Πίνδαρος, εὐφώνων Πιερίδων πρόπολος.

id est,

Pieridum columen fuit hic, dilectus abunde
Civibus & cunctis, Pindarus, hospitibus.

Pro Ἄρμενος enim Ἤπιος in omnibus editionibus legitur, quod scholion aut glossam fuisse, maleque pro hoc surrepsisse, vel ex illo Plutarchi videmus, qui in doctissimo περὶ ψυχογονίας tractatu [pag. 1030.] hoc modo: Ἄρθμια μὲν τὰ φίλα καὶ προσηνῆ καλοῦνται, ἀνάρσιους δὲ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πολεμίους, ὡς ἀναρμοστίαν τὴν διαφορὰν οὖσαν. ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον,

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς,

Εὐαρμοστίαν (δῆλον ἐστὶ) τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος. unde & amicitia ἰσότης antiquis dicebatur. D. HEINSIUS. Locus Sallustii, unde haec mutuatum esse Silium recte contendit D. Heinsius, est in bello Catilin. cap. XX. *Idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* Non dissimiliter Lactant. de Mort. Persec. cap. VIII. *Nec enim possent in amicitia tam fideli cohaerere, nisi esset in utroque mens una, eadem cogitatio, par voluntas, aequa sententia.* Tales una voce *Comveli* vocantur in Glossis Isidori, & *concordes, juncti* exponuntur. Vide, quae ibi notavit Almeloveenius.

v. 408. *Votisque ex omnibus unum* &c.] Artissima enim amicitia juncti id plerumque vovere solebant, ut quemadmodum in vita, sic & in morte conjungerentur: idque pro maximo mortis solatio habebant, si neuter alteri superesset. Infra lib. XVII. vers. 476.

Extendit labens palmas, Heriumque jacentem
Amplexus juncta lenivit morte dolorem.

vide, quae ibi notavi.

410. *Victori bina Simetho*] *Symaetho* bene Coloniensis, de quo ad Nason. Met. XIII. vers 750. allusit Silius ad nomen fluvii, qui Graecis Σύμαιθος in Sicilia. dictum lib. III. vers. 338. N. HEINSIUS. Vide virum Illustrissimum etiam infra ad lib. XIV. vers. 232. ubi pariter peccabatur.

v. 416. *Repararet ademtum*] *repararat* puto. N. HEINSIUS.

v. 420. *Sagulo circumvolitare rubenti Lictorem*] Lipsius II. de Milit. Rom. Dial. XII. *sagulum* hoc loco exponit paludamentum. Sic Silius *sagulum* usurpavit supra lib. IV. vers. 518. de Graccho tum Consule,

—— *humeroque refulget*
Sanguinei patrium saguli decus.

sagulum tamen hic stricte capiendum puto. Lictores enim, Magistratus in bellum comitantes, non in paludamentis erant, sed in sagis: quamvis contrarium tradiderint Lipsius d. loco, & Abraham. ad Cicer. Oration. in Pison. pag. 780. Sed vide, quae eorum argumentis ac probationibus reposuit vir Maximus J. Fr. Gronovius ad Livii lib. XLI. cap. X.

v. 429. *Coepta sese in discrimina vertit*] Immo, *coepta in sese discrimina vertit.* nam Oxonius & Puteaneus, *incoepta sese discrimina*; editio Romana *incoepta sese ad discrimina vertit.* N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolan. editio *incepta ad sese*

Scipio. nec Poenum (quamquam est ereptus opimae
Caedis honor) mutasse piget majore sub hoste
Proelia, & erepti Ticina ad flumina patris
Exigere oblato tandem certamine poenas.
Stabant educti diversis orbis in oris,
Quantos non alio vidit concurrere tellus
Marte, viri, dextraque pares, sed cetera ductor
Anteibat Latius, melior pietate fideque.
Desiluere cava turbati ad proelia nube,
Mavors Scipiadae metuens, Tritonia Poeno;
Adventuque Deûm, intrepidis ductoribus, ambae
Contremuere acies. ater, qua pectora flectit
Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore,
Sibilaque horrificis torquet serpentibus aegis.
Fulgent sanguinei, geminum vibrare cometen

Ut

discrimina vertit. Sed omnino recte N. Heinsius *coepta in sese discrimina vertit.* sic supra lib. VI. vers. 265.

In memet saevi serpentis proelia verto.

v. 434. *Stabant educti diversis orbis ab oris*] pro educati. cave, quidquam mutaris, nisi quod ex vetustis codicibus scribendum *in oris*, non *ab*. N. HEINSIUS. Ita *educere* pro educare est apud Maron. IV. Georg. vers. 162. *aliae spem gentis adultos Educunt foetus.* Plautus in Curcul. act. IV. sc. II. vers. 32. *Bene ego istam eduxi meae domi & pudice.* ubi vide doctos Interpretes. Nonius Marc. in h. voce. *Educere, educare. Terentius in Adelph. Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.*

v. 435. *Quanto non alias*] *Quantos* Oxonius & Puteaneus cum Interprete. Colonius *Quantos non alios.* Scribo, *Quantos non alio Marte*, nulla alia pugna. N. HEINSIUS.

v. 438. *Dissiluere cava*] *Desiluere* ex Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 441. *Ater, qua pectore flectit Pallas, micat ignis*] *pectora* repone ex scriptis & editione Parmensi. Deinde *acer ignis* in eadem Parmensi & in codice Puteaneo. N. HEINSIUS. *acer ignis* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Sed non puto recipiendum. ut enim *ater ignis*, sic *atrum fulmen* supra est lib. IV. vers. 433. *tum fulminis atri Spargentem flammas clipeum capit.* lib. XVII. vers. 181.

—— *detracturumque ignibus atris,*
In quam se referat, patriam, suaque inclita facta.

Virgil. XI. Aen. vers. 186.

—— *subjectisque ignibus atris*
Conditur in tenebras altum caligine coelum.

Euripid. in Troad. vers. 547. Ἐν δόμοις τε παμφαὴς σέλας πυρὸς μέλαιναν αἴγλαν ἔδωκεν. *Et in aedibus illustre jubar ignis atrum splendorem dedit.* Frequenti errore librarii voces *acer* & *ater* inter se confuderunt. vide supra ad lib. V. vers. 154. Deinde eaedem editiones Romana princeps & Mediolanensis etiam *pectora*, pro *pectore*, habent.

v. 442. *Gorgoneo late micat ignis ab ore*] Possis & *Gorgoneo ab orbe*, hoc est, clipeo. N. HEINSIUS. *orbis* pro clipeo saepe ponitur. lib. II. vers. 450.

Curvatis claudens ingentem flexibus orbem.

lib. IV. vers. 324.

—— *Callaïci radiantem tegminis orbem*
Extulit, & magno percussit lumine campos.

ita & alii passim. Petron. in Satyr. cap. LXXXIX.

Gladios retractant, commovent orbes manu.

ubi vide Gonsalium & Celeberrimum Burmannum. apud Statium nihil est frequentius. ita & Claudian. II. de Laudib. Stilic. vers. 276.

—— *tremit orbe corusco*
Jam domus, & summae tergunt laquearia cristae.

ubi olim etiam *ore corusco* male legebatur. Frequenter autem hoc modo peccarunt scriptores librarii. vide supra ad lib. III. v. 651. Nihil tamen hic muto. Nam per *os Gorgoneum* Silius innuit caput Medusae, quod desectum Minerva in lorica in pectore gerebat secundum quosdam, quos Silius nunc sequitur, ut & infra lib. X. vers. 435.

—— *tuque aspera pectus*
Aegide Gorgoneos virgo succincta furores.

Et ita Virgil. aegida à Gorgone in pectore Palladis distinguit VIII. Aen. vers. 435.

Aegidaque horriferam, turbatae Palladis arma,
Certatim squamis serpentum auroque polibant,
Connexosque angues, ipsamque in pectore Divae
Gorgona, desecto vertentem lumina collo.

Pausan. in Attic. cap. XXIV. Καὶ οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης, ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη. *In ejus pectore Medusae caput est, ex ebore factum.* nam secundum alios id in clipeo gerit. Senec. in Herc. Fur. vers. 900.

Te, te, laborum socia & adjutrix, precor,
Belligera Pallas, cujus in laeva ciet
Aegis feroces ore saxifico minas.

Ad exemplum autem Minervae Imperatores Romani cum capite Medusae nunc in pectore, nunc in clipeo,

Ut credas, oculi: summaque in casside largus
Undantes volvit flammas ad sidera vertex.
At Mavors, moto proturbans aëra telo,
Et clipeo campum involvens, Aetnaea Cyclopum
Munere fundentem loricam incendia gestat,
Ac pulsat fulva consurgens aethera crista.
Ductores pugnae intenti, quantumque vicissim
Audere est, propius mensi, tamen arma ferentes
Sensere advenisse Deos, &, laetus uterque
Spectari Superis, addebant mentibus iras.
Jamque ictu valido libratam a pectore Poeni
Pallas in obliquum dextra detorserat hastam.
Et Gradivus, opem Divae portare ferocis
Exemplo doctus, porgebat protinus ensem
Aetnaeum in pugnas juveni, ac majora jubebat.

Tum

clipeo, saepe in nummis conspiciuntur. vide Tristan. tom. II. Comment. Histor. pag. 190.

v. 445. *Summaque in casside*] *e casside* codex Coloniensis.

v. 446. *Undantes volvit flammas*] Virgil. I. Georg. vers. 471.

Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam
Flammarum globos liquefactaque volvere saxa.

v. 447. *Perturbans aera telo*] *proturbans* cum Coloniensi. pro *Munere*, fortassis praestiterit *Munera*, per appositionem. quod pluribus exemplis ad Valer. Flaccum illustramus. Sed vulgata scriptura bene se habet. N. HEINSIUS. Auctor Aetnae vers. 63.

——— *jacto proturbat fulmine montes.*

Ovidius III. Metam. vers. 80.

Fertur, & obstantes proturbat pectore silvas.

Ita enim & illic Illustrissimus Heinsius ex optimis libris legendum docuit, cum vulgo quoque *perturbat* ederetur. Saepissime verba cum praepositionibus *pro* & *per* composita miscentur. vide supra ad lib. IV. vers. 548.

v. 451. *Quantumque vicissim Auderet, propius mensi*] Scipio & Hannibal, spectantibus Marte & Pallade, committuntur, satis equidem frigide atque inconcinne. Quare scribendum erit *Auderent*. Sed cum MS. lectio etiam minus literarum, videlicet *Audere*, prae se ferat, aliud quid latere existimamus. *Audere* autem est fortem esse, pugnare. Fine hujus libri,

Longinquis audent jaculis & harundinis ictu.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *Audere est* Puteaneus & editio Parmensis ac Romana; in Oxonio *Audere*. Scribebam *quantumque vicissim Auderent*: nam melius nil succurrebat. Video Barthio id ipsum quoque in mentem venisse, nec satisfecisse. Nunc placet *Audere est*: quantum datur audere. Infra hoc libro vers. 612.

Longinquis audent jaculis & harundinis ictu.

Id est, rem gerere. N. HEINSIUS. *Audere est* etiam Romana princeps & Mediolan. editio: at Martinus Herbipol. proxime vero *Audere &*: unde Nicander in Juntina *Auderet* fecit, quem aliae editiones secutae sunt. Sed *Audere est* ponitur pro audent: quod locutionis genus erudite illustrat Magnus Gronovius IV. Observ. cap. VIII. Ita supra Silius lib. II. vers. 412.

Aenean pulsum pelago dextraque precantem
Cernere erat.

pro cernebatur: lib. VI. vers. 41.

Juxta cernere erat, meritae sibi poscere carmen
Virtutis sacram rabiem.

lib. XIV. vers. 216.

Credere erat stabulis armenta effundere voces.

lib. XII. vers. 695.

——— *fuerit delere Saguntum,*
Exaequare Alpes, imponere vincula sacro
Eridano, foedare lacus.

Audere autem, ut supra lib. VI. vers. 209.

——— *magno audendi flagrabat amore.*

ubi tamen rectius viri docti *magna audendi*. lib. VII. vers. 113.

——— *quot demere noster*
Huic annos Fabio gladius valet! & tamen audet.
Audeat. haud ultra saxo spectetur in armis.

Lucan. lib. IV. vers. 702. *Audendo tegitur magnus timor.* Stat. VI. Theb. vers. 19.

Ceu primum ausurae trans alta ignota biremes
Seu Tyrrhenam hiemem, seu stagna Aegaea lacessunt.

ubi vide Barthium.

v. 458. *Exemplo doctus*] *edoctus* ex Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 459. *In pugna juveni*] *in pugnas*, non *in pugna*, ex tribus codicibus scriptis. N. HEINSIUS. *in pugna* est, dum pugnant. Sed praestare puto *in pugnas*, id est, in usum pugnae, ut eo in pugna uteretur. Claudian. I. in Rufin. vers. 152.

——— *quidquid letali gramine pollens*
Caucasus, & Scythicae vernant in carmina rupes.

 ubi

Tum virgo, ignescens penitus, violenta repente
Suffudit flammis ora, atque, obliqua retorquens
Lumina, turbato superavit Gorgona vultu.
Erexere omnes immania membra chelydri
Aegide commota, primique furoris ad ictus
Retulit ipse pedem sensim a certamine Mavors.
Hic Dea convulsam rapido conamine partem
Vicini montis scopulisque horrentia saxa
In Martem furibunda jacit, longeque relatos
Expavit sonitus, tremefacto litore, Sason.
At non haec Superûm fallebant proelia regem.
Demittit propere succinctam nubibus Irim,
Quae nimios frenet motus, ac talia fatur:
I, Dea, & Oenotris velox allabere terris,
Germanoque truces, dic, Pallas mitiget iras,
Nec speret fixas Parcarum vertere leges:
Dic etiam, Ni desistis, (nam virus & aestus
Flammiferae novi mentis) nec colligis iram,

Aegide

ubi vide Illustrissimum Heinsium: vulgo ibi etiam pari errore *in carmine* legebatur. vide etiam supra ad lib. VII. vers. 67.

v. 459. *Majora jubebat*] Supple, audere, animo concipere, vel simile. Respicit enim Silius ad Scipionis in Hispania & Africa de Poenis & ipso Hannibale victorias. Nisi enim tale quid intelligas, peccasset Silius contra genium linguae Latinae, quam etiam viris eruditis puto non admittere, ut *το jubeo* absolute cum quarto casu construatur. Vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. LXXI.

v. 462. *Turbato superavit Gorgona vultu*] Quod Graeci poëtae Γοργωπὲς Γοργόνες ποτὶ δέρκετο dicerent. *turbatus* enim est γοργὸς hoc loco: hinc & Dores γοργὼ vocant, quod Attici μορμὼ, terriculamentum, quo in officio continere pueros solent parentes. unde apud mythologos ad Gorgonis conspectum saxei finguntur homines, quod turbati, & pavore seu furore consternati, *saxei* dicantur: sic accipio Catulli locum,

Saxea ut effigies Bacchantis conspicit Evoë,

id est, furore turbata, & τεταραγμένη, & ad instar saxi stupens. Recte autem haec de Minerva. Palaephatus enim Cyrenaeos τὴν Ἀθηνᾶν γοργόνα καλεῖν, ὥσπερ τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες Βένδιν, observat, à terrore nimirum & turbatione. Recte enim monet Servius in loco Virgilii, unde suum desumsit Silius, *turbatus* pro terribilis poni. D. HEINSIUS.

v. 466. *Rapido conamine*] Si libri prisci accederent, mallem *rabido conamine* propter *το furibunda*, quod mox sequitur. Saepenumero eas voces culpa librariorum misceri jam aliquoties notavi. vide supra ad Silii lib. V. vers. 451.

v. 467. *Scopulisque haerentia saxa*] *horrentia* scripta exemplaria constanter; & recte. Deinde legendum *scrupisque*. N. HEINSIUS. Non male Illustrissimus Heinsius *horrentia* ex libris scriptis vindicavit: quod vero *scrupisque*, pro *scopulisque*, conjecit, non placet. vide supra ad lib. VII. vers. 274.

v. 469. *Litore Sasson*] *Sanson* Puteaneus & editio Romana, Parmensis *Saxon*: at Coloniensis cum Oxonio *Sason*. atque ita in vetustioribus Lucani codicibus exaratur lib. II. vers. 627.

Spumoso Calaber perfunditur aequore Sason.

Polybio & Ptolemaeo est Σάσων. vide supra lib. VII. vers. 480. ubi pari modo *Sason* optimus codex. N. HEINSIUS. Apud eundem Lucan. lib. V. vers. 650. recte optimi libri scribunt *Non humilem Sasona vadis*, cum alii mire varient. Romana princeps & Mediolanensis Silii editio *Sanson* habet De hac insula consule Palmerium in Graec. Antiq. lib. I. cap. XXXIII.

v. 473. *Oenotris terris*] *Oenotriis* scripti & Romana editio ac Parmensis. sed frustra. Apud Maronem I. Aen. vers. 532. habes, *Oenotri tenuere viri.* & Aen III. vers. 165. *Oenotri coluere viri.* nam sic scribendum esse, non *Oenotrii*, ex eo patet, quod Aeneidos VII. vers. 88. *Oenotria tellus* occurrit secunda producta. noster lib. VIII. vers. 221.

——— *Oenotris aeternum numen in oris.*

Οἰνωτροὶ Graecis dicti populi. N. HEINSIUS. Male etiam Romana princeps & Mediolan. editio *Oenotriis.* vide infra ad lib. XIII. vers. 51.

v. 474. *Germanaeque truces*] *Germanoque* Coloniensis, id est Marti. N. HEINSIUS.

v. 476. *Virus mentis*] Vide supra ad lib. II. vers. 258.

v. 478. *Aegide praecellant quantum horrida fulmina nosces*] Idem fere est sensus Claudiani III. de Rapt. Proserp. vers. 59.

Se licet ille meo conceptum vertice jactet,

Sentiet

Aegide praecellant quantum horrida fulmina nosces.
Quae postquam accepit dubitans Tritonia virgo,
Nec sat certa diu, patriis an cederet armis,
Absistemus, ait, campo. sed Pallade pulsa
Num fata avertet? coeloque arcebit ab alto
Cernere Gargani ferventia caedibus arva?
Haec effata cava Poenum in certamina nube
Sublatum diversa tulit, terrasque reliquit.
At Gradivus atrox remeantis in aethera Divae
Abscessu revocat mentes, fusosque per aequor
Ipse manu magna, nebulam circumdatus, acri
Restituit pugnae. convertunt signa, novamque
Instaurant Itali, versa formidine, caedem.
Cum ventis positus custos, cui flamina carcer
Imperio compressa tenet, coelumque ruentes
Eurique, & Boreae parent, Corique, Notique,
Junonis precibus, promissa haud parva ferentis,
Regnantem Aetolis Vulturnum in proelia campis

Effrenat.

Sentiet iratum, procul aegide, sentiet ictum
Fulminis, & genitum divina sorte pudebit.

ut quidem locum ex libris scriptis constituit Illustrissimus Heinsius, in testimonium adducto etiam hoc nostri Silii, quamvis tamen memoriae vitio, pro *nosces*, laudarit *disces*, quod nulli codices agnoscunt. In editione Romana principe manu docta emendatum erat *Aegida*, pro *Aegide*.

v. 480. *Nec sat certa diu*] Dubitari posset, an ab ipso Silio non sit *sat certa sui*, uti monui & pluribus illustravi exemplis ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 79. Deinde scribendum, *Absistemus, ait, campo*, sine interrogationis nota. & sic editio Parmensis. N. HEINSIUS. Laudo conjecturam Illustrissimi Heinsii *Nec sat certa sui*. Sic *incertus sui* est apud Senec. in Herc. Fur. vers. 183.

At gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta sui.

Statius v. Theb. vers. 524.

Incertusque sui liquidum nunc aëra lambit.

Posses tamen & vulgatum tueri.

v. 487. *Fusamque per aequor Ipse manu magna, nebula circumdatus atra, Restituit pugnam*] *fusosque* Coloniensis. bene. Oxonius & Puteaneus *fusorque*, editio Romana *fusasque*. pro *nebula circumdatus atra Restituit pugnam*, probe & eleganti Graecismo Coloniensis, *nebulam circumdatus, acri Restituit pugnae*; *acri* etiam in Oxonio & Puteaneo: sed cetera mendosa sunt. lib. XII. vers. 420.

At Libyae ductor, Marcello fractus, & acri
Contusus pugna.

N. HEINSIUS. Probo, quae N. Heinsius hoc loco ex optimis membranis mutavit. Romana princeps ac Mediolanensis & ceterae priscae editiones per omnia vulgatae lectioni assentiunt, nisi quod *fusasque*, vel *fusorque*, pro *fusamque*, habeant. *circumdatus nebulam* poëtis frequentissimus est Graecismus, ut Virgil. IV. Aen. vers. 137.

Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo.

aliisque saepissime. *acris pugna*, ut supra lib. V. vers. 636. *sta, miles, & acres Disce ex me pugnas. acer procursus* lib. VII. vers. 566.

——— *procursusque viros colliserat acer.*

acer furor pugnae lib. XI. vers. 518. *germanum furor acer agebat Optatae pugnae.* *ăcer* autem & *ater* in libris scriptis passim commutantur. vide supra ad lib. V. vers. 154. *manu magna* ut supra lib. VII. vers. 371. *magna fulmina dextra Torserit omnipotens.* Virgil. V. Aen. vers. 487.

Ingentique manu malum de nave Seresti
Erigit.

& Ovidius XIV. Metam. vers. 8.

——— *manu magna Tyrrhena per aequora lapsus.*

v. 491. *Tum ventis positus custos*] *Cum* ex scriptis. Malim etiam *cui flamina carcer tenens*, ut ad *τὸ parent* subsequens referatur. N. HEINSIUS.

v. 492. *Coelumque ruentes*] Ita venti dicuntur *mare ruere* apud Maronem I. Aen. vers. 84.

Incubuere mari, totumque e sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt, creberque procellis
Africus, & vastos volvunt ad litora fluctus.

Quem locum Silius imitatus videtur.

v. 495. *Regnantem Aeoliis Vulturnum campis*] *Aeolias rupes* & *Aeolium antrum* habeo compertum, non *Aeolios campos*. quare censeo *Aetolis campis* scribendum, id est Appulis. ut lib. X. vers. 185.

Et subit Aetolis Atlanticus accola campis.

lib. I. vers. 125.

Aetolos late consterni milite campos,
Idaeoque lacus flagrantes sanguine cerno.

lib.

Effrenat. placet hic irae exitiabilis ultor.
Qui, se postquam Aetnae mersit cadente barathro,
Concepitque ignes, & flammea protulit ora,
Evolat horrendo stridore, ac Daunia regna
Perflat, agens caecam glomerato pulvere nubem.
Eripuere oculos aurae, vocemque, manusque:
Vortice harenoso candentes (flebile dictu)
Torquet in ora globos Italûm, & bellare maniplis
Jussa laetantur rabie. tum mole ruinae
Sternuntur tellure & miles & arma tubaeque;
Atque omnis retro flatu occursante refertur
Lancea, & in tergum Rutulis cadit irritus ictus.

Atque

lib. III. vers. 707.

Invade Aetoli ductoris Iäpyga campum.

lib. VIII. vers. 353.

Aetolos Poenus servans ad proelia campos.

lib. XII. vers. 671.

——— ubi fulmina tandem
Invicti latuisse Jovis, cum sterneret ensis
Aetolos campos?

lib. x. vers. 268.

——— tum visa cremari
Roma viro: tunc ad portas jam stare cruentas
Hannibal: Aetolis tunc primum ante ora fuere
Sorbentes Latium campi.

quomodo & illic videtur esse castigandum. Nam Cannae in Apulia. Confirmat conjecturam editio Veneta Marsi. Et sane nomen derivari potest ab oppido & amne Apuliae Vulturno. Ipse tamen Marsus in commentario *campis Aeolus* agnoscit. confirmat correctionem, quod sequitur, *Daunia regna Perflat agens.* Iapyx enim ventus ex Apulia flat, unde & nomen mutuatus est, de quo Gellius II. Noct. Attic. cap. XXII. N. HEINSIUS. *Aetolis campis* hoc loco scribendum esse monuit jam olim Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. XII. pag. 1227. Silius lib. XI. vers. 509.

Est locus, Aetoli signat quem gloria regis,
Possessus quondam prisca inter secula Dauno.

Veneta autem Marsi editio, quam Illustrissimus Heinsius conjecturae suae favere scribit, operarum errore *Aeolus* legit, non *Aetolis*, pro *Aeolus*. Proprie autem Silius *Vulturnum* ventum memorat. Livius lib. XXII. cap. XLVI. *Ventum, quem Vulturnum incolae regionis vocant, adversus Romanos coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.* Eum communi nomine *Eurum* vocari tradit Senec. v. Natur. Quaest. cap. XVI. *Ab oriente hiberno Eurus exit, quem nostri vocavere Vulturnum. Et Livius hoc illum nomine appellat in illa pugna Romanis parum prospera, in qua Hannibal & contra solem orientem exercitum nostrum, & contra ventum constituit.*

v. 501. *Eripuere oculos aurae*] Rursus Graecae elegantiae vestigium: *Aër* enim Graecis saepenumero pro σκότος & tenebrae ponitur, unde ἠερόεις καὶ ἠερόεις, σκοτεινός. Sic *aura*, quod femininum ab *aer* Graeci esse volunt, Silio pro tenebris, ut *aer* Horatio lib. II. od. VII.

Densu[m] aventem condidit aëre,

id est, tenebris. D. HEINSIUS. Fallitur omnino vir Eruditissimus. *Aura* enim hic nihil aliud esse videtur, quam flatus ac spiritus venti. Licet autem ea vox plerumque de leni vento sumi soleat, ut vel ex Cephali historia seu fabula constare potest, hic tamen vehementissimum notat, ut infra vers. 522.

In Martem vomit immixtus mugitibus auras,
Bisque Dei summas libavit turbine cristas.

v. 504. *Jussa lacerantur rabie*] Quis tam caecus, qui haec inquinata non videat? in membranis Oxoniensibus aliud nihil mutatum visitur, nisi quod *laceratur* exscriptum est. Typographi nonnulli *lacessuntur* reduxerunt. Dausquejus *Jussus acerbatur rabie* conjectura emaculavit. Cujus ego lectionem sequendam puto, ut quae scriptae lectioni & Silii stilo congrua sit, donec alius aliunde scriptus codex aliquid magis verum apportet, quod quin lateat profundius, ego suspicione non sum vacuus. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *Jussus acerbatur rabie* Interpres. nam vulgata scriptura ferri minime potest: quam tamen Oxonius & Puteaneus agnoscunt. Interpretis conjecturae subscribit Barthius; nihil enim concinnius a se excogitari posse profitetur. In Coloniensi *Jussu laetatur rabie.* Ne dubita, quin vere. *Jussa bacchatur rabie* in Parmensi editione. lib. XIII. vers. 372.

——— jusso lictore recisa
Ignavos cadet ante pedes fortissima cervix.

N. HEINSIUS. Optime huic loco medetur Illustrissimus Heinsius, ut & Doctissimus Richter. in specim. Observ. Critic. pag. 75. legendo *Jussa laetatur rabie.* Precibus Junonis victus Aeolus jusserat, ut Vulturnus in Romanos fureret, eoque is mandato laetabatur. Silius lib. XIV. vers. 396. *jussamque incurrere proram Conspexit*, id est, in quam naves incurrere jussae erant. lib. XV. vers. 130. *jussaque calet virtutis amore.* Propert. lib. IV. eleg. I. vers. 144.

Gutta

Atque idem flatus Poenorum tela fecundant,
Et velut amento contorta haſtilia turbo
Adjuvat, ac Tyrias impellit ſtridulus haſtas.
Tum, denſo fauces praecluſus pulvere, miles
Ignavam mortem compreſſo maeret hiatu.
Ipſe, caput flavum caligine conditus atra,
Vulturnus, multaque comam perfuſus harena,
Nunc verſos agit a tergo ſtridentibus alis,
Nunc, mediam in frontem veniens clamante procella,
Obvius arma quatit, patuloque inſibilat ore.
Interdum intentos pugnae, & jam jamque ferentes

Hoſtili

Gutta quoque ex oculis non niſi juſſa cadet.
Plinius lib. VII. Epiſt. IX.
Ut laus eſt cerae, mollis cedenſque ſequatur
Si doctos digitos, juſſaque fiat opus.
ubi videndus Buchner. Petron. Satyr. cap. CXXIII.
——— *mox flumina montibus altis*
Undabant modo nata: ſed haec quoque juſſa putaret.
Si contra *injuſſus*, qui aliquid ſponte, per ſe, nullo jubente facit. Horat. Epod. XVI. verſ. 49.
Illic injuſſae veniunt ad mulctra capellae.
Columella lib. X. verſ. 16. *injuſſi conſternitur ubere mali.* Claudian. de Nupt. Honor. & Mar. verſ. 9. *nomenque beatum Injuſſae ſcripſere manus.* & III. de raptu Proſerp. verſ. 129.
Injuſſaeque manus mirantia pectora tundunt.
Vide Dauſquej. ad Silii lib. XIV. verſ. 600. N. Heinſium ad lib. XI. verſ. 498. ad Valer. Flacc. lib. III. verſ. 234. ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. CXXVI. & Doctiſſ. Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XXVII. verſ. 71.

v. 505. *Sternuntur tellure & miles, & arma, tubaeque*] An *jubaeque?* quod ſupra non ſemel reſtituimus. N. HEINSIUS. Vide ſupra ad lib. V. verſ. 166. Neque aliter & Dauſquejo ſcribere viſum fuit. De Cercio vento, qui Galliam maxime infeſtat, ejuſque viribus haud abſimilia Cato apud Gellium II. Noct. Attic. cap. XXII. *Cercius, quum loquare, buccam implet, armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit.*

v. 507. *Et interdum Rutulis cadit irritus ictus*] Quid illud *interdum?* Vera ſcriptura *in tergum.* Excutit enim & retro agit expulſa manibus tela, ne in Poenos ferantur. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. IX. Scribendum utique *in tergum*, quod occupaſſe Barthium animadverto. lib. X. verſ. 17. *in terga relatos Adduxere Gradus.* N. HEINSIUS. Supra lib. IV. verſ. 317.
Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis.
lib. VII. verſ. 622.
——— *malum ſubducto corpore vitat*
Intorti Bibulus ſaxi, atque in terga refertur.
Lucan. lib. IV. verſ. 39.
Haeret, & in tergum caſura umbone ſequentis Erigitur.
Statius IV. Theb. verſ. 460.
——— *velox in terga revolvitur annus.*
& X. Theb. 194.
Dum res infractae, pulſique in terga redimus.
Simili ventorum auxilio adjutus fertur Theodoſius Magnus in pugna contra Eugenium & Arbogaſtem, de quo Claudian. in III. Conſul. Honor. verſ. 93.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adverſas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit haſtas.

v. 508. *Atque idem flatus Poenorum tela ſecundat*] *ſecundant* in Colonienſi & Oxonio. N. HEINSIUS.

v. 512. *Ignavam mortem compreſſo maeret hiatu*] In manuſcripto codice exſtat *marcet*, quod ſit, marcore ignavam mortem inter media tela perit. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. IX. *marcet* ex Oxonio non improbat Barthius, quem cave audias. N. HEINSIUS. *marcet* etiam codex Putean. ſed cum Heinſio nihil mutandum. Maerebant milites Romani, ſe, tamquam imbelles & ignavos, nullo edito egregio facinore occumbere. *ignava mors*, ut infra lib. XIV. verſ. 606.
Heu dolor! inſignis notis bellator in armis
Ignavo rapitur leto.
vide ſupra ad lib. IV. verſ. 607.

v. 515. *Nunc verſos agitat tergo*] *agit a tergo* ex ſcriptis & editione Romana ac Parmenſi, quod & Interpreti ſuboluit. N. HEINSIUS. Ita & editio Mediolanenſis ac Romana princeps, cum Marſi prima. at in ejus ſecunda Veneta *agitat tergo* eſt chalcographorum errore, quorum ſomnia inconcinna omnes editores Silii poſtea nimis ſecure receperunt. In eadem tamen editione in notis *agit* legitur.

v. 517. *Patuloque inſibilat ore*] *ori* maluerim, nempe militum Romanorum. Sic *immurmurat irae* ſupra lib. VII. verſ. 146. lib. XII. verſ. 616. *tremebris inſibilat ignis.* N. HEINSIUS. Cato apud Gellium II. Noctium Attic. cap. XXII. *Ventus Cercius, cum loquare, buccam implet.*

v. 518. *Jam jamque ferentes Hoſtili jugulo ferrum*] Malim *prementes*, quam *ferentes*, quod nunquam legi. N. HEINSIUS. Valer. Max. lib. V. cap. IV. ex. ext. 6. *Ne Croeſum regem occideret proclamando, pene*

Hostili jugulo ferrum, conamine ducto
Avertit, dextramque ipso de vulnere vellit.
Nec satis Ausonias passim foedare cohortes,
In Martem vomit immixtas mugitibus auras,
Bisque Dei summas libavit turbine cristas.
Quae dum Romuleis exercet proelia turmis
Aeolius furor, & Martem succendit in iras,
Affatur virgo socia Junone parentem:
Quantos Gradivus fluctus in Punica castra
(Respice) agit, quantisque furens se caedibus implet!
Nunc, quaeso, terris descendere non placet Irim?
Quamquam ego non Teucros, (nostro cum pignore regnet
Roma, & Palladio sedes hac urbe locarim)
Non Teucros delere aderam; sed lumen alumnae
Hannibalem Libyae pelli florentibus annis
Vita, atque exstingui primordia tanta negabam.

Excipit.

jam impressum jugulo mucronem revocavit. Sed nec vulgatam scripturam mutarem. mox vers. 544.

Ille, o nata, libens cui tela inimica ferebas.

Tacit. I. Annal. cap. XXXV. *Ferrum a latere deripuit, elatumque deferebat in pectus.* Sic *ferre ignem stabulis* dixit Maro IV. Georg. vers. 330.

Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes.

v. 519. *Conamine & ictu*] *Conamine dictu* Puteaneus, *ducto* editio Romana & Parmensis. probe. quam lectionem Silio jam asseruit doctissimus Gronovius observ. lib. I. cap. XIII. N. HEINSIUS. *conamine ducto* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, *dictu* codex Oxonius.

v. 522. *Vomit immixtas mugitibus auras*] Non male *iras* leges. D. HEINSIUS. *iras* Coloniensis; sed sequitur paullo post, *succendit in iras.* N. HEINSIUS.

v. 523. *Vibravit turbine cristas*] *libravit* Oxonius & Puteaneus cum editione Romana & Parmensi. scribe *libavit.* Sic *summum degustat vulnere corpus Lancea*, apud Maron. XII. Aen. vers. 376. Colum. lib. II. cap. II. *Neve aut cornu bos ad stipitem vehementius offendat, aut extremo jugo truncum delibet.* Statius V. Thebaid. vers. 586.

——— *moti tamen aura cucurrit*
Fulminis, & summas libavit vertice cristas.

& VIII. Theb. vers. 526.

Nec frustrata manus, mortemque invenerat hasta:
Sed prohibet, paullumque humeri libare sinistri
Praebuit, & merito parcit Tritonia fratri.

Claudian. II. in Rufin. vers. 406.

——— *& fessi poenam libaverit orbis.*

sic lege, nam veterrimus *libaverit.* vide infra lib. XVI. vers. 110. N. HEINSIUS. *libravit* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis, unde vir Illustrissimus tum hoc loco, tum in notis ad Claudian. II. in Rufin. vers. 406. *libavit* legendum esse conjecit. quod Servius ad Virgil. I. Aen. vers. 256. per *leviter tangere* exponit. Iscan. VI. bell. Troj. vers. 310.

——— *at jaculo melior fortuna secundo:*
Laedit enim libatque humeros.

& vers. 337. *Pectora* [illegible] *arat gladio. delibare* est apud Claudian. de Nupt. Honor. & Mariae vers. 152.

——— *niveae delibant aequora plantae.*

Iscan. V. bell. Troj. vers. 322.

——— *Iturea delibat cuspide frontem.*

degustare apud Silium lib. V. vers. 273.

——— *leviterque e corpore summo*
Degustat cuspis generosum extrema cruorem.

Virgil. XII. Aen. vers. 376.

——— *& summum degustat cuspide corpus.*

v. 527. *Quantos Gradivus fluctus agit*] Claudian. II. in Rufin. vers. 12.

——— *qua tot depellere fluctus*
Arte queam, premor hinc odiis, hinc milite cingor.

Simili metaphora & *curarum fluctus* habes supra lib. VIII. vers. 32.

Perge, age, & insanos curarum comprime fluctus.

Catull. carm. LXV. vers. 97.

Qualibus incensam jactasti mente puellam
Fluctibus.

Ovid. I. Trist. eleg. II. vers. 87.

Seu me diligitis, tantos compescite fluctus.

Valer. Maxim. lib. IX. cap. III. in princ. *Ira quoque & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant.* Seneca de Brevit. vitae cap. XVIII. *Cogita, quot fluctus subieris, quot tempestates, partim privatas, partim publicas, in te converteris.* Paullin. in vita D. Martini lib. I. vers. 243.

——— *opposito fluctus dum pectore frangit.*

Vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Aestus mentis.*

v. 535. *Excipit haec Juno*] *hic* ex Oxoniensi legendum. N. HEINSIUS.

v. 535. *Longique laboris ab ira ait*] lib. VI. vers. 699.

Excipit hic Juno, longique laboris ab ira,
Immo, ait, ut noscant gentes, immania quantum
Regna Jovis valeant, cunctisque potentia quantum
Antistet, conjux, Superis tua, disjice telo
Flagranti (nil oramus) Karthaginis arces,
Sidoniamque aciem vasto telluris hiatu
Tartareis immerge vadis, aut obrue ponto.
Contra quae miti respondet Jupiter ore:
Certatis fatis, & spes extenditis aegras.
Ille, o nata, libens cui tela inimica ferebas,
Contundet Tyrios juvenis, ac nomina gentis
Inducet, & Libycam feret in Capitolia laurum.
At, cui tu, conjux, cui das animosque decusque,
(Fata cano) avertet populis Laurentibus arma.
Nec longe cladis metae. venit hora diesque,
Qua nullas umquam transisse optaverit Alpes.

Sic

699. *lenta proclamat ab ira.* ubi plura notavi.

v. 538. *Discute telo Karthaginis arces*] Totum hunc Homeri locum ob oculos habuit [Il. Δ. vers. 51.]

Ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί ἐστι πόληες,
Ἄργός τε, Σπάρτη τε, καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.
Τὰς διαπέρσαι, ὅταν τοι ἀπέχθωνται περὶ κῆρι.
Τάων οὔ τοι ἐγὼ πρόσθ᾽ ἵσταμαι, οὐδὲ μεγαίρω.

Et, quod Graecus *οὔ τοι ἐγὼ πρόσθ᾽ ἵσταμαι*, *nil oramus* non longe aliter dixit: ita certe, ut appareat & constet sibi imitationis ratio. D. HEINSIUS. *dissice*, pro *discute*, Oxonius & Puteaneus. recte. diximus de hoc verbo jam ad Prudentium hymno primo Cathemerinon. *disjectae portae* ex scriptis lib. XII. vers. 184. *umbras dissice* lib. XIII. vers. 444. N. HEINSIUS. De verbo *dissice* vide Gifan. in indice Lucret. voce *Proicere*, Juret. ad Paullin. vitam D. Martini lib. III. vers. 360. & Gebhard. lib. III. Crepund. cap. VII. Plura etiam vide apud Lambin. ad Cicer. Orat. pro Coelio cap. XVI. & Gevart. III. Elect. cap. IV. qui illud vocabulum idem esse, quod *dissecare* volunt. Melius tamen, si quid video, vir egregius J. Fr. Gronovius ad Senec. Phoeniss. vers. 343. id pro *disjicere* positum docet; cum quo facit etiam Illustrissimus Heinsius ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 162 qui monuit, veteres librarios plerumque *dissicit* & *dissicit* pro *disjicit*, scripsisse. vide etiam infra ad lib. XV. vers. 730. *disjicere* autem *arcem* est delere, evertere. Horat. lib. II. od. XIX. vers. 14.

——— *tectaque Penthei*
Disjecta non levi ruina.

Ovid. epist. I. Heroid. vers. 47.

Sed mihi quid prodest vestris disjecta lacertis
Ilios.

& XII. Metam. vers. 108.

Nam certe valuit, vel cum Lyrnesia primus
Moenia disjeci.

ubi N. Heinsius plura notavit. Virgil. XII. Aen. vers. 655.

Disjecturum arces Italûm, excidioque daturum.

Auctor ad Herenn. lib. IV. cap. XXVII. *Populus Romanus Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disjecit, Fregellas evertit.* Valer. Maxim. lib. I. cap. V. ex. I. *Urbe à Gallis disjecta, deliberantibus Patribus Conscriptis, utrum Vejos migrarent.* Ita, pro *urbe deleta*, ex MSS. restituit Pighius, eamque lectionem habent & duo codices bibliothecae Trajectinae. *dejicere* dixit eodem sensu Coripp. Afric. lib. III. vers. 299.

Firmaque disruptis dejecimus oppida muris.

v. 539. *Nil oramus*] *nil obstamus* opinor, & mox *Tartareis immerge plagis.* N. HEINSIUS.

v. 546. *Libycam feret in Capitolia laurum*] Id est, de Karthaginiensibus triumphum aget. Triumphantes enim coronam lauream, quam gerebant, in gremio Jovis Capitolini deponere soliti erant. Infra lib. XV. vers. 119.

——— *laurumque superbam*
In gremio Jovis excisis deponere Poenis.

ubi plura vide.

v. 548. *(Fata cano) avertet populis Laurentibus arma*] *vertet* scripti & Romana editio ac Parmensis. N. HEINSIUS. *vertet* etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Marsi editiones. Valer. Flacc. lib. II. vers. 572.

——— *Priami sed quis jam vertere regnis*
Fata queat.

ubi tamen N. Heinsius *avertere* malebat. Fortasse nec hoc loco aliquid mutandum. supra habes lib. II. vers. 459.

——— *tandem aequore vano*
Avertunt oculos, frustrataque litora ponunt.

lib. V. vers. 376.

Quae dum turbatos avertunt aequore campi
Ductores.

 hoc

Sic ait; atque Irim propere demittit Olympo,
Quae revocet Martem, jubeatque abscedere pugna.
Nec vetitis luctatus abit Gradivus in altas
Cum fremitu nubes, quamquam lituique, tubaeque,
Vulneraque, & sanguis, & clamor, & arma juvarent.
Ut patuit liber Superûm certamine tandem,
Laxatusque Deo campus, ruit aequore ab imo
Poenus, quo sensim coelestia fugerat arma,
Magna voce trahens equitemque, virosque, feraeque
Turrigerae molem, tormentorumque labores.
Atque ubi turbantem leviores ense catervas
Agnovit juvenem, scintillavitque cruentis
Ira genis, Quaenam Furiae, quisve egit in hostem
En, Minuci, Deus, ut rursum te credere nobis
Auderes, inquit? genitor tibi natus ab armis
Ille meis, ubi nunc Fabius? semel, improbe, nostras
Sit satis evasisse manus: atque inde superbis

Hasta

hoc libro vers. 344. *neque vos magnis avertitis ausis.* & alibi saepe.

v. 551. *Irim propere demittit Olympo*] Eadem Iris Palladem jussu Jovis à pugna revocaverat supra vers. 471. ut & Neptunum apud Homerum Iliad. O. vers. 55. si autem Servio fidem habemus ad Maron. IX. Aen. vers. 2. *Iris quasi* ἔρις *dicta est*, *& numquam ad conciliationem mittitur*, *sicut Mercurius*, *sed ad disturbationem.* vide etiam quae notavit ad V. Aen. vers. 606.

v. 556. *Patuit liber Superûm certamine*] Unica voce Homerus οἰώθη. [Il. Z. vers. 1.]

Τρώων δ' οἰώθη καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή.

ubi doctissimus Interpres, χωρὶς θεῶν ἐγένετο, & μονώθη τῆς τῶν θεῶν συμμαχίας. D. HEINSIUS.

v. 562. *Agnovit juvenem*] Ut stupida oscitatio librariorum nihil non turbantium pateat, moneo, in priscis editionibus, pro *juvenem*, esse *Fabium*. Ceterum Silius Minucium *juvenem* vocat, qui tamen, teste Liv. lib. XXII. cap. XLIX. *magister equitum priore anno*, *Consul aliquot annis ante fuerat.*

v. 563. *Quaenam Furiae*, *quisve egit in hostem*, *En*, *Minuti*, *Deus?*] Impeditiora verba quam minima emaculatione constitui possunt, ubi legeris modo, *quae jam Furiae*, *quis te egit in hostem? An*, *Minuti*, *Deus?* Talibus particulis vel maxime laborant Latini poetae. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Barthius legit, *quae jam Furiae*, *quis te egit in hostem? An*, *Minuti*, *Deus?* Non placet. N. HEINSIUS. Male etiam hoc loco priscae editiones τὰ *Minuti*, *Deus* mutant in *inimice Deis.* Vulgata scriptura recta est, nisi quod, pro *Minuti*, cum Coloniensi libro *Minuci* scribendum sit, de quo supra vide ad libr. VII. vers. 386.

v. 565. *Genitor tibi natus ab armis Ille meis*] *navus in armis* editio Romana & Parmensis, quam vocem in deliciis esse Silio jam alibi satis vidimus. hic tamen nil mutandum. N. HEINSIUS. In editione Romana principe *navus in armis*, sed in Mediolanensi est *natus in armis.* At pro recepta lectione recte stat Illustrissimus Heinsius. Minucium autem Fabium parentem vocasse supra dictum ad lib. VIII. vers. 2. vide etiam Dausquej. ad lib. VII. vers. 736.

v. 572. *Nam provectus equo*] *praevectus* ex Coloniensi & Puteaneo. de quo loquendi modo copiose egimus ad II. de rapt. Proserpinae Claudiani vers. 122. N. HEINSIUS. Vide supra etiam ad lib. V. vers. 170.

v. 572. *Moderantem cuspide Lucas Maurum in bella boves*] Qui Graeca viderunt, haec loquendi genera non ita inusitata sciunt. Sic illi Δαυλίαν κορώνην *Dauliam cornicem* Philomelam vocant. ita legendum apud Hesychium Δαυλίαν κορώνην, ἀντὶ τῦ ἀηδόνα, ὅτος δὲ, inquit, ἀηδὼν ἐλέχθη: quod Didymi & Tharraei paroemiae confirmant, apud quos eodem modo legitur, ut emendavi. Valeant igitur ineptorum hominum somnia, qui a *luce Lucas boves* Elephantos dici volunt, ac non contra a loco. D. HEINSIUS. Ejus tamen opinionis togatorum doctissimus Terentius Varro olim fuit. Nam in VI. de ling. Lat. pag. 73. post recensitam eorum sententiam, qui id nomen a Libya vel Lucanis deducunt, tandem addit: *Quare ego arbitror potius Lucas ab luce*, *quod longe relucebant propter inauratos regios clipeos*, *quibus eorum tum ornatae erant turres.* Verius tamen est, à Lucania ita elephantos dictos fuisse, quam Etymologiam Plinius sequitur VIII. Hist. Mundi cap. VI. *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello*, *& boves Lucas appellavit in Lucania visos.* aliique. vide Salmas. in Exercit. Plin. pag. 218. & Vossium in Etym. voce *Lucas bos.*

v. 572.

Hasta comes dictis murali turbine pectus
Transforat, & voces venturas occupat ictu.
Nec ferro saevire sat est. appellitur atra
Mole fera, & monstris componitur Itala pubes.
Nam, praevectus equo, moderantem cuspide Lucas
Maurum in bella boves stimulis majoribus ire,
Ac raptare jubet Libycarum armenta ferarum.
Immane stridens agitur, crebroque coacta
Vulnere bellatrix properos fert belua gressus.
Liventi dorso turris, flammaque virisque
Et jaculis armata, sedet: procul aspera grando
Saxorum super arma ruit, passimque volanti
Celsus telorum fundit Libys aggere nimbum.
Stat niveis longum stipata per agmina vallum
Dentibus, atque ebori praefixa comminus hasta
Fulget ab incurvo derecta cacumine cuspis.
Hic, inter trepidos rerum, per membra, per arma

Exigit

v. 574. *Libycarum armenta ferarum*] Notandum, quod elephantorum catervam *armenta* vocat Silius. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Non mirum hoc, quum *armentum* omnium majorum animalium, ut *boum, vel ceterorum, quibus in armis utimur*, catervam proprie notet, teste Servio ad Maron. I. Aen. vers. 185. Sed illud potius notandum erat, elephantorum *gregem* supra memorari lib. III. vers. 463.

At gregis illapsu fremebundo territus acris
Expavit moles Rhodanus.

apud Sidon. Apollin. carm. II. vers. 375.

Grex niger albentes tegeret cum mole jugales.

Solin. in Polyh. cap. XXV. *Luna nitescente gregatim amnes petunt.* & mox, *Non prius ad gregarium numerum reversuri, quam vivis aquis abluantur.* Vide Cerdam ad Maronis I. Aen. vers. 185.

v. 575. *Immane stridens agitur*] *Immani* Livinejus; nempe vulnere. sed frustra. lib. X. vers. 204.

Jamque reluctantes stridens immane procella
Per longum tulit.

spirans immane apud Maronem VII. Aen. vers. 510. N. HEINSIUS. Infra lib. XI. vers. 246. *victorque immane sub ira Infremuit leo.* lib. XII. vers. 418. *Barbaricum atque immane gemens.* & ita passim. vide Zinzerling. Promulf. Crit. cap. XXXVII. quem, ut ejus fert consuetudo, descripsit Alard. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 758. Doctissimum autem Livinejum ad hanc conjecturam induxisse videtur ultima syllaba vocis *immane* producta. Sed solent poëtae syllabam finalem natura brevem modo corripere, modo producere, si vox sequens a duabus vel tribus consonis incipiat, ut viri docti infinitis exemplis docuerunt. Vide Gisan. Indic. Lucret. in voce *E longum ob Cr.* Barthium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 136. ad Calpurn. ecl. II. vers. 32. ad Statii lib. I. silv. VI. vers. 10. lib. XXIII. Advers. cap. IV. Taubm. ad Maron. XI. Aen. vers. 309. ad Culic. vers. 193. & Vossium II. Gramm. cap. XV. De hac re totam diatriben scripsit doctissimus Zinzerlingus promulsidi criticae subjunctam, in qua testatur, duo se alia adhuc loca in Silio reperisse, ubi similiter syllaba brevis producitur, libro nempe III. vers. III.

Primitiaeque tori; gelidosne scandere tecum.

Sed ibi nunc aliter ex Mstorum auctoritate edidi: & libro XVII. vers. 551.

Donec longinquo frustratum duxit in arva
Diversa spatio.

Quibus adde illud ex lib. VII. vers. 618.

Syllaeque, Crassique simul, junctusque Metello.

Unum modo notavit Zinzerlingus, ubi contrario modo syllaba brevis non producitur, sequentibus quantumvis tribus consonis *str*, ob quas eam nunc longam fecit, nempe lib. XIV. vers. 260.

——— *perflataque Strongylos Austris.*

Sed ibi nos *Trogilos* edidimus. Ex ante dictis fortasse vindicandus est locus Nasonis VI. Fastor. vers. 139.

Est illis Strigibus nomen; sed nominis hujus
Caussa, quod horrenda stridere nocte solent.

ut *horrenda* adverbialiter sit pro horrendum, & ultimam producat ob sequentem vocem *stridere.* Illustrissimus Heinsius contra libros scriptos *horrenda voce* legit: alii vero aliter emendarunt. Sed mihi locus integer videtur & sanus.

v. 581. *Niveis Dentibus*] Dentes hos alii cornua vocant. vide infra ad lib. XVI. vers. 206.

v. 583. *Incurvo dejecta cacumine cuspis*] *derecta* Coloniensis. bene. nam, pro *dirigo*, frequenter *derigo* in vetertimis membranis exaratum offendi. Vide ad

lib.

Exigit Ufentis sceleratum belua dentem;
Clamantemque ferens calcata per agmina portat.
Nec levius, Tadio laevum qua tegmine thorax
Multiplicis lini claudit latus, improba sensim,
Corpore non laeso, penetrarunt spicula dentis,
Et sublime virum clipeo resonante tulerunt.
Haud excussa novi virtus terrore pericli.
Utitur ad laudem casu, geminumque citato
Vicinus fronti lumen transverberat ense.
Exstimulata gravi sese fera tollit ad auras
Vulnere, & erectis excussam cruribus alte
Pone jacit volvens reflexo pondere turrim.

Arma

lib. v. vers. 227. N. HEINSIUS. Vide etiam supra ad lib. iv. vers. 678. Simili errore supra peccant priscae editiones lib. vii. vers. 650.

Obliquumque secans surrecta cuspide vulnus.

pro quo illae *subjecta cuspide* habent.

v. 585. *Exigis*] *Exiit* Coloniensis. dictum lib. i. vers. 639. N. HEINSIUS. Ita nonnumquam peccarunt librarii. vide infra ad libr. xiii. vers. 166.

v. 586. *Clamantemque ferens calcata per agmina portat*] *furens portas* maluerim, ne bis idem dicat. sic lib. xii. vers. 267. bene scripti de Hannibale,

——— *cursumque furens ad castra capessit.*

ubi pari modo peccatur. N. HEINSIUS. Pariter hoc loco corrigit Crenius tom. ix. Animadv. Philolog. pag. 18. Frequenter autem librarios has voces in libris scriptis commutasse, pluribus exemplis infra probavi ad lib. xii. vers. 267. Nihil tamen hoc loco mutandum puto. Silio enim imprimis similes palilogiae *ferens portas* in deliciis fuerunt. Sic infra lib. xii. vers. 443.

Perque aversa tulit portatas arva carinas.

Sic *laturi feremus* Horat. Epod. i. vers. 9.

An hunc laborem mente laturi, decet
Qua ferre non molles viros,
Feremus?

Nam & haec interpunctio hoc sensu ferri potest. vide ibi Torrent. & quae infra notavi ad lib. xi. 198.

v. 587. *Nec levius radio* &c.] Mendum nemini intellectum exstirpandum ex his. Dausquejus conjicit *Et levius.* sed quae sit sententia & caussa mutandi non aperit. Nihil verius quam *Radio*, sive *Rodio*, nomen esse hominis, & scribendum cum membranis *Nec levius Rodio letum, qua.* Non, ait, levius illi alteri letum accidisse. Licet enim elephantum, dum portatur, occiderit; mole tamen cadentis miserabile & ipse letum obiit. BARTHIUS lib. ii. Advers. cap. ix. *Et levius radio* Interpres. insulsissime. scribendum ex Coloniensi *Tadio.* *Nec levius Tadio*, quod Latinum nomen, uti & *Ufentis.* Persius sat. vi.

——— *ubi sit, fuge quaerere, quod mihi quondam*
Legarat Tadius.

Cicero ad Attic. lib. i. epist. iv. *Tadius locutus est mecum.* Idem in Verrinis Quinti & Publii Tadiorum meminit. occurrit & id nomen variis in locis in inscriptionibus apud Gruterum. Barthius subodoratus est, nomen proprium latere hic loci: sed infeliciter reponit *Rodio*, quod nomen minus concinnum. N. HEINSIUS. Optime vir Illustrissimus *Nec levius Tadio* ex integerrimo codice restituit. *C. Tadius Fortunatus* memoratur in lapide apud Fabrettum in Inscript. pag. 679. *Tadia C. F. Clavennia Barbilla* ibid. pag. 445. & 752. Ne dubita igitur, quin haec ipsa Silii manus sit. Accedit, quod librariorum ignorantia ac stupiditate nomina propria, praesertim minus nota, plerumque corrupta in libris priscis occurrant, ut supra notavi h. libr. vers. 117.

v. 587. *Laevum qua tegmine thorax Multiplicis lini claudit latus*] Lineum thoracem ferae dentibus opponit Silius: λινοθώρηκες enim erant venatores, non milites, antiquis; quod id armaturae genus & leonum & pardorum dentibus ferendis idoneum crederent. Accommodate ad locum hunc Pausanias in Atticis [cap. xxi.] *Οἱ δὲ θώρακες οἱ λινοῖ μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως εἰσὶ χρήσιμοι· διιᾶσι γὰρ καὶ βιαζόμενοι τὸν σίδηρον· θηρεύοντας δὲ ὠφελοῦσιν, ἐναποκλῶνται γὰρ σφίσι καὶ λεόντων ὀδόντες καὶ παρδάλεων.* Homerus tamen λινοθώρηκα Ajacem suum in Catalogo fecit. D. HEINSIUS. Non solis venatoribus, sed & diversarum gentium militibus lineum thoracem in usu fuisse supra pluribus exemplis evicit Doctissimus Dausquejus ad lib. iii. vers. 272. ubi Silius inquit,

Tempora multiplici mos est defendere lino,
Et lino munire latus.

etiam paullo post vers. 371. ejus meminisse videtur his verbis,

Hos inter clara thoracis luce nitebat
Sedentana cohors.

& lib. iv. vers. 292.

——— *fingit illa per oras*
Multiplicis lini, subtextaque tegmina nervis,
Atque altum toto metitur cuspide pectus.

Vide etiam Vales. ad Ammiani Marcell. lib. xix. cap. viii. De ratione vero componendi linei thoracis vide Ferrar. de re Vestiar. part. ii. lib. iv. cap. xi.

v. 595.

Arma virique simul spoliataque belua visu
Sternuntur subita (miserandum) mixta ruina.
Spargi flagrantes contra bellantia monstra
Dardanius taedas victor jubet, & facis atrae,
Quos fera circumfert, compleri sulfure muros.
Nec jusso mora: collectis fumantia lucent
Terga elephantorum flammis; pastusque sonoro
Ignis edax vento per propugnacula fertur.
Non aliter, Pindo Rhodopeve incendia pastor
Cum jacit, & silvis spatiatur fervida pestis,
Frondosi ignescunt scopuli; subitoque per alta
Collucet juga dissultans Vulcanius ardor.

It

v. 595. *Erectis cruribus*] Rectius sit *arrectis*, Maroniano exemplo, apud quem habes x. Aen. vers. 892. *Tollit se arrectum quadrupes. arrectis auribus* de equo lib. x. vers. 459. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. II. vers. 668. & lib. VII. vers. 685. Hoc loco tamen nihil mutandum puto. Sic infra lib. XVII. vers. 135.

—— erexitque ore cruento
Cornipedem elatis pulsantem calcibus auras.

Livius lib. VIII. cap. VII. *Ad cujus vulneris sensum cum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excussit equitem.*

v. 599. *Spargere flagrantes taedas jubet*] *Spargi* Coloniensis & Oxonius. bene. N. HEINSIUS. Sic mox *compleri sulfure muros* habes, non *complere*. vide supra ad lib. VI. vers. 413.

v. 600. *Dardanius taedas victor jubet.*] Inepta est lectio. quomodo enim *victor*, licet una, & altera belua ceciderit? Scribendum *ductor*, aut *rector*, ut Paullus aut Varro intelligatur. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *Dardanius victor* admitti non potest. quomodo enim *victor*, qui hoc proelio erat succubiturus? scribendum *ductor*, vel *rector Dardanius*. & ita Barthio quoque videbatur. N. HEINSIUS. Voces *victor* & *ductor* saepe a librariis inter se permutatas fuisse supra docui hoc libro vers. 199.

v. 602. *Collectis fumantia lucent Terga elephantorum flammis*] Corrige, quamvis praeter auctoritatem membranarum, *conjectis flammis. jactas flammas* paullo post habebimus. sic & scribe lib. XVII. vers. 93. *conjecti ignes.* lib. XIV. vers. 306.

Hic procul ardentem jaculatus lampada Cimber
Conjicit.

lib. x. vers. 556.

Tum face conjecta populatur fervidus ignis
Flagrantem molem.

N. HEINSIUS. *jacere incendia* mox occurrit vers. 605. *Pindo Rhodopeve incendia pastor Cum jacit.* Aliquando ita lapsos fuisse librarios infra doceo ad lib. XVII. vers. 93.

v. 603. *Raptusque sonoro Ignis edax vento*] Legit Marsus *partusque sonoro Ignis edax vento*, id est, inquit, comparatus & auctus. Nimirum legendum est *pastusque*. Longobardicum *r* ab *s* scriptura non distinguitur. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. *portusque* Puteaneus; in Oxonio *parcusque*; *partusque* editio Marsi, quae omnia alludunt ad veram lectionem, quam ex membranis Coloniensibus Modius jam protulit in medium, *pastusque sonoro Ignis edax vento.* Nihil verius & elegantius: & tamen ausus est obgannire Silianus Interpres. Sic lib. XII. vers. 721.

Jupiter & quantis pascat ferus ignibus iras.

lib. XIV. vers. 308.

Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti.

ibid. vers. 422. *pasti bitumine ignes.* sic *ebure flammas pascere* Senec. in Hercul. Octaeo vers. 577. N. HEINSIUS. In vulgatam lectionem hoc loco conspirant omnes priscae editiones, etiam Veneta utraque & Parisina Marsi; in commentariis tamen, ut viri docti notarunt, *partusque* legit. Pro vulgata autem lectione laudari posset locus Lucan. lib. III. vers. 501.

Telum flamma fuit, rapiensque incendia ventus
Per Romana tulit celeri munimina cursu.

Sed omnino elegantius est, quod viri docti ex optimis membranis vindicarunt *pastusque sonoro Ignis edax vento*, quomodo jam olim hunc locum legendum esse monuit vir Illustrissimus N. Heinsius ad Claudiani III. Consul. Honor. vers. 101. Sic infra lib. XVII. vers. 599.

Evomuit pastos per secula Vesbius ignes.

Ovidius XIV. Metam. vers. 467.

—— Danaas paverunt Pergama flammas.

Sidonius Apollin. carm. XXII. vers. 188. *strepis hic bona flamma, Appositas depasta dapes.* Sic *alimenta ignis* habes apud Lucan. lib. III. vers. 681.

—— pinguibus ignis
Affixus taedis, & tecto sulfure vivax
Spargitur, ac faciles praebere alimenta carinae
Nunc pice nunc liquida rapuere incendia cera.

Frontin. IV. Stratag. cap. VII. ex. 9. *Diffundendo, quae contmuerant, alimentum praestaret incendio.* ubi vide notas Doctissimi Tennulii.

v. 608. *Subitoque per alta Collucet juga*] In editionibus

It fera candenti torrente bitumine corpus
Amens, & laxo diducit limite turmas.
Nec cuiquam virtus propiora capessere bella:
Longinquis audent jaculis, & harundinis ictu.
Uritur impatiens, & magni corporis aestu
Huc atque huc jactas accendit belua flammas:
Donec vicini tandem se fluminis undis
Praecipitem dedit, &, tenui decepta liquore
Stagnantis per plana vadi, tulit incita longis
Exstantem ripis flammam, tum denique sese
Gurgitis immersit molem capiente profundo.
At qua pugna datur, necdum Maurusia pestis
Igne calet, circumfusi Rhoetēia pubes
Nunc jaculis, nunc & saxis, nunc alite plumbo

Eminus

nibus priscis Romana principe, Mediolanensi; Marsi, Martini Herbipolensis, Juntina, Aldina & Gryphii *per arva Collucet*, pro quo manu docta in margine editionis Romanae emendatur *per ardua*. Sed rarissime Silius hujus generis versibus usus est: quare cum Mss & recentioribus editionibus praefero *per alta*.

v. 611. *Nec cuiquam virtus propiora capessere bella* &c.] Maroni suo haec debet Silius, cujus verba speciosissima sunt Aeneid. x. vers. 712.

Nec cuiquam irasci propiusve accedere virtus:
Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant.

D. HEINSIUS. Eodem itaque modo cum elephantis pugnant Romani, quo ante cum Othrye Marmaride, quam pugnam Silius ei, quae cum beluis geritur, supra comparat lib. v. vers. 442.

Aspirare viro propioremque addere Martem
Haud ausum cuiquam: laxo ceu belua campo
Incessebatur tutis ex agmine telis.

v. 613. *Et magni corporis aestu; Donec vicini*] Legendum uno versu auctius,

——— *& magni corporis aestu*
Huc atque huc jactas accendit belua flammas:
Donec vicini. &c.

MODIUS Novant. Lection. Epist. I. Scripti codices recte subjungunt versum,

Huc atque huc jactas accendit belua flammas.

N. HEINSIUS.

v. 615. *Donec vicini* &c.] Pari auxilio Appulejus, veneficus Fotidis in asinum mutatus, & agasonis dolis incensus, praesentissimo se periculo liberatum fingit VII. Metam. pag. 146. Ed. Pricaei, *Forte pluviae pridianae recens receptaculum aquae lutulentae proximum conspicatus, ibi memet improviso saltu totum abjicio; flammaque prorsus exstincta tandem, & pondere levatus, & exitio liberatus, evado.*

v. 624. *Atque obsidet arces*] Recta scriptura est *assidet arces*, non *obsidet*, quod ita & membranae habeant, & alio loco quoque Silius loquatur hoc modo, dum ait lib. XII. vers. 453.

Assessos Capuae muros, claustra ipsa revelli
Portarum.

etsi etiam eo loco male editiones *Obsessos*. MODIUS Novant. Lect. Epist. I. *assidet* ex Coloniensi Modius. neque aliter Oxonius & editio Romana. lib. XII. vers. 453. pari modo optimus codex Coloniensis,

Assessos Capuae muros, claustra ipsa revelli
Portarum.

Plura collegimus ad Valer. Flaccum lib. v. vers. 534. ubi & Maroni id verbum reddidimus. N. HEINSIUS. In Romana principe male, sed tamen proxime veram lectionem, est *aspidet*, unde Philelfus in editione Mediolanensi pessime fecit *aspicit*. *assidet* vera lectio est.

v. 625. *Fortuna & digna secunda*] Tolle particulam *&* ex fide vetustiorum codicum. N. HEINSIUS. Eadem etiam ex fide antiquissimarum editionum tollenda est.

v. 626. *Extulerat dextram, atque adversum*] *Extulerat dextraque adversum* Coloniensis, *dextramque* Oxonius. sed frustra. N. HEINSIUS.

v. 627. *Mutius infelix ausi*] *Mincius* optime scripti codices & Romana editio. Sic Silius frequenter a fluminibus deducit nomina, cujusmodi Tagus, Durius, Bagrada, Symaethus aliique apud illum passim occurrunt. vide annotata lib. III. vers. 338. Reddenda eadem vox vetusto epigrammati, Maronis laudibus dedicato,

Aeneamque suum sac major Mincius ornet.

ubi *nuncius* nunc perperam circumfertur. Est autem fluvius seu lacus agri Mantuani Mincius. N. HEINSIUS. *Mincius* etiam est in editione Romana principe & Mediolanensi, quod & Dausquejus probavit, quoniam Mucius, cujus Silius lib. VIII. vers. 385. meminit, jam supra hoc libro a Nealce saxo obtritus est. In Marsi & Martini Herbipolensis editione operarum errore *Mucius* scriptum est, unde Nicander in Juntina *Mutius* facere sustinuit. Sed infeliciter.

v. 628. *Monstri*

Eminus inceſſunt. ut qui caſtella per altos
Oppugnat munita locos, atque aſſidet arces.
Aulus digna viro, fortuna digna ſecunda,
Extulerat dextram atque adverſum comminus enſem
Mincius infelix auſi: ſed ſtridula, anhelum
Fervorem effundens, monſtri manus abſtulit acri
Implicitum nexu, diroque ligamine torſit,
Et ſuperas alte miſerum jaculata per auras
Telluri eliſis afflixit (flebile) membris.
Has inter clades viſo Varrone ſub armis
Increpitans Paullus, Quin imus comminus, inquit,
Ductori Tyrio, quem vinctum colla catenis
Staturum ante tuos currus promiſimus urbi?
Heu patria, heu plebes ſcelerata, & prava favoris!

Haud

v. 628. *Monſtri manus*] Proboſcidem elephanti Silius intelligit, qua id animal pro manu utitur, ut ex Ariſtot. I. Hiſt. Anim. cap. IX. hic docuit Marſus. Vide eundem Ariſtotel. II. Hiſt. Anim. cap. I. libro II. de Partib. Anim. cap. XVI. & Aelian. IV. de Animal. cap. XXXI. Ita & Plinius appellat VIII. Hiſtor. Natur. cap. X. *Spirant, & bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu.* Solin. in Polyh. cap XXV. *Si confertis pecoribus occurſitent, itinera ſibi blanda & placida manu faciunt, ne quod obvium animal interimant. Anguimani* vocantur Lucret. lib. V. verſ. 1304.

Inde boves Lucas turrito corpore, tetros,
Anguimanos.

ubi videndus eſt Lambinus.

v. 631. *Tellure eliſit, ac flexit (flebile) membris*] Ajo emendandum,

Telluri eliſis afflixit (flebile) membris.

Nempe quia ductus literarum & res ipſa huc me trahebant, vulgata lectione contaminata plane & nullum commodum ſenſum eliciente. Poſſet tamen etiam *affixis* legi, ut dixit Horatius,

Atque affigit humi divinae particulam aurae.

Sed ego malui, quod a vulgata ſcriptura quam minimum recederet, ſequi. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. *Tellure eliſis affixit* Colonienſis & cum illo Modius, qui tamen maluerit, *Telluri eliſis affixit.* mihi arridet, *Telluri illiſis affixit membris.* lib. X. verſ. 181. *Afflictumque premens*; & mox, *afflictus ripis.* lib. XI. verſ. 83. *ſaevo Afflictus ſaxo.* Lucan. lib. II. verſ. 31. *pectora duro Afflixere ſolo.* ſic meliores ſcripti. *ſcopulis affligere alvum* Statius Theb. II. N. HEINSIUS. Idem tamen Heinſius in notis ad Naſon. XII. Metam. verſ. 139. codicis Colonienſis ſcripturam *Tellure eliſis affixit* probat, ut & Dauſquejus hoc loco. & recte: niſi quod praeſtare videatur *Telluri eliſis affixit. eliſa membra* ſunt ab elephantis proboſcide preſſu ſuffocata. Ita Hercules leonem Nemeaeum *eliſiſſe* dicitur, quem nexu brachiorum ſuffocavit. vide ſupra ad lib. III. verſ. 33. *Telluri* autem *affixit*, ut Naſo XIV. Metam. verſ. 205.

——— *vidi bina meorum*
Bis quater affligi ſociorum corpora terrae.

vide Eruditiſſimum Bentlejum ad Horatii II. ſermonum Ecl. II. verſ. 79.

v. 635. *Staturum ante tuos currus promiſimus urbi*] Lege *Staturi*: quod, puto, monuit quoque alibi Illuſtris Scaliger. D. HEINSIUS. *Staturi* magnus Scaliger ad Propertii II. eleg. VII. verſ. 45. Sed male. nam *ſtator* & *ſtaturus* a *ſtatuendo* primam ſyllabam corripiunt: *Acturi* praeſtiterit. ſic lib. XI. verſ. 118.

——— *non ſi Karthaginis, inquit,*
Ductorem veſtris devinctum colla catenis
Romam victor agit.

lib. XVI. verſ. 274.

Hic fractum bello regem ſelioque revulſum,
Tempus erit, cum ducet agens ad templa Tonantis.

Martial. lib. VIII. Epigr. XXVI.

Nam cum captivos ageret ſub curribus Indos,
Contentus gemina tigride Bacchus erat.

ubi forte legendum *ſibi curribus*, vel *trux.* Horat. lib. I. od. XII.

Ille ſeu Parthos Latio imminentes
Egerit juſto domitos triumpho.

Tibull. lib. I. eleg. II.

Ille licet Cilicum victas agat ante catervas.

Auctor de Viris illuſtribus in vita L. Quinctii Cincinnati, *Victis hoſtes, ducem eorum in deditionem accepit, & in triumphi die* (lege *ſidem*) *ante currum egit.* In vita C. Marii, *Jugurtham captum ante currum egit.* Nazarius Panegyrico Conſtantini, *Non agebantur quidem ante currum vincti duces.* Paterculus lib. I. cap. IX. *Anicii regem Illyriorum Gentium ante currum agentis triumphus fuit celeber.* Valer. Maximus lib. IV. cap. I. *Cum L. Cornelius Scipio die triumphi ſui ante currum actos hoſtium duces in carcerem conjeceret.* lib. VI. cap. 9. *Ex illo Mario tam humili ille Marius evaſit, qui Jugurtham regem ante*

Haud umquam expedies tam dura sorte malorum,
Quem tibi non nasci fuerit per vota petendum,
Varronem, Hannibalemve magis. dum talia Paullus,
Urguet praecipites Libys, atque in terga ruentum
Ante oculos cunctas ductoris concitat hastas.
Pulsatur galéa, & quatiuntur Consulis arma.
Acrius hoc Paullus medios ruit asper in hostes.
Tum vero excussus mentem, in certamina Paullo
Avia diducto, convertit Varro, manuque
Cornipedem inflectens, Das, inquit, patria, poenas,

Quae,

te currum egit. Claudian. in bello Gildon. vers. 127.

Nec magis insignis Paulli Mariique triumphus,
Qui captos niveis reges egere quadrigis.

Sic & *ducere ante currum* vetus inscriptio apud Gruter. pag. 436.

BELLVM. CVM. IVGVRTHA. REGE. NVMID
GESSIT. EVM. CEPIT. ET. TRIVMPHANS. IN. SECVNDO
CONSVLATV. ANTE. CVRRVM. SVVM. DVCI. IVSSIT.

Sed vulgatam scripturam jure tuetur Gronovius IV. Observat. cap. XV. N. HEINSIUS. Idem Heinsius supra ad Silii lib. IV. vers. 808. *Ac actum ante tuos currus* legendum monuit. Sed cum Maximo Gronovio nihil mutandum puto. Votum & promissum Varronis Silius supra habet lib. VIII. vers. 278.

—— *Latia devinctum colla catena*
Hannibalem Fabio ducam spectante per urbem.

v. 637. *Tam dura sorte malorum*] tam dira sorte codices scripti. vide ad lib. VI. vers. 360. N. HEINSIUS. Silius lib. XVII. vers. 280.

Dura sorte rapit (miserandum & triste) biremes.

Senec. in Thyeste vers. 879.

O nos dura sorte creatos.

Frequentissimo librariorum errore *durus* in *dirus*, & contra *dirus* in *durus* migravit. vide infra ad lib. XIV. vers. 127. ubi plura ejus rei exempla notavi.

v. 638. *Quem tibi non nasci*] *Quem tibi nam nasci* opinor: quemnam magis optandum fuerit tibi nasci, Varronem, an Hannibalem? Possis etiam *Quem tibi nunc nasci fuerit petendum. Hannibalemve* scripti, non *Hannibalemne*. N. HEINSIUS. Locus sanus & integer est, nullaque medicina eget: sensus enim hic est; O patria, in tam ancipiti malo haud facile dixeris, utrum tibi magis optandum sit, Varronem an Hannibalem numquam natum fuisse.

v. 640. *Urguet praecipitans Libys*] *praecipites* Oxonius & Puteaneus, *praecipite* Agrippinas. scribendum *praecipites*. N. HEINSIUS.

v. 641. *Ante oculos cunctas ductoris concitat hastas*] Male Coloniensis *Atque oculos*. Deinde τὸ *cunctas* in mendo cubat. lege *junctas hastas*, hoc est, continuatas & admodum frequentes, quod *spicula densere* noster initio libri sequentis dicit, ut illic correximus. sic *vina juncta* pro continue ductis apud Nasonem. Statius in Balneo Etrusci *Junge puer cyathos*. vide Gronov. ad Senecae Thyest. vers. 467. & II. Observ. cap. III. Cupidines apud Statium in Coma Earini vers. 93. *junctis crinem incidere sagittis*. Lucanus sic *junctos ense* dixit lib. II. vers. 193.

—— *vidit Fortuna colonos*
Praenestina suos junctos simul ense recepto,
Unius populum pereuntem tempore noctis.

sic locus ille corrigendus: nam scripti potiores *cunctos simul ense receptos*, in quibusdam *cunctos simul ense recepto*. Deinde *noctis*, pro *mortis*, est in optimo codice Vossiano. *juncti pontes* Claudian. in Apono,

Et junctos rabido pontes subtermeat aestu.

nisi *juncti* pro vicinis. *juncto ponte* est apud Plinium III. Hist. Nat. cap. X. pag. 162. ex MS. Statius VII. Theb. vers. 82.

Sicut anhelabant juncto sudore volantes
Mars impellit equos

Plinius lib. IV. Epist. IX. *Ad hoc verebar, ne me corporis vires iterato labore desererent, quem difficilius est repetere, quam jungere. junctae tabulata turris* Lucan. lib. IV. vers. 431. sic lego, non *cunctas*. *jungere robora* in exstruenda navi Claudian. in bello Getic. vers. 17. Avien. in ora Maritima,

Navigia junctis semper aptant pellibus.

ubi *sutis* aliquando volebam. Claudian. II. in Eutrop. vers. 437. *alit leto junxere soporem*. Silius lib. X. vers. 35. *junxit sera tempora leti*. Senec. in Oedip. vers. 130. *premitur juncto Funere funus*. in Hippol. vers. 127. *jungitur semper nefas*. Lucan. lib. VII. vers. 492.

—— *densis acies stipata catervis*
Junxerat in seriem nexis umbonibus arma.

junctae umbone phalanges Juvenal. sat. II. Claudian. II. in Rufin.

—— *clipeis in se redeuntia junctis*
Curvo paullatim sinuantur cornua ducta.

bis trieteride juncta, id est, sex annis, Martial. lib. IX. Epigr. LXXXVI. *junctis transmittere signis Tyrrhenum*, Claudian. I. de Laudib. Stilic. vers. 333. ex Msto. *juncto stipante senatu* in Consul. Olybrii vers. 231. ex Msto, ubi male Barthius *cuncto*. Statius Achill. II. vers. 113. ex vetustis membranis,

— *omne simul roburque decusque potentis*
Europae junctos ultro juravit in enses.

vulgo *meritos*. noster *junctus rogus* ex Msto lib. XVI. vers.

Quae, Fabio incolumi, Varronem ad bella vocaſti.
Quaenam autem mentis, vel quae diſcordia fati?
Parcarumque latens fraus eſt? abrumpere cuncta
Jamdudum cum luce libet. ſed comprimit enſem
Neſcio qui Deus, & meme ad graviora reſervat.
Vivamne? & fractos ſparſoſque cruore meorum
Hos referam populo faſces? atque ora per urbes
Iratas ſpectanda dabo? &, quo ſaevius ipſe
Hannibal haud poſcat, fugiam, & te, Roma, videbo?
Plura indignantem telis propioribus hoſtes
Egere, & ſonipes rapuit laxatus habenas.

verſ. 546. lib. x. verſ. 93. *bis terni juncta ferebant Arma ſenem juxta nati.* verſ. 337. *jungit Tarpeja incendia Cannis.* Claudianus I. in Rufin. *junctoque ſequor tentoria curru.* & ibid.

Hi junctis properant portus munire carinis.

juncta templa ſunt vicina. Avien. fab. XLII. *junctis victima templis.* ſic lego, nec aliter ſcripti, quos vidi: vulgo *cunctis. junctae feneſtrae* pro clauſis Horat. lib. I. od. XXV.

Parcius junctas quatiunt feneſtras.

ubi vide Interpretes. *jungere oſtia* Juvenal. ſatyra IX. *jungite oſtia, tollite lumen E medio.* Quare dubitavi aliquando, an non & apud Statium Theb. v. verſ. 458. ſcribendum eſſet, *certatimque ordine junctae Hoſpitibus patuere fores.* ut *junctas* non tam intelligamus vicinas ac ſibi contiguas domos, quam clauſas. Plinius in Paneg. *Cum Danubius ripas gelu jungit.* Contra eſt *abjungere.* N. HEINSIUS. *junctas haſtas*, pro *cunctas*, conjicit Illuſtriſſimus Heinſius, & continuatas, admodum frequentes exponit. Eo ſenſu *junctae tenebrae* pro in diem continuatae dixit Lucan. lib. IV. verſ. 103.

——— *nec Phoebum ſurgere ſenſit*
Nox ſubtexta polo, rerum diſcrimina miſcet
Deformis coeli facies, junctaeque tenebrae.

juncta luna quae continuata nocte per triduum lucet, apud Statium lib. IV. ſilv. VI. verſ. 17.

O bona nox! junctâque utinam Tirynthia lunâ!

Livius lib. X. cap. X. *Duo ex oppidanis, quorum erant aedificia juncta muro, ſpecu facto ad ſtationes Romanas itinere occulto perveniunt.* ubi *juncta muro aedificia* non ſimpliciter ſunt muro vicina, ſed muro connexa, cum muro conjuncta. Saepiſſime autem librarii voces *junctus* & *cunctus* turbarunt ob exiguam differentiam, quae eſt inter ductus literarum *c* & *i*. Vide Scalig. ad Severi Aetn. pag. 142. Gronov. in guſtu ad Statii VI. Theb. verſ. 250. N. Heinſium ad Naſon. IX. Metam. verſ. 506. ad VI. Faſtor. verſ. 435. ad Silii lib. VI. verſ. 389. lib. VIII. verſ. 133. lib. XI. verſ. 90. lib. XII. verſ. 609. lib. XVI. verſ. 547. & lib. XVII. verſ. 522.

v. 644. *In certamina Paullo Avia deducto*] Bene Colonienſis *diducto*, niſi malumus *ſeducto*. N. HEINSIUS. Saepe ita peccaſſe librarios, ut *diducere* in *deducere* corruperint, & contra *deducere* in *diducere*, infra notavi ad lib. XV. verſ. 187. Illuſtriſſimus Heinſius & *ſeducto* legi poſſe conjicit, de quo verbo vide Gronov. ad Senec. Conſol. ad Helviam cap. XVI. & ad ludum de morte Claudii pag. 345. *ſeducat*, pro *diducat*, vel *deducat*, in Ovidio emendat idem Heinſius IV. Metam. verſ. 372. mihi tamen *diducto* hic magis placet.

v. 645. *Convertit Varro*] Pro convertitur. Praetulerim tamen *Converti Varro.* N. HEINSIUS. Simili modo *minari*, pro *minatur*, ſupra ſcribendum conjecit vir Illuſtriſſimus lib. II. verſ. 333. Sed nihil muto. Livius lib. II. cap. LXII. *Omnis ira belli ad populationem agri vertit.* lib. V. cap. XVIII. *Plus erat ignominiae quam cladis acceptum, quae prope in cladem ingentem vertit.* cap. XLIX. *Jam verterat Fortuna.* Claudian. I. in Eutrop. verſ. 251.

——— *in caedem vertunt faſtidia praedae.*

Auſon. Epigr. LXVIII.

Femineam in ſpeciem convertit maſculus ales.

Symmach. lib. IV. Epiſt. LXV. *Cura vertit in gaudium.* Vide Servium ad Virgil. I. Aen. verſ. 103. Freinshem. ad Curtii lib. IV. cap. VI. Torrentium & Bentlejum ad Horatii lib. IV. od. X. verſ. 5. Sic *praecipitavere* pro praecipitati ſunt dixit Liv. lib. V. cap. XVIII. *mutans* pro mutatus Tacitus XII. Annal. cap. XXIX. *effringet* pro effringetur Silius lib. I. verſ. 646. Similia alia ſupra vide ad lib. I. verſ. 288.

v. 649. *Parcarumque latens fraus eſt*] *fraus haec* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 651. *Neſcio quis Deus*] *Neſcio qui Deus* Colonienſis & Oxonius. Diximus ad Maronem Ecl. II. verſ. 19. Infra lib. X. verſ. 117. ex ſcriptis,

——— *quinam ad caſſos furor impulit ictus.*

N. HEINSIUS. Infra lib. XIII. verſ. 450.

Quinam te, qui caſus, ait, dux maxime, feſſae Eripuit patriae.

Vide Illuſtriſſimum Heinſium ad Naſon. XIV. Metam. verſ. 162. ad Prudent. Apotheoſ. verſ. 418. ad Silii lib. II. verſ. 645. lib. VII. verſ. 538. & lib. XV. verſ. 668. Eruditiſſimum Bentlej. ad Horat. I. Sermon. Ecl. IV. verſ. 41. & Ecl. V. verſ. 79.

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER X.

Paullus, ut adversam videt increbrescere pugnam,
Ceu fera, quae, telis circumcingentibus, ultro
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem,
In medios fert arma globos, seseque periclis
Ingerit, atque omni letum molitur ab ense.

Increpat

v. 1. *Paullus ut adversam vidit increbescere pugnam*] Silium imitatus est Jos. Iscanius IV. belli Troj. vers. 371.

At Teutras postquam bella increbescere sentit.

De vi vocis *increbescere* vide Barthium ad Statii IV. Theb. vers. 30. De orthographia autem dissentiunt viri docti; quidam enim *increbrescere* scribunt, ut Modius in Novant. Lection. Epist. CXI. Dausquej. in Orthogr. parte II. hac voce, & Vossius in Etym. voce *Creber.* Rejecta vero litera canina *increbescere* dicendum putat Manut. ad Cicer. VII. ad famil. Epist. XX. aliique: atque ita Illustrissimus Heinsius in accuratissima Maronis editione ubique scribi jussit, ut & hoc loco Dausquejus. Mss autem saepissime variant. apud Valer. Maxim. lib. V. cap. VI. ex. ext. I. in duobus codicibus bibliothecae Trajectinae *percrebuit* inveni, cum iidem tamen cap. VII. ex. ext. I. *increbrescere* habeant. At contra in R. Stephani aliisque vetustioribus editionibus priori loco *percrebruit*, posteriori *increbescere* legitur.

v. 2. *Ceu fera, quae telis* &c.] Silius Virgilium expressit, qui eadem usus est comparatione IX. Aeneid. vers. 551.

Ut fera, quae, densa venantum septa corona,
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur:
Haud aliter juvenis medios moriturus in hostes
Irruit; &, qua tela videt densissima, tendit.

v. 3. *Per vulnera colligit hostem*] Senec. III. de Ira cap. III. *Gaudent feriri, & instare ferro, & tela corpore urguere, & per suum vulnus exire.* quem reddidit Lucan. lib. I. vers. 210.

——— *tum torta levis si lancea Mauri*
Haereat, aut latum subeunt venabula pectus,
Per ferrum tanti securus vulneris exit.

v. 5. *Atque omni letum molitur ab ense*] Insolentior nonnullis visa phrasis est apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 14. de bellatore agili & audacissimo,

Spargentemque faces, & in omni turre furentem.

Eam ex Juvenale & aliis alibi illustravimus. Potest etiam ex hoc loco Silii: & simile est apud Nason. XI. Metam.

Plura dolor prohibet, verboque intervenit omni
Plangor, & attonito gemitus a corde trahuntur.

Auctor satyrae de lite,

Jactari circum omne forum, circum omne tribunal.

Et magis ad rem Claudian. in Eutrop. lib. II. *metuendus ab omni Targibilus regione sonat.* & VI. Consul. Honor.

——— *inopinaque cunctis*
Instruit arma locis, &, qua vocat usus, ab omni
Parte venit.

Silius lib. XIII. vers. 599.

Harpyaeque fovent nidos, atque omnibus haerent
Condensae foliis.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX.

v. 8. *Ad manes deserte, viri. nisi gloria* &c.] Celeberrimus Burmannus legendum conjicit,

Ad manes deserte. viris, nisi gloria mortis,
Nil superest.

hoc est, viris fortibus nulla jam speranda est victoria; sola honestae mortis gloria superest.

v. 10. *Hic vobis dux Paullus erit*] Non satis hoc intelligitur: nam scribendum est *Heic*, adverbiumque ex pronomine faciendum. Idem vobis, qui heic apud superos, dux erit etiam adeuntibus per mortem inferos. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *Hic* adverbium loco pronominis accipit Barthius. N. HEINSIUS. Barthio non assentior. Voluit enim Silius, Paullum verba gestu etiam adjuvisse, & percusso pectore dixisse, eundem hunc Paullum, qui olim viventibus, nunc etiam morituris ducem fore.

v. 10. *Velocius inde Haemonio* &c.] Infra lib. XV. vers. 572.

——— *& penna, & fulmine, & undis*
Hibernis, & Achaemenio velocior arcu
Evolat.

v. 12. *Quae redit in pugnas* &c.] De hoc more Persarum seu Parthorum vide, quae notavit Barthius ad Claudiani I. de Laudib. Stilic. vers. 68. &

Statii

Increpat horrendum, Perstate, & fortiter, oro,
Pectoribus ferrum accipite, ac sine vulnere terga
Ad manes deferte, viri. nisi gloria mortis,
Nil superest. idem sedes adeuntibus imas
Hic vobis dux Paullus erit. velocius inde
Haemonio Borea, pennaque citatior ibat,
Quae redit in pugnas fugientis harundine Parthi;
Atque, ubi certamen primi ciet immemor aevi
Fetus Gradivo mentem Cato, fertur in hostes;
Ac juvenem, quem Vasco levis, quem spicula densus
Cantaber urguebat, letalibus eripit armis.
Abscessere retro, pavidique in terga relatos

Abduxere

Statii lib. I. silv. IV. vers. 78. Idem pugnandi genus Cleadi Thebano tribuit Silius supra lib. VII. vers. 645.

——— *volucrem post terga sagittam*
Fundit, Achaemenio detrectans proelia ritu.

& Virgilius Camillae XI. Aen. vers. 653.

Illa etiam; si quando in tergum pulsa recessit,
Spicula converso fugientia dirigit arcu.

v. 14. *Paetus Gradivus mente, & cito fertur in hostes*] Corrupta sunt haec. Interpres hactenus juvat, ut legendum censeat, *hac cito fertur in hostem.* In membranis Oxoniensibus duo juvenes exstant, quos eripuerit caedi Paullus, his conceptis verbis,

Atque ubi certamine primi ciet immemor aevi
Poenus Gradivo mentem & Cato fertur in hostem.

Ego sane eas membranas non insuper habendas in obscuro alioqui loco existimo, & rescribendum,

Atque ubi certamen primi ciet immemor aevi
Paetus, Gradivo intentum & Cato fertur in hostem.

Nam illud *Gradivus mente* absonum est. Nec obest *juvenem* mox singulari numero dicere, cum sub excellentia unius alter lateat. Haec talia nos aliorum industriae exercendae proponimus, minime pro indubitata veritate venditantes. BARTHIUS lib. XI. Advers. cap. IX Haec inquinatissima sunt. Romana editio, *Poenis Gradivus mentem*; Parmensis, *Poenis Gradivus mentem Cato*; Puteaneus, *Poenis Gradivus mente*; Oxonius,

Poenus Gradivo mentem & Cato fertur in hostem;

Coloniensis, *Poenus Gradivo mentem Cato*; Aldina editio, *Paetus Gradivus mente & Cato.* Scribendum haud dubie,

Atque, ubi certamen primi ciet immemor aevi
Fetus Gradivo mentem Cato, fertur in hostes,
Ac juvenem &c.

Fetus, pro *Paetus*, minimum mutationis est. rescribi etiam posset *Plenus Gradivo mentem*, cum in vetustis exemplaribus sit *Poenus.* Sic *plenus pectora Christo* apud Paullin. quarto natali Felicis. sed alterum est verius. Barthius ex vestigiis Oxoniensis libri corrigit dure & infeliciter,

Paetus, Gradivo intentum & Cato fertur in hostem.

libro XVII. vers. 380. habes,

Novi feta viri bello praecordia.

& vers. 448. *colla serpentis feta veneno.* Claudian. in bello Getico vers. 25.

——— *fetaeque novales*
Martis, & in segetem crescentis semina belli.

Noster lib. XI. vers. 203.

Multa feta gerens ira praecordia Poenus.

lib. XIII. vers. 592. *feta furore Megaera.* Catonem sub haec tempora fuisse juvenem, ne dubitare possis, lib. VII. vers. 693. jam habuimus,

At Cato, tum prima sparsus lanugine malas,
Quamquam tardatos turbata fronte Latinos
Collegisse gradum videt.

N. HEINSIUS. Editiones Romana princeps & Mediolanensis cum Parmensi faciunt, Marsus habet, *Petus Gradivus mente cito fertur*; quae nunc vulgo extat lectio, in Colinaei Parisina editione primum apparuit. Sed omnium assensum haud dubie meretur Illustrissimi Heinsii certissima emendatio *Plenus*, vel *Fetus Gradivo mentem Cato.* Apud Nasonem habes I. ex Ponto Epist. VII. vers. 13.

Nos habeat regio, nec pomo feta nec uvis.

Solin. in Polyh. cap. XVII. *Gens silvis aspera, copiosa, immanibus feris, feta tigribus.* cap. XXIII. *Colubraria Sucronem versus feta est anguibus.* In hunc sensum apud Horat. emendabat eruditissimus Bentlejus in notis ad lib. III. od. XXI. vers. 5.

Quocumque fetum numine Massicum.

Haud absimili errore apud eundem Horat. lib. III. od. XXVII. vers. 4. pro *feta vulpes*, in nonnullis libris est *paesta*, notante etiam Bentlejo.

v. 15. *Quem spicula densus Cantaber urguebat*] *densis* Coloniensis. scribe *densens.* apud Maron. Aen. XI. vers. 650.

Et nunc lenta manu spargens hastilia denset.

ita & illic scripti. *densere examina* noster lib. IV. vers. 159. ex scriptis. Plura diximus de hoc verbo ad VII. Aen. vers. 794. sed hoc loco nil muta. sic enim Virgil. XII. Aen. vers. 563. *nec scuta aut spicu-*

 la

Abduxere gradus. ut laetus valle remota
Cum capream venator agit, fessamque propinquo
Insequitur cursu, & sperat jam tangere dextra,
Si ferus adverso subitum se protulit antro,
Et stetit ante oculos frendens leo, deserit una
Et color, & sanguis, & tela minora periclo:
Nec jam speratae cura est in pectore praedae.
Nunc in restantes mucronem comminus urguet,
Nunc trepidos ac terga mala formidine versos
Assequitur telis. furere, ac decorare labores,
Et saevire juvat: cadit ingens nominis expers
Uni turba viro: atque alter si detur in armis

Paullus

la densi Deponunt. N. HEINSIUS.

v. 18. *Abduxere gradus*] Scribo *Adduxere*, hoc est, contraxere; quod *colligere gradum* libro VII. dixit noster vers. 695. & lib. IV. vers. 393. *trepidos simulanti adducere gressus.* ita puto, non *ducere.* N. HEINSIUS. Eodem sensu & macies dicitur *adducere cutem*, id est, contrahere, apud Nason. III. Metam. vers. 596.

Attenuant vigiles corpus miserabile curae,
Adducitque cutem macies.

Simili modo saepissime peccarunt librarii. vide Gifanii observ. in Ling. Lat. voce *Abducere.* Sciopp. de arte Crit. pag. m. 44. Gron. ad Livii lib. XXXIX. cap. XLIX. ad Senecae Thyest. vers. 437. N. Heinsium ad Silii lib. XV. vers. 658. ad Claud. III. de raptu Proserp. vers. 19. ad Nason. II. Art. Amat. vers. 403. ad I. Metam. vers. 677. ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 677. apud Lucan. lib. IX. vers. 651. pro *mundoque abducere terram*, eodem errore nonnulli libri *adducere* habent. Atque ita frequenter alibi lapsi sunt librarii in commiscendis vocibus, quae cum praepositionibus *ab* & *ad* compositae sunt. vide infra ad lib. XI. vers. 14.

v. 19. *Cum capream venator agit* &c.] Simili modo Homerus Hectorem leoni comparat, qui in boum armenta incidens bovem comedit; quo viso omnes simul fugiunt. vide Iliad. O. vers. 630.

v. 23. *Et color, & sanguis, & tela*] Nota, produci hic ultimam syllabam τῦ *sanguis*, ut apud Nason. VI. Fast. vers. 488.

Educet: at sanguis ille sororis erat.

& X. Metam. vers. 459.

Et color, & sanguis, animusque reliquit euntem.

quem locum omnino Silius expressisse videtur. Vide Gifan. Ind. Lucret. in voce *sanguis*, Grotium ad Lucani lib. II. vers. 338. Bulaeum ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 234. & Brockhus. ad Tibulli lib. I. eleg. VII. vers. 72. eodem modo & ultimam in *ignis* produci notavit Doctissimus Fabric. ad Horat. lib. I. od. XV.

v. 26. *Terga mala formidine versos*] Possis & *mali formidine*, hoc est, periculi metu. supra lib. V. vers. 545. *Formido incerti casus.* N. HEINSIUS. Eo sensu *malum* fere supra est lib. III. vers. 584.

Jamque tibi tempus veniet, quo maxima rerum
Nobilior sit Roma malis.

Vide Gronov. ad Senecae I. de Ira cap. XVI. Vulgatum tamen non damno. sic *impia formido* infra vers. 417.

—— *imperdita corpora Poenis*
Impia formido ac major jactabat Erinnys.

mala igitur *formidine*, est minime laudanda, ut contra *cauta formidine* infra lib. XVI. vers. 599.

Magnosque horrebant cauta formidine casus.

v. 27. *Furere ac decorare labores*] Vide D. Heinsium supra ad lib. II. vers. 323.

v. 28. *Cadit ingens nominis expers Uni turba viro*] In talibus historiae fere omnes fabulis similiores se gerunt, ut ducibus ex turbae caesae tumulis faciant gloriam. In Anglorum historia Gulielmi Malmesburiensis, scriptoris minime inepti, lego lib. I. de Arthuro, illo decantatissimo Rege cum rotunda sua tabula, an fabula? *Hic est Arthurus, de quo Britonum nugae hodieque delirant. dignus plane, quem non fallaces somniarent fabulae, sed veraces praedicarent historiae; quippe qui labantem patriam diu sustinuerit; infractasque civium mentes ad bellum acuerit. Postremo in obsidione Badonici montis nongentos hostium solus adorsus incredibili caede profligavit.* Talia plura in non inerudito monacho sunt, qui vitam Alexandri Magni prodigiosis mendaciis farctam edidit ante aliquammulta secula. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. X.

v. 29. *Uni turba viro. Alter si detur in armis*] Hiatus ope membranarum Oxoniensium possit sarciri. In iis enim legitur inserta vox *atque alter.* sane Siliane, licet sequentia inibi sint corrupta. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *atque alter* scripti. potest tamen & hiatus ille admitti Maroniano exemplo. nec desunt apud nostrum hunc simillimi versus. amplexus tamen Barthius τὸ *atque* ex Oxoniensi libro. N. HEINSIUS. Silius, ut solet, Virgilium expressit, qui, ut Dausquejus jam monuit, pariter XI. Aeneid. vers. 285.

Si duo praeterea tales Idaea tulisset
Terra viros; ultro Inachias venisset ad urbes

Dardanus,

Paullus Dardaniis, amittant nomina Cannae.
Tandem inclinato cornu sine more ruebat
Prima acies, non parca fugae. Labienus & Ocris
Sternuntur leto atque Opiter, quos Setia colle
Vitifero, celsis Labienum Cingula saxa
Miserunt muris. junxit fera tempora leti
Sidonius non consimili discrimine miles:
Nam Labienus obit penetrante per ilia corno;
Fratres, hic humero, cecidere, hic poplite, caesis.
Oppetis & Tyrio super inguina fixe veruto
Maecenas, cui Maeonia venerabile terra,
Et sceptris olim celebratum nomen Etruscis.

Per

Dardanus, & versis lugeret Graecia fatis.

v. 30. *Amittant nomina Cannae*] Prorsus mirifice dixit *amittant nomina*, cum necdum habuerint, nec umquam habiturae fuerint altero tali viro accedente, ut ait, Romanorum fatis. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Ut nunc de Paullo, ita fere de Fabio Maximo supra lib. VII. vers. 147.

Obvia si primus nobis hic arma tulisset,
Nulla essent Trebiae & Thrasymeni nomina, nulli
Lugerent Itali; numquam Phaethontius amnis
Sanguinea pontum turbasset decolor unda.

v. 32. *Labienus & Ocris Sternuntur leto*] *Ocris* non est Latinum nomen. *Acres* Oxonius & Puteaneus cum editione Romana. Forte *Ocres*, unde *Ocresius* & *Ocresia*, quod nomen fuit matri Servii Tullii, quae aliis *Ocrisia* dicitur, sed minus bene, ut jam monuimus ad Fastos Nasonis lib. VI. vers. 627. Pro *Sternuntur leto*, maluerim *Sternuntur telo*, nam *tempora leti* mox subsequuntur. de *telo* confirmat, quod subjungitur de corno. Potest tamen & vulgatum ferri, quomodo apud Maronem IX. Aen. vers. 433. *Volvitur Euryalus leto.* N. HEINSIUS.

v. 34. *Labienum Cingula saxa Miserunt*] Cingulum jam conditum fuisse hoc tempore Silius licentia poetica finxit, cum postea demum sub Caesare à Labieno aedificatum sit. Caesar I. belli Civil. cap. XV. *Etiam Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suaque pecunia exaedificaverat, ad eum legati veniunt.* Hinc apte Labienum Cingulo oriundum facit Silius. vide Cluver. II. Ital. Antiq. cap. XI. pag. 737.

v. 37. *Penetrante per ilia cornu*] *corno* scribe, hoc est, hasta cornea; & sic Coloniensis. vide infra vers. 122. N. HEINSIUS. Ita & nonnemo apud Dausquejum olim conjecit, contra quem is receptam scripturam vindicat: fortasse non male, nisi optimus codex obstaret. Rationem tamen, quam addit, minus probo. *Cornus*, inquit, sagittae materia est, *cornu* particula: ut ita sagittis spicula ex cornibus addita fuisse opinetur. *cornu* enim, si vulgo receptam lectionem servare placet, a recto *cornus* deduci debet, quod nomen non secundae tantum, sed & quartae declinationis esse nemo nescit. vide infra ad vers. 122.

v. 38. *Fratres, hic humero, cecidere, hic poplite, caesis*] Ita legendum ex membranis. vulgo *caeso*. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Eleganter idem Coloniensis *poplite caesis.* confirmant Oxonius cum Puteaneo: & perspexit ejus scripturae vim Barthius. *caesis* ad poplitem & ad humerum simul refertur. N. HEINSIUS. Non aliter habet & Parmensis editio. Eo etiam ducunt editio Romana princeps & Mediolanensis aliique prisci libri, in quibus est *caesi*, quod Cellarius amplexus est. Scriptura vulgata Nicandrum auctorem habet, qui ita primus in Juntina editione exprimi curavit. *hic humero, hic poplite*, ut Horat. lib. III. od. II. vers. 14.

Mors & fugacem consequitur virum,
Nec parcit imbellis juventae
Poplitibus, timidove tergo.

De poplitibus caesis vide ad lib. IV. vers. 343.

v. 39. *Super inguina fixe veruto.*] Ibi enim hominibus maxime metuendum vulnus esse jam olim dixerat pater vatum Il. N. vers. 568.

Αἰδοίων τε μεσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ, ἔνθα μάλιστα
Γίνετ' ἄρης ἀλεγεινὸς ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν.

Pudenda inter & umbilicum, ubi maxime est Martis plaga gravis hominibus miseris. Iterat hanc fictionem Silius lib. IV. vers. 198.

——— *cadit inguine fosso*
Teutalus, & vasto quatitur sub pondere tellus.

lib. I. vers. 386.

——— *hastam*
Adversi torquens defigit in inguine Hiberi.

hoc lib. vers. 159.

——— *super inguina fixum*
Obtruncat, quercuque premit violentus obusta.

Ovid. V. Metam. vers. 132.

Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum:
Letifer ille locus.

v. 40. *Maecenas*] Ita recte Coloniensis, uti ad Maronem initio Georgicôn monuimus. N. HEINSIUS. Vide, quae, praeter ceteros Horatii eruditos Interpretes, notarunt Lambin. & Torrent. ad lib. I. od. I. vers. I. Dausquej. in Orthogr. hac voce, & Meibom. in vita Maecenatis cap. IV.

v. 42.

Per medios agitur, projecto lucis amore
Hannibalem lustrans, Paullus. sors una videtur
Aspera, si occumbat ductore superstite Poeno.
Quam metuens molem (neque enim, certamine sumto,
Tempestas tanta & rabies impune fuissent)
In faciem pavidi Juno conversa Metelli,
Quid vanos, inquit, Latio spes unica Consul,
Incassumque moves, fato renuente, furores?
Si superest Paullus, restant Aeneïa regna:
Sin secus, Ausoniam tecum trahis. ire tumentem
Tu contra juvenem, & caput hoc abscidere rebus
Turbatis, o Paulle, paras? nunc Hannibal ipsi
(Tam laetus bello est) ausit certare Tonanti.
Et jam conversis (vidi nam flectere) habenis
Evasit Varro, ac sese ad meliora reservat.
Sit spatium fatis: &, dum datur, eripe leto
Huc nostris majorem animam: mox bella capesses.

v. 42. *Projecto lucis amore*] Id est, abjecta, contemta, & pro nihilo habita vita, quam homines ceteroquin effłictim amare solent, desperans de vita. Sic supra lib. v. vers. 226.

——— crudusque ruente
Fortuna stimulus, spem projecisse salutis.

hoc lib. vers. 294.

——— ceu vulnere tigris
Letifero cedens tandem, projectaque corpus
Luctatur morti.

Catull. de Nupt. Pelei & Thet. vers. 81.

Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Projicere optavit.

Virgil. vi. Aen. vers. 435. *lucemque perosi Projecere animas.* ubi vide German. Caesar ii. belli Civil. cap. xxxii. *Extremam pati fortunam paratos projecit.* Senec. in Phoen. vers. 193.

Qui fata proculcavit, ac vitae bona
Projecit, atque abeidit.

Lucan. lib. iv. vers. 516.

Projeci vitam, comites, totusque futurae
Mortis agor stimulis.

Solin. in Polyh. cap. iii. *Tam immiti ferocitate, ut capti animas projiciant furore.* Eodem sensu & *abjicere* est apud Auson. in ludo sept. Sapient. in Solone vers. 26.

Pro patria pugnans iste vitam abjecerat.

ubi vide Celeberrimum Graevium; & Saxon. Gramm. v. Histor. Danicae pag. 80. *Non modo fugere aspera, sed etiam ob eorum impatientiam vitam abjicere cupias.* Simili modo Graecis παραβάλλειν ἑαυτοὺς dicuntur, qui vitam in praesentissimum mortis periculum adducunt, & παράβολα sunt quam maxime periculosa. Plin. lib. ix. Epist. xxvi. *Sunt enim maxime mirabilia, quae maxime insperata, maxime periculosa, utque Graeci magis exprimunt, παράβολα.* ubi vide viros doctos, & Hombergkii Parerga sacr. ad Epist. ad Hebr. cap. xi. vers. 19.

v. 43. *Hannibalem lustrans Paullus*] *Lustrare* est visu inquirere aliquid, imitatione Virgiliana Aeneid. ii.

——— vestigia retro
Observata sequor per noctem, & lumine lustro.

BARTHIUS lib. ii. Advers. cap. ix.

v. 43. *Sors una videtur Aspera, si occumbat* &c.] Lege, *mors una videtur Aspera.* D. HEINSIUS. Eodem sensu Mago supra dixit lib. v. vers. 372.

Parce metu, germane; meis medicamina nulla
Adversis maiora feres. jacet Appius hasta
Ad manes pulsus nostra: si vita relinquat,
Sat nobis actum est.

Voces autem *sors* & *mors* alibi etiam scriptores librarii permutarunt. vide infra ad lib. xiv. vers. 631. Pro vulgata scriptura stat Dausquejus hoc loco: nec male.

v. 46. *Impune fuisset*] *fuissent* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 47. *Pavidi Metelli*] De quo Silium infra vide vers. 418.

v. 48. *Latio spes unica Consul*] Primae editiones *ultima*, & placet. *spes unica* de Fabio habuimus initio libri vii. N. HEINSIUS. *spes ultima* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Sic infra lib. xvii. vers. 203.

——— nunc in nostra spes ultima dextra.

supra lib. viii. vers. 669. de hoc nostro Paullo,

- - - - ictu
Procumbit saxi fessis spes ultima Paullus.

v. 49. *Incassum renovas*] *Incassum removes* Oxoniis & Puteaneus. scribe *Incassumque moves*, aut cum Coloniensi, *Incassumque moves.* N. HEINSIUS.

v. 51. *Ire tumentem Tu contra juvenem*] Puteaneus

Ad quae fufpirans ductor, Mortemne fub armis
Cur pofcam, cauffa ifta parum eft, quod talia noftrae
Pertulerunt aures fuadentem monftra Metellum?
I, demens, i, carpe fugam. non hoftica tela
Excipias tergo, Superos precor. integer, oro,
Intactufque abeas, atque intres moenia Romae
Cum Varrone fimul. talin', pavidiffime, dignum
Me vita, pulchraque indignum morte putafti?
Quippe furit Poenus, qui nunc contraria bella
Ipfi ferre Jovi valeat. pro degener altae
Virtutis patrum! quando certamen inire,
Cuive virûm mallem memet componere, quam qui
Et victus dabit & victor per fecula nomen?
Talibus increpitat, mediofque aufertur in hoftes,
Ac retro curfum tendentem ad crebra fuorum
Agmina, & in denfis furantem membra maniplis
Per conferta virûm & ftipata umbonibus arma

Confequitur

neus *trementem*. Opinor, *frementem*. N. HEINSIUS. Cum tamen reliqui libri nihil mutent, receptam ego fcripturam praefero: Hannibal enim *tumebat* fucceffibus & feliciori rerum eventu : *fecundis tumere* fupra dicitur lib. VI. verf. 597.

- - - - Poenumque fecundis
Albana furgens refpexerat arce tumentem.

lib. VIII. verf. 234. de Hannibale,

Haec fatus juvenes ftimulat tumefactus ovantes.

v. 52. *Caput hoc abfcindere rebus*] *abfcidere rebus* Colonienfis. bene. N. HEINSIUS. Ita *exfcidere*, pro *exfcindere*, fupra eft lib. VII. verf. 643. vide plura ad lib. XV. verf. 473.

v. 54. *Tam laetus bello eft*] *belli* maluerim, uti monui lib. VIII. verf. 548. cauffam vide fis illic. N. HEINSIUS.

v. 54. *Aufit certare Tonanti*] Defumtum videtur ex Homero, apud quem Venus de Diomede, à quo vulnerata erat, Iliad. E. verf. 362.

——— ὅς νῦν γε καὶ ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο.

qui nunc vel contra Jovem patrem pugnaverit. quod deinde paullo poft repetit verf. 457.

v. 56. *Ac fefe ad meliora refervat*] Refpicit Silius ad id, quod refert Livius lib. XXII. cap. LXI. *Adeo magno animo civitas fuit, ut Confuli ex tanta clade, cujus ipfe cauffa maxima fuiffet, redeunti & obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus fit, & gratiae actae, quod de republica non defperaffet.*

v. 58. *Hanc noftris maiorem animam*] *Huc* Colonienfis eleganter. N. HEINSIUS.

v. 61. *Pertulerint aures*] Probe Colonienfis *Pertulerunt aures.* N. HEINSIUS. Vide fupra ad lib. v. verf. 264.

v. 62. *Non hoftica tela Excipias tergo*] Homer. [Il. Θ. verf. 95.]

Μή τίς τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Nam περὶ τῶν ἐναντίων τραυμάτων loquitur. D. HEINSIUS.

v. 63. *Integer, oro, Intactufque abeas*] Liviano more Silius τὸ *integer vulnerato* oppofuit. Sic Liv. lib. VIII. cap. XXIX. *Cutinam ingenti ardore militum, aut vulnerum ira, quod haud fere quifquam integer proelio exceſſerat, fcalis cepit. integer* vero & *intactus* eo fenfu junxit idem lib. X. cap. XXVII. *Hinc victor Martius lupus, integer & intactus, gentis nos Martiae & conditoris noftri admonuit.*

v. 67. *Quippe finit Poenus*] *furit* editio Veneta Marfi, quomodo & Interpres conjicit : Colonienfis, *Quippe funt Poenis*, hoc eft, *furit*, N. HEINSIUS. Proprie *furere* de militibus. vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXXII. Brockh. ad Propert. lib. IV. eleg. VI. verf. 56. & D. Heinfium ad Silii lib. II. verf. 324.

v. 67. *Qui nunc contraria bella Ipfi ferre Jovi valeat*] ὃς ἂν Διὶ πατρὶ μάχοιτο. Totum Homeri de Diomede eft. D. HEINSIUS.

v. 69. *Certamen inire*] *Certamina* Oxonius. Deinde, pro *Cuive viro*, Colonienfis concinne *Cuive virûm mallem memet componere?* N. HEINSIUS.

v. 73. *Curfum tendentem*] Id eft, celerantem, celeriter currentem. fupra lib. IX. verf. 216. *ex acie tende in Capitolia curfum.* Lucret. lib. v. verf. 631.

Tanto poffe minus cum fignis tendere curfum.

Nemefian. Cyneg. verf. 197.

Seu curfus revocent, jubeant feu tendere curfus.

tendere greffum dixit Silius lib. XII. verf. 268.

Jamque fugae immodicum tendit certamine greffum.

v. 74. *Furantem membra*] Id eft, occultantem, furtim, clam fe fubducentem. Infra lib. XIV. verf. 567.

Exigua fefe furatus Himilco carina.

ubi vide plura.

Consequitur melior planta, atque obtruncat Acheram.
Ut canis occultos agitat cum Belgicus apros,
Errorefque ferae sollers per devia mersa
Nare legit, tacitoque premens vestigia rostro
Lustrat inaccessos venantum indagine saltus;
Nec sistit, nisi, conceptum sectatus odorem,
Deprendit spissis arcana cubilia dumis.
At conjux Jovis, ut Paullum depellere dictis
Nequidquam fuit, & Consul non desinit irae,

In

v. 76. *Consequitur melior planta, atque obtruncat Acerram*] *melior plantae* opinor. sic *melior fati* lib. v. vers. 333. & lib. VII. vers. 620. *melior dextrae*. *Acheram* etiam Coloniensis & Veneta Marsi editio. N. HEINSIUS. Supra tamen lib. III. vers. 299. in Coloniensi codice est *Acherras*,

Asbytes nuper caesae germanus Acherras.

vulgo erat *Acheras*. *Acherres*, Aegypti rex, notus est. unde forte etiam hic melius *Acherram* legetur. Familiam autem Acherrae hoc bello infelicem finxit Silius, quippe occisos refert Hiarbam patrem lib. I. vers. 417. ejus filiam Asbyten lib. II. vers. 197. & filium Acherram hoc loco. Deinde Illustrissimus Heinsius conjicit *melior plantae*; sed nulli codices addicunt; quamvis vero nonnumquam Silius ita maluerit, non tamen continuo ubique hoc modo locutus existimari debet, praesertim cum etiam contraria exempla exstent, ut supra lib. XIV. vers. 500.

Ibat ovans melior remo, meliorque sagitta.

Statius II. Theb. vers. 329.

Bella cupit, saltusque & capta armenta reposcit,
Jam pede, jam cornu melior.

Virg. v. Aen. vers. 68.

Aut jaculo incedit melior, levibusque sagittis.

vers. 152. *quem deinde Cloanthus Consequitur, melior remis*. vers. 430.

Ille pedum melior motu, fretusque juventa.

Aen. IX. vers. 556.

At pedibus longe melior Lycus inter & hostes,
Inter & arma, fuga muros tenet.

Aen. XI. vers. 338.

Largus opum, & lingua melior; sed frigida bello
Dextera.

Horat. lib. I. epist. x. vers. 34.

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat.

ubi videndus est Eruditissimus Bentlejus.

v. 77. *Canis Belgicus*] Vlitius in Prolegom. ad Gratii Cyneg. pag. 81. & ad vers. 202. notat ἀνοηόλογον esse, quod Silius canem Belgicum in apros immiserit: quamquam sagacem dici aliquatenus tolerabile judicet. In Coloniensi libro, pro *Belgicus*, est *bellicus*: sed male.

v. 78. *Per devia mersa Nare legit*] Scribo, *tersa Nare legit*. D. HEINSIUS. *mersa Nare* est nare depressa. Male Interpres haec accipit: nec quidquam mutandum. Statius v. Theb. vers. 502.

Ille graves oculos languentiaque ora comantis
Mergit humo.

Senec. Thyest. vers. 497.

——— *& longo sagax*
Loro tenetur Umber, ac presso vias
Scrutatur ore.

in Hippol. vers. 39.

Nunc demissi nare sagaci
Captent auras, lustraque presso
Quaerant rostro.

Lucan. lib. IV. vers. 442.

——— *nec creditur ulli*
Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit, & praeda nescit latrare reperta.

N. HEINSIUS. Probo doctorum sententiam, qui & vulgatam scripturam vindicant, & *mersam narem* non acri uventi atque ex aprorum spiritu conflato innatantem cum Dausquejo exponunt, sed inclinatam, demissam, depressam, ut praeter Illustrissimum Heinsium hunc locum etiam interpretatus est Maximus Gronovius in Diatr. Stat. cap. XXXVIII. Sic Colum. III. de re Rust. cap. XVIII. *Reliqui duo vel tres fructuarii oculi penitus in terram depprimantur, mersique non materias, sed radices, creant.* ubi quod prius *deprimere*, deinde *mergere* dicit. Quinctil. Declam. XIX. pag. 309. *Mersis tantum dejectisque luminibus omnes ictus excepit in faciem.* Solin. in Polyh. cap. XLV. *Quo quis acrior fuerit, speique majoris, eo profundius nares mersitat in bibendo. demisso rostro* eodem sensu dixit Auctor Halieut. vers. 101.

Et nunc demisso quaerunt vestigia rostro.

Is canis *odorisequus* dicitur Livio in Inone,

Dirige odorisequos ad caeca cubilia canes.

tenera nare venantem molossum vocat Claudian. II. de Laud. Stilic. vers. 215. ubi vide Barthium, *sagacem* Ovidius in Remed. Amor. vers. 201. & Nonius voce *Sagae*, *nare sagacem* Silius lib. III. vers. 296. Ennius x. Annal. ubi vide Columm. Nemes. in Cyneg. vers. 237. & Claudian. III. de Laud. Stilic. vers. 299.

v. 79. *Tacitoque premens vestigia rostro Lustrat*] τεχνικῶς dixit *premens*, nam, qui vestigiis iisdem non insistunt, canes ἔκκυνοι dicebantur, quod vitium pessimum est. Unde ἐκκυνεῖν τὸ ἰχνεύειν & extravagari, καὶ τὸ πλανᾶν. Hesychius, Ἐκκονεῖ, ἰχνεύει. scribe Ἐκκυνεῖ.

In faciem Mauri rursus mutata Geleſtae,
Avocat ignarum ſaevo a certamine Poenum.
Huc tela, huc, inquit, dextram implorantibus affer,
O decus aeternum Karthaginis. horrida juxta
Stagnantes Conſul molitur proelia ripas:
Et laus haud alio major datur hoſte peremto.
Haec ait; & juvenem diverſa ad proelia raptat.
Flumineo Libycam turbabat in aggere pubem:
Criſtae nomen erat. bis terni juncta ferebant
Arma ſenem circa nati: pauperque penatum,

Sed

Ἐχνευσι. Xenophon libro de venatione. τελευτῶσαι γίνονται ἴχνευσι πονηρὸν μάθημα. ubi aliquando, πάθημα legendum, notare me memini. D. HEINSIUS.

v. 82. *Spiſſis arcana cubilia dumis*] Graeci eodem modo κοιταῖα, ſed proprie τὰς ὀρεινὰς εὐνάς dicunt. D. HEINSIUS.

v. 84. *Conſul non deſinit ire*] In his peccat large Interpres: ſed, quo aequior illi ſis, a libris corruptis ipſe quoque corruptus. *Conſul non deſinit ire*, in Hannibalem ſcilicet, inquit; vera cum ſit lectio *Conſul non deſinit irae*, quod valet, in ira perſiſtit. Saepe iſto modo & libenter admodum loquitur Silius. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. *irae* Modius; bene. Diſſimulavit Interpres, cui id acceptum eſſet referendum, appoſite Horatii loco producto,

Deſine irarum calidaeque rixae.

Nos plura ejuſdem notae congeſſimus ſub finem libri ſecundi Artis Amatoriae Naſonis, ubi liquido demonſtravimus, id verbum cum quarto & ſecundo caſu conjungi. vide notas lib. XI. verſ. 350. N. HEINSIUS. Recte viri docti *irae* more Graecorum, qui ita λήγειν aliaque finem indicantia verba cum ſecundo caſu conſtruere ſolent. vide Lambin. ad Horat. lib. II. od. IX. verſ. 17. Eodem modo *deſiſtere* apud Maron. X. Aen. verſ. 441. *tempus deſiſtere pugnae.* quae vera ejus loci ſcriptura eſt, quamvis Romanus codex, teſte Pierio, *pugna* auferendi caſu habeat. Vide etiam Voſſium de arte Gramm. lib. VII. cap. XXXIII.

v. 85. *Mutata Gelaſtae*] *Geleſtae* ex ſcriptis & Romana ac Parmenſi editionibus. N. HEINSIUS. Haud aliter etiam Romana princeps, Mediolanenſis, omneſque ante Juntinam editiones, in qua primus Nicander *Gelaſtae* mutavit; cujus ſomnia reliquis editoribus placuerunt.

v. 86. *Advocat ignavum ſaeva ad certamina Poenum*] Silius emendandus, reponendo pro vulgatis illis ſordibus meris hunc verſum ex membranis depromtum,

Avocat ignarum ſaevo à certamine Poenum.

Eſt autem imitatio Virgiliana, apud quem Juno Turnum, induta ſimulacrum Aeneae, fugienti ſimilis, & ſenſim cedenti è proelio ſubducit. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. Nobis haec lectio non diſplicet, etſi alia ſit in V. C.

Advocat ignavum ſaeva ad certamina Poenum.

ignavum enim vulgus exercendae ſaevitiae exercebat caedibus Hannibal, cum Paullus contra optimum quemque trucidaret. Eſt ex Aeneide, ubi contra Turno ſuadetur, palantes Troas occidat, ſinat Aenean agere ad urbem, quae valeat, lib. XII. Aeneid.

—— *hac, Turne, ſequamur*
Trojugenas, qua prima viam victoria pandit;
Sunt alii, qui tecta manu defendere poſſint. &c.

Qua de cauſſa nihil mutandum arbitramur. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. IX. Vere omnino Modius ex fide Colonienſis libri,

Avocat ignarum ſaevo à certamine Poenum.

Cui ſcripturae obniti Barthius non debuit. N. HEINSIUS. Ipſam id Silii manum eſſe arbitramur, quod Modius & Heinſius ex membranis Colonienſibus vindicarunt, cui ſcripturae praeter Barthium fruſtra etiam obnititur Dauſquejus. Juno, in faciem Metelli converſa, poſtquam fruſtra Paullum dolis ſuis tentari videret, eumque nullis artibus in fugam converti poſſe, ut ita ejus cum Hannibale pugna impediretur, alia molitur: in faciem enim Geleſtae mutata Hannibali mentitur, Paullum juxta Aufidum ingentem ſtragem edere, cum tamen is in longe diverſa parte pugnaret; atque ita ignarum Poenum, qui falſi Geleſtae dictis fidem habebat, a ſaevo vicini Paulli certamine avocat. Qui haec alio ſenſu capienda putarunt, Silii mentem non perceperunt. *avocare* & *advocare* librarii ſollemni errore commutarunt. Alia exempla vide apud Modium in Novant. Lection. Epiſt. XXX. Barth. ad Calpurn. Ecl. IV. verſ. 50. Gronov. ad Livii lib. I. cap. VI. Eodem modo & pleraque verba, quae cum praepoſitionibus *ab* & *ad* compoſita ſunt, turbata fuiſſe ſaepe monui. vide infra ad lib. XI. verſ. 14. Inſuper etiam voces *ignarus* & *ignavus*, ob literarum *r* & *v* in ſcriptura Longobardica ſimilitudinem, ſaepe miſcere ſoliti fuerunt. vide N. Heinſium ad Silii lib. XIV. verſ. 539. & ad Valer. Flacc. lib. VII. verſ. 224.

v. 93. *Chriſtae*] *Criſtae* Colonienſis, etiam infra: & recte. neque aliter editiones primae. N. HEINSIUS.

Sed domus haud obscura Tuder, notusque per Umbros
Bellator populos, factis & caede docebat
Natorum armigeram pugnas tractare cohortem.
Unanima inde phalanx, crudo ducente magistro,
Postquam hominum satiata nece est, prostraverat ictu
Innumero cum turre feram, facibusque secutis
Ardentem monstri spectabat laeta ruinam:
Cum subitus galeae fulgor, conoque coruscae
Majore intremuere jubae: nec tarda senectus.
(Agnovit nam luce virum) rapit agmine natos
Saeva parens ultro in certamina, & addere passim
Tela jubet, nec manantes ex ore feroci,
Aut quae flagrarent galea, exhorrescere flammas.
Armiger haud aliter magni Jovis, anxia nido

v. 95. *Sed domus haud obscura Tuder*] *domus* hic est patria, ut jam Dausquejus monuit. sic supra lib. I. vers. 572.

Antiquaque domo meliora arcessite fata.

lib. II. vers. 75.

——— *spreti Ciconesque, Getaeque,*

Et Rhesi domus, & lunatis Bistones armis.

Virgil. VIII. Aen. vers. 114.

Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma?

ubi vide Cerdam.

v. 99. *Postquam hominum satiata necem prostraverat*] *necem* & Veneta Marsi editio. Forte *nece est*, vel *necis*. pessime Interpres *nece*. Apud Nasonem Metam. VII. vers. 808. *sed cum satiata ferinae Dextera caedis erat*. N. HEINSIUS. Dausquejus, qui *nece* hic legi posse existimat, etiam *nece est* conjecerat, quod & Illustrissimo Heinsio in mentem venit, qui & *necis* emendari posse arbitratur. utraque locutio Siliana est. *satiata nece est*, ut lib. VII. vers. 534.

——— *multoque cruore*

Exsatiate, viri, plenos rubiginis enses.

lib. XVI. vers. 540.

——— *multoque cruore*

Exsatiata simul portantes corda sub umbras.

etiam Ovid. III. Metam. vers. 140.

——— *vosque canes satiatae sanguine herili.*

satiata necis ut supra lib. IV. vers. 437.

Titanum bello satiatam sanguinis hastam.

& lib. XVI. vers. 603. *satiatus & aevi Et decoris*.

v. 100. *Facibusque secuta*] *secutis* bene Puteaneus & Veneta editio Marsi; quo & Oxoniensis alludit ac Coloniensis, in quibus *secutus*. N. HEINSIUS.

v. 104. *Agnovit hac luce virum, rapit agmina natos Saeva parens.*] Puteaneus (*Agnovit nam luce virum*,) neque aliter Gryphii editio. in iisdem codicibus *rapit agmine*, etiam in Oxonio & editione Romana. Si *agmina natos* ineris, per appositionem erit dictum. & sic Agrippinas. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus etiam *agmine* conjecerat, vel *agnita*, nempe certamina. Si quid mutandum, prius magis placet, quod & à Romana principe ac Mediolanensi editione confirmatur.

v. 108. *Armiger haud aliter magni Jovis*] Elegans haec est comparatio, cui similes alias habent Barthius ad Claudiani Praefat. in III. Consul. Honor. vers. 1. & Gonsal. ad Petron. Satyr. cap. CXX.

v. 112. *Jamque suis daret ut pugnae documenta vocatis*] Pro *vocatis*, in Puteaneo *vocantes*, in Coloniensi *vacantis*. scribendum, *pugnae documenta vacantis*: quod & Statio reddendum silvarum v. Protreptico ad Crispinum,

——— *hunc ipse vocantibus armis*

Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.

ubi *vacantibus armis* male circumfertur; praecesserat jam illic,

Quid si militiae & castrorum dulce vocaret Auspicium.

Idem Statius Theb. VII. *Sed jam bella vocant.* in Catal. Pith. pag. 32. *Castra alios operosa vocant.* N. HEINSIUS. Noster infra lib. XV. vers. 312. *ad patrios bello revocante Penates.* Et sic olim Illustrissimus Heinsius infra legendum censuit lib. XII. vers. 289.

——— *vidi, cum bella vocarent,*

Non secus atque Italo fugere a ductore paventes.

Melius tamen postea vulgatum *cum ad bella vocarem* defendit. lib. XIV. vers. 31.

——— *cum bella cierent,*

Portus aequoreis sueta insignire tropaeis.

ita & hic reposuit Heinsius, cum antea esset *cierem*. Virgil. II. Aen. vers. 337.

In flammas & in arma feror, quo tristis Erinnys,

Quo fremitus vocat & sublatus ad aethera clamor.

idem XII. Aen. vers. 124.

Haud secus instructi ferro, quam si aspera Martis Pugna vocet.

Lucan. lib. III. vers. 336.

Cum dignos nutrit gestanda ad fulmina fetus,
Obversam spectans ora ad Phaëthontia prolem,
Explorat dubios Phoebêa lampade natos.
Jamque suis daret ut pugnae documenta vocantis,
[Stridentem gelidis vibravit viribus hastam,]
Quae medias raptim velox praetervolat auras.
Haesit multiplici non alte cuspis in auro,
Ac senium invalido dependens prodidit ictu.
Cui Poenus: Quinam ad cassos furor impulit ictus
Exsanguem senio dextram? vix prima momordit
Tegmina Callaïci cornus tremebunda metalli.
En, reddo tua tela tibi: memorabilis ista
A nobis melius discet bellare juventus.
Sic propria miseri transfigit pectora corno.

At

Vel cum tanta vocent discrimina Martis Hiberi.
Jos. Iscan. IV. de bello Troj. vers. 260.
Tolle moras, te bella vocant, pete Cecropis urbem.
Eodem modo *fata*, *praeda*, *ira vocare* dicuntur, ut infra vers. 523.
——— *cum fata vocabunt,*
Tale precor nobis, salva Karthagine, letum.
lib. XII. vers. 430.
Flectebat rabiem, quo praeda vel ira vocasset.
lib. XIII. vers. 808. *ne cunctantem lux alma vocaret.* & vers. 857.
Lux vocat, & nulli Divûm mutabile fatum.
Nec absimile illud Maronis Ecl. I. vers. 39.
——— *ipsae te, Tityre, pinus,*
Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.
vacantis, pro *vocantis*, quod habet codex Coloniensis, manifestus est error librariorum, qui alibi ita etiam peccarunt. vide Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XXIII. vers. 37. Nec conjectu difficile est, unde *vocatis* in libris vulgatis venerit. Fortasse enim per compendium olim scriptum fuerat *vocãtis*; postea vero exolescens aliquantum suprascripta virgula minus attenti librarii oculos effugit, vel a festinante perperam omissa est.

v. 113. *Stridentem gelidis* &c.] Scripti omnes & editio Romana cum Parmensi tollunt hunc versum, & pro his,
Quae medias raptim velox praetervolat auras,
reponunt *Et medias hasta velox.* Locus perplexus & mutilus, ut opinor. N. HEINSIUS. Abest etiam hic versus ab omnibus aliis priscis editionibus, relicto insuper in Mediolanensi vacuo spatio. Eaedem deinde mox *Et medias hasta velox.* omnino aliquid deest. Quae nunc vulgo exstat lectio, non à Silii, sed Nicandri manu profecta est, qui ita primus Florentiae apud Juntam edidit.

v. 116. *Atque senem invalido dependens prodidit ictu*] Bene Coloniensis *Ac senium.* N. HEINSIUS. Ut hic *senium prodidit*, ita *senectam prodebant* lib. V. vers. 569.
——— *vani frigentem in Marte senectam*
Prodebant ictus.

v. 117. *Cui Poenus: Quisnam ad cassos*] Lege ex scriptis *Quinam*, pro *Quisnam*: & sic editio Parmensis. Deinde Agrippinas *Exsanguem senio dextram*, non *Exsanguem dextram senio.* N. HEINSIUS. *Quinam furor* omnes priscae editiones usque ad Juntinam, in qua primus Nicander *quisnam* edi jussit, quod reliquae postea nimium patienter tulerunt. Ita & alibi saepe peccatum est. vide supra ad lib. IX. vers. 651.

v. 120. *Memorabilis ista*] Τὸ *ista* non placet, & videntur duae priores literae ex ultimis praecedentis proxime vocis perperam repetitae. Forsan *memorabilis ausi*: possis & *hastae.* lib. IX. vers. 366.
Et dignus fieri compos memorabilis ausi.
Apud Statium Thebaid. IV. de lupo,
——— *magnique fugit sibi conscius ausi.*
apud Valer. Flacc. lib. IV. de Polluce,
Territus ipse etiam, atque ingentis conscius ausi.
N. HEINSIUS.

v. 122. *Propria miseri transfigit pectora cornu*] Immo *corno.* superiora evincunt,
——— *vix prima momordit*
Tegmina Callaici cornus tremebunda metalli.
Confirmat conjecturam liber Coloniensis. N. HEINSIUS. *propria corno* malebat Heinsius. *cornus* nempe arbor est *bellis accommoda*, ut ait Claudian. in II. de raptu Proserp. vers. 107. inde enim fiebant hastae, sagittae, venabula, & alia belli instrumenta. Ovid. Epist. IV. Heroid. vers. 83.
Sive tenes lato venabula cornea ferro.
Virgil. V. Aeneid. vers. 557.
Cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro.
Hinc *cornus* pro hasta passim, ut supra lib. IV. vers. 142. hoc lib. vers. 37. 119. lib. XIII. vers. 204. & alibi. Nisi tamen Heinsii conjecturam liber Coloniensis probaret, ego pro vulgata lectione starem. *cornus* enim pro arbore & secundae & quartae est

declinationis.

At contra (horrendum) bis terna ſpicula dextra
Torta volant, paribuſque ruunt conatibus haſtae.
Haud ſecus ac Libycam feta tellure leaenam
Venator premit obſeſſo cum Maurus in antro,
Invadunt rabidi jam dudum, & inania tentant
Nondum ſat firmo catuli certamina dente.
Conſumit clipeo tela, &, collectus in arma,
Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas
Sidonius ductor: nec jam per vulnera credit,
Aut per tot caedes actum ſatis: iraque anhelat,
Ni leto det cuncta virûm, jungatque parenti,
Corpora, & excidat miſeros cum ſtirpe penates.
Tunc Abarim affatur; namque una hic armiger ira
Flammabat Martem, atque omnes comes ibat in actus:

Suppedita

declinationis. ſupra lib. IV. verſ. 552.

Hinc pila, hinc Libycae certant ſubtexere cornus
Denſa nube polum.

Ovid. Epiſt. X. Heroid. verſ. 107.

Non poterant figi praecordia ferrea cornu.

Statius VII. Theb. verſ. 647.

——— *cornu deprenſus Achiva*
Demiſit moriens clipeum hoſtilemque ſuumque.

ubi plura habet Barthius. Sed nunc apud me optimarum membranarum auctoritas praevalet.

v. 125. *Haud ſecus ac Libyca feta tellure leaena, Invadunt rapidi jam dudum*] Reſtituendus hic mihi Silio verſus, qui, neſcio quorum ſcelere, ab omnibus editionibus abeſt & deeſt, correctis aliis hoc modo:

Haud ſecus ac Libycam feta tellure leaenam
Venator premit obſeſſo cum Maurus in antro;
Invadunt rabidi jam dudum &c.

Comparat filios Criſtae, pro patre ſene contra Hannibalem depugnantes, catulis leaenae pro matre cum venatoribus congreſſis. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. Quod corrigit & verſum addit Modius, & emendationem ejus & inſertionem approbant Oxonienſes membranae. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. IX. *Libycam feta tellure leaenam* ex Colonienſi Modius: neque aliter Puteaneus & Oxonius, niſi quod in iis, ut & editione Romana, *faeva*, vel *ſeaeva tellure*. ſed ſcribendum haud dubie, *Libyca fetam tellure leaenam*. Deinde ex ſcriptis adde verſum, quod & Modius jam monuit,

Venator premit obſeſſo cum Maurus in antro.

N. HEINSIUS. Illuſtriſſimus Scaliger ad marginem Silii conjecerat *Libyca fetae tellure leaenae*, quod non probo. In Romana autem principe & Mediolanenſi editione eſt *Libycam ſaeva tellure leaenam*.

v. 127. *Invadunt rapidi catuli*] *rabidi* cum Modio Colonienſis & Oxonius. N. HEINSIUS. Recte *rabidi*: canes enim, dum leones invadunt, non tam rapiditas, quam rabies & innata audacia juvat. Sic *rabidae canes* ſaepe: apud Maron. VII. Aeneid. verſ. 493.

Hunc procul errantem rabidae venantis Iuli
Commovere canes.

Ovid. II. Art. Am. verſ. 374.

Fulmineo rabidos cum rotat ore canes.

vulgo ibi pariter peccatur: vide, quae ibi notavit Heinſius. Senec. in Oedip. verſ. 931.

——— *vel feras in me tuis*
Emitte ſilvis, mitte vel rabidas canes.

lib. I. de ira cap. I. *Rabidarum canum triſtis aſpectus eſt.* Statius I. Thebaid. verſ. 589.

Dira canum rabies morſu depaſta cruento.

Idem ex pluribus MSS. etiam Lucano reſtituendum lib. VI. verſ. 65.

- - - *veluti mediae qui tutus in arvis*
Sicaniae rabidum neſcit latrare Pelorum.

Male vulgo eſt *rapidum*: reſpicit enim ad Scyllam, quae prope promontorium Pelori fuiſſe fingitur, ac canibus cincta dicitur, quae canes *rabidae* poetis vocantur. vide N. Heinſium ad Sabini Epiſt. I. verſ. 35. In perperam confundendo voces *rapidus* & *rabidus* ſaepe peccarunt librarii. vide ſupra ad lib. V. verſ. 451.

v. 130. *Suſtinet ingentes crepitantibus ictibus haſtas.*] *urguentes haſtas* maluerim. N. HEINSIUS. Turbaſſe ita interdum librarios, ſupra vidimus notis ad lib. VI. verſ. 265. Hic tamen nihil muto. Ita enim Virgil. II. Aen. verſ. 50.

- - - *validis ingentem viribus haſtam*
Contorſit.

Petron. in Satyr. CXXIII.

- - - *ſed magnam niſus in haſtam*
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arva.

pro *crepitantibus ictibus*, ſollemni ſcribarum errore in Puteaneo codice eſt *trepidantibus*. vide infra ad lib. XIV. verſ. 311.

v. 135. *Namque una hic armiger ira Flammabat Martem*] τὸ *ira* videtur mendoſum. Potes tamen interpretari *una ira*, pari ira, & prorſus eadem, qua dominus. Forte, *huic armiger acrem Flammabat Martem.* N. HEINSIUS.

v. 136.

Suppedita mihi tela. vadis liventis Averni
Demitti globus ille cupit, qui nostra lacessat
Tegmina, jam stultae fructus pietatis habebit.
Haec fatus jaculo Lucam, qui maximus aevi,
Transadigit: pressa juvenis cum cuspide labens
Arma super fratrum resupino concidit ore.
Mortiferum inde manu properantem vellere ferrum
Pilo Volsonem (namque hoc de strage jacentum
Fors dabat) affixa sternit per tegmina nare.
Tum Vesulum, calido lapsantem in sanguine fratrum,
Ense metit rapido; plenamque (heu barbara virtus!)
Abscisi galeam capitis, ceu missile telum,
Conversis in terga jacit. Telesinus, ad ossa
Illiso saxo, qua spina interstruit artus,

Occumbit;

v. 136. *Omnes comes ibat in actus*] *actus*, ut supra lib. III. vers. 78.

Si quis forte Deûm tantos inciderit actus.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 162.

——— *decus ille, & laeta suerum*
Gloria, nec vestros comes aspernandus in actus.

v. 138. *Qui nostra lacessit tegmina*] *lacessat* scripti & priscae editiones. mox malo *fructum*. N. HEINSIUS.

v. 140. *Jaculo Lucam*] Nomen hoc est etiam apud Maronem obvium x. Aen. vers. 561.

Protinus Antaeum & Lucam prima agmina Turni.

Nam in his etiam minimis Silius Virgilium imitari amat. *Lucam* ibi Pierius in optimis libris invenit, cum olim *Lycam* circumferretur. N. Heinsius tamen in accuratissima sua editione habet *Lucan.* Sed *Lucam* defendit etiam hic locus.

v. 141. *Transadigit*] Codex Puteaneus *Transegit*, ut lib. v. vers. 473.

Transegit juvenem, ac perfossis incita membris &c.

lib. XIII. vers. 229.

Jamque Veliternum media transegerat alvo.

Malim tamen *Transadigit* ob reliquorum codicum consensum. Sic & Virgil. XII. Aen. vers. 275.

Egregium forma juvenem & fulgentibus armis
Transadigit costas.

& vers. 507.

——— *crudum*
Transadigit costas & cratem pectoris ensem.

& Statius v. Theb. vers. 125.

Quatuor hos una decut & solatia patris
Transadigam ferro.

v. 144. *Namque hoc de strage jacentum*] Ut infra vers. 194.

E strage est ferrum, atque evulsa cadavere tela.

apud Virgil. x. Aen. vers. 342.

Tum Numitor jaculo fratris de corpore rapto
Aenean petiit.

Quin &, deficientibus telis, suo è corpore tracta jacula in hostes mittebant. supra habes lib. II. vers. 322.

Ipse ego Romanas perfosso corpore turmas
Tela intorquentes correpta e vulnere vidi.

ubi vide Dausquej. apud Nason. v. Metam. vers. 95.

Jamque remissurus tractum de corpore telum.

v. 145. *Sors dabat*] Ita pessime & contra fidem omnium librorum editio Interpretis: ceteri *Fors dabat*. N. HEINSIUS. Saepe ita & ab operis & a scribis librariis peccatum est. vide infra ad librum XV. vers. 105.

v. 147. *Ense metit rapido*] *Ense rapit rapido* Puteaneus codex non audio. *metere* & *demetere* poëtis in hac re frequentissima. Silius lib. IV. vers. 213.

Demetit aversi Vogesus tum colla.

vers. 464. *metit agmina tectus Coelesti clipeo.* lib. XIII. vers. 218.

——— *oblatum metit insatiabilis agmen.*

lib. XIV. vers. 135.

Ite, gregem metite imbellem, & succidite ferro.

Virgil. x. Aen. vers. 513. *Proxima quaeque metit gladio.* ubi vide Cerdam, Horat. lib. II. epist. II. vers. 178.

——— *metit Orcus*
Grandia cum parvis, non exorabilis auro.

Ovid. v. Metam. vers. 104.

Demetit ense caput, quod protinus incidit arae.

Valer. Flacc. lib. III. vers. 157.

Hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense
Prothin.

Stat. IX. Theb. vers. 223.

——— *inopinaque ferro*
Colla metens linquit truncos post terga cadentes.

Claudian. II. in Eutrop. vers. 143. *quid stringere falcem, Qua populos a stirpe metas.* Omnes autem poëtae hujus locutionis colorem duxisse videntur ex Homero, qui in Iliade Λ. vers. 67. milites mutuo se interficientes messoribus comparat.

v. 147. *Plenamque Abscisi galeam capitis* &c.] Pariter Statius VIII. Theb. vers. 696.

——— *truncis sua membra remittit*
Interdum,

Occumbit; fratrisque videt labentia membra
Quercentis, quem funda procul per inane voluta
Sopierat, dum supremam Telesinus in auras
Exhalat lucem, & dubitantia lumina condit.
At fessus maerore simul, cursuque, metuque,
Et tamen haud irae vacuus, non certa per aequor
Interdum insistens Perusinus membra ferebat;
Hunc sude, quam raptam Libyci per terga jacentis
Armiger obtulerat monstri, super inguina fixum
Obtruncat, quercuque premit violentus obusta.
Tentarat precibus saevum lenire furorem,
Sed Stygius primos implevit fervor hiatus,
Et pulmone tenus demisit anhelitus ignem.
Tandem cum toto cecidit grege, nomen in Umbro
Clarum, Crista, diu populo. ceu fulmine celsa
Aesculus, aut, proavis ab origine cognita, quercus
Cum fumat percussa Jovi, sacrosque per aevum
Aethereo ramos populantur sulfure flammae:

Donec

Interdum, galeasque rotat per nubila plenas.

Aut Silium, aut Statium imitatus est Iscan. v. belli Troj. vers. 252.

- - - violentus in auras
Contorquet plenum galea caput.

v. 151. *Fratrisque videt labentia membra Quaerentis*] Nihil est illud *Quaerentis*, faciendumque ex eo *Quercentis*, quod Virgilio quoque nomen est. MODIUS Novant. Lection. Epist. 1.

v. 154. *Et dubitantia lumina condit*] Sic infra hoc libro vers. 498. *dubia cervix*. N. HEINSIUS.

v. 158. *Quam Libyci raptam*] *quam raptam Libyci* est in scriptis. N. HEINSIUS.

v. 163. *Depressit anhelitus ignem*] *demisit* Coloniensis & Puteaneus, *demisit* Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 166. *Proavis ab origine cognita quercus*] Forte praestiterit *consita*. videantur, quae infra notamus vers. 532. Saepe id vocabulum in *cognita* & *condita* degeneravit. Ausonius de ostreis ad Paullum in epistolis:

Quae viridis muscus, quae decolor alga recondit,
Quae testis concreta suis, ceu saxa, cohaerent:
Quae mutata loco, pingui mox consita limo,
Nutrit secretus conclusae uliginis humor.

Ita locus iste ex optimis membranis Vossianis constituendus. & sane Scaliger jam viderat, pro *condita*, rectius legi posse *consita*. in *dedecori alga* frustra se exercuit optimus Vinetus. Vossianus codex a manu prima *decor alga*, unde nos *decolor*. Paullo ante *algoso litori concolora ostrea* dixerat. N. HEINSIUS. *Serere arborem* dici, & frequenter *consitus* in *cognitus* & *conditus* degenerare equidem novi: hic tamen omnino nihil mutandum censeo: quid enim foret *quercus ab origine consita*, aut quis sic locutus est? At *quercus ab origine sua*, id est, cum primum conscereretur, *cognita proavis*, est quercus antiquissima, quae proavorum aetate consita fuerat, & quam veterem nepotes videbant. Hinc *sacros per aevum ramos* dicit, id est, propter diuturnam aetatem. *τὸ ab origine* impedit, quo minus Heinsii conjectura placere possit.

v. 170. *Collabens operit spatioso stipite prolem*] *Spatiosus* est magnus, ingens, ut Dausquejus docuit. Sic Ovid. III. Met. vers. 20.

- - - tollens spatiosam cornibus altis
Ad coelum frontem.

vers. 56.

Victoremque supra spatiosi corporis hostem.

Lucan. lib. III. vers. 505.

Consequitur nigri spatiosa volumina fumi.

Sidon. Apollin. carm. v. vers. 21.

Hinc fulcit rutilus spatioso circite laevum
Umbo latus.

Sic *spatium* infra lib. XIII. vers. 562.

Tum jacet in spatium sine corpore pigra vorago.

Ovid. XI. Metam. vers. 176.

Sed trahit in spatium villisque albentibus implet.

Senec. in Hippol. vers. 806.

Et vasti spatio vincere corporis.

ubi videndus est Gronovius. Claudian. III. de Laud. Stil. vers. 290.

- - - & spatio summas aequantia fagos.

Jos. Iscan. IV. belli Troj. vers. 60.

Troilus in spatium surgentes explicat artus.

Vide Salmasii Exercit. Plinian. pag. 714.

v. 173. *Ultus jam mortem*] *noctem* Oxonius, & placet. Sic lib. II. vers. 572. ex scriptis *nocte obita*, pro *morte*. Mox distingue, *ceu victor bella gerebat Inter mille viros*. N. HEINSIUS. Sic Ovid. I. Metam. vers. 716.

— Centumque

Donec victa Deo late procumbit, & omnem
Collabens operit spatioso stipite prolem.
Atque ea dum juxta Tyrius stagna Aufida ductor
Molitur, Paullus, numerosa caede futuram
Ultus jam mortem, ceu victor bella gerebat
Inter mille viros. jacet ingens Phorcys ab antris
Herculeae Calpes, caelatus Gorgone parmam,
Unde genus tristique Deae manabat origo.
Hinc objectantem sese atque antiqua tumentem
Nomina saxificae monstrosa e stirpe Medusae,
Dum laevum petit incumbens violentius inguen,
Detrahit, excelsi correptum vertice coni,
Afflictumque premens, tergo qua balteus imo
Sinuatur, coxaque sedet munimen utraque,
Conjecto fodit ense super: vomit ille calentem
Sanguinis effundens per hiantia viscera rivum,
Et subit Aetolos Atlanticus accola campos.
Has inter strages rapido terrore coorti

—— *centumque oculos nox occupat una.*
Seneca in Phoen. vers. 247. *protinus quosdam editos Nox occupavit.* *aeterna nox* est apud Nason. Epist. x. Heroid. vers. 112.

At semel aeterna nocte premenda fui.

longa nox apud Silium lib. VIII. vers. 141.

Di longae noctis, quorum jam numina nobis
Mors instans majora facit.

Vide Cerdam ad Maron. x. Aen. vers. 745. & Broekhus. ad Propertii lib. II. eleg. x. vers. 17. Voces autem *mors* & *nox* librariorum errore frequentissime commutantur. Vide infra ad lib. XIII. vers. 129. Fortasse tamen hoc loco nihil mutandum: multum enim apud me valet ceterorum codicum, sed praecipue Coloniensis, auctoritas.

v. 174. *Jacet ingens Phorcus*] *Porcis* in Coloniensi, hoc est, *Phorcys:* quamquam & *Phorcus* dicebatur is Deus marinus. *Phorcys* etiam apud Lucanum veterrimi codices lib. IX. vers. 608. N. HEINSIUS. *Phorcys* quoque supra hujus Dei marini nomen scribitur, etiam in Coloniensi codice, lib. III. vers. 402. ut monuit Heinsius.

v. 175. *Caelatus Gorgone parmam*] Unde Aristophanes parmam, sive clipeum, γοργόνωτοι ἀσπίδος κύκλοι dixit, quod id commune omnium in clipeo insigne, ut in Homerico Agamemnone & aliis apparet. φέρε δεῦρο γοργόνωτον ἀσπίδος κύκλον. ad quod fortasse non infestive allusisse videri Libanius potest, cum inquit, ὥσπερ τινὰ γοργὼ τῇ ἐμῇ ἐξάρτῃς ἀσπίδα. D. HEINSIUS.

v. 176. *Unde genus tristisque Deae manabat origo*] An ex Gorgone in clipeo tristis Deae origo manabat? Mirum praeterire talia tot eruditissimos homines potuisse, quae, si examinantur, bonum sensum habent nullum. Nam quod genus Deae ad Calpen referas, quid agent media inserta illa verba, *caelatus Gorgone parmam?* quantula correctio, *tristisque Deâ manabat origo?* BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. *tristique Deae* rectius Coloniensis, & *è stirpe* paullo post meliores libri. Barthius *tristisque Dea.* sed *tristique Deae* praestat. Origo Gorgoni a Calpe Herculea, ubi olim regnarat una cum sororibus. N. HEINSIUS.

v. 182. *Coxaque sedet munimen utraque*] *utrique* Coloniensis. *coxae utrique* opinor. N. HEINSIUS.

v. 183. *Conjecto fodit ense: supervomit*] Malim *Conjecto fodit ense super: vomit.* & sic Coloniensis idem. N. HEINSIUS. In Oxonio est *Conjecto fodit ense super vomet*, quod Coloniensis libri scripturam aperte probat.

v. 185. *Et subit Aetolos Atlanticus accola campos*] Hoc est, Aetolo Marte cadit, vel in campis Aetolis, jam inde ab Atlante monte oriundus. Nihil in hoc difficultatis. sic infra vers. 268.

—— *toti tum primum ante ora fuere*
Sorbentes Latium campi.

quomodo in libris Regum silva homines vorasse dicitur. Sic jungit remota loca ad rei majorem speciem faciendam lib. VIII. v. 70.

Sidonis in Latia trepidabat naufraga terra.

lib. I. vers. 287.

Inachiumque virum terris prostravit Hiberis.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Pessime Interpres *subit* mutavit in *luit.* *subire terram* pro mori frequentatum poëtis passim. N. HEINSIUS.

v. 186. *Rapido terrore coorti*] *cohorti* editio Parmensis. lege, *rapido terrore coorto.* sic *coortae lacrimae* apud Senec. in Hipp. vers. 887. apud nostrum lib. VI. vers. 415. & lib. VII. vers. 547. N. HEINSIUS. Vulgatum etiam Celeberrimo Burmanno displicet,

Invadunt terga, atque averso turbine miscent
Bella inopina viri, Tyrius quos fallere doctos
Hanc ipsam pugnae rector formarat ad artem:
Succinctique dolis, fugerent ceu Punica castra,
Dediderant dextras. tum totis mentibus actam
In caedes aciem pone atque in terga ruentes
Praecipitant. non hasta viros, non deficit ensis.
E strage est ferrum, atque evulsa cadavere tela.
Raptum Galba procul (neque enim virtutis amorem
Adversa exemisse valent) ut vidit ab hoste
Auferri signum, connisus corpore toto
Victorem assequitur, letalique occupat ictu.
Ac dum comprensam caeso de corpore praedam
Avellit, tardeque manus moribunda remittit,
Transfixus gladio propere accurrentis Amorgi
Occidit, immoriens magnis non prosperus ausis.
Haec inter, veluti nondum satiasset Enyo
Iras saeva truces, sublatum pulvere campum
Vulturnus rotat, & candentes torquet harenas.
Jamque reluctantes stridens immane procella
Per longum tulit ad campi suprema, cavisque

Afflictos

qui *rapido terrore coacti* legendum censet, id est, densati, in unum coeuntes: nam hae voces etiam confusae sunt in MStis apud Nason. xi. Metam. vers. 512. ubi de iis latius aget.

v. 187. *Averso turbine miscent*] *everso turbine* Colonius. N. HEINSIUS. Nihil muto. Intelligit enim Silius Numidas, qui fraude Punica se ad Romanos transfugere simularant: à quibus in ultimam aciem deducti, *dum omnium animos oculosque occupaverat certamen, aversam adorti sunt Romanam aciem*, teste Livio lib. xxii. cap. xlviii. Solum Valerium Max. lib. vii. cap. v. hos equites fecisse, non alios historicos, notat Dausquejus: sed perperam. Nam ita etiam Livius lib. xxii. cap. xlviii. *Specie transfugarum cum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent; repente ex equis desiliunt.* & Frontin. lib. ii. Stratag. cap. v. §. 27. *Sexcentos equites Numidas jussit transfugere.* ubi *sexcentos* memorat, qui Valer. Max. *quadringenti* sunt, plerisque aliis *quingenti.* Pro *Numidis* Appian. in Hannib. pag. 325. & 326. *Celtiberos* memorat; num vero equites, an pedites fuerint, silet. Universi autem strategematis hujus nec Polybius nec Plutarchus meminerunt.

v. 193. *Non hasta viro, non deficit ensis*] *viros* utique scribendum. *viros deficit* modus loquendi optimo aevo usitatus, de quo ad Nason. multis i. Amor. eleg. viii. vers. 93. & Metam. ii. vers. 382. N. HEINSIUS. Recte *viros*, nempe Numidas illos transfugas. Ita *deficere* cum quarto casu est apud Livium lib. xxii. cap. lix. *Nec superfumus pugnae, nisi in quibus trucidandis & ferrum & vires hostem defecerunt.* Eodem modo supra emendandum censuit illustrissimus Heinsius lib. viii. vers. 661. *jam stragis acervos Deficiunt campi.* ubi plura vide.

v. 194. *E strage est ferrum*] Secundum Appian. Alex. in Hannib. pag. 527. hi Numidae, in extrema Romanorum acie constituti, proximum quemque sicis & brevioribus gladiis, quos sinu occultaverant, interemerunt, eorumque armis, gladiis nempe scutis ac pilis, potiti ingentem stragem ediderunt. At Livio teste lib. xxii. cap. xlviii. scuta, quae passim inter acervos cadaverum jacebant, sumserunt.

v. 194. *Atque avulsa cadavera tela*] Corrigatur *evulsa cadavere tela*, pro *avulsa cadavera tela*, lectione vitii manifesta. MODIUS Novant. Lection. Epist. xiii. Coloniensis & Modius *evulsa cadavere tela.* bene. N. HEINSIUS.

v. 197. *Connixus corpore toto*] Scripti *connisus.* N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. ii. vers. 123.

v. 201. *Propere occurrentis Amorgi*] Scribatur, *propere accurrentis Amorgi*, non, quomodo vulgo obtinet hactenus, *occurrentis.* MODIUS Novant. Lection. Epist. xiii. *accurrentis* cum Coloniensi bene Modius. Interpres hic antiquum obtinet interpellando. N. HEINSIUS. Ita jam olim hoc loco scribendum monuit vir Illustrissimus ad Nason. iii. Fastor. vers. 757. Idem verbum infra etiam Silio restituit lib. xv. vers. 607.

Et properi signum accursus sonipesque virique
Substricti corpus.

ubi

Afflictos ripis tumidum demersit in amnem.
Hic tibi finis erat, metas hic Aufidus aevi
Servabat tacito, non felix Curio, leto.
Namque, furens animi dum consternata moratur
Agmina, & oppositu membrorum sistere certat,
In praeceps magna propulsus mole ruentum
Turbatis hauritur aquis, fundoque volutus
Hadriaca jacuit sine nomine mortis harena.
Ingens ferre mala, & Fortunae subdere colla
Nescius, adversa fronte incurrebat in arma
Vincentum Consul; pereundi Martius ardor,
Atque animos jam sola dabat fiducia mortis:
Cum Viriathus agens telis, regnator Hiberae
Magnanimus terrae, juxta atque ante ora furentis
Obtruncat Paulli fessum certaminis hostem.
Heu dolor, heu lacrimae! Servilius optima belli,
Post Paullum belli pars optima, corruit ictu
Barbarico, magnamque cadens leto addidit uno
Invidiam Cannis. tristem non pertulit iram
Consul, & insani quamquam contraria venti

Exarmat

ubi male vulgo erat *propere signum ad cursus.* Simili errore lib. XIV. vers. 405. pro

Dumque ad opem accurrit, ceu capta, navita, puppe,

in Puteaneo codice erat *occurrit.*

v. 202. *Immoriens magnis non prosper in ausis*] Reponatur membranarum scriptura, *immoriens magnis non prosperus ausis.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII. Modius ex Coloniensi *prosperus ausis.* confirmat Puteaneus: etsi modo loquendi parum obvio. Cicero VI. de republ. *Deinde est hominum generi prosperus & salutaris ille fulgor, qui dicitur Jovis.* In Catal. Pithoei in carmine de die natali Aimeni pag. 176.

Concelebrate diem votis felicibus almum,
Prosperus ut semper redeat.

Sic vetus codex Petavianus a me consultus, etiam Vossianus alter, non *Prosper ut is semper. prosperus in Asiam transitus* Valer. Maximus lib. III. cap. VII. vide Gifan. in Indice Lucret. in voce *super.* N. HEINSIUS. Glossae Labb. Αἴσιος, *Prosper seu prosperus, secundus. prosperus* etiam dici monuit Priscian. VI. Grammat. pag. m. 177. *immori ausis*, non *in ausis*, ut lib. XIV. vers. 403.

——— *nec deinde regenda*
Puppe manus valuit, flectenti immortua clavo.

Valer. Flacc. lib. VI. vers. 569. *Nestoris hastae Immoritur primaevus Helyx.*

v. 205. *Candentes torquet harenas*] Malim *canentes.* N. HEINSIUS. Voces illae saepe in libris scriptis turbantur. vide supra ad lib. I. vers. 424. Sed nihil hic muto, praesertim quod omnes libri hanc lectionem servent. Et ita *candens harena* supra est lib. IX. vers. 502.

Vertice harenoso candentes (flebile dictu)
Torquet in ora globos Italûm

v. 206. *Reluctantes stridens immane procella Per longum tulit*] *reluctantes procellas* Coloniensis. sed male. N. HEINSIUS. Idem tamen Heinsius Coloniensium membranarum scripturam olim probavit notis ad Claudiani II. in Eutrop. vers. 171. ut & Cellarius, qui in contextum recepit. Melius autem vir Illustrissimus hic vulgatum praefert: non enim Vulturnus reluctantes procellas, sed procella, ex vehementiori Vulturni flatu constans, reluctantes & invitos milites ad ultimam partem campi tulit, & ripis afflictos in amnem demersit.

v. 209. *Hic tibi finis erat*] *erit* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 213. *Mole ruentum Turbatis hauritur aquis*] Similis casus est apud Tacitum II. Annal. cap. XVII. *Plerosque, tranare Visurgim conantes, injecta tela, aut vis fluminis, postremo moles ruentium, & incidentes ripae, operuere.*

v. 219. *Atque animos jam sola dabat fiducia mortis*] Statius VII. Theb. vers. 699. *vires fiducia leti Suggerit.* Silius lib. I. vers. 559.

——— *clausos acuunt extrema pericli,*
Et fractis rebus violentior ultima virtus.

v. 220. *Cum Viriatus agens*] *Viriathus* in Coloniensi. N. HEINSIUS. *Viriatus* sine aspiratione supra erat in Puteaneo codice lib. III. vers. 354. neque aliter est in nonnullis lapidibus supposititiis apud Gruter. pag. IX. n. 4. & pag. XII. n. II. Melius tamen

men

Exarmat vis, atque obtendit pulvere lucem,
Squalentem rumpens ingestae torvus harenae
Ingreditur nimbum, ac ritu jam moris Hiberi
Carmina pulsata fundentem barbara caetra
Invadit, laevaeque fodit vitalia mammae.
Hic fuit extremus caedum labor. addere bello
Haud ultra licuit dextram, nec tanta relictum est
Uti, Roma, tibi posthac ad proelia Paullo.
Saxum ingens, vasto libratum pondere, caeca
Venit in ora manu, &, perfractae cassidis aera
Ossibus infodiens, complevit sanguine vultus.
Inde pedem referens, labentia membra propinquo

Imposuit

men aspirationem agnoscit codex Coloniensis: atque ita ex antiquis monumentis & melioribus libris scribendum esse contendit Fabric. ad Cicer. II. de Offic. cap. XI. Schott. ad Aurel. Victor. de viris Illustr. cap. LXXI. & Dausq. parte II. Orthogr. hac voce. ita etiam est in antiquo marmore apud Gruter. pag. DCCCLXXI. n. 2. quod tamen Scaliger in notis spurium esse existimavit. Graeci quoque per ϑ scribunt Οὐίριαϑος, ut in excerptis Dionis, quae edidit Vales. pag. 614. per τϑ vero Οὐίριατϑος in excerptis Diodori Siculi ab eodem editus pag. 346. ad quod exemplum nonnulli libri editi supra lib. III. vers. 354. *Viriatthus* habent. Sed praestat codicis Agrippinatis scripturam sequi.

v. 228. *Atque obtendit pulvere lucem*] *obtundit* censeo esse scribendum. sic *obtundere aciem oculorum*, & similia: vel *obtexit*. *obtendere vacuas pharetras* habes lib. III. vers. 613. ubi vide annotata. an forte etiam scribendum *offundit*? N. HEINSIUS. Mihi nihil mutandum videtur. Sic Virgil. I. Georg. vers. 248.

—— obtenta densantur nocte tenebrae.

Statius II. Theb. vers. 248.

Thure Deos, fractisque obtendunt limina silvis.

Senec. in Oedipo vers. 625.

Paedore foedo squalidam obtentus comam.

ubi vide Gronovium. Si quid tamen mutandum, legerem cum Heinsio *obtexit*, ut Statius etiam locutus est II. Theb. vers. 527.

Coeperat humenti Phoebum subtexere palla
Nox.

v. 230. *Ritu jam moris Hiberi Carmina pulsata fundentem* &c.] Discimus Hispanorum morem ex hoc Silii loco, hoste peremto in media etiam acie pulsare caetram, & Paeanem canere, de quo alibi. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. IX. Viriathus, interfecto Servilio, in ipso proelio ἐπινίκιον quoddam seu Paeana canebat, pulsans caetram, ut Diis suis ob victoriam gratias ageret, qualiter etiam Vogesus Gallus supra inducitur lib. IV. vers. 213.

Demetit aversi Vogesus cum colla, jubaque
Suspensam portans galeam atque inclusa peremti
Ora viri, patrio Divos clamore salutat.

Quare minus recte doctissimus Lipsius ad Tacit. de morib. German. cap. II. hunc locum laudavit, ut probet, Hispanos proeliis praecinuisse: quamvis hoc facere solitos fuisse aliunde constare potest. Neque cum Cellario ad hoc factum Viriathi referam, quod de Callaicis, quorum is dux fuit, supra narrat Silius lib. III. vers. 346.

—— misit Callaecia pubem,
Barbara nunc patriis ululantem carmina linguis,
Nunc, pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere caetras.
Haec requies ludusque viris, ea sacra voluptas.

Innuit enim Silius Callaicos tempore pacis, cum dies festos agunt, Diisque sacra faciunt, hoc ludi genere sese oblectare, ut saltantes & caetras plaudentes carmina canant. Vide quae ad eum locum notavimus. Solent autem Barbari illis carminibus, cum sacra faciunt, virorum fortium laudes celebrare, ut Germani apud Tacit. II. Annal. cap. LXXXVIII. *Caniturque adhuc barbaras apud gentes.* de Arminio sermo est. Galli apud Lucan. lib. I. vers. 447.

Vos quoque, qui fortes animas belloque peremtas
Laudibus in longum, vates, dimittitis aevum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Ammian. Marcell. lib. XV. cap. IX. *Et Bardi quidem fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus cum dulcibus lyrae modulis cantitarunt.* Idem etiam facere consueverunt proelium inituri. Tacit. de Morib. Germ. cap. II. *Fuisse apud illos & Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in proelium canunt.* Valer. Flacc. lib. VI. vers. 92.

Proelia nec rauco curant incendere cornu;
Indigenas sed rite duces & prisca suorum
Facta canunt, veterumque viris hortamina laudes.

Liv. lib. XXI. cap. XXVIII. *Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela.* Vide Gebhard. II. Antiq. Lection. cap. V.

v. 234. *Nec tanta relictum Uti, Roma, tibi posthac ad proelia Paullo*] *relictum est* Coloniensis. Forte etiam *cauta proelia*. lib. XIV. vers. 188.

Invigilat cautis frontem imperterritus armis.

lib. XV. vers. 186.

Ductores

Impoſuit ſcopulo, atque, undanti vulnere anhelans,
Sedit terribilis clipeum ſuper ore cruento:
Immanis ceu, depulſis levioribus haſtis,
Accepit leo cum tandem per pectora ferrum,
Stat teli patiens media tremebundus harena,
Ac, manante jubis rictuque & naribus unda
Sanguinis, interdum languentia murmura torquens,
Effundit patulo ſpumantem ex ore cruorem.
Tum vero incumbunt Libyes ſuper. ipſe citato
Ductor equo, qua flatus agit, qua pervius enſis,
Qua ſonipes, qua belligero fera belua dente.
Obrutus hic telis ferri per corpora Piſo.

Rectorem

Ductores Libyae cauta virtute domandi.
cauta mente lib. I. verſ. 186. N. HEINSIUS. Saepe voces *cautus* & *tantus* indocta librariorum natio commutavit. vide exempla ad lib. VII. verſ. 91. lib. VIII. verſ. 41. lib. X. verſ. 388. lib. XV. verſ. 186. & 323. etiam N. Heinſium ad Claudian. IV. Conſul. Honor. verſ. 77. Sed nihil muto. *tanta ad proelia* eſt magna, ingentia ad proelia. ſupra lib. VI. verſ. 261.

—— *mea tanto in corpore monſtri*
Haſta ſecunda fuit.

Valer. Flacc. lib. VII. verſ. 131.

Quid me autem ſic ille moves, ſuperesne labores,
An cadas, & tanto turbetur Graecia luctu?

ubi plura exempla collegit ipſe Heinſius. Appulej. V. Metam. in princ. *Tanta mentis perturbatione ſedata dulce conquievit.* & ita ſaepe alibi.

v. 236. *Caeca Venit in ora manu*] *Caecus* ſignificat obſcurum, ἀφανὴς. Juvencus, nam & hos auctores juvat adlubere, lib. II.

Illi inter ſeſe tractantes murmure caeco.

Eadem ſignificatione venit & *ſurdus.* vide ad lib. VIII. verſ. 248. BARTHIUS lib. XXXIII. Adverſ. cap. IV. Vide ad lib. VI. verſ. 7.

v. 240. *Undanti pulvere anhelans*] Referunt membranae *undanti vulnere:* & recte referunt. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. I. *undanti vulnere* Modius ex Colonienſi: neque aliter reliqui ſcripti. Per Interpretem tamen non licet hic Silio ſua verba redonare. N. HEINSIUS. Statius II. Theb. verſ. 124.

—— *undanti perfundit vulnere ſomnum.*

undans vulnus eſt, quod magnam ſanguinis copiam emittit. Hinc *exundat ſanguis,* & *undare,* vel *inundare ſanguine* ubique obvium. Silius lib. V. verſ. 256.

—— *fervidus atro*
Pulmone exundat per hiantia viſcera ſanguis.

lib. VI. verſ. 51. *ſanguine abundat hiatus.* Statius I. Theb. verſ. 449. *undantes ſanguine vultus Aſpicis.* Hinc *unda ſanguinis* etiam mox verſ. 245.

—— *manante jubis rictuque & naribus unda*
Sanguinis.

ubi plura vide. Adi etiam N. Heinſium ad Claudian. III. de rapt. Proſerp. verſ. 127. Pari modo autem, ut hic, erratum etiam eſt apud Lucan. lib. IX. verſ. 739.

Inſolitaſque videt parvo cum vulnere mortes.

ubi quidam codices perperam *parvo cum pulvere* habent.

v. 244. *Stat teli patiens media tremebundus harena*] *teli impatiens* & *fremebundus* ſcribendum, licet in contrarium eant veteres membranae. lib. VIII. in initio, *Impatienſque morae fremit.* lib. XI. verſ. 98.

Impatiens ultra gemitu cohibere furorem.

N. HEINSIUS. Ita *Vulneris impatiens* apud Maron. XI. Aeneid. verſ. 639. vide ſupra ad lib. VI. verſ. 252. Deinde recte etiam Illuſtriſſimus Heinſius *fremebundus*, quae propria de iratis leonibus vox eſt. Varro VI. de ling. Lat. pag. 81. *Multa ab animalium vocibus tranſlata in homines. Ennii a leone. Pauſam fecere fremendi.* Silius lib. VII. verſ. 425.

Aut fremuit torvo mutatus membra leone.

lib. XI. verſ. 245.

—— *victorque immane ſub ira*
Infremuit leo.

Virgil. XII. Aeneid. verſ. 6.

Tum demum movet arma leo, gaudetque comantes
Excutiens cervice toros, fixumque latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Facili autem librariorum errore τὰ *tremere* & *fremere* in libris ſcriptis permiſcentur. vide infra ad lib. XVII. verſ. 263.

v. 245. *Manante unda Sanguinis*] *unda Sanguinis*, eſt multum ſanguinis, ubertim in modum undae effluentis. Sic, teſte Pierio, nonnulli codices habent apud Maron. X. Aen. verſ. 700.

—— *reddit ſpecus atri ſanguinis undam.*

vulgo eſt *atri vulneris.* Valer. Flacc. lib. VI. verſ. 573.

—— *ingentem ſubiti cum ſanguinis undam*
Vidit.

Eo ſenſu *undae Bojorum* ſunt numeroſae Bojorum turmae. vide ſupra ad lib. IV. verſ. 159. *undans vulnus*, unde plurimus ſanguis effluit. vide paullo ante ad verſ. 240.

v. 248. *Tum vero incubuit Libyes ſuper.*] *incum-*

 bunt.

Rectorem ut vidit Libyae, connisus in hastam
Ilia cornipedis subrecta cuspide transit,
Collapsoque super nequidquam incumbere coeptat.
Cum Poenus, propere collecto corpore, quamquam
Cernuus inflexo sonipes effuderat armo;
Umbraene Ausoniae rediviva in bella retractant
Post obitum dextras? nec in ipsa morte quiescunt?
Sic ait, atque aegrum coeptanti attollere corpus
Arduus insurgens totum permiscuit ensem.
Ecce, Cydonêa violatus harundine plantam,
Lentulus effusis campum linquebat habenis;
Cum videt in scopulo rorantem saxa cruore,
Torvoque obtutu labentem in Tartara Paullum.
Mens abiit: puduitque fugae. tum visa cremari
Roma viro, tunc ad portas jam stare cruentus
Hannibal; & totum tunc primum ante ora fuere
Sorbentes Latium campi. quid deinde relictum,

Crastina

bunt Libyes super Coloniensis & Puteaneus. bene omnino, si distinctione locus adjuvetur. N. HEINSIUS.

v. 252. *Connixus in hastam*] *Connisus* ex scriptis, ut alibi passim. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. II. vers. 123.

v. 253. *Ilia cornipedis subrecta cuspide transit*] *subjecta cuspide* editiones primae & codex Puteaneus. N. HEINSIUS. *subiecta cuspide* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. sed nihil muto. *subrigere*, notante Nonio Marcello, est sursum erigere. Liv. lib. VII. cap. X. *Romanus, mucrone subrecto, uno alteroque ictu ventrem atque inguina hausit.* Virgil. IV. Aen. vers. 183.

Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit aures.

Senec. Epist. LXXXVI. *Vidi turres quoque in propugnaculum villae undique subrectas.* in praefat. I. Natur. Quaest. *Quoties videbis exercitum subrectis ire vexillis.* in V. de Benefic. cap. XV. *Persusi cruore cognato urbem subrectis intrate vexillis.* in Herc. Fur. vers. 392.

Quin ipse torvum subrigens crista caput
Illyrica Cadmus regna permensus fuga.

in Phoeniss. vers. 398.

Infesta fulgent signa, subrectis adest
Frons prima telis.

Statius II. Theb. vers. 27.

——— *omnes capitum subrexit hiatus.*

Silius lib. VII. vers. 650.

——— *secans subrecta cuspide vulnus.*

ubi pari lectionis diversitate primae editiones habent *subiecta cuspide*. Liv. lib. VIII. cap. VIII. *Hastas subrecta cuspide in terra fixas tenentes.* ubi vide Gronov. Curtius lib. IX. cap. V. *Linquentem revocavit animum, & nudum hostis latus subrecto mucrone hausit.* Ita recte Acidal. restituit: vulgo etiam est *subjecto mucrone.* Eodem modo turbant librarii apud Senec. in Herc. Fur. vers. 790.

Missumque captat aure subrecta sonum.

Ita Lipsius, sed praecipue Gronovius, pro *aure subjecta*, revocarunt. Simili errore *derectus* in *dejectus* nonnumquam mutatum. vide supra ad lib. IX. vers. 583.

v. 255. *Cui Poenus propere collecto corpore*] *Cum Poenus* in Coloniensi codice & editione Parmensi. N. HEINSIUS. *Cum Poenus* etiam codex Oxonius cum editionibus Mediolanensi, Romana principe & Marsi Venetis.

v. 256. *Cernuus inflexo sonipes effuderat armo*] Pro *effuderat armo*, Parmensis *effunditur*. N. HEINSIUS. Silius videtur hoc ex Marone suo hausisse, qui pariter lib. X. Aen. vers. 893.

——— *effusumque equitem super ipse secutus*
Implicat, ejectoque incumbit cernuus armo.

Ubi Servius, *Cernuus dicitur equus, qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens, quam cernimus.* ubi fortasse legendum, *qua cernimus.* Pro *effuderat*, Romana princeps *effudatur*; quod cum aperte vitiosum sit, manus docta in *effunditur*, vel *effuderat* mutavit.

v. 257. *Rediviva in bella retractat*] *rediva* Puteaneus. scribendum *recidiva:* de qua voce copiose egimus ad Phoenicen Claudian. apud nostrum lib. I. vers. 106. pari modo scribendum, *Gens recidiva Phrygum.* ubi plura. N. HEINSIUS.

v. 261. *Cydonêa violatus harundine plantam*] Forte *libatus*. N. HEINSIUS. De voce *libare* pro leviter perstringere vide supra ad lib. IX. vers. 523. Hic tamen nihil muto. Saepenumero enim *violare* pro vulnerare ponitur. Silius lib. V. vers. 601.

——— *feroque emtum volet impia Roma*
Non violasse meo corpus mucrone Sychaei.

lib. XVI. vers. 111.

Et parco summum violasset vulnere corpus.

ubi

Craſtina cur Tyrios lux non deducat ad Urbem,
Deſeris in tantis puppim ſi, Paulle, procellis?
Teſtor Coelicolas, inquit, ni damna gubernas
Crudelis belli, vivisque in turbine tanto
Invitus; plus, Paulle, (dolor verba aſpera dictat)
Plus Varrone noces. cape, quaeſo, hunc, unice rerum
Feſſarum, cape cornipedem. languentia membra
Ipſe levabo humeris, & dorſo tuta locabo.
Haec inter, lacero manantem ex ore cruorem
Ejectans, Conſul, Macte o virtute paterna!
Nec vero ſpes anguſtae, cum talia reſtent
Pectora Romuleo regno. calcaribus aufer,
Qua vulnus permittit, equum: atque hinc ocius Urbis
Claudantur portae. ruet haec ad moenia peſtis.
Dic, oro, rerum Fabio tradantur habenae.
Noſtris pugnavit monitis furor. amplius acta
Quid ſupereſt vita, niſi caecae oſtendere plebi
Paullum ſcire mori? feror an conſumtus in Urbem
Vulneribus?

ubi Illuſtriſſimus Heinſius pariter *libaſſet* conjicit. vide, quae eo loco notavi. Valer. Max. lib. v. cap. vi. ex. ext. 1. *Factum eſt, ut ediceretur, ne quis Codri corpus violaret.* Ita eſt in MS. bibliothecae Trajectinae: vulgo legitur *vulneraret*, quod verae lectionis, quam nobis optimus codex praeſtat, gloſſema puto. Sic *inviolabilis*, qui vulnerari nequit, Silius lib. III. verſ. 127.

——*ſerva caput inviolabile Teucris.*

lib. XVI. verſ. 16.

—— *velut inviolabile telis*
Servabant ſacrumque caput.

Eodem modo etiam *laedere* pro vulnerare eſt apud Naſon. III. Metam. verſ. 87.

—— *quia ſe retrahebat ab ictu,*
Laeſaque colla dabat retro.

vide infra ad lib. XV. verſ. 765.

v. 263. *Rorantem ſaxa cruore*] Notandum eſt, *rorare* activa poteſtate uſurpari noſtro vati. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. IX. Vide N. Heinſium ad Claudian. I. in Rufin. verſ. 383. Male in membranis Agrippinatibus eſt *cruorem.*

v. 267. *Et teti tum primum* &c.] Maluerim,

—— *totum tunc primum ante ora fuere*
Sorbentes Latium campi.

Atque ita Oxonius. poſſis etiam,

—— *Aetoli tunc primum ante ora fuere*
Sorbentes Latium campi.

uti monuimus jam lib. IX. verſ. 495. Nam durus eſt concurſus trium vocum ſimiliter deſinentium *totum tumprimum.* niſi ſcripſit Silius,

—— *totum tunc primi ante ora fuere*
Sorbentes Latium campi.

Mox Colonienſis *quid deinde relictum?* omiſſo verbo ſubſtantivo. idem mox, *ſi Paulle procellis*, non *ſic.* N. HEINSIUS.

v. 271. *Ni damna gubernas*] Forte *ſuperſtas.* N. HEINSIUS. Inſolens & audax eſt haec locutio, non tamen, ut puto, mutanda. *gubernas damna* explico, damnoſum hoc bellum gubernas. Sane praecedens *puppis* videtur *τὸ gubernas* requirere.

v. 274. *Cape, quaeſo, hunc, unice rerum Feſſarum, cape cornipedem*] Vulgata ſcriptura *unice rerum Feſſarum* Celeberrimo Burmanno diſplicet, qui legendum conjicit, *cape, ſpes, hunc, unica rerum;* vel *cape, dux, quaeſo, unice rerum Feſſarum, hunc cape cornipedem.*

v. 275. *Cape cornipedem*] Haec de Cn. Lentulo Tribuno militum narrat etiam Livius lib. XXII. cap. XLIX. quem vide.

v. 279. *Cum talia reſtent*] *reſtant* Puteaneus & editio Romana ac Parmenſis. N. HEINSIUS. Pariter etiam Romana princeps ac Mediol. editio.

v. 282. *Claudantur portae*] *urbis poſtes*, non *portae*, Puteaneus. N. HEINSIUS. *τὸ poſtes* inepti librarii gloſſema videtur.

v. 283. *Dic, oro, rerum Fabio*] *& rerum Fabio* ſcribatur. praecedentia mala diſtinctione laborant.

—— *atque hinc ocius urbis*
Claudantur portae, (ruet haec ad moenia peſtis)
Dic, oro; & rerum Fabio tradantur habenae.

Dic ergo, non *oro*, Puteaneus, quod etiam Romana editio agnoſcit. N. HEINSIUS. Idem agnoſcit editio Romana princeps ac Mediolanenſis.

v. 284. *Amplius acta Quid ſupereſt vita*] *actae Quid ſupereſt vitae* opinor, vel *acta Quid ſuper è vita.* N. HEINSIUS.

v. 286. *Ferar an conſumtus eidem Vulneribus?*] Videtur elegantior vetus lectio, *ferar an conſumtus in Urbem Vulneribus.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt.

Vulneribus? quantine emtum velit Hannibal, ut nos
Vertentes terga aspiciat? nec talia Paullo
Pectora, nec manes tam parva intramus imago.
Ille ego. sed vano quid enim te demoror aeger,
Lentule, conquestu? perge, atque hinc cuspide fessum
Eripe quadrupedem propere. tum Lentulus Urbem,
Magna ferens mandata, petit: nec Paullus inultum,
Quod superest de luce, finit. ceu vulnere tigris
Letifero cedens tandem, projectaque corpus
Luctatur morti, & languentem pandit hiatum
In vanos morsus, nec sufficientibus irae

Ictibus

pist. XIII. Manuscriptae membranae *ferar an consumtus in Urbem Vulneribus*: cui scripturae ego non assentior. Num, ait, referam me ad plebem, ut illi dicar ex vulneribus mortuus esse, nec voluisse animam cladi communi praesentem impendere, sed ex ignavia vitam jam actam fovere sanandis vulneribus? Consentiunt cum Oxoniensibus membranae etiam Modianae: sed nobis rei ipsius est major respectus, consideratio attentior. BARTHIUS lib. II. Adverf. cap. XIII. *eidem* plebi Interpres. Possis & *eodem*, in urbem. Modius ex Coloniensi *in Urbem*, quod Oxonius, Puteaneus, & Veneta Marsi editio confirmat, obnitente licet Barthio. Praeterea *feror* in Coloniensi; in Parmensi *furor*. N. HEINSIUS. *in Urbem* praestare quidem videtur, non tamen Marsi Veneta editio, ut N. Heinsius scribit, eam lectionem confirmat; utramque enim in vulgatam scripturam conspirare vidi.

v. 287. *Quantive emtum velit Hannibal*] Videtur elegantior vetus lectio *quantine emtum*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII. Puto *quanti heu emtum velit Hannibal*, pro *quantive emtum*. Modius ex Coloniensi *quantine emtum*. N. HEINSIUS. Dausquejus legebat *Vulnere quantivis emtum velit Hannibal*.

v. 289. *Nec manes tam parva intramus imago*] Magnum Paullum, magnum Silium. nam profecto spirant haec verba non minus poetam Romanum, quam ducem. Mira nugatur Servius ad locum, unde hic fortasse dimanavit, [IV. Aen. vers. 654.]

Et nunc magna mei sub terras ibit imago.

Infra Silius noster [lib. XIII. vers. 444.]

——— *dum castae procedat imago Sibyllae.*

Est igitur *imago* umbra, facies & species Silio, cui haec quatuor idem sunt: id quod Homero εἴδωλον, Matthaeo Euangelistae & Euripidi φάντασμα.

Ὀυ σ', ὦ γεραιὰ, κατθανὼν Ἀχιλλέως
Φάντασμ', Ἀχαιοὺς ἀλλὰ τήνδ' ᾐτήσατο.

in Hecuba [vers. 389.] quod Cajus Mattius apud Homerum *specis simulacrum* transtulit.

An maneat specis simulacrum in morte silentum.

D. HEINSIUS. Supra lib. VIII. vers. 146.

Nunc ad vos magni descendet corporis umbra.

lib. XI. vers. 348.

Et Paulli stare ingentem miraberis umbram.

Senec. in Troad. vers. 181.

Emicuit ingens umbra Thessalici ducis.

Lucan. lib. IX. vers. 2.

Nec cinis exiguus tantam compescuit umbram.

simulacrum etiam vocatur. vide infra ad lib. XIII. vers. 650.

v. 290. *Ille ego*] Saepissime haec duo vocabula jungunt poetae. Virgil. in princ. Aeneid.

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena.

Vide Illustrissimum Heinsium ad Nason. V. Trist. eleg. VII. vers. 55. Abruptum hoc loquendi genus supra illustravi lib. IX. vers. 55.

v. 290. *Sed vario quid enim te demoror aeger, Lentule, conquestu.*] Videtur elegantior vetus lectio *vano conquestu*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII. *sed vano conquestu* ex Coloniensi Modius probe. N. HEINSIUS. Elegans haec seipsum increpandi formula est. vide Illustrissimum Heinsium ad Nason. Epist. XV. Heroid. vers. 207. *varios questus* habes apud Valer. Flacc. lib. VII. vers. 6.

Vertere nunc varios per longa insomnia questus.

Longe tamen melius est *vano conquestu*, quod viri docti ex optimo libro vindicarunt. Saepissime indocti librarii voces *vanus* & *varius* alteram pro altera posuerunt. vide supra ad lib. IV. vers. 487. lib. X. vers. 373. & Nic. Heinsium ad Claudian. II. in Eutrop. vers. 334. Apud Lucan. etiam lib. IV. vers. 704. codex unus Rottendorfii, quem N. Heinsius consuluit, habet

— *vanam semper dant otia mentem*,

cum vulgo sit recte *variam mentem*. Male etiam apud Sueton. in Domit. c. I. in codice MS. Henr. Copesii, quem post magnum Graevium contuli, inveni *inter sacrificulos variae superstitionis*; nam optime *vanae superstitionis* excusum est.

v. 292. *Eripe quadrupedem*] *Erige quadripedem* Coloniensis. an *Exige? exigere sceptra* lib. X. vers. 482. *solium indignata Superbi Ut sceptra exegit.* N. HEINSIUS. Simili errore *Erigit ille trabes*, pro *Exigit*, est in Putean. codice supra lib. I. vers. 642. Deinde Colon. codex & hic & alibi *quadripedem*, non *quadrupedem*; ut in optimis membranis frequenter legi testis est Pierius ad Maron. Ecl. V. vers. 26. & ad

XI.

Ictibus, extrema lambit venabula lingua.
Jamque coruscanti telum, propiusque ferenti
Gressum exsultantem, & securo caedis Iërtae
Non exspectatum surgens defixerat ensem,
Sidoniumque ducem circumspectabat, in illa
Exoptans animam certantem ponere dextra.
Sed vicere virum coëuntibus undique telis
Et Nomas, & Garamas, & Celtae, & Maurus, & Astur.
Hic finis Paullo. jacet altum pectus & ingens
Dextera, quem (soli si bella agitanda darentur)
Aequares forsan Fabio. mors additur Urbi

Pulchra

xI. Aen. vers. 714.

v. 295. *Projectaque corpus*] Vide supra ad vers. 42.

v. 297. *Nec sufficientibus irae Ictibus*] Ita & vetusti codices. nihilominus scribendum *Rictibus*. ne dubita. lib. IV. vers. 336. de tigride, *ora reducto Paullatim nudat rictu*. N. HEINSIUS. *Rictus* est, quod paullo ante *hiatum* vocavit, *languentem pandit hiatum In vanos morsus*. sic *rictus* de leone supra lib. II. vers. 156.

Exuviae capiti impositae tegimenque leonis
Terribilem attollunt excelso vertice rictum.

hoc libro vers. 245.

——— *manante jubis rictuque & naribus unda*
Sanguinis.

Vide Salmas. Exercit. Plin. pag. 72. & Barth. I. Advers. cap. IX. Error autem hic eo fonte ortus est, quod librarii initiales versuum literas omittere soliti fuerint, postea minio scribendas. vide Broekhus. ad Propertii lib. II. eleg. VIII. vers. 32. Bentlej. ad Horat. lib. II. od. XVIII. vers. 30. lib. III. od. III. vers. 67. & od. IX. vers. 10.

v. 300. *Securo caedis Ilerthae*] *Iërtae* Coloniensis, quod sequor. Oxonius & Puteaneus *Inerte*. *Ilerdae* Veneta Marsi editio. N. HEINSIUS. Priscae editiones *Inerte*. utraque Marsi Veneta editio *Inerti*. Cellarius *Ilerdae* scribendum conjecit, ut ab Ilerda, Hispaniae urbe, nomen habuerit. Sed praeferenda est libri Agrippinatis scriptura *Iertae*. Vulgata lectio ex Nicandri Juntina ad reliquas profluxit. Pro *defixerat*, mox male in Coloniensibus membranis est *deflexerat*.

v. 303. *Exoptans animam certantem ponere*] An *restantem?* sed forte, ut lib. VII. vers. 329. *bellantem somnum*. N. HEINSIUS. Posses etiam *animam luctantem*, ut apud Senec. in Oedip. vers. 344.

Animamque fessus vix reluctantem exprimit.

Celeberrimo Burmanno placebat,

——— *in illa*
Exoptans anima certantem ponere dextram.

ut sensus sit, exoptasse Paullum, ut caedes Hannibalis ultimum facinus foret; non vero, ut ab Hannibale caederetur.

v. 304. *Sed vicere virum*] Forte *fixere*. Senec. in Herc. Oct.

Non illum poterant figere cuspides.

N. HEINSIUS. Fortasse tamen nihil mutandum. praecessit enim paullo ante *defixerat*.

v. 305. *Et Nomas, & Garamas, & Celtae, & Maurus, & Astur*] Cum *Nomas*, *Garamas*, *Maurus*, & *Astur* numero singulari dicantur, fortasse etiam praestabit *Celta*, quod Celeberrimo Burmanno in mentem venerat.

v. 306. *Hic finis Paullo*] Editiones Junt. Ald. & Gryphii *Haec finis*. Sic Cic. x. ad fam. Epist. XXXII. *Quorum quis ullam finem aut modum putavit?* ubi vide Victorium. Virgil. II. Aen. vers. 554. *Haec finis Priami fatorum:* quem locum Silius imitatus esse videri potest. Plura vide apud Lambin. ad Lucret. lib. I. vers. 108. Gronov. ad Livii lib. IV. cap. II. & N. Heinsium ad Ovid. I. Art. Amat. vers. 282. Cum tamen scripti codices & vetertimae editiones unanimi consensu *Hic finis* habeant, nihil puto mutandum.

v. 307. *Dextera, quem*] Opinor *quam*. Deinde, pro *mors additur urbi Pulchra decus*, inconcinne Interpres reponi velit *mors addidit decus*. Atqui appositio haec longe magis poëtica & elegans est. N. HEINSIUS. In Marsi posteriori editione, eamque secutis plerisque, *Dextra* perperam editur, cum omnes priores & libri scripti recte *dextera* habeant. Nec aliter ad oram editionis Heinsianae scribendum monuit Illustrissimus Scaliger. *Ingens dextera* autem est fortis bellator. vide infra ad lib. XIV. vers. 239. Deinde *quem* cum Illustrissimo Heinsio non mutarem in *quam*. *Dextera quem* enim similis constructio est illi lib. V. vers. 494.

Mox alius super atque alius consistere tuto
Dum certant, pars excussi.

lib. VIII. vers. 491. *His mixti Nepesina cohors*, ex libro scripto. lib. IX. vers. 301. *pars implevere propinquos Divisi montes*. lib XV. vers. 502.

Hinc nova complerunt haud tardo milite castra
Venales animae, Rhodani qui gurgite gaudent,
Quorum serpit Arar per rura pigerrimus undae.

apud Liv. lib. I. cap. LIX. *Pars praesidio relicti Collatiae*. ubi vide J. Fr. Gronovium. Valer. Max. lib. V. cap. I. in fine, *Vos quoque fortes ac piae umbrae non poenitendas sortiti estis exequias*. Ita hic locus le-

Ttt gitur

Pulchra decus, misitque viri inter sidera nomen.
Postquam spes Italûm mentesque in Consule lapsae,
Ceu truncus capitis, saevis exercitus armis
Sternitur, & victrix toto fremit Africa campo.
Hic Picentum acies, hic Umber Martius, illic
Sicana procumbit pubes, hic Hernica turma.
Passim signa jacent, quae Samnis belliger, & quae
Sarrastes populi, Marsaeque tulere cohortes;
Transfixi clipei, galeaeque, & inutile ferrum,

Fractaque

gitur in codice scripto Trajectino: nec aliter Robertus Stephanus edidit: vulgo est *fortitae*. Pomp. Mel. lib. I. cap. X. *Thebae utique, ut Homero dictum, centum portas, sive, ut alii ajunt, centum aulas habens.* de quo loco vide Gronov. I. Observ. cap. XVI. Stat. II. Theb. vers. 523. *Tacitis huc gressibus acti Deveniunt peritura cohors.* Hinc recte etiam Carrion vulgatam lectionem Valerio Flacco vindicavit lib. I. vers. 16.

Ille tibi cultusque Deûm, delubraque genti
Instituet.

ubi alii *Illa tibi* legunt, ad proxime praecedens *proles* respicientes. Curtius lib. IV. cap. IV. *Duo millia, in quibus occidendi defecerat rabies, crucibus affixi per ingens litoris spatium pependerunt.* & paullo ante, *Intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidati sunt.* Ita enim legendum cum codice Bongarsiano, non *trucidata*. Plura vide apud Gronov. ad Liv. lib. XXIX. cap. XII. ad Senec. Herc. Fur. vers. 1157. & Vossium VII. Gramm. cap. V. Simili modo & Graeci. Sic Anacr. od. III.

——— καὶ βρέφος μὲν
Ἐσορῶ, φέροντα τόξον.

Et video infantem arcum ferentem, pro βρέφος φέρον τόξον. Callim. H. in Lavacr. Pallad. vers. 87. τέκνον ἄλαστε, *fili miserande*, pro ἄλαστον. ubi vide, quae viri docti notarunt.

v. 312. *Toto furit Africa campo*] *fremit* Coloniensis. *furit* jam aliquoties praecesserat. Mox *Picentûm acies* in editione Romana, pro Picenorum. N. HEINSIUS. Putean. codex habet *tuto campo* sollemni librariorum errore, qui has voces saepius confundere soliti fuerunt. apud Phaedr. lib. II. fab. IV.

Dolosa toto condidit sese cavo.

ubi alii *tuto cavo* ediderunt. apud Lucan. lib. IV. vers. 727. nonnulli codices habent

——— *toto comprendit guttura morsu*,

pro quo vulgo est *tuto morsu*. alia exempla vide apud N. Heinsium ad Ovid. Epist. IX. Heroid. vers. 15. Epist. XIX. vers. 208. ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 39. Broekhuis. ad Propert. lib. III. eleg. VII. vers. 36. eleg. IX. vers. 72. & eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. I. od. XVI. vers. 5.

v. 317. *Transfixos clipeos, galeaeque*] *Transfixi clipei* bene codices scripti, & editiones primae. Refer ad superiora, *Passim signa jacent*, & muta paullo post distinctionem, ne referantur ad subsequentia *Aufidus ejectat*. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem primus Nicander in Juntina editione protulit.

v. 318. *Et ore Cornipedum direpta frena*] *derepta* ex Coloniensi. possis & *ori*. de quo ad III. Metam. Nasonis vers. 52. copiose egimus. lib. XI. infra ex scriptis,

——— *dereptaeque viris sub Marte cruento*
Exuviae.

ut illic scribendum. lib. XII. vers. 309. *derepta monilia collo*. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *derepta*. Accurate veteres inter *Deripere* & *Diripere* distinxerunt, ut illud sit detrahere, hoc discindere: quam differentiam non assecuti inepti librarii ut plurimum utrasque voces confuderunt. Vide exempla apud Acidal. ad Tacit. II. Annal. cap. XLV. Gronov. in Diatr. Stat. cap. LV. N. Heinsium ad Nason. I. Amor. eleg. V. vers. 13. ad VI. Metam. vers. 566. ad XI. Met. vers. 29. ad Silii lib. IX. vers. 29. lib. X. vers. 599. lib. XI. vers. 377. lib. XII. vers. 309. & Broekh. ad Tibull. lib. I. eleg. V. vers. 40.

v. 320. *Sanguineus tumidis undis*] *tumidas undas Ejectat* Coloniensis & Puteaneus cum primis editionibus. N. HEINSIUS. *tumidas undas* etiam codex Oxoniensis. Primus iterum Nicander in editione Juntina Silii veram lectionem corrupit.

v. 321. *Redditque furens sua corpora ripis*] Maluerim *ferens*. N. HEINSIUS. Saepe ita errarunt librarii. vide infra ad lib. XII. vers. 266. Hic tamen vulgatam scripturam vindico. *Furere* enim de majoribus, & longe lateque exundantibus fluviis frequenter occurrit. supra lib. IV. vers. 61.

——— *non Pyrenen Rhodanumque furentem*
Jussa aspernatos.

vers. 642.

——— *furit unda sonoris*
Verticibus, sequiturque novus cum murmure torrens.

lib. XIII. vers. 566.

——— *Cocytos sanguinis atri*
Verticibus furit, & spumanti gurgite fertur.

v. 322. *Sic Lagéa ratis*] Quaerendum est ab eruditis, quae sit *Lagéa ratis*, quam Silius hic notat. An, quia in Nilo maximae aedificantur, quae mare postea ingrediuntur? an ad fabulam aut historiam poeta notiorem alludit? Quum Interpretes sileant,

fas

Fractaque conflictu parmarum tegmina, & ore
Cornipedum derepta fero spumantia frena.
Sanguineus tumidas in campos Aufidus undas
Ejectat, redditque furens sua corpora ripis.
Sic Lagêa ratis, vasto velut insula ponto
Conspecta, illisit scopulis ubi nubifer Eurus,
Naufragium spargens operit freta. jamque per undas
Et transtra, & mali, laceroque aplustria velo,
Ac miseri fluitant revomentes aequora nautae.

At

fas sit nobis quaerere. Haec scripseram, cum ab Eruditissimo Grutero accepi, Ptolemaei alicujus navim intelligi, in Aethiopiam destinatam, de qua ille nos docebit: nos enim libros nunc non habemus ad manum. Putaram alludi historiam Ptolemaei Cypriorum Regis, de quo opes alto mergere non sustinente Valer. Max. lib. IX. cap. IV. Plutarch. in Catone, J. Saresberiensis lib. VIII. Polycr. cap. XV. Sed aliam potius arbitror. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Quaerit Barthius, quaenam haec sit navis? Respondeo, Aegyptiam quamcumque intelligi: fuisse enim Aegyptum navibus maximae molis instructissimam vel ex historia belli Actiaci fit manifestum. N. HEINSIUS. *Lagêa ratis* ad Ptolemaeum Cypri Regem referri nequit. Sed optime Heinsius Aegyptiam quamcumque navem intelligit. Aegyptus enim *Lagêa* vocata est à Ptolemaeo Lagi filio, qui ibi post Alexandrum Magnum imperavit. Fortasse itaque Silius respexit ad immensas & portentosae magnitudinis naves, quas Ptolemaeus Philopator exstruxit, quarumque altera quadraginta remigum ordines habebat, ex quinquaginta quinqueremium materia aedificata; altera, Thalamegos dicta, dimidium stadii longa fuit. de illis consule Athen. lib. V. Deipnos. pag. 203. vel respexit ad Antonii & Cleopatrae classem, in qua maximae naves fuisse dicuntur, quae Virgil. VIII. Aen. vers. 691. Cycladibus & montibus comparantur, ut Silio Lagea ratis insulae,

Alta petunt, pelago credas innare revolsas
Cycladas, aut montes concurrere montibus altos:
Tanta mole viri turritis puppibus instant.

& Statio Argo navis V. Theb. vers. 338.

—— abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago decurrere montem.

v. 324. *Naufragium spargens operit freta*] *Naufragio operit* praestiterit. N. HEINSIUS. Prava distinctione hic locus in omnibus editionibus laborabat hoc modo,

Sic Lagêa ratis, vasto velut insula ponto
Conspecta illisit scopulis, ubi nubifer Eurus
Naufragium spargens operit freta, jamque.

Non est dubium, quin vera sit, quam in hac editione expressi. Deinde haud male N. Heinsius *Naufragio operit freta*, ut Florus lib. II. cap. II. ad finem, *Itaque momento temporis laceratae hostium rates totum, inter Siciliam Sardiniamque, pelagus naufragio suo operuerunt.* quamvis tamen nec vulgatam lectionem damno.

v. 325. *Et transtra, & mali, laceroque aplustria velo*] Glossae in Juvenalem veteres, *Aplustria, tabulatum ad decorandum superficiem navis appositum, alii dicunt rostra navis, ornamentum puppis, ἄφλαστα.* ita enim distinguendus locus ille. Glossae veteres, *Aplustre*, Ἄφλαστον, καὶ τὸ ἄκρον τῆς πρώρας. Ubi frustra sunt viri docti, qui illud πρώρας in πρύμνης mutant. Duas enim significationes glossator annotat; primam, quam ignorat nemo, cum *aplustre* id est, quod ἄφλαστον Graecis. nam simpliciter, ut Pollux recte cum omnibus τὰ ἄκρα τῆς πρύμνης ἄφλαστα καλεῖται. secunda est, cum pars prorae est, quam & Juvenalis glossator alludit, cum *tabulatum* esse dicit. Interpres Apollonii ἄφλαστον σανίδιον κατὰ τὴν πρώραν, quod mirari se ait in thesauro suo Henricus Stephanus, ubi locum hunc adducit, cum Homerus, inquit, in puppe collocet, adducitque versus notissimos [ex Iliad. O. vers. 716.]

Ἕκτωρ δὲ πρύμνηθεν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,
Ἄφλαστον μετὰ χερσὶν ἔχων.

Sed fallitur, ut & alii: cum enim pars puppis, ornamentum est; cum prorae σανίδιον, tabulatum & sedes nautica, idemque quod πτερὸν & παρειά. Ut videas quam longe a via aberrent multi, qui, cum ἄφλαστον in glossis πτερὸν esse dicant, nec quid πτερὸν sit norunt, nec quid ἄφλαστον: utrumque enim in puppe esse putant, cum in prora sit utrumque; quod nos, ut speramus, ita probabimus, ut ne illi ipsi viri docti id negaturi sint. πτερὸν igitur id est, quod παρειὰν poëtae vocant, sedes, ut recte diximus, nautica in prora, & tabularum, unde Pollux ἑδώλιον πρωρατικὸν vocat. Vides igitur caussam, cur glossator Juvenalis *aplustre* tabulatum esse dicat, hoc est ἑδώλιον, quia nimirum idem est, quod πτερὸν, cum pars prorae est. Cum igitur in glossis, nescio quibus, *Aplustre* εἶδος πλοίου legitur, minime πτερὸν scribendum, quod nimis a scripturae vestigiis recedit, sed ἕδος. Partem enim eam, cui insident remiges, ἄφλαστον vocari docent magistri Graeci. Ut mirum sit, vel hactenus non observasse id viros summos, vel haec tam multis nobis, ut sententiam nostram amplectantur, probanda esse. D.

At Poenus, per longa diem certamina saevis
Caedibus emensus, postquam eripuere furori
Insignem tenebrae lucem, tum denique Martem
Dimisit, tandemque suis in caede pepercit.
Sed mens invigilat curis, noctisque quietem
Ferre nequit. stimulat dona inter tanta Deorum.
* Hortatur nondum portas intrasse Quirini.
Proxima lux placet. hinc strictos ferre ocius enses,
Dum fervet cruor, & persusae caede cohortes,
Destinat, ac jam claustra manu, jam moenia flamma
Occupat, & jungit Tarpeja incendia Cannis.
Quo turbata viri conjux Saturnia coepto,
Irarumque Jovis Latiique haud inscia fati,

Incautum

HEINSIUS. Mirum, cur in voce Ἄφλαστον Henr. Stephanus non *velo*, sed *bello*, citat. Ἀφλάστου igitur partes sunt duae, στῦλις & ταινία: est autem ταινία, quod Silius hic *velum* appellat, id est, τὸ ῥάκος τὸ ἐκ τῆς στυλίδος κρεμάμενον, linteum illud, quod è baculo, qui τῷ ἀφλάστῳ infixus est, dependet; φάσσαι Lycophroni,

Ἄφλαστα, καὶ φάτναις ἀργυρωμένας,

pro quo Etymologus in dictione φάτναι, Ἄλφιτα citat, quod secutus est ineptissime Phavorinus: at Ἄφλαστα legendum est, ut apparet. lacerae autem partes λακίδες dicebantur, de quibus hic Silius. Hesychius, Λακίδες τὰ τῶν ἀρμένων σχήματα. lego σχίσματα, quod in nobilissimo Alcaei fragmento apud Heraclidem Ponticum est: quem locum, cum corruptus miserrime hactenus fuerit, adscribam.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν, ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον ναὶ
Φορήμεθα σὺν μελαίνῃ.
Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ, κακὰν
Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει
Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη,
Καὶ λακίδες μεγάλαι κατ' αὐτό.

Mirum est, neminem vidisse hactenus, non constare versum secundum, nec tertium: scribe hoc modo, & constabit uterque,

Τὸ δ' ἔνθεν, ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
Ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνῃ.

Ita sensus est,

Hinc fluctus alto volvitur impetu,
Atque inde, dum nos puppe nigra
Per medias properamus undas:
Versamur altis turbinibus freti,
Mali sub imo dum latet aequore
Pars ima, nec velum supremis
Jam lacerum superest procellis.

IDEM. *Aplustre* ornamentum fuit, puppi navis impositum. Lucan. lib. III. vers. 585.

——— *cujus dum pugnat ab alta*
Puppe Tagus, Grajumque audax aplustre retentat.

Sidon. Apoll. lib. VIII. Epist. XII. *Tuas laudes modificato celeusmate simul inter transtra remiges, gubernatores inter aplustria canent.* gubernatores enim in puppe constitisse notum est. Num vero *aplustre* etiam in prora fuerit, inter doctos non convenit. Plenius id discutiunt Salmas. in Exercit. Plin. pag. 403. Scheffer. II. de re Navali cap. VI. & Amplissimus Cuperus in Apoth. Hom. pag. 50. Aperte autem falsus est Dausquejus ad hunc locum, qui, alios secutus, existimat, aplustria esse parvula vexilla velis superaddita, & ex summo malo dependentia: atque ad id firmandum laudat locum hunc ex Arataeis Phaenom. German.

At qua cauda canis languenti desinit astro,
Fulgent Argoae stellis aplustria puppis.

quasi illic vexillum mali innueret German. quod summa pleraque omnia nitentius illustrentur. Sed non aliud significare voluit, quam quod, ubi desinit cauda canis, ibi Argo fulgere incipiat: cum vero astronomi eam per puppim oriri testentur, omnino *aplustria* ornamenta puppis intelligenda sunt, non mali: quod clarius etiam patet ex versu, qui sequitur,

Puppe etenim trahitur, non recto libera cursu.

Pro *aplustria*, codex Oxon. & Putean. cum Mediol. editione scribunt *amplustria*. Sic Festi epitom. *Aplustria, navium ornamenta; quae quia erant amplius, quam erant necessaria usui, etiam amplustria dicebantur.* Licet autem viri docti hanc Etymologiam rejiciant, fontem tamen & originem, cur medio tempore *amplustria* scripserint librarii, feliciter aperit. Frustra vero est Barthius, qui ad Rutil. I. Itin. vers. 513. pro *navium ornamenta*, in Festo *armamenta* scribendum putabat: plane contra sensum auctoris. Aplustrium figuram infiniti exhibent nummi, & ex monumentis priscis saepe etiam delinearunt viri docti. vide Scheffer. dicto loco, Amplissimum Cuper. in Apoth. Homeri pag. 196. Fabrett. ad Column. Traj. pag. 117. & Beger. in thes. Brandenb. tom. III. pag. 408. Velum vero, quod Silius memorat, capiendum videtur de taenia seu fascia baculo alligata, qui in aplustri post diaetam erigebatur,

Incautum ardorem atque avidas ad futile votum
Spes juvenis frenare parat. ciet inde quietis
Regnantem tenebris Somnum; quo saepe ministro
Edomita inviti componit lumina fratris.
Atque huic arridens, Non te majoribus, inquit,
Ausis, Dive, voco: nec posco ut mollibus alis
Des victum mihi, Somne, Jovem. non mille premendi
Sunt oculi tibi, nec spernens tua numina custos
Inachiae multa superandus nocte juvencae.
Ductori precor immittas nova somnia Poeno;
Ne Romam & vetitos cupiat nunc visere muros,
Quos intrare dabit numquam regnator Olympi.
Imperium celer exsequitur, curvoque volucris

Per

gebatur, cujus effigiem Scheffer. d. loc. pag. 158. ex Baysio transscripsit. Eam vero unde Baysius habuerit, vide apud Fabrett. in Column. Traj. pag. 117.

v. 332. *Stimulat dona inter tanta Deorum. Hortatur nondum portas intrasse Quirini*] Quid est *stimulat*, *Hortatur?* & quidem *Hortatur nondum intrasse?* haud nescio an Latinum videri possit. Legam, *Hortator*. Sane sic omnia planiora erunt. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *stimulat dona inter tanta Deorum Hortatu* opinor. mens hortatu stimulat: sed nondum locus satis integer videtur. Post τὸ *Quirini* versus videtur excidisse. Livinejus *Hortatus*, Barthius *Hortator*. N. HEINSIUS. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus τὸ *Hortatur* vocis *stimulat* glossam esse putat, quod librariorum stupore in contextum irrepsit: legendum vero existimat,

——— stimulat dona inter tanta Deorum
Cunctatum nondum portas intrasse Quirini.

Stimulat eum mens, quod cunctatus esset in tam felici rerum cursu, nec jam antea ad Urbem duxisset exercitum.

v. 334. *Hinc strictos*] *huc ferre strictos enses* opinor. vide supra ad vers. 281. N. HEINSIUS.

v. 335. *Dum fervet cruor*] An *furor?* N. HEINSIUS.

v. 339. *Latiique haud nescia fati*] *inscia* Coloniensis. mox *ad futile nomen* Puteaneus. N. HEINSIUS. Recte *inscia*. Vide supra ad lib. I. vers. 41.

v. 343. *Invicti componit lumina fratris*] *inviti* ex scriptis. sic & Valer. Flaccus lib. I. vers. 117. ubi perperam Carrion ex suo codice *invicti conjugis*. N. HEINSIUS. Recte *inviti*, paullo post enim *victus* denuo sequitur. Eo sensu *luctantia lumina*, quae pugnabant, ne in somnum delaberentur, supra dixit lib. VII. vers. 204.

Donec composuit luctantia lumina somnus.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 85.

——— adverso luctantia lumina cantu
Obruit.

Saepissime vero librarios pravo errore voces *invitus* & *invictus* confudisse supra docui ad lib. IV. vers. 679. Elegans exemplum, ubi Juno inviti Jovis lumina somno componit, est apud Homer. Iliade Ξ. vers. 233.

v. 348. *Multa superandus nocte*] Sollemni variatione codex Puteaneus *multa morte*, de qua infra vide ad lib. XIII. vers. 129. Malo tamen receptam scripturam servari. *multa nocte* est altissimo somno. vide supra ad lib. III. vers. 216.

v. 349. *Immittas nova somnia Poeno*] Forte, *bona somnia*. N. HEINSIUS. Nihil muto. Tibull. lib. II. eleg. VII. vers. 19.

Ne tibi neglecti mittant nova somnia manes.

ubi Elegantissimus Broekhusius docuit, *nova* dici, quae cum aliquo terrore animum percellunt, aut forma ac modo inusitato metum atque horrorem incutiunt. Porro, quae nunc Silius *somnia*, mox *insomnia* vocat vers. 358.

Exercent rabidam truculenta insomnia mentem.

ut adeo poëtas vocabula haec confudisse liqueat, quae subtiliter olim Philosophi distinxerunt. Vide Broekhus. ad Tibull. lib. III. eleg. IV. vers. 1.

v. 350. *Vetitos cupiat nunc visere muros*] Forte, *vetitos cupiat sibi visere muros*. N. HEINSIUS.

v. 351. *Quos intrare dabit numquam regnator Olympi*] Secundum id, quod ipse Jupiter supra dixerat lib. VI. vers. 699.

——— haud umquam tibi Jupiter, inquit,
O juvenis, dederit portas transcendere Romae,
Atque inferre pedem.

& mox,

——— Tarpejum accedere collem
Murisque aspirare veto.

Neque id minatus solum, sed & re ipsa praestitisse fingitur. quantis enim tempestatibus & procellis Hannibalem Roma abegerit, narrat Silius lib. XII. vers. 605.

v. 352. *Curvoque volucris*] *volucres* puto. N. HEINSIUS. Mutationis hujus caussam, aut cur tenebrae *volucres* dicantur, non video. Fortasse putavit vir Illustrissimus, *volucris* genere masculino non dici, sed *volucer*. Ita tamen Silius infra lib. XIII. vers. 345.

 de

Per tenebras portat medicata papavera cornu.
Ast ubi, per tacitum allapsus, tentoria prima
Barcaei petiit juvenis, quatit inde soporas
Devexo capiti pennas, oculisque quietem
Irrorat, tangens Lethaea tempora virga.
Exercent rabidam truculenta insomnia mentem.
Jamque videbatur multo sibi milite Thybrim
Cingere, & insultans astare ad moenia Romae.
Ipse refulgebat Tarpejae culmine rupis,
Elata torquens flagrantia fulmina dextra,
Jupiter, & lati fumabant sulfure campi,
Ac gelidis Anio trepidabat caerulus undis:

Et

de Pane,

Arcadiae volucris saltus & amata revisit
Maenala.

Et hic etiam Heinsius *volucer* malebat. Sed vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. cxxiii. Somnum autem alatum fingi notum est. supra vers. 345.

——— nec posco, ut mollibus alis
Des victum mihi, Somne, Jovem.

& mox vers. 355. *quatit inde soporas Devexo capiti pennas.* atque ita passim alii poëtae. De somno alato vide Ampliss. Cuper. in Apotheosi Homeri pag. 178. & Brockhus. ad Tibull. lib. ii. el. i. vers. 89.

v. 353. *Per tenebras portat medicata papavera cornu*] Solebant nempe veteres Somnum pingere cornu tenentem, unde quietem infunderet. Statius ii. Theb. vers. 143.

——— illos post verbera fessos
Exceptamque hiemem cornu perfuderat omni
Somnus.

ubi vide Barthium. Rationem hujus figmenti reddit Philostr. lib. i. Icon. cap. xxvii. Ἔχει καὶ [Ὄνειρος] κέρας ἐν ταῖν χεροῖν, ὡς τὰ ἐνύπνια διὰ τῆς ἀληθοῦς ἀνάγων. *Cornu* [*Somnus*] *manibus quoque tenet, ut qui insomnia per veram portam inducere solet.* Sed & praeterea portat papavera, quod somnum concilient; unde ea huic Deo sacra esse, & ante ejus regiam crescere dicuntur apud Nason. xi. Metam. vers. 605.

Ante fores antri fecunda papavera florent,
Innumeraeque herbae: quarum de lacte soporem
Nox legit, & spargit per opacas humida terras.

Hinc signum illud, à Doctissimo Tollio post Ciceron. orat. pro Archia poëta editum & illustratum, quod papavera manu tenet, Somni quam Amoris effigiem esse verosimilius videtur. Sed ipsum signum addi praestat.

v. 354. *Per tacitum allapsus*] Quod Ovid. ait xi. Metam. vers. 650.

Ille volat, nullos strepitus facientibus alis.

v. 356. *Oculisque quietem Irrorat*] Vide supra ad lib. viii. vers. 121. Est autem non nemo, qui hanc Silianam loquendi formam ineptam judicat, cum non quies membris, sed membra quiete irrorentur. quo sensu Virgil. dixit iii. Aen. vers. 511. *fessos sopor irrigat artus.* Sed videat is, qua fronte illa Maronis damnare audeat i. Aen. vers. 691.

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat.

plane enim Venus per membra Ascanio *quietem irrigat*, ut hic Juno oculis Hannibalis *quietem irrorat.* Ex aliis poëtis similia habet Cerda ad eum locum.

v. 357. *Tangens Lethaea tempora virga*] Vide Turneb. xxi. Advers. cap. iv.

v. 363. *Et lati fumabant sulfure campi*] Forte *Latii campi.* N. HEINSIUS. Ita saepe peccarunt indocti librarii. vide infra ad lib. xvii. vers. 433. Hic tamen nihil muto. infinitis locis campi dicuntur *lati.* vide Bentlej. ad Horat. lib. iii. od. xi. vers. 9.

v. 366. *Tunc vox effusa per auras*] *per aures* Coloniensis: quod si sequimur, *offusa* erit scribendum, *tunc vox offusa per aures.* N. HEINSIUS. Passim τὰ *aures* & *auras* confuderunt scribae librarii: ut infra lib. xiii. vers. 283. & lib. xvii. vers. 42. vide etiam N. Heinsium ad Ovid. iii. Amor. eleg. i. vers. 62. & xiii. Metam. vers. 406. Deinde etiam saepissime iidem vocem *offundere* in *effundere* corruperunt. vide Illustrissimum Heinsium supra ad lib. ii. vers. 151. lib. v. vers. 678. & Barth. ad Statii v. Theb. vers. 95. *auribus offundere* est apud Liv. lib. xxviii. cap. xxix. *Ex praeparato simul omnium rerum terror oculis auribusque est offusus.* vide Gronov. iv. Observ. cap. xxi. ad Livii lib. xxxiii. cap. vii. ad Senec. Epist. lxxxii. ad v. Natur. Quaest. cap. iii. sed praecipue N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. iv. vers. 482. Malim tamen hoc loco *per auras*, adeoque etiam *effusa.* supra lib. iv. vers. 261. *cum dira per auras Vox venit.* & apud Virgil. ix. Aen. vers. 112.

——— tum vox horrenda per auras
Excidit, & Troum Rutilorumque agmina complet.

v. 367. *Sat magna, o juvenis, prensa est tibi gloria Cannis*] *pressa est* scripti. Opinor per appositionem,

Sat magna, o juvenis, pressae tibi gloria Cannae.

Sic infra vers. 488. *pressitque Tyrannus Janiculum incumbens.* possis & *pressis Cannis.* N. HEINSIUS. Voces *prensus* & *pressus* infinitis locis permutantur.

vide

O V

A. R

N. M



Et densi ante oculos iterumque iterumque tremendum
Vibrabant ignes. tunc vox effusa per auras:
Sat magna, o juvenis, prensa est tibi gloria Cannis.
Siste gradum; neque enim sacris irrumpere muris,
Poene, magis dabitur, nostrum quam scindere coelum.
Attonitum visis majoraque bella paventem
Post confecta Sopor Junonia jussa relinquit;
Nec lux terribili purgavit imagine mentem.
Quos inter motus somni vanosque tumultus,
Dedita per noctem reliquo cum milite castra
Nuntiat, & praedam pleno trahit agmine Mago.
Huic ductor laetas Tarpejo vertice mensas
Spondenti,

vide supra ad lib. v. vers. 281. Possis etiam *parta est tibi gloria Cannis.* sic infra vers. 445.

——— *nec ullo*
Poenorum melior parietur gloria caeso.

lib. xv. vers. 656.

— *pedibus tibi gloria, miles,*
Parta ingens, nunc accumula coepta ardua dextra.

v. 369. *Nostrum quam scindere coelum*] exscindere opinor, ut apud Maron. vi. Aen. vers. 582.

Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere coelum
Aggressi.

N. HEINSIUS. Paullus Casaubonus ad marginem editionis Gryphii, quam servat bibliotheca Lugduno-Batava, *scandere coelum* reponendum conjecit: sed si quid mutandum, malo cum Illustrissimo Heinsio *exscindere*. Sic lib. iv. vers. 474.

——— *Karthaginis arces*
Exscindes, inquit, Tyriosque ad foedera coges.

lib. xii. vers. 580. *reliquam hanc exscindite molem.* *rescindere* alibi dixit. vide N. Heinsium ad Claudiani Gigantom. vers. 31.

v. 370. *Attonitum visis*] Fortasse *visi*, ut supra lib. vi. vers. 231. *Attonitus serpentis equus.* in Gryphii editione *visus*, quod tantumdem est. N. HEINSIUS. infra lib. xiv. vers. 244.

——— *flexit*
Attonitos coeli visus lucemque tuentes
In Styga rursus equos.

Habes tamen lib. xvi. vers. 427. *Attonitus spe tanta.*

v. 371. *Junonia jussa reliquit*] *relinquit* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 373. *Quos inter motus somni variosque tumultus*] *vanosque tumultus* scripti. Opinor etiam, *Quos inter monitus somni.* ut paullo post, *Celatis Superûm monitis.* Hinc toties apud scriptores antiquos *in somnis admoneri*, de quo copiose egimus ad Nason. Metam. xiii. vers. 216. N. HEINSIUS. Non male *vanos tumultus.* frequenter ita erratum fuisse a librariis supra dictum hoc libro vers. 290. Deinde vir Illustrissimus *Quos inter monitus somni* conjicit. Proprie Dii in somnis futura indicantes *monere* dicuntur. Infra lib. xiii. vers. 63

Quis trepidus monitis Saturnia regna capessit.

Tibull. lib. iii. eleg. iv. vers. 11.

Et tamen, utcumque est, sive illi vera monere,
Mendaci somno credere sive volent.

ubi vide Brockhus. Plinius lib. iii. ep. v. *Inchoavit, cum in Germania militaret, somno monitus.* in lapidibus literatis fere nihil frequentius est, quam SOMNO, VISV MONITVS. Vide indicem Corporis Gruteriani cap. xv. Non raro autem *monitus* & *motus* in membranis vetustis confunduntur. Sic apud Lucan. lib. i. vers. 587. *Fulminis edoctus motus*; ubi alii codices habent *monitus.* Plane ut *monere* etiam & *movere*, de quo supra vide ad lib. ii. vers. 273. Vir tamen Celeberrimus Petrus Burmannus *τὸ motus* retinendum existimat, & insuper legendum,

Quos inter motus animi, variosque tumultus.

Dies enim jam orta erat, soporque Hannibalem reliquerat, qui monitus somni secum revolvebat, unde *motus* hi & aestus animi oriebantur: inter hos autem *motus* & varios tumultus nuntiat Mago, castra Romanorum cum omni milite capta esse. sic *motus* infra vers. 608.

- - - *occulto perfundit pectora motu.*

sic *mentis tumultus* apud Horat. lib. ii. od. vi.

Non enim gazae, neque consularis
Summovet lictor miseros tumultus
Mentis.

Claud. i. in Rufin. vers. 20.

Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum.

Lucan. lib. vii. vers. 183.

- - - *gaudet monstris mentisque tumultu.*

& sic saepe alibi.

v. 376. *Laetas mensas*] An *lautas?* nam *laetis rebus* mox subjungit. *laetae mensae* est in silvis Statii. Deinde Coloniensis *Tarpejo vertice*, non *in vertice.* N. HEINSIUS. Nihil muto. Statius lib. iv. silv. vi. vers. 59.

- - - *Pellaeus habebat*
Regnator laetis numen venerabile mensis.

Silius lib. xi. vers. 370.

Donec laeta virûm solvit convivia somnus.

Dictum hoc, quod Silius Magoni tribuit, Maharbali,

Spondenti, cum quinta diem nox orbe tulisset,
Celatis Superûm monitis clausoque pavore,
Vulnera & exhaustas saevo certamine vires,
Ac nimium laetis excusat fidere rebus.
Tum spe dejectus juvenis, ceu vertere ab ipsis
Terga juberetur muris, ac signa referre,
Tanta mole, inquit, non Roma (ut credidit ipsa)
Sed Varro est victus. quonam tam prospera Martis
Munera destituis fato, patriamque moraris?
Mecum exsultet eques: juro hoc caput, accipe muros
Iliacos, portasque tibi sine Marte patentes.
Dumque ea Mago fremit cauto non credita fratri;
Jam Latius sese Canusina in moenia miles
Colligere, & profugos vicino cingere vallo,
Coeperat. heu rebus facies inhonora sinistris!
Non aquilae, non signa viris, non Consulis altum
Imperium, non subnixae lictore secures.
Trunca atque aegra metu, ceu magna elisa ruina,
Corpora debilibus nituntur sistere membris.
Clamor saepe repens, & saepe silentia fixis

In

bali, praeter Liv. lib. XXII. cap. LI. à Dausquejo laudatum, etiam dedit Valer. Max. lib. IX. cap. V. ex. ext. 3. Adherbali vero Florus lib. II. cap. VI. ubi tamen recte Celeberrimus Graevius *Maharbalis* nomen ex Mstis restituendum docuit. De eo dicto vide Caelii & Catonis verba apud Gellium X. Noct. Attic. cap. XXIV. quem descripsit Macrob. I. Saturn. cap. IV. à Dausquejo jam productus.

v. 379. *Exhaustas saevo certamine vires*] In Putean. codice est *exustas*. Ita saepissime variant libri prisci. sic Scaliger emendabat in carm. de Aetn. vers. 512.

Nam post exustae cretae quoque robora fundit.

exustam cretam est in priscis editionibus: at vulgo editur *exhaustam cretam*. Apud Lucan. lib. III. vers. 495. pro *labore Exhausto*, alii codices *Exusto* legunt. apud eundem lib. VIII. vers. 851. pro *exustam cancro torrente Syenen*, nonnulli codices habent *exhaustam Syenen*. lib. IX. vers. 382. in codice Langermanni ab Heinsio inspecto erat,

Vadimus in campos steriles exaustaque mundi.

id est *exhaustaque*, ubi recte vulgo est *exustaque*. Vide etiam Heinsium supra ad lib. VIII. vers. 274. & 581. Sed nihil tamen hic muto. Valer. Maxim. lib. III. cap. VII. ex. 10. *Cannensi clade exhaustis Romani imperii viribus.*

v. 383. *Non Roma (ut credidit) ipsa*] Lege (*ut credidit ipsa*); ni mavis, *ut creditur ipsi*. nam in Puteaneo, *ut creditur ipsa*. N. HEINSIUS.

v. 388. *Cauto fratri*] *tanto* Oxoniensis & Puteaneus codex. sed male. Saepissime librarii has voces permiscuerunt. vide supra ad vers. 234.

v. 390. *Et profugos vicino cingere vallo Coeperat*] *profugus* maluerim, nimirum miles Latius, quod praecesserat. Miles Latius profugus ex proelio Cannensi ad Canusina moenia sese colligere, & vallo cingere urbi vicino coeperat. N. HEINSIUS.

v. 394. *Magna elisa ruina Corpora*] supra lib. V. vers. 509.

Elisitque virûm spatiosa membra ruina.

v. 398. *Detrito clipeo*] Opinor *Detracto clipeo* vel invitis membranis, nisi *Deterto*, vel *Deterso* mavis, ut sit verbum militare, quomodo *remos detergere*. lib. XII. vers. 276. *vivis avulsa reportant Tegmina bellantum.* an *Derepto clipeo?* de quo supra ad lib. IX. vers. 29. N. HEINSIUS.

v. 398. *Desunt pugnacibus enses*] *pugnantibus* codex Putean. cum priscis editionibus. sed frustra. Pariter supra erratum erat lib. IV. vers. 235.

Occidis & tristi, pugnax Lepontice, fato.

Nam ibi vulgo etiam *pugnans* erat. Vide, quae ad eum loc. notantur.

v. 400. *Et damnarunt Martis honores*] Scribendum *damnati Martis honores*, vel *damnatos honores*, quidquid obnituntur codices vetusti: ut infra hoc libro vers. 640.

Damnatum Superis aspernabatur honorem.

& lib. XI. vers. 161.

Damnatumque caput temerati foederis.

N. HEINSIUS.

v. 401. *At multa*] Corrigatur *Ac multa*, ut à superioribus haec dependeant. N. HEINSIUS.

v. 404. *Hic Galba, hic Piso &c.*] Quatuor hi duces quibus copiis praefuerint, & quo mortis genere interierint, supra narravit Silius. De Galba vide lib. VIII. vers. 471. & hoc libro vers. 195. de Pisone lib. VIII. vers. 465. & hoc lib. vers. 251. de

Curione

In tellurem oculis, nudae plerisque sinistrae
Detrito clipeo: desunt pugnacibus enses:
Saucius omnis eques: galeis carpsere superbum
Cristarum decus, & damnarunt Martis honores.
At multa thorax perfossus cuspide; & haerens
Loricae interdum Maurusia pendet harundo.
Interdum maesto socios clamore requirunt.
Hic Galba, hic Piso, &, leto non dignus inerti,
Curio deflentur; gravis illic Scaevola bello.
Hos passim; at Paulli pariter, ceu dira parentis
Fata gemunt. ut vera mali praesentia numquam
Cessarit canere, & Varronis sistere mentem.
Utque diem hunc toties nequidquam averterit Urbi:
Atque idem quantus dextra. sed cura futuri
Quos premit, aut fossas instant praeducere muris,

Aut

Curione lib. VIII. vers. 427. & hoc lib. vers. 209. de Scaevola lib. VIII. vers. 385. & lib. IX. vers. 370.

v. 405. *Curio defletur*] *deflentur* Coloniensis & Oxonius cum primis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 406. *Hos passim. at Paulli pariter* &c.] Vir Celeberrimus Petrus Burmannus scribendum conjicit, *Hos passim*, id est, perfunctorie, *at Paulli graviter, ceu dira parentis Fata gemunt*, id est, Paulli vero mortem gravissime lugent: vel vulgatam scripturam ita explicabat; Hos duces passim hic & ille per exercitum, non omnes simul, sed ut quisque in hunc vel illum animatus erat, lugent: at Paulli fata omnes pariter gemunt.

v. 407. *Ut vera mali praesentia numquam Cessarit canere*] Haerent haec, & *praesagia*, pro *praesentia*, potius scribas. Numquam cessavit vera praesentia mali canere. Nescio an quis alius ita locutus sit. *vera* sunt sortes, ut alibi & ad Claudianum notabamus. ergo *vera praesentia*, sortes, quae modo exactae sunt, quarum effectum videmus in praesenti re. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *vera mali praesagia* malit Barthius. N. HEINSIUS.

v. 409. *Atque diem hunc quoties nequidquam averterit*] *Utque* Coloniensis. bene. *toties* etiam, pro *quoties*, quod ceteri duo scripti cum editione Romana etiam ac Parmensi exhibebant. N. HEINSIUS. Recte *Utque diem*. Origo erroris est, quod literae initiales versuum plerumque omittebantur, postea minio scribendae, quas alii pro captu deinde addebant, non consultis libris. Frequentissime id in poëtis observari, norunt, qui libros scriptos versarunt. Optime etiam viri docti *toties*, pro *quoties*, ex priscis codicibus scriptis & editis vindicarunt: primus Nicander in Juntina *quotiens* edidit. Saepissime ita lapsi sunt librarii: apud Lucan. lib. VI. vers. 602. *victus toties a Caesare salva Libertate perit*: pro quo codex Rottendorfii *quoties* habet. Pari errore confuderunt etiam voces *qualis* & *talis*. vide supra ad lib. I. vers. 466. & *quantus* ac *tantus*. vide ad lib. VI. vers. 620.

v. 411. *Fossas instant producere muris*] Ita & scripti. nihilominus castigandum *praeducere*: idque Lipsius lib. de machinis jam occupavit. Tacit. Annal. XIV. cap. XXXII. *Neque fossam aut vallum praeduxerunt, neque, motis senibus & feminis, juventus sola restitit. praeducere fossam homini obsesso* habes apud Senec. II. de Ira. Sic & Caesar frequenter. Lucan. lib. VI. vers. 467.

——— *nunc omnia complent*
Imbribus, & calido praeducunt nubila Phoebo.

Ita tres scripti codices. optime. & apud Statium Epiced. Patris,

Quis sterili mea corda situ, quis Apolline verso
Frigida damnatae praeduxit nubila menti.

Qui locus duplici naevo est inquinatus, nam & *merso Apolline* circumfertur. *verso* pro averso. In Catalect. Pithoei lib. IV. pag. 155.

Hoc sibi lusit opus de stamine versicolore
Hesperie, teneras officiosa manus.
Et, pulchro pulchras strofio praeducta papillas,
Gaudet utrumque sui pectoris esse decus.

male & illic *producta* vulgo. Lucan. lib. IV. vers. 43.

——— *vidit lapsura ruina*
Agmina dux, equitemque jubet succedere bello,
Munitumque latus laevo praeducere gyro.

Sic & ibi bene editio Grotii. Avien. descript. Orbis vers. 615.

Poenus quippe locum Gadir vocat undique septum
Aggere praeducto.

N. HEINSIUS. Ita & Scaliger olim hunc locum Silii ad marginem editionis Heinsianae emendavit. Sic Caesar VII. bell. Gall. cap. XLVI. *Ex grandibus saxis VI. pedum murum, qui nostrorum impetum tardaret, praeduxerant Galli.* cap. LXIX. *Fossamque & maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant.* lib. I. bell. Civil. cap. XXVII. *Fossas transversas viis praeducit.* Seneca II. de ira cap. VIII. *Pestilentiam manu factam & praeductam obsessis parentibus fossam.* Auctor

Aut portarum aditus (ut rerum est copia) firmant.
Quaque patet campus planis ingressibus hosti,
Cervorum ambustis imitantur cornua ramis,
Et stilus occulitur, caecum in vestigia telum.
Ecce, super clades & non medicabile vulnus,
Reliquias belli atque imperdita corpora Poenis
Impia formido ac major jactabat Erinnys.
Trans aequor Tyrios enses atque arma parabant
Punica & Hannibalem mutato evadere coelo.
Dux erat exilio collectis Marte Metellus,
Sed stirpe haud parvi cognominis. is mala bello
Pectora degeneremque manum ad deformia agebat
Consulta; atque alio positas spectabat in orbe,

Quis

ctor advers. Marcion. lib. II. vers. 34.

Lumina praeducit menti, neque cernere possunt.

ubi *Nubila*, pro *Lumina*, legendum supra dixi ad lib. VIII. vers. 437. quam correctionem nonnulla hic ab Heinsio laudata loca firmant.

v. 412. *Aut portarum aditus*] *adituque* perperam editio Interpretis. N. HEINSIUS. Eandem scripturam depravatam postea etiam expressit Cellarius.

v. 414. *Cervorum ambustis imitantur cornua ramis*] Ambusti hi rami etiam *cervi* vocantur. Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 84.

Qualiter adversos hosti defigere cervos.

ubi vide auctores ab elegantissimo Broekhusio laudatos. Consule etiam Scaliger. ad Varr. de ling. Lat. pag. 51. & Tennul. ad Frontini I. Stratag. cap. V. §. 2.

v. 415. *Et silus occulitur, caecum in vestigia telum*] Membranae Oxonienses *stilum* agnoscunt. Agnoscunt eam lectionem etiam glossographi prisci, qui *stilos* sudes acutas exponunt. Ego tamen alterum etiam illud arbitror suis niti rationibus. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *stilus* ex Coloniensi reponatur, quod Interpreti jam suboluerat, allato eam in rem optime Hirtii loco de bello Africano. *Extra vallum stili caeci miserabilem in modum confiti.* Plura videantur apud illum. Neque aliter ex Oxoniensi libro Barthius. Confirmant & primae editiones. N. HEINSIUS. *stilus* etiam Illustrissimus Scaliger ad oram editionis Heinsianae emendandum vidit. *caecum vallum* vocat Caesar I. bell. Civil. cap. XXVIII. *Moniti à Brundisinis, ut vallum caecum fossasque caveant, subsistunt.* ubi vide Dion. Vossium. Simile autem Britannorum stratagema refert Caesar in V. belli Gall. cap. XVIII. & Portugallorum in India Osorius de rebus Emanuelis lib. III. pag. m. 109. Primus Marsus *silus* edidit, quem deinceps omnes fere nimium patienter secuti sunt.

v. 418. *Major jactabat Erinnys*] Parmensis editio *raptabat*. N. HEINSIUS. Ita etiam editio Mediolanensis & Romana princeps.

v. 420. *Mutato coelo*] id est, mutata coeli regione. Horat. lib. I. Epist. XI. vers. 27.

Coelum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

ubi Schol. Crucquii *coelum* exponit *coeli clima*.

v. 421. *Dux erat exilio collectis Marte Metellus*] Malim, *Dux erat ex illo collectis Marte. ex illo Marte*, ex proelio Cannensi. Lucan. lib. IV. vers. 581.

——— *non segnior illo*
Marte fuit, qui tum Libycis exarsit in oris.

lib. VII. de proelio Pharsalico vers. 131.

Advenisse diem, qui fatum rebus in aevum
Conderet humanis, & quaeri, Roma quid esset,
Illo Marte palam est.

N. HEINSIUS. Viri Illustrissimi conjectura verissima videtur. Pariter alibi etiam peccarunt librarii. vide Heinsium ad Claudiani bell. Geticum vers. 173.

v. 422. *Is nova bello Pectora*] In membranis est *mala bello*, hoc est timida. Sic eodem hoc libro supra *malam formidinem* indigitavit vers. 26. Non vero reliquiae illae Cannensis cladis tironibus modo constabant, sed omni genere militum, utquemque fuga agmini addiderat. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *is mana bello* Coloniensis, *Ismara* Parmensis editio. scribe, *is mala bello Pectora.* Atque ita ex editione Romana jam restituit exactissimus Gronovius I. Observ. cap. XIII. & ex codice Oxonio Barthius. Paullo post Parmensis editio *Quis sese occultens, terras*, pro vulgato *occulerent*. N. HEINSIUS. *Ismara* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Sed recte viri docti *is mala* emendarunt. Nam *mala bello Pectora* sunt ignava, imbellia, timida; ut contra *bonus*, fortis, strenuus, audax. Frontin. IV. Stratag. cap. VII. §. 37. *Cum audisset Pythiam quemdam, bonum pugnatorem, alienatum sibi.* ubi plura exempla habet Tennulius, & inter alia hoc Lucilii ex lib. XXX.

Calvus Palatinus, vir nobilis, ac bonus bello.

ubi est *bonus bello*, ut hic *malus bello. novus* autem & *malus* alibi etiam errore librariorum permiscentur. vide Brockhus. ad Tibulli lib. II. el. VII. vers. 19.

CON AETE REPV ROM

IVP
MIN
IVN

Quîs sese occulerent, terras: quo nomina nulla
Poenorum, aut patriae penetraret fama relictae.
Quae postquam accepit flammata Scipio mente,
Quantus Sidonium contra, fera proelia miscens,
Ductorem stetit in campis, rapit ocius ensem,
Atque, ubi turpe malum Latioque extrema coquebant
Coepta viri, ruptis foribus sese arduus infert.
Tum, quatiens strictum cum voce ante ora paventum
Mucronem, Tarpeja, pater, qui templa secundam
Incolis a coelo sedem, & Saturnia nondum
Iliacis mutata malis, tuque aspera pectus
Aegide Gorgoneos virgo succincta furores,
Indigetesque Dei, sponte inter numina nostra,

Perque

19. & Gronov. ad Senec. Hipp. vers. 305.

v. 430. *Latioque extrema coquebant*] Id est, parabant, exemplo Liviano: Livius enim eo sensu *τῷ coquere* usus est lib. III. cap. XXXVI. *Impotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant.* lib. VIII. cap. III. *Omnibus consultationibus inter se principes occulte Romanum coquebant bellum.* Sidon. Apoll. carm. v. vers. 129.

Coxerat internum per barbara corda venenum.

ubi vide notas Savaronis, & quae supra notantur ad lib. II. vers. 327.

v. 432. *Quatiens strictum cum voce mucronem*] Forte *strictum vagina mucronem.* N. HEINSIUS. Nihil muto. *quatiens cum voce*, est quatiens additis his verbis, quatiens dum loquebatur. sic supra lib. IV. vers. 661.

Tum madidos crines & glauca fronde revinctum
Attollit cum voce caput.

Virgil. x. Aen. vers. 667.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.

v. 433. *Tarpeja, pater, qui templa* &c.] Inprimis Silius Jovem, Junonem & Minervam invocat; quae numina praecipue in templo Capitolino, quamvis diversis cellis, colebantur. Hinc frequenter junctim memorantur, ut pluribus exemplis Dausquej. docuit: quibus adde illud Cicer. Orat. pro domo cap. LVII. *Te, Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit, teque, Juno Regina, & te, custos Urbis Minerva, precor ac quaeso.* Vide etiam Cicer. lib. v. in Verr. cap. LXXII. Valer. Max. lib. v. cap. x. ex. 2. *Jovem Optimum Maximum, Junonemque Reginam, & Minervam precatus sum.* Eumen. pro restaur. Schol. cap. x. *Ante aras quodammodo suas Jovios Herculiosque audiant praedicari Jupiter pater, & Minerva socia, & Juno placata.* Hinc Lactant. I. Divin. Instit. cap. I. *Jupiter enim sine contubernio conjugis filiaeque coli non solet: unde, quid sit, apparet; nec fas est id nomen eo transferri, ubi nec Minerva est ulla, nec Juno.* Tribus hisce numinibus Aediles ludos Romanos faciebant. Cic. lib. v. in Verr. cap. XIV. *Mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervaeque esse faciundos.* Vide Rycquium de Capit. cap. XIII. Neque in nummis solum, quos & Rycquius & Dausquejus laudarunt, sed & aliis etiam monumentis vetustis tria haec numina juncta occurrunt. Vide Bellorii lucern. sepulcr. parte II. num. 9. & 10. & praecipue apud spectatissimum Wildium in gemmis num. 129. quae & hic exstare volui.

v. 435. *Iliacis mutata malis*] *Italicis* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 437. *Indigetesque Dei, sponte inter numina nostra*] Nec hoc satis intelligunt, quod Scipio de indigetibus Diis memorat juratis: tamen difficile non est. *nostra sponte*, nostro allectu. Claudianus, *& si quos Roma recepit, Aut dedit ipsa Deos.* Sunt enim indigetes Romani heroës, post obitum Divis adscripti. Macrobius,

Indigetes Divi summi fato Jovis hi sunt,
Quondam homines, modo cum superis humana tuentes.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *numina vestra* Coloniensis. *τὸ sponte* in mendo cubat, quamquam Barthius interpretetur *nostra sponte* nostro allectu. Scribe,

Indigetesque Dei, spondens per numina vestra,
Perque caput, nullo levius mihi numine, patris
Magnanimi juro.

spondens juro, spondeo jurans. Juvenal. sat. XIII.

——— *pecudem spondere sacello*
Balantem, & laribus cristam promittere Galli
Non audent.

Apud Martial. lib. VIII. epigr. LXXXI.

Non per mystica sacra Dindymenes,
Non per Niliacae vovens juvencae,
Nullos denique per Deos Deasque
Jurat Gellia, sed per uniones.

ubi *bovem juvencae* male nunc legitur. N. HEINSIUS. *spondens juro* itaque, ut Illustrissimus Heinsius emendavit, est jurejurando spondeo. sic Ho-

 mer.

Perque caput, nullo levius mihi numine, patris
Magnanimi juro, numquam Lavinia regna
Linquam, nec linqui patiar, dum vita manebit.
Ocius, en, testare Deos, si moenia taedis
Flagrabunt Libycis, nullas te ferre, Metelle,
Ausurum in terras gressus. ni talia sancis,
Quem tremis, & cujus somnos formidine rumpis,
Hannibal hic armatus adest. moriere, nec ullo
Poenorum melior parietur gloria caeso.
His excussa incepta minis. jamque ordine jusso
Obstringunt animas patriae, dictataque jurant
Sacramenta Deis, & purgant pectora culpa.
Atque ea dum Rutulis turbata mente geruntur,

Lustrabat

mer. Iliad. A. vers. 76.

—— *οἱ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον.*

Tu mihi paciscere, ac jura, id est, jurejurando paciscere. Sic infra lib. xv. vers. 108. Modius *spondet*, pro *sponte*, emendat. ubi tamen videnda, quae notavi.

v. 440. *Linquam, nec linqui patiar*] Erigetur sensus, si inseras τὸ *ego*. *Linquam ego, nec linqui patiar.* N. HEINSIUS. Ita Silium scripsisse verosimile faciunt verba Livii, eandem historiam narrantis, lib. XXII. cap. LIII. *Ex mei animi sententia, ut ego rem publicam populi Romani non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar.* Tum etiam, quod soliti sint librarii eam vocem, non apud historicos solum, sed & poetas, ubi id salvis metri legibus facere potuerunt, pro lubitu nunc addere, nunc demere. Sic libri potiores & primae editiones non agnoscunt apud Tibull. lib. III. eleg. II. vers. 9.

Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbram,

teste Broekhusio: vulgo tamen *Ergo ego cum.* Elisio in caussa fuisse videtur, cur scribae hunc locum Silii corruperint, ut saepe alibi. vide supra ad lib. II. vers. 531.

v. 441. *Ocius, en, testare Deos*] Opinor Silium scripsisse *antestare Deos*, veteri verbo juris, quo tamen praeter Plautum etiam Horatius lib. I. sat. IX. est usus. *antestari*, in testimonium advocare. Glossae veteres, *Antestari, μαρτυρήσασθαι.* Sumitur tam active, quam passive. Auson. Epigr. XCIV.

Antestare Deos. Nec fas mihi fallere Divos:
Pervigila ante fores, nocte capi timeo.

sic & ibi scribo. N. HEINSIUS. De verbo *antestari* plura vide apud Salmas. ad jus Attic. pag. 811. & seqq. & doctissimos commentatores ad Plauti Pers. act. IV. sc. IX. vers. 10.

v. 442. *Nullas te ferre, Metelle, Ausurum in terras gressus*] Puto, *nullas efferre, Metelle, Orsurum in terras gressus:* vel, *Ausonia in terras.* N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii emendavit *nullos gressus*, non ausurum te ullos gressus ferre in terras, nempe exteras, quo abire in animo habes. Sed non persuadet. Vulgata enim scriptura satis commodum sensum habet.

v. 445. *Majore nec ullo Poenorum melior parietur gloria caeso*] Verba sunt Scipionis ad degenerem Metellum, fugam nescio in quas solas terras Hannibalis metu cum sociis molientem. sed manifeste emendandum, *moriere: nec ullo Poenorum* &c. MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII. Pro *moriere*, in editionibus Romana principe ac Mediolanensi est *periere*, pro quo manu docta in margine editionis Romanae emendatum erat *perimere*.

v. 447. *Jamque ordine jusso Obstringunt animas patriae*] Celeberrimo Burmanno legendum videtur *jussi.* jussi jurare ordine obstringunt. non male.

v. 452. *Pertractans vulnera visu.*] Ridiculum nonnemini hoc Silianum loquendi genus videtur, quod non visu, sed manu, rem pertractemus. Sed male. Eodem enim jure damnandum foret illud Martial. lib. IX. epigr. LIX.

Inspexit molles pueros, oculisque comedit.

& illud Justini lib. XXI. cap. I. *In macello perstare; quod emere non poterat, oculis devorare.* Nam, ut visu non tangimus, sic nec oculis comedimus, vel devoramus. Figuratum loquendi genus esse quilibet videt, quo eodem Ovidius etiam usus est VI. Metam. vers. 478.

Videt eam Tereus, praecontrectatque videndo.

Plura similia exempla videnda sunt apud Heumann. in Parerg. Crit. pag. 147.

v. 454. *Dulcia praebebat trucibus spectacula Poenis*] *pendebat* in editione Parmensi, pro *pandebat.* Sic apud Horat. lib. II. sat. II. vers. 26.

—— *picta pandit spectacula cauda.*

N. HEINSIUS. *pendebat* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio.

v. 455. *Quas inter strages*] *Quas strages inter* scripti. N. HEINSIUS. Etiam Marsi editiones Venetae.

v. 456. *Seminecem extremo vitam exhalarat in auras Munere deficiens*] *Vitam exhalabat* recte legit Dausquejus. Non enim jam exhalarat, sed in eo jam erat.

Lustrabat campos, & saevae tristia dextrae
Facta recensebat, pertractans vulnera visu,
Hannibal, &, magna circumstipante caterva,
Dulcia praebebat trucibus spectacula Poenis.
Quas strages inter, confossus pectora telis,
Seminecem extremo vitam exhalabat in auras
Munere deficiens jam Cloelius, oraque nisu
Languida vix aegro & dubia cervice levabat.
Agnovit sonipes, arrectisque auribus acrem
Hinnitum effundens, sternit tellure Vagesum,
Quem tunc captivo portabat in agmina dorso.
Hinc, rapidum glomerans cursum, per lubrica pingui
Stante cruore soli & mulctata cadavera caede

Evolat,

erat. Et ita membranae Oxonienses. BARTHIUS lib. II. Adverf. cap. XIII. *Murmure deficiens*, ni fallor. & sic Gronov. IV. Observ. cap. XVII. *exhalabat* etiam, non *exhalarat*, Coloniensis cum editione Parmensi: necdum enim exhalarat, sed exhalabat moribundus: quomodo & interpres conjecerat confirmat ex Oxoniensi libro Barthius. N. HEINSIUS. Recte *extremo Murmure*, ut apud Statium X. Theb. vers. 435. *supremaque murmura volvens*. Simili modo & supra peccarant librarii lib. III. vers. 680.

Implet fatidico Dodonida murmure quercum.

Ita recte habent Msti libri, pro *fatidico munere*. Deinde optime etiam viri docti *exhalabat* vindicarunt, quod habet etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Atque ita evadet Silius censuram nonnem nis, qui vitam, quam quis exhalarat, pueriliter *seminecem* vocari existimabat, & *seminecem vitam* post vitam exhalatam dici non posse. *seminecem vitam*, ut *mortua vita* apud Lucret. lib. III. vers. 1061.

Mortua cui vita est prope jam vivo atque videnti.

v. 460. *Vagesum*] *Bagesum* Coloniensis & Parmensis. N. HEINSIUS. *Baresum* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Solent autem librarii literas *V* & *B*. ubique permiscere. vide supra ad lib. VIII. vers. 475.

v. 463. *Per lubrica pinguis Stante cruore soli & mutata cadavera caede Evolat*] Manuscripta lectio est *mulctata cadavera caedi*, & mox *latentis*, pro *jacentis*. Ego tamen in vulgata nihil mutandum existimem. BARTHIUS lib. II. Adverf. cap. XIII. *pingui cruore*, & *mulctata cadavera caedi* Puteaneus, & cum Parmensi editione codex Coloniensis & Oxonius. scribo,

——— *per lubrica pingui*
Stagna cruore soli & mulctata cadavera caede
Evolat.

lib. XII. vers. 673.

——— *ubi cum Tyrrhena natarent*
Stagna cruore virûm.

Lucan. lib. II. vers. 71.

Stagna udi texere soli laxaeque paludes
Depositum, Fortuna, tuum.

Sic castigandus is locus ex membranis optimis, non *avidi soli*. Sed & *Stante cruore* bene se habere potest, ut idem Lucan. ibid. vers. 103. *Stat cruor in templis.* Si *caedi* admittis, pro *caede* erit positum: quamquam Silius fortasse *caedis* more suo extulit. vel *mactata caedi*, ut Maroni XI. Aen. vers. 197.

Multa boum circa mactantur corpora morti.

mulctata cadavera caedi, quomodo apud Maron. XI. Aen. vers. 839.

Prospexit tristi mulctatam morte Camillam.

quomodo & Terentius locutus, & Cicero non semel. Donatus pro *lacerare*, *mutilare*, *verberare* interpretatur. noster lib. XVII. vers. 505.

——— *mulctantur comminus uno*
Exitio, redduntque animas.

Ita & illic ex vestigiis veterum librorum corrigebam. in vulgatis *mactantur*. *stagna soli*, pro sola stagnantia cruore dixit eleganter. *stagna*, pro paludoso solo. *stagnantem aquam* proprie esse aquam stantem, paludosam, ac limo turbidam, docuit eruditissimus Gronovius Diatr. Statiana cap. XXVIII. ubi multa ad rem. *stagnantes ripae* supra vers. 89. apud nostrum lib. VI. vers. 36. habes,

Stagnantem caede & facilem discedere terram.

lib. XII. *post Dauni stagnantia regna Sanguine.* N. HEINSIUS. *pingui cruore* non male Illustrissimus Heinsius: *pinguis* enim *cruor*, quod terram fecundare dicatur. vide infra ad lib. XIV. vers. 131. Tum *Stante* non mutem in *Stagna*: Sed *Stante* est stagnante. Festus enim aliique *stagnum* a voce *stare* deducunt. Solum lubricum erat stagnante pingui cruore. Deinde Romana princeps & Mediolan. editio *multata*, vel *mulctata cadavera caedi*. Simili lectionis diversitate *mutato toro*, pro *mulctato*, apud Propert. lib. IV. eleg. VIII. vers. 28. ex optimo codice scribendum monuit vir elegantis ingenii Janus Broekhusius. Sed fortasse, pro *mulctata*, scribendum *mulcata*. ita enim apud Maronem, ab Hein-

 sio.

Evolat, ac domini consistit in ora jacentis.
Inde, inclinatus colla, & submissus in armos,
De more inflexis praebebat scandere terga
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore.
Milite non illo quisquam felicius acri
Insultarat equo, vel si resupina citato
Projectus dorso ferret cum membra, vel idem
Si nudo staret tergo, dum rapta volucris
Transfigeret cursu sonipes certamina campi.
At Libys, humanos aequantem pectore sensus
Haud parce miratus equum, quinam ille sinistrae
Depugnet morti juvenis, nomenque, decusque
Erogitat, letique simul compendia donat.
Hic Cinna (ad Tyrios namque is sua verterat arma,
Credulus adversis, & tum comes ibat ovanti)
Auribus huic, inquit, ductor fortissime, origo est
Non indigna tuis. quondam sub Regibus illa,
Quae Libycos renuit frenos, sub Regibus olim
Roma fuit. sed enim, solium indignata Superbi,

sio laudatum, & Auson. Idyll. vi. vers. 90. legi debere monuerunt viri docti. Vide Gronov. ad Livii lib. xxviii. cap. xxx. Graev. ad Suet. Caesar. cap. xvii. viros doctos ad Plauti Mostell. act. iv. sc. ii. vers. 23. & Victor. ad Cic. Brutum cap. xxii. Apud Maronem ipse Heinsius in nitidissima sua editione *mulcatam morte Camillam* scribi curavit. Lectionem, quae nunc vulgo exstat, primus Marsus protulit, quem alii omnes secuti sunt.

v. 464. *Consistit in ora jacentis*] *in ore* maluerim. Videantur annotata lib. ii. N. HEINSIUS. Silius lib. iii. vers. 66.

At puer obsessae generatus in ore Sagunti.

ubi plura vide. Celeberrimus Burmannus *ad ora* malebat.

v. 465. *Inde, inclinatus collum, submissus & armos*] Scribe ex Coloniensi & Puteaneo,

Inde, inclinatus colla, & submissus in armos.

neque aliter editio Parmensis. N. HEINSIUS. Ita & habent editiones Romana princeps ac Mediolanensis, ut & Veneta Marsi, nisi quod perperam in ea sit *subnixus*, pro *submissus*. In Oxon. codice est,

Inde, inclinatus colla, & submissus marinos.

sub qua ultima voce manifesta librarii aberratione *in armos* latere quilibet videt. Primus Nicander in Juntina veram Silii manum incrustavit, reponendo id, quod nunc omnes editiones perperam occupat.

v. 467. *Ac proprio quodam trepidabat amore*] Suspecta mihi sunt haec. quid enim est *proprio?* Arbitror Silium festinationem equi, ut in tanto periculo Cinnae voluisse exprimere, & *propero* potius reliquisse, cum & trepidationem, quae utique festinationis est, adjunxerit. BARTHIUS lib. ii. Advers. cap. xiii. *quondam*, pro *quodam*, Puteaneus. Puto *ut quondam*. an *prono amore? propero* Barthius. Sed *proprio* bene se habet. vide supra ad lib. iii. vers. 515. N. HEINSIUS.

v. 469. *Vel si resupina citato Projectus dorso ferret cum membra*] Obstaculum etiam in his est. Vix enim satis Latina sunt illa *si* & *cum*. Argutator aliquis reponat aliquid acutius: nos sanum nobis non videri testamur. BARTHIUS lib. ii. Advers. cap. xiii. *resupina citati Projectus dorso ferretur membra* conjicit Gronov. iv. Observ. cap. xvii. argute, ut solet; qui illic videndus. tamen *citato* retineri potest. lib. xi. vers. 64. *gressu fert dicta citato.* lib. xii. vers. 521. *Vulturna citata Transmittunt alno vada.* Seneca saepe in Tragoediis: in Agamemn. vers. 325.

—— *resonetque manu*
Pulsa citata vocale chelys.

Lucan. lib. viii. vers. 456. *citatae rates. citatus ira vultus* Senec. in Medea vers. 852. *capitis citati obsequium* apud Statium vi. Theb. vers. 768. Claudian. iii. de Laud. Stilic. vers. 335. de Africanis leonibus,

Hesperidas qui saepe fugant, ventoque citatis
Terrificant Atlanta jubis.

Loco *Projectus*, rectius forte *Proreptus*, vel *Provectus*. Vexarat hic locus Barthium. N. HEINSIUS. Celeberrimus Burmannus ita legendum putat,

—— *vel si resupina citato*
Projectus dorso ferret sua membra.

& respexisse Silium ad duplicem artem: vel cum citato cursu provectus ita est eques, ut capite per dorsum in nates equi inclinato resupinus jaceat, vel erectus in pedes in tergo equi stet.

Ut ſceptra exegit, confeſtim ingentia bella
Cluſina venere domo. ſi Porſena fando
Auditus tibi, ſi Cocles, ſi Lydia caſtra.
Ille, ope Maeonia & populo ſuccinctus Etruſco,
Certabat pulſos per bella reponere Reges.
Multa adeo nequidquam auſi: preſſitque tyrannus
Janiculum incumbens. ubi mox, jam pace probata,
Compreſſere odia, & poſitum cum foedere bellum,
Obſidibuſque obſtricta fides, manſueſcere corda
Neſcia, pro Superi! & nil non immite parata
Gens Italûm pro laude pati! bis Cloelia ſenos
Nondum compleret primaevi corporis annos,
Una puellarum Laurentum, & pignora pacis
Inter virgineas regi tranſmiſſa catervas:
(Facta virûm ſileo) rege haec, & foedere, & annis,
Et fluvio ſpretis, mirantem interrita Thybrim
Tranavit, frangens undam puerilibus ulnis.
Cui ſi mutaſſet ſexum Natura, reverti
Forſan Tyrrhenas tibi non licuiſſet in oras,

Porſena.

v. 471. *Cum rapta volucris Transigeret curſu ſonipes certamina*] Scripti & primae editiones *dum rapta volucris.* ſed bene editio Parmenſis *volucri curſu.* N. HEINSIUS. *dum* etiam Romana princeps & Mediol. editio, ut & *volucri curſu*, quod vir Illuſtriſſimus probavit. ſic infra lib. XIII. verſ. 194.

Forma ex his Numitor, curſu plantaque volucri
Praeſtabat Laurens.

Sed nihil neceſſe vulgatum mutare: *curſu tranſigere* enim eſt celeriter tranſigere. Virgil. IV. Aen. verſ. 154. *Tranſmittunt curſu campos.* Vide ſupra ad lib. VII. verſ. 719. Pro *pectore*, male mox Colon. codex *pectora*.

v. 474. *Quinam ille ſiniſtrae Depugnet morti juvenis*] *ſiniſtrae ſorti*, opinor, vel *ſiniſtro Marti.* N. HEINSIUS. vel *ſorti*, vel *Marti*, conjicit Heinſius, pro *morti.* Voces *ſors* & *mors* frequenter olim librarii permutarunt. Vide infra ad lib. XIV. verſ. 630. Eodem modo etiam peccarunt in vocibus, *Mars* & *mors.* apud Lucan. lib. IV. verſ. 538. pro *tanta eſt fiducia mortis*, codex Voſſianus habet *fiducia Martis.* lib. VII. verſ. 129. pro *multorum pallor in ore Mortis venturae eſt*, in codice Hamburg. eſt *Martis venturi.* Vide infra ad Silii lib. XV. verſ. 809. N. Heinſium ad Naſon. III. Faſtor. verſ. 215. Valer. Flacc. lib. VII. verſ. 282. & Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XIV. verſ. 2. utraque haec conjectura vulgatae lectioni praeſtare videtur, illam tamen malo.

v. 477. *Hinc Cinna*] *Hic* in Colonienſi rectius. N. HEINSIUS. Ita & codex Oxonienſis cum editione Mediolanenſi, Romana principe, & Marſi Venetis.

v. 478. *Credulus adverſi, qui tum*] *Credulus adverſi ſat tum* Puteaneus cum editione Parmenſi: at in Colonienſi vere,

Credulus adverſis, & tum comes ibat ovanti.

N. HEINSIUS. *Credulus adverſi ſat tum* etiam codex Oxonienſis; *ſat tunc* Romana princeps editio & Mediolanenſis. *Credulus adverſi, & tum* proxime vere Marſi Venetae & Martini Herbipolenſis editiones. Vulgatae lectionis Nicander auctor fuit.

v. 483. *Ut ſceptra exegit*] Scribendum exiſtimo unius literae mutatione *Vi ſceptra exegit*: concinnius, uti arbitror. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. XIII. *Vi ſceptra exegit* Barthius. male. N. HEINSIUS.

v. 490. *Poſitum tum foedere bellum*] *cum foedere* ex ſcriptis & primis editionibus. N. HEINSIUS. Ita & editio Romana princeps ac Mediolanenſis.

v. 495. *Et pignora pacis*] Malim *in pignora*, quamquam & oppoſitio admitti poteſt. N. HEINSIUS. Nihil muto. Cloeliam Silius *pignora pacis* vocat exemplo Liviano lib. II. cap. XIII. *Romani pignus pacis ex foedere reſtituerunt.* Perperam in Romana principe ac Mediolan. editione eſt *pignore pacis.*

v. 498. *Mirantem interrita Thybrim Tranavit*] Pro quo Claudian. I. in Eutrop. verſ. 447.

——— attonitum tranavit Cloelia Thybrim.

Simili modo & mare primam navim, ut rem inſolitam, miratum fuiſſe dixit Ovid. II. Amor. eleg. XI. verſ. 1.

Prima malas docuit, mirantibus aequoris undis,
Peliaco pinus vertice caeſa vias.

Pro quo Nereides poſuit Catull. carm. LXV. verſ. 15.

Aequoreae monſtrum Nereides admirantes.

Ita Hannibal etiam *terrere freta* dicitur infra lib. XII. verſ. 449.

Nuncius interea, vectis non more carinis,
Terrentem freta curarum fervoribus implet.

Accedit autem Silius hic eorum opinioni, qui Cloeliam

Porsena. sed juveni (ne sim tibi longior) hinc est
Et genus & clara memorandum virgine nomen.
Talia dum pandit, vicinus parte sinistra
Per subitum erumpit clamor. permixta ruina
Inter & arma virûm & lacerata cadavera, Paulli
Eruerant corpus media de strage jacentum.
Heu quis erat! quam non similis modo Punica telis
Agmina turbanti! vel cum Taulantia regna
Vertir, & Illyrico sunt addita vincla tyranno!
Pulvere canities atro, arentique cruore
Squalebat barba, & perfracti turbine dentes
Muralis saxi, tum toto corpore vulnus.
Quae postquam aspexit geminatus gaudia ductor
Sidonius; Fuge, Varro, inquit, fuge, Varro, superstes,
Dum jaceat Paullus: Patribus Fabioque sedenti
Et populo Consul totas edissère Cannas.

Concedam

liam natando Thybrim transmisisse dicunt; cum alii velint eam equo insidentem flumen trajecisse: quorum sententiam firmat statua equestris in memoriam hujus facti a Romanis ipsi posita, de qua Liv. lib. II. cap. XIII. ut & gemma apud Beger. in specil. Antiq. pag. 73. quae hic etiam conspicitur.



Cloeliae historiam etiam infra vide lib XIII. vers. 828.

v. 502. *Juveni huic est*] *hinc est* scripti. N. HEINSIUS.

v. 503. *Et genus & clara memorandum à virgine nomen*] Scripti *memorandum virgine*, non *a virgine*: quod & Parmensis editio confirmat. N. HEINSIUS. *memorandum virgine* etiam Mediolan. ac Romana princeps editio, pro quo Marsus *a virgine* edidit. *το genus* & *nomen* saepe junguntur. Virgil. XII. Aen. vers. 225.

Cui genus à proavis ingens, clarumque paternae
Nomen erat virtutis.

Vide N. Heinsium ad Nason. Epist. II. Heroid. vers. 50.

v. 508. *Heu quis erat! quam non similis* &c.] Manifesta Maronis imitatio est, apud quem ita Aeneas de Hectore II. Aen. vers. 274.

Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achillei,
Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes!

v. 511. *Pulvere canities atro arentique cruore Squalebat barba* &c.] Nihil hic sani in editione Interpretis. N. HEINSIUS. *arenti cruore*, ut supra lib. VII. vers. 343.

At socii renovant tela, arentemque cruorem
Ferro deterunt.

In his etiam Silius Maronem expressit, cui eodem loco vers. 272. Hector *ater cruento pulvere* dicitur, & post vers. 277.

Squalentem barbam & concretos sanguine crines
Vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros
Accepit patrios.

v. 513. *Tum toto corpore vulnus*] Suspicor scriptum Silio nostro *toto unum corpore vulnus*. Judicium esto eruditorum. Sequentibus usque ad finem libri distinctio varie, etiam in optimis editionibus, maculata est, sed facilis corrigi. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *toto unum corpore vulnus* scribi debere contendit Barthius. male. apud Nasonem tamen, *unumque erat omnia vulnus*. N. HEINSIUS. Paullus Consul tot vulneribus, quae, ut Silius inquit vers. 304.

——— *coeuntibus undique telis*
Et Nomas, & Garamas, & Celta, & Maurus, & Astur

inflixerant, confossus erat, ut nulla corporis pars vulnerum libera foret, quod *toto corpore poenas exsolvere* supra dixit lib. V. vers. 333. ubi vide.

v. 514. *Quem postquam aspexit*] Rectius Coloniensis, *Quae postquam aspexit*, & sic editio quoque Parmensis ac Romana. N. HEINSIUS. Ita & codex Oxon. cum Romana principe & Mediol. editione: Marsus vero *Quem* habet.

v. 527. *Armorumque jubet consurgere acervos Arduos, Gradive, tibi*] Vide Fabrett. ad Column. Traj. cap. IX. pag. 312.

v. 529. *Sparsosque propinquos Agmine prosternent lucos*] Corrigendum *sparsoque propinquos Agmine*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII. *sparsoque Agmine* ex Coloniensi Modius: nec aliter Puteaneus

Concedam hanc iterum, si lucis tanta cupido est,
Concedam tibi, Varro, fugam. at, cui fortia & hoste
Me digna haud parvo caluerunt corda vigore,
Funere supremo & tumuli decoretur honore.
Quantus, Paulle, jaces! qui tot mihi millibus unus
Major laetitiae caussa es. cum fata vocabunt,
Tale precor nobis, salva Karthagine, letum.
Haec ait: & sociûm mandari corpora terrae,
Postera cum thalamis Aurora rubebit apertis,
Imperat; armorumque jubet consurgere acervos,
Arsuros, Gradive, tibi. tum munera jussa,
Defessi quamquam, accelerant, sparsoque propinquos
Agmine prosternunt lucos: sonat acta bipenni
Frondosis silva alta jugis. hinc ornus & albae
Populus alta comae, validis accisa lacertis,
Scinditur, hinc ilex proavorum condita seclo.

Devolvunt

neus codex aut editio Parmensis. N. HEINSIUS. *sparsoque Agmine* etiam codex Oxon. cum editione Romana principe ac Mediolanensi. Marsus autem *sparsosque* edidit.

v. 530. *Sonat acta bipenni silva*] *icta bipenni* scribendum vel invitis membranis ex illo Maroniano, *sonat icta bipennibus ilex*. N. HEINSIUS. Idem Virgil. XI. Aen. vers. 135. *ferro sonas icta bipenni Fraxinus.* Coripp. Afric. lib. IV. vers. 21.

——— sonat undique sessus
Concisor nemorum, crebrisque securibus ictus
Congeminat.

τὰ *actus* & *ictus* in libris scriptis frequentissime commutantur. Exempla vide apud Pierium ad Maron. XII. Aen. vers. 687. N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 35. & Broekhuf. ad Prop. lib. III. eleg. VI. vers. 14.

v. 531. *Frondosis silva alta jugis*] *silva alta* suspectum est, cum confestim sequatur *altae Populus alba comae.* Forte *silva atra. silva alta* pro nutrita poterit sumi. N. HEINSIUS. Sic Plaut. in Rudente act. III. sc. IV. vers. 36. *Athenis natus, altusque, educatusque Atticis.* Cicero II. de Finib. cap. XLVI. *Quibus altae renovataeque stellae atque omnis aether refundunt eadem.* Sed cum tamen *populus alta* mox sequatur, malim *silva atra* cum Illustrissimo Heinsio rescribere. Sic Virgil. I. Aen. vers. 165.

— horrentique atrum nemus imminet umbra.

Ovid. Epist. XII. Heroid. vers. 67.

Est nemus & piceis & frondibus ilicis atrum.

Simili errore in nonnullis codicibus antiquis apud Maron. V. Aen. vers. 512. *alta nubila*, pro *atra*, legebatur, ut testis est Pierius.

v. 531. *Hinc ornus & altae Populus alba comae*] Immo vice versa *& albae Populus alta comae.* apud Tibullum tamen *populus alba* lego [lib. I. eleg. IV. vers. 25.]

Quam cito purpureos deperdit terra colores,
Quam cito formosas populus alba comas,

Id est, ἡ λεύκη, quae τῇ αἰγείρῳ opponitur. D. HEINSIUS. Recte parens meus *albae Populus alta comae.* Confirmat Puteaneus. N. HEINSIUS. Vide Broekhuf. ad d. locum Tibulli. Codex Oxoniensis habet *alte Populus alma comae*, ut forte scribendum sit *& albae Populus alma comae:* & tum paullo ante *Frondosis silva alta jugis* erit retinendum.

v. 533. *Ilex proavorum condita seclo*] *consita* corrigendum vel sine veterum librorum auctoritate. Diximus nonnihil jam supra hoc libro vers. 166. Apud Nasonem epistola Oenones,

Populus est, memini, fluviali consita ripa.

Apud Propertium lib. IV. carm. IV. simile mendum tollendum illo versu,

Lucus erat felix hederoso consitus antro:

ubi nunc legitur *ederoso conditus antro.* Auctor eleg. de Phoenice,

Hic solis nemus est. stat consitus arbore multa
Lucus, perpetuae frondis honore virens.

Horat. lib. III. od. X.

Audis, quo strepitu janua, quo nemus,
Inter pulchra satum tecta, remugiat?

Ita antiquus scholiastes & veterrimus Bibliothecae Leidensis codex cum tribus Cruquianis agnoscit, non *situm*: recte; eamque lectionem longe elegantissimam Torrentius immerito damnavit. Notum illud Statii in Synephebis apud Tullium Catone majori,

Serit arbores, quae alteri seculo prosint.

& illud ipsius Horatii,

Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem.

tum & illud Ciceronis ex Oeconomico apud Macrobium Saturn. lib. II. cap. XVI. *Neque serit vitem, neque, quae sata est, diligenter colit.* Macrob. Saturn. VII. cap. ult. *Humecta Luna arbores aptius seres.* adde illud Maronianum, *Optima vinetis satio est*; & id apud eundem, *juvat Ismara Baccho Conserere.* apud

Xxx Catullum,

Devolvunt quercus, & amantem litora pinum,
Ac, ferale decus, maestas ad busta cupressos.
Funereas tum deinde pyras certamine texunt:.
Officium infelix & munus inane peremtis.
Donec anhelantes stagna in Tartessia Phoebus
Mersit equos, fugiensque polo Titania caecam
Orbita nigranti traxit caligine noctem.
Post, ubi fulserunt primis Phaëthontia frena
Ignibus, atque sui terris rediere colores,
Supponunt flammam, & manantia corpora tabo
Hostili tellure cremant. subit horrida mentem
Formido incerti casus, tacitusque pererrat
Intima corda pavor, si fors ita Martis iniqui
Mox ferat, ac ipsis inimica sede jacendum.
Ast, tibi, bellipotens, sacrum, constructus acervo

Ingenti

Catullum,

Lenta qui velut assitas
Vitis implicat arbores.

id est, juxta satas. Nec quidquam frequentius occurrit hoc loquendi modo apud rei rusticae scriptores. Varro de re rustica: *Neque vites propter cupressos asserunt, quod haec inter se inimica.* Horat. lib. II. epist. ultima, *qua populus assita certis Limitibus.* Pari modo *conserere* dicebant, de quo verbo nunc agimus. Appul. v. Metam. *Videt lucum proceris & vastis arboribus consitum.* lib. XI. *Mons erat consitus viretis & vivis arboribus.* lib. VIII. *Perveniunt nemus quoddam proceris arboribus consitum. genialis consitor uvae* Bacchus Nasoni dicitur IV. Metam. apud Colum. lib. II. cap. II. *conserere agrum generibus pomorum aut oleis. pomaria in summis turribus serere* habes apud Senec. Epist. CXXII. D. Hieronymus in vita Hilarionis Monachi, *Videtis hoc pomarium arbusculis consitum & oleribus virens.* N. HEINSIUS. Supra ad vers. 166. emendationi Illustrissimi Heinsii, pro *proavis ab origine cognita quercus*, legentis *consita quercus*, calculum adjicere non potui ob rationem, quam ibi reddidi: hic vero conjectura ejus *ilex proavorum consita seclo*, pro *condita*, placet. Sic Tibull. lib. I. eleg. I. vers. 7.

Ipse seram teneras maturo tempore vites.

Curtius lib. VI. cap. V. *Arbores densae sunt, ex industria consitae.* lib. VII. cap. 2. *Diversoria regionis illius magnos recessus habens amoenosque nemoribus manu consitis.* Liv. lib. XXXIII. cap. VI. *Magnum utrisque impedimentum fuit ager consitus crebris arboribus.* Colum. lib. II. cap. IX. *Quintam partem seminis amplius occupare agrum consitum arbusto, quam vacuum & apertum.* Auson. in Mosell vers. 25.

Amnis odorifero juga vitea consite Baccho.

Egesippus in Excid. Hierosl. lib. IV. cap. XVIII. *Vineis ceterisque fructuosis arboribus rus consitum.* Vide etiam Eruditissimum Bentlejum ad Horat. lib. III. Od. X. vers. 6.

v. 535. *At ferale decus*] *Ac* ex scriptis & primis editionibus. deinde puto *maestas ad justa cupressos*, pro *ad busta*. N. HEINSIUS. In primis, quas ego consului, editionibus, ut Romana principe ac Mediolanensi, *Ad ferale* perperam inveni.

v. 536. *Funereas tum deinde pyras certamine texunt*] Praestat, *Funereo certamine.* N. HEINSIUS. Nihil muto. *certamine texunt* est certatim texunt, ut lib. XII. vers. 268.

Jamque fugae immodicus tendit certamine gressum
Praecipitem.

eodem modo, ut *cursu* pro cursim. vide supra ad lib. VII. vers. 719.

v. 537. *Officium infelix & munus inane peremtis*] *Officium infelix* non peremtis, ut nonnemo volebat, qui inde ineptiae Silium accusavit; sed *infelix* superstitibus amicis *officium.* Silius enim Maronem παρῳδεῖ, qui id eorum respectu *Triste ministerium* vocavit VI. Aen. vers. 223. quem & Coripp. African. imitatus est lib. III. vers. 12.

Triste ministerium latam feriebat in aulam.

munus inane autem ad peremtos pertinet, quod, ut alii etiam notarunt, expressum est ex illo Maron. VI. Aen. vers. 883.

——— *animamque nepotis*
His saltem accumulem donis, & fungar inani
Munere.

v. 542. *Atque sui terris rediere colores*] Proprie *redire* non poterant colores, qui numquam abierant: sed redeunte die colores, tenebris involuti & absconditi, rursum apparebant. simili modo Virgil. VI. Aen. vers. 271.

——— *ubi coelum condidit umbra*
Jupiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

similiter oriente sole orbis dicitur *renatus* supra lib. V. vers. 56. *jamque orbe renato Diluerat nebulas Titan.* pro quo *luce renata* dixit Seneca in Herc. Fur. vers. 127.

——— *luce renata*

Coge

Ingenti mons armorum surgebat ad astra.
Ipse, manu celsam pinum flammaque comantem
Attollens, ductor Gradivum in vota ciebat;
Primitias pugnae & laeti libamina belli
Hannibal Ausonio cremat haec de nomine victor,
Et tibi, Mars genitor, votorum haud surde meorum,
Arma electa dicat spirantum turba virorum.
Tum, face conjecta, populatur fervidus ignis
Flagrantem molem, &, rupta caligine, in auras
Actus apex claro perfundit lumine campos.
Hinc citus ad tumulum donataque funera Paullo
Ibat, & hostilis leti jactabat honorem.
Sublimem eduxere pyram, mollesque virenti
Stramine composuere toros. superaddita dona,
Funereum decus: expertis invisus & ensis,

Et

Cogit nitidum Phosphorus agmen.

v. 547. *Ac ipsis inimica sede jacendum*] *ast ipsis* scripti & priscae editiones: *jacentum* Coloniensis. Forte *hac ipsis inimica sede jacendum*. N. HEINSIUS. Non male vir Illustrissimus *hac ipsis inimica sede jacendum*, id est, hic in Italia. Summum autem infortunium habitum fuit in extera vel inimica regione mori & sepeliri. vide supra ad lib. IV. vers. 77. De voce *jacere* egi ad lib. II. vers. 591. ad oram editionis Romanae principis, in qua *ast ipsis* editur, manu docta emendatur *est ipsis inimica caede jacendum*. Sed male.

v. 548. *Ast tibi, bellipotens*] *Ac tibi* Coloniensis, *At* Puteaneus cum editis sub initio artis typographicae inventae libris. N. HEINSIUS.

v. 550. *Flammaque comantem*] Perperam Romana princeps & Mediolan. editio *flammamque*. Infra lib. XIV. vers. 420.

—— flammaque comantem
Multifida pinum celso de culmine quassat.

v. 552. *Et leti libamina belli*] *laeti* cum Aldo & Gryphio ac primis editionibus. sic *laetum crimen* ex scriptis lib. VI. vers. 633. & mox vers. 645. *laeti campi*. N. HEINSIUS. Recte *laeti belli*: & sic omnes libri, nisi quod in Putean. *leto*, in editione Martini Herbipolensis ac Cellarii *leti*, Colinaei & Dausqueji *lethi*. Mox idem codex Puteaneus frequenti librariorum errore *nomine ductor*, pro *victor*. vide supra ad lib. IX. vers. 199.

v. 555. *Spirantum turba virorum*] immo *superantum*, si quid video, id est, victorum: vel forte, *spirantum e strage virorum*. N. HEINSIUS.

v. 557. *Rupta caligine in auras*] Forte, *ruptas*. N. HEINSIUS.

v. 559. *Donataque funera Paullo Ibat, & hostilis.* &c.] Laudatur Hannibal ob hanc humanitatem erga Paulli Aemilii cadaver apud Valer. Maxim. lib. V. cap. I. ex. ext. ultimo. Aliorum nonnulla exempla, qui hostes suos sepeliri curarunt, vide apud Dempster. ad Rosin. V. Antiq. Roman. cap. ult. & quae notavi supra ad Silii lib. VI. vers. 670.

v. 561. *Mollesque virenti Stramine composuere toros*] Non videtur pro splendore exsequiali satis esse. Dubitabam ergo, an non scriptum fuerit primo, *ruventi Stramine*; unde *virenti* postea factum sit, cum *rubenti* fieri debuerit: ut non de herba straminea, sed de texto Tyrio seu purpureo intelligamus, quod toris mortualibus locupletiorum insternebatur. *Feralis stramenta tori* Lucan. vocat lib. VI. vers. 536. ita enim censeo scribendum esse, non *fragmenta*. *strata* poëtis passim dicuntur. Sed nil temere mutari praestat. lege forte *virenti Gramine*. N. HEINSIUS. Illustrissimus Heinsius olim *rubenti Stramine* legendum conjecit, ac *stramen* interpretatus est vestem, quae locupletiorum toris mortualibus insternebatur. Eodem sensu Dempster. hunc locum Corippi Afric. lib. III. vers. 13. accipiendum putat,

Alta superpositis radiabant stramina gemmis.

Stragulae vocantur apud Petron. in Satyr. cap. XLII. *Tamen bene elatus est vitali lecto, stragulis bonis.* cap. LXXVII. *Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri.* & mox cap. seq. *Nec est moratus Stichus; sed & stragulam albam, & praetextam in triclinium attulit.* Postea idem Heinsius & *virenti Gramine* legi posse putabat. *stramen* autem & *gramen* nonnumquam commutantur inscitia librariorum. Vide Scalig. ad Propert. lib. II. eleg. XVI. vers. 20. Sed nihil omnino muto. Exprimit enim Silius Maronem, qui ita etiam de feretro, quo interemtus Pallas ad parentem Euandrum relatus est, XI. Aen. vers. 64.

Haud segnes alii crates & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis & vimine querno,
Exstructosque toros obtentu frondis inumbrant;
Hic juvenem agresti sublimem stramine ponunt.

& sic Statius VI. Theb. vers. 54.

Tristibus interea ramis teneraque cupresso
Damnatus flammae torus & puerile feretrum

 Texitur:

Et clipeus terror Nomadum: atque insigne superbum
Tum laceri fasces captaeque in Marte secures.
Non conjux native aderant, non juncta propinquo
Sanguine turba virûm, aut celsis de more feretris
Praecedens prisca exsequias decorabat imago.
Omnibus exuviis nudo jamque Hannibal unus
Sat decoris laudator erat; fulgentia pingui
Murice suspirans inicit velamina & auro

Intextam

Texitur: ima virent agresti stramina cultu. &c. ubi pariter *stramina* dicuntur *virere*. *Torus* vero est feretrum, lectus exequialis. vide Gronov. Diatr. Stat. cap. XVII. & Kirchmann. II. de Funer. Rom. cap. IX.

v. 562. *Superaddita dona Funereum decus expertis*] Quae pyrae insundebantur & rogo, ἐσθλὰ unica voce Homerus vocat, Odyss. [Λ. vers. 30.]

——— στεῖραν βοῦν ἥτις ἀρίστη
ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν.

D. HEINSIUS.

v. 564. *Et clipeus terrorque modo, atque insigne superbum*] Clipeo antiqui totum apparatum funebrem supponebant, unde divinus Sophocles totum mortuorum apparatum ὑπασπίδιον in Ajace dixit: μία δ' ἐκ κλισίας ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω. Interpres, ὑπασπίδιον, ἐνόπλιον. Sed melius ibidem Triclinius: Τὸν ὑπασπίδιον, ἤγουν τὸν ὑποκάτω τῆς ἀσπίδος, πάντων γὰρ ὅπλων ἡ ἀσπὶς ἐπίκειται. D. HEINSIUS. Lege,

Et clipeus, terror Nomadum, atque insigne supernum.

Distinctionem ubivis corruptam sanavimus ex re ipsa. *Nomadum* ex membranis Anglicanis est, nam inibi scriptum *terrorque modum. insigne supernum* ex ingenio rescripsimus. nam videtur galea cristis exornata intelligi. Ea vero ad terrorem hosticum in Heroibus apta, unde Silius noster lib. VII. de Magone vers. 294.

Haud procul hasta viri terrae defixa propinquae,
Et dira e summa pendebat cuspide cassis.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Barthius, cum in codice Oxoniensi invenisset *terrorque modum*, corrigendum censet, *terror Nomadum, atque insigne supernum. insigne supernum* pro galea cristis exornata accipit. sed male. nam τὸ *signum superbum* refer ad fasces & secures. *terror Nomadum* mihi quoque venerat in mentem: nam primae editiones & Puteaneus quoque codex praeter Oxoniensem exhibent *terrorque modum*. Praeterea distinguendum,

——— *superaddita dona,*
Funereum decus: expertis invisus & ensis,
Et clipeus terror Nomadum: atque insigne superbum
Tum laceri fasces captaeque in Marte secures.

N. HEINSIUS. Optime viri docti *terror Nomadum*. quid de frequenti nominum propriorum corruptione in libris scriptis notarim, vide supra ad lib. IX. vers. 117. pro *insigne superbum*, Barthius *supernum* malebat, & galeam cristatam accipiebat. Ita alibi saepe peccarunt scriptores librarii. vide Gronov. ad Senec. Herc. Furent. vers. 89. ad Oedip. vers. 95. & N. Heinsium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 136. Sed optime pro vulgata scriptura stat Illustrissimus Heinsius, qui *insigne superbum* ad fasces & secures, versu sequenti memoratos, refert. Eo sensu *sceptrum superbum* habes mox vers. 629. *fisus avis sceptrisque superbis*. lib. XIII. vers. 605.

Quam vellent numquam sceptris fulsisse superbis.

Senec. in Agamemn. vers. 10.

Quibus superba sceptra gestantur manu.

ut *superbum* hic bono sensu sumatur. vide infra ad vers. 573.

v. 565. *Tum lateri fasces captaeque in Marte secures*] Lege *Tum laceri fasces. laceri fasces* etiam a libro scripto sunt, cum in editis perperam *laseri* ubique legatur, cujus suasu etiam melius videtur *rupsaeque* legendum. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *laceri fasces* Puteaneus, uti & Interpres conjecerat. In Coloniensi hic versus non exstabat. *laceri* etiam ex Oxonio Barthius, qui & *ruptas secures* malebat, quam *captas*: puto *fractaeque in Marte secures*. Auctor elegiae in mortem Drusi,

Consul init fractis maerentem fascibus urbem:
Quid faceret victus, sic ubi victor init?

Statius II. Theb. vers. 726.

Nunc tibi fracta virûm spolia informesque dicamus
Exuvias.

& paullo ante,

——— *huic truncos ictibus enses*
Subligat, & fractas membris spirantibus hastas.

Statius Theb. V.

Hic impressa toris ora exstantesque reclusis
Pectoribus capulos, magnarum & fragmina trunca
Hastarum, & ferro laceras per corpora vestes
Cernere erat.

Achill. primo,

——— *truncae bellis genialibus orni*
Et consanguineos fractis crateres in hostes.

Theb. XII. de Ornito,

Squalidus ecce genas & hianti vulnere pallens
Debile carpit iter, fractaeque innititur hastae.

Idem XII. Theb. vers. 525. de triumpho Thesei:

Et tristes ducuntur equi, truncaeque bipennes.

& mox,

— *clipeis*

Intextam chlamydem, ac supremo affatur honore:
I, decus Ausoniae, quo fas est ire superbas
Virtute & factis animas. tibi gloria leto
Jam parta insigni. nostros Fortuna labores
Versat adhuc, casusque jubet nescire futuros.
Haec Libys; atque repens crepitantibus undique flammis
Aethereas anima exsultans evasit in auras.
Fama dehinc gliscente sono jam sidera adibat;

Jam

——— *clipeis obducunt pectora fractis.*

N. HEINSIUS. Recte *laceri fasces.* pari errore infra peccatum olim fuit lib. XIV. vers. 382.

Ast aliae lacerae, atque incussi roboris ictu
Detergent remos.

ubi bene Modius & Heinsius *latere* legendum esse docuerunt: vide, quae ibi notantur. *laceri fasces*, ut *lacera insignia* apud Statium X. Theb. vers. 8.

Tunc inhonora cohors laceris insignibus aegras
Secernunt acies.

Deinde, pro *captae secures*, Illustrissimus Heinsius conjicit *fractae*, ut lib. IX. vers. 652.

Vivamne? & fractos sparsosque cruore meorum
Hos referam populo fasces?

Sic & Mezentii arma *fracta* fingit Virgil. XI. Aen. vers. 8.

——— *aptat rorantes sanguine cristas,*
Telaque trunca viri, & bis sex thoraca petitum
Perfossumque locis.

Possis tamen etiam vulgatum *captaeque* servare, quod commodum satis sensum praebet. De more arma & ornamenta cujusque defuncti in rogum conjiciendi & cum cadavere comburendi pluribus agunt, qui de re funebri scripserunt, & inprimis Kirchmann. III. de Funer. cap. V.

v. 569. *Omnibus exsequiis nudo*] *exuviis nudo* scripti, & bene. nam *exsequiae* jam praecesserant. Confirmant primae editiones. Deinde lego *Omnibus exuviis nudas*, nempe exsequias, ut haec a superioribus dependeant. N. HEINSIUS. Omnes tamen primae editiones, quae mihi praesto fuerunt, ut Romana & Mediolanensis, *exsequiis* habent, eamque lectionem probabat Celeberrimus Burmannus, qui insuper legendum censebat,

Omnibus exsequiis nudo namque Hannibal unus.

v. 569. *Jamque Hannibal unus Sat decoris laudator erat*] *Laudare*, ut *laudator*, vox funesta: unde & posteriores scriptores Graeci, qui non res suas, sed Romanas, tractant, ἔπαινον τὸ ἐπικήδειον vocant. Est autem *laudare* crebrius aliquem nominare, quod in funere alicujus fieri & in deploratione solet. Sic apud Livium lib. ab U. C. I. soror Horatii, quae uni ex Curiatiis desponsa fuerat, *flebiliter nomine sponsum mortuum appellabat*: quod proprie *laudare* erat. Antiqua enim lingua erat *laudare* nominare & ὀνομάζειν simpliciter. Sic Maroni, ad linguam antiquam plerumque alludenti, *illaudatus Busiris* est infandus, & numquam nominandus,

——— *quis aut Eurysthea durum*
Aut illaudati nescis Busiridis aras?

Sic cum Homero Ἴλιον οὐκ ὀνομαστὸν dicitur, *illaudatum Ilion* reddes optime: & Euripidi ἀνώνυμος est illaudatus, ut cum Erinnyes ἀνώνυμοι θεαὶ dicuntur, Iphigenia in Tauris [vers. 943.]

Εἰς τὰς Ἀθήνας δή γ' ἔπεμψε Λοξίας,
Δίκην παρασχεῖν ταῖς ἀνωνύμοις θεαῖς.

Illaudatae Deae, quod quidem ex actionibus civilibus antiquorum manasse credo cum Gellio & Macrobio. D. HEINSIUS. Omnino respexit Silius ad Romanorum orationes funebres, quibus propinqui defunctos publice laudare solebant, dum efferebantur. Tali itaque oratione Paullus caruit, & illaudatus sepultus est, nisi quod Hannibal, dum cadaver cremabat, laudes & virtutem ejus commemorarit.

v. 573. *Superbas Virtute & factis animas*] τὸ *superbum* Graecorum more sumit Silius, aut Homerico verius, cui τὸ ὑπέρβιον τὸ μέγα est & τὸ ὑπερθεῖν πάσης δυνάμεως. Sic ille in bonam partem Ὀδυσσ. Ο. [vers. 211.]

Εὖ γὰρ ἐγὼ τόδε οἶδα κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
Οἷος ἐκείνου θυμὸς ὑπέρβιος, οὔ τι μεθήσει.

ubi designat φιλικὴν illam δύναμιν, quam nos vernaculo idiomate nostro *hertelickheyt* dicimus, quod nec ab natura vocis recedit. D. HEINSIUS. Recte D. Heinsius *superbum* bono sensu magnum, egregium, praecellens capit. sic lib. II. vers. 190.

——— *spolium inde superbum*
Herculeasque tibi exuvias, Dictynna, vovebat.

lib. XIV. vers. 608.

——— *jactantur in ignem*
Dona superba virûm multo Maverte parata.

sic fasces & secures supra *insigne superbum* dicebantur vers. 564. vide Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 804.

v. 577. *Crepitantibus undique flammis Aethereas anima* &c.] Veterum superstitio fuit, ut rogo demum incenso animas in coelum subvolare putarent, licet ante aliquo tempore liberas corporibus. Sic de anima Pompeji Lucan. lib. IX. qui diu ante corporis exustionem interfectus erat a sceleratis semiviris,

At non in Pharia manes jacuere favilla,
Nec cinis exiguus tantam compescuit umbram:
Prosilit busto, semustaque membra relinquens
Degeneremque rogum, sequitur convexa Tonantis.

BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Ad hanc

 superstitionem

Jam maria ac terras primamque intraverat urbem.
Diffidunt muris. solam pavitantibus arcem
Speravisse sat est. nec enim superesse juventam,
Ac stare Ausoniae vacuum sine corpore nomen.
Quodque adeo nondum portis irruperit hostis,
Contemtu cessare putant. jam tecta cremari,
Ac delubra rapi, caedesque ante ora nefandae
Natorum, septemque arces fumare videntur.
Lux una eversas bis centum in strage curules,
Ac juvenum bis tricenis orbata gemebat
Millibus exhaustae nutantia moenia Romae:
Atque ea post Trebiam, post Tusci stagna profundi,
Nec sociûm numero pariter leviore peremto.
Sed vero, sed enim reliqui pia turba Senatus
Munera sortito invadunt. celer omnia lustrans
Clamitat attonitis Fabius, Non ulla relicta est
(Credite) cunctandi ratio. approperemus: ut hostis
Nequidquam armatos ausit succedere muros.
Dura inter pavidos alitur fortuna sedendo,
Et gliscunt adversa metu: ite ocius, arma

Deripite,

superstitionem pertinet mos in consecratione Imperatorum usitatus: ut nempe, incenso rogo, ex summa ejus parte dimittatur aquila, qui ipsam principis animam in coelum ferre putatur, de quo vide Herodian. lib. IV. cap. II. in fine. Hinc consecratio in nummis nunc sola aquila, nunc ei insidente Imperatoris effigie indicatur. Utroque modo adumbrata consecratio conspicitur in nummis Salonini Valeriani, Gallieni filii, aliorumque.

v. 580. *Primamque intraverat urbem*] τὸ πρῴιον. D. HEINSIUS. *primam urbem* est praecipue, imprimis, praesertim, ante omnia urbem intraverat. supra lib. II. vers. 235.

—— stat primam urbem murosque patentes,
Postposita caede & dilata, invadere, pugna.

Vide Egregium Gronovium I. observat. cap. VII.

v. 583. *Ac stare Ausoniam vacuum sine corpore nomen*] *Ausoniae* scripti codices cum priscis editionibus. *Nec stare* praeterea Parmensis. vide, quae ad Virgilium notamus lib. XII. N. HEINSIUS. *Nec stare Ausoniae*, etiam Romana princeps & Mediolan. editio: *Ac stare Ausonium*, editio Marsi & Martini Herbipolensis: *Ac stare Ausonia*, Juntina, Aldina, & Gryphii. Lectio, quae nunc vulgo exstat, ex Buschii Basileensi editione propagata est. *vacuum sine corpore nomen*, ut supra lib. VI. vers. 478. *exsangui spectatis corpore nomen.* Plura vide ad lib. I. vers. 293.

v. 588. *Eversas bis centum instare curules*] *in strage* scribendum: & sic editio Veneta Marsi. simile mendum lib. XI. vers. 528. ubi *stare*, pro *strage*, legitur perperam, expunximus,

Quin & magnanimum perfosso corpore telis
Strage super sociûm vidi te, Paulle, cadentem.

Apposite & unice confirmandae conjecturae est locus lib. VII. vers. 622.

—— molem subducto corpore vitat
Intorti Bibulus saxi, atque in terga refertur,
Strage super sociûm lapsus.

lib. IX. *Strage virûm obsessus Trebia est.* lib. X.

—— namque hoc de strage cadentum
Sors dabat.

libro XII.

Spectandum sese non parva strage virorum
Fecerat.

lib. XVII.

Ipse super strages ductor Rhoeteïus instat.

Lucan. lib. III. *Strage virûm cumulata ratis. astare curules* editio Parmensis. N. HEINSIUS. *astare* etiam editio Mediolanensis. Sed vir Illustrissimus *in strage* scribendum monuit: ut sensus Silii sit, in pugna ad Cannas ducentos Romanos, quibus jus erat in sella curuli sedendi, occubuisse. *strage* igitur ut supra lib. IV. vers. 231. *instinctus strage suorum Inferias caesis mactat.* lib. XVII. vers. 608.

—— Phaëthontis viderat amnem
Strage virûm undantem.

Statius VII. Theb. vers. 590. *flammatus Acontheus strage virûm.* Vir Celeberrimus autem Petrus Burmannus conjiciebat *hac strage*, vel,

Lux una eversas bis centum (infame) curules &c.

v. 593. *Haec inter sed enim*] *Sed vero, sed enim* scripti, & placet. scriptis subscribunt primae editiones. N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolanensis editio perperam *Sed non sed enim.* Recte vero Veneta editio *sed vero, sed enim*, ut N. Heinsius

Deripite, o pubes, templis. vos atria raptim
Nudate, & clipeos in bella refigite captos.
Sat patriae sumus; e numero si ad proelia nostro
Nil minuit pavor. in patulis illa horrida campis
Sit metuenda lues: muros haud fregerit umquam,
Exsultare levis nudato corpore, Maurus.
Dum Fabius lapsas acuit formidine mentes,
Varronem adventare vagus per moenia rumor
Spargit, & occulto perfundit pectora motu.
Haud secus, ac fractae rector si forte carinae
Litoribus solus vacuis ex aequore sospes
Adnatet, incerti trepidant, tendantve, negentve
Jactato dextras, ipsamque odere salutem
Unius amissa superantis puppe magistri.
Quam restare viro labem, qui accedere portis
Audeat, ac dirum veniat pavitantibus omen!
Hos mulcens questus Fabius deforme docebat
Cladibus irasci, vulgumque arcebat ab ira.
Adversis etenim frangi non esse virorum,

Qui

sius ex libris scriptis vindicavit. sic infra lib. XII. vers. 332.

Sed vero, sed enim ante omnes altaria fument
Centum festa Jovi.

v. 595. *Clamitat attonitus Fabius*] Legendum *attonitis*, non *attonitus*, ut editur ubique. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Immo *attonitis*, quamquam aliter scripti. & sic Interpres, cumque illo Barthius. Deinde *non ulla relicta est*, ex scriptis editisque antiquioribus. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps ac Mediolanensis editio. vulgo *non ulla relicta.*

v. 598. *Dura inter pavidos aliter fortuna sedendo*] Corrigendum *alitur fortuna.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XIII.

v. 599. *Ite, ite, ocius arma Diripite, o pubes, templis*] Perperam in plerisque editionibus τὸ *ite* geminatur. Deinde reponendum *Deripite.* Dictum ad Nason. Metam. III. vers. 52. vide lib. IX. vers. 29. supra. N. HEINSIUS. τὸ *ite* geminatum agnoscunt scripti Oxoniensis & Puteaneus, cum editione Marsi aliisque post eum reliquis. At alterum *ite* rectius deest in codice Coloniensi & editionibus Romana principe, Parmensi, ac Mediolanensi. Similes hiatus in Silio alibi etiam observantur, sed in Marone praesertim frequentes sunt. Recte etiam Heinsius *Deripite.* vide supra ad vers. 318.

v. 601. *Clipeos in bella refigite captos*] *refigere* est, quod fixum est, demere atque absolvere. Virgil. *fixit leges pretio atque refixit.* BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII.

v. 602. *Sat patriae sumus è numero, si ad proelia noster Nil minuit pavor*] Interpretes etiam nihil viderunt in hoc loco. Scribendum enim,

Sat patriae sumus à numero, si ad proelia nostri
Nil minuit pavor.

Consentiunt ei scripturae membranae, in quibus *nostre* legitur. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. *nostro* Veneta editio Marsi.

Sat patriae sumus; e numero si ad proelia nostro,
Nil minuit pavor.

aliter Barthius. N. HEINSIUS.

v. 606. *Lapsas acuit formidine mentes*] *lassas* Puteaneus & primae editiones. Opinor *quassat formidine.* *terrore quatere populos* auctor Herculis in Oeta. *frigidus horror Membra quatit* apud Maronem. N. HEINSIUS. Silius lib. XII. vers. 6.

Prorumpit Capua Poenus, vicinaque late
Praemisso terrore quatit.

lassas etiam habet editio Romana princeps & Mediolanensis. Sed nihil puto mutandum. Sic *lapsae mentes* supra est vers. 310.

Postquam spes Italûm mentesque in Consule lapsae.

Voces *lapsus* & *lassus* frequenti errore commutantur passim. vide N. Heinsium ad Claud. I. in Rufin. vers. 276. in III. Consul. Honor. vers. 175. ad Nason. III. Amor. eleg. V. vers. I. Broekhus. ad Propert. lib. I. eleg. III. vers. 45. lib. II. eleg. XII. vers. 5. lib. III. eleg. XIII. vers. 34. lib. IV. eleg. IV. vers. 62. & Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. CXXII.

v. 611. *Tendantne, negentve*] *tendantve* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Oxon. codex *tendantve vagentve*; Putean. *tenduntve negentve*; editio Romana princeps & Mediolanensis, *tendantne negentne.* sed vera est membranarum Coloniensium lectio.

v. 618. *Adversis etenim frangi*] *ferri* Coloniensis, pro moveri, se adversis dare, ac permittere. Apud

Cicer.

Qui Martem inſcribant genti, non poſſe dolores
Condere, & ex poena ſolatia poſcere luctus.
Si vero exprobrare ſinant, ſibi triſtius illum
Illuxiſſe diem, quo caſtris viderit ire
Varronem, quam quo videat remeare ſine armis.
His dictis ſedere minae, & converſa repente
Pectora: nunc fati miſeret, nunc gaudia Poeno
Conſulibus reputant caeſis erepta duobus.
Ergo omne effundit longo jam ſe agmine vulgus
Gratantum, magnaque actum ſe credere mente
Teſtantur, quod, fiſus avis ſceptriſque ſuperbis,
Laomedontiadum non deſperaverit urbi.
Nec minus infelix culpae, grandique pudore
Turbatus, Conſul titubantem ad moenia greſſum
Portabat lacrimans: dejectum attollere vultum,
Ac patriam aſpicere, & luctus renovare pigebat.
Quod vero reduci tum ſe populuſque Patreſque
Offerrent, non gratari; ſed poſcere natos
Quiſque ſuos, fratreſque ſimul, miſeraeque parentes
Ire videbantur laceranda ad Conſulis ora.

Sic

Cicer. pro Quinctio, *Fervere & ferri avaritia.* Quinctil. lib. VI. cap. II. *Naevius non faceret, qui usque eo fervet ferturque avaritia, ut de ſuis commodis nolit aliquam partem omittere.* ita *ferri popularibus auris* Liv. lib. VI. cap. XI. *Alliciendo ad ſe plebem jam aura non conſilio ferri.* Similia paſſim apud ſcriptores occurrunt. Ceterum ut hic *ferri adverſis*, ſic *agi ſecundis* apud noſtrum lib. XI. verſ. 392. *acta ſecundis Juno.* Deinde malo, quamvis obnituntur ſcripti, *nec poſſe dolores Condere. Martem inſcribant generi* etiam praetulerim. N. HEINSIUS. *Adverſis ferri*, ut Cicero orat. pro Cluent. cap. V. *Deinde ita flagrare coepit amentia, ſic inflammata ferri libidine, ut eam non pudor &c. à cupiditate revocaret.* cap. LXXI. *Quam caecam crudelitate & ſcelere ferri videtis.* lib. III. Tuſcul. Quaeſt. cap. II. *Qui pecuniae cupiditate, qui voluptatum libidine feruntur.* vide Barthium ad Statii III. Theb. verſ. 29. Sed vulgatam ſcripturam non damno.

v. 619. *Qui Martem inſcribant genti*] Hoc eſt, qui genus Martis eſſe gloriantur. BARTHIUS lib. II. Adverſ. cap. XIII.

v. 622. *Caſtris viderit ire*] Pro ad caſtra. infra lib. XV. verſ. 327.

——— *ire ſorori,*
Nam caſtris erat in Rutulis germanus, amatae
Cogitur.

v. 627. *Ergo omne effundit longo jam ſe agmine vulgus*] τὸ *ſe*, cum mox denuo iteretur, hic loci non placet. Fors fuerit à manu Silii,

Ergo omne effundi longo jamjam agmine vulgus.

Librarius feſtinans τὸ *jam* geminare neglexerat errore paſſim obvio. Deinde ſcribe *magnaque actum ſe credere mente Teſtantum*, ut haec a ſuperioribus dependeant. N. HEINSIUS.

v. 634. *Luctus revocare pigebat*] *renovare* Colonienſis, probe. notum illud Maronianum,

Infandum renovare jubes, Regina, dolorem.

N. HEINSIUS. Sic & Livius lib. XXII. cap. LXI. *Neque ante Conſulis Romam adventum, nec poſtquam is rediit, renovavitque memoriam acceptae cladis.* Alibi ſaepe voces *renovare* & *revocare* turbantur. vide infra ad lib. XIV. verſ. 113.

v. 637. *Miſeraeque parentes*] Editiones primae *miſerique parentes* legunt.

v. 639. *Sic igitur muto lictore*] *multo* ſcripti & primae editiones. Forte legendum,

Sic amoto igitur lictore invectus in urbem.

N. HEINSIUS. Melius eſt, quod Illuſtriſſimo Heinſio in curis ſecundis ad Naſon. III. Art. Amat. verſ. 702. in mentem venit, *Sic igitur moto lictore.* ut dicat Silius, Varronem prae pudore acceptae cladis ſine lictoribus urbem ingreſſum eſſe. Dauſquejus vulgatam lectionem ita accipiebat, quaſi voluerit Silius, lictores, qui Varronem praecedebant, non auſos fuiſſe obviam plebem ſollemni hac formula, *date viam Conſuli*, ſummovere, ſed tacitos iviſſe. An quid pro vulgata facit, quod denuo mox, *maerore remoto*, ſequatur?

v. 641. *Simul maerore remoto*] *procul maerore remoto* ex ſcriptis & primis editionibus. N. HEINSIUS. *ſimul maerore remoto* primus Marſus edidit.

v. 642. *Raptim & delecta juventa Servitia armantur.*] In membranis omittitur τὸ *&*. Ego vero in finem verſus rejiciendum puto: *raptim delecta juventa & Servitia armantur.* BARTHIUS lib. II. Adverſ.

Sic igitur muto lictore invectus in urbem,
Damnatum Superis aspernabatur honorem.
At Patres Fabiusque, procul maerore remoto,
Praecipitant curas. raptim delecta juventa
Servitia armantur; nec claudit castra saluti
Postpositus pudor. infixum est Aeneïa regna
Parcarum in leges quacumque reducere dextra,
Proque arce & sceptris & libertatis honore
Vel famulas armare manus. primaeva suorum
Corpora praetexto spoliant velamine, & armis
Insolitis cingunt. puerilis casside vultus
Clauditur, atque hostis pubescere caede jubetur.
Idem obsecrantes, captivum vulgus ut auro
Pensarent parvo, (nec pauca fuere precantum
Millia) miranti durarunt prodere Poeno.
Cuncta adeo scelera & noxam superaverat omnem,
Armatum potuisse capi. tunc terga dedisse
Damnatis Siculas longe meritare per oras
Impositum, donec Latio decederet hostis.
Haec tum Roma fuit; post te cui vertere mores
Si stabat fatis, potius, Karthago, maneres.

Advers. cap. XIII. τὸ *&* non agnoscunt libri veteres. Opinor *delecta juventas*, pro juventute, de quo ad Maronem. Possis etiam *delecta juventae Servitia*. Barthius, *delecta juventa & Servitia*. N. HEINSIUS. Lectio vulgata primum exstitit in Colinaei editione, cum Juntae & nonnulli alii *& raptim delecta* dedissent. Omnes vero priores editiones τὸ *&* ignorant. Deinde vir Illustrissimus malebat *delecta juventas*, pro juventute; de quo vide Pierium ad Maron. v. Aen. vers. 398. N. Heinsium ad Silii lib. XVII. vers. 637. ad Claudiani Epithal. Honor. & Mar. vers. 84. ad Nason. IV. Metam. vers. 17. & Broekhuf. ad Tibull. lib. I. eleg. IV. vers. 33. Omnes tamen libri hic *juventa* habent, quae vox Celeberrimo Burmanno suspecta est, quare legendum censet, *delecta jubentur Servitia armari.*

v. 643. *Nec claudit castra saluti.*] In iisdem membranis *nec claudit claustra* legitur: ut suspicari possis, ad ergastula referendum, licet alii ejusdem historiae scriptores contrarium sentiant, & servos illos emtos prius, postea in militiam ascitos. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Oxonius *claudit claustra*. N. HEINSIUS. Passim ita variant librarii. vide Gebhard. I. Antiq. Lection. cap. XXII. Broekhuf. ad Propert. lib. III. eleg. VII. vers. 55. & celeberrimum Burmann. ad Petron Satyr. cap. LXXXIX. Apud Lucan. lib. VI. vers. 264. pro

Intra claustra piger dilato Marte quievit.

N. Heinsius in quatuor codicibus *castra* invenit, sed perperam, nam *castrorum parte* proximo versu praecedit. Hic etiam nihil mutandum.

v. 650. *Hostis pubescere caede jubetur*] Silius supra lib. II. vers. 318.

Pubescit castris miles, galeaque teruntur
Nondum signatae flava lanugine malae.

v. 651. *Idem obsecrantes*] Ultimorum versuum haec est sententia. Obsecraverant captivi milites, ut parvo aere redimerentur ex potestate Poenorum. Populus Romanus id noluit: usque adeo sceleratum habebatur, armatum posse capi. At qui fugerant ex proelio, ii stipendia facere in Sicilia extra fines Italiae cogebantur, donec Hannibal Italiam reliquisset. Haec tum Roma, talisque erat, cui si post exitium tuum fatale erat mutare mores, utinam, Karthago, nunc quoque aemula ejus esses. Karthagine stante, stabant mores Romani; ea occidente, occiderunt. Vide Vellejum lib. II. Juvenalem, Sulpicium, Sallustium, Florum, Claudianum bello Gildon. alios. BARTHIUS lib. II. Advers. cap. XIII. Hanc captorum historiam narrat Livius lib. XXII. cap. LVIII. & seqq.

v. 656. *Meritare per oras*] Plin. lib. VII. Hist. Nat. cap. XXXIX. *Apud majores Roscius histrio H-S. quinquaginta annua meritasse proditur.* N. HEINSIUS.

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER XI.

Nunc, age, quos clades insignis Iapyge campo
Verterit ad Libyam populos Sarranaque castra,
Expediam. stat nulla diu mortalibus usquam,
Fortuna titubante, fides. adjungere dextras
Certavere palam rumpenti foedera Poeno,
Heu! nimium faciles laesis diffidere rebus:
Saevior ante alios iras servasse repostas,
Atque odium renovare ferox in tempore Samnis.

Mox

v. 3. *Stat nulla diu mortalibus usquam, Fortuna titubante, Fides*] Imitatum hoc docent viri docti ex illo Maronis x. Aen. vers. 861.

Rhoebe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est)
Viximus.

Amicorum in adversa fortuna instabilitatem plurimi memorant scriptores. Solum nunc laudo Petron. in Satyr. cap. LXXX.

Cum Fortuna manet, vultum servatis amici:
Cum cedit, turpi vertitis ora fuga.

ubi plura viri docti notarunt.

v. 7. *Saevior ante alios iras servasse repostas*] Lectio scripta sic habet:

Scenior ante oculos alios servasse repostos.

Vulgata lectio bona est. Sed videri poterit Silius scriptisse,

Saevior ante oculos animos servasse repostos.

Animi, sunt irae, affectus, ut ad Claudianum ubertim notamus. De *scaevo* nolim aliquem conjectare, non est enim ex stilo Siliano. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. x. Cave, hic quidquam mutes, aut Barthium mutantem audias, qui, depravatum codicem secutus, reponi velit *ante oculos*, & *animos repostos*. N. HEINSIUS. In excerptis meis codicis Oxoniensis haec lectio esse dicitur,

Scenior ante oculos alios iras servasse repostas.

pede redundante. Ortus autem is error ex eo fortasse, quod ad marginem libri pro *ante alios* notatum fuerit, alios codices *ante oculos* habere, & utrumque scriba Oxoniensis libri junxerit, ut interdum facere solebant librarii, cum nescirent, utra eligenda esset lectio. Alia exempla vide apud Muret. xv. Var. Lect. cap. XVI. Pierium ad Maron. II. Aen. vers. 71. Gronov. ad Senec. Herc. Furent. vers. 683. & eruditissimum Bentlejum ad Cicer. I. Tuscul. Quaest. cap. XXVIII.

v. 8. *Atque odium renovare ferox in tempora Samnis*] *revocare* Puteaneus. N. HEINSIUS. Nihil muto. *renovare odium*, ut *renovare luctus* lib. x. vers. 634. Frequenter turbarunt has voces librarii. vide infra ad lib. XIV. vers. 113. *in tempore* autem est, data occasione, cum opportunum fit. infra lib. XV. vers. 824.

——— *inferias in tempore dignas*
Missurum fratri clauso commurmurat ore.

Ovid. I. Art. Amat. vers. 661.

Si lacrimae (neque enim veniunt in tempore semper)
Deficient.

Terent. in Heaut. act. II. sc. III. vers. 123. *In tempore ad eam veni, quod omnium rerum est primum.* Livius saepissime; ut lib. XXVIII. cap. VIII. *Cum ad omnia ipse raptim isset, nulli tamen se rei in tempore occurrisse.* lib. XXXIII. cap. v. *Ni pedites equitesque in tempore subvenissent.* cap. XVIII. cap. XIX. lib. XXXIV. cap. XXIX. atque alibi. Plura exempla vide apud Tennul. ad Frontini I. Strat. cap. I. ex. I.

v. 9. *Sero pressurus facta pudore*] Pro *pressurus facta*, in Coloniensi *pressurus fata*. N. HEINSIUS. Frequentissimo librariorum errore *fata* in *facta* migrarunt. vide N. Heinsium ad Silii lib. II. vers. 651. lib. XII. vers. 387. lib. XIV. vers. 512. ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. I. Celeberrimum Graevium ad Flori Praefat. & Eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. II. epist. I. vers. 6. Contra etiam iidem librarii *facta* in *fata* corruperunt. vide supra ad lib. I. vers. 277.

v. 10. *Brutius, ambiguis mox fallax Appulus armis*] *Bruttius*, &, pro *Appulus*, *Apulus* in Coloniensi. N. HEINSIUS. Recte *Bruttius*. vide supra ad lib. VI. vers. 15. Num vero *Apulus*, an *Appulus* scribendum, vide Dausq. Orth. parte II. h. voce.

v. 11. *Tum gens Hirpini vana indocilisque quietem*] Ita omnes scripti & excusi libri. Nec concedimus

Interpreti

Mox levis & fero pressurus fata pudore
Bruttius, ambiguis fallax mox Appulus armis.
Tum gens Hirpini vana indocilisque quieti,
Et rupisse indigna fidem. ceu dira per omnes
Manarent populos foedi contagia morbi.
Jamque Atella suas, jamque & Calatia adegit,
Fas superante metu, Poenorum in castra cohortes.
Inde Phalanteo levitas animosa Tarento,
Ausonium laxare jugum. patefecit amicas
Alta Croton portas, Afrisque ad barbara jussa
Thespiadum docuit submittere colla nepotes.
Idem etiam Locros habuit furor. ora vadosi
Litoris, Argivos major qua Graecia muros
Servat, & Ionio luitur curvata profundo,
Laetas res Libyae & fortunam e more secuta,
Juravit pavitans Tyrio sua proelia Marti.
Jam vero, Eridani tumidissimus accola, Celtae

Incubuere

Interpreti mutationem. Ut enim sine ulla laesae Latinitatis suspicione dicimus *docilis rem* aliquam, sic *indocilis* quoque possumus efferre. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. x. *quieti* Coloniensis, ut apud nostrum lib. I. vers. 237. *Nec Cereri terra indocilis:* quomodo Interpres conjecerat. Nam quod Barthius vulgatam scripturam tuetur, & veterum membranarum constanti auctoritate fultam arbitratur, falsus est. Praeterea *Irpini* in Coloniensi, omissa aspiratione: quomodo ex auctoritate Pompeji Festi videtur scribendum esse. *Irpins appellati lupi nomine, quem Irpum Samnites dicunt.* In editione Parmensi, *Tum gens Irpinûm.* N. HEINSIUS. In Mediolanensi etiam est *Tum gens Irpinûm vana*, abjecta aspiratione. vide Dausq. in Orthogr. parte II. in voce *Irpini*, & Sigonium ad Liv. lib. XXIII. cap. I. Deinde *indocilis quieti*, ut apud Juven. sat. XIV. vers. 40.

——— *quoniam dociles imitandis*
Turpibus ac pravis omnes sumus.

Secundo casui junxit Silius lib. XII. vers. 726.

Sic effata virum indocilem pacisque modique
Abstrahit.

v. 12. *Et rupisse indigna fidem*] *Indignus* est exsecrabilis. *Erupisse* uno verbo ibi praeferunt membranae Oxonienses. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. x. Perperam codex Anglicanus *Erupisse.* Similes librariorum errores supra notamus ad lib. III. vers. 57.

v. 12. *Dira contagio morbi*] *dura* codex Puteaneus cum priscis editionibus. Sed frustra. Infra lib. XII. vers. 385.

——— *dira inde lues: caeduntque caduntque.*

ubi vulgo simili errore *dura lues* erat. Frequenter ita lapsos esse scriptores librarios infra probavi ad lib. XIV. vers. 127.

v. 14. *Gallatia abegit Poenorum in castra cohortes*] *Calatia adegit* ex scriptis: *adegit* etiam priscae editiones. N. HEINSIUS. Recte etiam Rom. princeps & Mediol. editio *adegit*; ut sensus sit: Atellanos & Calatinos milites suos, relictis partibus Romanorum, a quibus olim steterant, in castra Poenorum transtulisse. Nihil frequentius in libris scriptis, quam verba cum praepositionibus *ab* & *ad* composita invicem commisceri. Ejus rei in solis Silii codicibus haec exempla observavi. *Additus* & *Abditus* lib. II. vers. 595. *Adversus* & *Aversus* ibid. vers. 618. *Avehere* & *Advehere* lib. IV. vers. 318. *Amittere* & *Admittere* ibid. vers. 698. *Absumere* & *Assumere* ibid. vers. 800. *Annuere* & *Abnuere* lib. V. vers. 27. *Abripere* & *Arripere* ibid. vers. 229. *Addere* & *Abdere* lib. VI. vers. 394. *Abjungere* & *Adjungere* lib. VIII. vers. 644. *Abducere* & *Adducere* lib. X. vers. 18. *Avocare* & *Advocare* ibid. vers. 86. *Abesse* & *Adesse* lib. XIII. vers. 268. Eadem diversitas scripturae in aliis auctoribus etiam observari potest. *Calatia* autem, pro *Gallatia*, hoc loco emendandum esse, vidit quoque Dausquejus.

v. 22. *Luitur curvata profundo*] Celeberrimus Burmannus conjicit scribendum fortasse *lavitur*, a voce *lavere*, pro *lavare.*

v. 23. *Fortunam errore secuta*] Codex manu exaratus *Fortunam in Marte secuta.* Ego in utroque errorem puto, & scribendum *Fortunam e more secuta.* Est enim illud, quod initio hujus libri dixit, *stat nulla diu mortalibus usquam, Fortuna titubante, Fides.* BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. x. *in Marte secuta* ex iisdem scriptis codicibus & antiquis editis. quamquam, cum mox denuo sequatur *Tyrio Martis*, hoc ipsum mendosum jure etiam videri possit. Recte igitur Barthius *Fortunam è more secuta* corrigebat. Supra hoc libro vers. 3. habuimus: *stat nulla diu mortalibus usquam, Fortuna titubante, Fides.*

 N. HEIN-

Incubuere malis Italûm, vetereſque doloris
Tota ſe ſocios properarunt jungere mole.
Sed fas id Celtis, fas impia bella referre
Bojorum fuerit populis. Capuaene furorem,
Quem Senonum genti, placuiſſe? & Dardana ab ortu
Moenia barbarico Nomadum ſociata tyranno
Quiſnam, mutato tantum nunc tempore, credat?
Luxus, & inſanis nutrita ignavia luſtris,

Conſumtuſque

N. HEINSIUS. Marſus cumque ſecuti plerique *in morte* ediderunt: in editione Baſil. & paucis aliis eſt *errore*.

v. 26. *Incubuere malis iterum, veteriſque doloris* &c.] Extra controverſiam legendum videtur, *Incubuere malis Italûm*, non *iterum*, quod nihili hic eſt, & a mala manu. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XIII. Prorſus vera lectio eſt manuſcripti libri, *malis Italûm, vetereſque doloris.* Genitivum ita Graeco more ſtudioſiſſime uſurpat hic Poeta, ut plus centum locis in indice Appulejano docemus. *Italûm* vero energiae plus habet, cum duarum inimiciſſimarum gentium nomina junguntur. Illud quoque *Incubuere* pulchrum eſt, veluti in vulnera Italiae manus miſiſſe, & toto corpore jacenti incubuiſſe autumet. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. X. *malis Italûm* bene Modius; & confirmant ſcripti. Praeterea ex Puteaneo caſtigandum *vetereſque doloris*, modus loquendi Tacito perquam familiaris. Noſter lib. IV. verſ. 530.

Murranum ductor Libyae, ductorque Phalantum
Auſonius, gnaros belli vetereſque laborum,
Alter in alterius fuderunt comminus ore.

vidit & veram ſcripturam hoc loco Barthius. N. HEINSIUS. Recte viri docti *iterum* in *Italûm* mutarunt. Saepe librarios nomina propria corrupiſſe ſupra docui ad lib. IX. verſ. 117. Fruſtra pro vulgata lectione ſtat Dauſquejus. Deinde etiam optime *vetereſque doloris* vindicarunt: in Romana principe, Mediolanenſi, aliiſque vetuſtiſſimis libris eſt *vetereſque dolores*. Supra lib. VI. verſ. 615.

Bellandi vetus, ac laudum cladumque quieta
Mente capax.

lib. XVII. verſ. 297.

Dux vetus armorum, ſcituſque accendere corda.

Tacit. I. Annal. cap. XX. *Antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris.* ubi vide Lipſium & Pichenam. Id forſitan reſtituendum Lucano lib. V. verſ. 52.

——— *famae veteres laudantur Athenae.*

vulgo eſt *fama*, pro quo Illuſtriſſimus Heinſius in codice Rottendorphii *famae veteris* invenit.

v. 28. *Sed fas id Celtis, fas impia bella referre*] Cave, admittas *bella fovere*. Praeterea lege, *Sed fas ſit Celtis*, non *id*. *referre bella*, pro iterare, reſumere. Sic lib. XVI. verſ. 77.

Servitio ſi tam faciles, cur bella refertis?

lib. III. verſ. 165. *referto labores.* Sic *veteres doloris* Celtas paullo ante dixerat. *fas ſit* confirmatur in editione Parmenſi. Sed *ſit* & *fuerit* non quadrant. N. HEINSIUS. Mox Illuſtriſſimus Heinſius conjicit, *Sed fas, Di, Celtis:* quae vox ſaepiſſime in libris priſcis corrupta exſtat. Vide, quae notavit ad Naſon. epiſt. V. Her. verſ. 119. & III. Faſtor. verſ. 301. In Romana principe etiam & Mediolanenſi editione eſt *Sed fas ſit Celtis.* Fortaſſe nihil mutandum eſt.

v. 29. *Capuaene furorem* &c.] Diſtinctione haec ita corrigenda:

——— *Capuaene furorem,*
Quem Senonum genti, placuiſſe; & Dardana ab ortu
Moenia barbarico nondum ſociata tyranno,
Quiſnam mutato tantum nunc tempore credat?

Tamen vox *nondum* aliquid monſtri alere nobis ſuſpecta eſt; & melius forte *demum* ſcribas. Fuit cum audacior juventa reponere vellem, *dominum ſortita tyranno.* Quae lectio eſſet ſatis concinna, niſi pluſculum à literis recederet. BARTHIUS lib. III. Adverſ. cap. X.

v. 31. *Barbarico nondum ſociata tyranno*] *jam tum* Veneta editio Marſi, alii *numquam*, vel *tandem*, Barthius *demum*. Scribe *Nomadum tyranno.* Interpres verſu ſequenti *mutatos*, pro *mutato.* Sed quodnam conſtructionis id genus, cum *moenia* praeceſſerint proxime, *mutatos*, non *mutata*, ſubjungere? totus igitur locus hoc modo videtur eſſe conſtituendus,

Sed fas, Di, Celtis, fas impia bella referre
Bojorum fuerit populis. Capuaene furorem,
Quem Senonum genti, placuiſſe?

Sic & forte legendum lib. XVII. verſ. 227. *Di, dignus.* Capuaene placuiſſe eundem furorem, qui Senonum genti placuerit. Claudian. II. in Eutrop. verſ. 314. de ſtruthione,

——— *ſtat lumine clauſo*
Ridendum revoluta caput, creditque latere,
Quem non ipſa videt.

hoc eſt, credit ſe illius oculos latere, quem ipſa non videt. vide notas noſtras. ſcribo deinde, *barbarico Nomadum ſociata tyranno:* hoc eſt, Hannibali ſociata: quomodo apud Maron. Aen. IV. verſ. 320.

Te propter Libyae gentes Nomadumque tyranni
Infenſi.

Noſter ipſe lib. VIII. verſ. 55. de Hyarba,

——— *quis rebus egenis*

Ferres

Consumtusque pudor peccando, unisque relictus
Divitiis probrosus honor, lacerabat hiantem
Desidia populum, ac resolutam legibus urbem.
Insuper exitio truculenta superbia agebat.
Nec vitiis deerant vires. non largior ulli
Ausoniae populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus: madefacta veneno
Assyrio manibus vestis, medioque dierum
Regales epulae, atque ortu convivia solis

Deprensa,

Ferret opem, Nomadum late terrente tyranno? supra lib. x. vers. 564. *Et clipeus Nomadum terror*, ut & illic scribendum. lib. xvi. vers. 116. *Regnator Nomadum.* & vers. 155. *Nomadum rector* Masinissa dicitur. Haec chartae jam consignaveram, cum perlatus est ad me in hunc septentrionem ex Belgio nostro elegantissimus Observationum libellus Johannis Frederici Gronovii, curis secundis auctior. quem dum volvo avide, uti omnia hominis mihi amicissimi scripta sum solitus, lib. III. cap. IX. hanc ipsam conjecturam nostram illi quoque in mentem venisse deprehendi; nec modice laetatus sum, etiam hic nostrum utriusque astrum consentire. N. HEINSIUS. Recte Gronovius & Heinsius *Nomadum tyranno*, id est Hannibali, ut frequenter alibi apud Silium. Librarii hic iterum more suo nomen proprium corruperant, de quo supra diximus ad lib. IX. vers. 117. Sed insuper etiam Gronovius dicto loco versum sequentem, qui ei languor & sopor ipse esse, atque enervem reddere iratam admirationem dicitur, ὑποβολιμαῖον & insiticium putabat: ut ita tota oratio sit admirantis, quae per verbum infinitivum proferri solet. Sed cum librarii id genus constructionis non intelligerent, explendo, ut putabant, sensui addiderunt versum subditicium. In similibus locutionibus frequentissime eos turbare solitos fuisse pluribus exemplis firmavit idem Gronovius lib. II. Observ. cap. XIV.

v. 35. *Hiantem Desidia populum*] More Graecorum, qui χάσκοντας, τοὺς μαλθακιῶντας & desidiosos homines dicunt. D. HEINSIUS. Noster infra lib. XII. vers. 75.

—— tene, heu! Cumanus hiantem
Agger adhuc murusque tenet?

Vide Gronov. Diatr. Stat. cap. XXVII.

v. 38. *Non largior ulli Ausoniae populos sic tum* &c.] Lege & distingue,

—— non largior ulli
Ausoniae populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus.

BARTHIUS lib. III. Advers. cap. x. *populo* scripti & vetustae editiones. Distingue,

—— non largior ulli
Ausoniae populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus.

Atque ita Barthius quoque. N. HEINSIUS.

v. 40. *Madefacta veneno Assyrio manibus vestis*] Alludere videtur illud,

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitrae.

Ego tamen nescio, an satis Latine haec sint concepta, & suspicatus sum reliquisse poetam *madidis*; ut allusio sit vestium ad viros semper ebrios. Infra de Hannibale, *madenti Post epulas sit grata chelys.* BARTHIUS lib. III. Advers. cap. x. Τὸ *manibus* hic non placet. si quis conjecturae locus, emendarim *madefacta veneno Assyrio jam bis vestis.* vestem dibapham innuit. *bis tinctam murice vestem* apud Poetas frequenter occurrere pluribus ad Nasonem observavi. τὸ *jam* eleganter & apposite hic poni satis persuadebo iis, qui Silium trivere; ac proinde non possunt ignorare, quam sollemnis illi sit is loquendi modus. lib. XIV. vers. 23. *jam reddere semen aratris.* vers. 661.

Jam simul argenti fulgentia pocula.

Statius Theb. IV. vers. 374. *Jam Tyrios sudasse lares*, non *Nam*, quod Gronovio videbatur. Barthius, pro *manibus*, reponit *madidis.* infeliciter, mehercule, oblitus τὸ *madefacta* proxime praecessisse. N. HEINSIUS. Marsus, eumque secuti Dausquejus & Cellarius, ut & Buschius in scholiis marginalibus, putant tangere Silium Campanorum manicatas vestes, quae apud antiquos vitio dabantur: sed unde hoc exsculpi possit non video. Illustrissimus Heinsius *jam bis*, pro *manibus*, scribendum conjicit, ut purpura dibapha innuatur, cujus ubique apud Poëtas mentio fit. Idem Heinsius ad marginem Silii notavit, Maximo Gronovio *maribus*, pro *manibus*, placere: ut Silius Campanos traducat, apud quos ipsi etiam viri purpureis vestibus utebantur, quae vix feminis concedendae erant. Infra lib. XV. vers. 116. Virtus inquit,

Hinc tibi nec Tyrio vitiatas murice vestes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi.

veneno Assyrio, ut apud Maron. II. Georg. vers. 465.

Alba nec Assyrio fucatur lana veneno.

Assyrium Cellarius hoc loco exponebat Syrum, quod purpura Tyria esset laudatissima. Servius tamen ad d. loc. Virgilii, *Assyrii populi sunt adjacentes Syriae, apud quos primum usus inventus est purpurae.* Assyriam purpuram autem in pretio fuisse docet Nic. Heinsius ad Claud. I. in Rufin. vers. 208.

v. 42. *Ortu convivia solis Deprensa*] Tibull. [lib. I. el.

Deprensa, & nulla macula non illita vita.
Tum populo saevi Patres, plebesque Senatus
Invidia laeta, & collidens dissona corda
Seditio. sed enim interea temeraria pubis
Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.
Nec, quos vile genus despectaque lucis origo
Foedabat, sperare sibi & deposcere primi
Deerant imperia ac patriae pereuntis habenas.

Quin

I. el. x.]

Illa nulla queat melius producere noctem,
Dum rota Luciferi provocet orta diem.

Ita enim legendum, ut sit Latinus casus; non, ut vulgo, accusandi. D. HEINSIUS. Silius Italicus convivia in lucem usque ducta summis opprobriis accenset. Notavimus de Romanorum more alia alibi. Nunc vetustissimum id malum esse incidit, cujus aliquot locis sacrae literae meminerunt. De festis Babyloniorum Xenophon lib. VII. Paedias, Οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς φύλακας ταχθέντες ἐπεισπίπτουσιν αὐτοῖς πίνουσι πρὸς φῶς πολύ. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. x.

v. 43. *Et nulla macula non illita vita*] *inclyta* Coloniensis. concinnius sit, *nulli maculam non illita vita*, ut sit Graecismus. N. HEINSIUS. Sonus quatuor vocum similiter desinentium auribus ingratior est; quare haud displicet, quod Illustrissimo Heinsio in mentem venit, *nulli maculam non illita vita*. Similes Graecismos amat praesertim Silius: sed librarii, cum non intelligerent, haud raro corruperunt. vide supra ad lib. VIII. vers. 73. vers. 251. lib. IV. vers. 40. lib. XIV. vers. 188. & lib. XIII. vers. 2. τὸ *inclita*, quod est in Coloniensi & Oxoniensi, etiam Dausquejo displicuit.

v. 44. *Tum populo saevi Patres*] Barthius huic versui praeponit quinquagesimum primum, cujus initium, *Quin etiam exhilarare viris*, cum tribus subsequentibus. Pro *populo saevi Patres*, malim *populo servi Patres*, quomodo *servum vitiis pectus* Nasoni Remedio Amoris. Sane Livius, Senatum Capuanum plebi & Pacuvio fuisse obnoxium, non uno loco testatur: qui consulendus omnino super hac castigatione initio lib. XXIII. Forte etiam *populo aversi*. N. HEINSIUS. Quae sequuntur, valde corrupta & mendis inquinata sunt. Non videtur autem rejicienda versuum transpositio, quae olim Barthio placuit; ut Silius Campanorum luxuriae adjungat in conviviis crudelitatem, & inde transeat ad caussas defectionis à Romanis, quae eos in ultimum exitium conjecit: ut ita illa *Tum populo* dependeant ex his,

Insuper exitio truculenta superbia agebat.

Deinde, si quid mutandum, malim cum Heinsio *populo servi Patres*, & mox *Invidia elata*: *laeta* certe, pro *lacera*, quod habet codex Coloniensis, aperte vitiosum est. *saevus* autem & *servus* librarii etiam alibi commutarunt. Sic in noto Horatii loco lib. I. od. XXXV. vers. 17.

Te semper anteit saeva necessitas.

alii libri habent *serva necessitas*. vide, quae ibi notavit Eruditissimus Bentlejus.

v. 44. *Plebesque Senatus Invidia lacera*] Repono, *plebesque Senatus Invidia laeta*. MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. *Invidia laeta* Modius cum Coloniensi. Possis *Invidia elata*, arrogans & potens facta. Nec aliud voluisse Silium opinor. Infra hoc libro vers. 493.

——— *elataque turba favore*
Certatim ingenti celebrant nova gaudia plausu.

lib. VIII. vers. 27. *Juno elata futuris.* Deinde Barthius,

——— *sed enim interea temeraria pubis*
Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.

Ego, pro *pubes*, reponendum arbitror *ephebis*, non nimia mutatione. Ipsa senectus pollutior ephebis & adolescentibus augebat delicta. deinde, pro *interea*, legam etiam *in teneris*, vel *teneris*,

——— *sed enim in teneris temeraria ephebis*
Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.

Sic *teneri ephebi* apud Martial. lib. IX. epigr. IX.

Idem qui teneris nuper succurrit ephebis,
Ne faceret steriles saeva libido viros.

Statius Theb. I. vers. 421.

Non aliter, quam Pisaeo sua lustra Tonanti
Cum redeunt, crudisque virum sudoribus ardet
Pulvis, at hinc teneros caveae dissensus ephebos
Concitat.

N. HEINSIUS. Malim ego cum Barthio *temeraria pubis Delicta*: quod in contextum recepi. nam viri Illustrissimi conjectura nimium à recepta lectione abit. *pubis* etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum erat.

v. 46. *Seditio, sed enim interea temeraria pubes Delicta* &c.] Hic locus obscuro mendo ex consono sono literarum inquinatus videtur: distinctio enim manifesto falsa est, & τὰ *Delicta augebat* ad senectutem haud dubio pertinent. Tamen sine ope librorum nihil mutabimus, &, quae vera sit lectio, ex infra scriptis clarebit. Porro hoc eodem loco trajectio versuum aliquot omnia turbat. De luxu enim conviviorum & caede in iisdem usitata simul locutum Silium quis negabit? deinde vero venire ad juvenum senumque crimina, mox aegrum statum reipublicae ipsius Capuanae, & inde narrare, qua ceperit occasionem aggrediundi

dominii

Quin etiam exhilarare viris convivia caede
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro; saepe & super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.
Has, astu aggressus, quo verteret acrius aegras
Ad Tyrios mentes, quia nulla sorte daturam
Certus erat Romam, neque enim impetrata volebat,
(Pacuvio fuit haud obscurum crimine nomen)
Hortatur

dominii Hannibal? Vix puto quemquam his contradicturum. Sed nec labori parcemus omnia suo ordine adscribendi, etiam, ut videntur, leviter emaculandi,

Nec vitiis deerant vires; non largior ulli
Ausoniae populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus: madefacta veneno
Assyrio manibus vestis; medioque dierum
Regales epulae, atque ortu convivia solis
Deprensa, & nulla macula non illita vita.
Quin etiam exhilarare viris convivia caede
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira
Certantum ferro saepe, & super ipsa cadentum
Pocula, respersis non parco sanguine mensis.
Tum populo saevi Patres, plebesque Senatus
Invidia lacera, & collidens dissona corda
Seditio; sed enim interea temeraria pubis
Delicta augebat, pollutior ipsa, senectus.
Nec, quos vile genus despectaque lucis origo
Foedabat, sperare sibi & deposcere primi
Deerant imperia ac patriae pereuntis habenas.
Hae astu aggressus, quo verteret acrius aegras
Ad Tyrios mentes, quia nulla sorte daturam
Certus erat Romam (neque enim impetrata volebat)
Pacuvio, (fuit haud obscurum crimine nomen)
Hortatur summi partem deposcere juris.

Haec quin hoc ordine & modo legenda sint, dubitaturos puto vel nullos, vel minus credulos, quam fas sit. *Hae* scripsi, pro *Has*. *Hae*, nimirum qua patebat Respublica Capuana, per viros nimirum humili stirpe & pravis moribus. Hannibal autem subintelligendus, qui astu rem aggressus Pacuvio suadet, à Romanis petere societatem ordinarii imperii in urbe Roma, ut clarum ex sequentibus, quam certus erat non impetraturum, neque ipse volebat, ut impetraret. Vides dolum versutissimi ducis. Et haec ita clara & perspicua sunt, quae viri doctissimi minime enarrarunt. BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. x.

v. 48. *Despectaque lucis origo*] *dispectaque* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 49. *Deposcere primi Deerant imperio*] Repono *Deerant imperia*, pro quo male hactenus legitur *imperio*. MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. *imperia* ex scriptis & editis antiquis. monuimus jam supra lib. VII. vers. 497. Mox malo, *spectacula diro Certantum ferro: saepe & &c.* N. HEINSIUS. *imperia* etiam Paullus Casaubon. ad marginem editionis Gryphii, quam servat bibliotheca Lugduno-Batava, vindicavit. *imperio* autem primus edidit Marsus, ejusque errorem reliqui secuti editores omnes fideliter expresserunt, nisi quod Raphelengius *imperia* reposuerit.

v. 51. *Quin etiam exhilarare viris convivia caede Mos olim &c.*] Livius lib. IX. cap. XL. *Campani, ab superbia & odio Samnitium, gladiatores (quod spectaculum inter epulas erat) eo ornatu armarunt, Samnitiumque nomine compellarunt.* Athen. lib. IV. Deipn. cap. XIII. Καμπανῶν δέ τινες παρὰ τὰ συμπόσια μονομαχοῦσι. *Campanorum autem quidam super convivia singulari certamine pugnant.* ubi in seqq; etiam testimonium laudat Nic. Damasceni, quo Dausquej. hic etiam usus est. Maxime autem hoc barbarum erat. Libanius in legat. ad Julian. pag. 156. Φρονεῖ δ' ὁ μὲν βάρβαρος μέγα, λυττῶν, καὶ ἀγριαίνων, καὶ τὰ τῶν θηρίων μιμούμενος, καὶ σφάττων ἐν δείπνῳ τὸν ὁμόφυλον, καὶ πίνων ἐπὶ τῷ νεκρῷ. *Barbarus dubio procul altum sapit, rabie & ferocia percitus, & ferarum insultus imitatus; dum in coena suae gentis homines jugulat, & bibit super mortuo.*

v. 55. *Has astu aggressus*] *Hae* Barthius; quod damnat Gronovius IV. Observ. cap. IV. N. HEINSIUS.

v. 56. *Quia nulla sorte daturam*] *quae nulla sorte* Puteaneus. N. HEINSIUS. Priscae editiones *que* habent, pro *quia*.

v. 57. *Neque enim impetrata volebat*] Ita omnes libri; tam manu, quam typis descripti: nisi quod Marius & Martinus Herbipolensis *temperata*, pro *impetrata*, ediderint contra leges metri; quod tamen ita exponit Marius; „id est, excedebat mo„dum in votis & petitione, non enim erant tem„perata, quae petebantur. Rectum est vulgatum *impetrata*. Petebat Pacuvius, quae certus erat, numquam Romanos daturos, quaeque etiam impetrare nollebat; ut hoc praetextu ad Poenos deficere posset.

v. 58. *Paculo (fuit haud obscurum crimine nomen)*] *Paculo* Coloniensis. at Veneta Marsi editio probe *Pacuvio*, quomodo & Gronovius IV. Observ. cap. IV. qui illic adeundus: etiam Barthius; sed is pravam distinctionem huic loco admovet. Similis loquendi modus apud nostrum lib. X. vers. 92.

Flamineo Libycam turbabat in aggere pubem;
Crispae nomen erat.

adeantur notae lib. XIII. vers. 32. infra quoque idem

Hortatur summi partem deposcere juris,
Atque alternatos sociato Consule fasces:
Et, si partita renuant sedisse curuli,
Aequatumque decus geminasque videre secures,
Ultorem ante oculos atque ora astare repulsae.
Ergo electa manus gressu fert dicta citato.
Antistat cunctis praecellens Virrius ore:
Sed genus obscurum, nullique furore secundus.
Qui postquam coetu Patrum ingentique Senatu
Impia dementis vulgi, ac vix tota, profudit
Consulta, & tumidis incendit vocibus aures;
Concordi fremitu renuentum effunditur asper
Toto e concilio clamor. tum quisque fatigat
Increpitans, vocumque tremit certamine templum.
Hic Torquatus, avum fronte aequavisse severa
Nobilis, Heu Capua portantes talia dicta
Romuleis durastis, ait, succedere muris?
Ad quos non ausi Karthago atque Hannibal arma
Post Cannas afferre suas? numquamne per aures
It vestras, in Tarpeja cum sede Latini

Orarent

dem nomen *Pacuvii* bene restituit is ipse Gronovius, ut & Dausquejus vers. 312. N. HEINSIUS. Dausquejus infra ad vers. 313. hoc loco reponendum docet.

Pacuvios fuit haud obscurum crimine nomen,

aperto librariorum errore; ita tamen, ut nescias, utrum *Pacuvius*, an vero *Pacuvio*, emendari voluerit, quod postremum omnino recipiendum, ut viri docti docuerunt. Eadem constructio est apud Livium lib. XXII. cap. VI. *Donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans.* lib. XXXII. cap. 2. *Creati Pub. & Sex. Aelii (Paetis fuit ambobus cognomen) & Cn. Cornelius Lentulus.* lib. XLI. cap. IV. *Insignis opera fuit C. Popilus equitis: Sabello cognomen erat.* apud Plautum in Prologo Rud. vers. 5. *Nomen Arcturo est mihi.* Ovid. VI. Fastor. vers. 130. *Est illis Strigibus nomen.* Pompejan. in Tetrast. de Epitaph. Maron.

Virgilio mihi nomen erat, quem Mantua felix
Edidit.

Plura exempla ex Marone vide apud Julium Ruffinian. II. de Schemat. Lexeos pag. 33. edit. Pithoei.

v. 59. *Hortatur summi partem deposcere juris*] Livius testatur lib. XXIII. cap. VI. in quibusdam se annalibus invenisse, *priusquam certum defectionis consilium esset, Romam legatos missos à Campanis, postulantes, ut alter Consul Campanus fieret*: id tamen se pro certo ponere veritum esse, tum quod Caelius aliique historici praetermiserint, tum quod nimis compar Latinorum quondam postulatio fuerit.

v. 62. *Aequatumque decus, geminasque videre secures*) Forte,

Aequatumque decus gemino fascique securique:

vel, *fasci geminaeque securi.* N. HEINSIUS. Nihil muto. Silius enim per solas *secures* hic Consulatum innuit, ut per solos *fasces* infra vers. 152.

Ceu famulis fasces aequataque jura negantis.

& lib. XIII. vers. 268.

Nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos
Portares fasces nostro de nomine Consul.

Nec opus est, ut simul & fasces & secures memorentur.

v. 65. *Virius*] *Virrius* passim reponatur ex Coloniensi, & sic priscis typis codices descripti. N. HEINSIUS. Non aliter habet Puteaneus codex Livii lib. XXIII. cap. VI. teste exactissimo Gronovio: in Mediolanensi Silii editione est *Virrhius.* in Romana principe *Virruit*, aperto errore pro *Virrius.* in marmoribus literatis nunc *Virrius*, nunc *Virius* occurrit. vide Indicem in Gruterianas inscriptiones.

v. 66. *Nullique furore secundus, Impia* &c.] Vides deesse aliquid, quod hoc versu ita supplebitur:

Sed genus obscurum, nullique furore secundus.
Qui postquam coetu Patrum ingentique Senatu
Impia dementis vulgi &c.

MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. Oportune versum intrusit Modius, quem & membranae Oxonienses servant, nec bona ratione Dausquejus contemnit. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. Hunc versum,

Qui postquam coetu Patrum ingentique Senatu,

qui a vulgatis libris aberat, ex Coloniensi & Puteaneo revocavimus fugitivum. & sic Modius. agnoscunt etiam primae editiones. N. HEINSIUS. Versum à Modio aliisque revocatum, quem Silius in MStis & priscis editionibus pro suo agnoscit, primus ejecit Marsus, quem plerique editores perpe-

ram

Orarent paria, haud verbis, haud voce, sed acri
Propulsum dextra, qui tum mandata superbo
Ore apportabat, tanto per limina templi
Turbine praecipitem revoluti corporis actum,
Ut, saevo afflictus saxo, spectante piaret
Tristia dicta Jove, & lueret verba impia leto?
En ego progenies ejus, qui sede Tonantis
Expulit orantem, & nuda Capitolia Consul
Defendit dextra. rabidum hinc, palmasque virorum
Intentantem oculis, proavitaque facta parantem
Ut vidit majore adeo crudescere motu,
Excipit his frendens Fabius; Pro cuncta pudendi!
Sedes, ecce, vacat, belli viduata procella:
Quem, quaeso, e vobis huic imposuisse paratis?
Inque locum Paulli quemnam datis? an tua, Virri,
Prima atque ante alios fors, concedente Senatu,
Te citat, ac nostris aequat jam purpura Brutis?
I, demens, i, quo tendis: tibi perfida fasces
Det Karthago suos. medio fervore loquentis,

Impatiens

ram secuti sunt. *ingenti Senatu*, ut infra lib. XVII. vers. 9. *magno accedente Senatu.* & apud Statium lib. I. silv. I. vers. 101.

Utere perpetuum populi magnique Senatus
Judicio.

Versu sequenti *ac*, pro *&*, ex Coloniensi codice restitutum est; quod, quamvis minimum sit, tamen monere volui, ne quis id pro lubitu nostro contra MStorum auctoritatem mutatum putet. in codice Puteaneo, & Romana principe, Mediolanensi, ac Marsi editionibus particula copulativa plane praetermissa est.

v. 71. *Toto è consilio*] Ita pleraeque editiones, etiam vetustissimae: sed perperam; constanter enim libri scripti *Toto è concilio.* Facili errore has voces turbarunt librarii. vide Gronov. ad Livii lib. XXXIII. cap. XII. & N. Heinsium ad Claudiani I. in Eutrop. vers. 368. & II. vers. 325.

v. 72. *Vocumque tremit certamine templum*] *templum* curiam Romanam sonat, ab honore & religione Patrum. Sed in templis quoque nonnumquam Senatus habebatur; & in Capitolio tum habitum docent nos sequentia. Sic autem clare *templum* pro curia dixit lib. VI. vers. 454.

——— *limina templi*
Vidimus intrantem: quae consultata Senatus,
Quasve viri voces extremum curia maerens
Audierit.

Sed *curia* & *templum* *ὁμώνυμα* sunt. Ovid. XV. Met. vers. 800.

——— *strictique feruntur*
In templum gladii, neque enim locus ullus in Urbe
Ad facinus diramque placet, nisi curia, caedem.

BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X.

v. 74. *Capua*] Malim *Capuae.* Capuae dicta. N. HEINSIUS. Non video rationem, cur recepta, & omnium librorum auctoritate firmata scriptura placere non possit: portabant talia dicta ex urbe Capua.

v. 81. *Ore asportabat*] *apportabat* Coloniensis. N. HEINSIUS. Ita etiam ex conjectura Cellarius reposuit: neque aliter habent editiones Romana princeps, Mediolanensis, ac Parmensis.

v. 87. *Rapidum hunc palmasque virorum Intentantem oculis*] *rapidum hinc* Coloniensis, *rabidum hunc* Aldus. Scribe *rabidum hinc.* N. HEINSIUS. *rapidum hinc* etiam Oxoniensis codex, *rabidum hunc* editiones Marsi, Martini Herbipolensis, Juntina, & Gryphii, quod Dausquejus probavit: reliquae vulgatam lectionem servant. Sed non male Illustrissimus Heinsius *rabidum hinc* vindicavit. voces *rapidus* & *rabidus* saepenumero in libris scriptis commiscentur. vide supra ad lib. V. vers. 451.

v. 90. *Pro cuncta pudendi*] Forte *prope juncta.* N. HEINSIUS. Nihil mutandum puto: hic enim Silii sensus est: o homines plane probrosi, & omni ex parte famosi, quos jam luxuriae, crudelitatis ac superbiae vestrae pudere debet: *cuncta pudendi* Graecismus est. Deinde, loco *τοῦ proh*, in Coloniensi codice est *pro*, ut semper habent libri emendatiores. vide Dausqueji Orthogr. parte II. hac voce, & Erythr. Indic. Virgil. eadem voce. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus legendum conjicit,

——— *pro monstra! pudendi*
Sedes ecce vacat belli viduata procella.

& *pudendi belli* exponit, quod tam male gesserat Varro, cujusque culpa interemtus est Paullus, ac sedes Consularis vacat.

v. 94. *Prima atque ante alios fors*] *ante alias* Coloniensis:

Impatiens ultra gemitu cohibere furorem,
Fulminea torvum exclamat Marcellus ab ira:
Quae tandem, & quam lenta tenet patientia mentem,
O confuse nimis Gradivi turbine Varro,
Ut perferre queas furibunda insomnia Consul?
Nonne exturbatos jam dudum limine templi
Praecipites agis ad portas? & discere cogis
Semiviros, quod sit nostro de more creati
Consulis imperium? non umquam sobria pubes
Et peritura brevi, moneo, ocius Urbe facesse.
Muros ante tuos (ut par est) debita ductor
Armatus responsa dabit. consurgere cuncti
Hinc pariter, magnoque viros clamore premebant.
Necnon & foribus propere Campana juventus
Extulit ipsa gradum, tantaeque dolore repulsae
Concitus Hannibalem volvebat Virrius ore.
Fulvius, (huic nam spondebant praesagia mentis
Venturum decus, & Capuae pereuntis imago

Jam

niensis: nimirum fortes. N. HEINSIUS.

v. 100. *Quae tandem*] Forte *Quo*. N. HEINSIUS.

v. 101. *O confuse nimis Gradivi turbine Varro*] *confuse* est perturbate, attonite. Silius lib. xv. vers. 763.

Turbati Rutuli, confusaque pectora visu.

Ovid. Epist. xix. Heroid. vers. 193.

Nec minus hesternae confundor imagine noctis.

idem vi. Fastor. vers. 582.

Confusam placidi morte fuisse ducis.

Seneca i. de Ira cap. xii. *Officia sua vir bonus exsequitur inconfusus, intrepidus.* Petron. in Satyr. cap. cxxxvi.

——— tremuit perterritus aether
Planctibus insolitis, confusaque regia coeli
Visa suas moto transcurrere cardine metas.

& paullo post: *Confusus itaque & novitate facinoris attonitus.* Alia exempla habent Scheffer. ad Phaedr. lib. iv. fab. xvii. vers. 24. Stephan. in Praefat. ad Plinii epistol. Tennul. ad Frontini i. Strat. cap. xii. ex. 7. & Borrich. in Anal. de ling. Lat. pag. 25.

v. 102. *Ut praeferre queas furibunda insomnia*] *perferre* primo ex vetustis libris. Deinde *furibunda insomnia* hic nequaquam possunt placere. an *examina?* ut *furibunda examina* legatos vocet Capuanos. N. HEINSIUS. Recte *perferre*. Pariter turbarunt librarii supra lib. ii. vers. 51. Praepositiones *per* & *prae* in verbis compositis infinitis locis commutantur. vide supra ad lib. vi. vers. 43. Deinde, pro *furibunda insomnia*, Celeberrimus Burmannus conjiciebat *furibundi somnia*. ut Silins Virrii *furibundi somnia* vocet petitiones, quas nomine populi Campani in Senatu Romano faciebat. *Somnia* enim interdum sunt res vanae. Lucr. lib. i. vers. 106.

Quippe etenim quam multa tibi jam fingere possum
Somnia, quae vitae rationem vertere possunt.

& ita *somniare* apud Plautum in Curcul. act. iv. sc. iii. vers. 14. *Quos tu mihi Luscos libertos, quos Summanos somnias.* Vide Taubmann. ad Maron. Ecl. viii. vers. 108.

v. 112. *Extulit acta gradum*] *illa* Puteaneus, *ipsa* Coloniensis & priscae editiones. N. HEINSIUS.

v. 114. *Fulvius (huic jam spondebant* &c.] *huic nam*, non *jam*, idem Coloniensis liber. Praeterea *tanto dolore repulsae*, non *tantae*, Parmensis editio. N. HEINSIUS. Recte *huic nam* ex Coloniensi Heinsius; *τὸ jam* enim mox denuo occurrit. voces *jam* & *nam* librarii haud raro turbarunt. vide supra ad lib. ix. vers. 242. Deinde non recte Doctissimus Dausquejus hic *infit*, vel *fatur*, omissum esse existimat: sequitur enim versu proximo *inquit*.

v. 117. *Vestris devictum colla catenis*] Lego *devinctum*. D. HEINSIUS. Lego *devinctum* ex scriptis. lib. ix. vers. 633.

——— quin imus comminus, inquit,
Ductori Tyrio, quem vinctum colla catenis
Acturum ante tuos currus promisimus urbi.

N. HEINSIUS. *devinctum* etiam priscae omnes editiones, pro quo perperam errore operarum in Marsi Veneta secunda *devictum* editum est, quod plerique editores secuti sunt. Frequenter librarii has voces commutarunt. vide supra ad lib. vi. vers. 348. Deinde, pro *vestris*, eaedem vetustae editiones cum membranis Oxoniensibus *nostris*: sed male. Hae etiam voces non raro in libris antiquis confunduntur. vide supra ad lib. viii. vers. 31. ad lib. xi. vers. 173. vers. 186. lib. xii. vers. 577. vers. 679. lib. xiii. vers. 374. & Brockhus. ad Propert. lib. iv. eleg. ix. vers. 20.

v. 118.

Jam tum erat ante oculos) Non si Karthaginis, inquit,
Ductorem vestris devinctum colla catenis
Romam victor agis, posthac intrare Quirini
Sacratas dabitur sedes. tende ocius, oro,
Quo mens aegra vocat. referunt haec inde citati
Mixta minis & torva trucis responsa Senatus.
Tantane, omnipotens, caligine mersa latere
Fata placet? veniet quondam felicior aetas,
Cum pia Campano gaudebit Consule Roma,
Et per bella diu fasces perque arma negatos
Ultro ad magnanimos referet secura nepotes.
Poena superborum tamen haec durabit avorum,
Quod non ante suos Capua ad suffragia mittet,
Quam Karthago suos. postquam nunc dicta Senatus,
Nunc facta exposuit, tum veris falsa per artem
Virrius admiscens cecinit fatale cruenti
Turbatis signum belli. furiata juventus
Arma, arma; Hannibalemque volunt. ruit undique vulgus,

Et

v. 118. *Romam victor agas*] *agis* in Coloniensi concinnius. N. HEINSIUS. *si agis*, non *agas*, ut supra lib. VII. vers. 551.

—— nos aequavisse minori
Solvetur culpa, si sunt mihi salia corda.

ita ex scriptis N. Heinsius restituit, pro *sint*, ut vulgo editur. lib. X. vers. 270.

Deseris in tantis puppim si, Paulle, procellis.

lib. I. vers. 601.

Ferte leves auras, flatusque ciete secundos,
Si nondum insultas templorum Poenicus ignis
Culminibus.

& vers. 646.

Spumens hic, medio qui surgit ab aequore, fluctus,
Si prohibere piges, vestras effringet in urbes.

Vide Mercerum ad Non. Marcell. pag. 83.

v. 119. *Tende ocius, oro*] *hortor* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 125. *Et per bella diu fasces perque arma negatos*] Phrasis est Manilio frequens *per bella*, hoc est, bello, & talia. eam frustra barbariae damnant eruditi viri. Saepe eadem utitur & Silius, ut lib. X. vers. 487.

Certabas pulsos per bella reponere reges.

infra hoc lib. vers. 291.

Jamque Jovem & laetos per furta canebas amores.

item vers. 439.

Concordem cytharae movit per carmina linguam.

& vers. 388.

Poenorum mentes caeco per laeta premendi
Exitio.

& centum aliis locis. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. Parmensis editio *& per arma negatos*; quod sit *per & arma*. mox *referet*, pro *referas*, cum Coloniensi sequentia postulant. N. HEINSIUS. *& per arma* etiam Mediol. editio ut & Romana princeps; in qua ad marginem manu docta emendatur *per & arma:* quod Illustrissimo Heinsio etiam in mentem venit. Deinde *referet* habent quoque membranae Oxonienses cum editionibus Parmensi ac Mediolanensi: In Romana principe errore librariorum erat *referret*.

v. 127. *Superborum avorum*] Hinc *Campana superbia* in proverbium abiit. vide Erasmi adagia tit. *Arrogantia*, p. m. 156.

v. 130. *Nunc fata exposuit*] Apage *fata*. Pene manus Virrio attulerat in Senatu Torquatus, alii praecipitem cum sociis ejecerant. Quare verissima scriptura codicis Oxoniensis *Nunc facta exposuit*. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. Scribendum *facta*. dicta & facta Senatûs postquam exposuit. atque ita ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS. Frequenter hae voces à mala manu turbatae sunt. vide supra ad lib. I. vers. 277. *facta* hoc loco habet etiam editio Romana princeps, Mediolanensis, & Marsi vetustior. In recentiori Veneta ejusdem Marsi primum *fata* editum est, sed, ut videtur, operarum errore, & contra Marsi sententiam, qui in commentariis exponit, „Postquam exposuit, scilicet Virrius, ipsis Campanis, ad quos redierat, „ dicta ac facta Romani Senatus, librariorum aberrantem manum tamen posteriores editores secuti sunt omnes.

v. 131. *Cecinit fatale cruenti Turbati signum belli*] Optime vir Illustrissimus *Turbatis*. Neque aliter habent editiones Romana princeps, Parmensis, & Mediolanensis. Ultimam literam hujus vocis absorpserat prima sequentis.

v. 133. *Arma Hannibalemque volunt*] *Arma sibi Hannibalemque* in eodem codice exstat, ut in Mo-

diano.

Et Poenos in tecta vocant: ingentia facta
Sidonii juvenis celebrant, ut ruperit Alpes
Herculei socius decoris, Divisque propinquas
Transierit cursu rupes: ut caede referta
Clauserit Eridani victor vada: victor ut idem
Lydia Romano turbarit stagna cruore.
Ut Trebiae ripas aeterno nomine famae
Tradiderit, Paullumque idem inter proelia, & idem
Flaminium, proceres rerum, demiserit umbris.
His super excisam primori Marte Saguntum,
Et juga Pyrenes, & Hiberum, & sacra parentis,
Juratumque viro bellum puerilibus annis
Accumulant. unum, ducibus tot caede peremtis,
Tot fusis acie, stare inter proelia nullis
Attactum telis. Superûm cum munere detur

Huic

diano. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. x. *Arma, arma Hannibalemque volunt* verissime scripti & Veneta editio Marsi cum Parmensi. Est autem usitata optimis poëtis repetitio, de qua copiose ad Nason. lib. XI. Metam. vers. 377. apud eundem Nasonem Metam. XII. vers. 241.

Certatimque omnes uno ore arma arma loquuntur.

Statius Thebaïd. III.

Improvisus adest, jam illinc a postibus aulae
Vociferans: Arma, arma viri.

Senec. in Herc. Fur. vers. 1242.

Arma, arma, Theseu, flagita propere mihi
Subtracta reddi.

Plura ad dictum Nasonis locum. Claudicabat antea hic versus, cui fulciendo Gryphius supposuerat, *Arma sibi Hannibalemque volunt.* Subodoratus est Interpres veram scripturam, qui hic consulendus. Barthius τὸ *Arma sibi* ex Oxoniensi perperam amplectitur. Omnia sic scribenda & constituenda,

——— *tum veris falsa per artem*
Virrius admiscens cecinit fatale cruenti
Turbatis signum belli. furiata juventus
Arma, arma Hannibalemque volunt.

Perperam nunc circumfertur, *Turbati signum belli.* N. HEINSIUS. *Arma, arma Hannibalemque volunt* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. supra lib. IV. vers. 98.

Arma, viri, rapite arma, viri; dux instat uterque.

Virgil. VII. Aen. vers. 460.

Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit.

ubi plura exempla habet la Cerda. Iscan. V. bell. Troj. vers. 118.

Discursu rapiens vestigia nuntiat arma,
Arma iterat.

Vide Zinzerl. Promulf. Critic. cap. II. In editionibus Marsi, quas vidi, omnibus perperam alterum *arma* omissum est, quod Nicander & plerique alii postea secuti sunt.

v. 135. *Ut viceris Alpes*] Scribo cum membranis, *ut ruperit Alpes.* MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. *ut ruperit Alpes* scripti priscaeque editiones & Modius. bene. lib. XII. vers. 15.

Sed non ille vigor, qui ruptis Alpibus arma
Intulerat, dederatque viam.

lib. XIII. vers. 74. *perruptae molibus Alpis Eluctatus adest.* Claudian. II. in Rufin. vers. 389.

Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.

in VI. Consul. Hon. vers. 442.

Et ruptas animis spirans immanibus Alpes.

in bello Getico vers. 547.

——— *hoc impiger anno*
Alpibus Italiae ruptis penetrabis in urbem.

in bello Gild. vers. 83. *ruptaque emissus ab Alpe Poenus.* apud Juven. sat. X.

——— *opposuit Natura Alpemque nivemque*
Diducit scopulos & montem rupit aceto.

Sidon. in Paneg. Anthemii,

——— *si ruperit Alpes*
Poenus, ad afflictos condemnatosque recurre.

Plinius lib. XXIII. cap. I. de aceto; *Saxa rumpit infusum, quae non ruperit ignis antecedens.* N. HEINSIUS. Primus hic Marsus *viceris* edidit, cum anteriores omnes cum scriptis *ruperit* habeant, quod viri docti recte vindicarunt. Sic Claudian. in bell. Get. vers. 187. *primo conamine ruptae Thermopylae.* & vers. 261.

Romula post ruptas sic virtus emicat Alpes.

v. 138. *Clauserit vada caede*] Silius lib. IV. vers. 623.

Concidit, & clausit magna vada pressa ruina.

lib. VI. vers. 706.

Et nostrum Trebiam, & Thrasymeni litora Tuscis
Clausa cadaveribus.

Seneca in Troad. vers. 185.

Aut cum inter acies Marte violento furens
Corporibus amnes clusit.

Versu

Huic sociare viro dextras & foedere jungi;
Fastus exsanguis populi vanumque tumorem
Nimirum Capua & dominatum perferat Urbis,
Ceu famulis fasces aequataque jura negantis?
Prorsus enim tanto potiorem nomine habendum
Varronem, ut fugiat Consul fulgentior ostro.
Talia jactantes jam lectam sorte parabant
Mittere, quae Tyrios adjungat foedere, pubem.
Sed non invictum ponebat pectore robur
Tum solum Decius Capuae decus. isque receptus
In medios coetus, neque enim differre dabatur;
Itis, ait, cives violanda ad jura parentum?
Damnatumque caput temerati foederis aris
Jungitis hospitio? quae tanta oblivio recti?

Magnum

Versu praecedenti pro *caede referta* in editionibus Marsi est *refecta*, in Romana principe *reverta*, pro quo manu docta emendatur *caede cruenta*. sed nihil muto.

v. 140. *Et Trebiae ripas*] *Ut Trebiae* editio Gryphiana & Parmensis. N. HEINSIUS. Ita etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Saepe hoc modo turbarunt librarii. vide supra ad lib. v. vers. 217.

v. 142. *Demiserit umbris*] Concinnius *dimiserit umbris* scripti. de quo ad Maronem Aen. II. vers. 85. N. HEINSIUS. Libros scriptos non sequor: Mortui enim non *dimittuntur umbris*, sed *demittuntur*: licet saepissime aliter stupidis librariis placuerit. supra lib. I. vers. 439.

Et geminos Chromin atque Gyan demiserat umbris.

ubi in Putean. est *dimiserat*. lib. x. vers. 137. *vadis liventis Averni Demitti globus ille cupit*. lib. XII. vers. 468.

Bis septem demissa neci, nec substitit agmen,
Millia.

dimissa iterum Putean. codex. lib. XIII. vers. 458.

Lux gratos Phaëthontis equos avertit, & atris
Aeternum demisit aquis.

pro quo Colon. liber *dimisit* habet. lib. XV. vers. 470.

Tunc Alabim, Murrum, atque Dracen demisit ad umbras.

hic iterum *dimisit* est in Puteaneo. Virgil. II. Aen. vers. 84.

Insontem infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci.

laudat hunc locum Priscian. lib. IX. Gramm. p. m. 377. lib. XI. pag. 430. & alibi: ubique tamen est *Demisere*. ibid. vers. 398.

——— *multos Danaûm demittimus orco.*

Aen. IX. vers. 527.

——— *quem quisque virum demiserit orco.*

& XII. vers. 884.

——— *manesque Deam demittat ad imos.*

Valer. Flacc. lib. VII. vers. 314.

——— *ipsumque simul demittere leto.*

ubi Heinsius in omnibus suis scriptis *dimittere* invenit. Alibi etiam hae voces turbantur. vide Pierium ad Maron. XII. Aen. vers. 853. N. Heinsium ad Nason. I. Metam. vers. 209. & Broekhus. ad Propert. lib. IV. eleg. I. vers. 131. Apud Statium est XI. Theb. vers. 274. *Ceu coelo dimissa lues*: ubi *demissa* fortassis melius legetur.

v. 143. *Excisam primori Marte Saguntum*] Eleganter *primori Marte* est primis bellorum auspiciis. vide, quae ad Madaurensem notamus. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X.

v. 147. *Stare inter proelia nullis Attactum telis*] Ita quidem jactitant Campani nimio Hannibalem extollendi studio: sed contra veritatem. In obsidione enim Saguntina vulneratum fuisse ipse refert Silius supra lib. I. vers. 535. ubi vide, quae notavit Dausquejus.

v. 150. *Fastus & exsanguis populi*] Scribendum *Fastus exsanguis populi*, omissa particula, quae versum commaculat. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. Locus foede contaminatus. Opinor,

——— *Superûm cum munere detur*
Huic sociare viro dextras, & foedere jungi
Fas sit, ut exsanguis populi vanumque tumorem
Nimirum Capua, & dominatum perferat Urbis.

vel etiam,

——— *& foedere jungi.*
Fastus exsanguis populi vanumque tumorem
——— *perferas?*

quod posterius Coloniensis libri auctoritate confirmatur. Neque aliter Barthius. Potes etiam legere *Fastum an ut exsanguis populi*. N. HEINSIUS. Recte viri docti voculam &, quae facit, ut versus in leges metri peccet, hinc expulerunt; quam etiam delendam esse ad marginem Silii sui monuit Illustrissimus Scaliger, & Cl. Dausquejus in notis.

v. 151. *Dominatum perferat urbis*] Coloniensis *urbi*. sed perperam. N. HEINSIUS.

Magnum utique in magnis rebus populisque virisque
Adversis servare fidem. nunc tempus inire
Proelia pro Rutulis; nunc signa aciemque movere,
Dum trepidae res, & medicinam vulnera poscunt;
Is locus officio, cum cessant prospera, cumque
Dura ad opem Fortuna vocat. nam laeta fovere,
Haud quaquam magni est animi decus: huc, age, adeste.
Novi Dis animas similes & pectora magnis
Numquam angusta malis. capiunt (mihi credite) Cannas,
Et Thrasymena vada, & Paulli memorabile letum.

Hi

v. 163. *Magnum utique in magnis rebus populisque virisque Adversis servare fidem*] *Magnae res* sunt difficiles, translatione à mari magno. Lucretius,

Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem.

In membranis non bene legitur, *Magnum atque in magnis.* BARTHIUS lib. III. Adverf. cap. x. Puteaneus,

Magnam atque in magnas positam populisque virisque
Adversam ostendere fidem.

Nec dissentit editio Parmensis, nisi quod in illa *in magnis positam*, & *ostentare* addita interrogationis nota. Coloniensis,

Magna atque in magnis positam populisque virisque
Adversam ostentare fidem.

Aldus,

Magnam, atque in magnis rebus populisque virisque
Adversam ostentare fidem.

Cum Aldino codice facit Parisina editio Marsi, nisi quod in illa *Magna:* Veneta editio ejusdem *Magnum in magnis positum.* Puto,

Magnam, agite, inque manu positam populisque virisque
Adversi ostentate fidem.

vel,

Magnum, atque in manibus positum populisque virisque
Adversam ostentate fidem.

fides adversa populis ac viris, quae se spectandam populis & viris praebet, *adversa*, non *aversa*. Sic *solem adversum intueri.* Licentius Carmine ad D. Augustinum,

Mens hebet, adversamque fugit conterrita lucem.

Statius in init. Theb. IV.

——— *liquido quae stridula coelo*
Fugit, & adversae celso stetit aggere Dirces.

Valer. Flacc. lib. I. verf. 493.

——— *dum saeva relictis*
Mater in adverso catulis venatur Amano.

ubi male *averso* Alardus. *in manibus*, ut apud Valer. Flacc. lib. VI. verf. 460. *In manibus spes nostra tuus.* Statius x. Theb. verf. 29. *In manibus merces belli.* Lucan. lib. VII. verf. 253.

In manibus vestris, quantus sit Caesar, habetis.

noster lib. XII. verf. 196. *stat campus, & arma, Et Mars in manibus.* lib. VII. verf. 34.

Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
In manibus consulta.

positum ut Lucan. lib. IX. verf. 387.

Per mediam Libyen veniant, atque invia tentent,
Si quibus in nullo positum est evadere voto.

Vel denique etiam legi potest,

Magnum atque in magnis positum populisque virisque
Adversa ostentare fidem.

quod verum est. N. HEINSIUS. Vulgatam scripturam corruptam, & non uno mendo inquinatam clamat tantus librorum dissensus: certe primum eam vidi in Wolfii editione Basileensi, unde Dausquej. & nonnulli alii hauserunt. Celeberrimus Burmannus conjiciebat,

Dignum, atque in magnis positum, populisque virisque
Adversis servare fidem.

vel, *Haud versam ostentare fidem.* Sed etiamnum mihi hic aqua haeret.

v. 166. *Is locus officio*] *Sit locus officio*, ni fallor. Stat. XII. Theb. verf. 301. *veteres sed mitto querelas. En locus officio.* Possis etiam *Fit locus*, vel *Est locus.* N. HEINSIUS.

v. 169. *Hic age adeste*] *huc age* ex scriptis & primis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 171. *Capiunt, mihi credite, Cannae*] *Cannas* optime Coloniensis. & sic conjecit perspicacissimus Gronovius Observat. I. cap. XVII. mox *nostris moenibus*, non *vestris*, editio Parmensis. N. HEINSIUS. Optime *capiunt Cannas* viri docti vindicarunt, id est, non fracti sunt cladibus ad Cannas & Thrasymenum, nec morte Paulli, optimi imperatoris, verum omnibus his malis sufficiunt. Silius supra lib. VI. verf. 615.

Bellandi vetus, ac laudum cladumque quieta
Mente capax.

Senec. in Oedip. verf. 82. *regium hoc ipsum reor, Adversa capere.* in Agam. verf. 31.

Non pavidus hausi dicta, sed cepi nefas.

Deinde mox etiam Oxon. codex cum Romana principe

Hi sunt, qui vestris infixum moenibus hostem
Dejecere manu, & Capuam eripuere superbis
Samnitum jussis. hi sunt, qui jura dedere
Terrore expulso, Sidicinaque bella remorunt.
Quos fugitis? socios quosve additis? ille ego sanguis
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
Ab Jove ducta Capys, magno cognatus Iulo;
Ille ego, semihomines inter Nasamonas, & inter
Saevum atque aequantem ritus Garamanta ferarum,
Marmarico ponam tentoria mixtus alumno?

Ductoremque

principe & Mediol. editione *nostris moenibus*, pro *vestris*. Ita saepe turbant librarii. vide supra ad vers. 117.

v. 176. *Terrore expulso*] Metuo ne mendum hisce subsit. N. HEINSIUS.

v. 177. *Quos fugitis socios odiis? quosve additis? ille Dardanius*] Prodigiosus error est in codice MSto, unde suspicari quis possit, etiam vulgatos libros male habere. ita scriptus liber, *Quos fugitis ego sanguis quosve additis?* de cognatione sequentes versus. An legendum

Quos fugietis? eho! sanguis vos edidit ille.

cui sequentia consonant,

Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Jove ducta Capys, magno cognatus Iulo.

Raritas sane scriptorum exemplarium non contemnere nos eorum lectionem jubet. sed totus locus ita poterit legi,

Quos fugietis? eho! sanguis vos edidit ille
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Jove ducta Capys. magno cognatus Iulo
Ille ego semihomines inter Nasamonas.

BARTHIUS lib. III. Adversf. cap. x.

Quos fugitis socios, odiisse? ille ego sanguis,

in Puteaneo: in Coloniensi,

Quos fugitis socios, quosve auditis? ille ego sanguis.

Scribendum, nisi me conjectura fallit,

Quos fugitis socios? quosve additis? ille ego sanguis
Dardanius.

Confirmat Parmensis, nisi quod distinctionis ratio perperam illic est turbata: & sic ex editionibus nonnullis Interpres. Barthius ridicule,

Quos fugietis? eho! sanguis vos edidit ille.

N. HEINSIUS. Nescio, quem codicem scriptum inspexerit Barthius, qui tam prodigiosam lectionem habebat: certe non Oxoniensem, quem semper consulere solitus fuit. Ad duas enim editiones Silii, quas viri docti cum eo codice contulerunt, quasque, dum haec scribo, ante oculos habeo, inde notatum inveni,

Quos fugitis socios? quosve additis? ille ego sanguis.

neque aliter etiam habet editio Romana princeps & Mediolanensis. Recte autem hanc lectionem viri docti probarunt, & olim etiam Illustrissimus Heinsius ad Nason. III. Fast. vers. 387. Vulgata vero scriptura ex Marsi editione originem ducit. *Dardanius sanguis* sunt Trojanis cognati, ex Trojanis orti. eo sensu *sanguis* supra est lib. I. vers. 671. *vesterque luat cur foedera sanguis.* lib. III. vers. 97. *Cyrrhei sanguis Imilce Castalii.* libro VIII. vers. 408.

Regia progenies & Tullo sanguis ab alto.

Valer. Flacc. lib. III. vers. 345.

Nam quia nec proles alius, nec denique sanguis

lib. IV. vers. 255.

—— accensa mente feruntur
In medium sanguis Jovis & Neptunia proles.

& lib. VI. vers. 48.

Proxima Bisaltae regio, ductorque Colaxes,
Sanguis & ipse Deûm.

Vide Grang. ad Juven. sat. I. vers. 42.

v. 178. *Cui sacra pater, cui nomina liquit A Jove ducta Capys*] Vide Dausquej. supra ad vers. 30. & Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. I.

v. 181. *Saevum atque aequantem rictum Garamanta ferarum*] Scribo cum membranis *aequantem ritus Garamanta ferarum*, pro quo male legitur incusis libris *aequantem rictum.* MODIUS Novant. Lect. Epist. CI. Scriptus liber *aequantem ritus*, ut edidit Modius, vel alii ex eo. Tamen cum *semihomines* modo dixerit, vulgata melior videtur. BARTHIUS lib. III. Adversf. cap. x. *aequantem ritus* scripti. & bene. quomodo & Modius, & editio Parmensis quoque. Barthio tamen placuit obniti nullo jure. Noster lib. VI. vers. 531.

Nec tibi nunc ritus imitantem irasque ferarum
Pygmalionéam tentarem exprimere gentem.

Vide annotata nostra ad Prudentium I. contra Symmach. vers. 78. N. HEINSIUS. *aequantem ritus* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Primus Marsus *rictum* edidit, & os ferinum exposuit. Sed male; nam *aequantem ritus ferarum* convenit praecedenti *Saevum.* Supra lib. II. vers. 501.

—— ritu horrificos, & more ferarum
Viventes rapto populos.

Lucan. lib. IV. vers. 313. *rituque ferarum Distentas siccant pecudes.* Claudian. in VI. Consul. Hon. vers. 152.

Ad

Ductoremque feram, cui nunc pro foedere proque
Justitia est ensis, solaeque e sanguine laudes?
Non ita, non Decio permixtum fasque nefasque,
Haec ut velle queat. nullo nos invida tanto
Armavit Natura bono, quam janua mortis
Quod patet, & vita non aequa exire potestas.
Haec vana aversas Decius jactavit ad aures.
Ast delecta manus jungebant foedera Poeno.
Jamque aderant praemissa duci turbante tumultu
Autololes numerosa cohors. ipse agmine magno
Festinata citus per campos signa movebat.
Et Decius, Nunc hora, viri, nunc tempus. adeste,
Dum Capua dignum, dum me duce dextera vindex
Molitur facinus; procumbat barbara pubes.
Pro se quisque alacres rapite hoc decus. hostis adire
Si parat, obstructas replete cadavere portas,
Et ferro purgate nefas. hic denique solus
Eluerit sanguis maculatas crimine mentes.

Dumque

Ad priscos pecudum damnaret secula ritus.

Cicero de Amic. cap. IX. *Ab iis, qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longe dissentiunt.* Vide Gifan. Indic. Lucret. voce *Ritus.* Perperam Dausquejus stat pro vulgata scriptura.

v. 183. *Cui nunc pro foedere proque Justitia est ensis*] Supra lib. II. vers. 504.

Vis colitur, jurisque locum sibi vindicat ensis.

Seneca in Herc. Fur. vers. 253.

Jus est in armis, opprimit leges timor.

in Hippol. vers. 543. *pro jure vires esse.* Lucan. lib. I. vers. 175. *mensuraque juris Vis erat.*

v. 185. *Non ita, non Decio*] Imitatur illud Maronis II. Aen. vers. 583.

Non ita; namque etsi nullum memorabile nomen &c.

ubi Germanus docuit, eodem modo & Graecos locutos fuisse; quem vide.

v. 186. *Nullos vos invida tanto*] Imo *nos* cum scriptis editisque antiquitus. N. HEINSIUS. Primus Marsus *vos* edidit. Saepissime ita peccarunt librarii. vide supra ad vers. 117. Huc pertinet illud Senec. in Herc. Oet. vers. 111.

Miser non est, qui mori potest.

& nostri supra lib. II. vers. 576.

— *quis telum ingens contra aspera mors est.*

v. 187. *Janua mortis Quod patet*] Desumtum hoc docuerunt viri docti ex illo Maronis II. Aen. vers. 661. *patet isti janua leto.* & sic idem VI. Aen. vers. 127.

Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

v. 188. *E vita non aequa exire potestas*] Melius membranae, *& vita non aequa exire potestas*, ut conjecit Dausquejus. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. Malo cum scriptis *& vita*, pro *è vita*. neque aliter Interpres conjecerat: idque in Oxonio asseverat exstare Barthius. Malim tamen *vitam non aequam exire*, vel *vitae non aequa*, hoc est, vitam iniquam, infaustam. noster lib. XII. vers. 20. *noctes Sub Jove non aequo trahere.* *Mars non aequus* vers. 42[illegible] &, *Non aequi regione loci.* & alibi. N. HEINSIUS. *& vita* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. in editione Marsi autem primum *è vita* inveni, quam omnes alii editores secuti sunt. Deinde fortasse cum Heinsio scribendum *vitae non aequa exire*, ut verbum *exire* cum quarto casu construatur, ut infra lib. XIV. vers. 455.

Crudo luctari pelago, atque exire procellas.

Lucret. lib. VI. vers. 1217.

Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem.

Virgil. V. Aen. vers. 438.

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.

Tacit. VI. Annal. cap. XLIX. *Donec minor filius lubricum juventae exiret. non aequa vitae*, ut *angusta loci* lib. V. vers. 174. & alia alibi.

v. 190. *Jungebat foedera Poeno*] *jungebant* praestiterit: quod video confirmari ab editione Parmensi. malo & mox *aderant. aderant Autololes.* alioquin dicendum esset, *aderat numerosa cohors Autololum.* illud quoque idem Parmensis confirmat. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *jungebant*, & mox *aderant.*

v. 198. *Obstructas praebete cadavere portas*] Conjiciebam aliquando *obstructa prohibete cadavere porta.* sic *Poenos prohibere capta aquila* lib. VI. vers. 27. ex scriptis. Sed verius fortassis, quod in Puteaneo *obstructas replete cadavere portas.* neque aliter editio Parmensis. infra *tabo repleta cruento Pocula.* N. HEINSIUS. Silius lib. XIII. vers. 743.

— *refluunt obstructi stragibus amnes.*

Cicero

Dumque ea nequidquam non ulli laeta profatur,
Audita asperitate viri coeptoque feroci,
Multa feta gerens ira praecordia, Poenus
Astabat muris, propereque arcessere lectos
Immitem castris Decium jubet. horrida virtus,
Armatumque fide pectus, rectique cupido,
Et major Capua mens imperterrita mole
Invicta stabat, torvoque minacia vultu
Jussa ducis, verbisque etiam incessebat amaris.
Quem Libyae rector tot signa tot arma ferentis
Spernentem increpitans magno clamore profatur:
Post Paullum, post Flaminium componimur, eheu!
Vecordi Decio, mecum certasse volenti
In decus & famam leti. rapite, ite citati,
Signa, duces. pateatne mihi Campana vetante
Urbs Decio, explorare libet, nova bella moventi
Cui patuere Alpes, saxa impellentia coelum,

Atque

Cicero de Senect. cap. xx. *Iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt.* Deinde etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *replete cadavere. replete cadavere portas obstructas* palilogia est, pro replendo portas cadaveribus eas plane obstruite, ut Poenis aditum dare nequeant. Simile locutionis genus supra erat lib. IX. vers. 98.

——— *sepulcro*
Aetoli condit membra occultata Thoantis.

ibid. vers. 586.

Clamantemque ferens calcata per agmina portat.

lib. XII. vers. 443.

Perque aversa tulit portatas arva carinas.

lib. XIII. vers. 106.

——— *nunc conjunctas adstringere nodis*
Instabat ferroque trabes.

Virgil. III. Aen. vers. 237.

Disponunt enses, & scuta latentia condunt.

ad quem locum ita Servius: *hoc est, disponunt, & tectos faciunt, sicut & scuta condendo latere faciunt.* Senec. in Herc. Fur. v. 236.

Et adusta medius regna quae torret dies.

Petron. in Satyr. cap. CXXXIV.

——— *zephyrique tacentia ponunt*
Ante meos sua flabra pedes.

v. 204. *Accersere*] *arcessere* Puteaneus. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps, Parmensis, ac Mediolanensis editio. vide supra ad lib. I. vers. 264.

v. 208. *Torvoque minantia vultu*] *minacia* rectius in Coloniensi. N. HEINSIUS. Saepe ita peccarunt librarii. vide N. Heinsium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 39. Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. VII. vers. 47. & Bentlej. ad Horat. lib. II. od. XII. vers. 12.

v. 210. *Quem Libyae rector tot signa tot arma ferentis Spernentem increpitans*] Emaculandum *tot signa tot arma ferentes*, nimirum Decius omnem Hannibalis exercitum spernebat. BARTHIUS lib. III. Advers. cap. X. *ferentes* Barthius corrigit, hoc est, omnem exercitum Karthaginiensium. & sic editio Gryphii. N. HEINSIUS. *Libyae ductor* editio Romana princeps & Mediolanensis, quod tantumdem est.

v. 212. *Componimur heu, heu, Vecordi Decio mecum certasse volenti. In decus* &c.] Legendum,

——— *componimur, eheu,*
Vecordi Decio mecum certasse volenti
In decus & famam leti! rapite &c.

MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. Scribendum *componimur eheu*, non *heu heu*, ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Ubique fere in membranis optimae notae *eheu* scribitur, pro quo recentioribus plerumque *heu heu* placet. vide Pier. ad Virgil. ecl. II. vers. 58. Crucq. aliosque ad Horat. Epod. XV. vers. 23. & Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XIX. vers. 22. Sic apud Petron. etiam in Satyr. cap. XXXIV. codex Tragur. *eheu* habet, id est, *eheu*, cum in libris vulgatis sit *heu heu*.

v. 214. *Rapite inde citati Signa, duces, pateatque mihi*] Legendum,

——— *rapite, ite citati,*
Signa, duces. pateatne mihi Campana vetante
Urbs Decio explorare libet.

MODIUS Novant. Lection. cap. CI. *rapite, ite* cum Modio ex scriptis. vide annotata infra vers. 240. Deinde scribendum, *pateatne mihi Campana vetante Urbs Decio explorare libet.* aliter tamen scripti. mox *uni calcata Deo* de Hercule intellige. N. HEINSIUS. Petrus Marsus etiam & Martinus Herbipolensis *rapite, ite*, ediderunt.

v. 217. *Alpes, saxa impellentia coelum, Atque uni calcata Deo*] Hunc Deum, ne quis per fabulas quaerat,

Atque uni calcata Deo. suffuderat ora
Sanguis, & a torvo surgebant lumine flammae.
Tum rictus spumans, & anhelis faucibus acta
Versabant penitus dirum suspiria murmur.
Sic urbem invectus, toto comitante Senatu,
Et vulgo ad spectanda ducis simul ora ruente,
Effundit cunctam rabiem irarumque procellas.
Necnon & Decio propiora pericula mentem
Flammarant, tempusque adeo cernebat adesse,
Quo laudes ducis invicti superaret inermis.
Non illum fuga, non clausi occulere penates:
Sed liber, veluti nullus penetrasset in urbem
Hannibal, intrepido servaverat otia vultu.
Cum juvenem saevis (horrendum) concitus armis
Invadunt globus, & pedibus sublime sedentis

Ductoris

iat, Herculem esse moneo, cui in summis Alpibus ara erat, transitus nimirum ob memoriam. Petronius in Satyrico,

Alpibus aeriis, ubi Graje nomine pulsae
Descendunt rupes, & se patiuntur adiri,
Est locus Herculeis aris sacer; hunc nive dira
Claudit hiems, canoque ad sidera vertice tollit.

Emendandus is obiter Petronii locus & legendus *Grajo numine.* Transmarinum enim Deum Herculem *Graecum* appellat, cui perviae fuerint ante Caesarem illac rupes. Porro dura phrasis videtur Siliana, *saxa coelum impellere*, quae tamen vera est ipsius. Non minori enim audentia lib. xv. dixit, *tellurem procul irrumpentem in sidera cernit Aërias Alpes.* & lib. III.

Erigitur tellus, & coelum intercipit umbra.

BARTHIUS lib. XXI. Advers. cap. XV.

v. 218. *Suffuderat ora Sanguis*] *diffuderat* membranae Oxonienses: sed perperam. Silius lib. VII. vers. 75.

——— *maesto suffusae lumina vultu.*

lib. IX. vers. 460.

Tum virgo, ignescens penitus, violenta repente
Suffudit flammis ora.

Ovid. I. Metam. vers. 484. *suffunditur ora rubore.*

v. 219. *A torvo surgebant lumine flammae*] *fulgebant* Puteaneus. N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. I. vers. 103.

——— *audito surgentes carmine flammae.*

lib. VII. vers. 352.

——— *atque altis surgunt è cornibus ignes.*

v. 220. *Tum rictu spumas*] *rictus spumans* ex scriptis, *rictu spumante* editio Marsi Veneta, *rictu spumans* Parmensis, & mox eadem,

Versabat penitus dirum ad suspiria pectus.

N. HEINSIUS. Romana princeps etiam & Mediolanensis editio *rictu spumans*, & mox

Versabant penitus dirum ad suspiria murmur.

pro quo tamen in Romana principe editione *Versabat* manu docta emendatur. Venetae Marsi editiones, quas vidi, omnes cum vulgatis faciunt.

v. 222. *Sic urbem ingreditur tanto comitante Senatu*] Corrigendum videtur,

Sic urbem invectus, toto comitante Senatu.

MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. Lego *toto Senatu.* D. HEINSIUS.

Sic urbem invectus, toto comitante Senatu,

ex Coloniensi Modius. *toto Senatu* etiam in Puteaneo & vetustis editionibus. N. HEINSIUS. Scriptura editionis Romanae principis & Mediolanensis à vulgata nihil differt; Petrus Marsus autem & Martinus Herbipolensis *invectus*, pro *ingreditur*, ediderunt. In Oxoniensi codice *invectus toto comitante Senatu* fuisse videtur: in utrisque enim, quae mihi praesto fuerunt, hujus codicis excerptis nihil annotatum reperi, cum tamen collatio instituta sit altera ad Raphelengii, altera ad Cellarii editionem, quae & *invectus*, & *toto* habent. Coloniensium membranarum scripturam amplexus est Dausquejus.

v. 228. *Non illum fuga* &c.] Expressa haec ex illis Livii lib. XXIII. cap. VII. *Decius Magius nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privatim se tenuit; in foro cum filio clientibusque paucis ociose inambulavit.*

v. 232. *Invadit globus*] *Invadunt* Coloniensis longe elegantius. mox & *sistunt*, pro *sistit*, scribendum. N. HEINSIUS. Eo modo *exercitus omnis stabant* infra lib. XIII. vers. 308. ubi librarii contra metrum *exercitus omnes* dederunt. Vide alia apud N. Heinsium infra ad lib. XIII. vers. 555. lib. XIV. vers. 410. Nason. III. Metam. vers. 528. Claudian. II. in Rufin. vers. 317. & alibi.

v. 238. *Cui femina nulla Cesserit*] Vide supra ad lib. II. vers. 361.

v. 240. *Huic agedum Magnanimo miles meritas innecte catenas*] *huc* Puteaneus. Pro *Magnanimo miles*, scribendum *Magnanime, o miles.* Vulgata lectio,

quam

Ductoris ſiſtunt. tonat inde ferocibus alte
Inceſſens victor dictis, Solusne ruentem
Fulcire, & revocare paras a funere, Romam?
O demens! en, qui Divûm mihi munera tanta
Eripiat. Decio prorſus ſervabar inerti
Vincendus, Decio imbelli, cui femina nulla,
Orta in Agenoreis noſtrae Karthaginis oris,
Ceſſerit: huic agedum, (nam cur indigna feramus?)
Magnanime o miles, meritas innecte catenas.
Dixerat haec: necdum finem convicia norant.
[Cum fera gens Decii conſtanti pectore corpus
Invadit, vincitque manus poſt terga catenis.]
Illatus velut armentis ſuper ardua colla
Cum ſeſe impoſuit, victorque immane ſub ira

Infremuit

quam & ſcripti codices tuentur, eſt ridicula & inſulſa. *inertem* & *imbellem Decium* paullo ante dixerat. *Magnanime miles* Puteaneus. correctionem noſtram editio Parmenſis confirmat. vide notas lib. VI. verſ. 21. poſſis etiam *Magnanime*, *i*, *miles*. & hoc verum. ſic *rapite*, *ite* paullo ante. apud Prudentium, *Satelles*, *i*, *ferrum rape*. vide plura ad Hymn. Cath. XII. verſ. 99. Deinde *Dixerat haec* ſcripti cum eadem editione Parmenſi, non *Dixerat. &*, & *necdum*, pro *nondum*. N. HEINSIUS. Quamvis Silius Decium ſupra *inertem* & *imbellem* vocarit, poſſet tamen hic irridens *magnanimum* dicere: qualis ironia apud graviſſimos ſcriptores paſſim occurrit. Praefero tamen cum Illuſtriſſimo Heinſio, *Magnanime o miles*, quod & Romana princeps ac Mediolan. editio habet, ut eliſio loci corrumpendi cauſſa fuerit, ut ſaepe alias. vide ſupra ad lib. II. verſ. 531. in Oxon. codice eſt *Magnanime miles*. Eruditiſſimus Bentlejus ad Horat. Epod. XVII. verſ. 72. hunc verſum ita legit,

Magnanimo, miles, meritas, i, necte catenas.

& porro docet, optimos ſcriptores numquam ita locutos *innectere alicui catenas*, ſed *innectere aliquem catenis*, & *nectere alicui catenas*. Deinde etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio *Dixerat haec. necdum.* τὸ *necdum* primus Marſus in *nondum* mutavit. Vulgata vero ſcriptura Nicandrum auctorem agnoſcit, qui ita in Juntina editione interpolavit.

v. 243. *Cum fera gens Decii conſtanti pectore corpus*] Verſus hic cum proxime ſubſequenti abſunt a Colonienſibus membranis, etiam ab editione Parmenſi. Si admittendi hoc loco, libens correxerim,

Cum fera gens Decio conſtanti innectere corpus
Invadit.

vel *Decio perſtanti*. ſed, ſpurios abigamus, praeſtat. N. HEINSIUS. Utrumque verſum ignorant etiam membranae Oxonienſes cum editionibus Romana principe & Mediolanenſi. neque tamen, ſi admittendi ſunt, cum Heinſio ſcribendum videtur *Decio conſtanti innectere corpus*, cum modo praeceſſerit *innecte catenas*, & paullo poſt denuo ſequatur *necte catenas*: Sed *Decii corpus* poſitum erit pro ipſo Decio, ut apud Maron. VII. Aen. verſ. 649.

——— *quo pulchrior alter*
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

vide Muret. III. Var. Lect. cap. IV. Mihi potius etiam hi verſus ſpurii videntur.

v. 245. *Super ardua colla Cum ſeſe impoſuit*] *ardua colla* tauri nempe vel juvenci. Claudian. in III. Conſul. Hon. verſ. 82.

Aeſtuat & celſi tabo ſordere juvenci.

III. de Laud. Stilic. verſ. 301.

Magnaque taurorum fracturae colla Britannae.

Valer. Flacc. lib. II. verſ. 458.

Qualiter implevit gemitu cum taurus acerbo
Avia, frangentem morſu ſuper alta leonem
Terga ferens.

Leonem tum tauri, tum cervi tergo inhaerentem exhibet gemma ex Gorlaei Dactyl. part. II. num. CXIX. & nummus ex Morell. Specim. rei numm. tab. XXVI.





v. 246. *Victorque immane ſub ira Infremuit*] *victorque immanis ab ira* opinor. ſic lib. XII. verſ. 551. *ſtat celſus & aſper ab ira.* mox *prendens cervice*, non *pendens*, Puteaneus. N. HEINSIUS. Haud male vir Illuſtriſſimus *victorque immanis ab ira Infremuit.* Sic ſupra lib. II. verſ. 139.

 Correptos

Infremuit leo, & immerſis gravis unguibus haeſit,
Mandit anhelantem pendens cervice juvencum.
At Decius, dum vincla ligant, Necte ocius, inquit,
(Nam ſic Hannibalem decet intraviſſe) catenas,
Foederis infauſti pretium. ſic victima prorſus
Digna cadat Decius. nec enim te, ſanguine laetum
Humano, ſit fas caeſis placaſſe juvencis.
En dextra! en foedus! nondum tibi Curia, necdum
Templorum intrati poſtes: jam panditur acri
Imperio carcer. perge, ac primordia tanta
Accumula paribus factis. mihi fama ſub umbras
Te feret oppreſſum Capuae cecidiſſe ruinis.
Nec plura effari conceſſum. obnubitur atra

Veſte

Correptos artus ter maeſta movit ab ira.
lib. VI. verſ. 698.
Arridens Poenus lenta proclamat ab ira.
lib. IX. verſ. 535.
Excipit hic Juno, longique laboris ab ira
Immo, ait, ut noſcant gentes. &c.
lib. XI. verſ. 99.
Fulminea torvum exclamat Marcellus ab ira.
Lucan. lib. II. verſ. 493. *calida prolatus ab ira.* Liv. lib. XXVIII. cap. VII. *Opuntii quoque ab eadem ira increpiti.* vide virum ſummum Joh. Fr. Gronovium ad Liv. lib. XXIV. cap. XXX. & lib. XXVI. cap. I.

v. 250. *Nam ſic Hannibalem decet intraviſſe*] Haec per parentheſin legenda ſunt. *necte ocius catenas.* N. HEINSIUS.

v. 251. *Sic victima prorſus Digna cadat Decius*] *victima praeſul* Puteaneus. ſcribe, *ſic victima Poenis Digna cadat Decius. cadit* etiam in ſcriptis. *victima preſſus* in Parmenſi. N. HEINSIUS. *victima preſſus* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio; Marſi autem Veneta *cadit*, pro *cadat.*

v. 254. *En dextra! en foedus!* &c.] Paria vide apud Liv. lib. XXIII. cap. X.

v. 255. *Templorum intranti poſtes*] Corrigo *Templorum intrati poſtes.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. CI. Lego *intrati.* D. HEINSIUS. *intrati*, ex ſcriptis, ut & editionibus priſcis. N. HEINSIUS. Recte etiam Romana princeps & Mediolan. editio *intrati*, quod & Dauſquejo placuit. τὸ *intranti*, a Marſo invectum, nimis patienter tulerunt poſtea ſecuti editores, quamquam in leges Grammaticorum peccaret. *intrati poſtes*, ut infra lib. XII. verſ. 323.
——— *mugiret Phoebo jam intrata ſacerdos.*
verſ. 583.
Intratam Senonum capietis millibus urbem.
Ovid. II. ex Ponto Epiſt. VIII. verſ. 56.
Intrata eſt Superis quod domus una tribus.

v. 257. *Fama ſub umbris Te feret*] Corrigo *ſub umbras.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. CI. *ſub umbras*, non *umbris*, cum Colonienſi codice Modius. N. HEINSIUS. Recte. Virgil. IV. Aeneid. verſ. 387.
Audiam, & haec manes veniet mihi fama ſub imos.

v. 259. *Obnubitur atra Veſte caput*] Livius lib. XXIII. cap. X. *Haec vociferanti, quum moveri vulgus videretur, obvolutum caput eſt, ociuſque rapi extra portam juſſus.* At cur Silius Decio caput *atra Veſte* obvolutum dicit? fortaſſe legendum eſt *arta Veſte.* Voces enim *artus*, ſeu *arctus*, & *ater* librarii frequenter commutarunt. vide ſupra ad lib. VII. verſ. 280.

v. 264. *Quis muris ſator*] Editio Mediolanenſis *muri ſator.* Sic Pacuvius in Periboea apud Non. Marcell. cap. de Numeris & caſibus, *Regum imperator, aeternum moerum ſator.* quemadmodum hunc locum conſtituendum conjicit Gulielm. I. Veriſim. cap. XVII. Plura ſup a vide ad lib. II. verſ. 654. τὸ *muris ſator* tamen ſuſpectum viro Celeberrimo Petro Burmanno, qui fortaſſis ſcribendum conjicit *Quis muris pator*, ut velit Silius, Hannibalem luſtraſſe urbis amplitudinem, ut praeſidium ſatis aptum imponere poſſet. τὸ *pator* autem paullum inferioris aevi ſcriptoribus, ut Appulejo aliiſque, frequenter in uſu fuit. Si cui tamen haec conjectura diſplicet, vir Celeberrimus legi mallet *Quis muris poſitor*, ut *templorum poſitor* apud Naſon. II. Faſtor. verſ. 63. & alibi.

v. 265. *Quotque auri pateant bello argentique talenta*] Puteaneus cum Parmenſi editione,
Quot bello pateant auri argentique talenta.
Colonienſis,
Quot bello pateant argenti aeriſque talenta.
an *armiſque?* ſed apud Maronem eſt X. Aen. verſ. 531.
Auri atque argenti memoras quae multa talenta.
N. HEINSIUS. Cum Puteaneo codice facit editio Mediolanenſis, cum Colonienſi vero membranae Oxonienſes, & editio Romana princeps, niſi quod typographi errore editum ſit *argentique aeris talenta.* Vulgatam lectionem primo in Marſi editione inveni.

Veste caput, trahiturque ferox ante ora suorum.
Exin victor ovans sedato pectore tandem
Spectandis urbis tectis templisque serenos
Laetus circumfert oculos, & singula discit:
Quis muris sator, & pubes sit quanta sub armis,
Quotque auri pateant bello argentique talenta.
Nunc qualis frenata acies, nunc deinde pedestris
Copia quanta viris. monstrant Capitolia celsa,
Stellatesque docent campos, Cereremque benignam.
Jamque diem ad metas defessis Phoebus Olympo
Impellebat equis, fuscabat & Hesperus umbra
Paullatim infusa properantem ad litora currum.
Instituunt de more epulas, festamque per urbem

Regifice

inveni. Plurimum auri argentique possedisse Campanos, ex Capuae expugnatione etiam patet infra lib. XIII. vers. 368.

——— *domibus depromta talenta*
Pascere longinquum non deficientia bellum.

& ex iis, quae supra dixit vers. 38.

——— *non largior ulli*
Ausoniae populo (sic tum Fortuna fovebat)
Aurique argentique modus.

pro *pateant*, Vir Celeberrimus Petrus Burmannus *lateant* scribendum conjicit: in aerario nempe.

v. 267. *Monstrant Capitolia celsa*] Arcem nempe urbis Capuae, ut doctissimus Dausquejus monuit. Sic Eumen. pro restaur. schol. cap. IX. de Augustodunensi oppido, *Quod praecipuo est loco positum, quasi inter ipsos oculos civitatis, inter Apollinis templum atque Capitolium.* Capitolium Narbonense memorat etiam Sidon. Apollin. carm. XXIII. vers. 40.

Salve Narbo potens salubritate, &c.
Delubris, Capitoliis, moneta.

Ubi videndus est Savaro, & Jac. Gothofr. ad l. 34. Cod. Theod. de Annon. & Tribut.

v. 268. *Stellatesque docent campos*] Libri scripti & priscae editiones *Stellantisque*, vel *Stellantesque* habent. Joh. Ger. Vossius IV. Instit. Orator. cap. VI. §. 3. docens *stellas* pro floribus poni, inter alia exempla hunc Silii locum etiam laudavit, & *Stellantesque* legit; quasi *stellantes campi* essent floriferi, floribus conspersi. Dion. Vossius etiam haec ad marginem editionis Juntinae notavit. „ *Stellantes*, id „ est, floriferos: & *stellae* pro floribus, & *flores* „ pro stellis ponuntur. μεταφορὰ est ἀκόλουθος. Co- „ lum. lib. X.

„ *Pingit & in varios terrestria sidera flores.*

„ Manil. lib. V.

„ *Tunc conserta licet coeli fulgentia templa*
„ *Cernere seminibus densis, totisque micare*
„ *Floribus, ut siccae curvum per litus harenae.*

Sed perperam, nemini enim latet, *campum Stellatem* partem fuisse agri Campani, fertilitate praecipue insignem, de quo plura habet Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. V. pag. 1172.

v. 268. *Cereremque benignam*] De celeberrima agri Campani fertilitate consule Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. I. pag. 1090.

v. 270. *Fuscabat & Hesperus umbra*] Sic infra lib. XII. vers. 646.

Abstulerat terras nigrantibus Hesperus umbris.

Hesperus pro ὁ Ἑσπέρος, more Graecorum, qui ἕσπερος saepe τῷ ὄρθρῳ opponunt. D. HEINSIUS. *Hesperos* in editione Parmensi, enuntiatione Graeca. N. HEINSIUS. Ita & editio Romana princeps ac Mediolanensis. Sic infra lib. XVI. vers. 465.

Fulgentes pueri Tartessos & Hesperos ora
Ostendere simul.

Apud Nason. II. Fast. vers. 314. Petavianus codex habet,

Hesperos & fusco roscidus ibat equo,

non *Hesperus*, ut Heinsius testatur, quem ibi vide. Manil. libro I. vers. 178.

Hesperos immerso dederat qui lumen Olympo.

ita enim habet posterior Scaligeri editio. Stat. VI. Theb. vers. 580.

Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperos exercet radios.

ita habet codex Behotii, non *Hesperus*. Sic *corytos* supra est lib. VII. vers. 443. *scorpios*, vide N. Heinsium ad Nason. II. Metam. vers. 196. *Haemos*, vide eundem ad vers. 219. *Cephisos*, ad III. Metam. vers. 343. *Tityos*, ad IV. Metam. vers. 457. *Alpheos*, ad Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 91. consule etiam, quae Gronovius habet ad Senec. Herc. Fur. vers. 334. AEGYPTOS est in nummo Trajani apud Tristan. tom. I. Comm. Hist. pag. 388.

v. 271. *Infusa umbra*] Libri prisci nihil mutant. Forsitan tamen *offusa umbra* legendum, ut monui ad lib. V. vers. 678. ubi Illustrissimus Heinsius pariter legendum conjecit,

——— *finemque dedere*
Caedibus offusae, subducto sole, tenebrae.

De voce *offundere* supra vide ad lib. X. vers. 366.

Regifice exstructis celebrant convivia mensis.
Ipse, Deûm cultu & sacro dignatus honore,
Praecipuis multoque procul splendentibus ostro
Accipitur sublime toris: non una ministri
Turba gregis: posuisse dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre.
Necnon & certis struitur penus. aspera mensa
Pondera caelati fulgent antiquitus auri.
Eripiunt flammae noctem, strepituque moventum
Murmurat alta domus. stupet insonsuetus opimae
Sidonius mensae miles, faciemque superbi
Ignotam luxus oculis mirantibus haurit.
Vescitur ipse silens, & tantos damnat honores
Esse epulis, facilesque coli tanto agmine mensas.

Donec

v. 273. *Regifice exstructis mensis*] id est, pompa & apparatu regio. Vetus poeta apud Cicer. III. Tuscul. Quaest. cap. XIX.

Vidi ego te, adstante ope barbarica,
Tectis caelatis, laqueatis,
Auro, ebore instructam regifice.

Virgil. VI. Aen. vers. 604. *epulaeque ante ora paratae Regifico luxu.* vide Rittershus. ad Guntheri I. Ligur. vers. 82. *regales epulae* supra vocantur vers. 41.

— medioque dierum
Regales epulae, atque ortu convivia solis
Deprensa.

Proprie autem *struere* & *exstruere* de mensa & cibo. mox vers. 279.

Necnon & certis struitur penus.

Lucil. in fragm. lib. XIV. Satyr.

— sumtibu' magnis
Ampliter exstructam convivae accumbimu' mensam.

ubi vide notas Nobilissimi Dousae.

v. 276. *Non una ministri Turba gregis*] Desumta haec ex illis Maronis I. Aen. vers. 703.

Quinquaginta intus famulae: quibus ordine longo
Cura penum struere, & flammis adolere Penates.
Centum aliae, totidemque pares aetate ministri,
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant.

v. 279. *Nec non & certis struitur penus*] Puto, *Nec non certatim.* vide nos ad lib. I. vers. 373. *certatim*, ut lib. XII. vers. 339.

In Capitolinas certatim scanditur arces.

sic & vers. 310. Statius I. Theb. vers. 515. ubi apparatus comitum Adrasti describitur, *dictis parere ministri Certatim accelerant.* Valer. Flacc. lib. III. vers. 332.

Interea innumeras nudatis montibus urgent
Certatim decorantque pyros.

Forte tamen legendum est *Nec non & Cereri.* vide nos ad illud Petronii, *Impositum Cereris flavae penus.* N. HEINSIUS. Nihil mutandum puto. Campani servis suis munia descripserant; nonnullis, ut dapes ponerent, nonnullis, ut ignem curarent, aliis, ut pocula ferrent, certis etiam, ut penum struerent, injunxerant.

v. 279. *Aspera mensa Pondera caelati fulgent antiquitus auri*] Dupliciter Silius Campanorum pocula laudat: primum ab artificio propter figuras exstantes; id enim per *aspera Pondera* innuit. Eo sensu *asper* supra est lib. II. vers. 431.

Nec non & laevum clipei latus aspera signis
Implebat Spartana cohors.

Virgil. V. Aen. vers. 267.

Cymbiaque argento perfecta & aspera signis.

& IX. Aen. vers. 263.

Bina dabo argento perfecta & aspera signis
Pocula.

Senec. in Hippol. vers. 899.

Regale parvis asperum signis ebur.

Claudian. in III. Cons. Hon. vers. 192.

Brontes innumeris exasperat aegida signis.

& II. de laud. Stilic. vers. 88.

Quin & Sidonias chlamydes & cingula baccis
Aspera.

Deinde ea pocula etiam ab antiquitate laudat, quae pretium eorum plurimum augebat. Silius ita infra lib. XIV. vers. 653.

Hic mites Hieronis opes, hic sancta vetustas
Artificum manibus.

Cicero Act. I. in Verr. cap. V. *Deum denique nullum Siculis, qui ei paullo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur, reliquit.* Valer. Flacc. lib. I. vers. 142.

Crateres mensaeque volant, araeque Deorum,
Poculaque insignis veterum labor.

Sueton. in Caes. cap. XLVII. refert Caesarem *tabulas antiqui operis semper animosissime comparasse.* utramque laudem junxit etiam Ovid. XII. Metam. vers. 235.

Forte fuit juxta signis exstantibus asper
Antiquus crater.

&

Donec pulsa fames, & Bacchi munera duram
Laxarunt mentem. tum fronti reddita demum
Laetitia, & positae graviores pectore curae.
Personat Euboïca Teuthras testudine, Cymes
Incola, & obtusas immiti murmure saevae
Inter bella tubae permulcet cantibus aures.
Jamque Jovem & laetos per furta canebat amores,
Electraeque toros Atlantidos; unde creatus,
Proles digna Deûm, tum Dardanus: isque Tonanti
Ut det Erichthonium magna de stirpe nepotem.
Hinc Tros, hinc Ilus, generis tunc ordine longo
Assaracus, nulloque minor famave manuve
Tum Capys ut primis dederit sua nomina muris.
Concelebrant plausu pariter Sidonia pubes,
Campanaeque manus. ante omnes ductor honori
Nominis

& XIII. Metam. vers. 700.

Hactenus antiquo signis fulgentibus aere
Summus inaurato crater erat asper acantho.

v. 281. *Eripiunt flammae noctem* &c.] Iterum haec Silius ex Marone habet, qui ita I. Aen. vers. 725.

Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria: dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt.

v. 287. *At cum pulsa fames*] *Donec pulsa fames* ex scriptis & priscis editionibus. N. HEINSIUS. Primus Nicander *At cum pulsa fames* in Juntina editione dedit.

v. 288. *Cum fronti reddita demum Laetitia*] *tum frontis reddita* liber Coloniensis & editio Parmensis. N. HEINSIUS. *tum frontis* etiam membranae Oxonienses & editio Parmensis, *cum frontis dedita* codex Puteaneus. Primus Marsus *cum fronti reddita* edidit.

v. 290. *Personat Euboïca Teuthras testudine Cymes Incola*] *Theucras* Oxon. codex, *Teutras* Mediol. editio. Sed nihil muto. Nam, ut monuit Elegantissimus Broekhusius ad Propert. lib. I. eleg. XI. vers. II. videtur Silius ex more suo id nomen deduxisse a Teuthrante, ignobili fluvio, vel euripo, vel piscina quadam agri Campani, nonnihil a litore Bajano remota. Nam, ne quis erret, nihil huc facit Teuthras Mysiae rex, cujus meminit Hygin. fab. XCIX. & C. aliique mythologi. Ideo vero *Euboica testudine*, quod Cumae, seu Cyme, ut potius scribendum, ab incolis Chalcidis Euboicae condita sit, teste Liv. lib. VIII. cap. XXII. *Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt*. Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1102.

v. 293. *Jamque Jovem & laetos* &c.] *Namque* ex scriptis, ut apud Maronem Ecl. VI. vers. 31. *Namque canebat, uti* &c. Sic & infra hoc libro vers. 456. quem locum perperam sollicitavit Interpres. N. HEINSIUS. *Tà Jam* & *Nam* frequenter librarii confuderunt. vide supra ad lib. IX. vers. 242. Hannibale autem & ducibus Punicis cum Senatu Campano convivia celebrantibus, Teuthras testudine personat ad imitationem Iopae, qui, Didone & Aenea epulantibus, cithara cantat apud Maron. I. Aen. vers. 740. Injuste autem quidam musicam Silianam sordidam & lascivam vocat, cum contra Maroniana modesta suavis & utilis sit, quod Silius Jovis cum Electra consuetudinem, unde Dardanus natus est, commemorat. Sed, praeterquam quod hoc dari posset moribus Campanorum, quos ut corruptos & nulla non macula illitos supra descripsit, omnino Silius hanc historiam tangere debuit ad gloriam Capuae, ut doceret urbem illam ab eo Capye conditam esse, qui genus ex coelo & ab ipso Jove arcessebat. Accedit, quod adeo pudicis & ab omni sorde remotis verbis hujus rei meminerit poëta noster, ut lasciviae accusari nequeat, nisi ejusdem vitii omnes alios poëtas, etiam ipsum Maronem, damnare velimus.

v. 299. *Ut primus dederit sua nomina muris*] *ut primis muris* ex scriptis & editionibus primis. vide lib. II. vers. 235. N. HEINSIUS. *primis muris* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Eam, quae vulgo exstat, lectionem primum in editione Marsi inveni.

v. 301. *Ante omnes ductor honori Nominis*] Haec ad superiora referenda. Porro per *augustum ritum* τὴν φιλοτησίαν intelligit, quod proprium regum, principum, magnorumque virorum olim erat; nam quod ille, *augusto libat carchesia ritu*, est προπίνειν. doctissime Hesychius, τὸ προπίνειν esse dicit vino honorare. Προπίομαι, inquit, διὰ τοῦ οἴνου τιμήσομαι. Ubi eleganter grammaticus ille ritum augustum hunc, ut Silius loquitur, subindicat. Huc alludit proprie Maro, quod animadversum satis hactenus non puto, lib. I. Aen. vers. 728.

Hic regina gravem gemmis auroque poposcit,
Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes

A

Nominis augusto libat carchesia ritu;
Cetera quem sequitur, Bacchique ex more liquorem
Irrorat mensis turba, ardescitque Lyaeo.
Interea, Tyrio resoluta in gaudia coetu
Converso, (neque enim, juvenis non digne sileri,
Transmittam tua coepta libens, famamque negabo

Quamquam

A Belo soliti. ——
& paullo post,

—— *summo tenus attigit ore:*
Tum Bitiae dedit increpitans.

videsne? Regina ipsa *summo tenus attigit ore*, id est, προπίνει, & bibendi ordinem honori Trojanorum, ut Silius loquitur, instituit. Olim enim Rex aut Regina tempore festi alicujus, aut cum hospitem aliquem liberius paullo & augustius exceptum vellent, pateram aliquam aut phialam, pro ratione hospitis, vino ζωροτέρῳ, ut cum Homero dicam, & purius misto, ab ipso pincerna sumebant, paullumque summis labiis leviter delibabant; quod esse singulare & firmum amicitiae symbolum volebant, posteaque aliis eandem ordine convivis penitus educendam praebebat, quod illi προπίνειν proprie dicebant. Hinc Graecis προπίνειν, quod paullatim aliter usurpari & simplicius multo sumi coeptum est; pro quo Anacreon in ἀποσπασματίοις ἐκπίνειν dixit alibi, & Homerus δείδεκτο, ἀντὶ τοῦ προέπινε, ponit. Dies, qua id fiebat, φιλοτησία antiquis dicebatur, ut & ritus ille, de quo adeundus Suidas. Non longe autem φιλοτησία aliud erat, quam quod Belgae nostri Gallica voce *Santé* dicunt. sic in Dione videas, φιλοτησίας πίνειν, & Xiphilinus de Gallo, cum quo perfide agebat Tiberius, ἐν γὰρ, inquit, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ ἱστιάσθη, καὶ φιλοτησίας ἔπιε. ubi non satis recte Interpres, *amice propinabat*. D. HEINSIUS. *Numinis* Interpres, & Dianam numen tutelare Capuanorum innuit. Sed cur non ipse Capys intelligendus? de quo proxima praecedunt. relinquatur igitur intactus locus. N. HEINSIUS.

v. 302. *Augusto libat carchesia ritu*] Vel σπένδει, vel προπίνει; utroque enim modo τὸ *libare* hoc loco sumi potest: pro σπένδει tamen malo. Porro quod σπένδειν Graecis, id καταςκιδάζειν barbaris dicebatur: quod eo libentius moneo, ut floridissimum elegantissimumque Xenophontis locum, qui Κύρου ἀναβ. lib. VII. [pag. 406.] est, accuratius contra summos, & in Graeca lingua principes viros investigare possim; qui is est. Ἀναςὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε, καὶ συγκατεσκέδασε τὸ μετ' αὐτοῦ κέρας, καὶ μετὰ ταῦτα εἰσῆλθον &c. ubi duo illi magni, de quibus locuti sumus, viri non συγκατεσκέδασε, sed συγκατεδάζετο, nescio quo μονομενικῷ Eustathii ἁμαρτήματι adducti, legunt; à δαζω, inquiunt, quod est μερίζειν. At, o boni! quis μερίζειν aut κατακιάζεσθαι de potu dixit unquam, cui mens sana? Thracum igitur mos fuit, ut è conviviis discedentes si cui gratulari vellent, quod supererat de vino, reliquum omne in vestes convivarum effunderent. Atque ego è corrupto Suidae loco Xenophontem non corruptum esse, uti illi arbitrantur, argumentis evincam necessariis, alterumque ex altero, & Suidam & Xenophontem emendabo. Suidas. Καταςκιδάζειν, γενική. Ἔθος ἦν Θρᾳξὶν ἐν συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου οἱ συμπόται ἕως δύνανται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν, ὅπερ ἔλεγον καταςκινάζειν. Ubi Suidas manifeste & se vitiosum clamat, &, quomodo emendandus sit, ipse aperte docet, cum hunc ritum ita luculenter describit. Lego autem bis καταςκεδάζειν. Quem profecto Suidae locum docti illi viri si vidissent, numquam ita de hoc loco existimandum judicassent. Sed quid pluribus disputo? cum ipsum Xenophontis locum adducat idem grammaticus, ὡς Ξενοφῶν, inquit, τῇ τῆς τοῦ Κύρου ἀναβάσεως. & ne dubitemus, καὶ ὁ μὲν Ξενοφῶν, inquit, Ἀναςὰς ὡς ἐνθὺς συνέπιε, καὶ συγκατεσκεδάζετο τὸ μετ' αὐτοῦ κέρας. Et videtis, viri magni, probe à nobis emendatum Suidam, & non emendandum esse Xenophontem, nisi cum pro ὡς ἐνθὺς, ὁ Σεύθης scribitur. Sic igitur in Xenophonte legitur ὁ Σεύθης ἀναςὰς, & rurius paullo post, ὁ Σεύθης ἀναςὰς, ridicule admodum, semel enim tantum surgere potuit. Scribe igitur loco priori ὡς ἐνθὺς ἀναςὰς, & ad Xenophontem, cujus bibere erat, refer; quod mirum vidisse neminem hactenus. Sed & Platonem hujus ritus testem advocat Suidas, τούτου, inquit, μέμνηται καὶ ὁ μέγας Πλάτων. Cujus locus, nos, ut in promtu sit, efficiemus, ne quid deesse videatur. Is est libro de legibus I. [pag. 570.] Μέθῃ δὲ αὐτῆς πέρι, inquit, πότεροι, ὥσπερ Σκύθαι χρῶνται καὶ Πέρσαι χρησθαι, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι, καὶ Κελταὶ, καὶ Ἴβηρες, πολεμικὰ ὄντα ταῦτα γένη, ἢ καθάπερ ὑμεῖς· ὑμεῖς γὰρ, ὅπερ λέγεις, τὸ παράπαν ἀπέχεσθε. Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Habes virum virorum maximum. Quicumque igitur hunc Xenophontis locum cum illo Suidae conferre dignati fuerint, videbunt, & bene a nobis emendatum esse Suidam; tum pristinam Xenophontis lectionem optime contra summos viros vindicatam, eundemque optime emendatum. D. HEINSIUS. *Libare* cum Dan. Heinsio, qui hic multum fluctuavit, potius σπένδειν, quam προπίνειν, accipio: addit enim Silius ceteros convivas, Hannibalis exemplum secutos, pariter vinum mensis irrorasse, quod

σπένδειν

Quamquam imperfectis, magnae tamen indolis, ausis)
Mens una inviolata mero, nullisque venenis
Potando exarmata, decus pugnaeque, necisque
Sidoniae tacito volvebat pectore molem.
Quoque esset miranda magis tam sacra libido,

Pacuvio

σπένδειν est, seu, ut Virgil inquit I. Aen. vers. 736. *in mensam laticum honorem libare.* Deinde jungendum puto *ritu augusto*, non *honori augusto*, contra quam Dausquejo placuit. Novi enim, quid sit *augusto ritu libare*, sed, quid *ritu libare* sit, non intelligo; nisi fortasse id fuerit, quod *rite libare* dixit Virgil. V. Aen. vers. 77. Hannibal itaque, dum Teuthras Capuae originem cantu celebrat, facta Capyis mentione, honori ejus nominis vinum in mensam libavit: quare nec *numinis*, pro *nominis*, hic legi debere, recte N. Heinsius adversus eundem Dausquejum monuit. De Carchesio autem plura ex Athenaeo & Macrobio collegit Doctissimus Tristanus tom. II. Comment. Histor. pag. 604. poetas tamen minus attente legisse videtur, dum pag. 606. scribit, praeter Virgilium neminem Latinorum poetarum hujus poculi meminisse; nam, ne de Silio dicam, Ovidius ejus etiam mentionem fecit VII. Metam. vers. 246.

Tum superinvergens liquidi carchesia Bacchi,
Aeneaque invergens tepidi carchesia lactis.

v. 303. *Bacchique ex more liquorem*] *e more* scripti & cascae editiones. N. HEINSIUS.

v. 304. *Irrorat mensis*] Post πίνειν enim τὸ σπένδειν sequebatur: at τὴν σπονδὴν τὸ ἐν ἀρχῇ, quod πολλὰ κἀγαθὰ ἐπεύχεσθαι dicunt Attici. Lucianus in elegantissimo festivissimoque dialogo, qui Tyrannus inscribitur: Καὶ μὴν σπένδοντες ἐν τοῖς συμποσίοις, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐπηύχοντό μοι πολλὰ καλὰ καὶ ἀγαθὰ, καὶ προαποθανεῖν αὐτῶν ἕκαστος ἕτοιμος, εἰ δέοι τι εἶναι, καὶ ὅλως ὅρκος αὐτοῖς ἦν ἐγώ. D. HEINSIUS.

v. 304. *Ardescitque Lyaeo*] Hinc αἰθοπαίδα Deum illum dixit Anacreon, citante Hesychio. D. HEINSIUS. Horat. Ep. XI. vers. 13.

Simul calentis inverecundus Deus
Fervidiore mero arcana promorat loco.

Gellius XVII. Noct. Attic. cap. VIII. *Vinum idcirco minus coalescere, quod semina quaedam caloris in sese haberet, essetque natura ignitius; ob eamque rem dictum esse ab Homero αἴθοπα οἶνον, non, ut alii putarent, propter colorem.*

v. 305. *Resoluta in gaudia coetu Converso*] *Resolutus* dissolutum & velut diffluentem notat. Claudian. *in vota cave secura remittas.* BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *resoluta gaudia* sunt, quae omnes curas animo exemerunt. *resoluta in gaudia mente* infra dixit Silius lib. XIV. vers. 681. Propria est in hac re vox. Arnob. VII. advers. Gent. p. 213. *Quod enim voluptate dissolvitur, id contraria necesse est tristitia contrahatur.* vide Barthium ad Claudiani Consul. Olybr. & Prob. vers. 248. & Celeberrimum Burmann. ad Petron. Satyr. cap. CXXXI. qui eas voces plerumque in malam partem sumi notarunt.

v. 309. *Mens una inviolata mero*] Lege, *Mens uni.* N. HEINSIUS.

v. 309 *Nullisque venenis Potando exarmata*] Malim, *nullisque venenis Potandi exarmata.* Praeterea editio Parmensis τὸ *decus* conjungit τῷ *exarmata*, ut sit Graecismus. Deinde non dubito, quin a Silii manu sit *poenaeque.* N. HEINSIUS. Non male vir Illustrissimus *venenis potandi* scribendum conjecit: familiaris enim haec Silio locutio. *venenum potandi*, ut *venenum desidiae, invidiae, fraudis*, supra lib. III. vers. 580.

——— *blandoque veneno*
Desidiae virtus paullatim evicta senescit.

lib. XI. vers. 550.

——— *atra veneno*
Invidiae nigroque undantia pectora felle.

lib. VII. vers. 260.

Sensit cura sagax Poeni, fraudisque veneno
Aggreditur mentes.

lib. XIII. vers. 535.

—— *justissima turba,*
Quae venit ad manes, & fraudum illaesa veneno.

pro quo *doli virus* dixit Claudian. in bell. Gildon. vers. 284.

——— *removete bilingues*
Insidias, & verba doli spirantia virus.

virus doli, ut *venenum fraudum*: Nic. Heinsius tamen *soli spirantia virus* ex libris priscis emendavit. *venenum voluptatis* est apud Joh. Sarisber. I. de nugis Curial. cap. IV. *Graecis itaque propinata sunt suspectae venena voluptatis.*

v. 312. *Quoque esset miranda magis tum sacra libido*] *libido* nempe caedendi Hannibalis, de qua voce alibi. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Forte, *tam sacra libido.* N. HEINSIUS. Recte *tam sacra* Nic. Heinsius: neque aliter hunc locum laudat Barthius IV. Advers. cap. X. sive id casu factum sit, sive quod ita emendandum esse judicaret. atque ita habet editio etiam Romana princeps & Mediolanensis. Hoc autem propositum Perollae (eo nomine Pacuvii filium vocat Livius lib. XXIII. cap. VIII.) Silius *libidinem* vocat, nam, teste Nonio Marcell. *Libidinem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit libido omne, quod libuerit.* ubi in testimonium produxit illud Sallust. ex Catil. bello cap. VII. *Magisque in decoris armis & militaribus equis, quam in scortis atque conviviis libidinem habebat.* Vide Barth. XXIX. Advers. cap. XIV.

Pacuvio genitus patrias damnaverat artes.
Is variis oneratum epulis atque atria tardo
Linquentem gressu comitatus pone parentem,
Postquam posse datum meditata aperire, novosque
Pandere conatus, & liber parte relicta
Tectorum a tergo patuit locus, Accipe digna
Et Capua & nobis, inquit, consulta. togaque
Armatum amota nudat latus. hoc ego bellum
Conficere ense paro, atque avulsum ferre Tonanti
Rectoris Libyci victor caput. hic erit ille,
Qui polluta dolis jam foedera sanciet, ensis.
Si perferre nequit spectacula tanta senectus,
Et tremit inceptis lasso majoribus aevo,
At tu securis concede penatibus, & me
Linque meae menti: summum quod credis, & aequas
Hannibalem Superis, o quantum nomine major
Jam Poeno tibi natus erit! vibrabat ab ore
Ignis atrox, animusque viri jam bella gerebat,
Cum senior, tanti pondus conaminis aegra
Jam dudum vix aure ferens, tremebundus ibidem
Sternitur, & pedibus crebro pavida oscula figens,
Per si quid superest vitae, per jura parentis,
Perque tuam nostra potiorem, nate, salutem,

Absiste

v. 313. *PacTulo genitus*] *Pacuvio* Gronov. IV. Observ. cap. IV. ut jam supra monuimus vers. 58. neque alter Veneta editio Marsi aut Parmensis. in Coloniensi *Pacullo.* N. HEINSIUS. Veram scripturam vidit etiam Doctissimus Dausquejus.

v. 314. *Variis oneratum epulis*] Pariter ultima aetate linguae Latinae locutus est Saxo Grammat. II. Hist. Dan. pag. 38. *Victoriam epulis prosecuturus. quibus oneratus magnae* &c.

v. 314. *Atria sardo Linquentem gressu*] Ubi nempe convivium celebrabatur. Servius ad Maron. I. Aen. vers. 726. *Ut supra dictum est, tangit morem Romanorum: nam, ut ait Cato, & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui.*

v. 326. *Et tu securis concede penatibus*] Lege, *securus.* D. HEINSIUS. *At tu* cum Coloniensi & Veneta Marsi editione. Deinde aut *secretis penatibus* corrigendum, aut *securus*, quod Parenti meo videbatur. in secreta domus parte hoc colloquium fuisse institutum ex Livio satis apparet. Sallust. Catilinaria conjuratione, *In abditam partem aedium secessit, atque ibi omnibus arbitris procul motis orationem hujuscemodi habuit.* Claudian. in Rapt. Proserp. lib. III.

Atque ibi secreta tectorum in parte jacentem
Invenit Electram.

N. HEINSIUS. *secretis penatibus*, ut infra lib. XVI. vers. 244.

——— *secretisque aedibus hospes*
Sceptrigero cum rege pari sub honore residunt.

Malim tamen nihil sine auctoritate librorum, qui hic omnes in vulgatam scripturam conspirant, mutare: nam *securis penatibus* sunt, qui nihil ab Hannibale metuebant: atque illud etiam Celeberrimo Burmanno praestare visum est; quamvis voces *securus* & *secretus* in MSS. saepe aliis in locis mutentur, ut apud Maron. VIII. Aen. vers. 463. Nason. IX. Metam. vers. 558. & alibi. vide N. Heinsium ad Claudiani I. de Rapt. Pros. vers. 6. Pro vulgata scriptura stat etiam Doctissimus Dausquejus.

v. 327. *Summum tu credis*] *quod credis* ex scriptis & pristinis editionibus; de quo loquendi modo ad Nasonem Epist. XVII. Her. vers. 51. adi & Gronov. ad Livium lib. XLII. cap. XXVI. in additis. N. HEINSIUS. *quod credis* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Primus Marsus contra omnium librorum fidem *tu credis* edidit. *quod credis* hic est, quoniam credis. Plura exempla contulerunt viri docti ad Petron. Satyr. cap. CIV. ubi praecipue videnda sunt, quae notavit Amplissimus Cuperus.

v. 336. *Ne sanguine cernam Polluta hospitia*] Quod apud Romanos dirissimum & maxime exsecrandum scelus habebatur. Cicero Orat. pro Rege Dejot. cap. V. *Cujus tanti sceleris fuit, in conspectu Deorum Penatium necare hospitem.* Ovidius etiam I. Metam

Absiste inceptis, oro: ne sanguine cernam
Polluta hospitia, ac tabo repleta cruento
Pocula, & eversas pugnae certamine mensas.
Tunc illum, quem non acies, nōn moenia & urbes
Ferre valent, cum frons propior lumenque corusco
Igne micat, tunc illa viri, quae vertice fundit,
Fulmina pertuleris; si viso intorserit ense
Diram, qua vertit per campos agmina, vocem?
Fallit te, mensas inter quod credis inermem.
Tot bellis quaesita viro, tot caedibus armat
Majestas aeterna ducem. si admoveris ora,
Cannas, & Trebiam ante oculos, Thrasymenaque busta,
Et Paulli stare ingentem miraberis umbram.
Quid? tanto in casu comitum juxtaque jacentum
Torpebunt dextrae? parce, oro, & desine velle,
Cui nequeas victor superesse. an tristia vincla
Et Decius non erudiunt componere mentem?
Talia commemorans, famae majoris amore
Flagrantem ut vidit juvenem surdumque timori;
Nil ultra posco, refer in convivia gressum:
Approperemus, ait. non jam tibi pectora pubis
Sidoniae fodienda manu tutantia regem.
Hoc jugulo dextram explora. namque haec tibi ferrum,

Si

tam. vers. 144. inter pessimi aevi signa ponit, *non hospes ab hospite tutus.* Vide Tomas. de Tesser. Hospit. cap. VII.

v. 339. *Neque moenia & urbes*] *nec moenia* scripti. Romana editio cum Parmensi, *non moenia.* concinne & nervose. N. HEINSIUS. *nec moenia* Petri Marsi & Martini Herbipolensis editiones, sed Romana princeps & Mediolanensis *non moenia.* Primus vero Nicander in Juntina *neque moenia* dedit.

v. 345. *Tot bellis quaesita viro, tot caedibus Majestas*] *viri* praecesserat. quare scribendum opinor *quaesita ultro. ultro armat inermem*, quantumvis. sic lib. XI. vers. 518. vel *virum tot caedibus*, pro virorum, ut infra vers. 522. N. HEINSIUS.

v. 345. *Armat Majestas aeterna ducem*] Ad exemplum Marii, de quo Lucan. lib. II. vers. 75.

—— mors ipsa refugit
Saepe virum, frustraque hosti est concessa potestas
Sanguinis invisi: primo qui caedis in ictu
Diriguit, ferrumque manu torpente remisit.

Marii historia ex Valerio Maximo, Floro, & aliis notissima est.

v. 350. *Parce, oro, & desine velle, Cui nequeas victor superesse*] *velli*, pro *velle*, prius exaratum fuerat, hoc est *belli. desine belli*, ut supra castigavimus lib. x. vers. 84. *non desinit irae.* Horat. lib. II. od. IX. *desine mollium Tandem querelarum.* lib. III. od. XXVII.

—— abstineto,
Dixit, irarum calidaeque rixae.

Hunc loquendi modum Appulejo semel iterumque reddidimus ad Nason. II. Art. Amat. vers. 725. *desinere bella* dixit Silius lib. XII. vers. 725. Infeliciter hic versatus est, & falsus conjecturae Interpres. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus nimirum correxerat, *desine velle, Cum nequeas victor superesse:* quod recte Illustrissimus Heinsius damnat.

v. 354. *Surdumque timori*] *timoris* malim, ut lib. x. vers. 554.

—— Mars genitor, votorum haud surde meorum.

lib. I. vers. 688. *perstet surdus in armis Pactorum.* N. HEINSIUS.

v. 358. *Namque hoc tibi ferrum* &c.] Lenta nimis pro homine extreme turbato oratio, quaeque haud dubie ita scribatur, si quidem recte scribatur,

—— namque haec tibi ferrum,
Si Poenum invasisse paras, per viscera ferrum
Nostra est ducendum.

MODIUS Novant. Lection. Epist. CI. *namque haec tibi* Coloniensis & Oxonius; *hac* Modius.. puto *namque huc.* N. HEINSIUS. Recte optimi scripti *namque haec tibi:* δεικτικῶς enim sui ipsius viscera innuit. Si haec verba gestu adjuventur, de veri-

 tate

Si Poenum invasisse paras, per viscera ferrum
Nostra est ducendum. tardam ne sperne senectam.
Opponam membra, atque ensem extorquere negatum
Morte mea eripiam. lacrimae tunc ore profusae,
Et magna Superûm cura servatus in arma
Scipiadae Poenus; nec tantum fata dederunt
Externa perigi dextra. pulcherrimus irae,
Et dignus fieri compos memorabilis ausi,
Amisit quantam posito conamine laudem,
Cui tantum est voluisse decus? tum reddere sese
Festinant epulis, & tristia fronte serenant:
Donec laeta virûm solvit convivia somnus.
Postera lux Phaethontis equos proferre parabat,
Jam rapido summis curru splendente sub undis:
Et juvenis, magno generatus Hamilcare, duras
Jam dudum exercet curas. Karthaginis arces
Ire ferox Mago, & Patribus portare jubetur
Nuncia facta ducis. praeda & captiva leguntur

Corpora,

iate scripturae dubitari nequit: *haec nostra viscera.*

v. 359. *Per viscera lenta Nostra est ducendum*] *per viscera ferrum* eleganti repetitione scripti cum Romana editione & Parmensi, quod & Modius jam vidit. Sic apud Valer. Flacc. lib. 1. vers. 143. vere castigavit Gronovius,

> —— *ferro potius mihi dextera, ferro*
> *Gnavet opus.*

Perperam obloquitur Modio Interpres, corrigitque *per viscera laeta.* N. HEINSIUS *per viscera ferrum* etiam editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis, quod primus Nicander in Juntina corrupit. Elegans illa repetitio est *τὸ ferrum*, quam non intellexerunt indocti librarii. vide infra ad lib. xvi. vers. 74.

v. 368. *Cui tantum est voluisse decus*] Maluerim *tanta est voluisse.* N. HEINSIUS. Conjicit quidem Heinsius *tanta*, pro *tantum.* Sed nihil muto: puto enim vulgatam scripturam praeferendam, praesertim cum nec libri vetusti aliquid mutent.

v. 372. *Jam rapidos omni curru splendente sub undis*] Non recuso, quin, non dico infacetior, sed caecus plane existimer, nisi reponendum sit,

> *Jam rapido summis curru splendente sub undis*,

MODIUS Novant. Lection. Epist. 61.

> *Jam rapido summis curru splendente sub undis*,

vere Modius ex Coloniensi. Interpres dubitare non debuit. *rapidos undis* in Parmensi editione; codex Puteaneus *rapidos omnis*: quae ad veram alludunt scripturam. Mox malo, *At juvenis.* N. HEINSIUS. *rapidos omnis* etiam membranae Oxonienses cum Romana principe & Mediolanensi editione; proxime ad veram scripturam, quam viri docti ex Coloniensi codice vindicarunt, & Dausquejus etiam probavit. In Marsi editione vulgatam lectionem primum reperi. ad marginem editionis Romanae manu docta emendatum erat,

> *Postera lux Phaethontis equos proferre parabat*
> *Jam rapidos, unis curru splendente sub undis.*

v. 373. *Duras Jam dudum exercet curas*] Malim, *crudas curas.* N. HEINSIUS. Has voces à librariis interdum in membranis permisceri, supra notavi ad lib. vi. vers. 78. Sed recepta scriptura non temere mutanda est. Nota vero *τὸ Jam dudum* de tempore non longe praeterito. Infra vers. 490.

> *At patulo surgens jam dudum ex aequore late*
> *Nauticus implebat resonantia litora clamor.*

Plautus in Amphitr. act. ii. sc. ii. vers. 59. *Ita uti dudum dixeras. AM. Dudum! quam dudum istuc factum est? ALC. Tentas jam dudum, pridem, modo.* Ovid. xi. Metam. vers. 482.

> *Ardua, jam dudum, demittite cornua, rector*
> *Clamat.*

Plenius hoc illustravit Cultissimus Broekhus. ad Tibull. lib. iii. eleg. vi. vers. 63.

v. 377. *Direptaeque viris sub Marte cruento Exuviae*] *dereptaeque* cum Coloniensi. Dictum ad Nason. Metam. iii. vers. 52. & supra lib. x. vers. 318. N. HEINSIUS.

v. 381. *Ne poenae juvenem indignae miseratus*] Possis *indignum*, ut lib. viii. vers. 355. *nec dextra indignus avorum.* quamquam & vulgata scriptura commode se habet. *poenae indignae miseratus Jupiter*, ut *miseratus animi* apud Maronem Aen. vi. vers. 332. ex vetustis membranis; ubi plura. N. HEINSIUS. Vir Illustrissimus *juvenem indignum poenae* legi posse contendit, ut idem infra scribendum docet lib. xii. vers. 81.

> —— *dignos jam vosmet reddite vestrae,*
> *Quam trahitis, famae.*

uia

Corpora, dereptaeque viris sub Marte cruento
Exuviae, fausti Superis libamina belli.
Altera curarum Libycis demittitur oris
Heu! Decius, reduci lentas servatus ad iras;
Ni poenae juvenem indignae miseratus ab alto
Jupiter antiquam Batti vertisset ad urbem.
Hic Pellêa virum Ptolemaei sceptra vehentum
Eripuere minis, resolutaque vincula collo.
Atque eadem vitae custos mox deinde quieto
Accepit tellus ossa inviolata sepulcro.
Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus
Poenorum mentes caeco per laeta premendi
Exitio, & luxu corda importuna domandi.
Spargere tela manu passim fallentia natis
Imperat, & tacitas in pectora mittere flammas.
Tum pueris dulce arridens: Eat improba Juno,
Et nos (nec mirum, quid enim sumus?) acta secundis
Despiciat. valet illa manu, valet illa lacertis:

Parvula

ubi plura vide. Sed, quod postea addit, vulgata scriptura commode etiam se habet hoc loco. *miseratus poenae indignae*, ut apud Maron. x. Aen. vers. 683.

Continuit, juvenemque animi miserata repressit.

Prudent. in Psychom. vers. 581.

Olim divitiis gravibusque oppressa talentis,
Libera nunc miserando inopum.

Minuc. Felix in Octav. cap. XXVIII. *Nonnunquam etiam miserantes eorum crudelius saeviebamus.* ubi vide Virum Maximum Jac. Gronovium.

v. 383. *Pellêa Ptolemaei sceptra*] Livius lib. XXIII. cap. x. *Navem Cyrenas detulit tempestas, quae tum in ditione regum erant. Ibi cum Magius ad statuam Ptolemaei regis confugisset, deportatus à custodibus Alexandriam ad Ptolemaeum* &c. ubi recte Gronovius rejicit Lipsii conjecturam, qui *in ditione regum Aegypti erant* legendum suspicatur, cum id Livium velle satis appareat ex eo, quod Decium Alexandriam ad Ptolemaeum regem deportatum narret; Alexandriam enim ad regnum Aegypti pertinuisse nemo ignorat. De regibus Aegypti, quibus Cyrenae paruerunt, vide Illustrissimum Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apollinem vers. 68.

v. 391. *Tacitas in pectora mittere flammas*] *tacita tela* mox denuo sequuntur vers. 398.

Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.

Oxonienses membranae habent *tantas flammas.* an itaque Silius *tectas flammas* scripsit? Sed praestat nihil mutare. Virgil. IV. Aen. vers. 66.

——— *est mollis flamma medullas*
Interea, & tacitum vivit sub pectore vulnus.

v. 392. *Eat improba Juno*] De hac insultandi formula vide Vossium de Latinit. falso susp. cap. XIII. & doctos Interpretes Petron. ad Satyr. cap. CXV.

v. 393. *Nos acta secundis Despiciat*] Lege *aucta*, quod quam vim hic habeat, sciunt, qui quidem Latine, & qui Catullum viderunt; praecipue locum illum elegantissimum ex elegantissimo de nuptiis Pelei Idyllio,

Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris
Externata malis, quae nullis sensibus auctae
Nec missas audire queunt, nec reddere voces?

Nam *augeri re aliqua* antiquis erat possidere aut habere simpliciter; quod eo lubentius moneo, quod e Graecis poetis manavit, quibus τὸ αὔξειν est τὸ ἔχειν: atque adeo totum suavissimi Catulli locum ita expressimus,

'Αλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλον δ' ἐπεφράσατο ἦτορ
'Αργαλέαις ὀδύναισι περὶ στήθεσσιν ἀλύσσειν
'Ηερίοις ἀνέμοισιν, οἱ οὐδ' ἐνὶ τόσ' εἶσιν ἔχουσιν
Οὔ τοι αὔξοντες πυκινὴν φρένα οὐ μενοινὴν
Δοιοὺς ὑποβλήδην λαλέειν ἔχθ', οὐδ' ἐπακοῦσαι.

Ubi observabis obiter, quod Catullus *externari malis* ait, esse, quod Poetae Graeci, ac praesertim poetarum Rex, significantissima voce ἀλύσσειν dicunt; deinde αὔξειν τι esse, ut antiqui, & Silius ex emendatione nostra, *aliquo auctum esse.* Ita Silii locum dum emendamus, Catullum obiter illustravimus; quae grata iis speramus fore omnia, qui, utramque musam, Graecam Latinamque, quid sit conjungere, vel primis labris degustarunt. D. HEINSIUS. *aucta secundis*, ut Dan. Heinsius emendavit, antiquissimae habent editiones; ut adeo nimis secure pronuntiaverit Dausquejus, fixum sibi esse, receptam lectionem, *addicentibus cunctis libris*, retinere. In eo tamen haud falsus est, quod nihil mutet: nam etiam vulgata scriptura proba est & elegans. *Agi secundis*, ut *ferri adversis*, de qua locutione supra vide ad lib. x. vers. 618.

Parvula nos arcu puerili spicula sensim
Fundimus, & nullus nostro de vulnere sanguis.
Verum, agite, o mea turba, precor, nunc tempus, adeste,
Et Tyriam pubem tacitis exurite telis.
Amplexu, multoque mero, somnoque virorum
Profliganda acies, quam non perfregerit ensis,
Non ignes, non immissis Gradivus habenis.
Combibat illapsos ductor per viscera luxus,
Nec pudeat picto fultum jacuisse cubili,

Nec

v. 305. *Parvula nos arcu*] Μικκύλα Dores, & Τυτθά. Depicta enim haec ex Moschi fugitivo amore videri poterant: ille enim [vers. 19.] Τυτθὸν ἐοὶ τὸ βέλεμνον. Sed Silius more Graecorum myriada Ἐρωτιδέων introducit, τυτθοὺς omnes, & μικκύλους, parvulosque. atque hinc fortasse a statura *Cupidines* dicti, quasi *cubitines*, quod cubitum non excederent: puerulos enim parvulos exiguaeque staturae Graeci eodem modo πήχεις dicunt, quod cubito uno altiores non sint. Hinc πήχεις pueruli illi, qui in Nilo pingebantur. Philostratus in Iconibus [lib. I. num. V.] Περὶ τὸν Νεῖλον οἱ Πήχεις ἀθύρουσι, παιδία σύμμετρα τῷ ὀνόματι· καὶ ὁ Νεῖλος αὐτοῖς ὑπεργάνυται, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι κηρύττουσιν αὐτόν, ὅσος Αἰγυπτίοις προσεχύθη· προσάγονται οὖν καὶ ὅθεν ἔρχεται αὐτῷ ἐκ τοῦ ὕδατος βρέφη ἁπαλὰ καὶ μειδιῶντα· μετέχειν δ' οἶμαι αὐτὰ καὶ τοῦ λάλου. Mirum pictorem, qui sine colore, quod vult, oculis subjicit, exprimitque! Lucianus Anach. [imo Rhetor. praecept. pag. 443. ed. Salmur.] Εἶτα τὸν Νεῖλον εἶδες γραφῇ μεμιμημένον, αὐτὸν μὲν κείμενον ἐπὶ κροκοδείλου τινὸς ἢ ἱπποποτάμου, οἷον οἱ πολλοὶ γράφουσιν ἐν αὐτῷ· μικρὰ δέ τινα παιδία παρ' αὐτὸν παίζοντα· πήχεις αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι. Sic Hesychius *pygmaeos* vulgo dictos πηχυαίους esse vult & unius cubiti. D. HEINSIUS.

v. 396. *Et nullus nostro de vulnere sanguis*] Ex illo [Maronis XII. Aen. vers. 51.]

—— *& nostro sequitur de vulnere sanguis.*

Non uno enim eodemque modo Maronem imitatur Silius, sed modo παρῳδεῖ, modo συντάσσει, ac ex multis Maronianis unum aliquid efficit: nam & σύνταγμα Graeci proprie poema quoque peculiare vocasse videntur, quale Timolaus Larissaeus ex Homero consarcinavit, qui post singulos Homericos versus suos interseruit, unde & Τρωικὸν σύνταγμα indigitavit opus suum, cujus exordium erat:

Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο χεῖρα κεχολωμένος ἔντεα κείνης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἀνὴρ πολέμιζεν ἄνακτος,
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

D. HEINSIUS. Scribendum *it nullus:* de quo ad Valer. Flaccum lib. II. vers. 233. Maronis illud aemulatus est XII. Aen. vers. 51.

—— *nostro sequitur de vulnere sanguis.*

N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *it sanguis.* supra lib. IV. vers. 204.

—— *per candida membra*
It fumans cruor, & tellus perfusa rubescit.

Ovid. Epist. III. Heroid. vers. 146.

Est mihi, qui fosso pectore, sanguis, eat.

Gellius XVII. Noct. Attic. cap. VIII. *Circumegit per omnem partem aulae manum, nullum inde ibat oleum.* Valer. Flacc. lib. VI. vers. 723.

Ante oculos terga foeda ducum, largusque cadentum
It cruor.

ubi pari modo olim peccatum erat, quod emendavit Nic. Heinsius, qui ibi videndus est. *exire* eodem sensu dixit Cicero II. Tuscul. Quaest. cap. XIII. *Spartae pueri ad aram sic accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat.* Lucan. lib. III. vers. 678.

—— *validos dum praebeat ictus,*
Sanguis, & hostilem cum torserit, exeat, hastam.

Saepe inepti librarii voculam *it* in *&* mutarunt. vide supra ad lib. II. vers. 520.

v. 308. *Tacitis exurite telis*] *taedis* maluerim; quamquam & alterum defendi potest. N. HEINSIUS. *taedis* fortasse Nic. Heinsius malebat propter τὸ *exurite*. Passim vero amor facibus armatus fingitur: sic Moschus inter indicia, quibus amor fugitivus nosci poterat, facem etiam ponit Idyll. I. vers. 23.

Βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα τὸν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθει.

Parvula fax solem ipsum perurit. Sed *tela* & *flammas* in hac re Silius supra etiam jungit vers. 390.

Spargere tela manu passim fallentia natae
Imperat, & tacitas in pectora mittere flammas.

v. 309. *Amplexu, multoque mero*] Honesto vocabulo Silius rem turpem expressit. per *Amplexum* enim res Venereas & illicitos amores innuit, quibus Venus Karthaginiensium animos emolliendos injungit. Sic infra lib. XIII. vers. 638.

—— *furtivus mihi membra ligavit*
Amplexus, non ille meo veniente marito
Assuetus faciliisque mihi.

Ovid. IV. Metam. vers. 184.

In mediis ambo deprensi amplexibus haerent.

lib. VII. Metam. vers. 615.

Jupiter

Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.
Ille sub hiberno somnos educere coelo
Jactator, tectis malit consumere noctes.
Ac ponat ritus vescendi, saepe citato
Dum residet sub casside equo, discatque Lyaeo
Imbellem donare diem. tum deinde madenti
Post epulas sit grata chelys, segnisque soporas,
Aut nostro vigiles ducat sub numine noctes.
Haec postquam Venus, applaudit lascivus, & alto
Mittit se coelo niveis exercitus alis.

Sentit

Jupiter o, dixi, si te non falsa loquuntur
Dicta sub amplexus Aeginae Asopidos isse.

& vi. Fastor. vers. 125.

——— nam te sub rupe latentem
Occupat amplexu, speque potitus abit.

& vers. 553.

Una ministrarum solita est, Cadmeï, tuarum
Saepe sub amplexus coniugis ire sui.

Juven. sat. vi. vers. 64. *Appula gannit Sicut in amplexu.* Cicero Orat. ii. Philipp. cap. xxv. *Venisti Brundisium in sinum quidem & in complexum tuae mimulae.* Saepissime etiam Petron. ut cap. lxxix. *Volutatusque liberius cum fratre non suo indormivit alienis amplexibus.* cap. cxxvi. *Quia nosti Venerem tuam, superbiam captas, vendisque amplexus, non commodas.* cap. cxxvii. *Sume ergo amplexum, si placet.* & alibi.

v. 401. *Emissis Gradivus habenis*] *immissis* scribendum: & sic Puteaneus cum editione Parmensi. *immittere habenas classi* habes apud Maronem vi. Aen. vers. 1.

Sic fatur lacrimans, classique immittit habenas.

& iv. Aeneid. vers. 682.

Immissis crepitat victor Vulcanus habenis.

Possis & *admissis habenis.* N. HEINSIUS. *immissis* etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Marti editiones. sic Virgil. v. Aen. vers. 662.

——— furit immissis Gradivus habenis.

& xi. Aen. vers. 889.

—— immissis pars caeca & concita frenis.

Valer. Flacc. lib. viii. vers. 139.

——— fugit immissis nam puppis habenis.

admissis habenis, ut etiam emendari posse Nic. Heinsius conjicit, est apud eundem Valer. Flacc. lib. vi. vers. 303.

Opprimit admissis ferus hunc Gesander habenis.

Prius tamen malim, quod auctoritate librorum firmatur.

v. 402. *Combibat illapsos ductor per viscera luxus*] Pari metaphora Virgil. dixit i. Aen. vers. 749. *longumque bibebat amorem.* ubi Servius notat, Anacreonta similiter dixisse ἔρωτα πίνειν.

v. 404 *Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo*] Editio Mediolanensis *nitet*, pro *pugnet*; nec aliter Romana princeps, pro quo ad marginem ejus libri manu docta emendatum erat *vitet*: sed nihil puto mutandum.

v. 405. *Sub hiberno somnos educere coelo Jactator tectis malit consumere noctes*] Vera est scriptura prisca *telis*, paullum modo juves. non enim dubitamus *taedis* esse scribendum. Nam sub vilibus *tectis* potest etiam gloriose dormire Hannibal. sed ad *taedas* noctes consumere dignum Veneris de eo victoria. Scribam etiam *somnos se ducere.* BARTHIUS lib. iii. Advers. cap. x. Haec mendosa sunt. in Oxonio *telis*, unde *taedis* Barthius, & pro *educere* idem *se ducere.* videntur versus unus alterque excidisse. *Jactato* Puteaneus. pro *tectis* in Coloniensi libro *de ———*. forte *Laetatus dapibus.* Similis locus infra lib. xii. vers. 20. N. HEINSIUS. Locus quidem corruptus videtur, sed male etiam à doctissimo Barthio tentatus. *telis*, pro *tectis*, quod in Oxoniensi codice est, sollemnis error est librariorum, qui ita saepe peccarunt. Vide Pierium ad Maron. ii. Aen. vers. 443. & N. Heinsium ad Nason. iii. Fast. vers. 316. *tectis* vero hic probum est, quod recte τῷ *hiberno coelo* opponitur. Haud male autem vir Illustrissimus, pro *Jactator*, scribendum conjecit *Laetatur*, hoc sensu: Hannibal ille, qui olim tempore hiberno sub Jove frigido somnos capere gaudebat, nunc noctu malit sub tectis dormire: atque ita hic forte nihil exciderit, nec *dapibus*, pro *tectis*, legendum erit, ut Heinsius putavit. Simili errore scribae librarii apud Valer. Flacc. lib. i. vers. 134. *jactataque fluctu* dederunt, pro *laetataque*, quod Carrion & Heinsius vindicarunt. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus minori mutatione *Jactatus* legebat, id est, qui vulgo fertur, memoratur.

v. 408. *Discatque Lyaeo Imbellem donare diem*] Elegans est hoc. BARTHIUS lib. iv. Advers. cap. x.

v. 413. *Mittit se coelo niveis exercitus alis*] *exercitus* est multitudo. Virgil. i. Georg. vers. 382.

Corvorum increpitu densis exercitus alis.

ubi vide Emmenessi. Valer. Flacc. lib. vi. vers. 456.

——— jam dudum prosilis altis
Diva toris, volucrumque exercitus omnis Amorum.

Eo

Sentit flammiferas pubes Maurusia pennas,
Et pariter fusis tepuerunt pectora telis.
Bacchi dona volunt, epulasque, & carmina rursus
Pieria liquefacta lyra. non acer aperto
Desudat campo sonipes: non ulla per auras
Lancea nudatos exercet torta lacertos.
Mollitae flammis lymphae languentia somno
Membra fovent, miserisque bonis perit horrida virtus.
Ipse etiam, afflatus fallente Cupidine, ductor

Instaurat

Eo sensu *populus*, *plebs*, aliaque similia apud scriptores passim occurrunt.

v. 416. *Carmina rursus Pieria liquefacta lyra*] Calpurn. *Tam liquidum, tam dulce canis. voces liquatae* apud Hostium poetam. Sic *infundere cantum auribus* hoc eodem libro dixit,

—— per aures
Nunc voce infundit Theutras nunc pectine cantum.

BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. Malim *carmina pulsu Pieriae liquefacta lyrae*. N. HEINSIUS. *pulsu lyrae*, quod lyra, cithara, & id genus instrumenta musica pulsu sonum dabant. infra vers. 454.

—— compesceret iras,
Percussa fide, vel pelagi vel tristis Averni.

& vers. 462.

Sed quos pulsabat Rhipaeum ad Strymona nervi.

supra lib. V. vers. 463.

Dulcius Oeagrios pulsabat pectine nervos.

Propert. lib. II. eleg. I. vers. 9.

Sive lyrae carmen digitis percussit eburnis.

ubi plura exempla habet Brockhusius. Commode tamen & vulgata scriptura interpretari potest: musicam nempe Teuthrantis Poenis adeo gratam fuisse, ut subinde iterum atque iterum illum cantantem audire cuperent. *liquefacta carmina*, ut apud Lucret. lib. IV. vers. 982.

Et citharae liquidum carmen chordasque loquentes
Auribus accipere.

sic *liquida vox* idem lib. V. vers. 1386.

Aut liquidas avium voces imitarier ore.

Virgil. I. Georg. vers. 409.

Aut liquidas avium presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant.

Ovid. I. Amor. eleg. XIII. vers. 8.

Et liquidum tenui gutture cantat avis.

vide Barth. IX. Adverf. cap. IX. simili modo *fluens cantus* dicitur Valer. Flacc. lib. III. vers. 157.

Hinc Halyn, hinc rigido transcurrens demetit ense
Prothin, & insignem cithara cantuque fluenti
Dorcea.

liquidae autem *voci* opponitur *rava*. Festus. *Rava vox rauca & parum liquida, proxime canum latratum sonans.* etiam *torrida* vide Barth. ad Calpurn. Ecl. III. vers. 59. Sed, quod propius ad *liquidam vocem* facit, opponitur ei & *arida vox*. Martian. Capella lib. III. pag. 49. *Quo depulsa vocis ariditate canoros etiam fieri posse memorabat.* & lib. VII. pag. 270. *Jam dudum laxatus in somnos, forte repente blandum stertens, ranae sonitum desorbentis increpuit. quo terrore & aridulo sonitus raucitate concussi* &c. Ita enim utroque loco legendum esse haud absimile vero conjecit Illustrissimus Heinsius: vulgo nunc *vocis diritate*, & *rapidulo sonitus* circumfertur.

v. 417. *Aperto campo*] Τὸ *apertus* solens campi epitheton. Sic apud Virgil. II. Georg. vers. 280. *campo stetit agmen aperto.* & XII. Aen. vers. 353.

Hunc procul ut campo Turnus prospexit aperto.

Ovid. II. Fastor. vers. 227.

—— in apertos undique campos
Prosiliunt hostes, & latus omne tenent.

Hinc vindicandus locus ejusdem Ovid. V. Trist. eleg. IV. vers. 9.

Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato
Gramina, nec pleno flumine cernit aquas.

ubi minus recte Illustrissimus Heinsius *aprico prato* malebat, praesertim cum ex nullo codice aliquam lectionis discrepantiam notarit.

v. 419. *Lancea nudatos exercet torta lacertos*] Lege *nodatos*, & refer ad amentum, quod *nodum* frequenter appellat noster. Habemus tamen lib. XII. vers. 715.

—— exertos pugnae nudata lacertos.

N. HEINSIUS. Nihil mutandum: olim enim in omnibus exercitationibus nudis lacertis erant: praesertim vero jaculatores brachia nudabant, ne in conjiciendis telis aliquid impedimenti obveniret.

v. 420. *Mollitae flammis lymphae languentia somno Membra fovent*] χλιαραί. nam τῷ θερμολουτεῖν quoque finem somnum constituit elegantiarum princeps Homerus [Odyss. T. vers. 317.]

Ἀλλά μιν ἀμφίπολοι ἀπονίψατε, κάτθετε δ' εὐνήν,
Δέμνια, καὶ χλαίνας, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα,
Ὄφρ' εὖ θαλπιόων χρυσόθρονον ἠῶ ἵκηται.

quod moneo, ne quis illud ἀπονίψατε de frigida sumat. Ceterum quod Silius dixit *Mollitae flammis lymphae Membra fovent*, voce unica mire significativa dixit Homerus, nempe τῷ ἰαίνεσθαι, quod est, Plutarcho interprete, διαχυσιν ποιεῖν, καὶ ἄδειαν τῷ σώματι μεθ' ἡδονῆς, in libello, ni fallor, de Primo Frigido. Ut autem recte Homeri locus capiatur,

ἀπονίπτειν

Instaurat mensas dapibus, repetitque volentum
Hospitia, & patrias paullatim decolor artes
Exuit, occulta mentem vitiante sagitta.
Altera jam patria, atque aequo sub honore vocatur
Altera Karthago Capua, intactumque secundae
Fortunae ingenium vitia allatrantia quassant.
Nec luxus ullus mersaeque libidine vitae
Campanis modus: accumulant, variasque per artes

Scenarum

ἀπονίπτειν Attici proprie post prandium aut coenam se lavare dicebant, unde *ἀπόνιπτρον*, id quod sumto cibo adhibebant. Thomas Magister: 'Απόνιπτρον, καὶ 'Απονίψασθαι, οὐ Νίμμα, οὐδὲ Νίψασθαι, ὡς ὁ πολὺς λέγει. 'Απονίψασθαι δέ φασιν οἱ τεχνικοὶ μετὰ τὸ φαγεῖν. D. HEINSIUS. *Mollitae flammis nymphae* Puteaneus. N. HEINSIUS. Infinitis in locis librarii voces *lymphae* & *nymphae* commutarunt. vide N. Heins. ad Ovid. epist. v. Heroid. vers. 31. ad IV. Metam. vers. 298. Jan. Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XXIII. vers. 49. lib. III. eleg XIV. vers. 4. & eleg. XXI. vers. 26. Hic vero nihil mutandum.

v. 421. *Miserisque bonis perit horrida virtus*] *bonis miseris*, quod Catullus *bonis ne bonis* diceret. at quanto felicior Graecus ille, cui ἀκαμάτης Achilles suus dicitur? glossarium vetus, *bona*, τὰ ὑπάρχοντα. recte. D. HEINSIUS. Non damno. vide tamen, ne scripserit Silius, *bonis perit obruta virtus*. N. HEINSIUS. Est, cui haec epitheta absurda videantur, tum quod Silius bona *misera*, tum quod virtutem *horridam* vocet. sed minime assentior. *bonum* enim hic non significat id, quod bonum est, quod certe numquam *miserum* esse potest, sed divitias & nimiam omnium rerum, quibus Capua & ager vicinus exuberat, abundantiam, etiam instrumenta luxuriae, & lautas epulas. Ea bona Silius *misera* vocat, quod Poenos miseros & imbelles reddiderint. Sic infra lib. XII. vers. 286.

Vosque invicta diu, nunc, heu! sine Marte, juventus,
Debellata bonis Capuae.

lib. XIII. vers. 352.

Egeritur praeda & victis alimenta superbi,
Quisque bonis periere.

Poëta autem bona illa *misera* vocando acumen quoddam captavit, quale apud alios etiam saepe notatur. Sic Ion Chius apud Athen. lib. II. cap. I. vinum vocat Ἄδαμον παῖδα, ταυρωπόν, νέον οὐ νέον. *indomitum puerum, truculentum, juvenem non juvenem.* sic *taciturnum murmur* supra lib. IV. vers. 224.

Quosque sub Herculeis taciturno murmure muris
Pomifera arva creant Anienicolae Catili.

ut in nonnullis libris esse ibi notavi. *concordia discors* apud Lucan. lib. I. vers. 98. vide Ciofan. ad Nason. I. Metam. pag. 19. & contra *discordia concors* apud Manil. lib. I. vers. 142. Similia alia vide apud Victor. X. Var. Lection. cap. XII Lambin. ad Horat. lib. I. od. XXXIV. vers. 2. Interpretes ad Cicer. orat. I. Philipp. cap. II. & Martinium III. Var. Lect. cap. IX, X, & XI. Deinde si *virtus* hoc loco capiatur pro virtute bellica, seu robore ac fortitudine, quae luxu Campano periit, adjunctum *horrida* absurdum non erit. *horrida virtus* pariter supra est vers. 205.

——— *horrida virtus,*
Armatumque fide pectus, rectique cupido.

& apud Statium v. Theb. vers. 172.

——— *miseri, quos non aut horrida virtus*
Marte sub Odrysio, aut medii inclementia ponti
Hauserit.

sic *atrox virtus* infra est lib. XIII. vers. 369.

Hic atrox virtus (nec enim occuluisse probarim
Spectatum vel in hoste decus) &c.

ut *atrox fides* lib. VI. vers. 377. *quamquam bene cognita & olim Atrox illa fides. improba virtus* lib. I. vers. 58.

Armato nullus Divûm pudor; improba virtus,
Et pacis despectus honos.

Silium itaque aut non intellexisse patet, qui haec ut absurda traducere sustinuit, aut intempestiva carpendi quacque prurigine laborasse.

v. 424. *Patrias paullatim decolor artes Exuit*] *Decolor*, ἀνόμοιος. Naso,

Fama Pelasgiacas subito pervenit ad urbes
Decolor, & factis inficianda tuis.

D. HEINSIUS.

v. 425. *Occulta mentem vitiante sagitta*] Possis & *sagina*. Juven. satyr. IV.

——— *propera stomachum laxare sagina.*

apud Colum. initio lib. VIII. veterrimus codex *sagittandi*, pro *saginandi*, habet. Occurrit tamen apud Auson. Cupid. Crucif.

Mascula Lesbiacis Sappho peritura sagittis.

hoc est, amore Lesbio & tribadico. N. HEINSIUS. Nihil muto. per *occultam sagittam* enim Silius intelligit amorem, Cupidinum telis & sagittis furtim in animos Karthaginiensium immissum. supra vers. 390. & 398. *fallentia tela* & *tacitas flammas* vocavit.

v. 428. *Vitia ad latrantia quassant*] *adlatrantia* unica voce, vel *allatrantia*, cum priscis editionibus. N. HEINSIUS. *vitia allatrantia*, ut *curae latrantes* apud Petron. in Satyr. cap. CXIX.

Intra membra furens curis latrantibus errat.

ubi vide, quae viri eruditi notarunt.

v. 429. *Mersae libidine vitae*] Petron. [cap. CXIX.]

Hoc

Scenarum certant epulas distinguere ludo.
Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica loton
Memphis Amyclaeo passim lasciva Canopo.
Inprimis dulcem, Poeno laetante, per aures
Nunc voce infundit Teuthras, nunc pectine cantum.
Iisque ubi mirantem resonantia pollice fila
Ductorem vidit Libyae, canere inde superbas
Aoniae laudes sensim testudinis orsus,

Concordem

Hoc mersam coeno Romam, somnoque jacentem.

Germanicus in Arato. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Vide, quae docti Interpretes notarunt ad locum Petronii Barthio laudatum.

V. 432. *Ut strepit assidue Phrygiam ad Nilotica loton Memphis*] Hesychius, Λωτὸς, τρύγημά τι, καὶ αὐλός. Et hoc loco αὐλὸς est, vel tibia: nam quod Suidas λωτὸν ἐπιθαλάμιον αὐλὸν esse vult, quod videt saepiuscule in epigrammatis, ubi nuptiarum fit mentio, λωτῷ quoque fieri, languidum est, & Ἰαλέμων ψυχρότερον. Illi vero, qui speciem quandam peculiarem tibiae esse volunt, ex Libyco ligno materiam ejus nobis dant, & λωτὸν esse ξύλον Λιβυκὸν volunt; inter quos est & Eustathius. ego autem simpliciter sumo, ut *pinus*, ut *buxus* apud poëtas, cum μετωνυμικῶς sumuntur: cui rei fidem nonunus facit. Sic in illo Philippi epigrammate, quod est lib. Anthol. I. tit. εἰς αὐλητὰς,

Ἱερὸν αὐλήταντι πολυτρήτων διὰ λωτῶν,
Εἶπε λιγυφθόγγῳ Φοῖβος ἐπὶ Γλαφύρῳ.

Euripides certe eleganter λωτίδας ἀηδόνας tibias vocavit in Oedipode. Eas porro φώτιγγας Alexandrini dicebant: quibus eas tribuit cum reliquis Aegyptiis Silius, qui peculiariter iis e loto factis utebantur, ut Graeci ex hinnuli ossibus: unde Graecorum αὐλοὺς sive tibias ὀνίνους absolute dixit Aristophanes, ὀνίνοις δὴ φυσῶσι πρωκτοῖς κυνός. Urbanum scurram! D. HEINSIUS. Nulla difficultas in his: nec variant duo manu scripti codices Coloniensis & Oxoniensis. *Phrygia lotos* est tibia, in ea regione inventa, de qua nemo non poëtarum. Memphis Nilotica lasciva instar Canopi Amyclaei: tria epitheta tribus rebus data, nec obscura transpositione. quare nihil mutandum ab interpretibus. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X *ad Phrygiam Niloticā loton* scribatur rectius; Interpres hic denuo malus & infelix est hariolus. *Phrygiam loton* recte tuetur Barthius. Noster lib. VIII. vers. 506.

Mygdoniam Phoebi superatus pectine loton.

N. HEINSIUS. Dausquejus conjecerat *Phrygiae ad Nilotida loton.* contra quam ejus conjecturam Barthius & Heinsius hic vulgatam scripturam defendunt.

V. 433. *Amyclaeo passim lasciva Canopo*] Canopus *Amyclaeus* dicitur ob Canopum gubernatorem Menelai, qui Lacedaemoniorum rex fuit. Dion. Perieg. vers. 13.

Καὶ τίμιος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου.

quod ita reddit Priscian. in Perieg. vers. 19.

Atque locum vovit Spartano fama Canopo.

Propter conventum autem festivum, cujus meminit Strabo à Dausquejo laudatus, Canopus *festivus* vocatur apud Gratium in Cyneg. vers. 43.

Velatur sonipes festivi turba Canopi.

Nam ita eo loco legendum esse praeter Vlitium monuerunt etiam Salmasius in Exercit. Plinian. pag. 702. & N. Heinsius ad Nason. II. Amor. eleg. XIII. vers. 7. Deinde propter lascivos cantus & saltationes hunc conventum celebrantium Canopus *mollis* audit apud Pacat. in Paneg. cap. XXXIII. *Illos tepens Pharus, & mollis Canopus, leviumque populorum alter Nilus emiserat.* Ceterum hic haereo ad *τὸ passim*, quae vox etiam Celeberrimo Burmanno suspecta est.

V. 440. *Vincere linquentes vitam quae possit olores*] Haec fabula non poëtarum solum, quibus quidlibet fingendi semper potestas fuit, sed & gravissimorum auctorum testimonio probata fuit. Vide Platon. in Phaedone pag. m. 397. Aristot. IX. Histor. Anim. cap. XII. Aesop. fab. LXXIV. Aelian. II. Histor. Anim. cap. XXXII. lib. V. cap. XXXIV. lib. X. cap. XXXVI. aliosque. Sed recte Plinius X. Hist. Natur. cap. XXIII. *Olorum morte narratur flebilis cantus: falso, ut arbitror aliquot experimentis.* Neque aliud docet quotidiana ejus rei experientia.

V. 442. *Facta antiqua virum, placidas quis mulceat aures*] Illegitimus est haud dubie hic versus, quoque magis credas, in membranis nullus comparet. Putabat sciolus, qui illum huc intrusit, deesse aliquid ad sensum. Sed frustra est. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXIV. Hunc versum etiam membranae Oxonienses non agnoscunt. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Abest hic versus à scriptis, uti Modius ex suis membranis jam monuit, & Barthius ex Oxonio: abest & ab editione Parmensi. an versu praecedenti scribendum *mellissima Musae*, pro *mensae*? N. HEINSIUS. Abest etiam hic versus ab antiquissima editione Romana & Mediolanensi, aliisque omnibus ante Juntinam, in qua eum primus vulgavit Nicander, quem reliqui editores secuti sunt. Perperam pro genuino etiam habuit Dausquejus.

V. 444. *Lapidem testudine promta Ducere, & in muris posuisse volantia saxa*] Scribendum melius fortasse multo,

——— *lapidem testudine promtum*
Ducere, & in muris posuisse volentia saxa.

idem

Concordem citharae movit per carmina linguam,
Vincere linquentes vitam quae possit olores.
Atque haec e multis carpsit mollissima mensae
[Facta antiqua virûm, placidas quîs mulceat aures.]
Argolicis quondam populis (mirabile dictu!)
Exaudita chelys, lapidem testudine felix
Ducere, & in muros posuisse volentia saxa.
Haec Amphionio vallavit pectine Thebas,

Ac,

idem enim *lapis promtus* & *saxa volentia*, non reluctantia. nam qui *promta testudine* legunt, accipiunt ut κραιπνὸν μόλον apud Nonnum, in eadem hac fabula; quam elegantissimis versibus persequitur ille, ubi inter alia haec [lib. xxv. vers. 420.]

Σιγαλέῃ δὲ λύρῃ μεμελημένον ἄνδρα δοκεύων,
Κραιπνὸν ἀναΐξαντα μόλον ψιθυρίζουσι πέτρῃ
Ἄγχι μολὼν ἔσπευδεν, ὅπως ἐπ' ὦας ἐρείσας
Πυργοδόμῳ φόρμιγγι καὶ ὑμετέρην φρένα τέρψης
Μολπῆς ἑπτατόνοιο λιθοσσόοι ἦχοι ἀκούων.

In quibus omnia animadverto, praeter sensum idoneum, quod profecto miror non monuisse doctissimum Falckenburgium, nec suboluisse ipsi, corrupta haec esse, vel ἐκ τῆς τῶν προσώπων ἐναλλαγῆς, quae perpetua est. Scribendum enim

Ἄγχι μολὼν ἔσπευδες, ὅπως τεὸν ὦας ἐρείσῃς,
Πυργοδόμῳ φόρμιγγι, καὶ ὑμετέρην φρένα τέρψῃς,
&c.

Nonni mens, versus, dictio, inventio mirifica. Sensus est: Tu, inquit, mi lector, si Amphiona illum lyra excellentem, ibi in clipeo depictum, petram mulcere vidisses, festinasses accedere procul dubio, ut auribus tuis lyrae innixus mentem recreare posses auditu musae illius septem fidibus aptatae, tam ad vivum haec omnia erant repraesentata: quod nos ita aliquando,

Illum si tenues agilem percurrere chordas
Aspiceres, picto fundentem dulcia saxo
Carmina, sperasses accedere, & auribus illic
Turrificae innixus citharae perstandere mentem
Illecebris sonituque levi, lapsisque moventes
Carminis aptati placidos audire susurros.

Quae ita reddidimus, ut non possint ignorare studiosi adolescentes amplius, quid sit ψευδάλιον saepenumero poetae illi, nempe pictum & caelatum: qualia sunt multa in hoc poëta parum proprie dicta: speramus tamen nos posse, cum quod ad emendationem, tum quod ad illustrationem illius conferre, quod voluptatem doctis auribus, molestiam harum literarum obtrectatoribus afferre queat. Verbum non addo. D. HEINSIUS. Cur nutemus scriptam lectionem *felix Ducere?* BARTHIUS lib. iv. Adverf. cap. x. *felix Ducere* Puteaneus & Oxonius, cum editione Parmensi: quod longe elegantius, Barthioque jam probatum. *promtum lapidem* Interpres male. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolanensis ac Marsi editiones *lapidem testudine felix Ducere*: ut *felix Ducere* sit, quemadmodum *dira quassare* lib. iv. vers. 284.

Contorquet nodis & obusto robore diram
Vel portas quassare trabem.

lib. iii. vers. 374.

Saetabis & telas Arabum sprevisse superba.

lib. x. vers. 216.

Ingens ferre mala, & Fortunae subdere colla
Nescius.

& alia similia passim. vide Eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. i. od. i. *felix* hoc loco, pro *promta*, scribendum jam olim monuit vir Illustrissimus N. Heinsius ad Claudiani i. in Rufin. vers. 13. & ii. de Laudib. Stilic. vers. 171. Deinde Heinsius, sive errore calami, sive memoriae vitio lapsus, Dausquejum, qui vulgatam lectionem tuetur, *promtum lapidem* conjecisse scribit, cum id ipse ejus pater fecerit.

v. 445. *In muros posuisse volantia saxa*] *volentia* optime Coloniensis, quomodo conjecerat & parens meus, qui propterea immeritus censuram fungi Interpretis incurrit. paullo ante habuimus, *repetitque volentum Hospitia.* lib. xv. vers. 473. ex codicibus scriptis, *atque volens palantia linquit Agmina.* lib. vii. vers. 174. *cepere volentem Fumosi postes.* lib. xvi. vers. 141.

——— *sacrae responsa parentis*
Avulsum Tyriis huc me duxere volentem.

mox ibid. vers. 219.

Confidunt bellis, & deponitis arma volentes?

Plura qui desiderat, adeat curas nostras secundas ad Nason. Metam. ii. vers. 128. & ad Maron. Aeneid. v. vers. 119. *alicui velle*, pro bene velle, frequenter apud auctores occurrit; & *alicui malle* apud Tertull. de Pallio: *Romanis Deus maluit.* etiam *alicui factum velle.* contra *negantia saxa.* N. HEINSIUS. Sic Sallust. lib. iv. Histor. *Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur.* ubi vide Carrion. & Leopard. iv. Emend. cap. xxiii. Virgil. iii. Georg. vers. 129.

Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

Statius lib. ii. silv. vi. vers. 15.

——— *cui dulce volenti*
Servitium, cui triste nihil: qui sponte, sibique
Imperiosus erat.

Prudent. Praefat. Cathem. vers. 22. *Haec, dum vita, volens agit.* ita enim eo loco emendavit vir Illustrissimus, idque porro illustravit: vulgo pariter peccatum erat. *volentia* autem *saxa* hoc loco legendum

 etiam

Ac, silice aggeribus per se scandente vocatis,
Jussit in immensum cantatas surgere turres.
Altera, turbatum plectro moderata profundum,
Et tenuit phocas, & in omni Protea forma
Traxit, & aequoreo portavit Ariona dorso.
Nam, quae Peliaca formabat rupe canendo
Heroum mentes & magni pectora Achillis,
Centauro dilecta chelys compesceret iras,
Percussa fide, vel pelagi vel tristis Averni.

Namque

etiam monuit Nic. Heinsius ad dicta loca Claudiani.

v. 447. *Ac silice aggeribus per se scandente vocatis*] Forte, *locatis*. N. HEINSIUS. *per se* est sponte, sine opera aut manu fabrorum. Ovid. in Remed. Amor. vers. 477.

Hanc mihi, si sapiat, per se concedat Achilles.

lib. I. Metam. vers. 102. *per se dabat omnia tellus.* Metam. VIII. vers. 679.

——— *quoties haustum cratera repleri*
Sponte sua, per seque vident succrescere vina,
Attoniti novitate pavent.

Prop. lib. I. eleg. II. vers. 13.

Litora nativos per se dant picta lapillos.

Senec. in Phoen. vers. 570.

Per se ipse turres veniunt in summas lapis.

Cicero pro Rosc. Com. cap. VII. *Utrumque incredibile est, & Roscium quidquam per avaritiam appetisse, & Fannium quidquam per se bonitate amisisse.* ubi vide Celeberrimum Graevium.

v. 450. *Et tenuit phocas*] *Detinuit* fortassis. N. HEINSIUS. Ita *detinere* dixit Propert. lib. III. eleg. I. vers. 41.

Orphea te duxisse feras, & concita dicunt
Flumina Threicia detinuisse lyra.

ubi plura exempla habet Broekhusius. Sed nihil hic muto. *tenere* enim pro *detinere*, simplex pro composito, frequens est. supra lib. I. vers. 640. *nostroque in Marte tenete Fatiferae juvenem dextrae.* lib. XII. vers. 473.

Exequiae tantum famam nomenque volentem
Mitineae mensis tenuerunt funere laeto.

Virgil. in Culic. vers. 116.

——— *tantum non Orpheus Hebrum*
Restantem tenuit ripis silvasque canendo.

Ovid. II. Fastor. vers. 84.

Carmine currentes ille tenebat aquas.

Phaedr. prologo lib. III. vers. 59.

Hebrique tenuit impetus dulci mora.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 405.

——— *aspera si te*
Plus in adversae tenuisses litore Thraces.

Statius X. Theb. vers. 709.

I Danaas acies mediosque per obvius enses;
Non teneo.

Cicero I. de Orat. cap. VIII. *Neque mihi quidquam praestabilius videtur, quam posse dicendo tenere hominum coetus.* lib. IV. Acad. Quaest. cap. VII. *Ut oculi pictura teneantur, & aures cantibus.* & Liv. lib. XXXI. cap. XV. *Exspectati legati aliquamdiu nihil agentem tenuere.*

v. 451. *Aequoreo portavit Ariona dorso*] Fabulam Arionis vide apud Hygin. fab. CXCIV. & auctores, quos ibi laudavit doctissimus Munkerus.

v. 452. *Nam quae Peliaca frenabat rupe canendo Heroum mentes*] *formabat* Coloniensis & editio Veneta Marsi, uti & Parmensis. recte & eleganter. in Puteaneo *firmabat.* apud Horat. lib. III. od. XXIV.

——— *tenerae nimis*
Mentes asperioribus
Firmandae studiis. ———

Silius lib. VII. vers. 385.

Atque his praeformat dictis, fingitque monendo.

fingere mentes pari modo dicebant. vide notas lib. I. vers. 441. N. HEINSIUS. *formabat* etiam codex Oxon. & editio Romana princeps ac Mediolanensis. Silius supra lib. X. vers. 188.

——— *Tyrius quos fallere doctos*
Hanc ipsam pugnae rector formarat ad artem.

Horat. lib. I. sermon. Ecl. IV. vers. 121. *sic me Formabat puerum dictis.* lib. II. Epist. I. vers. 128.

Mox etiam pectus praeceptis formas amicis.

lib. I. od. X. vers. 2.

Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti.

Livius lib. III. cap. XXXVI. *Suo jam inde ingenio vivere coepit, novosque collegas jam prius, quam inirent magistratum, in suos mores formare.* Claudian. in Cons. Mall. Theod. vers. 16. *salem te protinus anni Formavere rudes.* idem II. de Laudib. Stilic. vers. 66.

Quem tu sic placida formas sic mente severa.

Justin. lib. XX. cap. IV. *Magnis sapientiae incrementis formatus.* ubi vide, quae notavit decus illud Trajecti nostrae J. G. Graevius. *fingere* eodem sensu dixit Statius lib. V. silv. III. vers. 192.

Non tibi certasset juvenilia fingere corda
Nestor.

Porro, pro *Nam quae Peliaca*, Dausquej. emendabat *Jam quae*, quod & Celeberrimus Burmannus probabat. Pro vulgata vero scriptura stat Illustrissimus Heinsius. vide paullo post ad vers. 456.

v. 456.

Namque chaos, caecam quondam sine sidere molem
Non surgente die, ac mundum sine luce canebat.
Tum Deus ut liquidi discisset stagna profundi,
Tellurisque globum media compage locasset:
Ut celsum Superis habitare dedisset Olympum,
Castaque Saturni monstrabat secula patris.
Sed, quos pulsabat Rhipaeum ad Strymona, nervi,
Auditus Superis, auditus manibus Orpheus,
Emerito fulgent clara inter sidera coelo.

Hunc

v. 456. *Namque Chaos caecam quondam &c.*] Ex Orphei Argonauticis, sive ille sit verus legitimusque,

Φορμιγκτὰς ἀοιδῶν πατὴρ ἐναίοντος Ὀρφεὺς,

sive spurius nothusque, quod credo, [vers. 419.]

Πρῶτα μὲν ἀρχαίου Φάεος μελαμφάτου ὕμνον,
Ὡς ἐπάμειψε φύσεις, ὥς τ' οὐρανὸς ἐς πέρας ἦλθε,
Γῆς δ' εὐρυστέρνου γένεσιν, πυθμένα θαλάττης.

Primo scribe *χάεος*: deinde non opus erat virum maximum adeo se defatigare, ut legendum putaret *πυθμένα θ' ἅλμης*: nos nullo negotio id ita emendandum vidimus,

Γῆς τ' εὐρυστέρνου γένεσιν, πυθμένα τε θαλάσσης.

Quid facilius & simplicius? quod enim praecedit, eodem casu dicitur, quo illud a nobis emendatur. D. HEINSIUS. *Jamque*, & paullo ante *Jamque Peliaca* Interpres corrigit; sed frustra, ut supra diximus vers. 293. N. HEINSIUS. Quae hic canit Chiron, forte olim ab Orpheo audiverat. Orpheus certe, cum Chirone decertans, haec olim cecinit apud Auctor. Argonaut. ab Heinsio adductum. Eadem etiam Orpheus inter Argonautas canit apud Apollon. Rhod. lib. I. vers. 496.

Ἤειδεν δ' ὡς γαῖα, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Τὸ πρὶν ἐπ' ἀλλήλοισι μιῇ συναρηρότα μορφῇ,
Νείκεος ἐξ ὀλοοῖο διέκριθεν ἀμφὶς ἕκαστα.

Canebat autem, quomodo terra & coelum & mare, cum prius unam ad faciem inter se cohaesissent, e noxia lite seorsim discreta fuerint singula.

v. 458. *Tum Deus ut liquidi discussit stagna profundi*] *discussit* Gronovius Diatribes Statianae pag. 112. & sic Puteaneus cum Parmensi editione: at in Coloniensi *discisset*, pro *discidisset*; ut *abscisset*, pro *abscidisset*. lib. XII. ex scriptis exemplaribus vers. 118. *qua discidit aequor Amphitryoniades*, non *dispulit*. & initio lib. XIV. ex iisdem scriptis,

Impactum pelagus laceratae viscera terrae
Discidit.

ubi *Disjicit* ante legebatur. N. HEINSIUS. *discusset*, quod Gronovio in mentem venit, firmat etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Illustrissimus Heinsius ad Nason. I. Metam. vers. 69. scribendum censet *discepset*, vel *discresset*, vel *discusset*, pro discepsisset, vel discrevisset, vel discussisset. De similibus contractionibus verborum infra vide ad lib. XVI. vers. 84. Quemadmodum autem in notis ad hunc locum; sic etiam ad Claudiani bell. Gildon. vers. 297. ex Coloniensi libro *discisset*, pro discidisset, amplectitur: eaque verior videtur lectio. Plura de hoc verbo infra vide ad lib. XIV. vers. 15. *abscindere* eo sensu dixit Ovid. I. Metam. vers. 22.

Nam coelo terras, & terris abscidit undas,
Et liquidum spisso secrevit ab aere coelum.

Cerda ad Virgil. ecl. VI. vers. 35. pro *discussit*, conjicit *disclusit*, quod Virgil. eo loco etiam dixerat,

Tum durare solum, & discludere Nerea ponto
Coeperit.

sed tam *disclusit*, quam vulgatum *discussit*, soloecum est, & cum sequentibus *ligasset*, vel *locasset*, & *dedisset* cohaerere nequit.

v. 459. *Tellurisque globum media compage ligasset.*] In libro *locasset*. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *locasset* ex scriptis. Monuit jam ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS. *locasset* cum viris doctis ex scriptis malo. Pariter locutus est Ovid. VI. Fast. vers. 273. de terra,

Cumque sit in media rerum regione locata.

Paullo ante dixerat vers. 269.

Terra pilae similis nullo fulcimine nixa,
Aere sub ecto tam grave pendet onus.

Terra ergo in medio aere ligata non est. *pendere* eam dixit etiam I. Metam. vers. 12.

Nec circumfuso pendebat in aere tellus,
Ponderibus librata suis.

v. 462. *Sed, quos pulsabat Rhipaeum ad Strymona, nervi*] *verbis* Puteaneus, *nervis* Coloniensis: frustra. N. HEINSIUS. Nescio, quid voluerit Illustrissimus Scaliger, qui ad oram editionis Raphelengianae *quis pulsabat* legendum conjecit. Deinde in editione Mediolanensi etiam *nervis* est: Cellarius *nervos* conjecit, quod haec vocum trajectio nimis dura videtur, eamque conjecturam & in contextum Silii recepit. Sed nihil hoc loco mutandum puto.

v. 464. *Emerito fulgent clara inter sidera plectro*] Manu exarata lectio *Emerito coelo* habet, velut bene promerito. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Pro *Emerito plectro*, scripti omnes *Emerito coelo*. utrumque bene. sed scriptos sequor. lib. VII. vers. 19.

Surge, age, & emerito sacrum caput insere coelo.

 hoc

Hunc etiam mater, tota comitante sororum
Aonidum turba, mater mirata canentem.
Non illo Pangaea juga aut Mavortius Haemus,
Non illo modulante sonos stetit ultima Thrace:
Cum silvis venere ferae, cum montibus amnes.
Immemor & dulcis nidi, positoque volatu
Non mota volucris captiva pependit in aethra.
Quin etiam Pagasaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negarent,
Ad puppim sacrae, cithara eliciente, carinae
Adductum cantu venit mare. pallida regna

Bistonius

hoc est, merito. Interpres hic splendide nugatur. vide annotata lib. VI. vers. 444. *Emerito seclo* editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Emerito seclo* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Dausquejus *Emerito plectro* exponit à cantu feriato, eodem modo, ut *emeriti milites* dicuntur militiae munere jam vacantes. Sed malim cum viris doctis *Emerito coelo* ex libris scriptis legere, & exponere merito, bene promerito. vide supra ad lib. VII. vers. 19.

v. 468. *Modulante sonos*] *moderante* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 469. *Cum silvis venere ferae* &c.] Elegantissime Orphei fabulam descripsit Ovid. X. Metam. & initio XI. Eadem, quae Orpheo, Ovidius etiam Canenti, regis Pici uxori, tribuit XIV. Metam. vers. 337.

Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,
Unde Canens dicta est: silvas & saxa movere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, volucresque vagas retinere solebat.

v. 472. *Quin etiam Pagasaea ratis*] Perperam codex Putean. cum editione Parmensi *Pegasea ratis.* simili errore *Pegasaeus Eson*, pro *Pagasaeus*, olim fuit apud Nason. Epist. XVI. Heroid. vers. 345. ubi vide N. Heinsium. male etiam in Romana principe & Mediolan. editione est *Pangea ratis.*

v. 473. *Cognita terrigenis, pontoque intrare negaret*] In scriptis & editionibus priscis,

Cognita terrenae pontoque intrare negarent.

Lege,

——— *cum caerula nondum*
Cognitum iter terris, pontoque intrare negarent.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 632. *linquite, terrae, Spem pelagi. ponto intrare*, ut lib. IX. vers. 289. ex vetustis membranis, *discordia demens Intravit coelo.* lib. XIII. vers. 434. *Portisque intrarant Poeni.* lib. XIII. vers. 814. ex veterrimo codice,

Intravitque casae, culmique e stramine fultum
Pressa laeta torum.

non, *Lustravitque casam.* lib. XII. vers. 493.

——— *unaque negari*
Intravisse sibi, Capuaeque irrumpere cernit.

sic ibi castigandum. lib. XIV. vers. 551. *Vulneribus patulis intrat mare.* Quid autem si, pro *terrigenis*, *terrenis* legamus? Lucan. lib. VI. vers. 401.

Prima fretum scindens Pagasaeo litore pinus
Terrenum ignotas hominem projecit in undas.

Rutil. in Itin. lib. I. vers. 333.

Plurima terreno populaverat aequora bello
Contra naturam classe timendus eques.

Paullinus Gestidio, *Injuria quidem est, patrisfamilias maritimis deliciis abundanti terrenum aliquid & agreste praebere.* Colum. in Praefat. librorum de RR. *An bellum perosis maris & negotiationis alea sit optabilior, ut, rupto naturae foedere, terrestre animal homo, ventorum & maris objectus irae, se fluctibus audeat credere.* Ausonius,

Quadrupedum & volucrum, vel cum terrena marinis
Monstra admiscentur.

Claudian. in Apono vers. 89.

Felices, proprium qui te meruere, coloni,
Fas quibus est Aponon juris habere sui.
Non illis terrena lues, corrupta nec Austri
Flamina, nec saevo Sirius igne nocet.

idem III. de Laudib. Stilic. vers. 360.

Cunctaque prosiliunt cete, terrenaque Nereus
Confert monstra suis.

in IV. Consul. Honor. de Phaëtonte,

——— *dum flammea coeli*
Flectere terrenis meditatur frena lacertis.

Horat. lib. IV. od. XI.

——— *ales*
Pegasus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

terrigenae tamen pro hominibus bis apud Lucretium occurrit. N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanensi editione est *Tyrrhenae*, pro *terrigenis*, & *intrare negarent*, pro *negaret*. Si Illustrissimi Heinsii conjecturam recipimus, sermo erit ἀνακόλουθος; nihil enim est, ad quod τὸ *Pagasaea ratis* referri debet: ut Silius, dum hanc periodum inciperet, aliter scribere in animo habuerit, aliter vero scripserit. Similes locutiones, seu verius vitia & soloecismi, optimis etiam scriptoribus interdum exciderunt. Cicer. Act. I. in Verr. cap. IX. *Siculos sane in eo liberos fuisse, qui, quamobrem arcesserentur cum intelligerent, non venisse.* Ad quem locum ita Asconius,

sane

Bistonius vates flammisque Acheronta sonantem
Placavit plectro, & fixit revolubile saxum:
O dirae Ciconum matres, Geticique furores,
Et damnata Deis Rhodope! tulit ora revulsa
In pontum, ripis utrimque sequentibus, Hebrus.
Tum quoque, cum rapidi caput a cervice recisum
Portarent fluctus, subito emicuere per undas
Ad murmur cete toto exsultantia ponto.
Sic tum Pierius bellis durata virorum
Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.

Interea

Sane & hic, & in primo capite Verrinarum, animadvertitur inconsequens oratio, similisque soloecismi, siquidem non venisse *legeris: nam si* non venissent *legeris, error non erit.* Sed aliter illi loco consuluerunt Gronov. I. Observ. cap. XII. & Graevius in notis. Hirtius de bell. Afric. cap. XXV. *Dum haec ita fierent, Rex Juba, cognitis Caesaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non est visum dari spatium convalescendi.* ubi vide Davisium, & ad Caesar. I. de bell. Gallico cap. XVIII. Posses etiam minima mutatione apud Silium legere,

Quin etiam, Pagasaea ratis cum caerula nondum
Cognita terrigenis pontumque intrare negares.

quamvis inconcinnius videatur, *caerula & pontum*, unum & idem significantia, jungi: sed ita Silius & alibi solet. *intrare* autem aeque quartum, quam tertium, casum post se recipit. vide infra ad lib. XIV. vers. 392. Nec displicet etiam, quod Celeberrimo Burmanno in mentem venit, & ad vulgatam lectionem quam proxime accedit,

Quin etiam Pagasaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis pontumque intrare negaret,
Ad puppim sacrae, cithara eliciente, carinae
Adductum cantu vidit mare.

Atque ita etiam omnia optime cohaerent. τὸ *venire* autem & *videre* in MStis non raro commutantur. Si quis tamen, ut propius ad lectionem scriptorum codicum accedat, *terrenis*, pro *terrigenis*, malit, non adversabor. *terrigena* enim, licet interdum pro homine ponatur, frequentius tamen pro serpente vel gigante, qui speciatim è terra nati finguntur, sumi solet. de serpente supra est lib. VI. vers. 252.

——— *furit ilicet ira*
Terrigena impatiens dare terga, novusque dolori.

de gigantibus lib. IX. vers. 305.

Phlegraeis quantas effudit ad aethera voces
Terrigena in campis exercitus.

apud Valer. Flacc. lib. II. vers. 17.

——— *immania monstra*
Terrigenûm coelo quondam adversata gigantum.

v. 475. *Adductum cantu venit mare*] Refert is, qui sub Orphei nomine Argonautica edidit, vers. 231. & sequentibus, navem Argo, cum nimio pondere depressa harenae inhaereret, & ab Argonautis in pontum deduci non posset, ad cantum Orphei sponte in mare desiluisse. Mare cantu adductum ad navem Argo refert etiam Statius V. Theb. vers. 340.

Ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
Mitior & senibus cygnis & pectine Phoebi
Vox medio de puppe venit: maria ipsa carinae
Accedunt.

v. 476. *Bistonios vates*] *Bistonius* ex scriptis ac vetustis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 480. *Ripis utrimque sequentibus*] *utraque sequentibus* eleganter scripti. N. HEINSIUS. Olim putabam *ripis querentibus*. nam ita Ovid. XI. Metam. vers. 50.

——— *caput, Hebre, lyramque*
Excipis; &, (mirum!) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.

Sed nunc nihil muto. ripae, sive arbores & ferae in ripis, sequebantur decisum Orphei caput, secundo flumine in mare labens.

v. 485. *Frangebat carmine Teuthras*] Et haec a Graecis oriunda est elegantia, qui molles effeminatosque modos motusque κατεκλασμένους, id est, fracta carmina, & musicam mollem κατεαγυῖαν dicunt. Plutarch. in lib. de Musica [p. m. 1138.] Δῆλον οὖν, ὅτι οἱ παλαιοὶ, οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν ἀπείχοντο τῶν κατεκλασμένων μελῶν. & supra [p. m. 1136.] Ἐχρήσαντο δ' αὐτῇ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν. οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης, καὶ θεσπεσίας, καὶ θεοῖς φίλης, κατεαγυῖαν καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα &c. Opponit ergo τὴν κατεαγυῖαν μουσικὴν τῇ ἀνδρώδει. *frangebat* igitur apud Silium recte, ἐθήλυνε: nam θῆλυς ἀοιδὴ est ἡ κατεαγυῖα. Tales erant Jonici illi modi, κατεκλασμένοι nimirum, & ἀσελγεῖς, & οἱ τὰ Ἰωνικὰ συνείροντες Cinaedi Luciano, & effeminati, fractique homines. In utramque autem partem multum ταῖς ἐπῳδαῖς tribuebant antiqui, unde Sophocles ἐπᾴδεσθαι τὴν φύσιν, pro frangi & emolliri, sed in bonam partem, dixit: Ἀλλὰ νουθετούμενοι φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν. ubi ἐπῳδαὶ sunt παρηγορίαι & admonitiones, quae ferum & agrestem animum emolliunt & liquefaciunt. Summae elegantiae haec. D. HEINSIUS.

v. 486.

Interea placida attulerant jam flamina terris
Magonem Libycis. lauro redimita subibat
Optatos puppis portus, pelagoque micabant
Captiva arma procul celsa fulgentia prora.
At, patulo surgens jam dudum ex aequore, late
Nauticus implebat resonantia litora clamor,
Et, simul adductis percussa ad pectora tonsis,
Centeno fractus spumabat verbere pontus.
Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus
Procurrit fluctus, elataque turba favore
Certatim ingenti celebrant nova gaudia plausu.
Aequatur rector Divis. illum undique matres,
Illum turba minor moniti gaudere nepotes,
Et senior manus, & juxta populusque, Patresque,
Mactatis Superûm dignantur honore juvencis.
Sic patriam Mago & portas ingressus ovantes
Fraternae laudis fama. ruit inde Senatus,
Et multo Patrum stipatur curia coetu.
Tum, Divos veneratus avûm de more vetusto,

Martem,

v. 486. *Interea placida attulerant jam flamina terris Magonem Libycis*] An, *appulerant?* forte etiam *placita flamina*. N. HEINSIUS. *placida flamina* sunt lenia, quae etiam adversa esse, & Magonis iter impedire poterant: quare haud male Heinsius *placita flamina* conjicit, id est, secunda, quae Magoni properanti placebant. Saepe ita peccasse librarios supra docui ad lib. I. vers. 11. Nec ejusdem Heinsii *appulerant*, pro *attulerant*, improbo. Saepe hae voces olim confundebantur in libris priscis. vide ad lib. IX. vers. 396. potest tamen & vulgatum *attulerant* tueri.

v. 487. *Lauro redimita subibat Optatos puppis portus*] Cave has nauticas coronas cum iis confundas, de quibus Maro lib. IV.

Puppibus & laeti nautae imposuere coronam.

Sed obiter prorae coronandae morem observa, lauro triumphi, olea pacis tempore; de prora enim haec sumenda & tutela navis, quam coronabant & in triumpho, & in pace. de altero hic apud Silium, de altero apud Petronium. *Stante ergo utraque acie, cum appareret futurum non tralaticium bellum, aegre expugnavit gubernator, ut, caduceatoris more Tryphaena inducias faceret. Data ergo acceptaque patrio more fide, protendit ramum oleae a tutela navigii raptum.* De tutela autem infra agemus. D. HEINSIUS. Lauro navis redimita erat in signum victoriae, quam Karthaginienses de Romanis ad Cannas reportarant. Vitruv. lib. II. cap. VIII. *Rhodii autem cum prospexissent suas naves laureatas venire, opinantes cives victores reverti, hostes receperunt.*

v. 490. *At patulo surgens jam dudum ex aequore*] Sic scripti & editio Gryphii, non *& aequore*. N. HEINSIUS. Non solum otiosa est copula *&*, verum etiam in leges metricas peccat. τὸ *&* habet etiam editio Ph. Nutii, & Dausquejus probavit.

v. 491. *Nauticus implebat* &c.] Intellige celeusma, quo nautae, qui huc usque prospero & placito vento usi velis navigarant, jubentur remis insurgere. vide Cerdam ad Maron. VIII. Aen. vers. 90. ubi & alium locum Maronis laudat ex III. Aen. vers. 128.

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

De celeusmate supra vide ad lib. VI. vers. 361.

v. 496. *Celebrant nova gaudia plausu*] *celebrat* Coloniensis. N. HEINSIUS. *celebrat* etiam membranae Oxonienses.

v. 498. *Moniti laudare nepotes*] *gaudere nepotes* in scriptis & vetustis editionibus. eleganter. tale est illud Lucan. lib. VII. vers. 38.

Te mixto flessent luctu juvenesque, senesque,
Injussusque puer.

Hoc vult, tantum omnibus ex morte Pompeji luctum fuisse, ut etiam pueri ultro plorarent; qui alioqui ad lacrimas in luctu minore à parentibus nutricibusve impelluntur, & monendi sunt, ut lugeant, quia nec caussam luctus intelligunt, & proinde sensum ejus non habent. vide, quae annotamus ad illa Martialis, *jussae prosiliunt lacrimae.* Statius Theb. X.

Flent pueri, & flendi nequeunt cognoscere caussas
Attoniti, & tantum matrum lamenta timentes.

Vir maximus, qui in Lucano corrigebat *Investisque puer*, non est assecutus vim & elegantiam ejus vocis. N. HEINSIUS. In editione Basileensi primum *laudare* vulgatum est, quae lectio postea nonnullis aliis editionibus insedit, quas Dausquejus & Cellarius sequi non debuerant. Optime autem Illustrissimus

Martem, ait, egregium & fractas, quîs Itala tellus
Nitebatur, opes, pars ipse haud parva laborum,
Nuntio. pugnatum Superis in vota secundis.
Est locus, Aetoli signat quem gloria regis,
Possessus quondam prisca inter secula Dauno:
Humentes rapido circumdat gurgite campos
Aufidus, & stagnis intercipit arva refusis;
Mox fluctus ferit Hadriacos, magnoque fragore
Cedentem impellit retrorsus in aequora pontum.
Hic Varro & magnum Latia inter nomina Paullus
Nomen, quîs rerum ducibus permissa potestas,
Vix dum depulsa nigrae caligine noctis,
Invadunt campum, & late fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem surgentis Eoï.
Nos contra (nam germanum furor acer agebat
Optatae pugnae) castris cita signa movemus.
Intremit & tellus, & pulsus mugit Olympus.
Hic fluvium & campos abscondit caede virorum
Ductor, quo numquam majorem ad bella tulerunt

Rectorem

simus Heinsius vocem *meniti* illustravit. Eo pertinet illud Andromachae apud Senec. in Troad. vers. 716.

Si tua nondum funera sentis,
Matris fletus imitare tuae.

de voce *jussus* similia supra vide ad lib. IX. vers. 504.

v. 505. *Martem agit egregium*] *ait* ex scriptis & vetustis editionibus. N. HEINSIUS. Solus est Colinaeus, qui operarum haud dubie errore *agit* edidit, quem nimis secure Dausquejus secutus est.

v. 506. *Pars ipse haud parva laborum*] Exprimit illa Maronis II. Aen. vers. 5.

- - - quaeque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

v. 510. *Humentes rapido circumdat gurgite campos*] MS. Oxon. *Viventes.* vide ad lib. VIII. vers. 460. BARTHIUS lib. I. Advers. cap. V. *Uventes* malim, de quo ad Nason. III. Amor. eleg V. vers. 6. nam in Oxonio *Viventis.* neque aliter Barthius. vide notas ad lib. III. vers. 522. N. HEINSIUS. Omissa solum aspiratione *Umentes* in codice Colomensi: quare nihil muto. infra lib. XIV. vers. 369.

Navali claudens humentem indagine campum.

Tacit. III. Histor. cap. I. *Ceterum propinqua hieme, & humentibus Pado campis expeditum agmen incedere.* Eodem modo *humus*, *tellus*, *litus* aliaque *humere* passim dicuntur. Priscian. VI. Gramm. p. m. 206. laudat illud ex Livii Andronici Adone, *Humum humidum pedibus fodit.* & ex Gracchi Thyest. *Mersit sequentis humidum plantis humum.* Ovid. V. Metam. vers. 390.

Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.

ubi Nic. Heinsius *humus uvida* malebat, nullius tamen codicis auctoritate emendationem suam in notis firmavit. Statius V. Theb. vers. 367.

Diripiuntque fretum, nigris redit humida tellus
Vorticibus.

Auson. in Mosella vers. 53.

Hic solidae sternunt humentia litora harenae.

& ita alibi saepe. vide supra ad lib. IX. vers. 30.

v. 513. *Cedentem impellit retrorsum in aequora pontum*] Membranae *retrorsus.* verissime. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *retrorsus* ex scriptis. alterum ferri non potest. vidit & Barthius. N. HEINSIUS.

v. 514. *Et magnum Latia inter nomina Paullus Nomen*] Forte, *magnum Lumen.* N. HEINSIUS. Vulgatum bene se habet. nam in repetitionibus similibus frequenter ludunt poëtae. Ovid. VI. Fastor. vers. 26.

Junius a nostro nomine nomen habet.

idem II. Metam. vers. 604.

- - - & illa suo toties cum pectore juncta
Indevitato trajecit pectora telo.

& XV. Metam. vers. 30.

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat sol,
Et caput extulerat densissima sidereum nox.

Senec. in Troad. vers. 732.

Jacet ante pedes non minor illo
Supplice supplex, vitamque petit.

Sidon. Apollin. carm. I. vers. 3.

Certavere suum venerari numina numen.

& vers. 6.

Laudavitque sono fulmina fulmineo.

atque ita alibi non raro.

v. 521. *Intremuit tellus*] *Intremit & tellus* scripti. rectius. N. HEINSIUS.

v. 522. *Fluvium & campos abscondit strage virorum*]

Rectorem terrae. vidi, cum turbine saevo
Ausonia & sonitu bellantis fusa per agros
Uni terga daret. vidi, cum Varro citato
Auferretur equo, projectis degener armis.
Quin & magnanimum, perfosso corpore telis,
Strage super sociûm vidi te, Paulle, cadentem.
Aegates ille & servilia foedera larga
Ultus caede dies: non plus optasse liberet,
Quam tum concessit dexter Deus. altera jam lux
Si talis redeat, populis sis omnibus una
Tum, Karthago, caput, terrasque colare per omnes.
Testes hi stragis, quos signum illustre superbis
Mos laeva gestare viris. tum funditur ante

Ora

rum] *caede* iidem scripti. diximus lib. III. vers. 618. potest & vulgatum ferri. N. HEINSIUS. Perperam priscae editiones *accendit* habent. nam *abscondit*, ut apud Lucan. lib. VII. vers. 794.

- - - juvat Aemathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub caede latentes.

Quinctil. Declam. III. pag. 45. *Strage nostrorum campi latent.* Auctor de excid. Hierosolym. qui vulgo Egesippus dicitur, lib. V. cap. XLVI. *Scientes & ad bellum parati campos terrarum corporibus suis texere, ac proprio sanguine repleverunt.* Deinde eaedem editiones *caede virorum* habent, quod primus Nicander in Juntina in *strage* corrupit. supra vers. 137.

- - - ut caede referta
Clauserit Eridani ductor vada.

lib. V. vers. 665.

- - - sic densi caedis acervo,
Ceu cumulo, texere virum.

lib. VI. vers. 602.

- - - Tyrrhenas sternere valles
Caedibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit.

& ita passim Silius.

v. 525. *Sonitu bellantis fusa per agros*] Malim *tonitru bellantis.* lib. XIII. vers. 10.

Armorum tonitru concussa est Daunia tellus.

lib. XII. vers. 300. *Dum bellum tonat.* Statius III. Theb.

Armorum tonitru simul & trepidantia corda
Armat amore sui.

Vel *tonitru bellanti. bellantem sonnum* alibi habemus. N. HEINSIUS. Silius lib. I. vers. 435.

—— flagrantia bella
Cornipedum afflatu tonat & stridoribus axis.

ita illo loco ex priscis editionibus legendum. lib. IV. vers. 254.

—— saevisque virum circumtonat armis.

lib. IX. vers. 423.

Ingentis clipei tonitru praenuntiat iram.

lib. XIV. vers. 299.

Aggreditur muros, atque armis intonat urbi.

Statius III. Theb. vers. 422.

Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
Armorum tonitru ferit.

Pseudo-Egesippus lib. V. excid. Hierosol. cap. XLVI. *Nos Hannibalem inequitantem fluminibus vicimus atque intonantem undis.* Voces *sonitus* & *tonitru*, ac *sonare* & *tonare* librarii interdum permiscuerunt. Vide Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. XV. vers. 40.

v. 529. *Stare super socium*]. Non dubium, emaculandum *Strage super socium*, ut conjectura emaculavit Dausquejus, quamvis omnes libri contra sint. Sed quid sunt libri, ubi bona ratio malae scripturae praevalet? BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *Strage* omnino scribendum, quidquid obstant membranae veteres, uti jam monuimus lib. X. vers. 587. idque jam vidit Interpres & Interpreti subscribens Barthius. N. HEINSIUS. Recte viri docti *Strage super sociûm.* apprime huc facit locus Silii lib. VII. vers. 622. *in terga refertur, Strage super sociûm lapsus.* & lib. X. vers. 505.

—— permixta ruina
Inter & arma virûm, & lacerata cadavera, Paulli
Eruerant corpus media de strage jacentum.

v. 532. *Quantum concessit dexter Deus*] Legere malim cum MS. *Quam tum concessit.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *Quam tum* bene Modius, & post illum Interpres. N. HEINSIUS.

v. 533. *Si redeat, populis certe sis omnibus*] Legere malim cum MSto, *Si talis redeat, populis sis omnibus. certe* illud mirarer, unde huc irrepserit, nisi temeritatem correctorum notam nimis haberem. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *Si talis redeat, populis sis omnibus* bene idem Modius cum Coloniensi. Scribe & mox ex Aldino codice & Gryphii *colare*, pro *colere.* N. HEINSIUS.

v. 535. *Quos signum illustre superbis Mos laeva gestare viris*] Idem infra. Bene haec in libris de Civitate Dei assecutus est Augustinus. At laeva ma-

nu

Ora admirantum praefulgens annulus auro;
Datque fidem verbis haud parvo insignis acervo.
Hinc iterum repetens: Restat nunc sedibus imis
Vertenda atque aequanda solo jam subruta Roma.
Annitamur, ait, vires refovere tot haustas
Casibus, ut pateant non parca aeraria dextris,
Quas emimus bello. desit jam belua, tristis
Ausoniis terror: necnon alimenta fatigant.
Atque ea dum memorat, torvo conversus in ora
Hannonis vultu, quem gliscens gloria pravum
Ductoris studio jam dudum agitabat acerbo.
Jamne tibi dextras inceptaque nostra probamus?
Jam fas Dardanio me non servire colono?

Anne

nu quod ait eos gestasse illustres apud Romanos, vel ex Tranquillo notum, qui de C. Caesare, *Nam eum alloquendo, exhortandoque saepius digitum laevae manus ostentans affirmarit, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque detracturum sibi: extrema concio* &c. D. HEINSIUS.

v. 537. *Praefulgens annulus auro*] *perfulgens* in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. IV. vers. 498.

——— multusque in imagine claris
Praefulgebat avus titulis belloque domique.

lib. V. vers. 263.

—— patrio nec regia quondam
Praefulgens ebore, & possessa mapalia soli
Profuerunt.

lib. XVII. vers. 396.

Ibat Ag[illegible]reus praefulgens ductor in ostro.

Similiter autem alibi saepe errarunt librarii. vide supra ad lib. VI. vers. 43.

v. 539. *Restat nunc sedibus imis*] *restetne* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 541. *Annitamur, ait, vires refovete tot haustas Casibus*] Scribendum *refovere* vel invitis membranis. *Annitamur refovere.* N. HEINSIUS. *refovere* in Parmensi editione esse, ad oram Silii adscripsit Illustrissimus Heinsius. Atque ita sensus requirit.

v. 542. *Et pateant non parca aeraria dextris, Quas emimus bellis*] Fateor, me non satis bene intelligere haec. Interpretor quidem militibus, quorum operam aere conducimus; sed acutius aliquid subesse suspicio est. In libro Oxoniensi nulla variatio, nisi quod *bello* scribitur. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. X. Haeret in hoc loco Barthius; at Gronovius Diatribes Statianae cap. XL. recte monuit, dextras militares esse intelligendas, idque plurimis exemplis illic confirmat. Valer. Max. lib. VII. cap. VI. *Divi Julii exercitus, id est, invicti ducis invicta dextera. ut pateant* Coloniensis, & *Quas emimus bello*, non *bellis. bello* etiam Oxonius. *patere* ut supra hoc libro vers. 265.

Quot bello pateant argenti aurique talenta,

de aerario Capuano. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *ut pateant* ex Coloniensi revocavit. voculae *et* & *ut* haud raro permutantur errore librariorum. vide supra ad lib. V. vers. 217. Recte etiam *dextris* exposuit militibus. vide infra ad lib. XIV. vers. 239.

v. 543. *Desit jam belua, tristis Ausoniis terror*] Quem non offendat τὸ *tristis*? in libris veterrimis nihil omnino est praesidii. Scribo tamen, *desit jam belua, castris Ausoniis terror.* Supra lib. X. *clipeus Nomadum terror.* Simile mendum inhaeret Senecae Octaviae vers. 486. N. HEINSIUS. Ita hoc loco legendum olim jam monuit Heinsius apud virum maximum J. G. Graevium ad Flori lib. II. cap. VI. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus scribendum conjicit *belua cristis Ausoniis terror.* ut enim cristae ad terrorem incutiendum galeae imponebantur, unde *galeae minaces*, aliaque apud poetas passim; ita acute nunc Silium dixisse putat, elephantes ipsis illis cristis, seu militibus cristatis, terribiles fuisse. Sed si hoc minus placet, vulgatum retinebat, ut *tristis terror* sit letifer, ut centies alibi. Pro *desit* autem sollemni errore scriba codicis Oxoniensis *dejit* dedit. vide supra ad lib. IX. vers. 337.

v. 544. *Alimenta fatigant*] Celeberrimus Burmannus emendabat *fatiscunt*, id est, deficiunt.

v. 547. *Ductoris studio*] *Ductori* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 548. *Jamque tibi dextras* &c.] Non commendabo emendationem hujus loci verbis: tantum ajo, totum eum ex membranis ita legendum,

Jamne tibi dextras inceptaque nostra probamus
&c.
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis
Infelix muta: dextra en, en dextera, quam tu
&c.
Qui ne mutatum vanis absistere credat,
Nunc pacem orandam, nunc &c.

Cur quaeque mutaverim, ita in aperto est, ut, si pluribus eorum rationem reddere tentem, nugas

agam,

Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Invidiae nigroque undantia pectora felle,
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis,
Infelix muta. dextra en, en dextera, quam tu
Aeneadis lacerare dabas, & litora, & amnes,
Et stagna, & latos implevit sanguine campos.
Haec Mago, atque animos favor haud obscurus alebat.
Cui, simul invidia atque ira stimulantibus, Hanno:
Talia vesani juvenis convicia miror
Haud equidem: tumet ingenio, fraternaque corda
Non tarde agnoscas & virus futile linguae.
Quin, ne mutatum vanis absistere credat,
Nunc pacem orandum, nunc improba foedere rupto
Arma reponendum, & bellum exitiale cavendum
Auctor ego. atque adeo vosmet perpendite, quaeso,
Quid ferat: haud aliud nobis censere relictum est.
Tela, viros, aurum, classes, alimenta precatur,
Belligeramque feram. victus non plura dedissem.

Sanguine

agam, meoque otio & aliorum patientia abuti voluisse merito in suspicionem venire possim. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. Bene Modius *Jamne tibi dextras*, pro *Jamque*: & *totque exorata tropaeis*, pro *exornata*; & *dextra en, en dextera*, pro *dextra haec*. quae omnia Coloniensis liber optimus suggessit. *dextra en* etiam in Oxonio, quod Barthius jam monuit. N. HEINSIUS. *τὸ Jamne tibi*, pro *Jamque tibi*, etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum erat.

v. 550. *Anne iterum Hannibalem dedi placet?*] Turbatos esse hos versus, neminem puto esse, quin animadvertat: nam versum illum quo referemus?

Tandem tot titulis, totque exornata tropaeis.

Non dubito ego, quin transpositio optime mederi huic loco possit hunc in modum:

Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Invidiae nigroque undantia pectora felle
Infelix muta: dextra haec, en dextera, quam tu
Aeneadis lacerare dabas, & litora, & amnes,
Tandem tot titulis totque exornata Tropaeis,
Et stagna, & latos implevit sanguine campos.

Optime, nec dubito. D. HEINSIUS.

v. 552. *Tandem tot titulis totque exornata tropaeis*] D. Heinsii conjecturam, qui transpositione hunc locum se sanare putabat, recte improbat Dausquejus; male tamen pro vulgata scriptura digladiatur, cum optime Modius ex Coloniensibus membranis *exorata tropaeis* emendarit, quod merito postea Illustrissimo Heinsio placuit, tam hic in notis, quam etiam ad Claud. II. de laudib. Stilic. vers. 23. Similem lectionum diversitatem observavit etiam Broekhus. apud Propert. lib. IV. eleg. V. vers. 19.

v. 553. *Dextra haec, en dextera*] Melior scripta lectio, *dextra en, en dextera*. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X.

v. 555. *Et latos implevit sanguine campos*] An *Latios*, hoc est, Italos? ut infra vers. 568.

Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros.

N. HEINSIUS. Saepe librarii voces *latus* & *Latius* inter se commutarunt. vide infra ad lib. XVII. vers. 433. hic tamen nihil mutandum existimo. *lati campi*, ut supra lib. I. vers. 297. *latos quatit agmine campos*. lib. VI. vers. 644.

——— *latis*
Projecta in campis nebulas exhalat inertes.

lib. XVI. vers. 254.

——— *latis proavita potentia campis*
Amplius attulerint decoris.

lib. XVII. vers. 384.

——— *miscebat latis fera proelia campis.*

de campis Cannensibus lib. VIII. vers. 310.

——— *jam latis obvia, credo,*
Stat campis acies, exspectaturque sub ictu.

& passim alibi.

v. 556. *Animos favor haud obscurus habebat*] Lectio prisci codicis *alebat*. alebat animos Magoni haud obscurus Patrum favor. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *alebat* scripti. optime atque elegantissime. ex Oxonio id jam protulit Barthius. *nutrire favore* supra habuimus. N. HEINSIUS. *nutriri favore* etiam infra est lib. XII. vers. 375.

Cetera propensae Cereris nutrita favore.

Ut *alere*, sic etiam *augere animos* Silius dixit ibid. vers. 379. *appulsis animos augere carinae*. Similem lectionum diversitatem N. Heinsius ex MStis observavit apud Nason. III. ex Pont. Epist. III. vers.

Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros,
Et jacet in campis Latium. deponere curas
Tandem ergo, bone, da, victor, liceatque sedere
In patria; liceat non exhaurire rapacis
Impensis belli vacuatos saepe penates.
Nunc en, nunc, inquam, (falsa ut praesagia nostra
Sint, oro, mensque augurio ludatur inani)
Haud procul est funesta dies. atrocia novi
Corda, ac prospicio natas e cladibus iras.
Vos ego, vos metuo, Cannae. submittite signa,
Atque adeo tentate, agedum, ac deposcite pacem:
Non dabitur. parat ille dolor (mihi credite) majus
Exitium accepto: citiusque haec foedera victor,
Quam victus, dabit. atque adeo, qui tanta superbo
Facta sonas ore, & spumanti turbine perflas
Ignorantum aures, dic, en, germanus in armis
Ille tuus par Gradivo, per secula tellus
Cui similem numquam ductorem in bella creavit,

Moenia

vers. 7.

v. 560. *Virus futile linguae*] Silius lib. II. vers. 288.

Ingenitum noscens virus flatusque paternos.

Appul. in Apol. pag. 275. *Ferinae solent linguae suae virus alieno dolori locare.*

v. 561. *Qui ne mutatum*] *Quin* recte Veneta editio Marsi. tum *credat*, pro *credas*, cum Coloniensi Modius. N. HEINSIUS.

v. 562. *Nunc pacem orandam*] *orandum* ex Coloniensi idem Modius: cui emendationi non tantum jure subscribit Gronovius Observationum I. cap. VII. sed & in proxime sequentibus corrigit *Arma reponendum*, idque ex vestigiis vetustorum codicum. neque aliter editio Parmensis. optime. N. HEINSIUS. Optime *orandum* & *reponendum*, pro *orandam* & *reponenda*, viri summi vindicarunt, quod postremum etiam praefert editio Romana princeps & Mediolanensis. Sic infra ex libris scriptis emendatum lib. XV. vers. 105.

Nec bona censendum, quae Fors infida dedisse,
Atque eadem rapuisse valet.

ubi plura vide. Virgil. XI. Aen. vers. 229.

——— *alia arma Latinis*
Quaerenda, aut pacem Trojano ab rege petendam.

ubi tamen Pierius in plerisque codicibus *petendam* invenit, quod etiam τῷ *petendum* praeferunt J. Caes. Scaliger lib. IV. Poëtic. cap. XLVII. & Sanctius in Minerv. lib. III. cap. VIII. Sed *petendum* jam olim illo loco agnovit Servius. Quare potius, si per codices liceret, etiam *Quaerendum*, pro *Quaerenda*, legerem.

v. 566. *Tela, viros, aurum, classis alimenta precatur*] *classes*, *alimenta* scribendum. N. HEINSIUS. Haec ut Hannibali submittantur, supra precatus est Mago vers. 541. Eadem autem factione Hannonis sibi negata esse infra queritur Hannibal lib. XVII. vers. 193.

Dum sumtus, dumque arma duci, fessosque secundis
Submisso tyrone negans recreare maniplos;
Dumque etiam Cerere & victu fraudasse cohortes
Hannoni placet.

ubi videndus est Dausquejus.

v. 567. *Victus non plura dedissem*] Videtur vulgatâ melior haec scriptura, *victo non plura dedissem*. In MSto est, ut vulgo editur, *victus non plura dedissem*. Nimirum, quia penes Hannonem erat arbitrium. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Opinor, *victus num plura petisset*, vel *victis*, vel *victo petisset*, Hannibali Mago. vulgatum tuetur Barthius. Livius lib. XXIII. cap. XII. in oratione Hannonis, *Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. quid aliud rogares, si esses victus?* posses & *victis non plura dedissem*. N. HEINSIUS. *victis dedissem*, vel *victus petisset* hoc loco legendum esse olim monuit Illustrissimus Heinsius apud Graevium ad Flori lib. II. cap. VI. Sed prius praeforo, quod minimum recedat a recepta lectione, quam habent omnes libri, manu & typis descripti, praeter Raphelеng. qui *victo dedissem* edidit.

v. 570. *Tandem ergo, bone*, &c.] Hunc versum, quem omnes libri scripti agnoscunt, perperam omittunt veterrimae editiones Romana princeps, Mediolanensis, & Parmensis.

v. 585. *Cui similem numquam ductorem in bella creavit*] Ex eo nempe, quod supra jactarat Mago vers. 523.

——— *quo numquam majorem ad bella tulerunt*
Rectorem terrae.

Moenia Romuleae cur nondum viderit urbis?
Scilicet e gremio matrum rapiamus in hostem
Nondum portandis habiles gravioribus armis?
Aeratas jussi texamus mille carinas,
Atque omnis Libyae quaeratur belua terris?
Ut longa imperia, atque armatos proroget annos
Hannibal; & regnum trahat usque in tempora fati?
Vos vero, (neque enim occulto circumdamur astu)
Ne dulces spoliate domos; castrisque potentum
Atque opibus sancite modum. pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est: pax una triumphis
Innumeris potior: pax, custodire salutem
Et cives aequare potens, revocetur in arces
Tandem Sidonias; & fama fugetur ab urbe
Perfidiae, Phoenissa, tua. si tanta libido

Armorum

v. 586. *Moenia Romuleae cur nondum viderit urbis*] Forte *vicerit*. N. HEINSIUS. Non probo Heinsii conjecturam. Acrius enim quid, & Hannonis adversus Hannibalem inimicitiae magis conveniens τῷ *viderit* subest: nempe interrogando quaerit, quid caussae fuerit, cur Hannibal, victis & pene debellatis Romanis, non dico ipsam urbem expugnare cessarit, sed etiam vel propius ad eam accedere, & videre, quid animi hostibus in rebus tam desperatis foret?

v. 587. *Scilicet à gremio matrum rapiamus in hostem*] *e gremio* Coloniensis. N. HEINSIUS. Sic supra lib. IV. vers. 788.

Heu! gremio e patriae Stygias raptatur ad aras.

ubi male praepositio vulgo deerat. Ex eo autem Hannon Magoni invidiam conciliare studet. filios enim filiasve e parentum gremio rapere summae saevitiae & immanitatis genus habebatur. Valer. Flacc. lib. VII. vers. 48.

Cur, age, non templis sacrata avellere dona
Omnibus, atque ipsis gremiis abducere natas,
Praedo, libet?

v. 588. *Nondum portandis habiles gravioribus armis*] Hoc est, quibus graviora sunt arma, quam quibus uti debent. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Immo hoc est, qui nondum habiles ac idonei sunt portandis gravioribus illis ac militaribus armis.

v. 589. *Aeratas jussu texamus mille carinas*] *jussi* ex libro Coloniensi & editione Parmenti; quomodo & Gronov. I. Observ. cap. IX. Possis & *Ceratas carinas*, ut apud Nasonem,

Caerula ceratas accipit unda rates.

Sic emendandus & Lucan. lib. III. vers. 228.

Itque Cilix jussa jam non pirata carina.

ubi plura annotamus. N. HEINSIUS. *jussi* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, pro quo primus Marius *jussu* edidit, quem postea omnes alii editores secuti sunt. *jussi* etiam scribendum esse Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii monuit. Male autem N. Heinsius *Ceratas*, pro *Aeratas*, conjicit; nam *Aeratae carinae* sunt naves bellicae, quarum rostra ex aere fieri solebant. Senec. de Benefic. lib. III. cap. XX. *Cui triremes & aeratas non mitterem, lusorias & cubiculatas & alia ludibria regum in mari lascivientium mittam.* Valer. Flacc. lib. I. vers. 339.

Primus in aeratis posuissem puppibus arma.

Vide Parrhas. ad Claud. I. de Rapt. Proserp. vers. 244.

v. 591. *Armatus proroget annos*] *Armatos annos* ex scriptis. & sic Gronov. ad Livium lib. VI. cap. VI. N. HEINSIUS. Iscanius IV. bell. Troj. vers. 435.

——— *armatos in pacem reddidit annos.*

eodem modo *imbellis dies* supra est h. l. vers. 403. *discatque Lyaeo Imbellem donare diem.* *iners dies* lib. XII. vers. 104.

——— *sed enim ductor numerabat inertes*
Atque actos sine Marte dies.

v. 592. *In tempora fati*] Id est, mortis. vide infra ad libr. XIII. vers. 612.

v. 600. *Perfidiae, Phoenissa, tua*] *tuae* Coloniensis cum editione Parmenti. sed male. N. HEINSIUS. *Perfidiae tuae* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Sed recte pro vulgata lectione stat Illustrissimus Heinsius. Non enim ipsa Dido, sed Karthago ab ea condita, ob perfidiam infamis erat. *perfidiae tuae* tamen ad marginem editionis Raphelengii scribendum conjecit etiam Illustrissimus Scaliger.

v. 606. *Si Libyae decus, haud ulli* &c.] Nihil opis in membranis affulget. Sed scribe,

Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est curae tibi.

Possis quoque, *Hannibal est oneri tibi.* apud Claudian. in bello Getico, *Jamque oneri creduntur opes.* Ovid. Medic. formae,

Et quantas oneri est aure tulisse duas.

Pro *ulli superabilis armis*, Puteaneus *ullis armis.* mox idem *opem adjumenta.* N. HEINSIUS. Minima

mutatione

Armorum tenet, atque enses non reddere perstat
Poscenti patriae; nil suppeditare furori
Hortor, & haec fratri Magonem dicta referre.
Plura annectentem (neque enim satiaverat iras
Dicendo) clamor turbat diversa volentum.
Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est irae tibi, destituemus ad ipsas
Victorem metas? nec opum adjumenta feremus?
Invidia unius sceptra ut jam parta retardet?
Inde alacres tribuunt, quae belli posceret usus:
Absentique suum jactant sub teste favorem.
Mox eadem terris placitum traducere Hiberis,
Dum malus obtrectat facta immortalia livor,
Nec finit adjutas ductoris crescere laudes.

mutatione etiam hic locus ita legi potest,

Sic, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est irae tibi?

Adeone Hannibali iratus es, ut ex tuo consilio, profligato & pene confecto hoc bello, eum a nobis destitui velis? Potest etiam vulgata lectio commodo satis sensu exponi.

v. 611. *Absentique suum jactant sub teste favorem*] In editione Romana principe est *Assentique*, pro quo manu docta emendatur *Assensique*. Sed nihil muto.

v. 614. *Nec finit adjutas ductoris crescere laudes*] *attritas laudes* putabam. *attritas rebus secundis mentes* habemus lib. XII. vers. 83. & *attritas res* initio lib. XV. lib. VII. *quantum Detritum est famae*. lib. VI. vers. 300. *opes Africa attrita*. vide lib. II. vers. 391. Forte tamen,

Nec finit ad justas ductorem crescere laudes.

ut *crescere* ponatur, ut apud Nason. Epist. Sapphûs,

Gaudet & e nostro crescit maerore Charaxus
Frater.

ubi nos plura. libro tamen XIV. vers. 308.

Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti,

nisi & ille locus mendosus sit. lib VI. vers. 249.

——— cuspis adjuta ruentis
Contra ardore ferae.

N. HEINSIUS. Non plane improbo viri Illustrissimi conjecturam,

Nec finit ad justas ductorem crescere laudes.

Sic *crescere* apud Livium lib. XXXV. cap. XIX. *Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me, quaerant.* ita *gloria crescere* dicitur apud eundem lib. XXVIII. cap. XL.



C. SILII ITALICI
PUNICORUM
LIBER XII.

Jam terra glaciale caput, fecundaque nimbis
Tempora, & austrifero nebulosam vertice frontem
Immitis condebat hiems, blandisque salubre
Ver Zephyris tepido mulcebat rura sereno.
Prorumpit Capua Poenus, vicinaque late
Praemisso terrore quatit. ceu condita bruma,
Dum Rhipaea rigent Aquilonis flamina, tandem

Evolvit

v. 4. *Tepido mulcebat rura sereno*] *serenum* hic est *αἰθρία*, serenitas. Lucan. lib. I. vers. 530.

Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno.

lib. IV. vers. 55.

Aruerat tellus hiberno dura sereno.

Statius IX. Theb. vers. 135. *dulci terrae caruere sereno.* Claud. in IV. Consul. Hon. vers. 183. *risitque tuo Natura sereno.* Cypr. in Genes. vers. 84.

Affulsit nulla maculatum nube serenum.

& vers. 99.

—— liquidumque serenum
Affulsisse tibi, solemque, & sidera coeli.

Alia vide apud Dausquejum ad hunc locum, & Salmas. ad Solin. pag. 74.

v. 6. *Ceu condita bruma* &c.] Simili comparatione usus est noster infra lib. XVII. vers. 452.

Qualis in aestiferis Garamantum feta veneno
Attollit campis, ferventi pastus harena,
Colla Paraethonius serpens, lateque per auras
Undantem torquet persundens nubila tabem.

Virgil. II. Aen. vers. 471.

Qualis ubi in lucem coluber, mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis novus exuviis nitidusque juventa,
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

ubi parem ex Homero, quem Virgil. imitatus erat, comparationem laudarunt eruditi Interpretes. Stat. IV. Theb. vers. 95.

—— ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur, liber senio & squalentibus annis
Exutus, laetisque minax interviret herbis.

v. 9. *Et splendente die novus emicat*] *spondente* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 10. *Saniem sublatis faucibus efflat*] Dictum videtur duriuscule, pro eo, quod serpens aërem afflatu inquinare dicatur. Virgilius,

Obvia vibranti carpens gravis aëra lingua.

De solis equis imitatio altera est, *lucemque elatis naribus efflant.* BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *sublatis faucibus* Barthio nonnihil est suspectum. perperam. sic infra vers. 623.

Regnator Superûm sublata fulmina dextra
Libravit.

Horat. epod. IV. de cane,

Agit per altas aure sublata nives,
Quaecumque praecedit fera.

Statius Theb. III. vers. 134.

Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide
Squalentem sublata comam.

id est, erecta. N. HEINSIUS. Immerito hoc Barthio duriuscule dictum videtur. Serpens *efflat saniem*, id est, venenum; eo sensu τὸ *sanies* saepe occurrit. supra lib. VI. vers. 186.

—— in nubila primam
Dispersit saniem, & coelum foedavit hiatu.

vers. 677.

Lentus harenoso spumabat Bagrada campo
Viperea sanie.

lib. XIII. vers. 571.

Tristior his Acheron sanie crassoque veneno.

Virgil. II. Aen, vers. 221.

Perfusus sanie vittas atroque veneno.

Horat. lib. III. od. XI. vers. 19. *saniesque manet Ore trilingui.* Vide Stephan. ad Saxon. Gramm. lib. II. Hist. Dan. pag. 20. N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. LXXXVII. & Broekhuis. ad Prop. lib. III. eleg. IV. vers. 27. *sublatis faucibus* autem, ut *sublato pectore* apud Virgil. III. Georg. vers. 426.

Squamea convolvens sublato pectore terga.

& II. Aen. vers. 474.

Lubrica convolvit sublato pectore terga.

attollit colla apud Silium lib. XVII. vers. 453.

Attollit campis ferventi pastus harena
Colla Paraethonius serpens.

Virgil. V. Aen. vers. 277. *ardensque oculis & sibila*

colla

Evolvit ſerpens arcano membra cubili,
Et ſplendente die novus emicat, atque coruſcum
Fert caput, & ſaniem ſublatis faucibus efflat.
At Libyci ducis ut fulſerunt ſigna per agros,
Deſolata metu cuncta, &, ſuadente pavore,
Vallo ſe clauſere ſimul, trepidique ſalutis
Exſpectant ipſis metuentes moenibus hoſtem.
Sed non ille vigor, qui ruptis Alpibus arma
Intulerat, dederatque vias, Trebiaque potitus
Maeonios Italo ſceleravit ſanguine fluctus,
Tunc inerat. molli luxu madefacta meroque,
Illecebris ſomni torpentia membra fluebant:
Quis gelidas ſuetum noctes thorace gravatis
Sub Jove non aequo trahere, & tentoria ſaepe
Spernere, ubi hiberna ruerent cum grandine nimbi,

Ac

colla Arduus attollens. Nihil itaque in hac poëtae locutione durum video. Pro *efflat*, codices Oxon. & Putean. perperam legunt *afflat*.

v. 12. *Deſolata metu cuncta*] *Deſolata* eſt deſerta, ab incolis & habitatoribus. Claud. in Conſul. Olybr. & Prob. verſ. 186.

Illa feros ſaltus & deſolata relinquens
Maenala.

Vide Gronov. IV. Obſerv. cap. XXI. Simili ſenſu & *loca ſola*, ſeu *ſolata*, dicuntur. vide ſupra ad lib. III. verſ. 429.

v. 15. *Arma Intulerat*] An, *Impulerat?* ut apud Lucan. VII. verſ. 16.

Et quaecumque fugax Sertorius impulit arma.

& lib. I. verſ. 68.

——— *quid in arma furentem*
Impulerit populum.

impulſum bellum apud eundem lib. V. Plura vide ad epiſtolam Ulixis Sabiniani verſ. 68. N. HEINSIUS. Voces *impuli* & *intuli* ſaepe commutaſſe librarios ſupra docui ad lib IX. verſ. 396. hoc tamen loco vulgatam ſcripturam mutare neceſſe non videtur.

v. 18. *Molli luxu madefacta meroque Illecebris ſomni*] Opinor,

—— *molli luxu labefacta meroque,*
Et ſomni illecebris torpentia membra fluebant.

noſter lib. III. verſ. 557.

At Venus ancipiti mentem labefacta timore.

Auſon. Perioch. XIV. Il. Homeri, *Vigilias mariti uxoris labefactare illecebris.* Valer. Flacc. lib. VII. verſ. 174.

——— *data continuo ſed cingula ſoli*
Noſtra tibi, quis mota loco labefactaque ceſſit.

noſter lib. I. verſ. 235.

——— *nec pulvere feſſum*
Agminis ardenti labefecit Sirius aſtro.

Senec. in Troad. *luctu labefacta mens ſuccubuit.* Lucret. lib. IV. verſ. 1111.

Uſque adeo cupidi Veneris compagibus haerent,
Membra voluptatis dum vi labefacta queſcant.

animum labefactus amore apud Maron. IV. Aen. verſ. 395. & VIII. Aen. verſ. 387.

Dixerat: & niveis hinc atque hinc Diva lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet. ille repente
Accepit ſolitam flammam, notuſque medullas
Intravit calor, & labefacta per oſſa cucurrit.

& ejus exemplo Prudent. Pſychom. de luxu verſ. 330.

Inſpirat tenerum labefacta per oſſa venenum.

apud eundem Hymno Eulaliae verſ. 106. *lacrimis labefacta domus. Illecebris ſomni* tamen ferri poteſt, ut luxum, hoc eſt Venerem, & vinum ſomni illecebras per appoſitionem vocet. N. HEINSIUS. Fortaſſis hoc loco nihil mutandum. *madefacta* enim apprime convenit τῷ *fluebant*, quod verbum de homine luxu enervato ſaepe uſurpat Livius, ſic lib. VII. cap. XXIX. *Campani magis nomen ad praeſidium ſociorum, quam vires, cum attuliſſent, fluentes luxu.* cap. XXXII. *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus, mollitiaque ſua, quam vi hoſtium victos eſſe.* Deinde *madefactus* recte voci *mero* conjungitur: *madidus* enim & *madere* frequenter de ebriis dicitur. Silius lib. XI. verſ 409. *tum deinde madenti Poſt epulas ſit grata chelys.* Plaut. in Trucul. act. IV. ſc. IV. verſ. 2. *Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium.* Lucret. lib. III. verſ. 477.

——— *praepediuntur*
Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

Colum. lib. X. verſ. 314.

Et titubante gradu multo madefactus Iaccho.

Senec. de Brevit. vitae cap. II. *Alius vino madet, alius inertia torpet.* Epiſt. LXXXIII. *Coſſum fecit urbis Praefectum, virum gravem, moderatum, ſed merſum vino, & madentem.* Martial. IX. Epigr. XXII.

Aeſtuet ut noſtro madidus conviva miniſtro.

Et ita haud raro Appulejus, & alii. Vide plura

Ac ne nocte quidem clipeive ensesve reposti,
Non pharetrae aut jacula, & pro membris arma fuere;
Tunc grave cassis onus, majoraque pondera visa
Parmarum, ac nullis fusae stridoribus hastae.
Prima instaurantem sensit certamina mitis
Parthenope, non dives opum, non spreta vigoris:
Sed portus traxere ducem secura volentem
Aequora, quae peteret veniens Karthagine puppis.
Nunc molles urbi ritus, atque hospita Musis

Otia

apud Broekh. ad Tibull. I. eleg. II. vers. 3. Sine codicum itaque manuscriptorum auctoritate receptam lectionem mutare non audeo.

v. 23. *Clipei ensesve reposti*] *clipeive* scribendum, ne versus claudicet; & sic Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 24. *Pro membris arma fuere*] Immo, *fovere*: quamquam codices nullos habemus assentientes Sic lib. IX. vers. 43. *complexibus nati artus fovere.* lib. VIII. vers. 128. *complexa sinu vestigia fovit.* & paullo post, *effigiem Juli amplexu foves.* Lucan. lib. IV. vers. 152. *non uda receptis Membra fovent armis. membra fovere oleo* Sammon. cap. X. & cap. XXX.

Languida quo fidens medicamine membra fovebis.

idem cap. XLII. *sic torrula membra fovebis.* N. HEINSIUS. Locum hunc ab illustrissimi Heinsii conjectura vindicare videtur ille Ciceronis, a Dausquejo laudatus, lib. II. Tuscul. Quaest. cap. XV. *Qui labor & quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria; ferre, si quid ad usum velint; ferre vallum. nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus: arma enim membra militis esse dicunt.*

v. 27. *Prima instaurantem sensit certamina*] Eleganter *sentire aliquem* dicimur, quem infestum & hostem experimur. Sic Senec. in Oedip. vers. 471.

Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.

Petron. in Satyr. cap. CXXXIX., *Profanus Junonem Pelias sensit.* ubi alia exempla notavit Celeberrimus Burmannus.

v. 28. *Parthenope, non dives opum, non spreta vigoris: Sed portus traxere ducem*] Utcumque interpretatione his subvenias, mendum tamen latere suspicio non inanis est. Non propter opes, ait, nec quod gloriam ex victoria quaereret, Hannibalem ad Neapolim movisse, sed portus gratia. Contraria in vulgata scriptura sententia, & licet adsit Interpres, negandi tamen particula non obscure aliud quid infert. Manebimus tamen libros, nec temere corrigemus. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Barthio haec suspecta sunt. Puto, *tum spreta vigoris.* N. HEINSIUS. Marcilius ad Horat. Epod. V. legebat *non aspra vigoris*, pro *aspera.* quod non videtur admittendum. Mihi nondum vulgata lectio displicet, cujus hic sensus est: Neapolim, non quod dives esset, nec quod incolarum virtutem sperneret, potissimum ac prae aliis tentare statuit Hannibal, sed ut portum haberet, in quem secure naves, quae commeatum ac subsidia Karthagine subveherent, appellere possent. Et ita cepit etiam Dausquejus. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjiciebat *non laeta*, vel *non feta vigoris.*

v. 30. *Aequora, quae peteret*] *quos peteret* arbitror scripsisse Silium, ut ad τὸ *portus* referatur, quod paullo ante praecessit. N. HEINSIUS.

v. 31. *Nam molles urbi ritus & hospita Musis Otia*] *Nunc* Coloniensis. sic infra vers. 396.

——— *Rudiae genuere vetustae,*
Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.

Virgilius de Tenedo II. Aen. vers. 21.

Est in conspectu Tenedos, notissima famâ
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.

Puteaneus habet *Huc*, editio Parmensis *Hinc.* Posses & *Jam molles*, de quo supra vide ad lib. XI. vers. 40. Sed *Nunc* verum est; agit enim de suo tempore. De ritibus Parthenopes locus est mendosissimus apud Statium Ecloga ad uxorem silvarum tertio,

Quid laudem risus libertatemque Menandri,
Quam Romanus honos & Graeca licentia miscent?

ubi vetus codex, *Quid laudem litus?* Lege,

Quid laudem ritus, libertatemque theatri?

N. HEINSIUS. Oxonius etiam codex cum editionibus Marsi *Nunc molles*, quod recte asseruit Illustrissimus Heinsius, docens Silium ad sua tempora respexisse, quibus studia maxime Neapoli excolebantur. Ita Silio aequaevus Martial. Neapolim *doctam* vocat lib. V. Epigr. LXXVIII.

Et, quas docta Neapolis creavit,
Lento castaneae vapore tostae.

Eo respicit Petron. in Satyr. cap. V.

Sed sive armigerae rident Tritonidis arces,
Seu Lacedaemonio tellus habitata colono,
Sirenumve domus, det primos versibus annos.

id est, sive quis Athenas, sive Tarentum, sive Neapolim studiorum caussa secedat, primum à poësi auspicari debet. Male enim Gonsal. *Sirenum domus* de Sicilia interpretatur. Deinde cum studia inprimis otium requirant, ut hic etiam Silius innuit,

inde

Otia, & exemtum curis gravioribus aevum.
Sirenum dedit una suum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloïas: aequore cujus
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris caneret non prospera nautis.
Haec pone aggressus (nam frontem clauserat aequor)
Moenia, non ullas valuit perfringere Poenus
Tota mole vias, frustraque inglorius ausi
Pulsavit quatiens obstructas ariete portas.
Stabat Cannarum Graja ad munimina victor

Nequidquam

inde *otiosa Neapolis* dicitur Horat. Epod. v. vers. 43.

Et otiosa credit Neapolis.

Ovid. xv. Metam. vers. 711.

Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam

Parthenopen.

v. 33. *Sirenum dedit una suum & memorabile nomen Parthenope muris*] *suum memorabile nomen* scripti & editio Parmensis: sed *suis muris* opinor castigandum. N. HEINSIUS. Voculam *&* ignorant omnes ante Juntinam editiones, quam recte iterum ejecit vir Illustrissimus. Non male etiam *suis muris* ex conjectura reposuit, id est ejus, nempe Neapolis. Ita *suus* est apud Plaut. in Amph. act. III. scen. IV. vers. 19. *Sufferet suus servos poenas Sosia.* Cicero XI. ad fam. Epist. XI. *Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis suis animadverti.* Senec. I. controv. in praefat. *Nihil illo viro gravius, nihil suavius, nihil eloquentia sua dignius.* Plura de hoc reciproci usu contra Vallam disputarunt viri docti. Vide Sanctium lib. II. Minerv. cap. XI. & ad eum locum Celeberrimum Perizonium, Victor. ad Cicer. XII. ad Attic. Epist. XXVIII. Rittershus. ad Gunth. I. Ligur. vers. 452. Gifan. in Ind. Lucret. voce *Dispansus*, Barthium XII. Advers. cap. XIII. lib. LX. pag. 2934. ad Rutil. I. Itiner. vers. 292. & Munker. ad Hygin. fab. CXII. Sed & sensu alio *suis muris* capi potest, ut Neapolis dicatur urbs Parthenopes Sirenis, quae *suis muris*, seu suae urbi, ex se nomen imposuit. Certe Petron. loco modo laudato eam *Sirenum domum* vocat. De Neapoli plura vide apud Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. III. pag. 1147.

v. 34. *Aequore cujus Regnavere diu cantus*] Sirenas cantantes, easque praetervectum Ulixen, hic exprimi curavi ex Fabrett. ad Column. Traj. in addend. pag. ult.



In earum figuram autem latius inquirunt Claud. Nicasius in Differt. Gallica de Sirenib. pag. 64. & Broekhuf. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 69.

v. 38. *Non ullas valuit perfringere Poenus Tota mole vias*] Fortasse,

——— *non ulla valuit perfringere Poenus*
Tutas mole vias.

vel, *non ullas Tuta mole vias*: ut *molem tutam* vocet moenia oppidi. Sic de iisdem paullo post vers. 70. *Alpibus adstat Nimirum major moles.* & deinde vers. 108. *muri saxea moles Officii audenti.* N. HEINSIUS. Librarios indoctos frequenter voces *totus* & *tutus* turbasse novi: vide supra ad lib. X. vers. 312. vulgatam nihilominus scripturam hic sanam & integram puto. *Tota mole* est omni conatu ac molimine, totis viribus. Sic lib. XI. vers. 27.

Tota se sociis properarunt jungere mole.

Herculea moles, pro viribus Herculis, infra vers. 143:

Tradunt Herculea prostratos mole Gigantas
Tellurem injectam quatere.

v. 41. *Stabat Cannarum Graja ad munimina victor*] *Stare* Silio est haerere, non posse quidquam proficere. Mox vers. 69. *quis terminus, inquit, Antu*

Nequidquam, & cautae mentis consulta probabat
Eventu, qui post Dauni stagnantia regna
Sanguine Tarpeias ire abstinuisset ad arces.
En, qui nos segnes, & nescire addere cursum
Fatis jactastis, quod vobis scandere nuper
Non acie ex ipsa concessum moenia Romae;
Intrate, atque epulis promissas sede Tonantis
His, quae Graja manus defendit, reddite tectis.
Talia jactabat, famaeque pudore futurae,
Irritus incepta primus si absisteret urbe,
Audebat cuncta, atque acuebat fraudibus enses.

Sed

te urbes standi Grajas? & vers. 106.

—— *sed enim ductor numerabat inertes*
Atque actos sine Marte dies, & stare pudebat.

Neapolim *Graecam urbem* vocant Petronius, & nescio quis alius. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Sensus est, qui Romanos proelio ad Cannas vicerat, nunc ad Neapolim, urbem Graecam, id est imbellem & inertem, stare cogitur, ac nihil agendo tempus inutiliter terere. Per contemtum enim Silius Neapolim *Graeca munimina* vocat, & Romanis opponit. vide supra ad lib. III. vers. 78. Insuper, quamvis in hac ora Italiae plurima oppida à Graecis condita fuerint, & omnis regio *magnae Graeciae* nomen habuerit, proprie tamen Neapolis *Graeca urbs* dicta fuit. Vide Cluver. IV. Ital. Ant. cap. III. pag. 1149.

v. 48. *Epulis promissas sede Tonantis*] *aede* maluerim. N. HEINSIUS. Voces has alibi etiam librarii turbarunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 653. Vulgata tamen lectio hic bene se habet. *sedes Tonantis* enim notat aedem, templum Jovis, vel saltem montem Tarpejum, in quo ei templum conditum fuit. ita supra lib. X. vers. 433.

—— *Tarpeia, pater, qui templa secundam*
Incolis a coelo sedem.

lib. XI. vers. 85.

En ego progenies ejus, qui sede Tonantis
Expulit orantem.

lib. XII. vers. 517.

Et demigrantem Tarpeja sede Tonantem.

Cicer. I. de Divin. cap. XII.

Nam pater altitonans, stellanti nixus Olympo,
Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit sedibus ignem.

Statius IV. silv. II. vers. 20.

—— *stupet hoc vicina Tonantis*
Regia, teque pari laetantur sede locatum
Numina.

Vide Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. V. vers. 39.

v. 51. *Irritus incepta primus si absisteret urbe*] Offendit hoc aures criticas. In membranis opis alia non est, nisi quod scribitur *primis*. Mihi in vulgatis nihil intolerabile videtur. Poterat tamen videri, finales vocum literas permutasse librarium, & scribendum,

Irritus inceptis prima si absisteret urbe.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *primis* in Coloniensi & in Oxonio. Scribendum opinor, *Irritus incepti primi*, vel *prima urbe*. sic lib. VII. vers. 131.

Irritus incepti movet inde, atque Appula tardo
Arva Libys passu legit.

sic *vanus voti* lib. XII. vers. 261. Obsidio enim Parthenopes primum ejus anni inceptum Hannibali. Torsit in hoc loco, nec expedivit se Barthius. N. HEINSIUS. Dausquejus conjecit,

Irritus incepti primus si absisteret urbe;

vel *Irritus infessa*, vel *obsessa*. Sed malo cum Heinsio, *Irritus incepti primi*, vel *prima urbe*. Neapolis enim prima in Italia urbs erat, quam obsidione in potestatem suam redigere tentabat Hannibal. *Irritus incepti*, ut apud Nazar. Paneg. Constant. cap. II. *Certe cupitorum irriti non sumus.* Saxo Gramm. II. Hist. Dan. pag. 20. *Spicula, quae in eam conjecta fuerant, eluso mittentis conatu, laesionis irrita resultabant.*

v. 53. *Sed subitae muris flammae*] *è muris* praestiterit, etsi aliter in scriptis. N. HEINSIUS.

v. 53. *Totoque fluebant Aggeris anfractu tela*] An, *pluebant?* opinor. Statius VII. Theb. *stridentia fundo Saxa pluunt.* Sic *imber telorum* saepe apud poetas. *nimbus* apud nostrum passim. infra *nimbum telorum fundere per subitum.* Sic & *nubes*, & *nubila telorum.* N. HEINSIUS. Sic Gunther. IV. Ligur. vers. 96.

—— *missis bellum committitur hastis,*
Et levibus jaculis, &, quas pluit aura, sagittis.

& IX. Ligur. vers. 353.

Undique tela pluunt, balistae turbine raptus
Sibilat, & longis resonat stridoribus aer.

Simili locutione *imber*, *nimbus*, *grando telorum* & *lapidum* apud Silium aliosque frequenter occurrunt. Vide Columm. ad Enn. VIII. Annal. pag. 81. & Weitz. ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 262. Vox *pluere* autem nonnumquam negligentia librariorum in *fluere* abiit. vide N. Heinsium ad Nason. I. Metam. vers. 572. & Brockhus. ad Propert. lib. II. eleg. XVI. vers. 7.

v. 55.

Sed subitae muris flammae, totoque fluebant
Aggeris anfractu tela improvisa per auras.
Haud secus, occuluit saxi quos vertice fetus
Ales fulva Jovis, tacito si ad culmina nisu
Evasit serpens, terretque propinquus hiatu;
Illa, hostem rostro atque assuetis fulmina ferre
Unguibus incessens, nidi circumvolat orbem.
Tandem ad vicinos Cumarum vertere portus
Defessus subigit, varioque lacessere motu
Fortunam, & famae turbando obstare sinistrae.
Sed custos urbi Gracchus, tutela vel ipsis
Certior, arcebat, muris, iterumque sedere,

Portus

v. 55. *Occuluit saxi quos vertice fetus*] Puto, *saxi quae vertice*. N. HEINSIUS. Dausquejus emendat *saxi quum*, vel *cum*; pro quo olim *quom* exaratum fuisse putat, & inde *quos* natum esse.

v. 56. *Ales fulva Jovis.*] Non omnis aquila *Jovis ales*, dicebatur, sed ea, quae numquam carne, at semper herbis vescebatur. vide Aelian. in IX. Animal. cap. X.

v. 58. *Hostem rostro atque assuetis fulmina ferre Unguibus incessens*] Hinc Silio [lib. X. vers. 108. & XIII. vers. 841.] *armiger Jovis*, & poëtae Venusino dicitur; quod non vidit doctissimus ejus interpres. aquila enim, quia sola ictus fulminis immunis est, *ales fulminis minister*, & *armiger* poëtis dicta est. Vide Plin. lib. II. cap. LV. Unde & Pindarus in Pythiis aquilam in Jovis sceptro collocat, divinis versibus [Od. I. vers. 9.]

——— Εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις.

pro qua alii reges ciconias vulgo in sceptro gerebant, ut ex Aristophane didicisse me memini. D. HEINSIUS. Huc egregie facit locus Aeliani de Animal. II. cap. XL. Ζηλοτυπώτατος δὲ ἐν ζώοις αἰετὸς περὶ τὰ νόττια· ἐὰν γοῦν θεάσηταί τινα προσιόντα, ἀπελθεῖν ἀτιμώρητον οὐκ ἐπιτρέπει· παίει γὰρ τοῖς πτεροῖς αὐτὸν, καὶ τοῖς ὄνυξι λυμαίνεται, καὶ ἐπιτίθησιν ὡς πεφεισμένως τὴν δίκην· οὐ γὰρ χρῆται τῷ στόματι. *Aquila autem maximo studio erga pullos suos afficitur. quum enim quendam ad eos adeuntem conspicit, non sinit eum inultum abire: nam verberat illum alis, & lacerat unguibus, sed parce punit: non enim rostro utitur.* Quae ultima verba aperte contra Silium sunt, qui aquilam etiam rostro ad nidum subeuntem impetere dicit.

v. 61. *Defessus subigit.*] Emaculandum *Defessos subigit*. nam fessi erant Neapolim obsidere milites Poeni. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *subiit* Coloniensis. Scribendum *Defesso subiit. subiit*, succurrit, in mentem venit. *Defessos subigit* Barthius. N. HEINSIUS. Si *Defessos subigit* cum Barthio legas, *subigere* hic erit pro cogere, de qua vocis significatione supra vide ad lib. I. vers. 632. Sed malo cum Illustrissimo Heinsio ex membranis Coloniensibus emendare *Defesso subiit*, id est, succurrit, in mentem venit. Ita Nonius Marcellus τὸ *subiit* inter alia etiam *in memoriam reducitur* notare monet, laudato illo Maron. II. Aen. vers. 562. *subiit deserta Creüsa*. & ita alii.

v. 63. *Sed custos urbi Gracchus tutela, vel ipsis Certior arcebat muris*] Quod firmum est praesidium, murum vocant scriptores, ut ad Claudian. diximus. Silius vero etiam certiorem muris tutelam vocat Gracchum hoc loco, qui ita distinguendus,

Sed custos urbi Gracchus, tutela vel ipsis
Certior, arcebat, muris.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X.

v. 64. *Iterumque sedere Portis, atque aditus iterum sperare vetabat*] *Portus* Coloniensis. si quid video, scripserat Silius,

——— *iterumque sedere*
Ad portas, aditusque iterum sperare vetabat.

Paullo ante distinguendum, *Gracchus, tutela vel ipsis muris certior.* Possis etiam, *sedere Ad portus, aditusque:* quod propius accedit ad Coloniensis libri scripturam. *portus traxere ducem* de Neapoli supra habuimus. *Sedere ad Trebiam*, & similia, in Livio frequenter occurrunt. lib. XXII. *Id horreum fuit praesidio Poenis sedentibus ad Trebiam.* lib. XXIII. Hannibal: *Eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sedebo?* lib. XXVI. cap. XI. *Quod cum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet.* Valer. Flacc. lib. II. vers. 370.

Urbe sedent laeti Minyae, viduisque vacantes
Indulgent thalamis.

Sidon. in Paneg. Anthemii vers. 512.

Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.

Propert. lib. IV. eleg. V.

O utinam ad vestros sedeam captiva penates.

Auctor elegiae in obitum Maecenatis vers. 50.

Omnia victores, Marte sedente, decent.

Vide Interpretem ad lib. III. vers. 142. Hinc emendandus Cicero XVI. ad Famil. epist. XXIV. *Scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. Puto utrumque ad aquas sedere.* ita scribo; nam optimi codices, *ad aquas. sed.* Forsan

Hunc etiam mater, tota comitante ſororum
Aonidum turba, mater mirata canentem.
Non illo Pangaea juga aut Mavortius Haemus,
Non illo modulante ſonos ſtetit ultima Thrace:
Cum ſilvis venere ferae, cum montibus amnes.
Immemor & dulcis nidi, poſitoque volatu
Non mota volucris captiva pependit in aethra.
Quin etiam Pagaſaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis, pontoque intrare negarent,
Ad puppim ſacrae, cithara eliciente, carinae
Adductum cantu venit mare. pallida regna

Biſtonius

hoc eſt, merito. Interpres hic ſplendide nugatur. vide annotata lib. VI. verſ. 444. *Emerito ſeclo* editio Parmenſis. N. HEINSIUS. *Emerito ſeclo* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Dauſquejus *Emerito plectro* exponit à cantu feriato, eodem modo, ut *emeriti milites* dicuntur militiae munere jam vacantes. Sed malim cum viris doctis *Emerito coelo* ex libris ſcriptis legere, & exponere merito, bene promerito. vide ſupra ad lib. VII. verſ. 19.

v. 468. *Modulante ſonos*] *moderante* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 469. *Cum ſilvis venere ferae* &c.] Elegantiſſime Orphei fabulam deſcripſit Ovid. X. Metam. & initio XI. Eadem, quae Orpheo, Ovidius etiam Canenti, regis Pici uxori, tribuit XIV. Metam. verſ. 337.

Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi,
Unde Canens dicta eſt: ſilvas & ſaxa movere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, volucreſque vagas retinere ſolebat.

v. 472. *Quin etiam Pagaſaea ratis*] Perperam codex Putean. cum editione Parmenſi *Pegaſea ratis.* ſimili errore *Pegaſaeus Jaſon*, pro *Pagaſaeus*, olim fuit apud Naſon. Epiſt. XVI. Heroid. verſ. 345. ubi vide N. Heinſium. male etiam in Romana principe & Mediolan. editione eſt *Pangea ratis.*

v. 473. *Cognita terrigenis, pontoque intrare negaret*] In ſcriptis & editionibus priſcis,

Cognita terrenae pontoque intrare negarent.

Lege,

—— cum caerula nondum
Cognitum iter terris, pontoque intrare negarent.

Valer. Flacc. lib. I. verſ. 632. *linquite, terrae, Spem pelagi. ponto intrare*, ut lib. IX. verſ. 289. ex vetuſtis membranis, *diſcordia demens Intravit coelo.* lib. XIII. verſ. 434. *Portiſque intrarant Poeni.* lib. XIII. verſ. 814. ex vetuſtiſſimo codice,

Intravitque caſae, culmique è ſtramine fultum
Preſſit laeta torum.

non, *Luſtravitque caſam.* lib. XII. verſ. 493.

—— unaque negari
Intraviſſe ſibi, Capuaeque irrumpere cernit.

ſic ibi caſtigandum. lib. XIV. verſ. 551. *Vulneribus patulis intras mare.* Quid autem ſi, pro *terrigenis*, *terrenis* legamus? Lucan. lib. VI. verſ. 401.

Prima fretum ſcindens Pagaſaeo litore pinus
Terrenum ignotas hominem projecit in undas.

Rutil. in Itin. lib. I. verſ. 333.

Plurima terreno populaverat aequora bello
Contra naturam claſſe timendus eques.

Paullinus Geſtidio, *Injuria quidem eſt, patrifamilias maritimis deliciis abundanti terrenum aliquid & agreſte praebere.* Colum. in Praefat. librorum de RR. *An bellum peroſis maris & negotiationis alea ſit optabilior, ut, rupto naturae foedere, terreſtre animal homo, ventorum & maris objectus irae, ſe fluctibus audeat credere.* Auſonius,

Quadrupedum & volucrum, vel cum terrena marinis
Monſtra admiſcentur.

Claudian. in Apono verſ. 89.

Felices, proprium qui te meruere, coloni,
Fas quibus eſt Aponon juris habere ſui.
Non illis terrena lues, corrupta nec Auſtri
Flamina, nec ſaevo Sirius igne nocet.

idem III. de Laudib. Stilic. verſ. 360.

Cunctaque proſiliunt cete, terrenaque Nereus
Confert monſtra ſuis.

in IV. Conſul. Honor. de Phaëtonte,

—— dum flammea coeli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis.

Horat. lib. IV. od. XI.

—— ales
Pegaſus terrenum equitem gravatus
Bellerophontem.

terrigenae tamen pro hominibus bis apud Lucretium occurrit. N. HEINSIUS. In Romana principe & Mediolanenſi editione eſt *Tyrrhenae*, pro *terrigenis*, & *intrare negarent*, pro *negaret.* Si Illuſtriſſimi Heinſii conjecturam recipimus, ſermo erit ἀνακόλουθος; nihil enim eſt, ad quod τὸ *Pagaſaea ratis* referri debet: ut Silius, dum hanc periodum inciperet, aliter ſcribere in animo habuerit, aliter vero ſcripſerit. Similes locutiones, ſeu verius vitia & ſoloeciſmi, optimis etiam ſcriptoribus interdum exciderunt. Cicer. Act. I. in Verr. cap. IX. *Siculos ſane in eo liberos fuiſſe, qui, quamobrem arceſſerentur cum intelligerent, non veniſſe.* Ad quem locum ita Aſconius,

ſane

Bistonius vates flammisque Acheronta sonantem
Placavit plectro, & fixit revolubile saxum:
O dirae Ciconum matres, Geticique furores,
Et damnata Deis Rhodope! tulit ora revulsa
In pontum, ripis utrimque sequentibus, Hebrus.
Tum quoque, cum rapidi caput a cervice recisum
Portarent fluctus, subito emicuere per undas
Ad murmur cete toto exsultantia ponto.
Sic tum Pierius bellis durata virorum
Pectora Castalio frangebat carmine Teuthras.

Interea

Sane & hic, & in primo capite Verrinarum, animadvertitur inconsequens oratio, similisque soloecismi, siquidem non venisse *legerit: nam si* non venissent *legerit, error non erit.* Sed aliter illi loco consuluerunt Gronov. I. Observ. cap. XII. & Graevius in notis. Hirtius de bell. Afric. cap. XXV. *Dum haec ita fierent, Rex Juba, cognitis Caesaris difficultatibus, copiarumque paucitate, non est visum dari spatium convalescendi.* ubi vide Davisium, & ad Caesar. I. de bell. Gallico cap. XVIII. Posses etiam minima mutatione apud Silium legere,

Quin etiam, Pagasaea ratis cum caerula nondum
Cognita terrigenis pontumque intrare negaret.

quamvis inconcinnius videatur, *caerula* & *pontum*, unum & idem significantia, jungi: sed ita Silius & alibi solet. *intrare* autem aeque quartum, quam tertium, casum post se recipit. vide infra ad lib. XIV. vers. 392. Nec displicet etiam, quod Celeberrimo Burmanno in mentem venit, & ad vulgatam lectionem quam proxime accedit,

Quin etiam Pagasaea ratis, cum caerula nondum
Cognita terrigenis pontumque intrare negaret,
Ad puppim sacrae, cithara eliciente, carinae
Adductum cantu vidit mare.

Atque ita etiam omnia optime cohaerent. τὸ *venire* autem & *videre* in MStis non raro commutantur. Si quis tamen, ut propius ad lectionem scriptorum codicum accedat, *terrenis*, pro *terrigenis*, malit, non adversabor. *terrigena* enim, licet interdum pro homine ponatur, frequentius tamen pro serpente vel gigante, qui speciatim è terra nati finguntur, sumi solet. de serpente supra est lib. VI. vers. 252.

—— furit ilicet ira
Terrigena impatiens dare terga, novusque dolori.

de gigantibus lib. IX. vers. 305.

Phlegraeis quantas effudit ad aethera voces
Terrigena in campis exercitus.

apud Valer. Flacc. lib. II. vers. 17.

—— immania monstra
Terrigenûm coelo quondam adversata gigantum.

v. 475. *Adductum cantu venit mare*] Refert is, qui sub Orphei nomine Argonautica edidit, vers. 231. & sequentibus, navem Argo, cum nimio pondere depressa harenae inhaereret, & ab Argonautis in pontum deduci non posset, ad cantum Orphei sponte in mare desiluisse. Mare cantu adductum ad navem Argo refert etiam Statius v. Theb. vers. 340.

Ast ubi suspensis siluerunt aequora tonsis,
Mitior & senibus cygnis & pectine Phoebi
Vox media de puppe venit: mare ipsa carinae
Accedunt.

v. 476. *Bistonios vates*] *Bistonius* ex scriptis ac vetustis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 480. *Ripis utrimque sequentibus*] *utraque sequentibus* eleganter scripti. N. HEINSIUS. Olim putabam *ripis querentibus*. nam ita Ovid. XI. Metam. vers. 50.

—— caput, Hebre, lyramque
Excipis; &, (mirum!) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.

Sed nunc nihil muto. ripae, sive arbores & ferae in ripis, sequebantur decisum Orphei caput, secundo flumine in mare labens.

v. 485. *Frangebat carmine Teuthras*] Et haec a Graecis oriunda est elegantia, qui molles effeminatosque modos motusque κατεκλασμένους, id est, fracta carmina, & musicam mollem κατεαγυῖαν dicunt. Plutarch. in lib. de Musica [p. m. 1138.] Δῆλον οὖν, ὅτι οἱ παλαιοὶ, οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν ἀπείχοντο τῶν κατεκλασμένων μελῶν. & supra [p. m. 1136.] Ἐχρήσαντο δ' αὐτῇ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν. οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης, καὶ θεσπεσίας, καὶ θεοῖς φίλης, κατεαγυῖαν καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα &c. Opponit ergo τὴν κατεαγυῖαν μουσικὴν τῇ ἀνδρώδει. *frangebat* igitur apud Silium recte, ἐθήλυνε: nam θῆλυς ἀοιδὴ est ἡ κατεαγυῖα. Tales erant Jonici illi modi, κατεκλασμένοι nimirum, & ἀσελγεῖς, & οἱ τὰ Ἰωνικὰ συνείροντες Cinaedi Luciano, & effeminati, fractique homines. In utramque autem partem multum ταῖς ἐπαοιδαῖς tribuebant antiqui, unde Sophocles ἐπᾴδεσθαι τὴν φύσιν, pro frangi & emolliri, sed in bonam partem, dixit: Ἀλλὰ νουθετούμενοι φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν. ubi ἐπῳδαὶ sunt παρηγορίαι & admonitiones, quae ferum & agrestem animum emolliunt & liquefaciunt. Summae elegantiae haec. D. HEINSIUS.

v. 486.

Interea placida attulerant jam flamina terris
Magonem Libycis. lauro redimita subibat
Optatos puppis portus, pelagoque micabant
Captiva arma procul celsa fulgentia prora.
At, patulo surgens jam dudum ex aequore, late
Nauticus implebat resonantia litora clamor,
Et, simul adductis percussa ad pectora tonsis,
Centeno fractus spumabat verbere pontus.
Nec lentum in medios rapienda ad gaudia vulgus
Procurrit fluctus, elataque turba favore
Certatim ingenti celebrant nova gaudia plausu.
Aequatur rector Divis. illum undique matres,
Illum turba minor moniti gaudere nepotes,
Et senior manus, & juxta populusque, Patresque,
Mactatis Superûm dignantur honore juvencis.
Sic patriam Mago & portas ingressus ovantes
Fraternae laudis fama. ruit inde Senatus,
Et multo Patrum stipatur curia coetu.
Tum, Divos veneratus avûm de more vetusto,

Martem,

v. 486. *Interea placida attulerant jam flamina terris Magonem Libycis*] An, *appulerant?* forte etiam *placita flamina*. N. HEINSIUS. *placida flamina* sunt lenia, quae etiam adversa esse, & Magonis iter impedire poterant: quare haud male Heinsius *placita flamina* conjicit, id est, secunda, quae Magoni properanti placebant. Saepe ita peccasse librarios supra docui ad lib. I. vers. 11. Nec ejusdem Heinsii *appulerant*, pro *attulerant*, improbo. Saepe hae voces olim confundebantur in libris priscis. vide ad lib. IX. vers. 396. potest tamen & vulgatum *attulerant* tueri.

v. 487. *Lauro redimita subibat Optatos puppis portus*] Cave has nauticas coronas cum iis confundas, de quibus Maro lib. IV.

Puppibus & laeti nautae imposuere coronam.

Sed obiter prorae coronandae morem observa, lauro triumphi, olea pacis tempore; de prora enim haec sumenda & tutela navis, quam coronabant & in triumpho, & in pace. de altero hic apud Silium, de altero apud Petronium. *Stante ergo utraque acie, cum appareret futurum non tralaticium bellum, aegre expugnavit gubernator, ut, caduceatoris more Tryphaena inducias faceret. Data ergo acceptaque patrio more fide, protendit ramum oleae a tutela navigii raptum.* De tutela autem infra agemus. D. HEINSIUS. Lauro navis redimita erat in signum victoriae, quam Karthaginienses de Romanis ad Cannas reportarant. Vitruv. lib. II. cap. VIII. *Rhodii autem cum prospexissent suas naves laureatas venire, opinantes cives victores reverti, hostes receperunt.*

v. 490. *At patulo surgens jam dudum ex aequore*] Sic scripti & editio Gryphii, non *& aequore*. N. HEINSIUS. Non solum otiosa est copula *&*, verum etiam in leges metricas peccat. τὸ *&* habet etiam editio Ph. Nutii, & Dausquejus probavit.

v. 491. *Nauticus implebat* &c.] Intellige celeusma, quo nautae, qui huc usque prospero & placito vento usi velis navigarant, jubentur remis insurgere. vide Cerdam ad Maron. VIII. Aen. vers. 90. ubi & alium locum Maronis laudat ex III. Aen. vers. 128.

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

De celeusmate supra vide ad lib. VI. vers. 361.

v. 496. *Celebrant nova gaudia plausu*] *celebrat* Coloniensis. N. HEINSIUS. *celebrat* etiam membranae Oxonienses.

v. 498. *Moniti laudare nepotes*] *gaudere nepotes* in scriptis & vetustis editionibus. eleganter. tale est illud Lucan. lib. VII. vers. 38.

Te mixto flessent luctu juvenesque, senesque,
Injussusque puer.

Hoc vult, tantum omnibus ex morte Pompeji luctum fuisse, ut etiam pueri ultro plorarent; qui alioqui ad lacrimas in luctu minore a parentibus nutricibusve impelluntur, & monendi sunt, ut lugeant, quia nec caussam luctus intelligunt, & proinde sensum ejus non habent. vide, quae annotamus ad illa Martialis, *jussae prosiliunt lacrimae*. Statius Theb. X.

Flent pueri, & flendi nequeunt cognoscere caussas
Attoniti, & tantum matrum lamenta timentes.

Vir maximus, qui in Lucano corrigebat *Investisque puer*, non est assecutus vim & elegantiam ejus vocis. N. HEINSIUS. In editione Basileensi primum *laudare* vulgatum est, quae lectio postea nonnullis aliis editionibus irrepsit, quas Dausquejus & Cellarius sequi non debuerant. Optime autem Illustrissimus

Martem, ait, egregium & fractas, quîs Itala tellus
Nitebatur, opes, pars ipse haud parva laborum,
Nuntio. pugnatum Superis in vota secundis.
Est locus, Aetoli signat quem gloria regis,
Possessus quondam prisca inter secula Dauno:
Humentes rapido circumdat gurgite campos
Aufidus, & stagnis intercipit arva refusis;
Mox fluctus ferit Hadriacos, magnoque fragore
Cedentem impellit retrorsus in aequora pontum.
Hic Varro & magnum Latia inter nomina Paullus
Nomen, quîs rerum ducibus permissa potestas,
Vix dum depulsa nigrae caligine noctis,
Invadunt campum, & late fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem surgentis Eoï.
Nos contra (nam germanum furor acer agebat
Optatae pugnae) castris cita signa movemus.
Intremit & tellus, & pulsus mugit Olympus.
Hic fluvium & campos abscondit caede virorum
Ductor, quo numquam majorem ad bella tulerunt

Rectorem

simus Heinsius vocem *moniti* illustravit. Eo pertinet illud Andromachae apud Senec. in Troad. vers. 716.

Si tua nondum funera sentis,
Matris fletus imitare tuae.

de voce *jussus* similia supra vide ad lib. IX. vers. 504.

v. 505. *Martem agit egregium*] *ait* ex scriptis & vetustis editionibus. N. HEINSIUS. Solus est Colinaeus, qui operarum haud dubie errore *agit* edidit, quem nimis secure Dausquejus secutus est.

v. 506. *Pars ipse haud parva laborum*] Exprimit illa Maronis II. Aen. vers. 5.

- - - quaeque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

v. 510. *Humentes rapido circumdat gurgite campos*] MS. Oxon. *Viventes.* vide ad lib. VIII. vers. 460. BARTHIUS lib. I. Adverf. cap. V. *Uventes* malim, de quo ad Nason. III. Amor. eleg V. vers. 6. nam in Oxonio *Viventis.* neque aliter Barthius. vide notas ad lib. III. vers. 522. N. HEINSIUS. Omissa solum aspiratione *Umentes* in codice Coloniensi: quarenihil muto. infra lib. XIV. vers. 369.

Navali claudens humentem indagine campum.

Tacit. III. Histor. cap. I. *Ceterum propinqua hieme, & humensibus Pado campis expeditum agmen incedere.* Eodem modo *humus, tellus, litus* aliaque *humere* passim dicuntur. Priscian. VI. Gramm. p. m. 206. laudat illud ex Livii Andronici Adone, *Humum humidam pedibus fodit.* & ex Gracchi Thyest. *Mersit sequentis humidum plantis humum.* Ovid. V. Metam. vers. 390.

Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.

ubi Nic. Heinsius *humus uvida* malebat, nullius tamen codicis auctoritate emendationem suam in notis firmavit. Statius V. Theb. vers. 367.

Diripiuntque fretum, nigris redit humida tellus
Vorticibus.

Auson. in Mosella vers. 53.

Hic solidae sternunt humentia litora harenae.

& ita alibi saepe. vide supra ad lib. IX. vers. 30.

v. 513. *Cedentem impellit retrorsum in aequora pontum*] Membranae *retrorsus.* verissime. BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. *retrorsus* ex scriptis. alterum ferri non potest. vidit & Barthius. N. HEINSIUS.

v. 514. *Et magnum Latia inter nomina Paullus Nomen*] Forte, *magnum Lumen.* N. HEINSIUS. Vulgatum bene se habet. nam in repetitionibus similibus frequenter ludunt poëtae. Ovid. VI. Fastor. vers. 26.

Junius a nostro nomine nomen habet.

idem II. Metam. vers. 604.

- - - & illa suo toties cum pectore juncta
Indevitato trajecit pectora telo.

& XV. Metam. vers. 30.

Candidus Oceano nitidum caput abdiderat sol,
Et caput extulerat densissima sidereum nox.

Senec. in Troad. vers. 732.

Jacet ante pedes non minor illo
Supplice supplex, vitamque petit.

Sidon. Apollin. carm. I. vers. 3.

Certavere suum venerari numina numen.

& vers. 6.

Laudavitque sono fulmina fulmineo.

atque ita alibi non raro.

v. 521. *Intremuit tellus*] *Intremit & tellus* scripti. rectius. N. HEINSIUS.

v. 522. *Fluvium & campos abscondit strage virorum*]

Rectorem terrae. vidi, cum turbine faevo
Ausonia & sonitu bellantis fusa per agros
Uni terga daret. vidi, cum Varro citato
Auferretur equo, projectis degener armis.
Quin & magnanimum, perfosso corpore telis,
Strage super sociûm vidi te, Paulle, cadentem.
Aegates ille & servilia foedera larga
Ultus caede dies: non plus optasse liceret,
Quam tum concessit dexter Deus. altera jam lux
Si talis redeat, populis sis omnibus una
Tum, Karthago, caput, terrasque colare per omnes.
Testes hi stragis, quos signum illustre superbis
Mos laeva gestare viris. tum funditur ante

Ora

rum] *caede* iidem scripti. diximus lib. III. vers. 618. potest & vulgatum ferri. N. HEINSIUS. Perperam priscae editiones *accendit* habent. nam *abscondit*, ut apud Lucan. lib. VII. vers. 794.

- - - juvat Aemathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub caede latentes.

Quinctil. Declam. III. pag. 45. *Strage nostrorum campi latent.* Auctor de excid. Hierosolym. qui vulgo Hegesippus dicitur, lib. v. cap. XLVI. *Scientes & ad bellum parati campos terrarum corporibus suis texere, ac proprio sanguine repleverunt.* Deinde eaedem editiones *caede virorum* habent, quod primus Nicander in Juntina in *strage* corrupit. supra vers. 137.

- - - ut caede referta
Clauserit Eridani ductor vada.

lib. v. vers. 665.

- - - sic densi caedis acervo,
Ceu cumulo, texere virum.

lib. VI. vers. 602.

- - - Tyrrhenas sternere valles
Caedibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit.

& ita passim Silius.

v. 525. *Sonitu bellantis fusa per agros*] Malim *tonitru bellantis.* lib. XIII. vers. 10.

Armorum tonitru concussa est Daunia tellus.

lib. XII. vers. 300. *Dum bellum tonat.* Statius III. Theb.

Armorum tonitru simul & trepidantia corda
Armat amore sui.

Vel *tonitru bellantis. bellantem somnum* alibi habemus. N. HEINSIUS. Silius lib. I. vers. 435.

—— flagrantia bella
Cornipedum afflatu tonat & stridoribus axis.

ita illo loco ex priscis editionibus legendum. lib. IV. vers. 254.

—— saevisque virum circumtonat armis.

lib. IX. vers. 423.

Ingentis clipei tonitru praenuntiat iram.

lib. XIV. vers. 299.

Aggreditur muros, atque armis intonat urbi.

Statius III. Theb. vers. 422.

Taenariumque cacumen Apollineasque Therapnas
Armorum tonitru ferit.

Pseudo-Egesippus lib. v. excid. Hierosol. cap. XLVI. *Nos Hannibalem inequitantem fluminibus vicimus atque intonantem undis.* Voces *sonitus* & *tonitru*, ac *sonare* & *tonare* librarii interdum permiscuerunt. Vide Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. XV. vers. 40.

v. 529. *Stare super socium*]. Non dubium, emaculandum *Strage super sociûm*, ut conjectura emaculavit Dausquejus, quamvis omnes libri contra sint. Sed quid sunt libri, ubi bona ratio malae scripturae praevalet? BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *Strage* omnino scribendum, quidquid obstant membranae veteres, uti jam monuimus lib. X. vers. 587. idque jam vidit Interpres & Interpreti subscribens Barthius. N. HEINSIUS. Recte viri docti *Strage super sociûm.* apprime huc facit locus Silii lib. VII. vers. 622. *in terga refertur, Strage super sociûm lapsus.* & lib. X. vers. 505.

—— permixta ruina
Inter & arma virûm, & lacerata cadavera, Paulli
Eruerant corpus media de strage jacentum.

v. 532. *Quantum concessit dexter Deus*] Legere malim cum MS. *Quam tum concessit.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *Quam tum* bene Modius, & post illum Interpres. N. HEINSIUS.

v. 533. *Si redeat, populis certe sis omnibus*] Legere malim cum MSto, *Si talis redeat, populis sis omnibus. certe* illud mirarer, unde huc irrepserit, nisi temeritatem correctorum notam nimis haberem. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *Si talis redeat, populis sis omnibus* bene idem Modius cum Coloniensi. Scribe & mox ex Aldino codice & Gryphii *colare*, pro *colere.* N. HEINSIUS.

v. 535. *Quos signum illustre superbis Mos laeva gestare viris*] Idem infra. Bene haec in libris de Civitate Dei assecutus est Augustinus. At laeva manu

Ora admirantum praefulgens annulus auro;
Datque fidem verbis haud parvo insignis acervo.
Hinc iterum repetens: Restat nunc sedibus imis
Vertenda atque aequanda solo jam subruta Roma.
Annitamur, ait, vires refovere tot haustas
Casibus, ut pateant non parca aeraria dextris,
Quas emimus bello. desit jam belua, tristis
Ausoniis terror: necnon alimenta fatigant.
Atque ea dum memorat, torvo conversus in ora
Hannonis vultu, quem gliscens gloria pravum
Ductoris studio jam dudum agitabat acerbo.
Jamne tibi dextras inceptaque nostra probamus?
Jam fas Dardanio me non servire colono?

Anne

nu quod ait eos gestasse illustres apud Romanos, vel ex Tranquillo notum, qui de C. Caesare, *Nam cum alloquendo, exhortandoque saepius digitum laevae manus ostentans affirmarit, se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, annulum quoque detracturum sibi: extrema concio* &c. D. HEINSIUS.

v. 537. *Praefulgens annulus auro*] *perfulgens* in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. IV. vers. 498.

—— multusque in imagine claris
Praefulgebat avus titulis, bellique domique.

lib. V. vers. 263.

— patrio nec regia quondam
Praefulgens ebore, & possessa mapalia soli
Profuerunt.

lib. XVII. vers. 396.

Ibat Ag[illegible]reus praefulgens ductor in ostro.

Similiter autem alibi saepe errarunt librarii. vide supra ad lib. VI. vers. 43.

v. 539. *Restat nunc sedibus imis*] *restetne* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 541. *Annitamur, ait, vires refovete tot haustas Casibus*] Scribendum *refovere* vel invitis membranis. *Annitamur refovere.* N. HEINSIUS. *refovere* in Parmensi editione esse, ad oram Silii adscripsit Illustrissimus Heinsius. Atque ita sensus requirit.

v. 542. *Et pateant non parca aeraria dextris, Quas emimus bellis*] Fateor, me non satis bene intelligere haec. Interpretor quidem militibus, quorum operam aere conducimus; sed acutius aliquid subesse suspicio est. In libro Oxoniensi nulla variatio, nisi quod *bello* scribitur. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Haeret in hoc loco Barthius; at Gronovius Diatribes Statianae cap. XL. recte monuit, dextras militares esse intelligendas, idque plurimis exemplis illic confirmat. Valer. Max. lib. VII. cap. VI. *Divi Julii exercitus, id est, invicti ducis invicta dextera. ut pateant* Coloniensis, & *Quas emimus bello*, non *bellis. bello* etiam Oxonius. *patere* ut supra hoc libro vers. 265.

Quot bello pateant argenti aurique talenta,

de aerario Capuano. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *ut pateant* ex Coloniensi revocavit. voculae *et* & *ut* haud raro permutantur errore librariorum. vide supra ad lib. V. vers. 217. Recte etiam *dextris* exposuit militibus. vide infra ad lib. XIV. vers. 239.

v. 543. *Desit jam belua, tristis Ausoniis terror*] Quem non offendat *τὸ tristis*? in libris veterrimis nihil omnino est praesidii. Scribo tamen, *desit jam belua, castris Ausoniis terror.* Supra lib. X. *clipeus Nomadum terror.* Simile mendum inhaeret Senecae Octaviae vers. 486. N. HEINSIUS. Ita hoc loco legendum olim jam monuit Heinsius apud virum maximum J. G. Graevium ad Flori lib. II. cap. VI. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus scribendum conjicit *belua cristis Ausoniis terror.* ut enim cristae ad terrorem incutiendum galeae imponebantur, unde *galeae minaces*, aliaque apud poetas passim; ita acute nunc Silium dixisse putat, elephantes ipsis illis cristis, seu militibus cristatis, terribiles fuisse. Sed si hoc minus placet, vulgatum retinebat, ut *tristis terror* sit letifer, ut centies alibi. Pro *desit* autem sollemni errore scriba codicis Oxoniensis *dejit* dedit. vide supra ad lib. IX. vers. 337.

v. 544. *Alimenta fatigant*] Celeberrimus Burmannus emendabat *fatiscunt*, id est, deficiunt.

v. 547. *Ductoris studio*] *Ductori* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 548. *Jamque tibi dextras* &c.] Non commendabo emendationem hujus loci verbis: tantum ajo, totum eum ex membranis ita legendum,

Jamne tibi dextras inceptaque nostra probamus &c.
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis
Infelix muta: dextra en, en dextera, quam tu &c.
Qui ne mutatum vanis absistere credat,
Nunc pacem orandam, nunc &c.

Cur quaeque mutaverim, ita in aperto est, ut, si pluribus eorum rationem reddere tentem, nugas

 agam,

Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Invidiae nigroque undantia pectora felle,
Tandem tot titulis totque exorata tropaeis,
Infelix muta. dextra en, en dextera, quam tu
Aeneadis lacerare dabas, & litora, & amnes,
Et stagna, & latos implevit sanguine campos.
Haec Mago, atque animos favor haud obscurus alebat.
Cui, simul invidia atque ira stimulantibus, Hanno:
Talia vesani juvenis convicia miror
Haud equidem: tumet ingenio, fraternaque corda
Non tarde agnoscas & virus futile linguae.
Quin, ne mutatum vanis absistere credat,
Nunc pacem orandum, nunc improba foedere rupto
Arma reponendum, & bellum exitiale cavendum
Auctor ego. atque adeo vosmet perpendite, quaeso,
Quid ferat: haud aliud nobis censere relictum est.
Tela, viros, aurum, classes, alimenta precatur,
Belligerámque feram. victus non plura dedissem.

Sanguine

agam, meoque otio & aliorum patientia abuti voluisse merito in suspicionem venire possim. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. Bene Modius *Jamne tibi dextras*, pro *Jamque*: & *totque exorata tropaeis*, pro *exornata*; & *dextra en, en dextera*, pro *dextra haec*. quae omnia Coloniensis liber optimus suggessit. *dextra en* etiam in Oxonio, quod Barthius jam monuit. N. HEINSIUS. *τὸ Jamne tibi*, pro *Jamque tibi*, etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum erat.

v. 550. *Anne iterum Hannibalem dedi placet?*] Turbatos esse hos versus, neminem puto esse, quin animadvertat: nam versum illum quo referemus?

Tandem tot titulis, totque exornata tropaeis.

Non dubito ego, quin transpositio optime mederi huic loco possit hunc in modum:

Anne iterum Hannibalem dedi placet? atra veneno
Invidiae nigroque undantia pectora felle
Infelix musa: dextra haec, en dextera, quam tu
Aeneadis lacerare dabas, & litora, & amnes,
Tandem tot titulis totque exornata Tropaeis,
Et stagna, & latos implevit sanguine campos.

Optime, nec dubito. D. HEINSIUS.

v. 552. *Tandem tot titulis totque exornata tropaeis*] D. Heinsii conjecturam, qui transpositione hunc locum se sanare putabat, recte improbat Dausquejus; male tamen pro vulgata scriptura digladiatur, cum optime Modius ex Coloniensibus membranis *exorata tropaeis* emendarit, quod merito postea Illustrissimo Heinsio placuit, tam hic in notis, quam etiam ad Claud. II. de laudib. Stilic. vers. 23. Similem lectionum diversitatem observavit etiam Brockhus. apud Propert. lib. IV. eleg. V. vers. 19.

v. 553. *Dextra haec, en dextera*] Melior scripta lectio, *dextra en, en dextera*. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X.

v. 555. *Et latos implevit sanguine campos*] An *Latios*, hoc est, Italos? ut infra vers. 568.

Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros.

N. HEINSIUS. Saepe librarii voces *latus* & *Latius* inter se commutarunt. vide infra ad lib. XVII. vers. 433. hic tamen nihil mutandum existimo. *lati campi*, ut supra lib. I. vers. 297. *latos quatit agmine campos*. lib. VI. vers. 644.

——— *latis*
Projecta in campis nebulas exhalat inertes.

lib. XVI. vers. 254.

——— *latis proavita potentia campis*
Amplius attulerint decoris.

lib. XVII. vers. 384.

——— *miscebat latis fera proelia campis.*

de campis Cannensibus lib. VIII. vers. 310.

——— *jam latis obvia, credo,*
Stat campis acies, exspectaturque sub ictu.

& passim alibi.

v. 556. *Animos favor haud obscurus habebat*] Lectio prisci codicis *alebat*. alebat animos Magoni haud obscurus Patrum favor. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *alebat* scripti. optime atque elegantissime. ex Oxonio id jam protulit Barthius. *nutriri favore* supra habuimus. N. HEINSIUS. *nutriri favore* etiam ussia est lib. XII. vers. 375.

Cetera propensae Cereris nutrita favore.

Ut *alere*, sic etiam *augere animos* Silius dixit ibid. vers. 379. *appulsis animos auxere carinis.* Similem lectionum diversitatem N. Heinsius ex MStis observavit apud Nason. III. ex Pont. Epist. III. vers.

Sanguine Dardanio Rutulos saturavimus agros,
Et jacet in campis Latium. deponere curas
Tandem ergo, bone, da, victor, liceatque sedere
In patria; liceat non exhaurire rapacis
Impensis belli vacuatos saepe penates.
Nunc en, nunc, inquam, (falsa ut praesagia nostra
Sint, oro, mensque augurio ludatur inani)
Haud procul est funesta dies. atrocia novi
Corda, ac prospicio natas e cladibus iras.
Vos ego, vos metuo, Cannae. submittite signa,
Atque adeo tentate, agedum, ac deposcite pacem:
Non dabitur. parat ille dolor (mihi credite) majus
Exitium accepto: citiusque haec foedera victor,
Quam victus, dabit. atque adeo, qui tanta superbo
Facta sonas ore, & spumanti turbine perflas
Ignorantum aures, dic, en, germanus in armis
Ille tuus par Gradivo, per secula tellus
Cui similem numquam ductorem in bella creavit,

Moenia

vers. 7.

v. 560. *Virus futile linguae*] Silius lib. II. vers. 288.

Ingenitum noscens virus flatusque paternos.

Appul. in Apol. pag. 275. *Ferinae solent linguae suae virus alieno dolori locare.*

v. 561. *Quine mutatum*] *Quin* recte Veneta editio Marsi. tum *credat*, pro *credas*, cum Coloniensi Modius. N. HEINSIUS.

v. 562. *Nunc pacem orandam*] *orandum* ex Coloniensi idem Modius: cui emendationi non tantum jure subscribit Gronovius Observationum I. cap. VII. sed & in proxime sequentibus corrigit *Arma reponendum*, idque ex vestigiis vetustorum codicum. neque aliter editio Parmensis. optime. N. HEINSIUS. Optime *orandum* & *reponendum*, pro *orandam* & *reponenda*, viri summi vindicarunt, quod postremum etiam praefert editio Romana princeps & Mediolanensis. Sic infra ex libris scriptis emendatum lib. XV. vers. 105.

Nec bona censendum, quae Fors infida dedisse,
Atque eadem rapuisse valet.

ubi plura vide. Virgil. XI. Aen. vers. 229.

——— *alia arma Latinis*
Quaerenda, aut pacem Trojano ab rege petendam.

ubi tamen Pierius in plerisque codicibus *petendam* invenit, quod etiam τῷ *petendum* praeferunt J. Caes. Scaliger lib. IV. Poëtic. cap. XLVII. & Sanctius in Minerv. lib. III. cap. VIII. Sed *petendum* jam olim illo loco agnovit Servius. Quare potius, si per codices liceret, etiam *Quaerendum*, pro *Quaerenda*, legerem.

v. 566. *Tela, viros, aurum, classis alimenta precatur*] *classes*, *alimenta* scribendum. N. HEINSIUS. Haec ut Hannibali submittantur, supra precatus est Mago vers. 541. Eadem autem factione Hannonis sibi negata esse infra queritur Hannibal lib. XVII. vers. 193.

Dum sumtus, dumque arma duci, fessosque secundis
Submisso tyrone negant recreare maniplos:
Dumque etiam Cerere & victu fraudasse cohortes
Hannoni placet.

ubi videndus est Dausquejus.

v. 567. *Victus non plura dedissem*] Videtur vulgatâ melior haec scriptura, *victo non plura dedissem.* In MSto est, ut vulgo editur, *victus non plura dedissem.* Nimirum, quia penes Hannonem erat arbitrium. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Opinor, *victus num plura petisset*, vel *victis*, vel *victo petisset*, Hannibali Mago. vulgatum tuetur Barthius. Livius lib. XXIII. cap. XII. in oratione Hannonis, *Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. quid aliud rogares, si esses victus?* posses & *victis non plura dedissem.* N. HEINSIUS. *victis dedissem*, vel *victus petisset* hoc loco legendum esse olim monuit Illustrissimus Heinsius apud Graevium ad Flori lib. II. cap. VI. Sed prius praefero, quod minimum recedat a recepta lectione, quam habent omnes libri, manu & typis descripti, praeter Rapheleng, qui *victo dedissem* edidit.

v. 570. *Tandem ergo, bone*, &c.] Hunc versum, quem omnes libri scripti agnoscunt, perperam omittunt veterrimae editiones Romana princeps, Mediolanensis, & Parmensis.

v. 585. *Cui similem numquam ductorem in bella creavit*] Ex eo nempe, quod supra jactarat Mago vers. 523.

——— *quo numquam majorem ad bella tulerunt*
Rectorem terrae.

v. 586.

Moenia Romuleae cur nondum viderit urbis?
Scilicet e gremio matrum rapiamus in hostem
Nondum portandis habiles gravioribus armis?
Aeratas jussi texamus mille carinas,
Atque omnis Libyae quaeratur belua terris?
Ut longa imperia, atque armatos proroget annos
Hannibal; & regnum trahat usque in tempora fati?
Vos vero, (neque enim occulto circumdamur astu)
Ne dulces spoliate domos; castrisque potentum
Atque opibus sancite modum. pax optima rerum,
Quas homini novisse datum est: pax una triumphis
Innumeris potior: pax, custodire salutem
Et cives aequare potens, revocetur in arces
Tandem Sidonias; & fama fugetur ab urbe
Perfidiae, Phoenissa, tua. si tanta libido

Armorum

v. 586. *Moenia Romuleae cur nondum viderit urbis*] Forte *vicerit*. N. HEINSIUS. Non probo Heinsii conjecturam. Acrius enim quid, & Hannonis adversus Hannibalem inimicitiae magis conveniens τῷ *viderit* subest: nempe interrogando quaerit, quid caussae fuerit, cur Hannibal, victis & pene debellatis Romanis, non dico ipsam urbem expugnare cessarit, sed etiam vel propius ad eam accedere, & videre, quid animi hostibus in rebus tam desperatis foret?

v. 587. *Scilicet à gremio matrum rapiamus in hostem*] *è gremio* Coloniensis. N. HEINSIUS. Sic supra lib. IV. vers. 788.

Heu! gremio è patriae Stygias raptatur ad aras.

ubi male praepositio vulgo deerat. Ex eo autem Hannon Magoni invidiam conciliare studet. filios enim filiasve è parentum gremio rapere summae saevitiae & immanitatis genus habebatur. Valer. Flacc. lib. VII. vers. 48.

Cur, age, non templis sacrata avellere dona
Omnibus, atque ipsis gremiis abducere natas,
Praedo, libet?

v. 588. *Nondum portandis habiles gravioribus armis*] Hoc est, quibus graviora sunt arma, quam quibus uti debent. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Immo hoc est, qui nondum habiles ac idonei sunt portandis gravioribus illis ac militaribus armis.

v. 589. *Aeratas jussu texamus mille carinas*] *jussi* ex libro Coloniensi & editione Parmensi; quomodo & Gronov. I. Observ. cap. IX. Possis & *Ceratas carinas*, ut apud Nasonem,

Caerula ceratas accipit unda rates.

Sic emendandus & Lucan. lib. III. vers. 228.

Itque Cilix jussa jam non pirata carina.

ubi plura annotamus. N. HEINSIUS. *jussi* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, pro quo primus Marius *jussu* edidit, quem postea omnes alii editores secuti sunt. *jussi* etiam scribendum esse illustrissimus Scaliger ad marginem Silii monuit. Male autem N. Heinsius *Ceratas*, pro *Aeratas*, conjicit; nam *Aeratae carinae* sunt naves bellicae, quarum rostra ex aere fieri solebant. Senec. de Benefic. lib. III. cap. XX. *Cui triremes & aeratas non mitterem, lusorias & cubiculatas & alia ludibria regum in mari lascivientium mittam.* Valer. Flacc. lib. I. vers. 339.

Primus in aeratis posuissem puppibus arma.

Vide Parrhas. ad Claud. I. de Rapt. Proserp. vers. 244.

v. 591. *Armatus proroges annos*] *armatos annos* ex scriptis. & sic Gronov. ad Livium lib. VI. cap. VI. N. HEINSIUS. Iscanius IV. bell. Troj. vers. 435.

——— *armatos in pacem reddidit annos.*

eodem modo *imbellis dies* supra est h. l. vers. 408. *discatque Lyaeo Imbellem donare diem. iners dies* lib. XII. vers. 104.

——— *sed enim ductor numerabat inertes*
Atque actos sine Marte dies.

v. 592. *In tempora fati*] Id est, mortis. vide infra ad libr. XIII. vers. 612.

v. 600. *Perfidiae, Phoenissa, tua*] *tuae* Coloniensis cum editione Parmensi. sed male. N. HEINSIUS. *Perfidiae tuae* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. Sed recte pro vulgata lectione stat Illustrissimus Heinsius. Non enim ipsa Dido, sed Karthago ab ea condita, ob perfidiam infamis erat. *perfidiae tuae* tamen ad marginem editionis Raphelengii scribendum conjecit etiam Illustrissimus Scaliger.

v. 606. *Si Libyae decus, haud ulli* &c.] Nihil opis in membranis affulget. Sed scribe,

Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est curae tibi.

Possis quoque, *Hannibal est oneri tibi.* apud Claudian. in bello Getico, *Jamque oneri creduntur opes.* Ovid. Medic. formae,

Et quantas oneri est aure tulisse duas.

Pro *ulli superabilis armis*, Puteaneus *ullis armis.* mox idem *opem adjumenta.* N. HEINSIUS. Minima

mutatione

Armorum tenet, atque enses non reddere perstat
Poscenti patriae; nil suppeditare furori
Hortor, & haec fratri Magonem dicta referre.
Plura annectentem (neque enim satiaverat iras
Dicendo) clamor turbat diversa volentum.
Si, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est irae tibi, destituemus ad ipsas
Victorem metas? nec opum adjumenta feremus?
Invidia unius sceptra ut jam parta retardet?
Inde alacres tribuunt, quae belli posceret usus:
Absentique suum jactant sub teste favorem.
Mox eadem terris placitum traducere Hiberis,
Dum malus obtrectat facta immortalia livor,
Nec finit adjutas ductoris crescere laudes.

mutatione etiam hic locus ita legi potest,

Sic, Libyae decus, haud ulli superabilis armis,
Hannibal est irae tibi?

Adeone Hannibali iratus es, ut ex tuo consilio, profligato & pene confecto hoc bello, eum a nobis destitui velis? Potest etiam vulgata lectio commodo satis sensu exponi.

v. 611. *Absentique suum jactant sub teste favorem*] In editione Romana principe est *Assentique*, pro quo manu docta emendatur *Assensique*. Sed nihil muto.

v. 614. *Nec finit adjutas ductoris crescere laudes*] attritas laudes putabam. *attritas rebus secundis mentes* habemus lib. XII. vers. 83. & *attritas res* initio lib. XV. lib. VII. *quantum Detritum est famae.* lib. VI. vers. 300. *opes Africa attrita.* vide lib. II. vers. 391. Forte tamen,

Nec finit ad justas ductorem crescere laudes.

ut *crescere* ponatur, ut apud Nason. Epist. Sapphûs,

Gaudet & e nostro crescit maerore Charaxus
Frater.

ubi nos plura. libro tamen XIV. vers. 308.

Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti,

nisi & ille locus mendosus sit. lib. VI. vers. 249.

——— *cuspis adjuta ruentis*
Contra ardore ferae.

N. HEINSIUS. Non plane improbo viri Illustrissimi conjecturam,

Nec finit ad justas ductorem crescere laudes.

Sic *crescere* apud Livium lib. XXXV. cap. XIX. *Si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me, quaerant.* ita *gloria crescere* dicitur apud eundem lib. XXVIII. cap. XL.



C. SI.

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER XII.

Jam terra glaciale caput, fecundaque nimbis
Tempora, & austrifero nebulosam vertice frontem
Immitis condebat hiems, blandisque salubre
Ver Zephyris tepido mulcebat rura sereno.
Prorumpit Capua Poenus, vicinaque late
Praemisso terrore quatit. ceu condita bruma,
Dum Rhipaea rigent Aquilonis flamina, tandem

Evolvit

v. 4. *Tepido mulcebat rura sereno*] *serenum* hic est *αἰθρία*, serenitas. Lucan. lib. I. vers. 530.

Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno.

lib. IV. vers. 55.

Aruerat tellus hiberno dura sereno.

Statius IX. Theb. vers. 135. *dulci terrae caruere sereno.* Claud. in IV. Consul. Hon. vers. 183. *risitque suo Natura sereno.* Cypr. in Genes. vers. 84.

Affulsit nulla maculatum nube serenum.

& vers. 99.

—— liquidumque serenum
Affulsisse tibi, solemque, & sidera coeli.

Alia vide apud Dausquejum ad hunc locum, & Salmas. ad Solin. pag. 74.

v. 6. *Ceu condita bruma* &c.] Simili comparatione usus est noster infra lib. XVII. vers. 452.

Qualis in aestiferis Garamantum feta veneno
Attollit campis, ferventi pastus harena,
Colla Paraethonius serpens, lateque per auras
Undantem torquet persundens nubila tabem.

Virgil. II. Aen. vers. 471.

Qualis ubi in lucem coluber, mala gramina pastus,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
Nunc positis novus exuviis nitidusque juventa,
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Arduus ad solem, & linguis micat ore trisulcis.

ubi parem ex Homero, quem Virgil. imitatus erat, comparationem laudarunt eruditi Interpretes. Stat. IV. Theb. vers. 95.

—— ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad spiramina solis
Erigitur, liber senio & squalentibus annis
Exutus, laetisque minax interviret herbis.

v. 9. *Et splendente die novus emicat*] *spondente* Colonienfis. N. HEINSIUS.

v. 10. *Saniem sublatis faucibus efflat*] Dictum videtur duriuscule, pro eo, quod serpens aciem afflatu inquinare dicatur. Virgilius,

Obvia vibranti carpens gravis aëra lingua.

De solis equis imitatio altera est, *lucemque elatis naribus efflant.* BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *sublatis faucibus* Barthio nonnihil est suspectum. perperam. sic infra vers. 623.

Regnator Superûm sublata fulmina dextra
Libravit.

Horat. epod. IV. de cane,

Agit per altas aure sublata nives,
Quaecumque praecedit fera.

Statius Theb. III. vers. 134.

Magna parens juvenum, gemini tunc funeris, Ide
Squalentem sublata comam.

id est, erecta. N. HEINSIUS. Immerito hoc Barthio duriuscule dictum videtur. Serpens *efflat saniem*, id est, venenum; eo sensu *τὸ sanies* saepe occurrit. supra lib. VI. vers. 186.

—— in nubila primam
Dispersit saniem, & coelum foedavit hiatu.

vers. 677.

Lentus harenoso spumabat Bagrada campo
Viperea sanie.

lib. XIII. vers. 571.

Tristior his Acheron sanie crassoque veneno.

Virgil. II. Aen, vers. 221.

Perfusus sanie vittas atroque veneno.

Horat. lib. III. od. XI. vers. 19. *saniesque manet Ore trilingui.* Vide Stephan. ad Saxon. Gramm. lib. II. Hist. Dan. pag. 20. N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. LXXXVII. & Broekhus. ad Prop. lib. III. eleg. IV. vers. 27. *sublatis faucibus* autem, ut *sublato pectore* apud Virgil. III. Georg. vers. 426.

Squamea convolvens sublato pectore terga.

& II. Aen. vers. 474.

Lubrica convolvit sublato pectore terga.

attollit colla apud Silium lib. XVII. vers. 453.

Attollit campis ferventi pastus harena
Colla Paraethonius serpens.

Virgil. V. Aen. vers. 277. *ardensque oculis & sibila colla*

Evolvit ferpens arcano membra cubili,
Et fplendente die novus emicat, atque corufcum
Fert caput, & faniem fublatis faucibus efflat.
At Libyci ducis ut fulferunt figna per agros,
Defolata metu cuncta, &, fuadente pavore,
Vallo fe claufere fimul, trepidique falutis
Exfpectant ipfis metuentes moenibus hoftem.
Sed non ille vigor, qui ruptis Alpibus arma
Intulerat, dederatque vias, Trebiaque potitus
Maeonios Italo fcceleravit fanguine fluctus,
Tunc inerat. molli luxu madefacta meroque,
Illecebris fomni torpentia membra fluebant:
Quîs gelidas fuetum noctes thorace gravatis
Sub Jove non aequo trahere, & tentoria faepe
Spernere, ubi hiberna ruerent cum grandine nimbi,

Ac

colla Arduus attollens. Nihil itaque in hac poëtae locutione durum video. Pro *efflat*, codices Oxon. & Putean. perperam legunt *afflat*.

v. 12. *Defolata metu cuncta*] *Defolata* eft deferta, ab incolis & habitatoribus. Claud. in Conful. Olybr. & Prob. verf. 186.

Illa feros faltus & defolata relinquens
Maenala.

Vide Grohov. IV. Obferv. cap. XXI. Simili fenfu & *loca fola*, feu *folata*, dicuntur. vide fupra ad lib. III. verf. 429.

v. 15. *Arma Intulerat*] An, *Impulerat?* ut apud Lucan. VII. verf. 16.

Et quaecumque fugax Sertorius impulit arma.

& lib. I. verf. 68.

——— *quid in arma furentem*
Impulerit populum.

impulfum bellum apud eundem lib. V. Plura vide ad epiftolam Ulixis Sabiniani verf. 68. N. HEINSIUS. Voces *impuli* & *intuli* faepe commutaffe librarios fupra docui ad lib. IX. verf. 396. hoc tamen loco vulgatam fcripturam mutare neceffe non videtur.

v. 18. *Molli luxu madefacta meroque Illecebris fomni*] Opinor,

—— *molli luxu labefacta meroque,*
Et fomni illecebris torpentia membra fluebant.

nofter lib. III. verf. 557.

At Venus ancipiti mentem labefacta timore.

Aufon. Perioch. XIV. Il. Homeri, *Vigilias mariti uxoris labefactare illecebris.* Valer. Flacc. lib. VII. verf. 174.

——— *data continuo fed cingula foli*
Noftra tibi, quîs mota loco labefactaque ceffit.

nofter lib. I. verf. 235.

——— *nec pulvere feffum*
Agminis ardenti labefecit Sirius aftro.

Senec. in Troad. *luctu labefacta mens fuccubuit.* Lucret. lib. IV. verf. 1111.

Ufque adeo cupidi Veneris compagibus haerent,
Membra voluptatis dum vi labefacta quiefcant.

animum labefactus amore apud Maron. IV. Aen. verf. 395. & VIII. Aen. verf. 387.

Dixerat: & niveis hinc atque hinc Diva lacertis
Cunctantem amplexu molli fovet. ille repente
Accepit folitam flammam, notufque medullas
Intravit calor, & labefacta per offa cucurrit.

& ejus exemplo Prudent. Pfychom. de luxu verf. 330.

Infpirat tenerum labefacta per offa venenum.

apud eundem Hymno Eulaliae verf. 106. *lacrimis labefacta domus. Illecebris fomni* tamen ferri poteft, ut luxum, hoc eft Venerem, & vinum fomni illecebras per appofitionem vocet. N. HEINSIUS. Fortaffis hoc loco nihil mutandum. *madefacta* enim apprime convenit τῷ *fluebant*, quod verbum de homine luxu enervato faepe ufurpat Livius, fic lib. VII. cap. XXIX. *Campani magis nomen ad praefidium fociorum, quam vires, cum attuliffent, fluentes luxu.* cap. XXXII. *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus, mollitiaque fua, quam vi hoftium victos effe.* Deinde *madefactus* recte voci *mero* conjungitur: *madidus* enim & *madere* frequenter de ebriis dicitur. Silius lib. XI. verf. 409. *tum deinde madenti Poft epulas fit grata chelys.* Plaut. in Trucul. act. IV. fc. IV. verf. 2. *Si alia membra vino madeant, cor fit faltem fobrium.* Lucret. lib. III. verf. 477.

——— *praepediuntur*
Crura vacillanti, tardefcit lingua, madet mens.

Colum. lib. X. verf. 314.

Et titubante gradu multo madefactus Iaccho.

Senec. de Brevit. vitae cap. II. *Alius vino madet, alius inertia torpet.* Epift. LXXXIII. *Coffum fecit urbis Praefectum, virum gravem, moderatum, fed merfum vino, & madentem.* Martial. IX. Epigr. XXII.

Aeftuet ut noftro madidus convivia miniftro.

Et ita haud raro Appulejus, & alii. Vide plura

 apud

Ac ne nocte quidem clipeive ensesve reposti,
Non pharetrae aut jacula, & pro membris arma fuere;
Tunc grave cassis onus, majoraque pondera visa
Parmarum, ac nullis fusae stridoribus hastae.
Prima instaurantem sensit certamina mitis
Parthenope, non dives opum, non spreta vigoris:
Sed portus traxere ducem secura volentem
Aequora, quae peteret veniens Karthagine puppis.
Nunc molles urbi ritus, atque hospita Musis

Otia

apud Broekh. ad Tibull. I. eleg. II. vers. 3. Sine codicum itaque manuscriptorum auctoritate receptam lectionem mutare non audeo.

v. 23. *Clipei ensesve reposti*] *clipeive* scribendum, ne versus claudicet; & sic Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 24. *Pro membris arma fuere*] Immo, *fovere*: quamquam codices nullos habemus assentientes Sic lib. IX. vers. 43. *complexibus nati artus fovere.* lib. VIII. vers. 128. *complexa sinu vestigia fovit.* & paullo post, *effigiem Iuli amplexu foves.* Lucan. lib. IV. vers. 152. *non uda receptis Membra fovent armis. membra fovere oleo* Sammon. cap. X. & cap. XXX.

Languida quo fidens medicamine membra fovebis.

idem cap. XLII. *sic torrida membra fovebis.* N. HEINSIUS. Locum hunc ab illustrissimi Heinsii conjectura vindicare videtur ille Ciceronis, a Dausquejo laudatus, lib. II. Tuscul. Quaest. cap. XV. *Qui labor & quantus agminis, ferre plus dimidiati mensis cibaria; ferre, si quid ad usum velint; ferre vallum. nam scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus: arma enim membra militis esse dicunt.*

v. 27. *Prima instaurantem sensit certamina*] Eleganter *sentire aliquem* dicimur, quem infestum & hostem experimur. Sic Senec. in Oedip. vers. 471.

Regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi.

Petron. in Satyr. cap. CXXXIX. *Profanus Junonem Pelias sensit.* ubi alia exempla notavit Celeberrimus Burmannus.

v. 28. *Parthenope, non dives opum, non spreta vigoris: Sed portus traxere ducem*] Utcumque interpretatione his subvenias, mendum tamen latere suspicio non vanis est. Non propter opes, ait, nec quod gloriam ex victoria quaereret, Hannibalem ad Neapolim movisse, sed portus gratia. Contraria in vulgata scriptura sententia, & licet adiit Interpres, negandi tamen particula non obscure aliud quid infert. Manebimus tamen libros, nec temere corrigemus. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Barthio haec suspecta sunt. Puto, *tum spreta vigoris.* N. HEINSIUS. Marcilius ad Horat. Epod. V. legebat *non aspra vigoris*, pro *aspera.* quod non videtur admittendum. Mihi nondum vulgata lectio displicet, cujus hic sensus est: Neapolim, non quod dives esset, nec quod incolarum virtutem sperneret, potissimum ac prae aliis tentare statuit Hannibal, sed ut portum haberet, in quem secure naves, quae commeatum ac subsidia Karthagine subveherent, appellere possent. Et ita cepit etiam Dausquejus. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjiciebat *non laeta*, vel *non feta vigoris.*

v. 30. *Aequora, quae peteret*] *quos peteret* arbitror scripsisse Silium, ut ad *τὸ portus* referatur, quod paullo ante praecessit. N. HEINSIUS.

v. 31. *Nam molles urbi ritus & hospita Musis Otia*] *Nunc* Coloniensis. sic infra vers. 396.

——— *Rudiae genuere vetustae,*
Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.

Virgilius de Tenedo II. Aen. vers. 21.

Est in conspectu Tenedos, notissima famâ
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantum sinus, & statio malefida carinis.

Puteaneus habet *Hue*, editio Parmensis *Hinc.* Posses & *Jam molles*, de quo supra vide ad lib. XI. vers. 40. Sed *Nunc* verum est; agit enim de suo tempore. De ritibus Parthenopes locus est mendosissimus apud Statium Ecloga ad uxorem silvarum tertio,

Quid laudem risus libertatemque Menandri,
Quam Romanus honos & Graeca licentia miscent?

ubi vetus codex, *Quid laudem lusus?* Lege,

Quid laudem ritus, libertatemque theatri?

N. HEINSIUS. Oxonius etiam codex cum editionibus Marsi *Nunc molles*, quod recte asseruit Illustrissimus Heinsius, docens Silium ad sua tempora respexisse, quibus studia maxime Neapoli excolebantur. Ita Silio aequaevus Martial. Neapolim *doctam* vocat lib. V. Epigr. LXXVIII.

Et, quas docta Neapolis creavit,
Lento castaneae vapore tostae.

Eo respicit Petron. in Satyr. cap. V.

Sed sive armigerae rident Tritonidis arces,
Seu Lacedaemonio tellus habitata colono,
Sirenumve domus, det primos versibus annos.

id est, sive quis Athenas, sive Tarentum, sive Neapolim studiorum caussa secedat, primum à poësi auspicari debet. Male enim Gonsal. *Sirenum domus* de Sicilia interpretatur. Deinde cum studia inprimis otium requirant, ut hic etiam Silius innuit,

inde

Otia, & exemtum curis gravioribus aevum.
Sirenum dedit una suum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloïas: aequore cujus
Regnavere diu cantus, cum dulce per undas
Exitium miseris caneret non prospera nautis.
Haec pone aggressus (nam frontem clauserat aequor)
Moenia, non ullas valuit perfringere Poenus
Tota mole vias, frustraque inglorius ausi
Pulsavit quatiens obstructas ariete portas.
Stabat Cannarum Graja ad munimina victor

Nequidquam

inde *otiosa Neapolis* dicitur Horat. Epod. v. vers. 43.

Et otiosa credit Neapolis.

Ovid. xv. Metam. vers. 711.

Herculeamque urbem, Stabiasque, & in otia natam
Parthenopen.

v. 33. *Sirenum dedit una suum & memorabile nomen Parthenope muris*] *suum memorabile nomen* scripti & editio Parmensis: sed *suis muris* opinor castigandum. N. HEINSIUS. Voculam & ignorant omnes ante Juntinam editiones, quam recte iterum ejecit vir Illustrissimus. Non male etiam *suis muris* ex conjectura reposuit, id est ejus, nempe Neapolis. Ita *suus* est apud Plaut. in Amph. act. III. scen. IV. vers. 19. *Sufferet suus servos poenas Sosia.* Cicero XI. ad fam. Epist. XI. *Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis suis animadverti.* Senec. I. controv. in praefat. *Nihil illo viro gravius, nihil suavius, nihil eloquentia sua dignius.* Plura de hoc reciproci usu contra Vallam disputarunt viri docti. Vide Sanctium lib. II. Minerv. cap. XI. & ad eum locum Celeberrimum Perizonium, Victor. ad Cicer. XII. ad Attic. Epist. XXVIII. Rittershus. ad Gunth. I. Ligur. vers. 452. Gifan. in Ind. Lucret. voce *Dispansus*, Barthium XII. Advers. cap. XIII. lib. LX. pag. 2934. ad Rutil. I. Itiner. vers. 292. & Munker. ad Hygin. fab. CXXI. Sed & sensu alio *suis muris* capi potest, ut Neapolis dicatur urbs Parthenopes Sirenis, quae *suis muris*, seu suae urbi, ex se nomen imposuit. Certe Petron. loco modo laudato eam *Sirenum domum* vocat. De Neapoli plura vide apud Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. III. pag. 1147.

v. 34. *Aequore cujus Regnavere diu cantus*] Sirenas cantantes, easque praetervectum Ulixen, hic exprimi curavi ex Fabrett. ad Column. Traj. in addend. pag. ult.



In earum figuram autem latius inquirunt Claud. Nicasius in Differt. Gallica de Sirenib. pag. 64. & Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 69.

v. 38. *Non ullas valuit perfringere Poenus Tota mole vias*] Fortasse,

——— *non ulla valuit perfringere Poenus*
Tutas mole vias.

vel, *non ullas Tuta mole vias*: ut *molem tutam* vocet moenia oppidi. Sic de iisdem paullo post vers. 70. *Alpibus adstat Nimirum major moles.* & deinde vers. 108. *muri saxea moles Officii audenti.* N. HEINSIUS. Librarios indoctos frequenter voces *totus* & *tutas* turbasse novi: vide supra ad lib. x. vers. 312. vulgatam nihilominus scripturam hic sanam & integram puto. *Tota mole* est omni conatu ac molimine, totis viribus. Sic lib. XI. vers. 27.

Tota se sociis properarunt jungere mole.

Herculea moles, pro viribus Herculis, infra vers. 143.

Tradunt Herculea prostratos mole Gigantas
Tellurem injectam quatere.

v. 41. *Stabat Cannarum Graja ad munimina victor*] *Stare* Silio est haerere, non posse quidquam proficere. Mox vers. 69. *quis terminus, inquit, Antu*

Nequidquam, & cautae mentis consulta probabat
Eventu, qui post Dauni stagnantia regna
Sanguine Tarpeias ire abstinuisset ad arces.
En, qui nos segnes, & nescire addere cursum
Fatis jactastis, quod vobis scandere nuper
Non acie ex ipsa concessum moenia Romae;
Intrate, atque epulas promissas sede Tonantis
His, quae Graja manus defendit, reddite tectis.
Talia jactabat, famaeque pudore futurae,
Irritus incepta primus si absisteret urbe,
Audebat cuncta, atque acuebat fraudibus enses.

Sed

te urbes standi Grajas? & vers. 106.

—— *sed enim ductor numerabat inertes*
Atque actos sine Marte dies, & stare pudebat.

Neapolim *Graecam urbem* vocant Petronius, & nescio quis alius. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X Sensus est, qui Romanos proelio ad Cannas vicerat, nunc ad Neapolim, urbem Graecam, id est imbellem & inertem, stare cogitur, ac nihil agendo tempus inutiliter terere. Per contemtum enim Silius Neapolim *Graeca munimina* vocat, & Romanis opponit. vide supra ad lib. III. vers. 78. Insuper, quamvis in hac ora Italiae plurima oppida à Graecis condita fuerint, & omnis regio *magnae Graeciae* nomen habuerit, proprie tamen Neapolis *Graeca urbs* dicta fuit. Vide Cluver. IV. Ital. Ant. cap. III. pag. 1149.

v. 48. *Epulas promissas sede Tonantis*] *aede* maluerim. N. HEINSIUS. Voces has alibi etiam librarii turbarunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 653. Vulgata tamen lectio hic bene se habet. *sedes Tonantis* enim notat aedem, templum Jovis, vel saltem montem Tarpejum, in quo ei templum conditum fuit. ita supra lib. X. vers. 433.

—— *Tarpeia, pater, qui templa secundam*
Incolis a coelo sedem.

lib. XI. vers. 85.

En ego progenies ejus, qui sede Tonantis
Expulit orantem.

lib. XII. vers. 517.

Et demigrantem Tarpeja sede Tonantem.

Cicer. I. de Divin. cap. XII.

Nam pater altitonans, stellanti nixus Olympo,
Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit,
Et Capitolinis injecit sedibus ignem.

Statius IV. silv. II. vers. 20.

—— *stupet hoc vicina Tonantis*
Regia, teque pari laetantur sede locatum
Numina.

Vide Brockhus. ad Tibull. lib. I. eleg. V. vers. 39.

v. 51. *Irritus incepta primus si absisteret urbe*] Offendit hoc aures criticas. In membranis opis alia non est, nisi quod scribitur *primis*. Mihi in vulgatis nihil intolerabile videtur. Poterat tamen videri, finales vocum literas permutasse librarium, & scribendum,

Irritus inceptûs prima si absisteret urbe.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *primis* in Coloniensi & in Oxonio. Scribendum opinor, *Irritus incepti primi*, vel *prima urbe*. sic lib. VII. vers. 131.

Irritus incepti movet inde, atque Appula tardo
Arva Libys passu legit.

sic *vanus voti* lib. XII. vers. 261. Obsidio enim Parthenopes primum ejus anni inceptum Hannibali. Torsit in hoc loco, nec expedivit se Barthius. N. HEINSIUS. Dausquejus conjecit,

Irritus incepti primus si absisteret urbe;

vel *Irritus infessa*, vel *obsessa*. Sed malo cum Heinsio, *Irritus incepti primi*, vel *prima urbe*. Neapolis enim prima in Italia urbs erat, quam obsidione in potestatem suam redigere tentabat Hannibal. *Irritus incepti*, ut apud Nazar. Paneg. Constant. cap. II. *Certe cupitorum irriti non sumus.* Saxo Gramm. II. Hist. Dan. pag. 20. *Spicula, quae in eam conjecta fuerant, eluso mittentis conatu, laesionis irrita resultabant.*

v. 53. *Sed subitae muris flammae*] *è muris* praestiterit, etsi aliter in scriptis. N. HEINSIUS.

v. 53. *Totoque fluebant Aggeris anfractu tela*] An, *pluebant?* opinor. Statius VII. Theb. *stridentia fundo Saxa pluunt.* Sic *imber telorum* saepe apud poëtas. *nimbus* apud nostrum passim. infra *nimbum telorum fundere per subitum.* Sic & *nubes*, & *nubila telorum*. N. HEINSIUS. Sic Gunther. IV. Ligur. vers. 96.

—— *missis bellum committitur hastis,*
Et levibus jaculis, &, quas pluit aura, sagittis.

& IX. Ligur. vers. 353.

Undique tela pluunt, balistae turbine raptus
Sibilat, & longis resonat stridoribus aer.

Simili locutione *imber*, *nimbus*, *grando telorum* & *lapidum* apud Silium aliosque frequenter occurrunt. Vide Columm. ad Enn. VIII. Annal. pag. 81. & Weitz. ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 262. Vox *pluere* autem nonnumquam negligentia librariorum in *fluere* abiit. vide N. Heinsium ad Nason. I. Metam. vers. 572. & Brockhus. ad Propert. lib. II. eleg. XVI. vers. 7.

v. 55.

Sed subitae muris flammae, totoque fluebant
Aggeris anfractu tela improvisa per auras.
Haud secus, occuluit saxi quos vertice fetus
Ales fulva Jovis, tacito si ad culmina nisu
Evasit serpens, terretque propinquus hiatu;
Illa, hostem rostro atque assuetis fulmina ferre
Unguibus incessens, nidi circumvolat orbem.
Tandem ad vicinos Cumarum vertere portus
Defessus subigit, varioque lacessere motu
Fortunam, & famae turbando obstare sinistrae.
Sed custos urbi Gracchus, tutela vel ipsis
Certior, arcebat, muris, iterumque sedere,

Portus

v. 55. *Occuluit saxi quos vertice fetus*] Puto, *saxi quae vertice*. N. HEINSIUS. Dausquejus emendat *saxi quum*, vel *cum*; pro quo olim *quom* exaratum fuisse putat, & inde *quos* natum esse.

v. 56. *Ales fulva Jovis.*] Non omnis aquila *Jovis ales*, dicebatur, sed ea, quae numquam carne, at semper herbis vescebatur. vide Aelian. in IX. Animal. cap. X.

v. 58. *Hostem rostro atque assuetis fulmina ferre Unguibus incessens*] Hinc Silio [lib. X. vers. 108. & XIII. vers. 841.] *armiger Jovis*, & poëtae Venusino dicitur; quod non vidit doctissimus ejus interpres. aquila enim, quia sola ictus fulminis immunis est, *ales fulminis minister*, & *armiger* poëtis dicta est. Vide Plin. lib. II. cap. LV. Unde & Pindarus in Pythiis aquilam in Jovis sceptro collocat, divinis versibus [Od. I. vers. 9.]

——— Εὕ-
δει δ' ἀνὰ σκάπτῳ Διὸς αἰετὸς, ὠ-
κεῖαν πτέρυγ' ἀμφοτέρω-
θεν χαλάξαις.

pro qua alii reges ciconias vulgo in sceptro gerebant, ut ex Aristophane didicisse me memini. D. HEINSIUS. Huc egregie facit locus Aeliani de Animal. II. cap. XL. Ζηλοτυπώτατος δὲ τὸ ζῷον ἀετὸς περὶ τὰ νεόττια· ἐὰν γοῦν θεάσηταί τινα προσιόντα, ἀπελθεῖν ἀτιμώρητον οὐκ ἐπιτρέπει· παίει γὰρ τοῖς πτεροῖς αὐτὸν, καὶ τοῖς ὄνυξι λυμαίνεται, καὶ ἐπιτίθησιν οἱ πεφεισμένως τὴν δίκην· οὐ γὰρ χρῆται τῷ στόματι. *Aquila autem maximo studio erga pullos suos afficitur. quum enim quemdam ad eos adeuntem conspicit, non sinit eum inultum abire: nam verberat illum alis, & lacerat unguibus, sed parce punit: non enim rostro utitur.* Quae ultima verba aperte contra Silium sunt, qui aquilam etiam rostro ad nidum subeuntem impetere dicit.

v. 61. *Defessus subigit.*] Emaculandum *Defessos subigit*. nam fessi erant Neapolim obsidere milites Poeni. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *subiit* Coloniensis. Scribendum *Defesso subiit. subiit*, succurrit, in mentem venit. *Defessos subigit* Barthius. N. HEINSIUS. Si *Defessos subigit* cum Barthio legas, *subigere* hic erit pro cogere, de qua vocis significatione supra vide ad lib. I. vers. 632. Sed mallo cum Illustrissimo Heinsio ex membranis Coloniensibus emendare *Defesso subiit*, id est, succurrit, in mentem venit. Ita Nonius Marcellus τὸ *subiit* inter alia etiam *in memoriam reducitur* notare monet, laudato illo Maron. II. Aen. vers. 562. *subiit deserta Creusa*. & ita alii.

v. 63. *Sed custos urbi Gracchus tutela, vel ipsis Certior arcebat muris*] Quod firmum est praesidium, murum vocant scriptores, ut ad Claudian. diximus. Silius vero etiam certiorem muris tutelam vocat Gracchum hoc loco, qui ita distinguendus,

Sed custos urbi Gracchus, tutela vel ipsis
Certior, arcebat, muris.

BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X.

v. 64. *Iterumque sedere Portis, atque aditus iterum sperare vetabat*] *Portus* Coloniensis. si quid video, scripserat Silius,

——— *iterumque sedere*
Ad portas, aditusque iterum sperare vetabat.

Paullo ante distinguendum, *Gracchus, tutela vel ipsis muris certior.* Possis etiam, *sedere Ad portus, aditusque:* quod propius accedit ad Coloniensis libri scripturam. *portus traxere ducem* de Neapoli supra habuimus. *Sedere ad Trebiam*, & similia, in Livio frequenter occurrunt. lib. XXII. *Id horreum fuit praesidio Poenis sedentibus ad Trebiam.* lib. XXIII. Hannibal: *Eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sedebo?* lib. XXVI. cap. XI. *Quod cum ipse ad moenia urbis Romae armatus sederet.* Valer. Flacc. lib. II. vers. 370.

Urbe sedent laeti Minyae, viduisque vacantes
Indulgent thalamis.

Sidon. in Paneg. Anthemii vers. 512.

Segnis ad insignem sedit cum Cyzicon hostis.

Propert. lib. IV. eleg. V.

O utinam ad vestros sedeam captiva penates.

Auctor elegiae in obitum Maecenatis vers. 50.

Omnia victores, Marte sedente, decent.

Vide Interpretem ad lib. III. vers. 142. Hinc emendandus Cicero XVI. ad Famil. epist. XXIV. *Scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, & postridie Hirtium. Puto utrumque ad aquas sedere.* ita scribo; nam optimi codices, *ad aquas. sed.* Forsan

 tamen

Portus atque aditus iterum sperare vetabat.
Lustrat inops animi, rimaturque omnia circum
Alite vectus equo, rursusque hortatibus infit
Laudum agitare suos: Pro Dî, quis terminus, inquit,
Ante urbes standi Grajas, oblite tuorum
Factorum miles? quis erit modus? Alpibus astat
Nimirum major moles, & scandere coelum
Pulsantes jubeo scopulos: quamquam altera detur
Si similis tellus, aliaeque repente sub astra
Exsurgant rupes, non ibis, & arduus arma
Me ducente feres? tene, heu! Cumanus hiantem
Agger adhuc murusque tenet? Gracchumque, moveri
Non ausum portis, parvo in discrimine cerno?
An vobis gentes, quaecumque labore parastis,
Casu gesta putent? per vos Tyrrhena faventum

Stagna

tamen aliquid apud Silium excidit: non enim mihi conjecturis hisce satisfacio: nam *vetabat* ad *sedere* referri non potest. N. HEINSIUS. Recepta Coloniensium membranarum scriptura, puto fortasse legi posse,

——— iterumque sedere,
Portus atque aditus iterum sperare vetabat.

ut olim etiam Doctissimus Dausquejus ex conjectura emendavit. *sedere* itaque est nihil agendo tempus sine fructu perdere. sic supra lib. III. vers. 142. *sedeamne, ut noverit una Me tantum Karthago?* ubi vide Dausquejum. lib. VII. vers. 151. *dum se cohibet, terimurque sedendo.* lib. VIII. vers. 13.

——— tum miles egenus
Cunctarum ut rerum Tyriis foret, arte sedendi
Egerat.

vers. 235.

Pone graves curas, tormentaque lenta sedendi.

lib. X. vers. 516.

——— Patribus, Fabioque sedenti,
Et populo Consul totas edissere Cannas.

vers. 598.

Dura inter pavidos alitur fortuna sedendo.

lib. XIV. vers. 265.

Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli
Sederunt.

Senec. in Troad. vers. 211.

Qui fugere bellum jussus, & longa sedens
Aevum senecta degere.

Claudian. in bell. Gild. vers. 375. *An patiar tot probra sedens?* Valer. Maxim. lib. VII. cap. IV. ex. 5. *Ad ultimam ei senectutem apud moenia Trebiae armato sedendum foret.* Vide J. G. Graevium in Lection. Hesiod. cap. XII. Neque sollicitum habere debuit virum Illustrissimum, quod τὸ *vetabat* ad verbum *sedere* referri nequeat. Dudum enim notarunt eruditi, veteres interdum duabus pluribusve vocibus unum verbum addidisse, quod uni tantum respondebat, omisso, quod alteri conveniebat. sic hoc loco ad verbum *sedere* intelligendum est *jubebat, cogebat*, vel simile, eodem modo ut apud Phaedr. lib. IV. fab. XVII. vers. 31.

Non veto dimitti, verum cruciari fame.

ubi videndus est Faber. Vide etiam Manut. ad Cicer. pro Quinct. cap. XXVI. & ad VI. ad Famil. Epist. V. Si hoc minus placet, forsitan cum Celeberrimo Burmanno legendum,

——— iterumque tenere
Portus, atque aditus iterum sperare vetabat.

nam eas voces etiam scribae indocti confuderunt apud Maron. II. Aen. vers. 517. ut Pierius ad eum locum testatur.

v. 66. *Rimatur & omnia circum*] *rimaturque* ex scriptis. N. HEINSIUS. Priscae editiones errore operarum copulam omittunt, *rimatur omnia circum.* ut autem laboranti versui subveniret, Nicander in Juntina primus *rimatur & omnia* edidit, cujus lectionem expresserunt reliquae editiones. Ad marginem vero editionis Romanae principis manu viri docti recte etiam emendatum vidi *rimaturque.*

v. 68. *Quis terminus, inquit*] Ex Colon. & Putean. libro nullam lectionis varietatem notavit hoc loco N. Heinsius; at in excerptis, quae habeo, codicis Oxoniensis est *qui terminus:* neque aliter etiam legunt primae editiones, pro quo Nicander iterum *quis terminus* edidit. vide supra ad lib. IX. vers. 651.

v. 75. *Tenet heu! Cumanus hiantem Agger adhue, murusque tenet*] Verior & venustior longe haec lectio est, *tene, heu! Cumanus hiantem Agger adhuc murusque tenet?* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. Certa est emendatio Modii in his. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *tene, heu!* ex Coloniensi, quomodo Modius & Barthius jam castigarunt. N. HEINSIUS.

v. 78. *A vobis gentes*] Scribendum *An vobis.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV.

v. 79. *Vos per Tyrrhena faventum*] *per vos* ex scriptis & priscis editionibus. monui jam lib. I. vers. 655.

Stagna Deûm, per ego & Trebiam, cineresque Sagunti
Obtestor, dignos jam vosmet reddite vestra,
Quam trahitis, fama, & revocate in pectora Cannas.
Sic ductor fessas luxu attritasque secundis
Erigere, & verbis tentabat sistere mentes.
Atque hic perlustrans aditus, fulgentia cernit
Arcis templa jugo, quorum tum Virrius, altae
Immitis ductor Capuae, primordia pandit.
Non est hoc, inquit, nostri, quod suspicis, aevi:
Majores fecere manus. cum bella timeret
Dictaei regis, sic fama est, linquere terras
Daedalus invenit, nec toto signa sequenti
Orbe dare, aetherias aliena tollere in auras
Ausus se penna, atque homini monstrare volatus.
Suspensum hic librans media inter nubila corpus
Enavit,

655. Malim etiam, *Casu ut gesta putent.* N. HEINSIUS. Similiter etiam olim supra peccatum fuit lib. v. vers. 82. ubi plura notavi. Vitium autem hoc à mala Nicandri manu contractum est, qui ita primus apud Juntam edidit.

v. 81. *Dignos jam vosmet reddite vestra, Quam trahitis, fama*] *vestrae* Coloniensis. Scribendum nempe *dignos vestrae famae.* nam τὸ *dignus* regit & quandoque casum secundum, uti pluribus à me demonstratum est ad Nason. Trist. IV. el. III. vers. 57. noster tamen lib. VIII. vers. 385. *nec dextra indignus avorum Scaevola.* N. HEINSIUS. Noster lib. XI. vers. 294.

—— *unde creatus*
Proles digna Deûm tum Dardanus.

Virgil. XII. Aen. vers. 649.

—— *magnorum haud umquam indignus avorum.*

Ovid. v. Metam. vers. 344.

—— *utinam modo dicere possem*
Carmina digna Deae: certe Dea carmine digna est.

Tacit. XV. Annal. cap. XIV. *Adjecisse Deos dignum Arsacidarum, simul & de legionibus Romanis statuerent.* Prisc. in Perieg. vers. 2.

Annue, rex coeli, positum telluris & undae
Materiae tantae me promere carmine digno.

nam ita illic veterrimae editiones, teste Papio.

v. 82. *Revocate in pectore Cannas*] *in pectora* ex Coloniensi. monui ad Claudian. II. in Rufin. vers. 79. ubi habes ex vetustis membranis,

—— *revocat fulvas in pectora vestes.*

Exhibebat Parmensis quoque editio veram scripturam. N. HEINSIUS. Romana princeps etiam & Mediolan. editio *in pectora.* Ex Oxon. codice, cujus utraque, quam habeo, collatio instituta est cum editionibus, in quibus *in pectora* est, nihil annotarunt viri docti; ut ita in eo etiam scriptum fuisse existimem. Primus Marsus *in pectore* edidit.

v. 84. *Tentabat sistere mentem*] *mentes* omnino castigandum: & sic scripti. N. HEINSIUS.

v. 85. *Atque hic perlustrans*] Nihil mutant libri scripti vel editi. Fortassis tamen scribendum, *Atque hinc perlustrans*, postquam nempe Hannibal militum animos adhortando erexerat. supra lib. III. vers. 45.

Postquam oculos varia implevit virtutis imago,
Mira dehinc cernit.

v. 87. *Immitis ductor Capuae*] Opinor *Immeritus ductor.* vide annotata lib. VI. vers. 444. vel, *Ante omnes ductor*, ut infra vers. 299. & 332. vel, *Intuitus ductor.* N. HEINSIUS. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus, si quid mutandum, malebat *Infidus ductor.*

v. 89. *Cum regna teneret Dictaei regis*] Legendum, *eum regna timeret.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. Certa est emendatio Modii, *eum regna timeret.* BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. x. *timeret* Modius ex Coloniensi; quomodo reliqui scripti & vetustae editiones. Neque aliter Barthius ex Oxonio. Sed, quod Modium fugit, ex eodem Coloniensi reponendum, *eum bella timeret Dictaei regis.* Ovid. Epist. VII. Heroid. vers. 121.

Bella timens bellis peregrina & femina tentor.

N. HEINSIUS. Editiones priscae, quas ego consului, Romana princeps, Mediolanensis & Marsi Venetae, in vulgatum *regna teneret* conspirant: ad marginem vero Romanae principis manu docta emendatum erat *cum regna tenerent.* Sed malo cum N. Heinsio ex optimae notae codice *eum bella timeret.* Silius autem imitatus est Virgilium; ita enim ille VI. Aen. vers. 14.

Daedalus (ut fama est) fugiens Minoïa regna,
Praepetibus pennis ausus se credere coelo,
Insuetum per iter gelidos enavit ad Arctos,
Chalcidicamque levem tandem superadstitit arcem.
Redditus his primum terris tibi, Phoebe, sacravit
Remigium alarum, posuitque immania templa.

v. 94. *Suspensum librans corpus*] Volucres volantes

Enavit, Superosque novus conterruit ales.
Natum etiam docuit falsae sub imagine plumae
Attentare vias volucrum: lapsumque solutis
Pennarum remis, & non felicibus alis
Turbida plaudentem vidit freta. dumque dolori
Indulget subito, motis ad pectora palmis,
Nescius heu! planctu duxit moderante volatus.
Hic pro nubivago gratus pia templa meatu
Instituit Phoebo, atque audaces exuit alas.
Virrius haec. sed enim ductor numerabat inertes
Atque actos sine Marte dies, ac stare pudebat.
Ingemit adversis, respectansque irrita tecta
Urbe Dicarchaea parat exsatiare dolorem.
Hic quoque nunc pelagus, nunc muri saxea moles
Officit audenti, defensantumque labores.
Dumque tenet socios, dura atque obsepta viarum
Rumpere nitentes, lentus labor; ipse propinqua
Stagnorum terraeque simul miracula lustrat.
Primores adsunt Capuae, docet ille, tepentes

Unde

tes in aëre *pendere* etiam dixit Manil. lib. v. vers. 291.

Pendentemque suo volucrem deprendere coelo.

& Alcim. Avit. lib. I. vers. 32.

Elatae in coelum volucres motuque citato
Pendentes secuere vias, & in aere sudo
Praepetibus librant membrorum pondera pennis.

v. 98. *Pennarum remis*] Verba sunt Servii ad Maron. I. Aen. vers. 224. *Est reciproca metaphora navium & avium. Legimus enim, & velorum pandimus alas: & contra, Naro per aestatem liquidam: quum natatus navium sit, alae vero avium. Et sciendum est, esse reciprocas translationes, & partis unius.* Certe eo sensu Silius paullo ante vers. 95. *enare* dixit, pro volando evadere, & Virgil. VI. Aen. vers. 14 de Daedalo, *gelidos enavit ad Arctos. tranare* de columba Silius lib. III. vers. 681.

——— *per auras*
In Libyam niveis tranavit concolor alis.

Ennod. Ticin. carm. I.

Quo liquidum tranans ire columba valet.

Aristoph. in Avib.

Φράσον δέ μοι, τὼ πτέρυγε ποῖ σὺ ναυστολεῖς;

Dic autem mihi, quo tu alis naviges? Nonn. XXXI. Dionys. vers. 15. Νηχόμενος πτερύγεσσι. *Natans pennis.* Ita *alarum remi* apud Nason. V. Metam. vers 558.

Posse super fluctus alarum insistere remis.

Appulej. VI. Metam. pag. 170. Ed. Elm. *Libratisque pinnarum nutantium molibus, remigium dextra laevaque porrigens, volentes aquas excipit.* De Deo Socrat. pag. 46. *Ceterum cum illis fessa sunt remigia pennarum, terra ceu portus est.* Quae loca fugerunt doctissimum Victorium, qui XXV. Var. Lect. cap. XXIII. testatur, nullum se invenisse scriptorem, qui in soluta oratione hac translatione usus sit. Plura vide apud doctos Maronis Interpretes ad VI. Aen. vers. 19. & N. Heinsium ad Nason. II. Art. Amat. vers. 47. Contra *volare* de navi dixit Eurip. in Medea vers. I.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτᾶσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν Κυανέας Συμπληγάδας.

Utinam navis Argo numquam volasset per Cyaneas Symplegadas Colchorum in terram. Ubi Schol. ait: Τὸ διαπτᾶσθαι τροπικῶς, ὡς ἐπὶ ὀρνέου. ἔδει δὲ εἰπεῖν διαπλεῦσαι. Sic remi etiam & vela navium *alae* vocantur. Homer. Od. Λ. vers. 124.

Οὐδ' ἐυήρε' ἐρετμὰ, τάτε πτερὰ νηυσὶ πέλονται.

Neque habiles remos, qui sunt alae navium. Claud. in VI. Cons. Hon. vers. 138. *sensit velorum debilis alis.* ubi vide Barth. & Cerd. ad Maron. III. Aen. vers. 520. Pluribus reciprocas has locutiones illustrat Zinzerl. in dissert. altera, quae Promulf. Crit. subjicitur, pag. 199.

v. 100. *Ad pectora palmis, Nescius*] Ita haec distinguenda. N. HEINSIUS.

v. 102. *Pro nubivago meatu*] *meatum* pro volatu posuit, ut Petron. in Satyr. cap. CXXII.

——— *de coelo Delphicus ales*
Omina laeta dedit, pepulitque meatibus auras.

Vide Illustrissimum Heinsium ad Claud. II. de Rapt. Pros. vers. 74.

v. 104. *Numerabat inertes Atque actos sine Marte dies*] Putean. codex, pro *actos*, habet *atros*; sed librariorum errore, quos ita etiam lapsos esse apud Propert. lib. II. eleg. IV. vers. 12. Broekhus. notavit.

v. 106. *Respectansque irrita tecta*] *irrita coepta* opinor, vel *invia tecta*. N. HEINSIUS.

v. 113. *Tepentes Unde ferant nomen Bajae*] Curcalidi

lidi

Unde ferant nomen Bajae, comitemque dedisse
Dulichiae puppis stagno sua nomina monstrat.
Ast hic Lucrino mansisse vocabula quondam
Cocyti memorat, medioque in gurgite ponti
Herculeum commendat iter, qua discidit aequor
Amphitryoniades, armenti victor Hiberi.
Ille, olim populis dictum Styga, nomine verso
Stagna inter celebrem nunc mitia monstrat Avernum;
Tum, tristi nemore atque umbris nigrantibus horrens,
Et formidatus volucri, letale vomebat
Suffuso virus coelo, Stygiaque per urbes
Religione sacer saevum retinebat honorem.
Hinc vicina palus (fama est, Acherontis ad undas
Pandere iter) caecas stagnante voragine fauces
Laxat, & horrendos aperit telluris hiatus,
Interdumque novo perturbat lumine manes.
At juxta caligantes, longumque per aevum
Infernis pressas nebulis, pallente sub umbra
Cimmerias jacuisse domos, noctemque profundam

Tartareae

lidi in his regionibus fontes reperiantur, hanc rationem reddit Vitruvius lib. II. cap. VI. quod *in imo haberent aut de sulfure, aut de alumine, aut bitumine ardentes maximos ignes.* Quod vero Dausquej. aquas Bajanas ἱμεροτόκους & amoriparas probare velit, poëtice fictum magis, quam quod vere ita sit, existimandum est. Exstat hanc in rem epigramma Regiani cujusdam in Catal. Pith. lib. II.

Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae:
Illa natare lacus cum lampade jussit Amorem.
Dum natat, algentes cecidit scintilla per undas;
Hinc vapor ussit aquas. quicumque natavit, amavit.

Summa nimirum licentia ac morum depravatio, quae his in locis obtinebat, commento illi occasionem dedisse videtur.

v. 116. *Ast hic Lucrino* &c.] Accurate de hoc lacu egit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1121.

v. 118. *Herculeum commendat iter*] *commendat* Silio est foedat, & inficit, ut supra apparet: quod Euangelistae κοινοῦν dicunt. D. HEINSIUS. Immo *commendat*, si quid video, notat cum elogio & laude Herculis commonstrat. Intelligit autem aggerem, quo arcuit Hercules lacum, ne in mare influeret. vide Cluver. ibid. pag. 1122.

v. 118. *Qua dispulit aequor*] Legendum *qua discidit aequor.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *qua discidit* scripti & Parmensis editio. Recte, videantur, quae annotamus lib. XI. vers. 458. N. HEINSIUS. Vide etiam infra ad lib. XIV. vers. 15. *dispulit*, quod nunc vulgo obtinet, primus edidit Nicander apud Juntas, priscis editionibus in Mstorum lectionem conspirantibus. τὸ *discidit* etiam Dausquejo probatum fuit.

v. 119. *Armenti vector Hiberi*] Legendum, *armenti victor Hiberi.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXIV. *vector*, pro *actor*, vix Latinum est hoc significatu. an *abductor*? Sed in Coloniensi *victor*, quod Modio arridebat. possis & *rector*, vel *ductor.* N. HEINSIUS.

v. 120. *Ille olim populis dictum Styga*] Vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1126.

v. 126. *Hinc vicina palus*] Acherusia nempe, de qua vide Cluver. ibid. pag. 1118.

v. 127. *Stagnante voragine*] *voramine* in Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 129. *Interdumque novo perturbat lumine manes*] *perturbat*, quoniam nefas credebant, si solis superni lumen ad inferos ac manes perveniret. vide Celeberrimum Burmann. ad Petron. Sat. cap. CXX.

v. 130. *Ac juxta caligante situ*] Miror Interpretes hic silere, nec conatos esse medicinam praestare versui luxato. Scribendum ex Coloniensi, *At juxta caligantes.* in Puteaneo *caligante*, omisso τοῦ *situ.* N. HEINSIUS. D. Heinsius, ut versum male affectum sanaret, *Juxta caligante situ* edidit, quem sequitur Raphelengius. probat hoc Richter. in specim. Observ. Critic. pag. 74. sed praestat optimum codicem sequi.

v. 132. *Cimmerias jacuisse domos*] Fabula Homeri est, a posterioribus poetis passim recepta, cum Geographi eos populos umquam in Italia habitasse negent. De Cimmeriis agit Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1131. *jacuisse* autem, quod siti fuisse dicantur in terra humili, in convalle. ita *jacere* apud Nason. est II. Fast. vers. 392.

Quaque jacent valles, maxime Circe, tuae.

Lucan. lib. II. vers. 416.

Tartareae narrant urbis: tum sulfure & igni
Semper anhelantes coctoque bitumine campos
Ostentant. tellus, atro exundante vapore
Suspirans, ustisque diu calefacta medullis,
Aestuat, & Stygios exhalat in aëra flatus.
Parturit, & tremulis metuendum exsibilat antris.
Interdumque cavas luctatus rumpere sedes,
Aut exire fretis, sonitu lugubre minaci
Mulciber immugit, lacerataque viscera terrae
Mandit, & exesos labefactat murmure montes.
Tradunt Herculea prostratos mole gigantas
Tellurem injectam quatere, & spiramine anhelo
Torreri late campos, quotiesque minantur
Rumpere compagem impositam, expallescere coelum.

Apparet

——— *si non per plana jacentis*
Aegypti Libycas Nilus stagnaret harenas.

& lib. IV. vers. 52.

Urebant montana nives camposque jacentes.

v. 133. *Sulfure & igni Semper anhelantes campos*] De his campis vide Vitruv. lib. II. cap. VI. & Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1144.

v. 135. *Ostentant*] *Ostentat* in Coloniensi: quomodo & editio Parmensis. N. HEINSIUS. Ita & Oxon. codex cum omnibus priscis editionibus. Sed perperam. nam proxime praecessit *narrant*, & paullo post sequitur *Tradunt*. Quod mireris, veram lectionem primus Nicander in Juntina editione exprimi curavit.

v. 138. *Parturit, & tremulis metuendum exsibilat antris*] Mendum quoque hic superesse suspiceris. illud *exsibilat* minime de igni capere potes; nec ad id, quod sequitur, intelligendum, cum ibi *immugit* legatur; neque tellurem *exsibilare* dicere licet. Quare necesse est, ad τὸ *flatus* referas: quod ubi videbis, non negabis, puto, scribendum venire *Pars ruit*, hoc est, pars flatuum intus conceptorum exhalatur, pars ruit cum furore & magno impetu. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. Το *Parturit* mendosum est. Barthius legit *Pars ruit*. Scribendum *Par furit*, vel *Perfurit*, & refer ad illa de Vulcano, quae sequuntur, *Mulciber immugit*. Prius agit de flamma ac vapore hic locorum exundante, nunc de fremitu, qui sub terris auditur. Pari modo Petronius,

Est locus, exciso penitus demersus hiatu,
Parthenopen inter magnaeque Dicarchidos arva,
Cocyta perfusus aqua, nam spiritus, extra
Qui furit effusus, funesto spargitur aestu.

N. HEINSIUS.

v. 140. *Aut exire foras*] MS. *Aut exire fretis*, quod minime contemno. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *fretis* Coloniensis & Oxonius, *fletis* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 143. *Prostratos gigantes*] *gigantas* scribendum alibi jam monuimus. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IX. vers. 309. neque aliter habent passim optimi codices Lucani, quos N. Heinsius consuluit, & vetertimae aliorum scriptorum membranae.

v. 145. *Quotiesque minatur*] *minantur* ex Coloniensi; & sic editio Parmensis quoque, ni mavis *minentur*. N. HEINSIUS. *minantur* omnes priscae editiones, quod primus Aldus, errore forsitan operarum, in *minatur* mutavit. ita tamen alii postea editores omnes.

v. 147. *Apparet Prochyte*] Quam Graeci τῶν Πιθηκουσῶν ἀπόσπασμα, & partem ab iis avulsam vocant. D. HEINSIUS.

v. 147. *Saevum sortita Mimanta*] Sic recte Coloniensis codex. male in Oxoniensi est *Munanto*, in Puteaneo *Numanton*, in priscis editionibus *Numanta*. Veram scripturam *Mimanta* primus reduxit Wolfius in editione Basileensi. vide etiam Delr. ad Senec. Herc. Fur. vers. 980. Passim hujus gigantis nomen corruptum fuit a librariis. vide supra ad lib. IV. vers. 278.

v. 248. *Apparet procul Inarime*] De hoc inter doctos controversia est. Plinius lib. III. cap. VI. audacter Homero Inarimen dictam ait, quae aliis Graecorum Pithecusa dicitur, & post eum simia ipsius Solinus Polyh. cap. VIII. idem affirmat. at ego, utrique μακρὰ χαίρειν φράσας, falsum esse dico: nec Inarimen enim novit Homerus, sed Ἄριμα. Locus ejus in Catalogo est [vers. 783.]

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς.

ubi diserte ejus Interpretes εἰν praepositionem esse monent uno ore omnes, & Ἄριμα combustum Phrygiae locum esse, inter quos Hesychius; alii montes, inter quos Hesiodi Interpretes, ad locum Theogoniae illum [vers. 304.]

Ἡ δ' ἔρυτ' εἰν Ἀρίμοισιν ὑπὸ χθόνα λυγρὴ Ἔχιδνα.

alii aliud, quorum opiniones diligenter refert Eustathius. Ego, ne eodem argumento urgeam, unum aliis invisum adducam; quod iis oppono, qui & hodie Plinio plus tribuunt, quam vero. Nonnus

Apparet Prochyte saevum sortita Mimanta:
Apparet procul Inarime, quae turbine nigro
Fumantem premit Iäpetum, flammasque rebelli
Ore ejectantem, &, si quando evadere detur,
Bella Jovi rursus Superisque iterare volentem.
Monstrantur Vesvina juga, atque in vertice summo
Depasti flammis scopuli, stratusque ruina
Mons circum, atque Aetnae fatis certantia saxa.
Necnon Misenum servantem Idaea sepulcro
Nomina, & Herculeos videt ipso in litore Baulos.
Miratur pelagique minas terraeque labores.
Quae postquam perspecta viro, regressus ad altos
Inde Pherecyadum muros, frondentia laeto
Palmite devastat Nysaea cacumina Gauri.

Hinc

nus *Διονυσιακῶν α* [vers. 87.] Ἤλυθε καὶ ἐς Ἀρίμων φύλον σπίος. *Inque Arimûm saevum venit specus.* ubi, fremant licet, & aestuent, non negabunt, quod in Homero negare conantur. Atqui poëta ille intellexit Homerum, credo. εἰς autem cum σπίος ibi, non cum Ἀρίμων, jungitur. Argumentum firmum & immobile. Nam Nonnus εἰς utitur, ut εἰν Homerus: Ἀρίμων autem absolute ponitur. D. HEINSIUS. Quaedam etiam vide apud Salmas. ad Solin. pag. 68.

v. 149. *Fumantem prensit Iäpetum*] Vide supra ad lib. VIII. vers. 542.

v. 152. *Monstrantur Veseva juga*] *Vesvina* Puteaneus; in Coloniensi *Besvina*. Et sane prima syllaba in *Veseva* apud Lucretium, Maronem, Statium, Valerium Flaccum, Ausonium, corripitur. rectum igitur *Vesvina*, vel *Vesbina*, a *Vesvio*, vel *Vesbio*. nam *Vesbius* ut plurimum scribitur in vetustis codicibus. Sic apud nostrum lib. VIII. vers. 647. & Graecis plerumque Βέσβιος hic mons dicitur, quamquam Straboni est Οὐεσούιος, vel Οὐεσσούβιος. Posteriori aevo *Besbium* dixerunt: ita Anastasius de vita Pontificum; & Procopius in Gothicis frequenter Βέσβιον appellat. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *Vesvina*, vel *Vesbina*, pro *Veseva*, emendavit: utraque enim scriptura in libris scriptis obvia. Valer. Flacc. lib. III. vers. 208.

Ut magis Inarime, magis ut mugitor anhelat
Vesvius.

ubi vide Carrion. Colum. x. de re Rust. vers. 133.

— *Fontibus & Stabiae celebres, & Vesvia rura.*

eo loco in optimo codice Sangerman. est *Vesbia rura.* & ita infra etiam est lib. XVII. vers. 599.

Evomuit pastos per secula Vesbius ignes.

N. Heinsius etiam ad finem Silii notavit, non aliter legi in omnibus veterrimis libris apud Martial. lib. IV. epigr. XLIV.

Hic est pampineis viridis modo Vesbius umbris.

Perperam itaque Gifan. in Indice Lucret. voce *Vesvus* loca Valerii Flacci, aliorumque corrupit, quo nomine meritas poenas dedit Carrioni dicto loco. De hoc monte vide Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. III. pag. 1157.

v. 153. *Fractusque ruina Mons circum*] *flatusque ruina* Puteaneus. scribendum, *stratusque ruina. ruinam* vocat excesa saxa, quibus late ejectis obstratus est Vesevus. N. HEINSIUS. Eo sensu *stratus* supra est lib. IX. vers. 39.

Sed qualis stratis deleto milite campis
Post pugnam stetit.

lib. VI. vers. 601.

——— *Tyrrhenas sternere valles*
Caedibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine fas fuerit.

Nonnumquam autem solita fuit indocta librariorum natio voces *stratus* & *fractus* inter se commiscere. Vide Vinet. ad Ausonii Epigr. III. & Nic. Heinsium ad Claud. IV. Consul. Honor. vers. 318.

v. 154. *Aetnae fatis certantia saxa*] Lud. Dorleans ad Tacit. IV. Ann. pag. 499. conjicit *Aetnae saxis certantia saxa*, quod essent immensae altitudinis. Sed & vulgatum ita explicat, quod eadem fata haberet, quae Aetna, saxa nimirum ignea volvens & ignium globos.

v. 156. *Herculeos videt ipso in litore Baulos*] Vide Hadr. Junium I. Animadv. cap. IX. & Cluver. IV. Ital. Antiq. cap. II. pag. 1124.

v. 157. *Miratur*] Malim, *Miratus.* N. HEINSIUS.

v. 159. *Inde Pherecyadum muros & frondentia laeto*] *Phereciadum* Coloniensis. bene. Deinde tollendum τὸ *&*, quod vitiose redundat. N. HEINSIUS. Voculam *&* ignorant omnes libri scripti, eamque omiserunt D. Heinsius, Raphelengius & Cellarius, quam perperam agnoscunt omnes, quas consului, editiones reliquae: eadem vero etiam in Romana principe manu docta deleta erat. Cur vero Silius Dicarchaeam seu Puteolos *Pherecyadum muros* vocet, ratio in obscuro est. Marsus notat,

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.
Campo Nola fedet, crebris circumdata in orbem
Turribus, & celfo facilem tutatur adiri
Planitiem vallo: fed, qui non turribus arma
Defendenda daret, verum ultro moenia dextra
Protegeret, Marcellus opem auxiliumque ferebat.
Isque ubi Agenoream procul adventare per aequor,
Et ferri ad muros nubem videt; Arma, cruentus
Hoftis adeft, capite arma, viri, clamatque, capitque.
Circumftant rapidi juvenes, aptantque frementi
Sanguineas de more jubas: fonat inde, citato
Agmina difponens paffu, Tu limina dextrae
Servabis portae, Nero: tu converte cohortes
Ad laevam patrias & Larinatia figna,

Clarum

Cumanos Neapolitanofque ita dictos effe a Pherecyde quodam, quo duce in Italiam navigarant. Sed, quoniam nemo, quod fciam, ejus meminerit, eadem, qua ponitur, auctoritate etiam negari poteft: praeterquam quod Silius hic nec de Cumanis nec de Neapolitanis, fed de Puteolanis agat. Dum enim in hujus urbis obfidione haerere cogebatur Hannibal, loca vicina luftravit; indeque regreffus ad Pherecyadum muros, id eft Puteolos, montem Gaurum devaftavit. Si conjecturae noftrae locus datur, vero haud abfimile videtur, Puteolos ita dictos effe a Pherecyde Pythagorae praeceptore. Pherecydes enim, quamvis Syrius fuerit, tamen per aliquot tempus in infula Samo habitavit, ut conftat ex Diogene Laërt. lib. I. fect. 116. Jam Puteoli, tefte Stephan. Byzant. in voce Ποτίολοι & Eufeb. in Chron. Olymp. LXIV. conditi funt a Samiis. Neque haec cuiquam nimis longe petita videri debent, cum id Silio facere in more fuerit. nam fic Karthaginienfes vocat *Cadmeos*, Romanos *Rhoeteios*. fimilia alia apud eum obvia funt.

v. 168. *Et ferre ad muros*] *ferri* corrigendum ex fcriptis. Et fic Interpres. N. HEINSIUS.

v. 169. *Rapite arma, viri*] *capite* ex iifdem fcriptis. nam fequitur, *clamatque, capitque*. N. HEINSIUS. Utrumque dicitur, *rapite arma*, & *capite*. vide fupra ad lib. IV. verf. 98. Hic tamen fortaffe cum Heinfio Mftorum lectio praeferenda. Praecedenti verfu omnes libri conftanter *nubem Agenoream* habent, folus Raphelengius *pubem* edidit.

v. 170. *Circumftant rapidi juvenes*] Malo *Circumdant*; & *rapide*, pro *rapidi*. N. HEINSIUS. Voces *Circumdare* & *Circumftare* interdum inter fe commutaffe fupra dixi ad lib. II. verf. 550. & nonnullis exemplis adftruxi. Apud Maronem tamen habes VII. Aen. verf. 585.

Certatim regis circumftant tecta Latini.

v. 171. *Sonat inde, citato Agmina difponens paffu*] Scribe *volat*, pro *fonat*. Infra verf. 456.

——— *immani per proxima motu*
Evolat, & minitans avida in certamina fertur.

N. HEINSIUS. Nihil muto. Marcellus armatus; & celeri gradu pergens, ut cunctis munia fua defcriberet, *fonabat*, id eft, clara voce, ita ut audiri poffet, dicebat, quae à Nerone & Tullio fieri vellet. Sic fupra lib. II. verf. 491.

——— *primaque fonant te voce minores.*

lib. IX. verf. 342.

——— *tantumne datis confidere linguae,*
Ut Cannas uno ore fonem.

lib. XI. verf. 581.

——— *qui tanta fuperbo*
Facta fonas ore, & fpumanti turbine perflas
Ignorantum aures.

v. 174. *Larinantia figna*] Ita Daufquejus edidit; nec aliter habent membranae Oxonienfes. Rectius tamen alii libri, tam manu, quam typis exarati, *Larinatia*. Iifdem autem cohortibus etiam fupra Silius Tullium praefecit lib. VIII. verf. 404.

v. 175. *Aft ubi juffo*] *juffo* apud Maronem emphafin & auctoritatem quandam jubentis infert. ita etiam hoc loco. BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. XIV. *juffo* contracte, pro juffero; ut apud Maronem, loco à Daufquejo laudato, XI. Aen. verf. 467.

Cetera, qua juffo, mecum manus inferat arma.

neque aliter id capiendum docent Servius eo loco & Turneb. XV. Adverf. cap. XV. a quibus non recte diffentit Barthius XXXV. Adverf. cap. III. qui putat, τὸ *juffo* frequentativum effe verbi *jubeo*. eadem forma *dixis*, pro *dixeris*, habet Plaut. in Mil. Glor. act. III. fc. II. verf. 29. *Si falfa dixis, cocio, excruciabere.* Similia alia paffim occurrunt.

v. 179. *Jam clauftra evellere Poeni*] *revellere* Colonienfis, ut paullo ante, *ferar ipfe revulfa In medios porta*. N. HEINSIUS. Infra verf. 453.

Affeffos Capuae muros, clauftra ipfa revelli
Portarum.

Virgil. VIII. Aen. verf. 262.

Panditur extemplo foribus domus atra revulfis.

Cic.

Clarum Volscorum Tulli decus: ast ubi jusso,
Per tacitum ruptis subita vi fundite portis
Telorum in campos nimbum. ferar ipse revulsa
In medios, equitumque traham certamina, porta.
Dumque ea Marcellus, jam claustra revellere Poeni,
Et scalis spretos tentabant rumpere muros.
Insonuere tubae passim, clamorque virorum,
Hinnitusque, simul litui, raucoque tumultu
Cornua, & in membris concussa furentibus arma.
Fertur acerba lues disjectis undique portis,
Effusaeque ruunt inopino flumine turbae;
Improbus ut fractis exundat molibus amnis,
Propulsum ut Borea scopulis impingitur aequor,
Ut rupto terras invadunt carcere venti.
Nec, torrente, Libys, viso armorumque virûmque

Dejectus,

Cic. lib. IV. in Verr. cap. XXIII. *Extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli claustra.* Liv. lib. V. cap. XXI. *Pars aversos in muris invadunt hostes, pars claustra portarum revellunt.*

v. 182. *Tinnitusque simul litui, raucoque tumultu Cornua*] Legendum, *Hinnitusque, simul litui*, &c. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXIV. *Hinnitusque* bene Modius ex Coloniensi, & refer ad equos. *Tinnitus litui* non recte dicitur. distinctione praeterea locus juvandus. libro sequenti tamen vers. 146. *lituum tinnitus.* N. HEINSIUS. Non ita longe a vera lectione Oxon. codex *Inuitusque*, pro *Innitusque*, quod omissa aspiratione est pro *Hinnitusque*: quam lectionem recte vir Illustrissimus N. Heinsius ex libro Coloniensi, & olim Modius, vindicarunt. Non assentior tamen eidem Heinsio, qui lituis *tinnitum* recte adscribi posse negat. quamvis enim ipsam illam vocem de lituis usurpatam nondum inveni, praeterquam loco Silii ab eo laudato, ejusdem tamen potestatis alia iis tribuuntur: *tinnitus* nimirum sonus acutus est, quem lituis tribuit Ennius VIII. Annal. pag. 83.

Inde locei lituus sonitus effudit acutos.

Statius VI. Theb. vers. 227.

Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Acro ad Horat. lib. I. od. I. vers. 23. *Litui acutus est sonus, tubae gravis. strepere* de iisdem dixit Horat. lib. II. od. I. vers. 17.

Jam nunc minaci murmure cornuum
Perstringis aures: jam litui strepunt.

stridor lituum est apud Senec. in Thyeste vers. 575.

Jam tacet stridor litui strepentis.

in Oedipo vers. 734.

Lituusque adunco stridulos cantus
Elisit aere.

Lucan. lib. I. vers. 237.

—— *stridor lituum, clangorque tubarum*
Non pia concinuit cum rauco classica cornu.

lib. VII. vers. 475.

—— *tunc stridulus aer*
Elisus lituis, conceptaque classica cornu.

quae etiam acutiorem sonum notant, & *tinnitum* bene reddunt. Contra κατaχρηστικῶς lituis *clangorem* tribuit, & sistrorum *tinnitui* opponit Pacat. Panegyr. cap. XXXIII. *Illos alterno concussa tinnitu sistra ducebant, hos fractae voces tubarum, ingentiumque lituorum clangor acuebat.* at *clangorem* proprie tubarum esse supra dixi ad lib. V. vers. 199. ubi plura vide.

v. 184. *Disjectis incita telis*] *turmis* Coloniensis. sed *turma* mox sequitur. bene ergo Puteaneus, *disjectis undique portis.* de erumpentibus enim agitur. N. HEINSIUS. *disjectis portis* respondet illis *revellere claustra* paullo ante. sic lib. VII. vers. 567.

Primus claustra manu portae dictator & altos
Disjecit postes.

disjicere vallum eodem loco vers. 523. *disjecto Minuci vecordia vallo.*

v. 185. *Effusaeque ruunt inopino turbine turmae*] *inopino flumine* scripti. Diximus nonnihil ad Maron. Aen. XI. vers. 236. vide annotata nostra ad Silium lib. VIII. vers. 626. N. HEINSIUS. • Ita Heinsius jam olim emendavit ad Claud. II. in Rufin. vers. 427. Locutio desumta est à similitudine illa, qua milites in pugnam ruentes flumini vel torrenti, omnia secum trahenti, comparantur; de qua supra vide ad lib. IV. vers. 522. Repetitio syllabae *tur* in his *turbine turmae* in vulgata lectione aures offendit.

v. 187. *Propulsum ut Borea*] *aut Borea* rectius scribas. N. HEINSIUS. Si *aut Borea* cum Heinsio praefers, versu seq. etiam scribendum erit *aut rupto*; sed nihil muto. Puto enim Silium elegantiam captasse in illo ter repetito *ut*.

v. 189. *Nec torrente Libys visu armorumque, virûmque*] *nisu* Coloniensis, cum editione Parmensi. *torrente viso* Puteaneus, quomodo *flumen inopinum* paullo ante dixerat. sic lib. XIII. vers. 760.

—— *nullo non tempore abundans*

Dejectus, sperare valet. dux Dardanus instat
Attonito, praegressus equo, tergisque ruentum
Incumbens hasta, socios nunc voce fatigat:
Perge, age, fer gressus. dexter Deus; horaque nostra est.
Hac iter ad muros Capuae. nunc rursus in hostem
Conversus, Sta. quo raperis? non terga tuorum,
Te, ductor Libyae, increpito. sta. campus, & arma,
Et Mars in manibus. dimitto a caede cohortes.
Spectemur soli. Marcellus proelia posco.
Sic rector Latius: juvenique invadere pugnam
Barcaeo suadebat honor pretiumque pericli.
Sed non haec placido cernebat pectore Juno,
Coeptoque avertit suprema in fata ruentem.
Sistere perculsos ille & revocare laborat.
Talesne e gremio Capuae tectisque sinistris
Egredimur? state, o miseri, quis gloria summa

Dedecori

Umbrarum huc agitur torrens.

Deinde *Dejectus sperare valet*, non *Dejectum*, scripti. N. HEINSIUS. Oxon. codex cum Romana principe & Mediol. editione *torrente visu*, ut fortasse *torrente viso* cum Puteaneis membranis legendum sit. Ita certe Aenean torrenti comparat Virgil. x. Aen. vers. 602.

Talia per campos edebat funera victor
Dardanius, torrentis aquae vel turbinis atri
More furens.

Fabios Ovid. Fastor. II. vers. 219.

Ecce, velut torrens undis pluvialibus auctus,
Aut nive, quae Zephyro victa tepente fluit,
Per sata, perque vias fertur; nec, ut ante solebat,
Riparum clausas margine finit aquas;
Sic Fabii latis vallem discursibus implent.

Vide supra ad lib. IV. vers. 522. Insuper priscae etiam editiones Romana princeps, Parmensis, & Mediolanensis *Dejectus*, ut sensus sit: Hannibal, viso militum in se ingruentium torrente dejectus, victoriam sperare non audet. Marsus demum *Dejectum* edidit. Si quis tamen vulgatam lectionem malit, ita exponenda est: non sperare potest Hannibal, se truci vultu arma & viros dejecturum. De truci vultu Hannibalis ita Silius supra lib. XI. vers. 339.

Tune illum, quem non acies, non moenia & urbes
Ferre valent, cum frons propior lumenque corusco
Igne micat, tune illa viri, quae vertice fundit,
Fulmina pertuleris, si viso intorserit ense
Diram, qua vertit per campos agmina, vocem?

Dejectus autem vox est substantiva, qua etiam Ovidius, quamvis alio sensu, usus est lib. I. Met. vers. 571.

Dejectuque gravi tenues agitantia fumos
Nubila conducit.

& Statius IV. Theb. vers. 272. *Velatum geminae dejectu lyncis. Dejicere* vero *hostem* ubique obvium & notum est.

v. 191. *Attonito progressus equo*] *praegressus* ex Coloniensi. sic *praevectus equo* lib. VII. vers. 170. videantur, quae annotamus ad II. Claudiani de Rapt. Pros. vers. 122. N. HEINSIUS. Saepe ita peccarunt librarii. vide infra ad lib. XVII. vers. 56. Deinde in quibusdam editionibus ita distinguitur: *dux Dardanus instat Attonito, praegressus equo.* ut sit, instat attonito, sc. Hannibali. Nisi itaque distinctio illa placeat, malo legere, *dux Dardanus instat Attonitis*, militibus nempe Punicis, quos in fugam versos innuit Silius, dum tergis ruentum hasta Marcellum incubuisse dicit.

v. 192. *Incumbens hasta*] In Romana principe, quam sequitur Mediolanensis editio, omissa aspiratione *asta* est, pro quo ad marginem prioris emendatur manu docta *astat*. Sed nihil puto mutandum.

v. 193. *Fer gressus*] Scribe, *fert gressus dexter Deus*, id est, regit gressus. *adversis ferri* supra habuimus lib. x. vers. 618. N. HEINSIUS. Nihil muto. Infra lib. XV. vers. 559. *Surge, age; fer gressus.*

v. 193. *Dexter Deus, horaque nostra est*] Observandum est, veteres ea superstitione fuisse, ut Deorum favorem & Fortunae mutari censerent quavis hora; cujus rei exempla observata sunt in Horatio alibi a nobis. Silius lib. VII. vers. 171.

Attulit hospitio pergentem ad litora Calpes
Extremumque diem pes dexter & hora Lyaeum.

BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. Felicitatem horatim hominibus, ut ita loquar, obvenire persuasio erat veterum. Itaque scribit Horat. lib. II. carm. XVI.

Et mihi forsan, tibi quod negarit,
Porriget hora.

& lib. I. Epistol.

Grata superveniet, quae non sperabitur, hora.

Itaque hortabantur se praesente fortuna uti, quae

tam

Dedecori est. nil vos hodie (mihi credite) terga
Vertentes fidum exspectat. meruistis, ut omnis
Ingruat Ausonia, & saevo Mavorte parastis,
Ne qua spes fusos pacis vitaeque maneret.
Vincebat clamore tubas, vocisque vigore
Quamvis obstructas saevus penetrabat in aures.
Polydamantêis juvenis Pedianus in armis
Bella agitabat atrox, Trojanaque semina & ortus
Atque Antenorea sese de stirpe ferebat,
Haud levior generis fama sacroque Timavo
Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.
Huic pater Eridanus, Venetaeque ex ordine gentes,
Atque Apono gaudens populus, seu bella cieret,
Seu Musas placidus doctaeque silentia vitae
Mallet, & Aonios plectro mulcere labores,

Non

tam mobilis esset. Idem Horat. lib. III. carm. VIII.

Dona praesentis cape laetus horae, &
Linque severa.

Idem Horatius,

Tu, quamcumque Deus tibi fortunaverit horam,
Grata sume manu.

Hinc sibi interpretationem ducit hic locus. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Sic supra lib. I. vers. 457. *Murroque secundos Hunc Superos tribuisse diem.* ubi quaedam vide. *nostra hora* est nobis favens, felix, qua quid prosperi nobis eveniet. Plaut. in Casin. act. II. sc. VIII. vers. 72.

Si nunc satere volt hera officium suum,
Nostra omnis lis est: pulchre praevortar viros:
Nostro omine it dies; jam victi vicimus.

Ovid. Epist. XII. Heroid. vers. 84.

Sed mihi tam faciles unde meosque Deos.

S. Lucas in Euang. cap. XXII. comm. 53. Ἀλλ' αὕτη ὑμῶν ἐστὶν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους. Cicer. pro Milone cap. XXXIII. *Milone occiso habuisset suos Consules.* Senec. in Agam. vers. 91.

Ventos nimium timuere suos.

Vide Scheffer. I. de re Navali cap. IV. Dresem. ad Iscan. II. de bell. Troj. vers. 22. & Gronov. ad Livii lib. XXXV. cap. XII.

v. 194. *Hac iter in muros Capuae*] *ad muros* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 196. *Stat campus, & arma, Et Mars in manibus*] Verissime corrigitur *stet campus.* sed & porro legendum, *Et Mars his manibus.* & melius etiam *stent.* utrobique ita scribendum existimamus. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *sta. campus, & arma, Et Mars in manibus* ex scriptis. *stet campus* pessime Interpres, quod tamen & Barthius est amplexus. mallit tamen *stent:* & hoc male; uti etiam quod reponit *Et Mars his manibus.* *Mars in manibus*, nimirum, est. vide annotata lib. XI. vers. 163. N. HEINSIUS.

v. 197. *Dimitto a caede cohortes*] Τὸ *a* abest a Coloniensi. in Puteaneo *e caede.* Forte *dimitte.* N. HEINSIUS.

v. 205. *Quis gloria summa Dedecori est*] Forte, *summo Dedecori.* N. HEINSIUS.

v. 208. *Et saevo Mavorte parastis*] An, *laevo?* ut lib. V. vers. 660. Possis & *foedo Mavorte*, vel *scaevo.* *saevus* mox sequitur. N. HEINSIUS. Si quid mutandum, malim *laevo Mavorte.* infelici proelio & ignava pugna id consecuti estis, ut vos dignos aestimem, quos nulla pacis aut vitae spes maneat. Saepe indocti librarii voces *laevus* & *saevus* turbarunt. vide supra ad lib. V. vers. 660. Sed vulgatum non muto.

v. 212. *Polydamantêis juvenis Pedianus* &c.] N. Heinsio ad Nason. Metam. XII. vers. 547. eumque secuto J. Broekhusio ad Propert. lib. III. eleg. I. vers. 29. placet *Pulydamantêis*, quod is Homero Πουλυδάμας syllaba priori producta, saepe dictus sit, cum ceteroquin Πολυδάμας vocaretur. Sed nihil mutandum, veramque Dausqueji opinionem esse puto, qui *Polydamas* priori longa formatum credebat ab Aeolico Πωλυδάμας: quod postea & ipse Heinsius probasse videtur. Nam cum & olim in notis Silianis *Pulydamantêis* emendandum sibi videri scripsisset, postea conjecturam induxit, & ad hunc locum nihil notare satius habuit. Polydamas autem, cujus ex posteris hunc Pedianum natum fingit Silius, Antenoris filius fuisse dicitur, qui expugnata & eversa Troja in oris Venetis consedit, & urbem Patavium condidit. Vide Servium ad Maron. Aen. I. vers. 242.

v. 220. *Aonios plectro mulcere labores*] Legendum *Aonio plectro.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LIII. *Aonio plectro*, ni fallor. N. HEINSIUS. *labores* intellige militares. Quare omnino legendum *Aonio plectro*, cum viris doctis. Leniebat Pedianus labores ac molestias, quas in militia pertulerat poeti: id enim *Aonio plectro.* sic *Lesbium plectrum* Horat. lib. I. od.

Non ullum dixere parem; nec notior alter
Gradivo juvenis, nec Phoebo notior alter.
Qui postquam, effusis urguens vestigia frenis
Poenorum, juxta galeam atque insigne peremti
Agnovit spolium Paulli. puer illa gerebat,
Non parvo laetus ductoris munere, Cinyps,
Dilectus Poeno Cinyps, quo gratior ora
Non fuit, ac nulla nituit plus fronte decoris.
Quale micat, semperque novum est, quod Tiburis aura
Pascit, ebur, vel qui miro candoris honore
Lucet in aure lapis, rubris advectus ab undis.
Quem postquam, egregium cristis & casside nota
Fulgentem, extremo Pedianus in agmine vidit,

Ceu

I. od. XXVI. vers. II.

Hunc Lesbio sacrare plectro
Teque tuasque decet sereret.

v. 221. *Non ullum dixere parem*] *duxere parem*, ni fallor, pro *dixere*: quamquam & *dixere* subsistit. N. HEINSIUS. Recte, *duxere parem*, id est, parem aestimarunt, habuerunt, crediderunt. Saepe in his vocibus inter se commutandis peccarunt librarii. Vide N. Heinsium ad Claudiani bell. Gild. vers. 16. de laud. Seren. vers. 128. Nason. Epist. XIX. Heroïd. vers. 100. Fastor. III. vers. 75. & 387. Brockhus. ad Propert. lib. I. eleg. IV. vers. 14. eleg. VII. vers. I. lib. II. eleg. XXII. vers. 21. eleg. XXV. vers. 62. lib. IV. eleg. VI. vers. 13. & eleg. XI. vers. 47.

v. 221. *Nec notior alter. Qui postquam*] In his desideratur vulgo carmen unum, hoc modo ex membranis in possessionem & locum suum, unde male exsulat, postliminio reducendum,

——— *nec notior alter*
Gradivo juvenis, nec Phoebo notior alter.
Qui postquam &c.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LIII. Aberat hic versus,

Gradivo juvenis, nec Phoebo notior alter,

a vulgatis, quem Coloniensis exhibet, uti jam testatus est Modius: qui tamen *nec Phoebo notior alter* agnoscit, cum *notior* sit in excerptis nostris: lege *gratior*, vel *carior*. N. HEINSIUS. Non muto cum Heinsio τὸ *notior* in *gratior*, vel *carior*. sequitur enim mox *gratior ora*. Deinde repetitio ejusdem vocis eo modo, ut hic τοῦ *notior*, elegans est, & apud poëtas frequens occurrit. Sic infra lib. XIII. vers. 116.

Qui candore nivem, candore anteiret olores.

Ovid. III. Metam. vers. 421.

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

Valer. Flacc. lib. V. vers. 224.

Soligenae falli meriti, meritique relinqui.

& passim.

v. 226. *Non parvo laetus ductoris munere Cinyps*] Spolia nempe interfecti hostis, praesertim si is inter suos illustrior exstiterat, duces bene meritis militibus praemii loco tribuebant. supra lib. V. vers. 320.

——— *hastam*
Perlibrat, magni donum memorabile fratris;
Caeso quam victor sub moenibus ille Sagunti
Abstulerat Durio, ac spectatae nobile pugnae
Germano dederat portare in proelia pignus.

lib. XV. vers. 259.

——— *aequorei certaminis alto*
Donatur titulo, Poenique recentibus armis
Ductoris.

lib. XVI. vers. 459.

Hanc primus galeam, (hac acies terrebat Hiberas
Hasdrubal) hunc ensem, cui proxima gloria cursus,
Accipiet; caeso pater hunc detraxit Hyempsae.

Homer. Il. Ψ. vers. 560.

Δώσω οἱ θώρηκα τὸν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.

Dabo et thoracem, quem Asteropaeo abstuli. Virgil. Aen. X. vers. 699.

——— *poplite Palmum*
Succiso volvi segnem sinit; armaque Lauso
Donat habere humeris, & vertice figere cristas.

v. 227. *Quo gratior ore Non fuit*] *ora* Coloniensis eleganti Graecismo. cui lectioni Parmensis quoque editio subscribit. N. HEINSIUS. Recte etiam editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis *gratior ora*. Proxime accedunt membranae Oxoniensis, quae *hora* habent: rejecta enim aspiratione restat vera lectio. & ita hoc loco emendandum esse monuit jam olim Illustrissimus Heinsius ad Claudiani II. de laud. Stilic. vers. 136. Sic noster infra lib. XVI. vers. 486.

Omnes primaevi, flaventiaque ora decori.

Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 26.

Tum quoque siderea clarus procul ora juventa.

Statius Theb. IX. vers. 155. *Blanda genas vocemque venit.* Theb. XII. vers. 65.

Pacifera laure crinem vittisque decorus.

v. 231. *Lucet in aure lapis*] *lapidem* hic accipe unionem,

Ceu subita ante oculos Paulli emersisset imago
Sedibus infernis, amissaque posceret arma,
Invadit frendens, Tune, ignavissime, sacri
Portabis capitis, quae non sine crimine vester
Invidiaque Deûm gestaret, tegmina, ductor?
En Paullus. vocat inde viri ad spectacula manes,
Et fugientis agit costis penetrabile telum.
Tum, delapsus equo, galeam atque insignia magni
Consulis abrumpit dextra, spoliatque videntem.
Solvitur omne decus leto, niveosque per artus
It Stygius color, & formae populatur honores.
Ambrosiae cecidere comae, violataque cervix

Marmoreum

unionem, margaritam. Catull. carm. LXX.

Non illam rarae labefactet munere vestis,
Aut perluciduli deliciis lapidis.

Claud. in IV. Cons. Hon. vers. 597.

—— quis divitis algae
Germina flagrantes inter quaesivit harenas?
Quis junxit lapides ostro?

Plura exempla suppeditant notae cultissimi Broekhusii ad Tibull. lib. I. eleg. IX. vers. 39. De more aures margaritis ornandi vide Interpretes ad Petron. satyr. cap. LV.

v. 231. *Rubris advectus ab undis*] Primae editiones legunt *rubris ab Indis.* Sed male. Simili errore apud Propert. lib. III. eleg. III. vers. 37. in codice Groning. optimo erat *miscebimur undis*, pro quo recte viri docti *miscebimur Indis* restituerunt. At *rubrae undae* hoc loco sunt mare Indicum, quod *rubrum* & *erythraeum* dicitur, unde optimae uniones extrahuntur. Vide Celeberr. Relandi dissert. de mari rubr. §. 5.

v. 234. *Cum subita ante oculos Paulli emersisset imago*] Paulli imago nulla emersit, ideoque interpolandum illud *Cum*, faciendumque ex eo *Ceu*, quod valebit tamquam, veluti, non aliter ac si. MODIUS Novant. Lect. Epist. LIII. *Ceu* ex scripto Modius: verissime; ne dubita. nec aliter editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Ceu*, quod & Dausquejus probavit, etiam esse videtur in Oxoniensi codice; nam in utrisque meis excerptis nihil notatum est, cum tamen collationes institutae fuerint ad editiones, in quibus ex Modii emendatione *Ceu* editum erat. Mediolanensis editio, cui in plerisque cum Parmensi convenit, hic tamen *Cum* habet, ut & Romana princeps omnesque aliae. Similiter saepe errarunt indocti librarii. Vide N. Heinsium ad Silii Italici lib. I. vers. 362. lib. XVII. vers. 97. Nason. Metam. XI. vers. 26. Valer. Flacc. lib. II. vers. 453. & Claud. II. de Laud. Stilic. vers. 436.

v. 242. *Spoliatque videntem*] Nisi *videntem* hic sit adhuc viventem, spiritum trahentem, ut mox vers. 276. cum Celeberrimo Burmanno legam *jacentem.*

v. 244. *Et formae populatur honores*] *honorae* editio Parmensis. forte, *& formae populator honorae.* Verus tamen est, *& formae populatur honorem.* N. HEINSIUS. *formae populator honorae* Romana princeps & Mediol. editio. Sed nihil mutandum; nisi forte *honorem* cum N. Heinsio malis. Sic Iscan. IV. de bell. Troj. vers. 70.

—— neve vagans formae populetur honorem
Caesaries, utramque comam sua detinet auris.

Morte omnem pulchritudinem amitti dicit etiam Valer. Flacc. lib. III. vers. 180. *vitaque fugit decus omne soluta.* & Stesich. Θανόντος ἀνδρὸς, πᾶσ' ὄλλυτ' ἀνθρώπων χάρις. Quamvis id alio referat Stobaeus p. m. 901. & fortasse melius.

v. 245. *Violataque cervix*] Haec nihili sunt. Scribendum, ni fallor, *tum lactea cervix.* Plane Maroniana illa solens est imitatus Aeneïdos decimo vers. 133.

Dardanius caput ecce puer detectus honestum:
Qualis gemma micat, fulvum quae dividit aurum,
Aut collo decus, aut capiti: vel quale per artem
Inclusum buxo aut Oricia terebintho
Lucet ebur: fusos cervix cui lactea crines
Accipit.

lactea colla apud eundem Maronem alibi habes. noster lib. IV. vers. 154.

Colla viri fulvo radiabant lactea torque.

Nemesian. ecl. II.

Purpureas laudando genas & lactea colla.

Maximianus eleg. I.

Aurea caesaries demissaque lactea cervix.

N. HEINSIUS. *violata cervix* erit vulnerata. vide supra ad lib. X. vers. 261. Verum cum Pedianum non per cervicem, sed costas Cinypis telum adegisse Silius scribat, cur cervix ejus vulnerata dicatur, rationem non video; nisi forte altero vulnere laesa sit, cum saucio galeam detraheret; aut *violata* interpretari debeamus, quae colorem amisit. Sed fere est, ut Heinsii conjecturam *tum lactea cervix* amplectar. *lactea* autem *cervix* est candida, pulchra. supra *niveos artus* dixit. Sic Silius lib. XVI. vers. 520.

—— fusam late per lactea colla

Marmoreum in jugulum collo labente recumbit.
Haud secus Oceano rediens Cythereïus ignis,
Cum sese Veneri jactat splendore refecto,
Si subita invadat nubes, hebetatur, &, atris
Decrescens tenebris, languentia lumina condit.
Ipse etiam, capta, Pedianus, casside, nudos
Attonitus stupet ad vultus, irasque coërcet.
Tum, galeam magno sociûm clamore reportans,
Immitem quatiebat equum, spumantia saevo
Frena cruentantem morsu, cui turbidus armis
Obvia Marcellus rapido tulit ora tumultu:
Agnoscensque, Decus macte o virtutis avitae,
Macte Antenoride. nunc, inquit, rapta petamus,
Quod superest, Libyci ductoris tegmina, & ardens
Terrificis saevam fundit stridoribus hastam.
Nec forsan voti vanus foret, obvia ni vis

Gestaris

Hesperos ingenti tenuisset saevus ab ira,
Traxissetque comam.

Virgil. Aen. VIII. vers. 660.

Virgatis lucent sagulis; tum lactea colla
Auro innectuntur.

Petron. in Fragm. pag. 668.

Lacteaque admixtus sublimat pectora sanguis.

Stat. lib. I. silv. I. vers. 50.

——— heu! lactea colla,
Brachiaque, & domini numquam sine pondere cervix.

Martial. lib. I. epigr. XXXI.

Dumque decent fusae lactea colla jubae.

Marius Victorin. de metris,

Nitet aurea purpureae Veneris coma, roscida lactea cervix.

Appul. III. Metam. pag. 52. ed. Pric. *Prius a me concisus atque laceratus interibit ipse, quam tuam plumeam lacteamque contingat cutem.* Iscan. IV. belli Troj. vers. 91.

——— solique decus speciale meretur
Lactea membrorum series.

Vide eruditissimum Bentlejum ad Horat. I. od. XIII. vers. 2. Nota autem miram hic palilogiam *cervix* labente *collo* in *jugulum* recumbit.

v. 246. *Marmoreum in jugulum*] Hoc quoque epitheto Silius candorem juguli denotat, ut nonnullis exemplis Dausquejus notavit. Sic Ovid. IV. Fastor. vers. 135.

Aurea marmoreo redimicula solvite collo.

Auctor Ceiris vers. 449.

Et caput inflexa lentum cervice recumbit
Marmorea.

Petron. in Satyr. cap. CXXXI. *Premebat illa resoluta marmoreis cervicibus aureum torum.* Ita *marmorea palma, pes*, aliaque. Ovid. Metam. III. vers. 481.

Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.

Auctor Ceiris vers. 256.

Marmoreum tremebunda pedem quam retulit intra.

Nemes. Ecl. II. vers. 21.

Et quae marmoreo pede Naides uda secatis
Litora.

Auctor Epigr. de Rosis, quod edidit P. Scriver. in notis ad Pervigil. Vener. vers. 23.

Dum puer hic passim properat decerpere flores,
Et velare comas, spicula libavit acuta
Marmoreos digitos.

Pariter & Graeci locuti sunt. Anacr. carm. XXVIII.

Περὶ Λυγδίνῳ τραχήλῳ
Χάριτες πέτοιντο πᾶσαι.

Circum Lygdinum collum Gratiae volitent universae. lib. VII. Antholog. Graec. epigr. 201.

Δειρὴ Λυγδίνη, καὶ στήθεα μαρμαίροντα.

Collum simile Lygdino lapidi & pectora marmorea. Nonn. XV. Dionys. vers. 331.

Δάκτυλα μαρμαίροντα περὶ γλυφίδεσσι δοκεύων.

Digitos marmoreos circa sagittae crenas cernens. & ita alii passim.

v. 247. *Haud secus Oceano rediens Cythereïus ignis*] Plura supra vide ad lib. VII. vers. 639. *Cythereius ignis* est stella, Lucifer dicta, quae non solum Veneri sacra dicitur, sed & interdum ipsa Venus esse. Vide Tristan. Comm. Histor. tom. I. pag. 24.

v. 248. *Cum sese Veneri jactat*] *sacrat* in Coloniensi, vel *saccat*. N. HEINSIUS.

v. 251. *Ipse etiam capta Pedianus casside*] *rapta casside* maluerim. Infra vers. 258.

——— rapta petamus,
Quod superest, Libyci ductoris tegmina.

N. HEINSIUS.

v. 253. *Tum galeam magno ad socios clamore reportans*] Verius puto, ut legamus,

Tum galeam magno sociûm clamore reportans.

Non aliter sane habent membranae, quas ego in similibus lubenter sequor. MODIUS Novant. Lection.

Gestaris opposito tenuisset corpore telum.
Qui dum vicinis ductorem protegit armis,
Transabiit non hunc sitiens gravis hasta cruorem,
Ingentesque minas mutata morte peregit.
Avehitur raptim ductor, discrimine leti
Turbatus, cursumque furens ad castra capessit.
Jamque, fugae immodicus, tendit certamine gressum
Praecipitem versis Poenorum exercitus armis.
Assequitur telis hostis, longasque viritim
Exsatiant iras cladum, coeloque cruentos
Certatim ostentant & Dis ultoribus enses.
Ille dies primus docuit, quod credere nemo
Auderet Superis, Martis certamine sisti
Posse ducem Libyae. raptant currusque, virosque,
Massylamque feram; & vivis avulsa reportant
Tegmina bellantum, atque abeunt, sub cuspide terga
Contenti

ction. Epist. LIII. Coloniensis, Modio jam id professo, *magno socium clamore reportans*, non *ad socios*. & sic Parmensis etiam editio. N. HEINSIUS. *magno socium clamore* etiam codex Oxoniensis, & editiones Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, ac Martini Herbipolensis. Primus autem Nicander apud Juntam *ad socios* edidit.

v. 254. *Immitem quatiebat equum*] θυμοειδῆ: λυκοσπάδα Graeci immitem equum vocant, a frenis, λύκοις dictis, sicut *lupatis* Latinis, quod ea maxime mordere, & agitare ora soleant equi ejusmodi. Nam altera illa Graecorum de his sententia, quam affert quoque Plutarchus, quod ii λυκοσπάδες vocantur, quia, cum lupis semel erepti sunt, multo celeriores effecti sunt, quam fuerunt antea, mihi ridicula videtur, quamvis maxima Graecorum pars in hac superstitione sit. Sunt igitur λυκοσπάδες simpliciter, quod Silio *immites*, a frenis illis, ut diximus: unde sequitur, *spumantia saevo Frena cruentantem morsu*, id est, λυκοσπάδα. D. HEINSIUS.

v. 257. *Agnoscensque decus, Macte*] Distingue,

Agnoscensque, Decus macte e virtutis avitae.

N. HEINSIUS.

v. 258. *Macte Antenoride*] Malo, *Antenorida*, ut apud Maronem. N. HEINSIUS. Vide infra ad lib. XIII. vers. 796.

v. 267. *Cursumque ferens ad castra capessit*] Forte, *fremens*. sed *furens* est in scriptis, uti conjecerat Interpres. Diximus lib. IX. vers. 586. ubi pari modo peccabatur. N. HEINSIUS. Ita hoc loco etiam legendum docuit Zinzerling. in Promulf. Crit. cap. XX. Saepe librarii has voces invicem confuderunt in membranis antiquis. vide Eruditos Interpretes ad Petron. Satyr. cap. CXXII. N. Heinsium ad Silii lib. X. vers. 321. & ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 638. & lib. V. vers. 85. apud Lucan. etiam lib. VI. vers. 471. pro *puppimque ferentes In ventum tumuisse sinus*, perperam nonnulli codices *furentes* habent.

v. 273. *Ille dies primo docuit*] *primus* Coloniensis & Puteaneus. N. HEINSIUS. Veram scripturam vidit etiam ὁ πάνυ Gronovius I. Obs. cap. VII. Sic Valer. Flacc. lib. IV. vers. 276.

Ille dies aegros Amyci sudoribus artus
Primus, & arenti cunctantem vidit hiatu.

vide plura ad lib. II. vers. 235. Ob hanc autem victoriam celebris admodum evasit Marcellus, & Hannibalem primus vicisse dictus est. Valer. Max. lib. IV. cap. I. ex. 7. *M. Marcellus, qui primus & Hannibalem vinci, & Syracusas capi posse docuit.* Claud. bell. Getic. vers. 138.

Primus fulmineum lento cunctamine Poenum
Compressit Fabius. campo post ausus aperte
Marcellus vinci docuit.

v. 273. *Quod credere nemo Auderet Superis*] Quae res summae felicitatis erant, eas nec Diis sponsoribus credere volebant veteres. Virgil.

——— *non, si mihi Jupiter auctor*
Spondeat, hoc sperem Italiam contingere coelo.

BARTHIUS lib. V. Adverf. cap. VI. Quod dixit Virgil. IX. Aen. vers. 6.

Turne, quod optanti Divûm promittere nemo
Auderet, volvenda dies en attulit ultro,

ut castius & sanctius; Silius hic neque Diis affirmantibus crediturum dicit fuisse neminem. Sed alio loco eadem impietate idem Maro, *non si mihi Jupiter auctor Spondeat*, &c. BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. XIV. Ovid. pariter IV. Trist. eleg. VIII. vers. 43.

Hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa;
Esse videretur vanus uterque locus.

Statius V. Theb. vers. 724. *expertis non audet credere Divis.* Ubi ita Lutatius: *Incredula diu sunt laetitiae vota. tarde enim fidem adhibemus, cum, quae optamus, eveniunt.*

v. 277. *Sub cuspide terga Contenti vidisse ducis*]

Gggg 2 Minime

Contenti vidisse ducis. tum Martis adaequant
Marcellum decori. graditur comitante triumpho
Major, quam ferret cum victor opima Tonanti.
Inde furens, postquam vallo vix depulit hostem,
Ductor Agenoreus, Quando hanc, quantoque cruore
Hostili labem eluerim? mea terga videre
Contigit Ausoniae? mene, inquit, summe Deorum,
Post Trebiam statuis tam tristi funere dignum?
Vosque, invicta diu, nunc, heu! sine Marte, juventus
Debellata bonis Capuae, non degener ipse
Gestorum Ausoniis verti victricia signa,
Vobis terga dedi. vidi, cum ad bella vocarem,
Non secus atque Italo fugere a ductore paventes.
Quid reliquum prisci Martis tibi, qui dare terga
Me revocante potes? fundebat talia Poenus:
Et Latiae sese Nolana ad moenia turmae,
Portantes spolia insigni clamore, ferebant.
At, consueta graves per longum audire suorum
Eventus, Roma, & nunquam recreata secundis,
Allato tandem faustae certamine pugnae,
Erigitur, primoque Deûm se munere tollit.

Ante

Minime haec mutanda sunt. *sub cuspide* est metuentia cuspidis, quibus altior cuspis. BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *sub casside* Interpres, quod merito damnavit Barthius. *sub cuspide*, quomodo alibi *sub ictu*. N. HEINSIUS. Ita *sub ictu* supra est lib. I. vers. 528.

Nec requies, tegimenve datur mutare sub ictu.

lib. V. vers. 549.

——— collapsaque membra sub ictu,
Hoste superfuso, subita cecidere ruina.

& vers. 46. *refugos habitura sub ictus.* ubi plura notavit Dausquejus. Senec. in Phoen. vers. 529.

Cum stare fratres hinc & hinc video duos
Sceleris sub ictu.

v. 283. *Mea terga videre Contigit Ausoniae*] Id est, me fugientem videre. Valer. Max. lib. II. cap. VII. ex. 2. *Multa tropaea peperit ex eo hoste, cujus tergum sub ambitioso imperatore Romano militi videre non contigerat.* Petron. in Satyr. cap. CXXIII.

——— imperii deserto nomine fugit,
Ut, Fortuna levis, Magni quoque terga videres.

v. 285. *Statuis tam tristi funere dignum*] *tam turpi funere* in scriptis. & recte: Malo etiam *statui*. Juno apud Maron. I. Aen. vers. 37. *mene incepto desistere victam?* Vide Gronov. ad Statii IX. Theb. vers. 65. N. HEINSIUS. Elliptica talis oratio iratis & indignantibus, quique turbato sunt animo, ut plurimum convenit, & suppleri debet per decet, aequum est, par est, vel simile. Ita Horat. Ep. VIII. vers. 1.

Rogare longo putidam te seculo,
Vires quid enervet meas?

ubi plura exempla habet Lambin. & ad lib. II. sermon. Ecl. IV. vers. 83. Sine necessitate tamen ab omnibus libris, & scriptis, & editis, in contrarium ire non decet. Recte vero Illustrissimus Heinsius *turpi funere*, pro *tristi*, ex Msto vindicavit. Eas voces alibi etiam librarii inter se commutarunt. vide eundem Heinsium ad Claudiani I. in Rufin. vers. 324.

v. 289. *Vidi, cum ad bella vocarem*] Puteaneus τὸ *ad* non agnoscit. Puto, *cum bella vocarent.* de quo diximus lib. X. vers. 112. sic infra vers. 430. *quo praeda vel ira vocassent.* Sed verior vulgata scriptura. infra vers. 345.

In bella Hampsagoras Tyrios renovata vocarat.

N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. II. vers. 452.

Poenorum populos Romana in bella vocabat.

lib. VII. vers. 103. *resides ad bella vocantur, Quis pudeat certare, senes.* lib. IX. vers 647.

——— Fabio incolumi Varronem ad bella vocasti.

lib. XVI. vers. 53. *seu laeva acies in bella vocaret.*

v. 294. *Portantes spolia*] *spolium* ex Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 296. *Numquam recreare secundis*] Emenda, *numquam recreata secundis.* MODIUS Novant. Lection. Ep. LIII. Ex Coloniensi, *numquam recreata secundis*, non *recreare*: quod & Modius vidit. N. HEINSIUS.

v. 304. *Patriam meditantum linquere terram*] Emenda, *meditati linquere terram.* Emendationis ratio

Ante omnes pigra in Martem, fugiensque laborum,
Dum bellum tonat, & sese furata juventus
Dat poenas latebrae: tum, qui dulcedine vitae
Invenere dolos, jurataque foedera Poeno
Corrupere, notant, & purgant crimine gentem.
Punitur patriam meditati linquere terram
Consilium infelix sceleratаque culpa Metelli.
Talia corda virûm. sed enim nec femina cessat
Mente aequare viros, & laudis poscere partem.
Omnis, prae sese portans capitisque manusque
Antiquum decus ac derepta monilia collo,
Certatim matrona ruit, belloque ministrant.
Haud tanta cessisse viros in tempore tali
Laudis forte piget; factoque in secula ituro
Laetantur tribuisse locum. tum celsa Senatus
Subsequitur turba. in medium certamine magno
Privatae cumulantur opes. nudare penates,
Ac nihil arcanos vitae melioris ad usus
Seposuisse juvat. coït & sine nomine vulgus.
Corpore sic toto ac membris Roma omnibus usa,
Exsangues rursus tollebat ad aethera vultus.

Addunt

tio evidentior est, quam ut hic a me reddi debeat. MODIUS Novant. Lection. Epist. LIII. *meditati* ex scriptis cum Modio. N. HEINSIUS. Proxime veram lectionem accedit Mediolanensis editio, in qua *meditari*; in Romana principe vero *meditatum*. *meditantum* est jam in editionibus Marsi.

v. 305. *Consilium infelix*] Monuit me Celeberrimus Burmannus, virum Illustrissimum ad Claud. II. in Eutrop. vers. 325. ubi hunc Silii locum margini adscripserat, emendare *Concilium infelix*. Sed perperam; praesertim si versu superiori ex optimo & integerrimo codice *meditati* receperit, ut quidem hic in notis fecit.

v. 305. *Scelerataque culpa Metelli*] *Tò scelerata* mendosum est. N. HEINSIUS. Sine caussa ulla Heinsius hunc locum de mendo suspectum habet. Nam cum Silius consilium, quod de linquenda ob metum Hannibalis Italia Metellus animo agitavit, mitiori, quam par erat, vocabulo *culpam* vocasset, ingravat insuper, *culpam sceleratam* dicendo: mitius enim est *culpa*, quam *scelus*. Hinc ubique Ovidius se *culpa* sua, nullo autem *scelere*, in exilium actum dicit, semper inter ea vocabula distinguens; praesertim autem lib. IV. Trist. eleg. I. vers. 23.

Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error:
Et culpam in facto, non scelus, esse meo.

etiam Cicero orat. pro Marcello cap. V. *Etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.*

v. 306. *Sed enim non femina cessit*] Emenda, *nec femina cessat*. MODIUS Novant. Lection. Epist. LIII. Legendum ex scriptis cum Modio *nec femina cessat*, pro *non cessit*. N. HEINSIUS. *cessat* etiam habet editio Romana princeps & Mediolanensis, quod verum est.

v. 309. *Direpta monilia collo*] Emenda, *derepta*. MODIUS Novant. Lection. Epist. LIII. *derepta* cum scriptis & Modio. dictum lib. X. vers. 318. N. HEINSIUS.

v. 311. *Haud tanta*] Malim, *tantae*. N. HEINSIUS.

v. 312. *Factoque in secula ituro*] Eleganter & Claudianus in Consul. Mall. Theod. vers. 114. *ibant in secula libri*. quo successio & velut gradus seculorum succedentium & perennitas operum eum sequens scite notatur. Haustum ex hoc loco Silii, qui ita amat loqui etiam in fine lib. VI. *Haec mitte in populos*. Lucan. lib. X. vers. 533.

——— *potuit discrimine nullo*
Caesaris illa dies in famam & secula mitti.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Plin. in Paneg. Traj. cap. LV. *Ibit in secula, fuisse principem.* Sic *mittere, aperire, tollere in secula*. supra lib. II. vers. 511.

Extendam leti decus, atque in secula mittam.

lib. IX. vers. 341.

Mortali totum hunc aperiri in secula voce
Posse diem.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 99.

Poscere quos revehat, rebusque in secula tollat.

Plura habet Barthius ad Claudiani Consul. Mall. Theod. vers. 114.

Addunt ſpem miſeris dulcem Parnaſia Cirrha
Portantes reſponſa viri. nam laeta ferebant
Exaudiſſe adytis, ſacra cum voce tonaret
Antrum, & mugiret Phoebo jam intrata ſacerdos.
Solvite, gens Veneris, graviores corde timores:
Adverſa, & quidquid duri ſub Marte manebat,
Exhauſtum eſt vobis. reſtant leviora laborum,
Et ſine pernicie terror. Dîs vota preceſque
Ferte modo, & tepidos aris libate cruores.
Neu date terga malis. aderit Gradivus, & ipſe
Delius avertet propiora pericula vates,
Trojanos notus ſemper minuiſſe labores.
Sed vero, ſed enim ante omnes altaria fument
Centum feſta Jovi: centum cadat hoſtia cultris.
Ille trucem belli nubem ſaevaſque procellas

In

v. 320. *Parnaſſia Cirrha Portantes reſponſa*] *reſponſa Parnaſſia* ſunt Delphica hoc loco ſimpliciter: aliud ſunt ἄνθρακες Παρνάσσιοι apud Comicum Graecum. *Parnaſſium* enim illi eſt τὸ μέγα, magnum. Ἀχαρ. Ὀλίγοι τ' ἀπέθανον ἄνθρακες Παρνάσσιοι, magni carbones: à montibus enim Graeci magnitudinis vocabula deducebant. Sic ab Ἄιτνη τὸ Ἀιτναῖον eſt τὸ μέγα. Heſychius, Ἀιτναῖον κάνθαρον, τὸν μέγαν. ita nos enim diſtinguendum monuimus: & Ἀιτναῖος πῶλος equus magnus Sophocli dicitur. Sed & haec & hujuſmodi obiter dicta ſint, quae alio loco brevi, volente Deo, pluribus docebimus. D. HEINSIUS. Τὸ *Cirrha* non eſt in Colonienſi. ſcribo,

Addunt ſpem miſeris dulcem Parnaſide Cirrha
Portantes reſponſa viri.

Apud Naſon. Metam. XI. verſ. 165.

Ille caput flavum lauro Parnaſide vinctus.

N. HEINSIUS. Recte conjecit vir Illuſtriſſimus *Parnaſide Cirrha*. nam *Parnaſia reſponſa* mihi languere videntur. Simili formatione voces *Argolis*, *Taenaris*, *Cecropis*, ſimilesque apud Naſon. frequentes ſunt. vide Nic. Heinſium ad Epiſt. Heroid. VI. verſ. 81. ad Epiſt. VIII. verſ. 72. ad I. Art. Amat. verſ. 172. & alibi.

v. 323. *Mugiret Phoebo jam intrata ſacerdos*] Inſolenter dictum, ut ſupra [lib. I. verſ. 124.] *Intravit mentes Superum. intrata* igitur ἡ κάτοχος eſt. D. HEINSIUS. Immerito haec locutio *intrata Phoebo ſacerdos* non nemini abſona & abſurda viſa eſt. *intrat* nimirum Deus ſacerdotem, quam numine ſuo afflat. Statius I. Achill. verſ. 513.

Jam dudum trepido circumfert lumina motu,
Intrantemque Deum primo pallore fatetur
Theſtorides.

Avien. in Deſcript. Orb. verſ. 6.

——— *Deus, en, Deus intrat Apollo*
Pectora, fatidicas quatiens penetralia Cirrhae.

irrumpere dixit Lucan. lib. V. verſ. 166.

——— *non umquam plenior artus*
Phoebados irrupit Paean.

Neque eſt, quod *intrata* forma paſſiva offendat, nam ita ſupra verſ. 254.

——— *nondum tibi curia, necdum*
Templorum intrati poſtes.

ubi plura vide.

v. 325. *Adverſa & quidquid duri ſub Marte manebat*] Puteaneus,

Adverſi & quidquid duro ſub Marte manebat.

Fortaſſe,

Adverſi en quidquid duro ſub Marte manebat.

vel,

Adverſo en quidquid duri ſub Marte manebat.

ut apud Naſonem in Faſtis,

Damna ſub adverſo triſtia Marte tulit.

N. HEINSIUS.

v. 331. *Trojanos notus ſemper minuiſſe labores.*] *meminiſſe* Puteaneus. an *miſeraſſe*? ut apud Maron. VI. Aen. verſ. 56.

Phoebe, graves Trojae ſemper miſerate labores.

N. HEINSIUS. Ovid. I. Triſt. eleg. II. verſ. 5.

Mulciber in Trojam, pro Troja ſtabat Apollo.

quibus modis Phoebus Trojanos juverit ſaepe, nemo ignorare poteſt, qui Homerum vel ſemel perlegit. *meminiſſe* autem etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio. Deinde, pro *violenter*, Colon. codex *violentus*; Oxonienſis *violentis*.

v. 333. *Centum feſta Jovi, centum cadat* &c.] Sunt fortaſſe, qui hoc loco ut apud Maronem accipiunt, cum dicitur;

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Ego tamen de ἑκατόμβῃ ſumo. nam per *cultros centum*, centum hoſtias ἀνίστησι. Erat autem numerus ille mirum in modum receptus, praeſertim in ſacris antiquorum & religionibus. Sic Dii habebant ναοὺς ἑκατομπέδους, templa hecatompeda, βωμοὺς ἑκατομπέδους, & ἀνδρῶνας antiqui ἑκατομπέδους ſibi ſtruebant, & παρθενῶνα ἑκατόμπεδον, ut docet ex Lycurgo

In Libyam violenter aget; spectabitis ipsi
Aegida turbato quatientem in proelia mundo.
Atque ea Parnasi postquam clamata sub antris
Allatum, vulgique Deus pervenit ad aures;
In Capitolinas certatim scanditur arces,
Sternunturque Jovi, & delubrum sanguine honorant.
Tum Paeana canunt, responsaque fida precantur.
Interea assuetis senior Torquatus in armis,
Sardoas patrio quatiebat milite terras.
Namque, ortum Iliaca jactans ab origine nomen,
In bella Hampsagoras Tyrios renovata vocarat.
Proles pulchra viro, nec tali digna parente,
Hostus erat: cujus fretus fulgente juventa,
Ipse asper paci, crudos sine viribus annos,
Barbarici studio ritus, refovebat in armis.

Isque

cuigo Harpocration, vocabant, non magnitudinis, sed elegantiae & commoditatis ratione habita, antiqui. Peculiariter autem Jovis putabatur, unde ab Homero observarunt veteres non sine ratione aegida ἑκατονθύσανον Jovi tribui. Julianus Apostata: Δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος οὐχ ἁπλῶς, οὐδ' ἀργῶς ἐν τοῖς ἔπεσι τὴν ἑκατονθύσανον αἰγίδα τῷ Διὶ περιθεῖναι. qui impius Imperator multa de hoc numero ex antiquitate notat in pia illa (Catulli more loquor) epistola ad Serapionem sua, cui centum caricas cum mittat & ficus, doctissime & numerum laudat. Ἑκατόμβη autem cum sit id, quod Tragici βοῶν φόνον dicunt, recte monent antiqui, poëtam valde improprie ἑκατόμβην ἰὼν dixisse: quamquam neque me fallit, τὸ ἑκατὸν & ἑκατόμβη & hic apud Silium nostrum ἀοριστίαν optime, & τὸ πολὺ, ingentemque magnitudinem, numerumque designare posse. ab Lacedaemoniis autem profecta videtur, qui, centum urbes cum haberent, ἑκατόμβαια celebrabant. Auctorem ejus Cononem quendam fuisse reperio. D. HEINSIUS.

v. 336. *Turbato in proelia mundo*] *turbato mundo* est turbato & commoto coelo, ut recte cepit etiam Dausquejus, seu potius turbatis ipsis Superis, eodem nempe modo, quo *terrae* pro ipsis hominibus ponuntur. Ita *mundus* pro coelo est apud Maron. I. Georg. vers. 5.

——— vos, o clarissima mundi
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum.

ubi vide Taubmann. Ovid. Metam. II. vers. 157.

——— & facta est immensi copia mundi.

ubi vide N. Heinsium. Sever. in Aetn. vers. 69.

Defensique decus mundi tunc redditur astris.

Senec. in Herc. Fur. vers. 18.

Mundus puellae serta Gnossiacae gerit.

& vers. 70.

——— subdidit mundo caput
Nec flexit humeros molis immensae labor.

apud Manil. nihil est frequentius. Ceteroquin etiam *mundus* pro terra sumitur, & coelo opponitur. vide supra ad lib. III. vers. 611. Hinc saepe scriptores distinctionis gratia dicunt *Aethereus mundus.* vide Broekhus. ad Tibull. lib. III. eleg. IV. vers. 17.

v. 337. *Ast ea*] *Atque ea* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 343. *Sardoas patria quatiebat milite terras*] *Sardoas turres* maluerim, de quo lib. I. vers. 297. Horat. lib. IV. od. VI.

Filius quamvis Thetidos marinae
Dardanas turres quateret tremenda
Cuspide pugnax.

Lucan. lib. VI. vers. 136. *Tum quassae minitant turres.* noster lib. XIII. vers. 36.

Longo miles, ait, quateret cum Teucria bello
Dardana.

& mox vers. 107.

——— quo frangeret altos
Portarum postes, quateretque morantia claustra.

& deinde vers. 267.

Qui quaterent muros Tarpejaque moenia, missi.

Sed & *terrae* & *campi quatiuntur.* vide annotata lib. I. vers. 297. N. HEINSIUS.

v. 345. *Hampsagoras*] *Hampsicoras* est Livio in scriptis. in vulgatis *Harsicoras.* N. HEINSIUS. Dausquejus scribi jubet *Hypsagoras*, vel *Hapsageras.*

v. 347. *Oscus erat, cujus fretus* &c.] *Ortus erat Cumis* editio Parmensis & codex Puteaneus. at in Coloniensi *Hostus.* Livio *Hiostus* est lib. XXIII. cap. XL. recte. quod nomen patri quoque Tulli Hostilii fuit, & avo. de quibus Macrob. Saturn. lib. I. cap. V. malim & *surgente juventa.* N. HEINSIUS. Oxon. codex etiam cum Romana principe & Mediolan. editione *Ortus erat Cumis, fretus.* Sed recte N. Heinsius ex Colon. membranis *Hostus erat: cujus* vindicavit. Similiter infra peccatum est hoc lib. vers. 403. & 413. *Hostus* nomen Latinum est, nec Hampsagorae filio inconveniens, qui se Iliaca ab origine

Dispersi pelago, post eruta Pergama, Teucri.
Nec parvum decus, advecto cum classe paterna
Agmine Thespiadum, terris, Iölaë, dedisti.
Fama est, cum laceris Actaeon flebile membris
Supplicium lueret spectatae in fonte Dianae,
Attonitum novitate mali fugisse parentem
Per freta Aristaeum, & Sardoos isse recessus:
Cyrenen monstrasse ferunt nova litora matrem.
Serpentum tellus pura, ac viduata venenis;
Sed tristis coelo, & multa vitiata palude.
Qua videt Italiam, saxoso torrida dorso
Exercet scopulis late freta, pallidaque intus

Arva

plura vide apud Dresem. ad Iscan. I. bell. Troj. vers. 157. Gronov. in Diatr. Stat. cap. XXIV. Barth. ad Statii IX. Theb. vers. 657. & Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. XLVII.

v. 357. *Nullae sub imagine plantae*] Librariorum errore Marsus edidit *sub margine*; quod inde etiam in alias nonnullas editiones propagatum est. Sed apertius ea scriptura falsa erat, quam ut non animadverteretur; quare & in Basileensi Wolfii editione iterum *sub imagine* restitutum est. Vult autem Silius situm Sardiniae plantam pedis referre, & inde *Ichnusam* dictam esse. Sic Manil. lib. IV. vers. 629.

Sardiniam in Libyco signant vestigia plantae.

ubi videndus est Scaliger, qui & editiones *sub margine* habentes damnat. vide etiam Dausquej. ad hunc locum.

v. 359. *Mox Libyci Sardus*] De primis Sardiniae incolis vide Cluver. in Sardin. antiq. cap. I. pag. 481. & seqq.

v. 362. *Post eruta Pergama, Teucri*] Trojani, qui in Sardinia consederunt, *Ilienses* dicti sunt. Sic Pausan. in Phocic. cap. XVII. Οἱ τε Τρῶες ἐς τῆς νήσου τὰ ὑψηλὰ ἀναφεύγουσι. *Trojani autem in montana loca insulae aufugerunt.* & paullo post, Ἰλιεῖς μὲν ὄνομα καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι ἔχουσι. *Iliensium quidem nomen adhuc meo tempore habent.* Eorum Livius lib. XL. & XLI. aliquoties meminit. praeter alios auctores etiam Solin. in Polyh. cap. IV. *Sed ut haec & Iolaum, qui ad id locorum agros ibi insedit, praeterea & Ilienses & Locrenses transeamus.* Ubi omnino errare puto Salmas. qui in Exercit. Plinian. pag. 70. & hoc loco apud Solin. & plerisque aliis aliorum scriptorum *Ilienses* in *Iolenses* mutandos censet. Sed uterque populus in Sardinia habitasse dicitur, & a Silio hic reliquisque scriptoribus memoratur.

v. 366. *Spectatae in fonte Dianae*] Quam varie Actaeonis fabulam retulerint mythographi veteres, videri potest apud Illustrissimum Spanhem. ad Callim. Lavacr. Pallad. vers. 113. Praepositio *in* deest in manuscriptis Oxoniensi & Puteaneo.

v. 370. *Serpentum tellus pura, ac viduata venenis*] Scripta lectio *inviduata*, hoc est, prorsus viduata. Talia auctori Romano cur eximamus, ut blandiamur futilibus librariis? Exempla, ais, ubi sunt? ubi & hoc ante membranarum indicium? BARTHIUS lib. IV. Advers. cap. X. *veneni* malo. non serpentini tantum, sed & omnis veneni. Sic *viduus teli* lib. II. vers. 247. Barthius ex Oxonio *inviduata venenis*. non placet. N. HEINSIUS. Lucret. lib. V. vers. 841.

Orba pedum partim, manuum viduata vicissim.

Sed non opus hac emendatione, cum vulgata etiam constructione Silius infra usus sit lib. III. vers. 601.

Nec Stygis ille lacus viduataque lumine regna,
Sed superum sedem, nostrosque tenebit honores.

& Manil. lib. V. vers. 440.

Et viduata volant pinnis, & in aëre ludunt.

Passim ita etiam Appulejus loquitur, qui tamen plerumque Graecorum more similia adjectiva genitivo jungit.

v. 371. *Sed tristis coelo*] *tristi coelo* scribendum. Sic *triste solum* Nasoni. N. HEINSIUS. *triste coelum* erit noxium, morbosum. Ita de ea insula Pausan. in Phocic. cap. XVII. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα διὰ μέσης αὐτῆς ὄρη χθαμαλώτερα. ὁ δὲ ἀὴρ ὁ ἐνταῦθα θολερός τε ὡς ἐπίπαν ἐστὶ καὶ νοσώδης. *Sunt & alii montes in medio ejus insulae ascensu faciliores: sed aer illic plerumque turbidus & morbosus est.* Hinc Sardinia poni solet pro loco pestilente. Martial. lib. IV. Epigr. LX.

Nullo fata loco possis excludere; cum mors
Venerit, in medio Tibure Sardinia est.

aliique plures.

v. 373. *Pallidaque intus Arva coquit*] Scribendum *squalida arva*. *squalentia arva Aestiferae Libyes* Lucan. lib. I. vers. 205. N. HEINSIUS. *pallida arva* quae sint, non satis me intelligere fateor: *squalida* autem *arva*, ut N. Heinsius legit, pater ejus ad Silii lib. III. vers. 655. exponit sicca, αὐχμηρά. Ita supra lib. I. vers. 211.

Sed qua se campis squalentibus Africa tendit.

lib. III. vers. 654.

Ad finem coeli medio tenduntur ab orbe
Squalentes campi.

lib. IV. vers. 375.

Arva coquit nimium, Cancro fumantibus Austris.
Cetera propensae Cereris nutrita favore.
Hoc habitu terrae nemorosa per invia crebro
Torquatum eludens hostis, Sidonia pugnae
Tela exspectabat, sociosque laboris Hiberos.
Qui postquam appulsis animos auxere carinis;
Haud mora, prorumpit latebris; adversaque late
Agmina inhorrescunt, longumque coire videtur,
Et conferre gradum. media intervalla patentis
Corripiunt campi properatis eminus hastis.
Donec ad expertos enses, fidissima tela,

Perventum.

—— *murmure anhelo*
Squalentes campos & longa mapalia complent.
lib. xiv. vers. 591.
Squalebat tellus vitiato fervida dorso.
Lucan. lib. v. vers. 39.
—— *Libyes squalentibus arvis*
Curio Caesarei cecidit pars magna senatus.
Claud. in iv. Consul. Hon. vers. 436. *Libyae squalentis harenas Audebit superare pedes.* idem i. de rapt. Proserp. vers. 259.
—— *squalebat adustus*
Limes, & assiduo sitiebant stamina sole.
Curtius lib. vii. cap. iv. *Squalida siccitate regio non hominem, non frugem alit.* Atque ita hoc loco Silius *squalida arva* vocat eam Sardiniae partem, quae nimio solis ardore nimioque cancri aestu aquarum penuria laborat. Voces autem *Pallidus* & *Squalidus* seu *Squallidus*, ut alii scribunt, interdum librarii inter se commiscent. vide N. Heinsium ad Claud. Consul. Olyb. & Prob. vers. 212.

v. 374. *Arva coquit nimium cancro fumantibus Austris*] Opinor,
Arva coquit nimio cancro atque humentibus Austris.
vel *uventibus.* de quo lib. iii. vers. 522. *nimio cancro*, vide lib. i. vers. 665. N. HEINSIUS. *nimio cancro*, ut infra lib. xv. vers. 707.
—— *gelido nunc flumine soles*
Frangebat nimios pecori.
humentibus autem, vel *uventibus Austris* non probo. Auster quidem ubique *humens* & *imbricitor* dicitur, sed sensus Silii hic esse videtur, Sardiniam tam inclementi sole, tamque torrido cancro infestari, ut omnem humiditatem omnesque nubes, quas Auster secum advehere solet, siccet, & in fumum ire cogat: ita igitur puto intelligi posse *Austris fumantibus nimio cancro.*

v. 375. *Propensae Cereris nutrita favore*] *propenso favore* maluerim. *favoris* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 376. *Per invia crebro*] Malim *creber*. N. HEINSIUS.

v. 377. *Torquatum eludens hostis*] Scribendum *Hostus*, ut supra vers. 347. vetustius codex Colomensis, & infra idem vers. 403. *pelleret hostis Si tantam labem*, pro *Hostus*. & vers. 413. *sic Phoebus & Hosto.* N. HEINSIUS.

v. 378. *Tela exspectabat*] *Vela* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 379. *Qui postquam*] Rectius, *Cui postquam.* N. HEINSIUS. Facilis hic librariorum lapsus est. Forsitan enim olim *Quoi*, pro *Cui*, scriptum fuit, idque imperitiori librario imposuit. Nisi error potius natus sit ex more primas cujusque versus literas omittendi, minio postea pingendas, ut ita *ui* scriptum sit, cui postea librarius literam *Q* praeposuit, cum literam *C* deberet. Similiter infra etiam peccatum fuit in Oxoniensi codice lib. xiii. vers. 710. vide Scaliger. ad Catull. carm. xxiv. & Broekhus. ad Propert. lib. ii. eleg. xiv. vers. 17. Potest tamen & vulgata scriptura servari.

v. 381. *Longumque coire videtur*] *videntum* Puteaneus. *videntur* puto. immo, *jubentur.* dubito. N. HEINSIUS. Ego nihil muto. Longum militibus videtur tempus eundi in hostes, quos ideo eminus jam telis incessunt.

v. 383. *Corripiunt campi properatis*] Forte, *Corripiunt campi ut.* N. HEINSIUS. Neque haec mihi placet conjectura. Vulgatam scripturam probam puto.

v. 384. *Donec ad expertos enses*] *ad exsertos enses* omnino scribendum: quomodo jam ante, nescio quem, video castigasse apud Interpretem, quod is tamen improbabat. N. HEINSIUS. *exsertos enses* hic legendum olim etiam monuit Vir Illustrissimus ad Valer. Flacc. lib. iii. vers. 246. & Claudiani ii. in Rufin. vers. 400. ubi insuper, hunc locum laudans, *Deventum* habet, pro *Perventum*, sed memoriae potius vitio, ut existimo, quam animo emendandi, cum omnes libri *Perventum* habeant, idque probum sit; quare haud recte fecit Cellarius, qui *Deventum* edidit. *exsertus ensis* autem, ut apud Statium x. Theb. vers. 450.
—— *ut exsertos enses & caede recenti*
Arma rubere notant.
lib. xi. vers. 377. *exsertum dimittere dicitur ensem.* Simili macula infra etiam Silium foedatum credit Heinsius lib. xvi. vers. 667.

—— *certe*

Perventum. dira inde lues, caeduntque, caduntque,
Alternique animas saevo in mucrone relinquunt.
Non equidem innumeras caedes totque horrida facta
Sperarim tanto digne pro nomine rerum
Pandere, nec dictis bellantum aequare calorem.
Sed vos, Calliope, nostro donate labori,
Nota parum magni longo tradantur ut aevo
Facta viri, & meritum vati sacremus honorem.
Ennius, antiqua Messapi ab origine regis,
Miscebat primas acies, Latiaeque superbum

—— *certe jam dextera nobis*
Experta, & robur florentibus auximus annis.

ubi *dextera Exserta* scribendum conjicit, quamvis me invito. Quod ad sensum loci attinet, similiter Sisenna apud Non. voce *Certamen. Jaculis celeriter conjunctis ad gladios certationem revocaverunt.*

v. 385. *Dura inde lues, ceduntque, caduntque*] *dira inde lues, caeduntque, caduntque*, ex Coloniensi. apud Valer. Flacc. lib. IV.

Dira Deûm summoque lues urguebat in aevo.

lib. VI. *diramque retorquens In socios non sponte luem.* Ovidius,

Dira lues ira populos Junonis iniquae
Incidit.

Lucan. lib. IV. vers. 558. *pariter sternuntque, caduntque.* N. HEINSIUS. *dira inde lues, caeduntque, cadantque* hic scribendum esse monuit etiam Heinsius ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 246. sic *dira lues* supra est lib. V. vers. 622.

Jamque eadem populos magnorumque oppida Regum
Tempestas & dira lues stravitque, tulitque.

lib. XVI. vers. 621.

Non dira illa lues notis jam moenibus urbis
Assidet?

Ovid. XV. Metam. vers. 626.

Dira lues quondam Latias vitiaverat auras.

Amm. Marcell. lib. XXX. cap. II. *Solebat dirae luis ritu grassari per omnia.* Vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 426. Saepe autem librarii τὸ *dirus* in *durus*, & contra etiam *durus* in *dirus* mutarunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 127.

v. 387. *Totque horrida facta*] *fata* opinor. *facta* mox sequuntur. N. HEINSIUS. Saepe ita peccatum fuisse in membranis priscis supra adstruxi ad lib. I. vers. 277. Hic tamen etiam vulgata lectio servari potest.

v. 391. *Longo tradantur in aevo*] *ut aevo* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 393. *Ennius antiqua Messapi ab origine Regis*] Magnum profecto ingenii aestimatorem admiratoremque ubique videmus Silium nostrum, qui numquam facundior est, quam cum facundorum magnorumque virorum mentionem facit. Sequor ergo te, mi Sili, & quae de Ennio, Homero Latio nostro, praedicas, hoc Enniano versu, quod subscripsi, confirmo.

Quem Calabrei montis, jacit heic, Rudiumque genuvit,
Horrida quei patriûm certamina preima duellûm,
Indu solo quas ceivit iniqua licentia Poinei,
Aggrettus farei carinantibus vorsibu' quondam,
Quei meminit pavom sese, veter Ennius, esse;
Queique propagmina dia & sanguen Dis oriundum
Ad coili setulit pangendo cairula templa:
Et Fabii cata dicta, Saguntinisque quod ille
Insexit polchram virtutem, ut perpetuassint.
Cum neque cluvebat Casmoinas, nec inclos ullum
Cascum pangebat secu' Romanum, neque dictei
Exoriens studiosus erat poplos sacer beilum,
Quaesserei aut molta mactatus ververe fama.
Sos ergo ut preimum stabilitaque scamna solumque,
Capsaretque altai Romaï moinia Poinus,
Navo' repertus homo Romanus Ennipater, quei
Solus molta tenens anteiqua sepulta vetusta
Dulciferas Mosas Latias restituit rem:
Quei pede ceu stlembus stat equus, quei saepiu' cursu
Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

D. HEINSIUS. Ennius ortus a rege Messapo, cujus Virgil. meminit saepe, & inter alia quidem lib. VII. vers. 691.

At Messapus equûm domitor, Neptunia proles.

ubi Servius, *Ab hoc Ennius dicit se originem ducere: unde nunc & cantantes inducit eius socios, & eos comparat cycnis.* Monuit ad eum locum Pierius, varie vocem *Messapus* in codicibus antiquis scribi, aliis *ss*, aliis *pp* geminantibus. Sed cum nihil a Grammaticis constitutum invenerit, neque id vocabulum in marmoribus usquam a se lectum sit, orthographiam ejus in medio relinquit. Variant autem etiam hic libri; nam alii *Mesaps*, alii *Mersapi*, alii *Mesappi* scribunt, atque ita plerumque editur: codex vero Coloniensis habet *Messapi*, cujus auctoritatem secutus sum, cum & ita in emendatissimis Maronis editionibus legi videam, & populi MESSAPIEI saepe memorentur in Fastis Triumphalibus apud Gruter. pag. CCXCVII. qui ab hoc Messapo nomen adepti dicuntur. Vide Turneb. lib. XXII. Advers. cap. III.

Vitis adornabat dextram decus: hispida tellus
Miserunt Calabri; Rudiae genuere vetustae:
Nunc Rudiae solo memorabile nomen alumno.
Is prima in pugna (vates ut Thracius olim,
Infestam bello quateret cum Cyzicus Argo,
Spicula deposito Rhodopeïa pectine torsit)
Spectandum sese non parva strage virorum
Fecerat, & dextrae gliscebat caedibus ardor.
Advolat, aeternum sperans fore, pelleret Hostus
Si tantam labem, ac perlibrat viribus hastam.
Risit nube sedens vani conamina coepti,
Et telum procul in ventos dimisit Apollo.
Ac super his: Nimium, juvenis, nimiumque superbi
Sperata hausisti. sacer hic, ac magna sororum

Aonidum

v. 395. *Vitis adornabat dextra decus*] Ex vite illa munus Ennii nimium cognosci vult: Centurionum enim illa propria, & Romanorum, quod designat τὸ *Latiae*, quod perpetuum hujus fere vitis epitheton est. Sic apud Lucan. lib. vi. [vers. 146.] Scaeva virtute vitem Latiam meretur, quod quidem multis describit ille: tandem vero addit,

Promotus Latiam longo gerit ordine vitem.

& Silius noster infra [vers. 465.]

Sed parvum decus Hannibali; nam vitis honore
Perfunctus Latiae subito stimularat agrestes.

& lib. vi. [vers. 42.]

—— *Laevinus ab alto*
Priverno vitis Latiae praesignis honore.

D. HEINSIUS. *dextram* Gronov. Diatr. Statiana. N. HEINSIUS. Quinctil. Declam iii. pag. 43. *Pro hoc merito accipiet fortasse vitem, ordines ducet, & sub illo alii militabunt.* Euseb. lib. vii. Hist. Eccles. cap. xv. Τιμή τις ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα· ὃν τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχας γίνεσθαι. *Honor quidam est vitis apud Romanos: quam qui adepti sunt, Centuriones dicuntur.* Illa vite centuriones leviora militum delicta punire soliti fuerunt. vide P. Fabrum lib. i. Sem. cap. xvii. & Ursin. in famil. Roman. in gente Didia, ubi denarium dedit, in cujus altera parte putatur exhiberi centurio vite militem caedens.

v. 399. *Infestam bello quateret cum Cizicus Argon*] *cum Cyzicus Argo* ex Coloniensi. pessime Interpres *Infaustam Argo*. N. HEINSIUS. *Argo*, pro *Argon*, scribendum esse monuit etiam Illustrissimus Scaliger ad oram editionis Heinsianae, quam servat bibliotheca Lugduno-Batava: neque aliter est in editione Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis. Quod vero Dausquerius conjicit *Infestam Argo*, recte improbat N. Heinsius. Neque melius Merula in vita Ennii pag. xii. hunc locum ita ad partes vocat, quasi editum esset *Infestam bello Argon*. Nihil enim mutandum. sed *infestus* hic est infestatus, qui infestatur, eodem modo ut *incautus* pro eo, a quo quis sibi non cavet, de quo supra vide ad lib. ii. vers. 98. Sic Gellius ix. Noct. Attic. cap. xii. *Infestus ancipiti quoque significatione est: nam & is Infestus appellatur, qui malum infert cuipiam, & contra, cui aliunde impendet malum, is quoque Infestus dicitur*: quod pluribus deinde persequitur, & ex eo Nonius Marc. in voce *Infestum*. vide etiam Barthium lib. xxii. Advers. cap. ix.

v. 401. *Spectandum sese*] Malim repetitum τὸ is. *Spectandum is sese*. N. HEINSIUS.

v. 402. *Dextrae gliscebat caedibus ardor*] Quis *ardor dextrae*? nugae sunt. Lege *dextris*: nam successu pugnae virtus augebatur. BARTHIUS lib. iv. Advers. cap. x. Pro *dextrae gliscebat caedibus ardor*, video reponi a Barthio *dextris caedibus*. quod non persuadet. N. HEINSIUS.

v. 403. *Advolat, aeternum sperans fore, pelleret Oscus*] *spernens fore, pelleret hostis*, in Coloniensi. Legendum videtur *sperans fore, pelleret Hostus*. N. HEINSIUS. Vide supra vers. 341. Pro *sperans* autem male etiam Oxoniensis codex *spernens*.

v. 404. *Perlibrat viribus hastam*] *perlibrat turbidus* opinor, ut apud Maron. xi. Aen. vers. 742.

—— *& Venulo adversum se turbidus infert.*

& x. Aen. vers. 762.

At vero ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus ingreditur campo.

atque ita saepe. noster lib. xiii. vers. 214. *turbidus arsit Virrius*. & sic saepe Statius. Potest & legi *fervidus*, ut lib. ix. vers. 129.

—— *jaceres in me cum fervidus hastam.*

vers. 422.

—— *tum fervidus acrem*
Ingentis clipei tonitru praenuntiat iram.

lib. v. vers. 320 *fervidus hastam Perlibrat*. N. HEINSIUS. Nihil mutandum censeo. *viribus* enim, ut apud Maron. ix. Aen. vers. 431.

—— *sed viribus ensis adactus*
Transabiit costas, & candida pectora rupit.

Ovid. v. Metam. vers. 32.

—— *cer-*

Aonidum cura est, & dignus Apolline vates.
Hic canet illustri primus bella Itala versu,
Attolletque duces coelo; resonare docebit
Hic Latiis Helicona modis, nec cedet honore
Ascraeo famave seni. sic Phoebus, & Hosto
Ultrix per geminum transcurrit tempus harundo.
Vertuntur juvenis casu perculsa per agros
Agmina, & effusae pariter dant terga catervae.
Tum pater, audita nati nece, turbidus irae,
Barbaricum atque immane gemens, transfigit anhelum
Pectus, & ad manes urguet vestigia nati.
At Libyae ductor, Marcello fractus, & acri
Contusus pugna, campos damnarat, & arma
Verterat ad miseras non aequi Martis Acerras.

Inde,

——— *contortam viribus hastam,*
Quantas ira dabat, nequidquam in Persea misit.

totis viribus supra dixit Silius lib. II. vers. 123.

——— *totisque annixa doloris*
Viribus intorquet letalem in moenia cornum.

v. 407. *Nimium juvenis, nimiumque superbi Sperata hausisti*] Nimium superbi & nimium juvenis sperata animo concepisti. Nihil hic morae est, nisi si quid nos curando facimus. BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. Puto scribendum, *nimiumque superbi Irrita spes ausi est*; vel, *Spes ablata ausi est*; vel, *Spe fata hausisti*. Barthius tamen tuetur vulgatam scripturam. N. HEINSIUS. Illustrissimus Heinsius praeter conjecturas, quas in notis proposuit, olim etiam ad marginem Silii emendaverat, *nimiumque superbe Sperata hausisti*; vel, *superbi Sperati hausisti*; vel, *superba Sperata hausisti*. Priorem autem conjecturam etiam Illustrissimo Scaligero placuisse ipsa ejus manus testatur: posterior non nemini apud Dausquejum in mentem venerat: sed is vulgatam lectionem tuetur.

v. 409. *Aonidum cura & dignus Apolline vates*] *Aonidum cura est* in omnibus, quae nos quidem vidimus, exemplaribus. D. HEINSIUS. Hic versus, pariter ut in Modiano arbitror, sic, ut adscribam, & in Oxoniensi scripto codice legitur,

Aonidum cura est, & dignus Apolline vates.

BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. *cura est* ex Puteaneo, Coloniensi, ac vetustis editionibus. & sic ex Oxonio quoque Barthius. N. HEINSIUS. Theodoro Marcilio, teste Dausquejo, subito natum est,

Aonidum curaque, & dignus Apolline vates.

Sed contra leges metricas. Marius operarum lapsu primus illud *est*, quod viri docti reduxerunt, omisit: cujusque errorem emendare plerique editorum dignati non sunt. Primus autem *cura est* restituit Gryphius, eumque secuti sunt Nutius, D. Heinsius, ac Cellarius. Barthius hic quidem recte sensisse videtur, pro vulgata tamen lectione pessime stat in notis ad Calpurn. ecl. V. vers. 12. & lib. XX. Adverf. cap. XVIII.

v. 411. *Resonare docebit Hic latis Helicona modis*] Omnino reducendum *Latiis modis*. BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. *Latiis modis* castigandum vel invitis membranis, quod & interpreti suboluisse animadverto. Sollennis hic error in vetustis codicibus. vidit & veram scripturam Barthius, quam & ego postea inveni in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Dausquejus *laetis*, vel *Latiis modis* legebat. Sed *Latiis modis* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Atque ita hoc loco legendum jam olim monuit N. Heinsius ad Claudiani II. de rapt. Proserp. vers. 177. Frequenter ita lapsos esse librarios infra docui ad lib. XVII. vers. 433. atque ita Ennium emendabat Merula in fragm. ejus poëtae pag. 2.

Nam Latii popolei res atque poëmata nostra
Cluebunt.

vulgo erat *latos popolos*, & *Cluebat*.

v. 412. *Nec cedet honore Ascraeo famave seni*] Non dubito mendum in his esse. Quid enim tantum Ennio cum Hesiodo? Potius Homeri meminisse decebat. An leges, *Ascraeo Smyrnaeve seni?* aut alia ad Homerum propiore correctione. Cumanum quidam Homerum faciunt auctore Herodoto, quod hic exciderit. BARTHIUS lib. IV. Adverf. cap. X. Pro *famave seni*, Barthius *Smyrnaeve seni*, infelici conjectura. N. HEINSIUS.

v. 413. *Sic Phoebus & Osco*] *& Hosto* Coloniensis denuo. N. HEINSIUS.

v. 417. *Dum pater audita nati nece*] *Tum* ex scriptis. N HEINSIUS. Livius lib. XXIII. cap. XLI. *Hampsicora, cum paucis equitibus fugiens, ut super afflictas res necem quoque filii audivit, nocte, ne cujus interventus coepta impediret, mortem sibi conscivit.*

v. 422. *Miseras non aequi Martis Acerras*] *Acerranis* enim, ut Livius ait lib. XXIII. cap. XVII. *plus animi, quam virium erat.* Cum itaque de urbis tutela desperantes moenia sua circumvallari viderent, silentio noctis dilapsi sunt: at Hannibal Acerras diripuit

ripuit

Inde, ubi permisit flammis atque ensibus urbem,
Nuceriae, nihilo levior nec parcior ira,
Incussit sese, atque aequavit moenia terrae.
Post Casilina sibi, multum obluctatus iniquis
Defendentum armis, aegre reseraverat astu
Limina, & obsessis vitam pensaverat auro.
Jamque, in Dauniacos transfundens agmina campos,
Flectebat rabiem, quo praeda vel ira vocasset.
Fumabat versis incensa Petilia tectis,
Infelix fidei, miseraeque secunda Sagunto,

At

ripuit atque incendit. Hinc Silio Acerrae *miserae* dicuntur, & *non aequi Martis*. Quae vero Valerius Max. de senatu Acerrano crudeliter interfecto refert, Livio non memorantur, neque eo Silium respexisse puto, ut Dausquejus credidisse videtur.

v. 423. *Permisit flammis atque ensibus urbem*] Elegans loquendi genus, quod illustrat N. Heinsius ad Claud. bell. Gild. vers. 126.

v. 424. *Nihilo levior, nec parcior ira*] *irae* opinor, Siliano more: *iras* Puteaneus. *parcus cruoris* lib. III. *levis opum* lib. II. & sic Gronov. curis secundis Observat. lib. I. cap. XVII. Justin. lib. VI. *pecuniae adeo parcus fuit. levior belli* lib. VIII. vers. 508. ubi plura. Mox *multum obluctatus iniqui* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 425. *Incussit sese Nuceriae*] Hoc est, omnes suas extremasque vires, omnem vim. lib. I. vers. 345.

—— haustusque medullis
Hannibal exagitat, stimulatque sequentia bella.

& Juvenalis, *plenusque Nerone propinquo*. Et esse imitatum videtur de Lyrico Anacreonte, qui, Amorem sibi incumbentem describens, ait [carm. XIV.]

Ἔβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφυγον.
Ὡς δ' οὐκ ἔτ' εἶχ' οἰστούς,
Ἤσχαλλεν, εἶθ' ἑαυτὸν
Ἀφῆκεν εἰς βέλεμνον·
Μέσος δὲ καρδίης μευ
Ἔδυνε, καί μ' ἔλυσε.

Et similiter Appulejus lib. VI. *Venus totis numinis sui viribus ultionem flagitat*. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 426. *Multum obluctatus iniquis Defendentum armis*] *animis* legit Interpres. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum: non solum enim *animis* eorum, sed & *armis* multum Hannibal obluctatus fuit, teste Livio lib. XXIII. cap. XVIII. qui refert, praesidium, quod Casilini erat, primum in Hannibalcam erupisse; mox nec Maharbalem cum majore copiarum robore missum eorum impetum sustinuisse; obsessos etiam promtissimum quemque militum ictibus ex muro & turribus interfecisse, denique, cum ingenti vi moenia oppugnarentur, omnem eos Hannibalis conatum elusisse: donec tandem fame domiti deditionem facere coacti fuerint. Omnibus itaque libris in receptam lectionem conspirantibus nihil mutandum videtur.

v. 428. *Et obsessis vitam pensaverat auro*] In membranis est *obsessos*. Emacula, *at obsessus vitam pensaverat auro*. lectione veritate ipsa stabili. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *at obsessis* castigatur a Barthio, cum in Oxonio codice *obsessos* invenisset. non audio. N. HEINSIUS. *at obsessas* Barthius malebat, ut supra lib. III. vers. 35.

Nullo jam capti vitam pensabitis auro.

Commode tamen & vulgata scriptura cum Heinsio defendi potest.

v. 429. *Jamque in Daunivagos perfundens agmina campos*] *transfundens* optime scripti. ipse *effundens* olim corrigebam. Sed & *Dauniacos campos* corrigo. Scriptum videlicet fuerat *Dauniagos*, mutato *c* in *g*: hinc *Daunivagi campi* sunt enati. sic *Hiberiacae terrae* lib. XIII. vers. 510. N. HEINSIUS. *Dauniacos campos* olim etiam Illustrissimus Scaliger conjecit.

v. 430. *Vocasset*] Malo *vocassent*. N. HEINSIUS.

v. 433. *At quondam*] *At* melius in Coloniensi. N. HEINSIUS. *At quondam* etiam Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, aliaeque editiones cum codice Puteaneo. Dausquejus conjiciebat *Ah quondam*.

v. 435. *Arce corusca*] Sic supra vers. 85. *fulgentia cernit Arcis templa jugo*. N. HEINSIUS.

v. 437. *Hic (miranda) movens classem* &c.] Versum alienum unum agnoscere videor in his, quae adscribam, ab illo quidem obscuratiora,

Hic (miranda movens) classem, quae condita portu
Astabat, (namque angustis e faucibus aequor
Erumpit scopulos inter, patuloque recessu
Effundit campis secretum gurgite pontum,
Arce superposita) claustris maris extulit astu,
Perque aversa tulit portatas in arva carinas.

Ita clara sunt omnia. At, inserto illo tibicine plebejo,

Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur,
Arce superposita,

manca sunt prima verba. Quamvis enim *movens*

classem

At quondam Herculeam servare superba pharetram.
Verterat & mentem Tyria ad conata Tarentus,
Portisque intrarant Poeni. sed enim arce corusca,
Fisa loco, manus Ausoniae stipata sedebat.
Hic, miranda movens, classem, quae condita portu
Astabat, (namque angustis e faucibus aequor
Erumpit scopulos inter, patuloque recessu
Infundit campis secretum gurgite pontum.)
Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur,

Arce

classem conjungas, tamen aliquid quoque hiabit: at, demto illo monachali & *ταυτολόγῳ* interlocutore, nihil est, quod sententiam impediat. Nec *aestu* legendum, quod prorsus non facit ad Dionysium. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. vi. *Hac* editio Parmensis. Lege, *Hinc (mirum) amovit classem*, vel *Huic. mirum*, ut *mirabile quantum* lib. vi. vers. 619. ex membranis. N. HEINSIUS. Vir illustrissimus legit *Hinc*, vel *Huic (mirum) amovit:* ut *mirum* sit per exclamationem, quomodo *pudendum*, aliaque similia alibi. vide infra lib. xvii. vers. 141. Sed nihil muto, nisi solam distinctionem hoc modo: *Hic, miranda movens, classem*, ut monuit vir Excellentissimi ingenii J. Fr. Gronovius ad Senec. i. de Ira cap. iii. ubi hunc locum erudite illustrat.

v. 438. *Angustis e faucibus aequor Erumpit*] Invitis licet codicibus scriptis corrigendum,

——— *namque angustis se faucibus aequor*
Erumpit scopulos inter:

non *angustis e faucibus*. Caesar ii. belli Civilis cap. xiv. *Portis se foras erumpunt, secundo magnoque vento ignem operibus inferunt.* Varro Marcipore, *Ventique frigido sese ab axe eruperant, frenetici Septemtrionum filii.* Accius in Epigonis, *Ita imperitus stupiditate erumpit se, impos consilii.* ubi *impeditus stupiditate* videtur scribendum. vide Vossium de Constructione cap. xxii. Lucret. lib. iv. vers. 1113.

Tandem ubi se erumpit nervis conlecta cupido.

Virgil. Georg. iv. vers. 368.

Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus.

ita & apud nostrum lib. vii. vers. 355. castigavimus,

——— *adjutae pice crescere flammae*
Coepere, & sensim fumi se erumpere vertex.

Maro xi. Aen. vers. 548. *tantus se nubibus imber Ruperat.* & Georg. i. vers. 446.

Atque ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diversi rumpent radii.

sic vetusti codices. *Erumpere gaudium* Terent. in Eunucho, *Jamne erumpere licet hoc mihi gaudium?* Non dissimiliter *prorumpere sese* Caesar quoque dixit belli Civil. primo libro cap. lxxx. *Ubi dimissos equos pabulandi caussa animadvertunt, sese subito prorumpunt hora circiter sexta ejusdem diei.* Ita vetustus codex Lovaniensis, non *se proripiunt*. apud Maronem de Aetna in iii. Aen. vers. 572.

Interdumque atram prorumpit ad aethera nubem.

Coelius apud Ciceron. lib. viii. Epist. famil. *Sed ad bellum se erumpit. irrumpere se*, Varro apud Nonium Marcell. in *Calidum*. *Quum dixisset vitulus, ecce tibi caldis pedibus quidam navicularius semustulatus irrumpit se in curiam.* N. HEINSIUS. *Erumpere se* locutio elegans est, & optimis scriptoribus haud raro usurpata, quam tamen saepissime librariorum inscitia corrupit. vide Manut. ad Cic. viii. ad famil. Epist. xiv. Stewich. ad Arnob. i. advers. gent. pag. 52. & 56. lib. ii. pag. 69. Gifan. Indicem Lucret. in *Erumpere se*, & Jan. Brockhus. ad Tibull. lib. iv. carm. i. vers. 86. Eadem fortasse & Caesari restituenda est lib. ii. de bello Civ. cap. xii. *Docent, si omnino turris concidisset, non posse milites contineri, quin se spe praedae in urbem irrumperent.* vulgo legitur, *quin spe praedae:* at in MSS. pluribus est, *quin se praedae.* ut τὸ *se* excidisse videatur, tum quod locutio librariis insolentior videretur, tum ob literarum affinitatem in vocibus *se* & *spe*. Ita *emergere se* restituit N. Heinsius supra lib. vii. vers. 413.

——— *vitreis se sedibus antri*
Aequoreae pelago simul emersere sorores,

pro *vitreis e sedibus. eructare se* dixit Avien. Descr. orb. vers. 345.

Undique se totis eructent flumina terris.

& similia alia passim.

v. 440. *Effundit campis secretum gurgite pontum*] Vera est scriptura *Infundit campis*. MODIUS Novant. Lection. Epist. liii. *Infundit* cum Modio & Coloniensibus membranis. N. HEINSIUS. Perperam pro recepta lectione stat Doctissimus Dausquejus. supra lib. iii. vers. 48. *infuso stagnantes aequore campi.*

v. 441. *Inclusas igitur, quibus haud enare dabatur*] Barthius hunc versum censebat esse expungendum, me non annuente. N. HEINSIUS. Optime vir Illustrissimus hunc versum servat contra Barthium, qui in notis ad vers. 437. eum expungebat: quem falli pluribus etiam evicit Gronov. ad Senec. i. de Ira cap. iii. docens, *Inclusas carinas, quibus haud enare dabatur*, esse repetitionem τῶν *classem, quae condita portu Adstabat*; similesque repetitiones antiquis scriptoribus satis usitatas esse, propter interpositionem juvandi memoriam lectoris caussa inventas,

&

Arce superposita, claustris maris extulit astu,
Perque aversa tulit portatas arva carinas.
Lubrica roboreis aderant substramina plaustris,
Atque, recens caesi tergo prolapsa juvenci,
Aequoream rota ducebat per gramina puppim.
Et jam, per colles dumosque ad litus adacta,
Innabat pelago veniens sine remige classis.
Nuntius interea vectis non more carinis
Terrentem freta curarum fervoribus implet.
Dum procul Oebalios amet expugnare nepotes,
Et primus rostris sulcet navalibus arva,
Affessos Capuae muros, claustra ipsa revelli
Portarum, ac totum miseris incurrere bellum.

Linquit

& ex quotidiano sermone in scripta translatas: interdum vero ipsas voces, quae prius positae sunt, repeti; interdum vero alias ejusdem potestatis, ut hic factum est. Sic supra lib. IX. vers. 530.

Quamquam ego non Teucros (nostro cum pignore regnet
Roma, & Palladio sedes hac urbe locarim)
Non Teucros delere aderam.

lib. XIII. vers. 38.

Sollicitis Calchas (nam sic fortissimus heros &c.)
Sed Calchas Danais, nisi clausum &c.

ubi Silius partim idem vocabulum *Calchas*, partim aliud, *Danais* nempe pro *sollicitis*, repetiit. lib. XVI. vers. 686.

Illum ego, quem vosmet cauti consultaque vestra, &c.
Illum ego ad incensas trepidantem & sera parentem
Advertam patriae sedes.

Virgil. IX. Aen. vers. 210.

Sed si quis, quae multa vides discrimine tali,
Si quis in adversum rapiat casusve, Deusve,
Te superesse velim.

Cic. XVI. ad Attic. Epist. III. *Tu vero sapienter (nunc demum enim rescribo his literis, quas mihi misisti convento Antonio Tiburi) sapienter igitur, quod manus dedisti.* Idem ad Brut. Ep XV. *Cave enim existimes, Brute, (quamquam non est necesse &c.) cave putes, probitate, constantia, cura, studio reipublicae quidquam et esse simile.* Claudian. II. de Laud. Stil. vers. 6.

Principio magni custos Clementia mundi,
Quae Jovis incoluit zonam &c.
Haec Dea pro templis & thure calentibus aris
Te fruitur.

ubi illud *Haec Dea* repetitio est τῦ *Clementia.* atque ita saepissime alii. Videantur insuper, quae notavit ὁ πάνυ Gronov. ad Livii lib. II. cap. XII. & lib. XXV. cap. XXVII.

v. 442. *Claustris maris extulit astu*] *expulit* malim: *expulit* Gronovius ad Senecam. pellunt Interpres *extulit aestu.* N. HEINSIUS. Verbum *extulit* ferri nequit propter τὸ *tulit*, quod denuo habes versu sequenti. Assentior itaque N. Heinsio, qui *expulit* scribendum conjecit. Frequentissime enim scribae librarii ea verba inter se commutarunt. vide supra ad lib. IX. vers. 396.

v. 443. *Tulit portatas in arva carinas*] Malim

Perque aversa tulit portatas arva carinas:

quod Coloniensis confirmat. vulgati *portatas in arva.* N. HEINSIUS. Eodem modo & olim Illustrissimus Scaliger hunc locum ad oram editionis Heinsianae emendarat. *tulit portatas carinas* recte Eruditissimus Gronov. ad Senec. I. de Ira cap. III. illustravit illo Maronis VI. Aen. vers. 310. *Lapsa cadunt folia.* Vide etiam Munker. ad Anton. Liber. Fab. I. ad verba τὸ γαμα κομίσαντις ἔφερον; & quae supra notavi ad lib. XI. vers. 198.

v. 444. *Lubrica roboreis aderant substramina plaustris*] *sederant* Coloniensis: praeterea *substamina* in scriptis. Puto *sidunt*, vel *iterant*, vel *addunt.* N. HEINSIUS. Naves plaustris impositas, atque ita ex portu Tarentino in mare deductas fuisse tradunt etiam Livius lib. XXV. cap. XI. Polyb. lib. VIII. cap. ult. De hoc stratagemate vide Scheffer. lib. III. de re nav. cap. III. Simile aliud autem refert Frontin. I. stratag. cap. V. ex. 7. Loco τῦ *prolapsa* Scaliger ad oram libri conjiciebat *perlapsa.*

v. 449. *Vectis non more carinis*] Locus corruptus. *sine more* opinor, id est, sine exemplo, praeter morem. Stat. Theb. I. vers. 238.

——— *at nati (facinus sine more) cadentes*
Calcavere oculos.

Idem Theb. XI. vers. 524.

Haec pugnae facies, coeunt sine more, sine arte.

apud Virgil. V. Aeneid. vers. 694. *Tempestas sine more furit.* Florus lib. I. cap. XVII. *Nam subito incenditos atque palantes aggressus est, castrisque superioribus jugis in subjectos sine more detonuit.* sic scribo: vulgo *suo more.* alii aliter. Lactant. ad primum Theb. Statii, *sine more* interpretatur *in ille, sine exemplo.* Minuc. Felix de Romulo ad imitationem Maronis,

Linquit coepta ferox, pennasque addente pudore
Atque ira simul immani, per proxima motu
Evolat, & minitans avida ad certamina fertur.
Haud secus, amisso tigris si concita fetu
Emicet, attonitae paucis lustratur in horis
Caucasus, & saltu tramittitur alite Ganges;
Donec fulmineo partus vestigia cursu
Colligat, & rabiem prenso consumat in hoste.
Obvius huic sparso Centenius agmine raptim
Funditur, audendi pravus, facilisque periclis.
Sed parvum decus Hannibali. nam, vitis honore
Persunctus Latiae, subito stimularat agrestes,

Semermemque

nis, *Nonnullas de matrimonio mulierculas sine more rapuit.* Claudian. II. in Europ. vers. 45.

Tum vates sine more rapi, lymphataque passim
Pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi.

& vers. 438.

Ast alios vicina palus sine more ruentes
Excipit.

Prudent. Cathem. Hymn. VIII.

Quamlibet spreto sine more pastu
Sponte confectos tenuemus artus.

idem Psychom.

Nec mota est jaculo monstri sine more furentis.

Vide annotata nostra ad Claudian. pag. 910. & Petrum Fabrum II. Semestr. cap. XVIII. N. HEINSIUS. Illustrissimus Heinsius conjecit, *sine more*: id est, praeter morem, contra quam plerumque solebat. Virgil. VII. Aen. vers. 377.

Immensam sine more furit lymphata per urbem.

Dictys Cretens. lib. I. cap. XIX. *Ne tanta vis exercitus sine rectore profusius ac sine more militiae vagaretur.* Vide Barth. ad Statii I. Theb. vers. 238. *inaudito more* dixit Petron. in Satyr. cap. LXX. *Inaudito enim more pueri capillati attulerunt unguentum in argentea pelve.* Contrarium est *ex more*. Statius lib. V. silv. II. vers. 29.

Mox Tyrios ex more sinus tunicamque potentem
Agnovere humeri.

Sed sine libris fortasse nihil mutandum. cum enim simpliciter dicatur *more aliquid facere*, (vide N. Heinsium ad Phaedr. lib. I. fab. XII.) cur non etiam liceret dicere *non more facere?*

v. 451. *Dum procul Oebalios avet expugnare nepotes*] *amet expugnare* scripti. Corrigo *Oebalios penates.* Sed nihil necesse. Statius VI. Theb. vers. 776. *sic ille furentem Circuit expugnans.* Pro *Et primus rostris fulcet*, iidem scripti *Ut primus fulcet*, quomodo & Parmensis editio. non placet. N. HEINSIUS. *amet*, quod ex scriptis N. Heinsius probat, habent etiam priscae editiones omnes usque ad Nicandrum, qui primus apud Juntam *avet* edidit. Similis lectionis diversitas in libris antiquis supra erat lib. IX. vers. 370. Pro *nepotes* autem idem Heinsius *penates* conjicit. Et ita saepe peccarunt librarii. vide, quae vir Illustrissimus notavit ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 721. lib. II. vers. 595. & lib. III. vers. 14. Hic tamen nihil necesse mutare. Denique mox etiam Romana princeps & Mediol. editio *Ut primus.* sed perperam.

v. 453. *Obsessos Capuae muros*] Lege, *Assessos.* Male editiones *Obsessos.* vide supra ad lib. IX. vers. 623. MODIUS Novant. Lection. Epist. I. Cur non accedam scriptae lectioni *Assessos Capuae muros?* quod sane auget periculum. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *Assessos* Modius cum Coloniensi. Sic lib. IX. vers. 624. *atque assidet arces.* quod pluribus illustramus ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 534. neque aliter ex Oxonio Barthius. Confirmat & editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Assessos muros* habet & Romana princeps editio: & eo facit quoque lectio Puteanei codicis & editionis Mediolanensis, in quibus est *Adsessos.* Primus Marsus *Obsessos* edidit. male. *Assidere* enim est obsidere. sic Virgil. XI. Aen. vers. 304.

Cogere concilium, cum muros assidet hostis.

ubi vide Pierium.

v. 454. *Totum miseris incurrere bellum*] *incumbere* malim. libro tamen IV. vers. 653. habes *incurrentes undae.* N. HEINSIUS.

v. 456. *Atque ira simul, immani per proxima motu*] Distingue, *Atque ira simul immani, per proxima* &c. Deinde lego *nava ad certamina.* sed infra habes vers. 715. *avida pugna*, quod male sollicitat Dausquejus. N. HEINSIUS. An legendum *avida ad certamina fertur?*

v. 458. *Haud secus, amisso tigris*] Frequentissimae hae sunt poetis comparationes. sic Statius IV. Theb. vers. 316.

—— raptis velut aspera natis
Praedatoris equi sequitur vestigia tigris.

Similia plura videri possunt apud Dempster. ad Rosin. II. Antiq. Roman. cap. XI.

v. 462. *Colligit, & rabiem prenso consumit in hoste*] *Colligat* & *consumat* ex scriptis. *Obvius hinc* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 466. *Subito stimularat agrestes*] *subitos* malim. N. HEINSIUS.

Semermemque manum sternendam objecerat hosti.
Bis septem demissa neci, nec substitit agmen,
Millia: bis septem, quae non sollertior ense,
Sed genus insignis, justis ducebat in armis
Fulvius, ast aeque per corpora fusa jacentum
Raptum iter est, victorque moram non passus eundi.
Exsequiae tantum famam nomenque volentem
Mitificae mentis tenuerunt funere laeto.
Namque per insidias (infandum!) & ab hospite caesus,
Colloquium & promissa petit dum perfida gentis
Lucanae, Gracchus, caeco circumdatus astu,
Occiderat, laudemque Libys rapiebat humandi.
Sed non, ut scitum celerare ad moenia Poenum,
Astabat res ulla loco. jam Consul uterque

Praecipites

v. 468. *Demissa neci*] *dimissa* codex Puteaneus: sed male. vide supra ad lib. XI. vers. 142.

v. 472. *Victorque moram non passus eundi*] τὸ *euntis*, pro *eundi*, ex membranis reducendum putamus. Sane enim concinnius. Quod correximus, egregie confirmant sequentia. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *moram non passus eundi* est impatiens morae, quam itineri faciendo impendebat. Miror, quid Barthio venerit in mentem, ut *euntis* substituerit ex Oxoniensi libro, licet ita & Puteaneus exhibeat, & Parmensis quoque editio cum Gryphiana. *eunte* est in editione Marsi Veneta; sed contra stat veritas. Exequiae, inquit, Gracchi solummodo detinuerunt laeto funere, dum captat famam mitis animi. Si quid mutandum sit, rescribam, *victorque moram non passus ovandi.* ne quidem tempus triumpho ducendo impendens. N. HEINSIUS. *euntis* omnes ante Wolfii Basileensem editiones, etiam omnes Marsi, non *eunte*. Sed vulgatam lectionem recte defendit vir Illustrissimus.

v. 473. *Nomenque volentem Horrificae mentis*] Haud dubitandum, corruptum nos legere hunc locum: contra enim scribendum erat. Varie corrigunt eruditi. In membranis Anglicanis clare legitur *Artificae*. Scribendum ergo videtur, *Reclificae mentis*, quae videlicet aequitatis sit respiciens. Sed, si mihi audacia detur, ego vocem hanc non sollicitarim, sed esse errorem in τῷ *volentem* dixerim, & scribere Silium, *nomenque levantem Horrificae mentis.* Fama & facta Hannibalem crudelitate omnibus exosum faciebant. Eam famam levare volebat sepeliendis hostium ducibus, quos ceciderat. Sonus in nomen prioris syllabae facile librarium adegerit scribere *volentem*, pro *levantem*. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *Mutificae mentis* scripsi. optime. *mitificandi* verbo usus est Cicero. *mitificus* apud Appuleium occurrit. Interpres inepte *Mentis honorificae*. *Reclificae* Barthius, cum in Oxonio invenisset *Artifice*. Idem conjicit *nomenque levantem Horrificae mentis.* Sed frustra. Possis etiam, *nomenque foventem Mitificae mentis.* Sed *volentem* non est temere mutandum. Τὸ *mitificum* bis ex vetustis membranis Prudentio ivimus restitutum. N. HEINSIUS. *Mitificae mentis* Silio olim jam restituit N. Heinsius notis ad Prudent. Hymn. VII. περὶ στεφ. vers. 42. Praeter *Mentis honorificae*, Dausquejus etiam conjiciebat *Justificae mentis*, quoniam cadaveri justa faciebat. Sed male.

v. 475. *Et ab hospite caesus*] *caeso* Coloniensis. in editione Parmensi, & *in hospite caeso*. nil mutem. N. HEINSIUS. *in hospite caeso* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, *ab hospite caeso* Oxoniensis codex, *ab hospite cesso* Puteaneus. Sed nihil mutandum, ut Heinsius docuit. *ab hospite caesus occiderat*, ut *portatas carinas tulit* supra vers. 443.

v. 478. *Laudemque Libys rapiebat humandi*] Idem officium supra Paullo Aemilio praestitit lib. X. vers. 559. & Marcello infra lib. XV. vers. 387.

v. 480. *Adstabat res ulla loco*] *Sat stabat* Interpres. Putabam aliquando *Restabat spes ulla loco.* Possis &, *Hoc stabat spes illa loco.* N. HEINSIUS.

v. 482. *Aevi floridior Fabius rapida arma ferebant*] *rabida arma ferebat* Coloniensis. Sic lib. VII. vers. 253. scripsi. N. HEINSIUS. *rabida arma* non probem: nam nec ipse Heinsius lib. VII. vers. 253. *rabida arma quierunt* rectum duxit. *rapida arma*, ut supra lib. V. vers. 98.

Interea rapidis aderit Servilius armis:

quod in *rapidis armis* non mutandum esse eo loco monui. Deinde sive *ferebant* cum plerisque libris, sive *ferebat* cum Coloniensi legas, haud multum interrerit: posterius tamen videtur praeferendum; mox enim Silius de Nerone & Silano etiam *impellebat*, non vero *impellebant* dicit.

v. 483. *Volucres Syllanus*] *volucris Silanus* in Coloniensi. *Silanus* Juniae gentis cognomentum, & tubum vel fistulam significat. Vide Festum in *Jullos*. Lucretius lib. VI.

—— *proque*

Praecipites aderant; Nola vis omnis, & Arpis
Aevi floridior Fabius rapida arma ferebat;
Hinc Nero, & hinc volucres Silanus nocte dieque
Impellebat agens properata ad bella cohortes.
Undique conveniunt, pariterque opponere cunctos
Uni ductores juveni placet. arduus ipse
Tifata insidit, propior qua moenibus instat
Collis, & e tumulis subjectam despicit urbem.
Verum ubi, tot sese circumfundentibus armis,
Vallatas sociûm portas, unaque negari
Intravisse sibi, Capuaeque erumpere cernit,
Anxius adventus, nunc ferro frangere coetum
Obstantum meditatur: init nunc avia coepto
Consilia, atque astu quaerit tot millia portis

Abstrahere

—— *proque voluta*
Corpora silanos ad aquarum strata jacebant.

Syllanus vox est nihili. N. HEINSIUS.

v. 487. *Tisata invadit propior*] *Tesata insidit* Coloniensis. optime. *insedit* editio Parmensis. etiam bene. Sed & *proprior* τῷ *collis* jungendum. *Tifata imminentes Capuae colles*, Livius lib. VII. *insidit*, ut infra,

—— *resident vicini vertice montis.*

initio libri V.

Silvarum anfractus caecis insiderat armis.

N. HEINSIUS. *incidit* codex Oxoniensis ac Puteaneus, *incedit* editio Romana princeps & Mediolanensis. quod, quamvis corruptum, aperte tamen nos ducit ad veram Silii manum *insidit*, quam Illustrissimus Heinsius ex Coloniensi codice vindicavit. *invadit*, quod vulgo legitur, à Petro Marso profectum reliquis tamen editoribus arridere potuit. *Insidere* autem cum quarto casu jungi ostendit N. Heinsius ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 535. ubi & *insidit* hoc loco legendum esse recte monuit. apud Livium id frequentissimum est. sic lib. IX. cap. XXXI. *Ingens hostium exercitus itinera occultus insederat.* lib. XXV. cap. XXI. *Magonem omnia itinera insidere jubet.* lib. VIII. cap. XXIV. *Tres tumulos aliquantum inter se distantes insedit.* & passim apud eum.

v. 490. *Unique negari Intravisse sibi, Capuaque erumpere cernit*] Amplector membranarum caecarum scripturam.

—— *unaque negari*
Intravisse sibi, Capuaeque erumpere cernit.

Capua sonat obsessos a Romanis in ea urbe. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *unaque* ex scriptis & *Capuaeque erumpere*, pro *Capuaque*. argute. idque jam ex Oxonio monuit Barthius. utramque castigationem editio Parmensis confirmat. sed scribendum *Capuaeque irrumpere. intrare* & *irrumpere* cum tertio casu noster frequenter ponit. alterius exempla habes lib. III. vers. 377. alterius lib. VI. vers. 498. & lib. XI. vers. 473. N. HEINSIUS. *unamque* male editio Romana princeps, Mediolanensis, Marsi, & Martini Herbipolensis, pro quo non recte in Juntina *unique* emendatum. Sed probum est *unaque*. Deinde optime eaedem editiones *Capuaeque*, quod & ipsum primum in Juntina mutatum est. Sensus est, postquam vidit Hannibal, arta Romanorum obsidione simul se non posse Capuam intrare, neque Campanos ad se erumpere. Quare non opus est, ut cum viro Illustrissimo *irrumperè*, pro *erumpere*, reponamus: quomodo tamen etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi.

v. 493. *Meditatur, & hinc nunc avia coepto Consilia*] Plane legendum videtur, suadentibus praesertim antiquis codicibus, *meditatur: init nunc avia coepto Consilia:* quomodo & oratio plena, & omnis difficultas remota erit. MODIUS Novant. Lection. Epist. LIII. *init nunc avia coepto* ex Coloniensi Modius. recte. Puteaneus *& hunc.* lege tamen *avia coepti* ut lib. VIII. *devia recti Pectora* de Varrone. N. HEINSIUS. *& huc* Oxon. Codex. sed recte viri docti ex integerrimis membranis Coloniensibus *init nunc avia Consilia* legerunt. *inire consilia* locutio est Ciceroni inprimis frequens, quem Silius, non minus quam Maronem, coluit, saepe etiam expressit. Sic Orat. pro Rosc. Amer. cap. XXXIV. *Si nullum jam ante consilium de morte ac de bonis ejus inieras.* pro Muren. cap. XXXVII. *Inita sunt in hac civitate consilia urbis delendae.* pro Rege Dejot. cap. II. *Dicere apud eum de facinore, contra cujus vitam consilium facinoris inisse arguere, grave est.* & alibi. Quod vero N. Heinsius sine ulla necessitate contra libros *avia coepti* malit, non probo; cum *avius* & *devius* etiam apud poëtas cum sexto casu ponantur. Claudian. I. in Eutrop. vers. 14. *Niliaque meatu devius.* Male autem editio doctissimi Dausqueji, qui pro vulgata stat lectione, habet *avia coeptu Consilia*, quod inter operarum errores, quibus ea editio nimium scatet, numero. Celeberrimo Burmanno placebat *ardua coepto*, vel *coepti*, *Consilia.*

Abſtrahere artatis, cinctoſque reſolvere muros.
Sic igitur ſecum, curaſque ita corde fatigat:
Quo, mens aegra, vocas? rurſusne pericula ſumam,
Non aequus regione loci? Capuaque vidente
Terga dabo? an, reſidens vicini vertice montis,
Exſcindi ante oculos patiar ſocialia tecta?
Non ita me experti Fabius Fabiique magiſter
Turbatum, Heſperio cum clauſos milite colles
Evaſi victor, ſpatioſque per arva juvencos
Jactare accenſis ſtimulavi cornibus ignes.
Haud dum omnes abiere doli. defendere nobis
Si Capuam ereptum eſt, dabitur circumdare Romam.
Haec poſtquam placita, & tenuit ſententia mentem,
Non exſpectato, Titan dum gurgite lucem

Spirantes

v. 498. *Non aequus regione loci*] Arbitror, *Non aequi loci. ſumere periculum* etiam apud Tacitum ſemel iterumque occurrit. N. HEINSIUS.

v. 501. *Non ita me experti Fabius, Fabiique magiſter Turbarum expertor, cum clauſos*] Emendant *Turbarum expertem.* In membranis Oxonienſibus, *Turbarum Heſperior.* quid clarius, quam *aſperior* ſcribendum cum Modio? Promtior enim ad turbanda omnia Minucius. Fors ſit, ut alii videatur melius,

Turbarum, experto clauſos cum milite campos
Evaſi victor.

Contemnit nimirum undique collectos milites, qui Capuam obſidebant, quos ipſe aliquoties ante fuderat. Tamen illud *Turbarum aſperior* prorſus Silium ſapit. Eleganter vero, cum Minucium *equitum magiſtrum* Fabio dicere deberet, *Turbarum* dixit. Poterit ſane & ſimpliciore ſenſu *Turmarum* legi. ſed ſatis mutationum eſt. BARTHIUS lib. v. Adverſ. cap. VI. *expertor* Puteaneus; in Colonienſi *Fabiique magiſter Turbarum aſperior.* Interpres *Turbarum expertem.* ſed *experti* mox praeceſſerat. Colonienſis libri ſcripturam amplexus eſt Modius, cui & Barthius plenum dat aſſenſum, cum in Oxonienſi inveniſſet *Heſperior*; niſi quod etiam tentat *magiſter Turmarum*; &, *experto clauſos cum milite colles Evaſi. Turmarum* extat quidem in editione Parmenſi; etiam *Fabiique magiſter*: ſed quoquo ſe vertant viri doctiſſimi, non expediunt illud *Turbarum aſperior.* nam *aſper* proprie pro difficili ſumitur. Sic *aſper equus*, qui freno obnititur. Atqui Minucius obvius & expoſitus Hannibali ad pugnam. Non igitur Fabio cunctatore aſperior. Scribo minima mutatione,

Non ita me experti Fabius Fabiique magiſter
Turbatum, Heſperio clauſos cum milite colles
Evaſi victor.

Heſperium militem pro Romano frequenter poſuit noſter. Haec ſcripſeram, cum perlata ad me ex Sereniſſimi Suecorum Regis bibliotheca Parmenſi editione, illic quoque τὸ *Heſperio*, pro *expertor*, comparere laetabundus adverti. N. HEINSIUS. *Fabioque magiſter Turbarum inceptor* etiam conjicit Dauſquejus, qui Silium imitatum dicit illa Maron. ex XI. Aen. verſ. 396.

Non ita me experti Bitias & Pandarus ingens,
Et quos mille die victor ſub Tartara miſi.

v. 507. *Et tenuit ſententia mentem*] Opinor,

Haec poſtquam placita intentae ſententia menti.

vel, *attonitae menti.* N. HEINSIUS.

v. 511. *Vince omnem, miles, virtute laborem*] *rumpe omnem* editio Parmenſis. N. HEINSIUS. Ita etiam editio Romana princeps & Mediolanenſis.

v. 512. *Poſſunt ſe tendere*] *poſſint* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 513. *Hoc iter Alpes, Hoc Cannae ſtatuere tibi*] Arbitrabar legendum, *Hoc Cannae ſtravere tibi*, non *ſtatuere.* ratio manifeſta eſt, & membranae non repugnant. MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XXXVIII. *ſtravere* Modius ex Colonienſi. recte. Interpres tamen hic ſui ſimilis eſt. N. HEINSIUS. *ſtravere* etiam Putean. codex, quod recte viri docti vindicarunt. *ſternere viam* Livio familiariſſima locutio eſt; ſic lib. X. cap. XXIII. *Semitam ſaxo quadrato a Capena porta ad Martis ſtraverunt.* & paſſim alibi.

v. 517. *Et denigrantem Tarpeia ſede Tonantem*] Lego evidenti conjectura *Et demigrantem.* Dii devictis urbibus emigrare putabantur. Virgil.

Exceſſere omnes adytis templiſque relictis
Di, quibus imperium hoc ſteterat.

Et Romani certo & ſollemni carmine, antequam urbem aliquam vi caperent, Deos ejus tutelares evocabant promiſſis amplioribus etiam iis, quam illic habuiſſent, Romae honoribus. Atque ad hanc Deorum ex urbibus capiendis ab hoſte emigrationem pertinet ſtultum Tyriorum factum, qui, ab Alexandro obſeſſi, cum unus e civibus pro concione narraſſet, oblatam ſibi per ſomnium ſpeciem Apollinis, quem eximia religione colerent, ur-

bem

Spirantes proferret equos, impellit in agmen
Voce manuque viros, & coepta immania pandit:
Perge, age, vince omnem, miles, virtute laborem;
Et, quantum humani possunt se tendere passus,
Arduus accelera. Romam petis. hoc iter Alpes,
Hoc Cannae stravere tibi. eja, incute muris
Umbonem Iliacis, Capuaeque repende ruinas;
Quam tanti fuerit cadere, ut Palatia cernas,
Et demigrantem Tarpeja sede Tonantem.
Instincti glomerant gressus. Roma auribus haeret,
Roma oculis. creduntque ducis sollertibus actis
Aptius id coeptum, quam si duxisset ab ipso
Fatali Aeneadis campo. Vulturna citata
Transmittunt alno vada, postremique relinquunt

Tardandis

bem deserentis, aurea catena devinxere simulacrum, araeque Herculis, cujus numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo Deo Apollinem retenturi. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. Illud *demigrantem* minime mutandum, licet & Anglicanus codex *denigrantem* praeferat. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. Interpres sui similis est, dum *denigrantem*, pro *demigrantem*, tueri contendit. *demigrans* & *emigrans* idem, ut *erigere* & *derigere*, *effundere* & *defundere*, *eripere* & *deripere*, *emereri* & *demereri*, ac talia complura. N. HEINSIUS. Dausquejus conjiciebat, *Et de nigranti Tarpeja sede*; vel *Et de Tarpeja nigrantem sede*. *nigrantem* autem exponit νεφεληγερέτην, turbines & tempestates cientem: quo sensu fere est apud Maron. VIII. Aen. vers. 353.

Credunt se vidisse Jovem, cum saepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.

Codex Oxon. cum priscis editionibus nonnullis *denigrantem* & *denigrante* habent: ex Colon. codice nihil diversitatis notatum inveni, quamvis discrepantes scripturae appictae erant margini editionis, in qua *denigrantem* legitur. Sed recte *demigrantem* viri docti, quo verbo usus est Statius lib. I. silv. II. vers. 3. *procul ecce canorae Demigrant Helicone Deae.* & Theb. IV. vers. 405.

——— *Baccho jam demigrante quievit.*

Respicit autem Silius, ut Modius docuit, superstitionem veterum, qua Dii, instante urbis excidio, templa relinquere & ad hostes transire credebantur. Supra habes lib. II. vers. 364.

Et jam damnata cessit Karthagine Mavors.

ubi vide Dausquejum. Petron. in Satyr. cap. LXXXIX.

Peritura Troja perdidit primum Deos.

Plura vide apud Muret. V. Var. Lection. cap. XVIII. & Turneb. XIV. Advers. cap. XV. Sic contra *Dii redire* dicuntur instantibus rebus magis felicibus. supra est lib. VIII. vers. 236. *placavimus iras Coelicolum, redeunt Divi.* Valer. Flacc. lib. II. vers 485.

Verum o jam redeunt Phrygibus si numina.

& Jos. Iscan. III. bell. Troj. vers. 93.

——— *si prima Pelasgis*
Laurea, fas Phrygibus palmam sperare secundam,
Et nostros redisse Deos.

qui nempe, capta ab Hercule Troja, urbe exierant.

v. 518. *Instructi glomerant gressus*] Cum membranis libentius *Instincti*, quam cum cusis codicibus *Instructi*, legerim: quod illud ad praecedentem Hannibalis exhortationem melius referatur. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. *Instincti* cum scriptis & Modio, quomodo & Parmensis editio. vide lib. VIII. vers. 244. N. HEINSIUS. τὸ *Instructi* profectum est a manu Marsi, nam eo antiquiores editiones *Instincti* habent, id est, oratione & adhortatione Hannibalis incitati & incensi. infra lib. XV. vers. 135.

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra pericli
Pectora subrepit terror.

v. 520. *Aptius id coeptum, quasi duxisset ab ipso*] *quam si duxisset* legendum, non *quasi*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. *durasset* Puteanus: an *ductasset*? N. HEINSIUS.

v. 521. *Vulturna citata Transmittunt alvo vada*] Qui *alvo* pro *alveo* positum volunt, nugantur. Legendum *citata alno*. *alnum* pro navi dixit. Ex illa enim haec fit. Et sic nescio qui de prima navi, *expressam regibus alnum*. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. Scribo usitata metonymia *Transmittunt alno vada*. D. HEINSIUS. Verissima est lectio *citata alno*. Curiositas Interpretum aliud agere debebat. in re clarissima non tricandum. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *alno* bene Modius ex Coloniensi, uti & Barthius. olim legebam *cavata alno*. Sic Virgil. N. HEINSIUS. Marcilius apud Dausquejum vulgatum tuebatur, cui *alvus* erat γαστὴρ νηὸς Graecis aeque ac Latinis: ipse vero Doctissimus Dausquejus legebat *citato alveo*. *alveus*, ne poetas memorem, Livio etiam pro navi ponitur

Tardandis Italis corruptas igne carinas.
Tum Sidicina legunt pernicibus arva maniplis,
Threïciamque Calen, vestras a nomine nati,
Orithyia, domos. hinc Allifanus Iaccho
Haud inamatus ager, Nymphisque habitata Casinis
Rura evastantur: mox & vicinus Aquinas,
Et, quae fumantem texere giganta, Fregellae
Agmine carpuntur volucri. fert concitus inde
Per juga celsa gradum, duris qua rupibus haeret
Bellator Frusino, & surgit suspensa tumenti
Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis.
Jamque adeo est campos ingressus & arva Labici,
Linquens Telegoni pulsatos ariete muros,
Haud dignam inter tanta moram. nec amoena retentant
Algida, nec juxta Junonis tecta Gabinae.
Praeceps ad ripas immani turbine fertur,
Sulfureis gelidus qua serpit leniter undis
Ad genitorem Anio, labens sine murmure, Thybrim.
Hic ut signa ferox dimensaque castra locavit,

Et

tur lib. XXI. cap. XXVI. *Alveos informes, quibus se suaque transveherent, raptim faciebant.* vide Cerd. ad Maron. VI. Aen. vers. 412. *alveus* autem pro *alvus* Statio restituit Barth. V. Theb. vers. I. ubi & Maroni hanc vocem saepe dissyllabam esse monuit, quemadmodum hic quoque Dausquejus. Sed cum Maro semper ita hanc vocem in fine versus contraxerit, neque aliunde ullum adhucdum exemplum notatum sit, ubi id in medio versu factum est, malim cum viris eruditis *evata alno* legere, praesertim accedente auctoritate optimarum membranarum. neque aliter manu docta in editione Romana principe emendatum est. Nam ex alno, quae poetis *fluctibus apta* & *amica fretis* dicitur, plerumque naves compingebantur, unde *alnus* saepe etiam pro navi ponitur. Lucan. lib. III. vers. 520.

——— *emeritas repetunt navalibus alnos.*

Statius III. Theb vers. 23.

Fluctibus Ionii Calabrae datus arbiter alno.

Claud. I. de Rapt. Pros. in praefat. vers. 3.

Qui dubiis ausus committere fluctibus alnum.

ubi in Mss Vossiano etiam *alvum* erat. & II. de Rapt. vers. 178.

——— *missumque Pado qui remigat alnum.*

Sidon. Apoll. lib. II. Epist. II. *Hinc jam spectabis, ut promoveat alnum piscator in pelagus.* vide & Dausq. hoc loco. Pro *evata* autem Illustrissimus Heinsius olim legebat *cavata*, ut supra lib. VI. vers. 522.

——— *pinuque immane cavata*
Aequor, & immensas curva trabe findimus undas.

Liv. lib. XXI. cap. XXVI. *Novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus.* Sidon. Apoll. carm. V. vers. 404. *pars lintre cavata Jam docilis exponit equos.* Malim tamen *citata*. Sic Catull. carm. IV.

Phaselus ille, quem videtis, hospites,
Ait fuisse navium celerrimus.

& carm. LXIV. vers. I.

Super alta vectus Atys celeri rate maria.

Citata alno transmittunt vada Vulturna est celeriter navibus Vulturnum trajiciunt.

v. 526. *Iaccho Haud inaratus ager*] Referunt membranae, *Haud inamatus ager*, quod potius videtur. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. Modius *Haud inamatus*. Ego *Haud ingratus*. Sed ex his non pendet reip. nostrae nec patriae salus. Utrumque recipi potest. D. HEINSIUS. Recte Modius ex Coloniensi *inamatus*. quomodo & editio Parmensis prae se fert, & Aldi Veneta. Pluribus confirmat Eruditissimus Gronovius Diatribes Statianae cap. XLIII. Sic *Qua Bromio dilectus ager*, Statius lib. II. Surrentino Pollii. Interpres solens nugatur. *Allifanus* etiam *ager* legendum; de quo diximus lib. VIII. vers. 529. N. HEINSIUS. *Aelifanus ager*, codex Coloniensis. Sed optime Heinsius *Allifanus* legendum monuit: neque aliter habet Romana princeps & Mediolanensis editio. Sic in lapide apud Gruter. pag. CDVII. n. 7. ORDO. ET. POPVLVS. ALLIFANORUM. PATRONO. Deinde recte etiam viri docti ex libris priscis *inamatus ager* vindicarunt: neque aliter habent codices Oxoniensis & Puteaneus, cum editione Romana principe, Mediolanensi, & Gryphii, quod primus Marsus interpolavit. Dausquejus dum operose ostendit, agros, ut arbores & vites recte serantur, prius arandos esse, ut vulgatam lectionem tueatur, nihil agit. Non enim viri docti *Inaratus* rejecerunt,

Et ripas tremefecit eques, perterrita pulsis
Ilia prima vadis sacro se conjugis antro
Condidit, & cunctae fugerunt gurgite Nymphae.
At matres Latiae, ceu moenia nulla supersint,
Attonitae passim furibundis gressibus errant.
Ante oculos astant lacerae trepidantibus umbrae,
Quaeque gravem ad Trebiam, quaeque ad Ticina fluenta
Oppetiere necem, Paullus Gracchusque cruenti,
Flaminiusque simul, miseris ante ora vagantur.
Clausit turba vias. stat celsus & asper ab ira,
Ingentemque metum torvo domat ore Senatus.
Interdum tamen erumpunt sub casside fusae
Per tacitum lacrimae; quidnam Fortuna minetur,
Quidve parent Superi? pubes dispersa per altas
Stat turres, atque huc ventum sub corde volutat,
Ut jam Roma satis credat, defendere muros.
Poenus ut ad somnos vix totam cursibus actae
Indulsit pubi noctem, vigil ipse, nec ullam
Ad requiem facilis, credensque abscedere vitae,

Quod

runt, quod terram, antequam arbores serantur, arandam esse nesciant, vel negent; sed quod aliud Silio placuisse Mitorum auctoritas persuadeat. Simili sensu *Aulon Baccho amicus* dicitur Horat. lib. II. od. VI. vers. 18. ubi plura habet Eruditiss. Bentlejus.

v. 527. *Nymphis habitata Casini Rura*] *Nymphis Casinis* Coloniensis. venuste. N. HEINSIUS.

v. 529. *Et quae*] *At, quae* Colon. lege *At*. N. HEINSIUS.

v. 531. *Duris qua rupibus haeret*] *thuris qua rupibus* Coloniensis, ut puto, mendose. N. HEINSIUS.

v. 534. *Arva Labici*] *Labyci* membranae Colonienses. Sed male. Nam & supra lib. V. vers. 565. lib. VIII. vers. 368. & apud Maron. VII. Aen. vers. 406. libri scripti semper *Labicus* habent per *i*, numquam autem per vocalem Graecam. Deinde Graecis etiam Λαβικοι, non Λαβῦκοι, dicitur.

539. *Qua serpit leniter undis Anio, labens sine murmure*] Mitor Anienem Silio *leniter serpentem*, & *sine murmure* labentem dici, ut & supra lib. IV. vers. 224.

Quesque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant Anienicolae Catilli:

cum reliquis scriptoribus *praeceps*, *rapidus*, & *per saxa labi* dicatur. sic Horat. lib. I. od. VII. vers. 13. *Et praeceps Anio & Tiburni lucus.* Ovid. III. Amor. eleg. VI. vers. 45.

Nec te praetereo, qui, per cava saxa volutans,
Tiburis Argei pomifer arva secas.

& vers. 51.

Hanc amnis rapidis animosus vidit ab undis.

& vers. 80.

Atque ita se in rapidas perdita misit aquas.

Statius lib. I. silv. III. vers. 20.

Ipse Anien, miranda fides, infraque superque
Saxeus, hic tumidam rabiem spumosaque ponit
Murmura.

Quin nec memini, alibi Anieni *Sulphureas undas* tribui, quod proprium fluvii Naris erat: nisi fortasse sit propter aquas Albulae in Anienem influentes, quae saepe *sulphureae* vocantur.

v. 546. *Attonitae*] Hic versus in Coloniensi proxime sequenti postponitur. male. N. HEINSIUS.

v. 547. *Lacerae umbrae*] Quae etiam nunc servant vulnera, quibus olim occubuerunt. Tali enim habitu umbrae ad inferos descendere credebantur, quali erant tempore mortis. Vide fragmentum Advers. N. Heinsii, quod post Tibull. Broukh. edidit, pag. 461.

v. 555. *Quidve parent Superi*] Supra lib. I. vers. 136. *Magna parant Superi.*

v. 556. *Atque huc ventum sub corde volutat, Ut jam Roma satis credat, defendere muros*] Quid dici possit clarius & apertius, non video. De tanta potentia nihil reliquum populo Romano, nisi ut muros defendere posse pro magno habeat. Sunt tamen qui aliam lectionem comminiscuntur, non satis bene consulentes perspicaciam industriae suae. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. Perperam haec sollicitat Interpres. Nihil magis perspicuum his versibus. Stat pro nobis contra Interpretem Barthius. N. HEINSIUS. Dausquejus ita emendabat,

Stat turres, atque eventum sub corde volutat:
Et jam Roma satis credit, defendere muros.

Sed locum integrum esse recte viri docti monuerunt.

v. 559. *Vigil ille*] *ipse* ex scriptis. N. HEINSIUS.

Recte

Quod sopor eripiat, tempus; radiantibus armis
Induitur, Nomadumque jubet prorumpere turmas.
Inde, levis frenis, circum pavitantia fertur
Quadrupedante sono perculsae moenia Romae.
Nunc aditus lustrat, clausas nunc cuspide pulsat
Infesta portas, fruiturque timore paventum.
Nunc, lentus celsis astans in collibus, intrat
Urbem oculis, discitque locos, caussasque locorum.
Ac legeret visu cuncta, & penetraret in omnes
Spectando partes, ni magno turbine adesset
Fulvius, haud tota Capuae obsidione relicta.
Tum demum castris turmas inflexit ovantes,
Spectata, ductor, satiatus pectora Roma.
Atque, ubi nox depulsa polo, primaque rubescit
Lampade Neptunus, revocatque Aurora labores,
Effundit rupto persultans agmina vallo,
Et quantum clamare valet, Per plurima nostra,
O socii, decora & sacras in sanguine dextras,
Vobis ite pares, & tantum audete sub armis,
Quantum Roma timet. reliquam hanc exscindite molem;
Nil, quod vincatis, toto restabit in orbe.

Neu

Recte libri scripti *ipse*. Hannibal, dum partem noctis militibus ad somnum indulget, *ipse* vigilabat. Saepius librarii has voces, dum inter eas nihil discriminis interesse putant, perperam inter se commutarunt. Vide N. Heinsium ad Nason. Epist. XIV. Her. vers. 95. Metam. III. vers. 229. & J. Broekhus. ad Prop. lib. III. eleg. XX. vers. 6.

v. 563. *Inde levis frenis*] *levis freni* opinor, ut saepe alias. vide lib. VIII. vers. 508. N. HEINSIUS. Sed nec recepta scriptura temere rejicienda. vide supra ad lib. V. vers. 363.

v. 566. *Fruiturque timore paventum*] id est, delectatur. Martial. lib. VIII. Epigr. XXX.

Aspicis, ut teneat flammas, poenaque fruatur.

Claudian. I. in Rufin. vers. 236.

Nec celeri mittit leto: crudelibus ante
Suppliciis fruitur.

qui & alibi ita locutus est.

v. 567. *Nunc, laetus celsis astans in collibus*] Probanda lectio membranarum *lentus celsis astans in collibus.* Haeret enim obtutu tanti spectaculi, nec satiatur videndo. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *lentus* ex vetustis codicibus. monuit Barthius ex Oxonio. N. HEINSIUS. Recte libri scripti *lentus*, quae vox securitatem quandam notat. vide Jan. Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. V. vers. 45. sic supra lib. VII. vers. 440.

Audivit sacrae lentus certamina formae.

Virgil. Ecl. I. vers. 4.

——— *tu, Tityre, lentus in umbra*
Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

Frequenter autem errore librariorum vox *lentus* in vicinam *laetus* migravit. Vide N. Heins. ad Nason. Epist. XIX. Her. vers. 81. & II. Trist. vers. 514. ubi etiam Silio veram lectionem asseruit.

v. 572. *Castris turmas suffixit ovantes*] Manuscriptus codex *turmas suffluxit*. Non recedimus a vulgato. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *inflexit* libri manu exarati. quibus & Parmensis subscribit editio. Probe omnino. Interpres perperam *suspexit*, vel *suffecit*; qui & *suffexit*, & *suffixit* tuetur. ridicule. *influxit* Oxonius, proxime verum: quod Barthio tamen minime intellectum. N. HEINSIUS. *inflixit* Mediolanensis editio. neque aliter etiam Romana princeps, in qua ad marginem *induxit* legendum, notatum manu docta vidi. sed *inflexit* ex scriptis revocavit Heinsius. prodigioso operarum errore in editione Marsi est *infoelix*, quod tamen & Martin. Herbipolensis servavit. *suffexit* est a Nicandro, *suffixit* à Gryphio. Celeberrimus Burmannus conjiciebat *subduxit*.

v. 577. *Per plurima nostra*] *vestra* iidem codices. N. HEINSIUS. Recte *vestra*. Per suam enim ipsorum famam & gloriam milites hortabatur Hannibal. Saepe ita peccarunt librarii. vide supra ad lib. XI. vers. 117.

v. 578. *Et sacras in sanguine dextras*] A Silio esse arbitror, *& saturatas sanguine dextras*. apud Lucan. lib. I. vers. 39. *Poeni saturentur sanguine manes*. apud Statium III. Theb. vers. 644.

——— *sanguine uncto*
Aoniam & Tyrii saturare novalia Cadmi.

sic

Neu populi vos Martigenae tardarit origo;
Intratam Senonum capietis millibus urbem,
Aſſuetamque capi. fortaſſe curulibus altis
Jam vos, exemplo proavorum, ad nobile letum
Exſpectant de more ſenes, mortique parantur.
Talibus hinc Poenus: ſed contra Oenotria pubes
Non ullas voces ducis aut praecepta requirit.
Sat matres ſtimulant, natique, & cara ſupinas
Tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum.
Oſtentant parvos, vagituque incita pulſant
Corda virûm, armatis infigunt oſcula dextris.
Ire volunt, & pro muris opponere denſi
Pectora, reſpectantque ſuos, fletumque reſorbent.
Ut vero impulſo patefactae cardine portae,
Et ſimul erupit motis exercitus armis,
Funditur immixtus gemitu precibuſque per altos
Ad coelum muros plangor, ſparſaeque ſolutis
Crinibus exululant matres, atque ubera nudant.
Fulvius antevolans agmen, Quis neſciat, inquit,
Non ſponte ad noſtros Poenum veniſſe penates?
A portis fugit Capuae. ſubnectere plura

Conantem

Sic locus ille legendus eſt, ut dictum ad lib. VII. verſ. 295. N. HEINSIUS. Ita *agros ſanguine faturare* ſupra eſt lib. XI. verſ. 568.

Sanguine Dardanio Rutulos ſaturavimus agros.

Potes etiam legere, *ſatiatas ſanguine dextras*, ut apud Naſon. VII. Met. verſ. 808.

——— *ſed cum ſatiata ferinae*
Dextera caedis erat, repetebat frigus & umbras.

v. 579. *Votis ite pares*] In codice caſco *Vobis ite pares*: quod licet pulchrum ſit, non tamen auſim vulgatum condemnare. vix enim tantum vovere auſi erant olim, quantum nunc Fortuna obtulerat. BARTHIUS lib. V. Adverſ. cap. VI. *Vobis* repone ex Colonienſi: & ſic Oxonius quoque. nec dubitare debuit Barthius. vide, quae ad Naſonem congeſſimus Epiſtola Acontii verſ. 62. N. HEINSIUS. *Vobis* etiam editio Romana princeps, Mediolanenſis, Marſi, & Martini Herbipolenſis, quod recte N. Heinſius recepit. Nicander *votis* edidit, idque omnes editiones, Juntina poſteriores, habent.

v. 582. *Neu populi vos*] *Ne* Colonienſis codex. reliqui libri nihil mutant, niſi quod errantes operae in Romana principe & Mediolanenſi editione *Heu*, pro *Neu*, ediderint.

v. 585. *Ac nobile letum*] *ad letum* idem Colonienſis, bene. N. HEINSIUS.

v. 587. *Talibus hic Poenus*] *hinc* rectius ſcripti codices. pro *ſed contra*, Puteaneus *contraque*. N. HEINSIUS. *hinc* etiam vetuſtiſſimae editiones. primus *hic* edidit Marſus.

v. 589. *Sat matres ſtimulant*] Livius lib. VII. cap. XI. *Pugnatum haud procul porta Collina eſt totius viribus urbis in conſpectu parentum conjugumque ac liberorum; quae, magna etiam abſentibus hortamenta animi, tum ſubjecta oculis ſimul verecundia miſericordiaque militem accendebant.*

v. 592. *Infigunt oſcula dextris*] *defigunt* Puteaneus. N. HEINSIUS. Nihil muto. infra verſ. 738.

Ac tacitae natis infigunt oſcula matres.

Rutil. lib. I. Itin. verſ. 43.

Crebra relinquendis infigimus oſcula portis.

v. 596. *Junctis exercitus armis*] *motis armis* Colonienſis. N. HEINSIUS.

v. 598. *Ad coelum muros clangor*] *plangor* ſcribendum vel invitis membranis. N. HEINSIUS.

v. 599. *Exululant matres*] Ululatus in ſacris, de quo in notis agit Dauſquejus, huc non pertinet. Exululabant matres, & fletum tollebant ob pericula maritis aut liberis cum Poenis proelium conferturis impendentia, dum exercitus portis funditur. *exululare* & *ululare* eſt flere, ejulare. ſupra lib. VI. verſ. 562.

——— *jacent portis, ululanſque dolore*
Diſperſum vulgus.

v. 600. *Quis neſciat, inquit*] *quis neſcius* in Puteaneo, & *ad veſtros penates*, pro *noſtros*. N. HEINSIUS.

v. 602. *Subnectere plura Conantem triſtis coeli cum murmure vaſto Turbavit fragor*] τὸ *triſtis fragor* non placet. Opinor a Siliana manu eſſe, *ſubnectere plura Conantem his dictis coeli* &c. N. HEINSIUS. Hic locus mihi ſanus, & nulla medicina egere videtur.

Conantem tristis coeli cum murmure vasto
Turbavit fragor, & subita de nube procellae.
Jupiter, Aethiopum remeans tellure, minantem
Romuleo Poenum ut vidit succedere vallo,
Coelicolis raptim excitis, defendere tecta
Dardana, & in septem discurrere jusserat arces.
Ipse e Tarpejo sublimis vertice cuncta,
Et ventos simul, & nubes, & grandinis iras,
Fulminaque, & tonitrus, & nimbos conciet atros.
Concussi tremuere poli, coelumque tenebris
Clauditur, & terras caeco nox condit amictu.
Instat tempestas oculis, hostique propinquo
Roma latet. jactae in turmas per nubila flammae
Stridorem servant, membrisque insibilat ignis.
Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis
Bella movent, quantis animos & pectora possint

Irati

Nam si *tristis* cum voce *fragor* jungere nolis, at certe cum voce *coeli* debet jungi. *triste* autem *coelum* est in nubes ac tempestates coactum. Infra lib. XIV. vers. 345.

Ille novus pluvias Titan ut proderet ortu
Fuscatis tristis radiis.

Virgil. III. Georg. vers. 278.

——— *aut unde nigerrimus Auster*
Nascitur, & pluvio contristat frigore coelum.

Sic contra *laetum*, *hilare coelum* est serenum. Silius infra vers. 665.

Laeta serenati facies aperitur Olympi.

Valer. Max. lib. IV. cap. II. ex. I. *Placidum mare ex aspero, coelumque ex nubilo serenum hilari aspectu sentitur.* Arnob. VII. advers. Gent. pag. 243. *In habitum laetiorem statum coeli tempestatemque mutasse.* Saxo Gramm. I. Hist. Dan. pag. 17. *Carminibus in nimbos solvère coelum, laetamque aëris faciem tristi imbrium aspergine confudirunt.*

v. 605. *Jupiter, Aethiopum remeans tellure*] Diospolin intelligunt apud Homerum Grammatici per Aethiopas. D. HEINSIUS. Homeri fictionem Silius secutus est, qui Deos quotannis certo tempore ad Aethiopas proficisci, ut epulis & sacrificiis sollemnibus ibi interessent, commentus est. Vide Homer. Il. A. vers. 423. & Odyss. A. vers. 22. Eo respicit etiam Statius V. Theb. vers. 426.

——— *arcana, sic fama, erumpere porta*
Coelicolas, si quando domos litusque rubentum
Aethiopum & mensas amor est intrare minores.

Ridet hanc fabulam Arnob. VI. advers. Gent. pag. 192. *Hoc est enim proprium Deorum, complere omnia vi sua; non partiliter uspiam, sed ubique esse totos; non adesse, non abesse, non coenatum ad Aethiopas pergere, & post dies bissenos privatum ad domicilium redire.*

v. 607. *Coelicolis raptim excitis*] *Coelicolas raptim excitos* Gronovius curis secundis Observat. lib. I. cap. XVII. N. HEINSIUS. Recte vir Celeberrimus Jac. Perizonius ad Sanctii Minervam pag. m. 125. hunc locum ab omni mutatione vindicat, docens, si vel maxime soloeca sit locutio, *jussit Coelicolis defendere tecta*, tamen nullam hunc locum mutandi caussam esse, cum *τὰ Coelicolis excitis* possint esse ablativi absoluti, postquam Coelicolas exciverat. Certe id melius est, quam locutionem *jubere alicui* probare, qua, si non omnino abstinuerunt, certe optimi scriptores quam parcissime usi sunt. vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. satyr. cap. LXXI. Contra vero, quo quis ad Latinam linguam in deterius labentem propius accedat, eo frequentius ita locutus esse reperitur. sic interdum eam locutionem Statius usurpavit, saepius apud Claudianum occurrit, at passim Juvencus similesque scriptores adhibuerunt..

v. 609. *Cuncta Et ventos simul & nubes*] *juncta simul* opinor. pro *conciet atros*, Puteaneus *concitat.* Interpres post *τὸ cuncta* illum versum subjungit, *Fulminaque & tonitrus.* N. HEINSIUS. Voces *cunctus* & *junctus* saepissime commutari à librariis supra docui ad lib. IX. vers. 641.

v. 612. *Concussi tremuere poli*] *Concussi* scripta exemplaria & priscae editiones. N. HEINSIUS. In Romana principe jam & Mediolanensi editione *Concussi* est.

v. 616. *Membris insibilat ignis*] *membrisque* Coloniensis. mox, pro *quantis animos*, Puteaneus *quantamque animos.* N. HEINSIUS.

v. 617. *Hinc Notus, hinc Boreas, hinc fuscis Africus alis*] *fuscis alis* non ad solum Africum, sed etiam ad Notum ac Boream referendum, ceterosque ventos, quibus plerumque in tempestatibus nigrae alae tribuuntur. Sic Coro dantur supra lib. III. vers. 523.

——— *glomeratas turbine Corus*
In media ora nives fuscis agit horridus alis.

Boreae

Irati satiare Jovis. fluit agmen aquarum,
Turbine confusum piceo & nigrante procella,
Atque omnes circa campos spumantibus undis
Involvit. celsus summo de culmine montis
Regnator Superûm sublata fulmina dextra
Libravit, clipeoque ducis, non cedere certi,
Incussit. summa liquefacta est cuspis in hasta,
Et fluxit, ceu correptus fornacibus, ensis.
Ambustis sed enim ductor Sidonius armis
Sistebat socios, & caecum e nubibus ignem,
Murmuraque a ventis misceri vana docebat.
Tandem post clades sociûm coelique ruinam,
Non hoste in nimbis viso, non ense, referri
Signa jubet castris, maestasque resuscitat iras.
Ventis debebis nimirum hiemisque procellis
Unum,

Boreae lib. XVII. vers. 253.

Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
Abruptum Boreas ponti latus.

Noto apud Valer. Flacc. lib. I. vers. 611.

—— Zephyrusque, & nocti concolor alas
Nimborum cum prole Notus.

v. 619. *Fluit agmen aquarum*] Malim, *ruit.* N. HEINSIUS. *τὸ ruit* aptius multo est exprimendo desuper cadentium imbrium ac procellarum impetum. Nonnumquam scribae librarii in commutandis vocibus *fluere* & *ruere* hallucinati sunt. Sic apud Maron. XI. Aen. vers. 236. pro *fluuntque ad regia plenis Tecta viis*, codex Etruscus antiquissimus, majusculis literis exaratus, *ruuntque* habet, teste Gronovio ad Senec. Herc. Fur. vers. 840. Apud Lucan. lib. IV. vers. 76.

Jamque polo pressae largos densantur in imbres,
Spissataeque ruunt.

Ita scripti quidam, pro *Spissataeque fluunt*, & forsitan non male; nam *fluit* paullo ante praecessit. vide etiam N. Heinsium ad Claud. II. in Rufin. vers. 427. *agmen aquarum* quid sit, vide Salmas. in Exercit. Plin. pag. 59.

v. 622. *Celsus summo de vertice montis Regnator Superûm*] An, *celsi?* an, *Coeli?* mons Coelius. N. HEINSIUS. *Τὸ Coeli montis* non placet; supra enim Silius Jovem in Tarpejo monte collocat, vers. 607.

Coelicolis raptim excitis, defendere tecta
Dardana, & in septem discurrere jusserat arces.
Ipse e Tarpejo sublimis vertice &c.

Sed nec *celsi montis* placet. nam *celsus regnator Superum*, est in monte celso consistens, eodem modo ut *sublimis* loco modo laudato. sic supra vers. 486.

—— arduus ipse
Tifata insidit, propior qua moenibus instat
Collis.

lib. VII. vers. 123.

Cassarum sedet irarum spectator, & alti
Celsus colle jugi domat exsultantia corda.

v. 625. *Summa liquefacta est cuspis in hasta*] Pariter Lucan. lib. VII. vers. 158.

Excussit cristas galeis, capulosque solutis
Perfudit gladiis, ereptaque pila liquavit,
Aethereoque nocens fumavit sulfure ferrum.

Claudian. in VI. Cons. Hon. vers. 344.

—— hic tabescente solutus
Subsidit galea, liquefactaque fulgure cuspis
Canduit, & subitis fluxere vaporibus enses.

v. 628. *Caecum è nubibus ignem, Murmuraque à ventis misceri vana docebat*] Haec fulmina proprie & ex disciplina augurali *bruta* vocantur. Plinius II. Histor. Natur. cap. XLIII. *Hinc bruta fulmina & vana, ut quae nulla veniant ratione naturae.* Videtur autem haec Karthaginiensium de tonitru & fulmine opinio fuisse: nam ita rursus infra Hannibal lib. XVII. vers. 329.

Te vero, te te exstimulem, qui fulmina contra,
Et nimbos, tonitrusque, ac summi numinis iras
Cum starem, perferre ferox ac vana jubebas
Nubila, & ante ducem Capitolia celsa petebas.

& Iarbas apud Maron. IV. Aen. vers. 208.

Aspicis haec? an te, genitor, cum fulmina torques,
Nequidquam horremus? caecique in nubibus ignes
Terrificant animos, & inania murmura miscent?

v. 633. *Hiemisque procellis*] Forte *hiemique, procellisque*: quales versus apud Maronem frequenter admodum occurrunt. infra vers. 677. *ventis hiemique fugaces Terga dabunt.* N. HEINSIUS. *hiemique procellisque* malebat N. Heinsius, ut sit versus hypermetros, quem non solum rectum & secundum regulas metricas esse viri docti existimant, si sequens versus a vocali, ut hic fit, verum etiam, si a consona incipiat. vide Gisan. Ind. Lucret. pag. m. 457. Similes versus plures apud Maronem, Ovidium, aliosque exstant, quamquam plerumque ab indoctis librariis corrupti. Talis etiam supra erat

 lib.

Unum, Roma, diem. sed non te crastina nobis
Lux umquam eripiet; descendat Jupiter ipse
In terras licet. infrendens dum talia fatur,
Ecce serenato clarum jubar emicat axe,
Purgatusque nitet discussis nubibus aether.
Aeneadae sensere Deum, telisque repostis
Summissas tendunt alta ad Capitolia dextras,
Et festa cingunt montis penetralia lauro.
Tum vultus, modo non parvo sudore madentes,
Nunc laetos Jovis aspectant. Da, summe Deorum,
Da, pater, ut sacro Libys inter proelia telo
Concidat. haud alia potis est occumbere dextra.
Sic adeo orantes pressere silentia, postquam
* Abstulerat terras nigrantibus Hesperus umbris:
Quem, simul attollens rutilantem lampada, Titan
Obruit, & vitae rediit mortalibus usus,
Poenus adest, nec se castris Oenotria pubes
Continet. haud dum enses stricti, mediumque jacebat
Tantum ad bella loci, quantum transmittere jactae
Sufficerent hastae, cum fulgor hebescere coeli

Per

lib. IV. vers. 188.

Tiburtes Magios, Hispellatemque, Metaurumque. ita editum olim. sed *Metaurum* scribendum ex Colon. libro monuerunt viri docti. lib. XVII. vers. 400. libri vetusti legunt,

Sub tanta cunctis vi telorumque virorumque.

Sed libri vulgati habent *virúmque.* Cum vero omnes codices hoc loco in receptam scripturam conspirent, eam interpolare non audeo. *Hiems* hic est tempestas, ut apud Claud. III. Conf. Hon. vers. 96.

O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes.

& ita apud Graecos etiam χειμὼν sumi docet Noris. in Cenot. Pisan. Diss. II. pag. 136.

v. 635. *Descendat Jupiter ipse In terras licet infrendens*] Prodigium est in codice scripto, *In terras licet miscendus.* Acutuli aliquid exterebrent; nos nimium sumus otiosi. BARTHIUS lib. v. Advers. cap. VI. Gronovius Observ. I. cap. XVII. ex editione Romana *licet accensus*, quomodo & Parmensis. Sed aliter scripti, qui cum vulgatis faciunt, nisi quod in Oxonio mendosissime *licet miscendus.* juvandus locus distinctione

In terras licet. infrendens dum talia fatur.

N. HEINSIUS. Romana princeps etiam & Mediolanensis editio *accensus.* Sed recte mutatione distinctionis locum persanavit N. Heinsius. De multiplici Jovis in terram descensu ad pleniorem hujus loci intellectum consule Celeberrimi Burmanni Διὸς Καταιβάτην.

v. 640. *Summissas tendunt alta ad Capitolia dextras*] *Summissae dextrae* hic sunt elatae, sursum emissae. supra lib. I. vers. 673.

Summissi palmas lacerato tegmine vestis.

lib. IV. vers. 411.

Credite summissas Romam nunc tendere palmas.

Lucret. lib. I. vers. 7. *tibi suaves daedala terra Summittis flores.* Senec. in Oedip. vers. 225.

Ut sacrata templa Phoebi supplici intravi pede,
Et pias, numen precatus, rite summisi manus.

Vide Passer. ad Propertii lib. I. eleg. II. vers. 9.

v. 647. *Abstulerat terras Hesperus*] Silius imitatur illa Maronis ex III. Aen. vers. 198.

Involvere diem nimbi, & nox humida coelum
Abstulit.

v. 650. *Nec se castris Oenotria pubes*] Atqui non in castris, sed in urbe erant Romani. Hac ratione permotus vir Celeberrimus P. Burmannus *claustris* hic legere malebat. Certe eae voces in libris scriptis passim permutatae sunt. vide supra ad lib. x. vers. 643.

v. 651. *Mediumque jacebat Tantum ad bella loci &c.*] *mediique* praestat. N. HEINSIUS. Supra Silius hoc ita expressit lib. IV. vers. 101.

——— *jam tantum campi dirimebat ab ictu,*
Quantum impulsa valet comprendere lancea nodo.

ubi plura vide.

v. 654. *Per subitum cecidit, densaeque subire tenebrae*] To *subitum* & *subire* eodem versu non placet Celeberrimo Burmanno, qui propterea legendum conjiciebat *densaeque redire tenebrae.* *redire* nempe ut pridie.

v. 662. *Conantem & vana minantem*] *cunctantem* scripti. pro *minantem*, editiones primae *moventem.* N. HEINSIUS. *cunctantem* etiam primae editiones. vulgatam lectionem primus protulit Nicander

in

Per subitum coepit, densaeque subire tenebrae;
Atque dies fugere, atque armari ad proelia rursus
Jupiter. incumbunt venti, crassusque, rotante
Austro, nimborum fervet globus. intonat ipse,
Quo tremat & Rhodope, Taurusque, & Pindus, & Atlas.
Audivere lacus Erebi, mersusque profundis
Agnovit tenebris coelestia bella Typhoëus.
Invadit Notus, ac, piceam cum grandine multa
Intorquens nubem, cunctantem & vana minantem
Circumagit, castrisque ducem succedere cogit.
Verum ubi depositis sepsit sese aggere telis,
Laeta serenati facies aperitur Olympi,
Nullaque tam mitem credas habuisse Tonantem
Fulmina, nec placido commota tonitrua coelo.
Durat, & affirmans non ultra spondet in ipsos
Venturam crebroque diem, modo patria virtus
In dextras redeat, nec Romam exscindere Poeni
Credant esse nefas. ubi nam tunc fulmina tandem
Invicti latuisse Jovis, cum sterneret ensis
Aetolos campos? ubi, cum Tyrrhena natarent
Stagna cruore virûm? pugnat pro moenibus, inquit,

Si

in Juntina. Deinde *minantem*, quod in primis, quas consului, editionibus constanter exstare vidi, non muto. supra lib. I. vers. 305.

——— *figitque per arma*

Stantem pro muro, & minitantem vana Caïcum.

ubi simili errore *motantem* vulgo editur.

v. 666. *Nullaque jam mitem*] *tam mitem* Puteaneus & editio Parmensis. N. HEINSIUS. *tam mitem* etiam Oxoniensis codex cum editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis. Nicander vero apud Juntas *jam* edidit.

v. 668. *Durat & affirmans*] Aut *offirmans* legendum, aut *affirmans* pro *offirmans* ponitur. Sic apud Cicer. I. ad Attic. Epist. VII. vetusta nonnulla exemplaria *in iracundia affirmatior*, non *offirmatior*, agnoscunt. Catullus Epigr. LXXVII.

Quum te animo affirmas, teque istinc usque reducis.

sic & alii. N. HEINSIUS.

v. 668. *Non ultra spondet in ipsos Venturam crebroque diem*] Inquinata sunt haec. In membranis opis nulla, nisi quod *ipso* legitur. Quae Interpretes conjiciunt, aliud latere nos docent. Emaculem, *non ultra spondet in ipsos, Venturam retroque luem.* Non contra ipsos venturam luem, sed retro contra hostes ituram, modo ipsi virtuti pristinae studeant. Facilis error in prisca scriptura. Concinnius sit, *in ipsos Venturam, retro ire luem. diem* tamen etiam retinere possis, quae Jovis filia, cum ipse scilicet *Diespiter* agnominetur. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *Venturam crebra diem* Coloniensis. Locus est mendosissimus. Barthius *Venturam retroque luem*, non in ipsos, sed retro in hostes ituram. vel *Venturam, retro ire luem.* Neutrum obtrudi mihi patior. Sunt enim valde frigida, ne dicam inepta. Oxonius codex *spondet in ipso.* Mihi aliquando veniebat in mentem, pro *Venturam* reponi debere *Saevituram*; pro *crebra diem*, quae scriptura exstat in Coloniensi, *aethrae rabiem. non ultra spondet in ipsos Saevituram aethrae rabiem.* viderint acutiores. Possis etiam, *Venturam hanc aethrâ rabiem*: quod proxime vetustam scripturam accedit. N. HEINSIUS. Dausquejus conjecit *Ventorum e coelo rabiem*, vel *Venturam coelo rabiem.*

v. 670. *Ne Romam exscindere Poeni*] *nec Romam* scripti codices & editiones priscae. N. HEINSIUS. Ita & vetustae editiones ante Juntinam.

v. 672. *Invicti jacuisse Jovis*] Coloniensis *latuisse.* an, *Invisi Jovis?* N. HEINSIUS. Recte *latuisse* ex optimis membranis Illustrissimus Heinsius restituit. Similiter saepe peccarunt librarii. Vide N. Heinsium ad Ovid. III. Fastor. vers. 265. Broekhus. ad Propert. lib. IV. eleg. VIII. vers. 68. Bentlej. ad Horat. lib. IV. od. VI. vers. 19. & quae supra notavi ad lib. II. vers. 594. *Invicti* vero *Jovis* non videtur mutandum in *Invisi.* Cum enim Hannibal se Romanos ad Thrasymenum lacum ac Cannas devicisse glorietur, Jovem, qui eos tuebatur, per Ironiam *Invictum* vocat.

v. 673: *Natarent Stagna cruore*] Vide Barthium ad Claudiani bell. Getic. vers. 515.

v. 675.

Si rector Superûm tot jactis fulmine telis,
Inter tot motus cur me contra arma ferentem
Afflixisse piget? ventis hiemique fugaces
Terga damus. remeet, quaeso, mens illa vigorque,
Qua vobis, cum pacta Patrum, cum foedera adessent,
Integrare acies placitum. sic pectora flammat;
Donec equûm Titan spumantia frena resolvit.
Nec nox composuit curas, somnusve frementem
Ausus adire virum, & redeunt cum luce furores.
Rursus in arma vocat trepidos, clipeoque tremendum
Increpat, atque armis imitatur murmura coeli.
Ut vero accepit, tantum confidere Divis
Ausonios Patres, summissaque Baetis ad oras
Auxilia, & noctu progressum moenibus agmen:
Sic agitare fremens obsessos otia, jamque
Securam Hannibalis Romam, violentior instat.
Jamque propinquabat muro, cum Jupiter aegram
Junonem alloquitur curis, mulcetque monendo:
Nullane Sidonio juveni, conjuxque sororque
Cara mihi, non ulla umquam sine fine feroci
Addes frena viro? fuerit delere Saguntum,
Exaequare Alpes, imponere vincula sacro
Eridano, foedare lacus. etiamne parabit
Nostras ille domos, nostras perrumpere in arces?
Siste virum. namque (ut cernis) jam flagitat ignes,

Et

v. 675. *Tot jactis fulmine telis*] Forte, *fulminis alis.* Apud Claudian. II. Rapt. Proserp. vers. 229.

——— ni Jupiter aethere vulso
Pacificas rubri torsisset fulminis alas.

N. HEINSIUS. *fulminis alis*, quod fulmina ut plurimum alata dicantur. ita supra libro VIII. vers. 478.

Affuit & sacris interpres fulminis alis
Faesula.

Virgil. V. Aen. vers. 317.

Emicat & ventis & fulminis ocior alis.

Ratio vero, cur fulmen alatum fingatur, celeritas est, qua momento temporis coelum universum pervagatur. Vide P. Victorium XXVI. Var. Lect. cap. XIII. qui eandem ob caussam fumo etiam ac Soli alas tribui notat. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus ita scribendum hunc locum conjicit,

——— pugnat pro moenibus, inquit,
Si rector Superûm, tot tactis fulmine telis,
Inter tot mortes &c.

Ut insultet Jovi, qui, fulmine tactis armis & telis, plurimos milites in terram prostraverat, Hannibalem vero non afflixerat: vel conjiciebat, *cur tactis fulmine telis Inter tot motus cur me* &c. ut repetatur *to cur.*

v. 679. *Qua nobis*] *vobis* cum Coloniensi praestiterit & cum Parmensi codice. N. HEINSIUS. Ita frequentissime peccasse librarios supra docui ad lib. XI. vers. 117.

v. 681. *Frena resolvit*] Parmensis editio *resolvat*: rectius, quam *resolvit*, quod vulgati codices prae se ferunt. N. HEINSIUS. Non aliter etiam Mediolan. & Romana princeps editio.

v. 687. *Summissaque Baetis ad oras Auxilia*] Rem narrat Livius lib. XXVI. cap. XI. Laudat etiam Claudian. III. de Laud. Stilic. vers. 144.

Numquam succubuit damnis, & territa nullo
Vulnere post Cannas major Trebiamque fremebat.
Et, cum jam premerent flammae, murumque feriret
Hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos.

v. 689. *Jamque Securam Hannibalis Romam*] *namque* Coloniensis; scribo *tamque Securam.* N. HEINSIUS. Non aliter etiam manu docta in margine editionis Romanae principis emendatum vidi.

v. 694. *Non ulla umquam sine fine feroci*] Vulgatam lectionem non damno. Mallem tamen, si per codices liceret, *non ulla, inquam, sine fine feroci.* Vide N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. I. cap. XVII.

v. 695. *Fuerit delere Saguntum*] Elliptica est locutio, pro concessum fuerit, fas fuerit, ut plene

dixi

Et parat accensis imitari fulmina flammis.
His dictis, grates agit, ac turbata per auras
Devolat, & prensa juvenis Saturnia dextra,
Quo ruis, o vecors? majoraque bella capessis,
Mortali quam ferre datum? Juno inquit, & atram
Dimovit nubem, veroque apparuit ore.
Non tibi cum Phrygio res Laurentive colono,
En, age, (namque, oculis amota nube parumper,
Cernere cuncta dabo) surgit qua celsus ad auras,
Aspice, montis apex, vocitata Palatia regi
Parrhasio plena tenet & resonante pharetra,
Intenditque arcum, & pugnas meditatur Apollo.
At, qua vicinis tollit se collibus altae
Molis Aventinus, viden', ut Latonia virgo
Accensas quatiat Phlegethontis gurgite taedas,
Exsertos avide pugnae nudata lacertos?
Parte alia, cerne, ut saevis Gradivus in armis
Impleuit dictum proprio de nomine campum.
Hinc Janus movet arma manu, movet inde Quirinus,
Quisque suo de colle Deus. sed enim aspice, quantus
Aegida commoveat nimbos flammasque vomentem
Jupiter, & quantis pascat ferus ignibus iras.
Huc vultus flecte, atque aude spectare Tonantem,
Quas hiemes, quantos concusso vertice cernis

Sub

dixit Silius lib. VI. vers. 601.

—— *Tyrrhenas sternere valles*
Caedibus, & ripas fluviorum exire Latino
Sanguine, fas fuerit.

Vide infra ad lib. XIV. vers. 582.

v. 698. *Nostras perrumpere in arces*] Puteaneus *prorumpere.* N. HEINSIUS.

v. 704. *Mortali quam ferre datur*] *datum* scripta exemplaria. N. HEINSIUS.

v. 707. *En, age, namque oculis amota nube*] Verba Maronis sunt, paullum modo immutata, lib. II. Aen. vers. 604.

Aspice, namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

D. HEINSIUS.

v. 712. *At qua vicinis*] *At qui* in scriptis & cascis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 713. *Viden', ut Latonia virgo*] Τὸ *vide* posteriori brevi syllaba ponit Valer. Flacc. lib. V. *vide lata comantem Pectora.* Et ita usu fuisse apud veteres docet interrogatio addita *viden'*, quae plerumque etiam corripitur, quamquam illud ex *videsne* confectum potius sit. BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *Viden'* contractum est ex *videsne.* adi N. Heins. ad Nason. Epist. XII. Heroid. vers. 71. & Bentlej. ad Horat. I. Epist. I. vers. 91. ut *viden'* nihil faciat ad probandam quantitatem τοῦ *vide:* cujus ultimam syllabam brevem esse, male Barthius usu fuisse ait. Locus enim Valer. Flacc. lib. V. vers. 595. quem laudat, suspectus est, ubi ita N. Heinsius legit, *viden' alta comantem Pectora.* Plura ibi habet vir Illustrissimus in notis.

v. 715. *Exsertos avidae pugnae nudata lacertos*] Hoc, quod doctissimus Interpres non probavit, nec nobis satisfacit. liber tamen nullus mutat. Illud vero *aude*, pro *avidae*, non est ex re aut loco. sed *avide* non contemnendum. *avide exsertos*, quia pugnae cupida Latonia illa egregia. est autem habitus pugnantis. Juven. *nuda teneat venabula mamma.* BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *avide*, vel *aude*, Interpres. Sed & supra hoc libro vers. 457.

Evolat, & minitans avida ad certamina fertur.

nisi *rabida* scribendum utroque loco. *avide* tamen & Barthius. N. HEINSIUS.

v. 718. *Movet inde Quirinus*] *movet arma* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 719. *Sed enim aspice, quantum Aegida commoveat*] Vera est restitutio ex membranis *quantus.* Virgil. XI. Aen. vers. 283.

—— *quantus*
In clipeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.

BARTHIUS lib. V. Advers. cap. VI. *quantus* in Coloniensi.

Sub nutu tonitrus! oculis qui fulgurat ignis!
Cede Deis tandem, & Titania desine bella.
Sic effata virum, indócilem pacisque modique,
Mirantem Superûm vultus & flammea membra,
Abstrahit, ac pacem terris coeloque reponit.
Respectans abit, & castris avulsa moveri
Signa jubet ductor, remeaturumque minatur.
Redditur extemplo flagrantior aethere lampas,
Et tremula infuso resplendent caerula Phoebo.
At procul e muris videre ut signa revelli
Aeneadae, versumque ducem; tacita ora vicissim
Ostentant, nutuque docent, quod credere magno
Non audent haerente metu; nec abire volentis,
Sed fraudem insidiasque putant,. & Punica corda:
Ac tacitae natis infigunt oscula matres,

Donec

lonienfi. recte. quomodo & Barthius ex Oxonio codice. N. HEINSIUS. Supra lib. I. vers. 614.

— *qua mole sonantes*
Exigit ille trabes, & quantus crescit in armis.

In Puteaneo codice proxime ad verum est *quantos.*

v. 724. *Quis fulguret ignis*] *fulgurat* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 729. *Respectans abit*] *Respectans* inquit Silius, ut ostendat, quam invitus & nolens Hannibal ab urbe Roma discesserit. Quinctil. Declam. x. pag. 174. *Invitus ille vanescebat ex oculis, multum resistens, saepe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte venturum.* vide Dausquejum supra ad lib. III. vers. 181. & quae infra notavi ad lib. XVII. vers. 218.

v. 736. *Nec abire volentes*] *volentis* Coloniensis, *volentem* Puteaneus. N. HEINSIUS. *volentis* etiam Marsi editiones.

v. 738. *Ac tacite natis*] Cum Aldo scribendum *Ac tacitae*, non *tacite*, quomodo & editio Parmensis. N. HEINSIUS. *tacitae* habent insuper editiones Marsi, Juntina, & Gryphii: neque aliter manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi.

v. 743. *Delubra decorant*] Non ambigo, quin recte sit in MS. *delubra coronant*, quod in victoria fiebat. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. *coronant* ex scriptis & vetustis editionibus. vidit & Modius. Supra habuimus vers. 641.

Et festa cingunt montis penetralia lauro.

templa coronant apud Maronem. N. HEINSIUS. Omnes, quas vidi, vetustae editiones stant pro vulgata scriptura, quam etiam defendere conatus est Daumius de caussis amiss. rad. ling. Lat. pag. m. 473. sed irrito & infelici successu. nullum enim exemplum ex optimi aevi poeta afferre potuit, qui secundam in *decorare*, contra quam communiter fieri solet, produxerit. Quae vero receptam scripturam astruendo laudavit Daumius, omnia sequioris temporis sunt, quo syllabarum quantitates ut plurimum neglectae, vel non admodum religiose observatae fuerunt. Recte itaque viri docti ex libris scriptis *delubra coronant* vindicarunt, quibuscum & faciunt Dausquejus ad hunc locum, & Dempster. ad Rosin. II. antiq. Roman. cap. II. In publica enim laetitia, qualis haec erat ob solutam ab Hannibale obsidionem urbis, aras ac templa Deorum coronare soliti fuerunt veteres. Sic Virgil. II. Aen. vers. 248. soluta, ut credunt Trojani, obsidione,

Nos delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Ovid. VIII. Metam. vers. 262.

— *jam lamentabile Athenae*
Pendere desierant Thesêa laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemque Minervam
Cum Jove Disque vocant aliis.

Statius lib. IV. silv. VIII. vers. I.

Pande fores Superûm, vittataque templa Sabaeis
Nubibus & pecudum fibris spirantibus imple.

vittata templa ibi sunt coronata. Homer. Il. A. vers. 39. εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα. *Si quando tibi venustum templum coronavi.* quod Scholiast. priscus per ἐστεφάνωσα exponit. Eurip. in Ione vers. 223. Ἆρ' ὄντως μέσον ὀμφαλὸν γᾶς Φοίβου κατέχει δόμος; ΙΩΝ. Στέμμασί γ' ἐνδυτός. *An vere medium umbilicum terrae continet Phoebi templum. ION. Ornatum etiam est coronis.* & ita passim.

v. 744. *Jamque omnes pandunt portas* &c.] Silius Maronem imitatur, qui, gaudium Trojanorum ob abitum Graecorum describens, paria refert lib. II. Aen. vers. 27.

Panduntur portae. juvat ire, & Dorica castra
Desertosque videre locos litusque relictum.
Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles:
Classibus hic locus: hic acie certare solebant.

v. 749. *Saevusque tetenderis Hanno*] *Hannon* Coloniensis. N. HEINSIUS. Ita & Oxoniensis codex

Donec procedens oculis sese abstulit agmen,
Suspectosque dolos demto terrore resolvit.
Tum vero passim sacra in Capitolia pergunt,
Inque vicem amplexi permixta voce triumphum
Tarpeji clamant Jovis, ac delubra coronant.
Jamque omnes pandunt portas; ruit undique laetum,
Non sperata petens dudum sibi gaudia, vulgus.
Hi spectant, quo fixa loco tentoria regis
Astiterint: hi, qua celsus de sede vocatas
Affatus fuerit turmas: ubi belliger Astur,
Atque ubi atrox Garamas, saevusque tetenderit Hannon.
Corpora nunc viva sparguntur gurgitis unda:
Nunc Anienicolis statuunt altaria Nymphis.
Tum festam repetunt, lustratis moenibus, urbem.

dex. vide N. Heinsium supra ad lib. II. vers. 277. Marsus autem aliique *Hammon* ediderunt, & exponunt, Nasamones milites. Sed frustra.

v. 752. *Tum festa repetunt, lustratis moenibus, urbem*] Extra controversiam est, legendum,

Tum festam repetunt, lustratis moenibus, urbem.

BARTHIUS lib. v. Advers. cap. VI. *festam urbem* ex scriptis priscisque editionibus. & sic Interpres, quamquam minime sibi constans & fluctuans, ut solet. Sed fulcit titubantem Barthius. N. HEINSIUS. Recte *festam urbem* vindicarunt viri docti. Primus Marsus in Veneta posteriori, fortasse operarum incuria, *festa* edidit. Sic supra lib. XI. vers. 272.

—— festamque per urbem
Regifice exstructis celebrant convivia mensis.

Sic *festa mensa*, *festus ludus*, *festum gaudium*, *festa laetitia*. Silius lib. VII. vers. 198.

Festas Nysaeo redimitas palmite mensas.

lib. VIII. vers. 136. *convivia mente reduxit Festasque adventu mensas.* Valer. Flacc. lib. III. vers. 159. *festis assistere mensis.* Silius lib. XIII. vers. 330.

Verbera laeta movens festo per compita ludo.

Sic emendandum censuit Heinsius. lib. XV. vers. 423.

Festa coronatis agitabant gaudia signis.

Arnob. lib. v. advers. Gent. in princ. *Per cursus annuos laetitias exerceretis ut festas.*



C. SILII ITALICI
PUNICORUM
LIBER XIII.

Segne iter emenso vix dum Tarpeja videri
Culmina desierant; torvos cum versus ad Urbem
Ductor Agenoreus vultus, remeare parabat.
Castra locat, nulla laedens ubi gramina ripa
Turia deducit tenuem sine nomine rivum,
Et tacite Tuscis inglorius affluit undis.
Hic modo primores sociûm, modo jussa Deorum,

Nunc

v. 2. *Torvos cum versus ad Urbem vultus*] Mediolanensis editio *torvo vultu* habet: ita Columbus, teste Illustrissimo Heinsio, reponit apud Valer. Flacc. lib. III. vers. 343.

——— ille suam vultu conversus ad urbem.

ipse Heinsius *vultum* malebat: vulgo autem erat *vultus conversus*. sed *torvos vultus* non muto apud Silium, qui similibus Graecismis ubique delectatur. Supra lib. VII. vers. 679.

Jamque in palantes ac versos terga feroces
Pugnabant Itali.

Vide supra ad lib XI. vers. 43.

v. 4. *Nulla laedens ubi gramina ripa*] *radens ubi gramina* opinor scribendum esse. Nimirum *L* & *R* in vetustis codicibus frequenter confunduntur. *ripas radere* fluviorum est; at Turia, cum ripas non haberet, utpote rivus tenuis & exiguus, pro ripis *radit gramina*; unde designatur, illum per plana & campos labi. Sic *radere* apud Lucretium lib. V. vers. 257. *ripas radentia flumina rodunt*. apud Nasonem in Fastis,

——— laevum
Radit harenosi Thybridis unda latus.

Propert. lib. III. eleg. III.

Alter remus aquas, alter tibi radat harenas.

apud Lucan. lib. II. vers. 425 *radensque Salerni Culta Siler*. & de Pompejo navigante lib. VIII. vers. 245. *spumantia parvae Radit saxa Sami*. Senec. in Hippol. vers. 16.

Amne maligno radit harenas.

apud Solin. in Polyh. cap. XXII. *Oceanus a laevo latere Europam radit*. Hinc *abradere* Siculo Flacco de conditionibus agrorum, *Rivus autem, quoties finem facit, appellatur rivo recto curvoque, quasi alicujus terras minutatim ex alia parte abradat*. pro quo minus bene *abstrahat* ibi circumfertur. *quidquid aqua lambendo abstulerit* habes apud Aggenum Urbicum. Scribendum praeterea in Flacco, *appellatur ripae rectae curvaeque*. Frustra hic desudavit Rigaltius. Lucan. lib. III. vers. 207.

Qua celer & rectis descendens Marsya ripis
Errantem Maeandron adit.

quae & illic genuina est scriptura. ut rectae erat ripae Marsyas, sic curvae & inflexae Maeander. Sed ad rem. *ambedere* dixit in re simili Alphenus Varus leg. XXXVIII. de acquir. rer. dom. *Fluit flumen paullatim: primum omnium agrum, qui inter viam & flumen esset, ambedit, & viam sustulit. mordere* Horat. lib. I. od. XXXI.

——— quae Liris quieta
Mordet aqua taciturnus amnis.

perstringere dixit noster lib. XVI. vers. 478. de Lethe,

Quae fluit immemori perstringens gurgite ripas.

& lib. IV. vers. 352.

Gemmanti tacitas perstringit gurgite ripas.

Thybris apud Maron. VIII. Aen. vers 62.

——— ego sum, pleno quem gurgite cernis
Stringentem ripas & pinguia culta secantem.

ejus exemplo Statius Thebaidos primo vers. 39.

Et Thetis, arentes assuetum stringere ripas,
Horruit ingenti venientem Ismenon acervo.

stringentem apud Maronem Servius interpretatur *radentem, imminuentem, exedentem*. Idem *Tiberim* dictum *Rumonem* asseverat, *tamquam ruminantem & exedentem ripas, unde & in sacris Serra dicatur, & in aliqua parte urbis Terentum, eo quod ripas terat.* quomodo Claudian in Consul. Olyb. vers. 260.

——— flavaeque terens querceta Maricae
Liris.

ita illic ex membranis restituimus, non *tenens*. Ceterum insignis est inscitia Interpretis, qui Turiam rivum, sex millibus passuum ab urbe distantem, teste Livio, in Thuriis collocat. Sed si naevos omnes barbati magistri liberet mihi exagitare, Orbilius aliquis ad partes simul vocandus esset, qui hominem meum plagis assiduis contunderet; ita fortasse desineret adolescentium naevos oculis istis

emulitus

Nunc sese increpitat. Dic o, cui Lydia caede
Creverunt stagna, & concussa est Daunia tellus
Armorum tonitru, quas exanimatus in oras
Signa refers? qui mucro tuum, quae lancea tandem
Intravit pectus? si nunc exsisteret alma
Karthago ante oculos, turrita celsa figura,
Quas abitus, miles, caussas, illaese, dedisses?
Imbres, o patria, & mixtos cum grandine nimbos
Et tonitrus fugio. procul hanc expellite gentis
Femineam Tyriae labem, nisi luce serena
Nescire ac liquida Mavortem agitare sub aethra.
Terror adhuc inerat Superum, ac redolentia in armis
Fulmina, & ante oculos irati pugna Tonantis.
Parendi tamen, & cuicumque incumbere jusso
Durabat vigor, ac, sensim diffusus ad aures,

Signa

emissitiis venari, dum in suis corrigendis occupatur. N. HEINSIUS. Haud male *radens*, pro *laedens*, conjicit Heinsius. Sic Avien. in Descr. orb. vers. 96.

Vel celso demissa jugo confinia radit.

Priscian. in Perieg. vers. 70.

Montibus & radens suppostasque urbibus oras.

vers. 802.

——— *moenia cujus*
Eurymedon amnis radit vicina profundo.

& vers. 908.

Extrema fluvii sub parte Teredona radens.

Plura de verbis *radere*, *stringere*, *mordere*, *lambere*, hoc sensu a poetis usitatis, vide apud Broekhus. ad Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 142. Forsitan tamen nec recepta scriptura hoc loco incommoda est.

v. 5. *Turia deducit tenuem sine nomine rivum*] *Turia* Hispaniae fluvius apud geographos notus est, etiam Sallustio memoratus lib. II. Histor. *Inter laeva moenium, & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit.* *Turia* vero Italiae sive fluvius, sive rivus, cujus hic Silius meminit, obscurior est, ejusque vix alibi memoria exstat: nam, quae plurima ad hunc locum Dausquejus attulit, ad Thurias pertinent, magnae Graeciae celeberrimam urbem, quae olim etiam Sybaris dicta est, ut monuit Illustrissimus Heinsius ad vers. praecedentem, & olim accuratissimus Cluver. II. Ital. Antiq. cap. X. pag. 710. qui late ibi in hunc rivulum inquirit, & praeter Silium a nemine memoratum docet, nisi solo Livio lib. XXVI. cap. XI. *His motus ad Turiam fluvium castra retulit, sex millia passuum ab urbe.* quo loco Sigonius ex vetustis libris *Tutiam* praetulit, eamque lectionem servavit optima Gronovii editio. Neque aliter habent Silii nostri editiones Mediolanensis, Marsi, Martini Herbipolensis, Juntina, Aldina, Gryphii ac Nutii: at in codice Oxoniensi ac Puteaneo cum editione Romana principe erat *Tucia*, in editione Parmensi *Tuscia*. *Turia* vero primum habuit editio Basileensis, & nonnullae postea: neque aliter fuisse videtur in codice Coloniensi; certe ex eo nulla lectionis differentia notatur, licet discrepantes scripturae ascriptae sint ad marginem editionis Colinaci, quae *Turia* legit. Utro autem nomine, an *Turia*, an *Tutia*, rivulus iste rectius vocetur, in tanta ejus obscuritate definire difficile est.

v. 12. *Si nunc existeres alma Karthago ante oculos*] *si nunc se sisteret* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 15. *Mixtos cum sanguine nimbos*] Verum puto, *mixtos cum grandine nimbos*. Sic enim Virgilius loquitur, & praecessit apud nostrum

——— *ac piceam cum grandine multa*
Intorquens nubem.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. *cum grandine* scripti & Modius. recte. N. HEINSIUS. Recte viri docti, Modius, Dausquejus, & N. Heinsius, *grandine*, pro *sanguine*, ex scriptis vindicarunt. Non enim Jupiter Hannibalem sanguineis nimbis ab oppugnatione urbis Romae depulit, sed imbres, grandines, aliasque tempestates subito immittendo. supra lib. XII. vers. 610.

Et ventos, simul & nubes, & grandinis iras,
Fulminaque, & tonitrus, & nimbos conciet atros.

Livius lib. XXVI. cap. XI. *Imber ingens grandine mixtus utramque aciem turbavit.* *nimbum* autem *cum grandine* memorat Silius supra lib. XII. vers. 22.

——— *ubi hiberna ruerent cum grandine nimbi.*

Virgil. IV. Aen. vers. 120.

His ego nigrantem commixta grandine nimbum
Desuper infundam.

& vers. 161.

——— *insequitur commixta grandine nimbus.*

Eodem librariorum errore codex Putean. *saxorum sanguine* habet lib. XIV. vers. 431. pro *saxorum grandine*.

v. 16. *Procul hanc expellite gentis Femineam Tyriae labem*] *gentes* opinor, vel *menti*. vide ad lib. II.

 vers.

Signa reportandi crescebat in agmine fervor.
Sic, ubi perrupit stagnantem calculus undam,
Exiguos format per prima volumina gyros,
Mox, tremulum vibrans motu gliscente liquorem,
Multiplicat crebros sinuati gurgitis orbes;
Donec postremo laxatis circulus oris
Contingat geminas patulo curvamine ripas.
At contra Argyripae pravum decus, (inclita namque
Semina ab Oenea ductoris stirpe trahebat
Aetoli) Dasio fuit haud ignobile nomen,
Laetus opum, sed clauda fides, sesequc calenti
Addiderat Poeno, Latiae diffisus habenae.

Is,

vers. 590. N. HEINSIUS. Voces *gens* & *mens* haud raro librarii in codicibus scriptis inter se commutarunt. vide supra ad lib. v. vers. 264. Posses etiam *genti Tyriae*.

v. 24. *Sic, ubi perrumpit stagnantem* &c.] *perrupit* Puteaneus, quod praestabilius. N. HEINSIUS. Ita & Oxoniensis codex. Putat autem Doctissimus Dausquejus examussim nobis Silium delineare ludum puerilem: illum, fortasse, quem describit Minuc. Fel. in Octav. cap. III. *Is lusus est, testam teretem, jactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam testam, plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atque humilem, quantum potest, super undas irrotare; ut illud iaculum vel dorsum maris raderet, vel enataret, dum leni impetu labitur, vel, summis fluctibus tonsis, emicaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se in pueris victorem ferebat, cujus testa & procurreret longius, & frequentius exsiliret.* quem ludum ad eum locum doctissimi Interpretes plenius illustrarunt. Sed omnino is huc non facit; nam aliud Silius in animo habuit, & quidem id, quod memorat Seneca I. Natur. Quaest. cap. VIII. *Cum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam discedere, & fieri primum angustissimum orbem, deinde latiorem, ac deinde alios majores, donec evanescat impetus, & in planitiem immotarum aquarum solvatur.* Silii autem hanc comparationem laudat, & non illepidam judicat acerrimus poetarum censor Jul. Caes. Scaliger lib. VI. Poetic. cap. VI.

v. 28. *Donec postremo*] Ad marginem editionis Romanae principis manu docta emendatum erat *postremus circulus*.

v. 30. *At contra Agrippa haud parvum decus*] *At contra Argiripae provum decus* Coloniensis. scribendum *Argyripae pravum decus*. *pravum decus* vocat hominem nobilissimis natalibus ortum, sed pravum fidei, ut loqui amat noster alibi, & moribus corruptis. *pravus furor* lib. VII. vers. 497. *pravum certamen* vers. 585. *prava invidia* lib. XVI. vers. 13. *pravus campus* lib. XV. vers. 738. *pravo mutatus amore* lib. XVII. vers. 69. Sic de L. Catilina Sallustius, *nobili genere natus fuit magna vi & animi & corporis, sed ingenio malo pravoque*. *Argyripa* Arpi, sic etiam Silio ac Maroni alias dicti, Graecis 'Αργύριππα. in Puteaneo *Aggripe parvum decus*, *Agrippae parvum decus* editio Parmensis, in Veneta editione Marsi *Argirippa*. *Argyripae campos* habes lib. XVII. vers. 326. & lib. IV. vers. 555.

Altius Argyripa Daunique profectus ab arvis.

Argyripam & *Arpos* videtur distinguere Ausonius in Diomedis tumulo,

Argyripam clarosque viris qui condidit Arpos,
Clarior urbe nova, patriae quam sede vetusta.

N. HEINSIUS. Non dubitandum, quin rectum sit, quod Illustrissimus Heinsius restituit. *parvus* & *pravus*, transpositis perperam literis, frequenter errore librariorum turbantur. vide supra ad lib. VII. vers. 585. In Romana principe & Mediolan. editione erat *Agrippae parvum decus*. in Marsi, Juntina, Aldina aliisque editionibus *Agrippae haud parvum decus*. vulgatam autem lectionem primum inveni in editione Wolfii Basileensi, unde ad reliquas plerasque editiones manavit.

v. 31. *Ab Oenei ductoris stirpe*] *ab Oenea stirpe* scripti, *Aeneae* editio Parmensis. N. HEINSIUS. Cum Parmensi editione faciunt Romana princeps & Mediolanensis.

v. 32. *Oetolidas inter fuit haud ignobile nomen*] Hic versus mutilus exhibetur hoc modo in Coloniensi & Puteaneo,

Autolidas id fuit ignobile nomen.

Autolidas probavit Modius, nescio qua de caussa. *Oetolidas* ferri nequaquam potest: nam *Aetolidas* esset dicendum, & vel sic metro obversaretur id vocabuli. Si quid in loco pessime affecto conjecturae est dandum, arbitror nomen hic latere viri cujusdam, de quo Silius haec enarrat. ut proxime insistamus vestigiis Coloniensis libri, scribendum videtur,

At contra Argyripae pravum decus, inclita namque
Semina ab Oenea ductoris stirpe trahebat
Aetoli, Dasio fuit haud ignobile nomen.

Nihil propius comminisci nunc possum, &, ut dicam, quod sentio, rem acu tetigisse me opinor. Intelligenda quippe haec de Dasio Altinio qui, secutus primo partes Punicas, postea ad Romanos defecit. Audiamus Livium lib. XXIV. cap. XLV. *In*

ea

Is, volvens veterum memorata antiqua parentum,
Longo, miles, ait, quateret cum Teucria bello
Pergama, & ad muros ftaret fine fanguine Mavors,
Sollicitis Calchas (nam fic fortiffimus heros
Pofcenti focero faepe inter pocula Dauno
Narrabat memori Diomedes condita mente)
Sed Calchas Danaïs, nifi claufum e fedibus arcis
Armifonae curent fimulacrum avellere Divae,
Non umquam affirmat Therapnaeis Ilion armis
Ceffurum, aut Ledae rediturum nomen Amyclas.
Quippe Deis vifum, ne cui perrumpere detur,
Effigies ea quas umquam poffederit, urbes.
Tum meus adjuncto monftratam evafit in arcem

Tydides

ea caftra (Fabii) *Dafius Altinius Arpinas clam nocte cum tribus fervis venit, promittens, fi fibi praemio foret, fe Arpos proditurum effe.* Principem civitatis atque opulentum fuiffe ex eodem Livio patet, ac Cales captivum deductum, cum nihil à Romanis illi crederetur. Perperam Hubertus Goltzius in magna Graecia *Caffius Atinius* in Livio corrigebat, pro *Dafio Altinio. Arpinas* in *Arpinus* mutari nolim. Symmach.

Contra Arpinatem qui ftetit eloquio.

Dafio fuit nomen, ut apud noftrum, *Criftae nomen erat*, lib. IV. lib. XI. verf. 58.

Pacuvio fuit haud obfcurum crimine nomen.

ut & illic corrigendum ex veftigiis veterum librorum. lib. XIV. verf. 150. *Afilo nomen erat.* Apud Goltzium in magna Graecia proferuntur duo numifmata ΑΡΠΑΝΩΝ, quae ab altera parte ΔΑΞΟΥ infcriptum habent, forte pro ΔΑΣΟΥ; ut ab illo *Dafo* nofter *Dafius* defcenderit. Notus quoque hoc ipfo bello Dafius Brundufinus, qui Claftidium proditor tradit Hannibali. Livius lib. XXI. cap. XLIX. ex reftitutione Gronovii, & Dafius Salapius apud eundem Livium lib. XXVI. cap. XXXVIII. N. HEINSIUS. Omnino feliciter veram & genuinam Silii manum hoc loco vindicavit vir Illuftriffimus. De conftructione hac, *Dafio fuit haud ignobile nomen*, fupra vide ad lib. XI. verf. 58. Pro *Oetolidas*, Daufquejus *Oenidas* conjecit, quam lectionem Cellarius recepit, & infuper etiam *Aetolos* emendari poffe notavit. Sed male.

v. 33. *Laetus opum*] Valerius Flacc. lib. III. verf. 659. *Laetus opum pacifque meae.* N. HEINSIUS.

v. 43. *Ilion armis Ceffurum*] *Ceffuram* praeftet; de quo ad Nafonem N. HEINSIUS. Vide, quae notavit Heinfius ad Nafon. Epift. I. Heroid. verf. 48. ad XIV. Metam. verf. 47. & Bentlej. ad Horat. lib. III. od. III. verf. 23. Ita *Pergamum* faepe genere feminino eft, ut apud Auct. Aetn. verf. 18.

Quis non Argolico defievit Pergamon igni
Impofitam?

ubi tamen *Pergamon* etiam effe poteft à recto *Pergamos*: at clariffime ita Senec. in Troad. verf. 14.

Excifa ferro eft Pergamum; incubuit fibi.

ita enim hunc locum conftituendum docet Magnus Gronovius, qui confulendus eft. Quae vero Daufquejus pro recepta Silii lectione hoc loco in medium attulit, digna funt, ut infpiciantur.

v. 44. *Ledae rediturum nomen Amyclas*] *Ledae nomen* eft Helena, ad exemplum Maronis, qui XII. Aen. verf. 515. *Onyten* vocat *nomen Echionium*; ubi Servius, *Echionis & Peridiae filius, vel ab Echione genus ducens.*

v. 47. *Tum meus adjuncto* &c.] Palladium Trojanis aftu Diomedis & Ulixis interceptum fuiffe notum eft, & praefertim apud Poëtas frequenter memoratur. Interim vero quidam id Diomeden & Ulixen, quidam folum Diomeden furripuiffe narrant. pro utraque opinione ftant marmora & gemmae, & prius quidem probat tabula Iliaca num. 95. pofterius vero gemmae apud Gorlaeum in Dactyl. part. II. num. 95. Fabrett. in comm. ad Tabul. Iliac. pag. 364. & Begeri in Thef. Brandenb. tom. I. pag. 94. quae rei illuftrandae cauffa hic etiam confpici volui. Nemini autem eorum, qui eas gemmas tabulamque illuftrarunt, hunc difertiffimum Silii locum in mentem veniffe, eft, quod fummopere miror. Deinde & alii fuiffe videntur, quibus perfuafum erat, Palladium demum poft urbem captam Trojanis furto ablatum fuiffe. Nam Paufan. in Phocic. cap. XXVI. quafdam Polygnoti picturas referens, inter alias etiam memorat depictum ab eo Ajacem Oilei, Caffandrae vim inferre parantem: Ἡ δὲ κάθηταί τε ἡ Κασσάνδρα χαμαὶ, καὶ τὸ ἄγαλμα ἔχει τῆς Ἀθηνᾶς, ἔργῳ δὴ ἀνέτρεψεν ἐκ βάθρων τὸ ξόανον, ὅτι ἀπὸ τῆς ἱκετείας αὐτὴν ὁ Αἴας ἀφεῖλκε. *Ipfa vero Caffandra humi fedet, & Palladium tenet, quod ipfum è fedibus fuis avellit, cum fupplicem inde Ajax abftraxit.* Cum vero Ajax Caffandrae capta demum Ilio vim intulerit, nec Palladium, feu Minervae fimulacrum, antea inde abreptum fuit, nifi fortaffe alia Minervae ftatua intelligenda fit.

v. 47. *Evafit in arcem*] *evadit* Puteaneus. N.

HEIN-

Tydides Ithaco, &, dextra molitus in ipso
Custodes aditu templi, coeleste reportat
Palladium, ac nostris aperit mala Pergama fatis.
Nam postquam Oenotris fundavit finibus urbem,
Aeger delicti, Phrygium placare colendo
Numen, & Iliacos parat exorare Penates.
Ingens jam templum celsa surgebat in arce,
Laomedonteae sedes ingrata Minervae:
Cum medios inter somnos altamque quietem,
Nec celata Deam, & minitans Tritonia virgo:
Non haec, Tydide, tantae pro laudis honore
Digna paras, non Garganus, nec Daunia tellus
Debentur nobis. quaere in Laurentibus arvis,
Qui nunc prima locant melioris moenia Trojae.

Huc

HEINSIUS.

v. 48. *Dextra molitus in ipso Custodes aditu*] *moliri* Latinis scriptoribus nonnumquam est emoliri, emovere. Silius lib. I. vers. 603.

——— medium indignatus Hiberum
Excivit Calpen, & mersos Syrtis harenis
Molitur populos.

BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. Fortassis *dextra amolitus*: quamquam & *moliri*, pro *amoliri*, poni potuit. N. HEINSIUS. Virgilius id expressit, *caesis summae custodibus arcis* lib. II. Aen. vers. 166. Haud male vir Illustrissimus *dextra amolitus* conjecit, facili librariorum errore; olim enim *dextramolitus*, vel *dextr' amolitus*, scriptum fuit: sequentes vero librarii τὸ *a* geminare neglexerunt. vide supra ad lib. II. vers. 531. quamquam tamen, ut idem monuit, & *moliri*, pro *amoliri*, accipi potest, ut supra lib. VII. vers. 264.

Hinc pestem placitum moliri, & spargere caussas
In castra ambiguas.

Livius lib. XXVIII. cap. XLIV. *Una & trajecisse me audietis, & ardere bello Africam, & molientem hinc Hannibalem.* *amoliri* dixit Plaut. in Trucul. act. II. sc. VII. vers. 69. *Sed ego cesso me hinc amoliri, venire dum salvo licet?* Vide Langium ad Cicer. de Senect. cap. IV. Nondum tamen mihi satisfacio.

v. 50. *Nostris aperit mala Pergama fatis*] *aperit male* scribendum. N. HEINSIUS. Recte; id est, in damnum & perniciem nostram effecit, ut Troja capi potuerit. Ita legendum confirmat τὸ *Nam*, quod pro vocula *Sed* ex libris priscis vindicavit Heinsius. Sic lib. VIII. vers. 284. *fumat male conctus axis.* Ovid. V. Fast. vers. 452.

Et male veloci justa soluta Remo.

M. Senec. Suasor. V. *Errat circa damna sua, &, quae male expertus est, vota deponit.* L. Senec. in Thyest. vers. 3.

Quis male Deorum Tantalo vivas domos
Ostendit iterum.

ubi vide Gronov. & I. Observ. cap. XXIII. Barthium ad Statii I. Theb. vers. 314. & N. Heinsium ad Nason. II. Fastor. vers. 170. Potest tamen & vulgatum *mala Pergama* servari, quod Celeberrimo viro Petro Burmanno placebat, propter id, quod vers. 61. sequitur, *melioris moenia Trojae*: *malus* enim pro infelix, ut contra *bonus* pro felix, centies occurrit. Verum tum mox legendum *Sed postquam*.

v. 51. *Sed postquam Oenotris fundavit finibus urbem*] *Oenotris finibus*, ut saepe alias. Oenotri ab Oenotro, Lycaonis filio natu minimo; qui, primus omnium ad exteras gentes profectionem instituens, Italiae nomen de se dedit. Pausanias in Arcadicis [cap. III.] Οἴνωτρος δὲ ὁ τῶν παίδων νεώτατος Λυκάονος τῶν ἀδελφῶν ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. Apud Maronem quoque *Oenotris*, pro *Oenotris*, non uno loco irrepserunt. Deinde legendum *Nam postquam* ex Coloniensi & Parmensi editione. N. HEINSIUS. *Oenotris finibus* pleraeque ex priscis editionibus, quod recte N. Heinsius revocavit. Sic supra lib. VIII. vers. 46.

Cur Sarrana dicent Oenotri numina templo.

vide supra ad lib. VIII. vers. 221. lib. IX. vers. 473. & Pier. ad Maron. I. Aen. vers. 532. Aldus autem, Gryphius, ac pauci alii *Oenotriis* ediderunt. Deinde *Nam postquam* est etiam in codice Oxon. editione Romana principe, Mediolanensi, Marsi, ac Martini Herbipolensis.

v. 52. *Aeger delicti*] Florus lib. III. cap. XVII. *Drusus aeger rerum temere motarum.* quem locum hic ad marginem adscripsit N. Heinsius.

v. 61. *Melioris moenia Trojae*] *nomina* Puteaneus. *meliori* malim. N. HEINSIUS.

v. 62. *Hac intra, captumque refer penetrale parentum*] Sunt verba Palladis jubentis, uti Diomedes Palladium, Trojanis fatale, Lavinium transferat, & Aeneae restituat, sed adeo corrupta, adeo a sciolis male habita, ut, absque membranis esset, pro depositis haberi possent, cum ita legenda & curanda sint,

Hinc

Huc vittas castumque refer penetrale parentum.
Quîs trepidus monitis Saturnia regna capessit.
Jam Phryx condebat Lavinia Pergama victor,
Armaque Laurenti figebat Troïa luco.
Verum ubi Tyrrheni perventum ad fluminis undas,
[Castraque Tydides posuit fulgentia ripa,]
Priamidae intremuere metu. tum, pignora pacis
Praetendens dextra ramum canentis olivae,
Sic orsus Dauni gener inter murmura Teucrûm:
Pone, Anchisiade, memores irasque metusque:
Quidquid ad Idaeos Xanthum Simoëntaque nobis
Sanguine sudatum Scaeaeque ad limina portae,
Haud nostrum est: egere Dei duraeque sorores.
Nunc, age, quod superest, cur non melioribus, aevi,

Ducimus

Huc vittas castumque refer penetrale parentum. MODIUS Novant. Lection. Epist. XXXVIII. *Huc vittas* ex Coloniensi Modius; Puteaneus, *Huc intras*; Gronovius Diatribe Statiana ex Romana editione *Huc mitras.* vittas Vestales intelligo. idem *castum penetrale* cum Coloniensi & Modio; utrumque confirmat & editio Parmensis. Interpres hic solens nugatur. N. HEINSIUS. Oxon. codex, *Huc mitras, castrumque refer*; Romana princeps & Mediol. editio, *Huc mitras, castumque refer.* Vulgatae vero lectionis auctor, ni fallor, Marsus fuit. *vittas & castum penetrale* est castum & vittatum Palladium. Virgil. Aen. II. vers. 167.

Corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausi Divae contingere vittas.

Recte vero *castum:* praeterquam enim quod vox illa in sacris propria sit, tum vel praecipue Minerva eaeque Deae, quae semper virgines fuisse finguntur, *castae* vocantur. Horat. lib. III. od. III. vers. 22. *mihi Castaeque damnatum Minervae.* Celeberrimus tamen Burmannus *raptumque* malebat, quod Diomedes ac Ulixes furto rapuerunt. *Corripuere* dixit Virgil. loco mox laudato. Denique *penetrale* hic vocat, quod vers. 53. *Iliacos Penates.* Sic Cicer. II. de Nat. Deor. cap. XXVII. *Nec longe absunt ab hac vi Dii Penates, sive a penu ducto nomine, sive ab eo, quod penitus insident; ex quo etiam penetrales a poetis dicuntur.*

v. 67. *Castraque Tydides posuit fulgentia ripa*] Suspectus mihi est versus: nam infra habemus,

Trojanam ostentat trepidis de puppe Minervam.

Nulla igitur castra. & sane non fit credibile, manu armata venisse Diomedem. Praeterea *fulgentia castra* minus hic satisfaciunt. N. HEINSIUS. Fortasse tamen *castra* hic Silius posuit pro classe in statione posita. ut apud Maron. V. Aen. vers. 668.

——— *acer equo turbata petivit*
Castra.

ubi *Castra* sunt ardentes naves. vide pluribus ad eum locum Cerdam, & Passeratium ad Propert. pag. 279. *fulgentia* autem *castra*, ut *arx corusca* supra lib. XII. vers. 435.

v. 68. *Tum, pignora pacis Praetendens dextra ramum canentis olivae*] *pignore* Coloniensis. frustra. elegantior enim appositio. N. HEINSIUS. Silius, ut ubique solet, iterum Maronem imitatur VIII. Aen. vers. 116.

Paciferaeque manu ramum praetendit olivae.

Silius olivam *pignora pacis* vocat, Virgil. *paciferam*; vide ibi Cerdam, & *paci placitam* Georg. II. vers. 425.

Hoc pinguem & paci placitam nutritor olivam.

Deinde Silius *canentem* vocat, Virgil. *pallentem* Ecl. V. vers. 16.

Lenta salix quantum pallenti cedit olivae.

Pro *canentis* autem priscae editiones *candentis* habent, solito librariorum lapsu. vide supra ad lib. I. vers. 424.

v. 71. *Pone, Anchisiade, memores irasque metusque*] Veteres editiones *Anchisiadae.* Puto, *Anchisiada*; ut apud Maron. Aeneidos sexto optimae membranae *Tros Anchisiada.* N. HEINSIUS. Vide infra ad vers 796. *memor ira* autem, ut Virg. Aen. I. vers. 4. *memorem Junonis ob iram.* ubi Servius: *Non quod meminerat, sed quod in memoria erat.* &c. *Sane memor apud veteres non tantum dicebatur* ὁ μέ[illegible], *sed &* ὁ μνήμων. Vide eodem loco German. & Victor. XXV. Var. Lect. cap. II. Ovid. Epist. XXI. Her. vers. 9.

Utque cupis credi, memori te vindicas ira.

& XII. Metamorph. vers. 583.

Exercet memores, plus quam civiliter, iras.

Livius lib. IX. cap. XXIX. *Censorem etiam Appium memori Deûm ira post aliquot annos luminibus captum.* ita *memor amor* Silius lib. III. vers. 64.

——— *primoque Hymenaeo*
Imbuerat conjux, memorique tenebat amore.

v. 75. *Melioribus aevi*] *aevum* Puteaneus. male. *quod superest aevi* construendum. N. HEINSIUS.

v. 76.

Ducimus auspiciis? dextras jungamus inermes.
Foederis, en, haec testis erit. veniamque precatus
Trojanam ostentat trepidis de puppe Minervam.
Haec ausos Celtas irrumpere moenia Romae
Corripuit leto; neque tot de millibus unum
Ingentis populi patrias dimisit ad aras.
His fractus ductor convelli signa maniplis
Optato laetis abitu jubet. itur in agros,
Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco,
Et sacer humectat fluvialia rura Capenas.
Fama est, intactas longaevi ab origine fani
Crevisse, in medium congestis undique donis,
Immensum per tempus opes, lustrisque relictum
Innumeris aurum, solo servante pavore.
Hac avidas mentes & barbara corda rapina
Polluit, atque armat contemtu pectora Divûm.
Avia tunc longinqua placent, quae sulcat aratro
Ad freta porrectis Trinacria Bruttius arvis.
Dum Libys haud laetus Rhegina ad litora tendit,
Victor, summoto patriis a finibus hoste,

Fulvius

v. 76. *Dextras jungamus inertes*] Plane legendum est, *dextras jungamus inermes*, non, ut in editionibus est, *inertes*. Sunt enim Diomedis ad Aenean verba, bellum ulterius cum Trojanis deprecantis. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. Scribo *inermes*: de foedere loquitur. D. HEINSIUS. Multa molitur Interpres, ut hanc scripturam defendat. Ego vero plane MS. Oxoniensem praefero *inermes*. De pace enim convenit Aeneam, non de otii inertia, pacturus. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *inermes* ex scriptis cum Modio. dictum Aeneïdos Maronianae XI. vers. 414. Interpres, qui obloquitur, vapulet. Stat a partibus nostris Barthius. mox *ostentat trepidus* in Coloniensi. non probo. N. HEINSIUS. Recte viri docti *dextras inermes* vindicarunt. Supra lib. IX. vers. 83.

—— *sumto nam prodere coepta*
Vitabat clipeo, & dextra remeabat inermi.

Virgil. Aen. XI. vers. 672.

Dum subit, ac dextram labenti tendit inermem.

Aen. XII. vers. 311.

At pius Aeneas dextram tendebat inermem.

Gunther. III. Ligur. vers. 13.

Hunc & tres alios, spatio propiore sequentes,
Constituit celebrare manu devotus inermi.

Ita saepius peccarunt indocti librarii: apud Lucan. lib. VIII. vers. 525. pro *populum non cernis inermem*, in codice Thuaneo vitiose exaratum erat *populum inertem*. Vide N. Heinsium ad Ovid. V. Metam. vers. 175. Deinde recte idem Heinsius vulgatam lectionem tuetur, rejecta Coloniensium membranarum scriptura, *ostentat trepidus*: *trepidis* enim, nempe Trojanis: nam supra vers. 68. dixerat, *Priamidae intremuere metu.*

v. 80. *Neque tot de millibus unum Ingentis populi* &c.] Idem tradit Livius lib. V. cap. XLIX. *Ibi caedes omnia obtinuit: castra capiuntur, & ne nuncius quidem cladis relictus.* Florus etiam lib. I. cap. XIII. *Cum per Italiam naufragia sua latius traheret, sic persecutus est duce Camillo, ut hodie nulla Senonum vestigia supersint.* & mox, *Tandem post aliquot annos reliquias eorum in Etruria ad lucum Vadimonis Dolabella delevit: ne quis exstaret in ea gente, quae incensam a se Romam urbem gloriaretur.* Simili clade Gallos, qui Graeciam & Delphos invaserant, periisse memorat Justin. lib. XXIV. cap. VIII.

v. 81. *Patrias dimisit ad oras*] *ad aras patrias* in Coloniensi. eleganter. quam lectionem pluribus asserui ad XI. Aeneïdos apud Maronem vers. 269. N. HEINSIUS. Non aliter etiam codex Oxoniensis. Frequenter ita lapsi sunt indocti librarii. vide supra ad lib. III. vers. 651. & N. Heinsium ad Nason. XIV. Metam. vers. 476.

v. 84. *Dives ubi ante omnes colitur Feronia luco*] Opinor,

Dives ubi annoso colitur Feronia luco.

Sequentia confirmant. Possis & *antiquo luco.* N. HEINSIUS. Feroniae triplex in Italia lucus memoratur. Primus in Hetruria inter Lunas & Pisas, alter in eadem Hetruria ad Tiberim, tertius in Latio via Appia prope Terracinam. vide Cluver. lib. II. Ital. Antiq. cap. II. pag. 460. Illum vero nunc Silius innuit, quem secundo loco memoravi. Vide Cluver. ibid. cap. III. pag. 547.

v. 86. *Fama est intactas longaevi ab origine Fauni Crevisse* &c.] Nihil Fauno cum Feronia, de cujus

templo

Fulvius infaustam Campana ad moenia clausis
Portabat famam, miserisque extrema movebat.
Tum prensans passim, cuicumque est nomen in armis,
Dedecus hoc defende manu: cur perfida, & urbi
Altera Karthago nostrae, post foedera rupta,
Et missum ad portas Poenum, post jura petita
Consulis alterni, stat adhuc? & turribus altis
Hannibalem ac Libycas exspectat lenta cohortes?
Miscebat dictis facta, & nunc robore celsas
Educi turres, quîs vinceret ardua muri,
Cogebat, nunc conjunctas astringere nodis
Instabat ferroque trabes, quo frangeret altos
Portarum postes, quateretque morantia claustra.
Hic latera intextus stellatis axibus agger,
Hic gravida armato surgebat vinea dorso.
At postquam properata satis, quae commonet usus,
Dat signum, atque alacer scalis transcendere muros
Imperat, ac saevis urbem terroribus implet;
Cum subito dextrum offulsit conatibus omen.

Cerva

templo & luco hic sermo est. Ideoque non dubitabis mecum hic extrita una litera legere *longaevi ab origine fani:* quod poëtice a Silio dictum est, antiquitatem templi, quae venerationem augere solet, designare volente. Virgil.

Templa Dei saxo venerabar structa vetusto.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. *fani* recte Modius ex Coloniensi. sequentia male distinguebantur. N. HEINSIUS.

v. 90. *Haec avidas mentes*] Immo *Hac rapina.* & sic Coloniensis. N. HEINSIUS. Oxon. & Putean. *Hanc avidas.* priscae editiones Romana princeps, Parmensis, & Mediolanensis *Hac*, quod recte N. Heinsius recepit. Marsus, ut verosimile fit, errore librariorum *Hec avidas* edidit, atque hinc corrumpendi caussa nata est. *Tò Hac* probat etiam vir Celeberrimus P. Burmannus, & insuper versu seq. *contemtus*, pro *contemtu*, legere malebat.

v. 94. *Dum Libys haud laetus Rhegina ad litora tendit*] *haud lentus* puto N. HEINSIUS. Plane ea emendatio ex mente Livii est lib. XXVI. cap. XII. *Ex Lucanis in Bruttium agrum; ad fretum vero ac Rhegium eo cursu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppresserit. Laetus* vero & *lentus* saepissime librarii inter se confuderunt. vide supra ad lib. XII. vers. 567. Potest tamen & antiqua lectio servari. Hannibalem enim invitum, & Deorum portentis territum, ac tandem Dasii narratione permotum, Romae capiendae spem posuisse, & inde movisse, ex initio hujus & fine superioris libri constat: quare non poterat non *haud laetus*, seu tristis, abire. Porro Oxon. codex cum nonnullis ex primis editionibus scribit *Regina ad litora*, etiam non male: qui enim nomen à ῥήγνυμι deducunt, quod fama sit, eo in loco impetu maris Siciliam ab Italia abruptam esse, *Rhegium* malunt: his vero, qui à *Rege* derivant propter loci splendorem, *Regium* placet, quorum sententiae subscribit vir Maximus J. G. Graevius ad Cicer. XII. ad Famil. Epist. XXV. Antiqui lapides literati, nunc addita, nunc detracta aspiratione, utramque orthographiam agnoscunt.

v. 97. *Miserique extrema movebat*] Ita cum Marso nonnullae aliae editiones. sed perperam. Recte Dausquejus *miserisque* restituit.

v. 99. *Dedecus hoc defende manu*] *Defendere* hic est arcere, ut alibi saepe. vide supra ad lib. VII. vers. 170.

v. 99. *Cur perfida & urbi*] *urbis* in Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 101. *Et missum ad portas Poenum*] Codex Oxoniensis cum priscis editionibus *Admissum ad portas.*

v. 106. *Conjunctas astringere nodis*] *conjunctis nodis* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 111. *Ac postquam*] *At postquam* Coloniensis & Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 114. *Cum subito dextrum effulsit conatibus omen*] *offulsit* Coloniensis. eleganter & vere. quod verbum etiam Maroni bis reddidimus ex auctoritate codicis longe veterrimi. adeantur, quae annotamus Aen. IX. vers. 110. N. HEINSIUS. Alter locus Maronis, in quo verbum *offulgere* N. Heinsius restituit, est Aen. IX. vers. 731.

Continuo nova lux oculis offulget.

Vide, quae is notavit ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 482. Perperam autem Dausquejus *Tum subito*, pro *Cum subito*, emendabat: nihil enim puto mutandum.

Cerva fuit, raro terris spectata colore,
Quae candore nivem, candore anteiret olores.
Hanc agreste Capys donum, cum moenia sulco
Signaret, grato parvae mollitus amore,
Nutrierat, sensusque hominis donarat alendo.
Inde exuta feram, docilisque accedere mensis,
Atque ultro blanda attactu gaudebat herili.
Aurato matres assuetae pectine mitem
Comere, & humenti fluvio revocare colorem.
Numen erat jam cerva loci: famulamque Dianae

Credebant,

v. 115. *Terris spectata colore*] Opinor *Teucris*. Simile mendum sustulimus lib. III. vers. 75. N. HEINSIUS.

v. 116. *Quae candore nivem, candore anteiret olores*] Ex more iterum hic Silius Maronis legit vestigia, qui pariter de equo XII. Aen. vers. 84.

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

ubi consulendus est Cerda.

v. 117. *Hanc agreste Capys donum* &c.] Cervae hujus descriptionem iterum Silius ad exemplum illius Maronianae effinxit lib. VII. Aen. vers. 483.

Cervus erat forma praestanti & cornibus ingens,
Tyrrhidae pueri quem matris ab ubere raptum
Nutribant, Tyrrhusque pater, cui regia parent
Armenta, & lati custodia credita campi.
Assuetum imperiis soror omni Silvia cura
Mollibus intexens ornabat cornua sertis,
Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, manum patiens, mensaeque assuetus herili,
Errabat silvis, rursusque ad limina nota
Ipse domum sera quamvis se nocte ferebat.

ubi videndi sunt Interpretes. Confer etiam, quae de alia cerva habet Ovid. X. Metam. vers. 109. & Calpurn. ecl. VI. vers. 32.

v. 117. *Cum moenia sulco Signaret*] Sulcum hunc *primigenium* antiqui dicebant, qui in nova urbe designationis caussa imprimebatur. Ego tamen ex eorum numero haec esse puto, quae ἱεροὶ à poëtis dicuntur; plures enim ducebantur, quod vel ex uno Nonno apparet, qui hanc urbium delineandarum morem graphice depingit, multosque sulcos agnoscit:

Πολλαὶ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα μεριζομένων κατὰ γαῖαν
Αὔλακες ἐτμήγοντο, πολυσχιδέων δὲ κελεύθων
Ἔσχατα κυκλώσαντι βοῶν ἐχάραττο σιδήρῳ.

ubi paullo insolentius ab eo urvus, sive vomer, βοῶν οἴηξ appellatur, quamquam hoc aliter aliquando sumserim. D. HEINSIUS. Virgil. V. Aen. vers. 755.

Interea Aeneas urbem designat aratro.

ubi vide Servium, & Isidor. XV. Orig. cap. II.

v. 118. *Grato parvae mollitus amore Nutrierat, sensusque* &c.] Pulchre hoc dictum. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Haec mendosa sunt, & naevo inquinata. Lege *parvam molitus*. *moliri*, moderari, fingere, regere. Sic *parva tela molitur manu* Cupido apud Senecam in Hippolyto. *moliri iter* in Oedipo. *moliri terras* in Troad. vers. 682.

Molire terras, Hector, ut Ulixem domes,

hoc est, aperi terras, atque inde procede. *moliri carmina* pro canere. Ovid. in Metam. ex MS. N. HEINSIUS. Monuit me Celeberrimus Burmannus, locum Nasonis, quem N. Heinsius innuit, esse lib. XI. Met. vers. 154. Sed ibi in MSS. *modulatur* vel *meditatur harundine carmen* legi, non *molitur*, adeoque memoria lapsum esse virum Illustrissimum: quin nec hoc loco mutationem τῦ *mollitus* in *molitus* probabat; sed ideo *mollitus*, quod feram captam occidi noluerat.

v. 120. *Inde exuta feram*] Eleganter hoc dictum, pro ferina natura atque indole, feritate deposita. Claud. in bell. Gildon. vers. 397.

Naturamque simul fratremque hominemque cruentus
Exuit, & tenuem caesis invidit harenam.

Similia alia exempla collegit vir Amplissimus Gisb. Cuperus I. Observ. cap. VIII.

v. 123. *Humenti fluvio renovare colorem*] *revocare* rectius in Puteaneo & editione Parmensi. N. HEINSIUS. Ita est insuper in editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, ac Martini Herbipolensis: Nicander vero apud Juntam, & post eum alii *renovare* ediderunt. Similes turbas frequenter dederunt librarii minus attenti. vide infra ad lib XIV. vers. 113.

v. 124. *Famulamque Dianae Credebant*] Valerius Flaccus [lib. III. vers. 457.]

Dixerat, & summas frendentibus intulit aris,
Libavitque dapes, placidi quas protinus angues,
Umbrarum famuli, linguis rapuere coruscis.

ubi simpliciter pro genio & abusive. Aliter paullo, ut arbitror, Maro; cujus interpres hic Silius noster. nam quem ille *genium loci* in illo [Aen. V. vers. 95.]

Incertus geniumne loci, famulumne parentis,
Esse putet.

Silius *numen loci*: ut dubitare amplius, quid sit *loci genius*, viri docti non debeant. Et certe Graeci promiscue θεὸς hujus & hujus loci colunt simpliciter. Sic Xenophon θεὸς Μηδίας, qui eosdem, quod

observa

Credebant, ac tura Deûm de more dabantur.
Haec, aevi vitaeque tenax, felixque senectam
Mille indefessos viridem duxisse per annos,
Seclorum numero Trojanis condita tecta
Aequabat; sed enim longo nox venerat aevo.
Nam, subito incursu saevorum agitata luporum,
Qui noctis tenebris urbem (miserabile bello
Prodigium) intrarant, primos ad luminis ortus
Extulerat sese portis, pavidaque petebat
Consternata fuga positos ad moenia campos.

Exceptam

observa amplius, Heroas vocat ἀναβ. β'. Ἐπὶ δὲ αὐτοῖς αὐτὸς δεξιὸς φάσις περιηγεῖτο, προσευξάμενοι θεοῖς καὶ ἥρωσι, τοῖς τὴν Περσίδα γῆν κατέχουσι, ἵλεως καὶ εὐμενεῖς δέχεσθαι αὐτούς. Quae vides convenire cum iis, quae de voce *famulus* disputavimus supra, quam hic quoque habes. eadem enim ratione Genii locorum *Heroës* Graecis dicuntur, qua Deorum eorumque, qui in Heroum Deorumque numerum relati sunt, *famuli* Latinis: inferiora enim numina sunt & *Heroës* Graecis & *famuli* Latinis. & Deos autem & famulos, ut hic ex Silio quoque vides, locis praeficiebat antiquitas; cave enim confundas, quamvis promiscue saepe iis utantur scriptores: ut ecce, fons ille, quem sacrificaturi accedebant Sparti, Martis erat, teste Pausania; genius autem loci & famulus, ut loquuntur poëtae, ipsius Martis, fuit serpens ille celeberrimus, qui *Martius* propterea a Nasone dicitur; non autem, ut docti arbitrantur, quod bellicosus fuerit, quod frigidum est: quem & quod violarit Cadmus, a Marte punitus fuit. Famulus enim serpens ille Dei illius fuit, ut cervus Silii nostri Dianae. Sic anguis ille supra, quem violarat Marus, Nympharum famulus fuisse dicitur. E quibus omnibus vides profecto, Deum cum suo famulo singulis locis praefectum fuisse: tum rationem, cur famulus is genius dicatur, multo manifestius redditam, quam a doctorum quoquam: tum hoc loco cervum, qui loci genius erat, eadem ratione famulum Dianae dici. Romani certe inferiora quoque numina, Deos Deasque, ministerio aliorum devotos, *Anculos Anculasque* dicebant, ab *anculare*, quod ministrare erat. vide Festum & incomparabilem ejus Interpretem. Atque haec caussa, cur terram montes & agros osculari antiqui & salutare soleant; non quod montibus aut agris id praestarent, sed eorum praestitibus Diis & famulis eorum. Est igitur in Diis *famulus*, quod in homine *genius*. Maro Anchisae famulum, non genium tribuit: caussa in promtu est, apotheosin enim ejus intelligi obiter vult, Deumque fuisse tum temporis, nec hominem amplius. Hunc genium *Magnum* in inscriptionibus antiquorum vocari video, ut ex Neapolitana illa patet manifestissime, quae ita habet:

PRO. SALVTE. ET. VICTORIA. AVGVSTORVM. DEO. MAGNO
GENIO. COLONIAE. PVTEOLANORVM. ET. PATRIAE. SVAE
Q. AVRELIVS. HERMADION. SEVIR.
AVGVSTALIS. ET. CVRATOR. EORUM
EXTRVXIT. ET. DONVM. DAT.

Atque hinc Artemidorus fortasse serpentem Heroibus sacrum facit, sicut Latini genio, & Virgilius famulo. Καὶ θεοὶ, inquit, ὧν ἐστὶν ἱερὸς, εἰσὶ δὲ οἵδε. Ζεὺς σεβάσμιος, Ἥλιος, Δημήτηρ, καὶ Κόρη, Ἑκάτη, Ἀσκληπιὸς, Ἥρωες. Puto nos igitur dilucide, quid *famulus* Maroni, quid Silio sit, enodasse. Incomparabilis certe Turnebius assequi videtur. D. HEINSIUS.

v. 129. *Sed jam longo mors venerat aevo*] *sed enim longo nox venerat aevo* ex scriptis. *nox* etiam in editione Parmensi. Senec. Phoen. vers. 247.

——— protinus quosdam editos
Nox occupavit: aliquis intra viscera
Materna letum praecoquis fati tulit.

Sic passim poetae. N. HEINSIUS. Placet τὸ *sed enim*, quod vir Illustrissimus ex MSS. vindicavit, & Silio nostro quam usitatissimum est. sic lib. x. vers. 482. *sed enim solium indignata Superbi.* vers. 593.

Sed vero sed enim reliqui pia turba Senatus.

lib. xi. vers. 46. *sed enim interea temeraria pubes.* lib. i. vers. 33. *sed enim conamine primae Contuso pugnae.* lib. xii. vers. 104.

Virrius haec: sed enim ductor numerabat inertes.

vers. 332.

Sed vero sed enim ante omnes altaria fument.

lib. xiv. vers. 426. lib. xv. vers. 123. vers. 211. & alibi saepe. Deinde etiam Romana princeps & Mediolan. editio *nox venerat*, quae vox saepe idem, quod *mors*, notat. vide supra ad lib. x. vers. 173. Frequenter autem indocti librarii, qui hanc ejus vocis significationem nesciebant, τὸ *mors* posuerunt, ubi auctores vocem *nox* dederant. Vide N. Heinsium ad Silii lib. ii. vers. 572. lib. x. vers. 173. hoc lib. vers. 544. ad Nason. iii. Metam. vers. 502. & 694. Pierium ad Maron. ii. Aen. vers. 360. xii. Aen. vers. 309. & Jan. Broekhus. ad Propert. lib. iii. eleg. ix. vers. 5. Contra etiam vocem *mors*

Exceptam laeto juvenum certamine ductor
Mactat, Diva, tibi, tibi enim haec gratissima sacra,
Fulvius, atque, adsis, orat, Latonia, coeptis.
Inde, alacer fidensque Dea, circumdata clausis
Arma movet, quaque obliquo curvantur in orbem
Moenia flexa sinu; spissa vallata corona
Alligat, & telis in morem indaginis ambit.
Dum pavitant, spumantis equi fera corda fatigans,
Evehitur porta sublimis Taurea cristis
Bellator; cui Sidonius superare lacerto
Ductor & Autololas dabat & Maurusia tela.
Is, trepido ac lituûm tinnitu stare neganti
Imperitans violenter equo, postquam auribus hostis

Vicinum

In *τὸ nox* corruperunt iidem. vide N. Heinsium infra vers. 270.

v. 135. *Exceptam leto juvenum certamine*] *τὸ excipere* proprium est venationi vocabulum. Phaedr. lib. I. fab. XI.

Ut insuëta voce terreret feras,
Fugientes ipse exciperet.

ad quem locum consule Scheff. & Gudium.

v. 136. *Tibi enim haec gratissima sacra*]

Mactat, Diva, tibi enim gratissima sacra,

Coloniensis, sed mendose. puto,

Mactat, Diva, tibi, tibi enim hunc, gratissima sacra.

N. HEINSIUS.

v. 141. *Telis in morem indaginis ambit*] Tam arte Fulvius Capuam obsidebat, ut venator saltus ac ferarum latibula retibus cingere solet, nec ulla elabendi occasio dabatur. *indago* vox venatoria est, & ingentem retium cassiumque seriem notat, cujus & Virgilius meminit in IV. Aen. vers. 121.

Dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt.

ubi videndus Cerda & alii. Simili locutione Silius infra usus est lib. XIV. vers. 367.

Ac jam diffusos vacua bellator in unda
Cornibus ambierat patulos ad proelia fluctus,
Navali claudens humentem indagine campum.

v. 142. *Dum pavitant*] *pavitans* scripti, sed mendose. *Tum pavitans* editio Parmensis, & *terris*, pro *telis*, versu proxime praecedenti. N. HEINSIUS. *Tum pavitans* etiam editio Mediolanensis, & Romana princeps.

v. 145. *Et Autololas dedit*] *dabat* in Coloniensi. Superiora *superare lacerto* ne mendosa sint, metuo. puto, *cui Sidonius parere lacerto.* N. HEINSIUS.

v. 146. *Is trepido alituum tinnitu*] Dausqueji vera est correctio,

Is trepido ac lituum tinnitu stare neganti
Imperitans violenter equo.

BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *ac lituum tinnitu* scribendum. in Veneta editione Marsi *& lituum tinnitu.* Vidit & veram scripturam Interpres; sed more suo deteriorem amplexus est. In nostris partibus est Barthius. vide lib. XII. vers. 182. ubi similiter. N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii conjecit *trepido lituum tinnitu.* sed *trepido, ac lituum tinnitu stare neganti*, teste Heinsio, membranarum Coloniensium lectio est, quam praefero. *lituum tinnitu*, quod litui acutum sonum reddant: vide supra ad lib. XII. vers. 182. *trepidus* vero *equus*, ut Dausquejus recte monuit, non est pavitans, sed properus, festinans, inquietus. Livius lib. IX. cap. XXXVII. *Alios immobiles, alios semisomnos in cubilibus suis, maximam partem ad arma trepidantes, caedes oppressit.* Vide Palmer. Specil. pag. m. 739. Dausquej. supra ad lib. IX. vers. 280. & doctos Interpretes ad Phaedr. lib. IV. fab. V. Insuper Dausquejus hic legi posse conjiciebat,

Is trepido alipedi, ac hinnitu stare neganti:

quod recte jam Illustrissimus Heinsius improbavit. *τὸ alipedi* enim supervacuum est, quod sequenti versui addatur, *Imperitans violenter equo.* Verosimiliter etiam Celeberrimus Burmannus legendum conjiciebat,

Is strepitu ac lituûm tinnitu stare neganti
Imperitans violenter equo.

vellem, Msta addicerent.

v. 148. *Ac clamore propinquo*] Forte, *huic clamore propinquo*, ut ter repetatur. N. HEINSIUS. In Puteaneo ac Coloniensi libro est *& clamore.* ut vana sit observatio Dausqueji, qui *ac* hoc loco pro confestim, propere, poni putat.

v. 149. *Claudius huc, inquit*] *huc, inquit* Puteaneus. quod si sequimur, denuo mox geminandum erit, *Huc, inquit, solum Det sese campo.* N. HEINSIUS.

v. 153. *Postquam vox attigit aures*] Vulgatam lectionem, pro qua omnes stant libri, tum manu, tum typis exarati, non damno: fortassis tamen legendum *vox accidit aures.* Sic Plautus in Sticho act. I. sc. II. vers. 31. *Certo enim mihi paternae vocis sonitus aures accidit.* Curtius lib. IV. cap. IV. *Classem litori, e quo fremitus acciderat, admovit.* Valer. Flacc. lib.

Vicinum sese videt, & clamore propinquo,
Claudius huic, inquit, (praestabat Claudius arte
Bellandi, & merita mille inter proelia fama)
Huic, inquit, solum, si qua est fiducia dextrae,
Det sese campo, atque ineat certamina mecum.
Una mora Aeneadae, postquam vox attigit aures,
Dum daret auspicium jusque in certamina ductor.
Praevetitum namque & capital, committere Martem
Sponte viris. erumpit ovans, ut Fulvius arma
Imperio solvit, patulumque invectus in aequor
Erigit undantem glomerato pulvere nubem.
Indignatus opem amenti, socioque juvare
Expulsum nodo jaculum, atque arcessere vires,

Taurea

lib. II. vers. 452.

Anfractu sinuosa legunt, vox accidit aures.

Ita reponit Illustrissimus Heinsius: vulgo etiam *attigit* erat. Appul. V. Metam. pag. 160. *Jamque provecta nocte clemens quidam sonus aures ejus accidit.* ubi vide Colvium ac Elmenhorst. Idem Heinsius curis secundis ad Nason. V. Fast. vers. 358. hoc modo emendabat alium locum Appulej. ibid. paullo ante, *Verba tantum audiebat accidentia, & solas voces famulas habebat*; pro quo nunc *excidentia* editur. Vide Gifan. Indic. Lucret. in voce *Accidere*.

v. 154. *Dum daret auspicium usque in certamina ductor*] Optime doctissimus Janus Guilielmus [Quaest. in Plauti Bacchid. cap. III.] *jusque* legebat. D. HEINSIUS. Modii vera est correctio,

Cum daret auspicium jusque in certamina ductor.

prae quo sordet Carrionis alterum, *suus in certamina ductor.* jus enim pugnandi non habebat miles sine permissu Imperatoris. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. Scribendum,

Dum daret auspicium jusque in certamina ductor:

hoc est, potestatem ac veniam pugnandi. Miror, tantillum mendum scriptis exemplaribus constanter inhaerere. *atque in certamina* Puteaneus, *suus in certamina* Carrion. Modius veram scripturam vidit, cui & assentitur Barthius. N. HEINSIUS. Optime viri docti *jusque in certamina* vindicarunt. Lucan. lib. IV. vers. 821.

Jus licet in jugulos nostros sibi feceris ense.

Ovid. I. Amor. eleg. I. vers. 5.

Quis tibi, saeve puer, dedit hoc in carmina juris.

ubi eam locutionem pluribus illustravit N. Heinsius. *auspicium* vero, ut infra lib. XVII. vers. 568.

Quis pugnae auspicium dedimus, caeduntur.

Modianam emendationem Carrionis conjecturae etiam praefert Doctissimus Dausquejus.

v. 155. *Praevetitum capiti poena committere Martem Sponte viris.*] Corrupta elegans scriptura a sciolis, quae erat,

Praevetitum namque & capital committere Martem
Sponte viris.

Verba sunt de more illo castrensi Romanorum, quo miles extra ordinem cum hoste, provocante etiam, injussu Imperatoris depugnare vetabatur, capitis sui periculo. MODIUS Novant. Lect. Epist. LXII. Modius ex membranis Coloniensibus correxit,

Praevetitum namque & capital committere Martem
Sponte viris.

Juvant & Oxonienses, in quibus legitur,

Praevehitur namque & capita committere Martem.

Primum verbum facile corruptum fuit ob abruptam phrasin. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *Praevetitum namque & capital* Modius ex Coloniensi. neque aliter Puteaneus. Interpres tamen delicatus suum mavult somnium, *Praevetitum capitis poena.* Modio subscribit Barthius. in Oxonio, *Praevehitur namque & capita*: in editione Parmensi, *in certamina ductor Praevehitur. namque ex Capua.* Mendose omnino. N. HEINSIUS. Parmensis editionis lectioni similis est ea, quae in Romana principe & Mediolanensi exstat: Marsus & Martinus Herbipolensis ediderunt, *Praevetitum namque capiti*: scriptura, quae nunc vulgo exstat, *Praevetitum capiti poena*, Nicandri facinus est, qui ita in Juntina edi jussit, unde reliquis plerisque editionibus inhaesit. Sed optime viri docti ex Colon. & Putean. membranis revocarunt, *Praevetitum namque & capital.* Est autem *capital* crimen, poena capitis luendum. Plaut. in Menaechm. act. I. sc. I. vers. 16.

Numquam edepol fugiet, tametsi capital feceris.

Livius lib. XXIV. cap. XXXVII. *Praesidio decedere apud Romanos capital esse.* quem hic imitatum esse Silium monuit vir summus J. Fr. Gronovius. Justin. lib. II. cap. VII. *Post clades multas capital esse apud Athenienses coepit, si quis legem de vindicanda insula tulisset.* ubi vide Modium, qui ad eum locum Si-

Taurea vibrabat nudis conatibus haſtam.
Inde, ruens ira, telum contorquet in auras.
At non idem animus Rutulo: ſpeculatur, & omni
Corpore perluſtrat, qua ſit certiſſima ferro
In vulnus via. nunc vibrat, nunc comprimit haſtam,
Mentiturque minas; mediam tunc tranſiit ictu
Parmam, ſed grato fraudata eſt ſanguine cuſpis.
Tum ſtrictum propere vagina detegit enſem.
Et jam ferrata rapiebat calce volantem
Taurea cornipedem, fugiens minitantia fata.
Nec Rutulus levior cedentis prendere terga.

Nam

lio etiam veram ſcripturam aſſeruit. De hac voce inſuper vide Tennul. ad Front. lib. IV. cap. VI. ex. 3.

v. 162. *Inde, ruens ira, telum contorquet in auras*] *furens ira* opinor. *contorſit* in Puteaneo. Forte etiam legendum,

Inde ruens teneras telum contorſit in auras.

Vide nos ad Virgilium. N. HEINSIUS. *teneras in auras* ut apud Lucret. lib. I. verſ. 208.

Aeris in teneras poſſint proferrier auras.

ſic *tener aer* apud eundem lib. II. verſ. 145.

Aera per tenerum liquidis loca vocibus opplent.

& Maron. in IX. Aen. verſ. 698.

——— *volat Itala cornus*
Aëra per tenerum, ſtomachoque infixa &c.

Si quid tamen hoc loco mutandum, alteram Heinſii conjecturam, *Inde furens ira*, praeferam. Ita Silius ſupra locutus eſt lib. VI. verſ. 253.

——— *furit ilicet ira*
Terrigena, impatiens dare terga, novuſque dolori.

ubi plura vide.

v. 163. *Spectatur, & omni Corpore perluſtrat*] *ſpeculatur* ſcribendum vel invitis membranis omnibus. Sic & lib. XVII. verſ. 346. vide etiam lib. VII. verſ. 121. ac lib. V. verſ. 378. N. HEINSIUS. Saepiſſime ita turbarunt indocti librarii. vide ſupra ad lib. VII. verſ. 123.

v. 165. *Nunc vibrat, nunc comprimit haſtam*] *nunc librat* maluerim. N. HEINSIUS. Non gladius ſolum, ſed & haſta, ſagitta, ceteraque miſſilia *vibrantur*. Silius lib. II. verſ. 87.

——— *vibrata per auras*
Spicula contorquens ſumma ponebat in arce.

Gratius in Cyneg. verſ. 342.

Terribilemque manu vibrata falarica dextra
Dat ſonitum.

Lucan. lib. VI. verſ. 198. *tortilibus vibrata falarica nervis.* Sed cum proxime apud Silium praeceſſerit, *vibrat conatibus haſtam*; puto, non male N. Heinſium hic *librat* legiſſe. vide ſupra ad lib. I. verſ. 351. & lib. III. verſ. 319. Voces autem *vibrare* & *librare* ſaepe inter ſe commutantur. Sic ſupra lib. IX. verſ. 523. pro *ſummas vibravit turbine criſtas*, in plerisque libris erat *libravit*. Vide etiam Broekhuſ. ad Propert. lib. IV. eleg. X. verſ. 13.

v. 166. *Mentiturque minas, mediam nunc tranſigit ictu Parmam*] *tunc tranſiit* Colonienſis. Scribo,

Mentituſque minas mediam tunc tranſigit ictu
Parmam.

Infra hoc libro verſ. 376.

——— *per pectora tranſigit enſem.*

N. HEINSIUS. *tranſiit*, ut apud Dictyn. VI. belli Troj. verſ. 50.

——— *laevos miſſo Sarpedonis armos*
Tranſierat jaculo.

Eodem modo ſagittae vel jacula *intrare*, *penetrare*, *exire* dicuntur. ſupra lib. V. verſ. 447.

Intravit torvum Gortynia lumen harundo.

Sidon. Paneg. Anthem. verſ. 148.

——— *intratos exirent arma per armos.*

& in epigramm. in Catal. Pith. lib. III. p. m. 72.

Fortia crudeli penetravit pectora ferro.

Sed nec vulgatum hoc loco damno. Ita ſupra lib. V. verſ. 473. *Tranſegit juvenem.* & hoc lib. verſ. 229.

Jamque Veliternum media tranſegerat alvo.

Voces autem *tranſiit* & *tranſigit* non raro turbarunt ſcriptores librarii. apud Lucan. lib. IV. verſ. 545. pro

Viſcera non unus jam dudum tranſigit enſis,

codex ſcriptus Eccleſiae cathedralis Hamburgenſis *tranſiit* habet, ut excerpta Heinſii teſtantur. Supra etiam apud Silium lib. IX. verſ. 585. pari modo *exiit* & *exigit* in membranis Colonienſibus commutata fuiſſe vidimus. Pro *nunc*, etiam Oxonienſis codex *tunc* legit hoc loco.

v. 168. *Vagina detegit enſem*] Vir Celeberrimus Petrus Burmannus malebat *deripit enſem.*

v. 169. *Et jam ferrata rapiebat calce volantem Taurea cornipedem*] *quatiebat* opinor, ut lib. VII. verſ. 696.

Ferrata calce atque effuſa largus habena
Cunctantem impellebat equum.

N. HEINSIUS. Silius lib. II. verſ. 71.

——— *anhelum impellere planta*
Cornipedem, ac ſtraviſſe feras immitis amabat.

Si quid mutandum, poſſes etiam *fodiebat calce*, ut lib. VII. verſ. 67.

Foderis in pugna velocius ilia planta

Bellatoris

Nam profugo rapidus fusis instabat habenis.
Utque metus victum, sic ira & gloria portis
Victorem immisit, meritique cupido cruoris.
Ac dum vix oculis, vix credunt mentibus, hostem
Confisum nullo comitante irrumpere tectis,
Per mediam propere trepidantum interritus urbem
Egit equum, adversaque evasit ad agmina porta.
Hinc ardore pari nisuque incurrere muris
Ignescunt animi, penetrataque tecta subire.
Tela simul flammaeque micant. tunc saxeus imber
Ingruit, & summis ascendunt turribus hastae.

Nec

Bellatoris equi.

lib. VI. vers. 211. *ruit ipse, citatum Quadrupedem planta fodiens.* & Virgil. in VI. Aen. vers. 882.

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

vexare dixit Statius lib. V. silv. II. vers. 115.

Tendentem cursus, vexantemque ilia nuda
Calce ferocis equi.

Taurea itaque ultro volantem equum insuper etiam calcari in fugam incitabat. Sed τὸ *rapiebat* immerito displicuit Illustrissimo Heinsio: multum enim ea vox facit ad festinationem Taureae, qua se pugnae subducebat, augendam.

v. 171. *Nec Rutulus levior cedentis perdere terga*] Scribo *cedentis prendere terga*, quod valet comprendere, inhaerere tergis. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. Modius *cedentis prendere terga*, nobis invitis: cum longe elegantior sententia exstet in membranis Anglicanis, *perdere terga*. Nam levior erat Rutulus, quam ut perdere ejus terga posset, hoc est, amittere, tangere non posset. Sic Silius ipse loquitur lib. I. de apro vers. 421.

Cum silvam occursu venantum perdidit.

Martialis,

Zoile, quid solium polluto podice perdis?

hoc est, non satis eo uteris ad te expurgandum. Sic Claudius non levis (id enim est levior) ad perdenda terga Taureae, sed attentus, ut ante in duello, rem summa prudentia gesserat. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *prendere* Modius ex Colonienti. bene. Barthius tamen *perdere* tuetur, qui videndus est. malim & *cedentia terga*. sic *fugientia terga* alibi. N. HEINSIUS. *cedentia terga*, ut supra lib. VIII. vers. I.

Primus Agenoridum cedentia terga videre
Aeneadis dederat Fabius.

Similiter alibi etiam peccatum, ut lib. VI. vers. 570.

Jamque ubi conspectu redeuntia visa propinquo
Corpora.

lib. XVI. vers. 55.

At cum pone ferox aversa in terga veniret.

ubi vulgo *redeuntis* & *aversi* nunc editur. lib. XV. vers. 729. *aversi fugientia colla Diripis ense Mosae.* ubi vide Illustrissimum Heinsium, ut & ad Nason. Epist. II. Heroid. vers. 93. ad I. Metam. vers. 541. & Broekhus. ad Propertii lib. III. eleg. VII. vers. 57. Deinde vir Celeberrimus Petrus Burmannus vulgatum *perdere* cum Dausquejo & Barthio defendit, ac *levior* exponit velocior, ut infra vers. 244. *projectis ocius armis, Quo levior peteret muros.* Jungit vero hunc versum sequenti, & legit, *Jam profugo rapidus.*

v. 172. *Rapidus fusis instabat habenis*] Malim, *rapidum effusis habenis.* quamquam & *fusae habenae* pro effusis dicantur. N. HEINSIUS. *effusis habenis*, ut lib. VII. vers. 695.

——— *effusa largus habena*
Cunctantem impellebat equum.

Virgil. XII. Aen. vers. 499. *irarumque omnes effundit habenas.* Curtius lib. VII. cap. IX. *Omnesque effusis habenis capessunt fugam.* Sed nihil puto mutandum: *fusis habenis* enim est effusis, quemadmodum *fundere fletum* dicimus pro effundere, de quo mox vide ad vers. 313.

v. 178. *Adversaque evasit ad agmina porta*] *aversaque* malim, hoc est, remotiori porta. N. HEINSIUS. Frequentissime ita turbarunt librarii. vide supra ad lib. II. vers. 618. Vide tamen, an non hoc loco *adversa porta* sit e regione opposita illi, per quam Claudius Capuam intravit.

v. 182. *Summis ascendunt turribus hastae*] Lego *adduntur. addunt turribus* fuit vetus lectio, cum *tur* debuerit geminari: inde factum *ascendunt. addere se castris* lib. VI. vers. 21. Statius Theb. II. vers. 579. *intorquet jacula & fugientibus addit. addere tela* noster lib. IX. vers. 105. lib. XV. vers. 722. N. HEINSIUS. Posses forsitan *accedunt* legere. solet enim nonnumquam Silius hoc verbum cum tertio casu construere. ut infra lib. XVII. vers. 575.

Quaenam te silvis accedere caussa subegit.

ubi omnino vide Dausquejum. Verba autem *accedere* & *ascendere* interdum librarii scriptores inter se commutarunt, ut supra lib. VI. vers. 603. & alibi. Haereo tamen etiam nunc in hoc loco. Videtur enim τὸ *turribus* non de ipsius Capuae turribus, sed de machinis in modum turrium, quas obsessores muris admovebant, & unde hastas in defensores mittebant, capiendum. Quare vel *summis funduntur turribus hastae*, vel cum Celeberrimo

Burmanno

Nec pronum audendi virtute excellere cuiquam:
Aequarunt irae dextras. Dictaea per auras
Tranat, & in medium perlabitur urbis harundo.
Laetatur non hortandi, non plura monendi
Fulvius esse locum. rapiunt sibi quisque laborem.
Quos ubi tam erectos animi videt, & superesse
Fortunae sibi quemque ducem; ruit impete vasto
Ad portam, magnaeque optat discrimina famae.
Tres claustra aequaevo servabant corpore fratres,
Quîs delecta manus centeni cuique ferebant
Excubias, unaque locum statione tenebant.
Forma ex his Numitor, cursu plantaque voluceri
Praestabat Laurens, membrorum mole Laburnus.
Sed non una viris tela. hic mirabilis arcu,
Ille hastam quatere, ac medicatae cuspidis ictu
Proelia moliri, & nudo non credere ferro,
Tertius aptabat flammis ac sulfure taedas.
Qualis Atlantiaco memoratur litore quondam
Monstrum Geryones immanae tricorporis irae;
Cui tres in pugna dextrae varia arma gerebant.
Una ignes saevos, ast altera pone sagittas

Fundebat,

Burmanno, qui tamen ne sic quidem sibi satisfaciebat, legi potest, *summis descendunt turribus hastae.* Sed videant acutiores.

v. 183. *Nec pronum audendi virtutem excellere cuiquam*] *excellere* cum casu accusandi pulchre ponitur, nec mutandum est. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *audenti virtute & scendere* Puteaneus. *audendi virtute excellere* opinor: & sic Interpres: vel etiam, *audendi virtutem extendere.* N. HEINSIUS. Celeberrimus Burmannus conjicit,

Nec pronum audenti virtutem ostendere cuiquam:
ita omnes simul & confusim pugnabant, ut cuiquam forti & audenti non facile esset, virtutem suam praecipuam ostendere, cum omnes eodem furore & ira pugnarent.

v. 187. *Rapiunt sibi quisque laborem*] Hoc non absque felicitate. ut Lucanus, *animique rapaces Mortis.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 188. *Quos ubi tam erectos animi videt*] *jam* malim. N. HEINSIUS.

v. 188 *Et superesse Fortunam sibi quemque ducem*] Distinctio luxata in his, nec mutationi locus. scribe;

Quos ubi tam erectos animi videt, & super esse
Fortunam sibi quemque ducem.

super esse duo verba sunt. super Fortunam esse sibi quemque instar ducis. Sic lib. XV. *Evolat: hortatur sibi quisque.* BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *superesse*, praeesse. de quo Gellius lib. I. cap. XXII. & nos alibi. At videtur lectio luxata. Legam *Fortuitum sibi quemque ducem.* Quemque, ut Fortuna datum, rebus suis ipsummet ducem futurum. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Praestiterit cum editione Veneta Marsi *Fortunae ducem.* in Aldina, Florentina, Gryphiana editionibus *Fortuna*, quod & Parmensis agnoscit. Barthius, *& superesse Fortunam, sibi quemque ducem.* obscure. idem, *Fortuitum sibi quemque ducem.* N. HEINSIUS. Dausquejus malebat *& superesse Fortunâ sibi quemque ducem.*

v. 190. *Optat discrimina famae*] Forte *parat.* N. HEINSIUS.

v. 192. *Quis delecta manus centeni cuique ferebant Excubias*] Silius haec habuit a Marone suo in IX. Aen. vers. 161.

Bis septem, Rutulo mures qui milite firment;
Delecti: ast illos centeni quemque sequuntur.

v. 195. *Membrorum mole Laburnus*] Cum Silius nomina militum à fluviis montibusque ut plurimum soleat derivare, censeo hic reponi debere *Taburnus*, qui mons est Samnii, a Marone bis terve memoratus, nec remotus admodum à Capua. in Coloniensi praeterea *cursu plantaque volucris.* N. HEINSIUS.

v. 199. *Aptabat flammis ac sulfure taedas*] *armabat* legendum conjicit Celeberrimus Burmannus, quod non displicet. Eodem modo *enses veneno armare* apud poetas passim est.

v. 202. *Cui tres in pugna dextrae varia arma gerebant*] *in pugnam* arbitror, quod & alibi Silio reddidimus. Forte & *paria arma*, hoc est totidem. N. HEINSIUS. Placet *in pugnam*, pro *in pugna*, ut Illustrissimus Heinsius scribendum monuit. vide supra

Fundebat, validam torquebat tertia cornum,
Atque uno diversa dabat tria vulnera nisu.
Hos ubi non aequis variantes proelia Consul
Conspexit telis, & portae limina circum
Stragem, ac perfusos subeuntum sanguine postes,
Concitat intortam furiatis viribus hastam.
Letum triste ferens auras secat Itala taxus,
Et, qua nudarat, dum fundit spicula ab alto,
Arcum protendens, Numitor latus, ilia transit.
At, non obsepto contentus limine Martem
Exercere levis bello, sed turbidus ausi,
Virrius incauto fervore eruperat amens
Reclusa in campum porta, miseramque furori
Vincentum obtulerat pubem. ruit obvia in arma
Scipio, & oblatum metit insatiabilis agmen.
Tifata umbrifero generatum monte Calenum
Nutrierant, audere trucem. nec corpore magno
Mens erat inferior. subsidere saepe leonem,
Nudus inire caput pugnas, certare juvenco,
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri
Assuerat, crudoque aliqua se attollere facto.

Is,

supra ad lib. VII. vers. 67. At minus bene *paria arma*, pro *varia*, conjecit. Silio enim *varia arma* sunt diversi generis, ut sequentia satis indicant, quibus alteram dextram ignes, alteram sagittas, tertiam hastas tenuisse dicit. supra vers. 196. *non una arma* dixerat.

v. 208. *Et perfusos sanguine postes*] *ac perfusos*, quod Illustrissimus Heinsius in contextum recepit, auctoritate Coloniensium membranarum firmatur.

v. 211. *Dum fundit spicula ab alto*] *dum spicula fundit*, Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 213. *Obsepto contentus limine Martem Exercere levis bello*] Puto *obsepti contentus limine Martem Exercere tenus valli*, vel *brevi vallo*, vel *levi bello*. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. *levis bello* est imbellis, minus pugnax, qui in bello nullius ponderis, nullarum virium est. Virrius, quamvis levis bello & minus fortis, audet tamen reserata porta comminus pugnare.

v. 221. *Subsidere saepe leonem*] Verbum *subsidere* mendosum est. Quomodo enim *subsidere leonem?* an ut ipse insederit, aut domarit? Sed ita verbum deest. Lege, *sibi subdere saepe leonem*. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. Barthius *sibi subdere*. Gronovius Observationum I. cap. XVII. *subsistere*, locutione Liviana, pro sustinere & aggredi. lib. I. cap. IV. *Non feras tantum subsistere, sed in latrones praeda onustos impetum facere.* ubi plura ad rem. curis tamen secundis eo redit, ut & vulgatam scripturam defendi posse arbitretur; quomodo apud Maronem in optimis codicibus, *devictam Asiam subsedit adulter*, Aeneid. XI. vers. 268. ubi plura. N. HEINSIUS. Omnino nihil mutandum. *subsidere leonem* enim, exponente Gronovio, est venatu & insidiis capere. Hinc in venatione *subsessores* dicuntur, qui in insidiis latentes feras obvias in laqueos clamore inciiant. Senec. in Hippol. vers. 51.

Tu praecipites clamore feras
Subsessor ages.

Plura de hoc verbo vide apud Modium in Novant. Lect. Epist. XXXIX. & Passer. ad Propert. lib. I. eleg. VIII. pag. 180.

v. 222. *Nudus inire caput pugnas*] Non simpliciter hoc referendum ad morem eorum, qui aperto & non tecto capite incedebant, ut fecisse videtur Dausquejus, sed eorum, qui sine galea pugnam inibant, de quo supra quaedam notavit idem Dausq. ad lib. III. vers. 358.

v. 223. *Deducere cornua tauri*] *deducere* est tenuare, & in rectam seriem deflectere, ut *deductum carmen*, quod subtile unoque tenore fluens dicere possis. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. Hanc Barthil expositionem recte carpit vir summus Joh. Fr. Gronovius lib. I. observ. cap. XVII. docens τὸ *deducere* hic esse ad terram detrahere, quem pluribus vide.

v. 224. *Assuerat, crudoque olim se attollere fato*] Hic versus mihi suspectus est. Generale enim, quod sequitur speciatim enarratam fortitudinem. In MS. est, *crudoque oblique se attollere fato*. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. In vetustis editionibus

Is, dum praecipites expellit Virrius urbe,
Seu spreto, seu ne fieret mora, nudus in aequor
Thorace exierat, leviorque premebat anhelos
Pondere loricae, & palantes victor agebat.
Jamque Veliternum media transegerat alvo,
Jam, solitum aequali ludo committere equestres
Scipiadae pugnas, Marium tellure revulso
Perculerat saxo. miser implorabat amicum
Cum gemitu exspirans, scopulusque premebat hiantem.
Sed, validas saevo vires duplicante dolore,
Effudit lacrimas pariter cornumque sonantem
Scipio, solamen properans optabile in armis
Hostem prostrato morientem ostendere amico.
Tranavit, liquidas volucris ceu scinderet auras,
Hasta viri pectus, rupitque immania membra.

Quanta

& Oxonio, *crudoque oblique se attollere fato.* vel, *crudo & se oblique attollere fato.* Puteaneus, *crudoque obliquo se attollere fato.* Coloniensis, *crudoque aliqua se attollere facto.* optime. apud Maron. Ecl. III.

Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

aliqua ex parte. Plura de hoc vocabulo diximus ad Nasonem Trist. III. eleg. IV. vers. 75. *facto* etiam bene. infra hoc libro, *in coelum se attollere factis.* & lib. I. vers. 227. ex vetustis codicibus, *coelo ferre facta. crudo facto*, ut lib. V. vers. 423. castigamus, *mortisque in limine cruda Facta virûm.* N. HEINSIUS. Pro *olim*, quod Wolfius primum Basileae in contextum invexit, & reliqui secuti sunt, editiones Mediolan. Marsi, & Martini Herbipolensis habent *crudoque oblique se attollere fato*; Juntina, Aldina, & Gryphiana *crudo oblique, & se attollere fato.* Sed τὸ *oblique* male ab oscitante librario ex versu praecedenti hic revocatum fuit. ita lib. I. vers. 373. perperam editum fuit,

Surgebat cumulo certantum protinus agger,

repetito τῷ *protinus* ex versu, qui sequitur; cum legendum sit ex optimo Msto, *certatim proruptus agger*, ut viri docti monuerunt. Vide Bentlej. ad Horat. lib. III. od. IV. vers. 10. Similes alios errores supra collegi ad lib. VIII. vers. 468. Si τὸ *olim* Mstorum aut antiquissimarum editionum auctoritate confirmaretur, mallem cum celeberrimo Burmanno legere *crudoque olim se attollere caestu. attollere* enim, quod, qui caestibus pugnant, in digitos pedis erecti essent. Virgil. V. Aen. vers. 426.

Constitit in digitos extemplo arrectus uterque.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 266. *semper cervice reducta, Semper & in digitis.* Statius. VI. Theb. vers. 747.

Fulmineas alte suspensi corpora plantis
Erexere manus.

crudo caestu autem ut apud Valer. Flacc. lib. IV. vers. 250. *crudis durata volumina tauris.* Stat. VI. Theb. vers. 729. *nigrantia plumbo Tegmina cruda boum.* & Virgil. V. Aen. vers. 69.

Seu crudo fidit pugnam committere caestu.

tandem *olim*, cum nempe juvenis erat: senes enim hanc artem deserebant, ut de se Entellus narrat apud Maron. V. Aen. vers. 397. Sed cum τὸ *olim* in Wolfii Basileensi editione primum viderim, cum Illustrissimo Heinsio Coloniensium membranarum lectionem, *crudoque aliqua se attollere facto*, recipio. *aliqua* scilicet via, ratione. vide doctos Interpretes ad Plauti Epidic. act. I. scen. II. vers. 49. bene etiam *facto*, pro *fato.* in quibus vocabulis commutandis perpetuo lapsi sunt librarii. vide supra ad lib. I. vers. 277.

v. 235. *Effundit lacrimas*] *Effudit* scripti. N. HEINSIUS.

v. 236. *Solamen properans* &c.] Supra lib. II. vers. 258.

I, miseram Asbyten leto solare propinquo.

v. 238. *Liquidas volucris ceu scinderet auras*] Inversis vocabulis codex Puteaneus *volucris liquidas ceu.*

v. 241. *Quae, pariter quoties* &c.] Haec de liburna feliciter, quo acutius aliquid toto hoc opere Punicorum exstare non puto. Spatium enim exire atque excedere uno ictu suae magnitudinis eam dicit. Certe acutissime hoc extulit. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 246. *Dejectum protinus ense caput*] *desectum* malim. N. HEINSIUS. Ita Livius lib. XXXI. cap. XXXIV. *Detruncata corpora brachiis abscissis, aut tota cervice desecta divisa a corpore capita viderunt.* Sed vulgata scriptura non videtur mutanda. Nam ita & Virgil. in IX. Aen. vers. 770.

——— *huic uno dejectum comminus ictu*
Cum galea longe jacuit caput.

v. 247. *Ante pedes domini* &c.] Non infeliciter hoc loco truncum capite abscisso longius cadentem insinuavit. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 250.

Quanta est vis agili per caerula summa liburnae,
Quae, pariter quoties revocatae ad pectora tonsae
Percussere fretum, ventis fugit ocior, & se,
Quam longa est, uno remorum praeterit ictu.
Ascanium Volesus, projectis ocius armis,
Quo levior peteret muros, per aperta volantem
Assequitur planta. dejectum protinus ense
Ante pedes domini jacuit caput: ipse secutus
Corruit ulterior procursus impete truncus.
Nec spes obsessis ultra reserata tueri
Moenia. convertunt gressus, recipique precantes
Infandum! excludunt socios. tum cardine verso
Obnixi torquent obices, munimina fera.
Acrius hoc instant Itali, clausosque fatigant.
Et, ni caeca sinu terras nox conderet atro,

v. 250. *Recipique petentes*] *precantes* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 252. *Obnixi torquent obices, munimina fera*] Ita habent membranae. At quomodo *munimina fera?* oportuna quidem iis, qui intus erant, nimis vero praecocia, qui excludebantur. Nihil est vox ultima: non enim intrarunt urbem hostes, quos statim dicit interventu noctis recedere esse coactos. Scribendum conjicio *munimina ahena*; exemplo Maronis & complurium aliorum. Juvat lectio vulgata, in qua diphthongus superest. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *munimina fera*, pro *ferae*, Colonius. Scribe,

Obnixi intorquent obicis munimen ahenae,

vel *munimina ferreae*. Statius Theb. x. vers. 504.

Tandem, humeris obnixus, Acron, &, pectore toto
Pronus, Ebmenides ferratae robora portae
Torserunt.

post vers. 520.

Hi praefixa solo vellunt munimina: at illi
Portarum objectus minuunt, & ferrea sudant
Claustra remoliri.

Apud Ennium habes,

Belli ferratos postes portasque refregit.

Apud Maronem tamen, *Obnixi torquent spumas.* τὸ *ferae* refer ad obicem. *fera obex.* Interpres hic caecutiebat. *munimina ahena* etiam Barthio videre est in mentem venisse. N. HEINSIUS. Recte vidit Doctissimus Dausquejus, τὸ *obices munimina ferae* hoc loco servari non posse ob leges pedias, quibus poëtae priorem ejus vocis syllabam semper corripiunt. ne dicam, obices non esse munimina ferae, sed portarum. Quare *munimina fera* scribendum conjicit, quam lectionem, praeter Colonienses & Oxonienses membranas, codex etiam Puteaneus habere dicitur. Fallitur itaque omnino Erythraeus, qui in Indice Virgilii in voce *fera* vulgatum *ferae* tuetur, & *fera* hic ab iis substitutum dicit, qui syllabae metuebant, cum tamen, sive sit adjectivum, sive instrumentum, quo ostia clauduntur, significet, primam indifferentem habeat. Sed loca poetarum, quae laudat, corrupta sunt. ut enim primam in *fera* pro adjectivo corripi doceat, produxit testimonium Cicer. in Arat. Phaen.

Occidit Andromedae clarum caput, & fera pistrix.

sed meliores editiones *fera pistrix* habent. ut vero primam in *fera* pro claustro portarum produci probet, solum hunc Silii locum laudavit, ubi tamen omnes codices scripti non *munimina ferae*, sed *fera*, habere vidimus. Sed nec *munimina fera* placet. Malim certe cum Heinsio *obicis munimina aënae*, aut *ferreae*, vel potius, quam proxime ad membranas, *ferrea*, ut codices Siliani, etiam integerrimi & primae notae, hoc vitium contraxerint ab indocta ignorantia nasuti librarii, qui τὸ *munimina ferrea* legibus metri adversari credebat: cum tamen similis generis versus apud optimos poëtas, & imprimis Maronem, frequenter occurrant. vide supra ad lib. XII. vers. 633. *obicis* autem *munimina ferrea*, non quod obex tota ex ferro esset, nam ex ligno fuisse patet ex Silio supra lib. IV. vers. 23.

——— *robora portis,*
Et fidos certant obices arcessere silva:

sed quia plerumque laminis ferreis aeneisque munita erat, ne dissecari posset. vide Isaac. Casaub. ad Aeneae Tactic. cap. XVII. Eo sensu apud poëtas obvium *postes aerati, ferrati, cardo aeratus, porta aëna*, ut apud Virgil. II. Aen. vers. 480.

Limina perrumpit, postesque a cardine vellit
Aeratos.

Claudian. I. de Rapt. Pros. vers. 237.

——— *stant ardua ferro*
Moenia, ferrati postes, immensaque nectit
Claustra chalybs.

Auct. Ceiris vers. 222.

Marmoreo aeratus stridens in limine cardo.

Statius Theb. x. vers. 258.

Perfractae rapido patuissent milite portae.
Sed non in requiem pariter cessere tenebrae.
Hinc sopor impavidus, qualem victoria movit:
At Capua, aut maestis ululantum flebile matrum
Questibus, aut gemitu trepidantum exterrita patrum,
Tormentis finem metamque laboribus orat.
Mussat perfidiae ductorque caputque Senatus
Virrius, a Poeno nullam docet esse salutem,
Vociferans, pulsis vivendi e pectore curis;
Speravi sceptra Ausoniae, pepigique, sub armis
Si dexter Poenis Deus & Fortuna fuisset,
Ut Capuam Iliaci migrarent regna Quirini:
Qui quaterent muros Tarpejaque moenia, misi:
Nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos
Portaret fasces nostro de nomine Consul.
Hactenus est vixisse satis; dum copia noctis.
Cui cordi comes aeterna est Acherontis ad undam
Libertas, petat ille meas mensasque dapesque:
Et, victus mentem suso per membra Lyaeo,
Sopitoque necis morsu, medicamina cladis

Hauriat

Ne gravis exclamet portus mugitus aënae.

Potest etiam cum Celeberrimo Burmanno legi *munimina saeva*, quae ideo *saeva* vocat, quod socios excludebant. Si quis tamen malit lectionem vulgatam *munimina ferae* (modo *obicis*, pro *obices*, cum Heinsio scribat) tueri, vel cum Mstis *obices, munimina fera* legere, haud multum adversabor: ut dicat Silius, fero Campanos post acceptam cladem objice portam munire, cum satius fuisset eam loco non movisse, & obductam tenuisse. *ferae obicis*, non *feri*, ut Silius lib. IV. loco laudato locutus est, ad exemplum Maronis & aliorum. vide N. Heinsium ad Prudentii Hymn. IX. Cathem. vers. 74.

v. 255. *Perfractae rabido patuissent milite portae*] *rapido* scripti. mox *in requiem pariles* opinor. N. HEINSIUS. Primae editiones Romana princeps, Parmensis, ac Mediolanensis *rapido*: haud male. ut innuat Silius, Romanis, repulsa Campanorum eruptione, summa celeritate Capuam oppugnandi, & portas perfringendi animum fuisse, sed ab ingruente nocte repressos esse. Ceteroquin omnia, quae ad bellum spectant, & ipsi milites frequenter *rabidi* vocantur. Saepissime autem inter se commutarunt librarii voces *rapidus* & *rabidus*. vide supra ad lib. V. vers. 451.

v. 257. *Qualem victoria novit*] *norit* Puteaneus, *movit* in Coloniensi. Possis & *fovit*. N. HEINSIUS. Haud raro librarii inter verba *movit* & *novit* turbarunt. vide infra ad lib. XIV. vers. 142.

v. 261. *Mussat perfidiae ductorque caputque Senatus*] Lego *Mussat perfidia, & ductorque*, vel *ut ductorque*, vel *Mussat perfidiae structorque*. N. HEINSIUS.

v. 268. *Hoc mihi poscendi vigor affuit, alter ut aequus Portaret* &c.] Verba sunt Virrii, qui alterum Romae Capuanum Consulem constitui postulaverat; sed quae tum demum recta erunt, cum isto modo legentur,

Nec mihi poscendi vigor afuit, alter ut aequos
Portaret fasces nostro de nomine Consul.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. *Nec mihi poscendi vigor afuit & aequos fasces* ex Coloniensi Modius: quod postremum à vetustis etiam editionibus & codice Puteaneo confirmatur. de voce *afuit* vide libro VII. vers. 248. N. HEINSIUS. Recipienda est membranarum Coloniensium lectio, a viris doctis probata, *Nec mihi poscendi vigor afuit. afuit*, pro quo nunc communius *abfuit*, in libris priscis frequenter occurrit, sed à librariis saepissime in *affuit* similiaque alia corruptum fuit. Vide Carrion. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 629. Stewich. ad Arnob. III. contr. Gent. pag. 79. Gifan. in Indice Lucret. voce *Victus & vinctus*, *devictus & devinctus somno*, Faërn. & Muret. ad Cic. Orat. I. Philipp. cap. II. & Dausquej. in Orthogr. part. secunda, voce *Affore*. Caesar I. bell. Gall. cap. XXXVI. *Longe ab his fraternum nomen populi Romani afuturum*. ita plurimi MSS. pro quo alii habent *futurum*, quod quidam viri docti probarunt, sed jam olim damnavit Muretus X. Var. Lect. cap. IV. Pierius tamen ad Maron. VII. Aen. vers. 498. cum in codicibus antiquis varie scriptum reperisset, nunc *affuit*, nunc *afuit*, nunc *adfuit*, nunc *atfuit*, verani & antiquissimam lectionem esse *abfuit* credidit. Frequenter autem verba *abesse* & *adesse* olim

commutata

Hauriat, ac placidis exarmet fata venenis.
Haec ait, & turba repetit comitante penates.
Aedibus in mediis consurgens ilice multa
Exstruitur rogus, hospitium commune peremtis.
Nec vulgum cessat furiare dolorque pavorque.
Nunc menti serae Decius redit, & bona virtus
Exsilio punita truci: despectat ab alto
Sacra fides, agitatque virûm fallacia corda.
Vox occulta subit, passim diffusa per aures:
Foedera, mortales, ne saevo rumpite ferro:
Sed castam servate Fidem. fulgentibus ostro
Haec potior regnis. dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues spes linquet amici,
Non illi domus, aut conjux, aut vita manebit
Umquam expers luctus lacrimaeque. aget, aequore semper
Ac tellure premens, aget aegrum nocte dieque
Despecta ac violata Fides. adit omnia jamque
Concilia, ac mensas contingit, &, abdita nube,
Accumbitque toris, epulaturque improba Erinnys.
Ipsa etiam Stygio spumantia pocula tabo
Porrigit, & large poenas letumque ministrat.

Virrius

commutata fuerunt. vide Gronov. ad Senec. Hippol. vers. 975. & N. Heinsium ad Nason. XIV. Metam. vers. 32. ut & in aliis verbis, cum praepositionibus *ab* & *ad* compositis fieri solet; quorum plura exempla dedi ad lib. XI. vers. 14. Deinde omnes prisci libri *aequos fasces* habent: sed primus Wolfius in Basileensi *aequus* edidit, & hunc reliqui libri secuti sunt: pro ea scriptura perperam stat Dausquejus. Virrium, ut alter Consul Campanus foret, postulantem supra vide lib. XI. vers. 59.

v. 270. *Dum copia noctis*] Scribo *mortis*, & addo distinctionem; quamquam & *nox* pro morte Silio usitata. Opinor *dum copia voti est*. N. HEINSIUS. *noctem* saepissime pro morte poni supra notatum est ad lib. X. vers. 173. Non necesse itaque hoc loco sine auctoritate MStorum vulgatam lectionem mutare.

v. 273. *Et victus mentem*] An *vinctus?* de quo ad Nason. Metam. XI. vers. 233. N. HEINSIUS. Et *victus* & *vinctus vino* utrumque rectum est. Tibull. lib. IV. eleg. I. vers. 57.

Victa Maroneo foedatus lumina Baccho.

ubi tamen quidam codices *vincta* habent. Propert. lib. III. eleg. III. vers. 43.

Me juvat & multo mentem vincire Lyaeo.

Eodem modo dicebant & *vinci* & *vinciri somno*. Vide Gifan. Indicem Lucret. ea voce. Aliis autem in locis utraque vocabula frequenter inter se commutarunt librarii. vide supra ad lib. VI. vers. 348.

v. 275. *Et placidis exarmet*] *ac placidis* ex Coloniensi libro in contextum recepi.

v. 278. *Hospitium commune peremtis*] Melius fortasse *auspicium*. D. HEINSIUS. Vulgatum optime tuetur Doctissimus Dausquejus laudato hoc loco Silii ex lib. III. vers. 626. *tarda senectam Hospitia excipient coeli.* Male tamen is hunc rogum exstructum fuisse illis, qui ferocia hostium urbe exclusi erant, innuit. Immo enim Virrius eum sibi aliisque, quibus imminens supplicium spontanea morte evadere animus erat, educi jusserat.

v. 281. *Exilio punita truci. despectat*] Forte, *Exilio punita. truces despectat*. N. HEINSIUS.

v. 283. *Vox occulta subit, passim diffusa per aures*] *per auras* scripti. N. HEINSIUS. Saepissime librarii ea verba inter se miscere soliti fuerunt. Vide supra ad lib. X. vers. 366.

v. 287. *Tenues spes linquit amici*] Forte *tenuis*. N. HEINSIUS. Nihil muto. Dicit enim Silius, omni cum luctu & aerumnarum genere mactatum iri, non qui tenuem & minus potentem amicum, cum ei adhuc spes suppetit, relinquit; sed qui amicum in rebus dubiis ac tenui spe deserit. Ita *tenuis spes* apud Cicer. pro Rosc. Com. cap. XIV. *Inani & tenui spe te consolaris*. lib. III. ad Attic. Epist. XX. *Mea spes etiam tenuior semper fuit, quam tuae literae*. Livius lib. XXV. cap. XXXVIII. *In rebus asperis & tenui spe fortissima quaeque consilia tutissima sunt.*

v. 291. *Adit omnia jamque Concilia*] Scribo *namque*. D. HEINSIUS. Ita & Coloniensis codex. Nihil tamen mutandum. Librarii enim eas voces saepe confuderunt. vide supra ad lib. IX. vers. 242.

v. 295. *Large poenas letumque ministrat*] *ministra-*

 re

Virrius interea, dum dat penetrare medullas
Exitio, ascenditque pyram, atque amplexibus haeret
Jungentum fata, & subici jubet ocius ignes.
Stringebant tenebrae metas, victorque ruebat.
Jamque superstantem muro, sociosque Milonem
Voce attollentem pubes Campana videbat.
Pandunt attoniti portas, trepidoque capessunt
Castra inimica gradu, quis leto avertere poenas
Defuerant animi. patet urbs, confessa furorem,
Et reserat Tyrio maculatas hospite sedes.
Matronae puerique ruunt, maestumque Senatus
Concilium, nullique hominum lacrimabile vulgus.
Stabant innixi pilis exercitus omnis,
Spectabantque viros, & laeta & tristia ferre
Indociles, nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum, nunc foedantes in pulvere crinem
Canentem, & turpi lacrima precibusque pudendis

Femineum

re conviviale & ad pocula pertinens verbum. Vide ad Gratium. BARTIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Vide Celeberrimum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. XXXI.

v. 298. *Jungere tum fata & subjici jubet ocius ignem*] Locum vitiosum ita corrigi optarim,

—— *amplexibus haeret*
Jungentum fata, & subici jubet ocius ignem.

Jungentes fata eos dicit, qui se morte spontanea imminenti sibi a Romanis supplicio subduxerunt. MODIUS Novant Lect. Epist. LXII. *Jungentum fata* ex Coloniensi Modius. *subici* in eodem Coloniensi. Tollenda est distinctio post *τὸ haeret*. N. HEINSIUS. Quam proxime ad veram lectionem est in Oxoniensi libro *Jungent tum fata*. Recte enim ex Coloniensi viri docti *Jungentum* vindicarunt. Deinde etiam bene N. Heinsius ex iisdem membranis, ut metro consulatur, *subici*, pro *subjici*. Vide Carrion. I. Antiq. Lect. cap. V. Barthium IX. Advers. cap. XI. & Munker. ad Fulgent. III. Mythol. cap. VI. pag. 117. Quin etiam censet Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IX. vers. 54. Romanos, quamvis syllaba producatur, unum *j* extrivisse in omnibus compositis verbi *jacio*, & in id magistros, tum antiquos, tum recentiores, consentire. Sed sane alia omnia sensit Gell. IV. Noct. Attic. cap. XVII. quo docente, ut metrum integrum sit, & praepositiones in verbis *objicio*, *subjicio*, *conjicio* non barbare protendantur, *secunda litera in his verbis per duo si, non per unum scribenda est*. quem ibi pluribus vide.

v. 300. *Jamque superstantem muro*] Forte, *muros*. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum invitis libris. Nam ita & Livius loquitur lib. XL. cap. II. *Signa alia in Circo maximo cum columnis, quibus superstabant, evertit*. Tacit. III. Histor. cap. LXXXII. *Superstantes maceriis hortorum Vitelliani saxis pilisque subeuntes arcebant.*

v. 304. *Defuerant animi*] Malo *Defuerunt*. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. V. vers. 264.

v. 307. *Nullique hominum lacrimabile vulgus*] οἱ τυχόντες. Sic alibi, *nec flebile vulgus*. Homero unico vocabulo eleganter οἱ ἄκλαυστοι, cui τοὺς ἀριδακρύτους opponit naturae ille genius. Sunt autem οἱ ἄκλαυστοι, qui in bello vel nullum omnino, vel ἄκριτον nanciscuntur sepulcrum: erat enim τάφος ἄκριτος, ὁ κοινὸς τοῖς πολλοῖς ἐν τῷ πολέμῳ, communis in bello cum multis, nec certo alicui destinatus: in quo qui simul sepeliebantur, Homero ἄκλαυστοι dicuntur. Vides utriusque elegantiam. D. HEINSIUS. Perperam haec sollicitat Interpres. N. HEINSIUS. Dausquejus putabat legendum *illacrimabile vulgus*, vel *multisque hominum lacrimabile vulgus*, quod plebs Campana, quam Senatus ac Summates, innocentior & minus perfida esset, eique adeo defectionis non suae, sed Patrum, poenas danti lacrimae invidendae non essent. Sed cum Illustrissimo Heinsio nihil muto. Merito enim suo haec plebem Campanam pati, nec dignam esse, quae defleatur, innuere vult Silius: nam ingens eam momentum ad defectionem attulisse patet ex iis, quae supra narravit lib. XI. in princ. & Liv. lib. XXIII.

v. 308. *Stabant innixi pilis exercitus omnes*] *omnis* scribendum, ut metro consulatur. & sic Aldina Gryphiusque. nos ad Nason. IX. Metam. vers. 426. pluribus astruximus. N. HEINSIUS. Simili modo infra etiam peccatum lib. XVII. vers. 519.

Subdatur, caesique cadant exercitus omnes.

ubi pariter viri docti *exercitus omnis* legendum docuerunt. vide supra ad lib. XI. vers. 232. Veram scripturam reperi etiam in editione Raphelengii, sed Aldina cum vulgatis *exercitus omnes*, non *omnis*, habet.

Femineum tenues ululatum fundere in auras.
Atque ea dum miles miratur inertia facta,
Exspectatque ferox sternendi moenia signum,
Ecce repens tacito percurrit pectora sensu
Religio, & saevas componit numine mentes:
Ne flammam taedasque velint, ne templa sub uno
In cinerem traxisse rogo. subit intima corda,
Perlabens sensim, mitis Deus. ille superbae
Fundamenta Capyn posuisse antiquitus urbi,
Non cuiquam visus, passim monet: ille refusis
In spatium immensum campis habitanda relinqui
Utile tecta docet. paullatim atrocibus irae
Languescunt animis, & vis mollita senescit.
Pan Jove missus erat, servari tecta volente
Troïa, pendenti similis Pan semper, & imo
Vix ulla inscribens terrae vestigia cornu.
Dextera lascivit caesa Tegeatide capra

Verbera

habet. Haud aliter etiam manu docta emendatum vidi in editione Romana principe.

v. 310. *Propexis in pectora barbis*] Ovid. I. Fastor. vers. 259.

Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

propexis barbis autem dixit Silius, non *propexa barba*, spernens leges grammaticorum, qui *barbam* de homine, *barbas* de animalibus dici notant. De quo praecepto quid tenendum sit, vide Beroald. Annot. in Servium pag. m. 265. & virum Celeberrimum Petrum Burmannum ad Petron. Satyr. cap. xcix.

v. 313. *Ululatum fundere in auras*] *effundere* si quis malit, non multum obnitar. N. HEINSIUS. Ita *lacrimas*, *fletum effundere*. supra lib. IX. vers. 257.

Effusae lacrimae, Mancinique inde reversus
Fraterna sub morte dolor.

hoc lib. vers. 235.

Effudit lacrimas pariter, cernumque sonantem.

Virgil. X. Aen. vers. 465.

Corde premit gemitum, lacrimasque effudit inanes.

Valer. Flacc. lib. VII. vers. 410.

Quam simul effusis pavitantem fletibus heros
Flagrantesque genas vidit.

Sed nec vulgata scriptura male se habet. Supra lib. XII. vers. 553.

Interdum tamen erumpunt sub casside fusae
Per tacitum lacrimae.

Senec. Consol. ad Polyb. cap. XXI. *Non recuso, quidquid lacrimarum fortunae meae superfuit, tuae fundere.* Prudent. Hymn. II. περὶ στεφ. vers. 26.

Fletum dolenter fundere.

ita *fundere voces* supra astruximus ad lib. IV. vers. 528. & *fundere habenas* hoc lib. vers. 172. ubi *effundere* malebat Illustrissimus Heinsius.

v. 319. *In cinerem transisse rogo*] Puto rectum & germanum esse *In cinerem traxisse rogo*. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. *struxisse* Puteaneus. puto *traxisse*. & sic Modius cum Aldina editione & Florentina Juntarum, & Gryphiana; quod & Parmensis, his omnibus vetustior, confirmat. N. HEINSIUS. *traxisse* habet & Oxoniensis codex cum editione Nutii ac Raphelengii, quod post Modium etiam probavit Dempster. ad Rosini II. Antiq. Rom. cap. I. In primis jam editionibus male *transisse* fuit, unde hic error in posteriores nonnullas editiones promanasse videtur. *detrahere* simili sensu infra habes libr. XVII. vers. 183.

——— *detracturum ignibus atris,*
In quam se referat, patriam, suaque inclita facta.

v. 327. *Et uno Vix ulla inscribens terrae vestigia cornu*] Quomodo *uno?* quia semper pendere videbatur. Velim, haec enarrassent nobis eruditissimi Commentatores. an scribendum *unce?* Sic mox volanti similis per praerupta currere dicitur. Descriptio sane ipsa perquam elegans est & pulchra. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *unco cornu* Barthius, *imo cornu* Gronovius Observ. I. cap. XVII. quod Coloniensis liber confirmat. N. HEINSIUS. Optime viri docti *imo cornu*, ad differentiam nempe cornuum in capite: aeque enim pedibus cornutis, id est, qui ungulis corneis praemuniti sunt, quam capite fingitur, unde poëtis frequenter Pan *capripes* dicitur, & *cornipes* mox vers. 338.

Cornipedem tulerit praecisa per avia plantam.

Graecis vero κεροβάτης, id est, τὴν βάσιν ἔχων κερατίνην. vide Hesych. & Suidam ea voce. non aliter etiam Illustrissimus Heinsius in curis secundis ad Nason. V. Fastor. vers. 101. scribendum sibi videri notavit. Obvio autem errore librarii indocti voces *imus* & *unus* ob literarum similitudinem in membranis permiscuerunt. vide infra ad lib. XV vers. 590.

v. 329. *Dextera lascivit caesa Tegeatide capra*]

Quid

Verbera laeta movens festa per compita cauda.
Cingit acuta comas, & opacat tempora, pinus,
Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte:
Stant aures, imoque cadit barba hispida mento.
Pastorale Deo baculum, pellisque sinistrum
Velat grata latus tenerae de corpore damae.
Nulla in praeruptum tam prona & inhospita cautes,
In qua non, librans corpus, similisque volanti,

Cornipedem

Quid sit *lascivire* hoc loco, sciunt, qui paullulum modo in humanioribus hisce studiis versati sunt. Ceterum versiculi hujus mentem fortasse non ineleganter Graece expressimus,

Δεξιόφιν μὲν τῇ δὲ νάκος Τεγεατίδος αἰγὸς
Ἐκκρεμὲς ἠώρητο, πάρος δέ το αὐτὸς ἴτεφεν.

Ita laxiores Graeci sunt, quam Latini. Cur δεξιόφιν malim, quam δεξιτερῇ, videt doctus lector. Ceterum ab hac lascivia βαβάκτης Pan Graecis dicebatur. Diphilus, χαῖρε χρυσόκερα βαβάκτα κήλων Πάν. D. HEINSIUS. *lascivire* hic notare videtur petulans & protervus esse, ita ut omnis absit obscoenitas: de quo ejus vocis usu vide Budaeum ad Pandect. pag. m. 619. & Gronov. III. Observ. cap. IV. ubi inter alia optime huc facientem locum Livii sic exponendum monuit lib. I. cap. V. *Ut nudi juvenes, Lycaeum Pana venerantes, per lusum atque lasciviam currerent.*

v. 330. *Verbera laeta movens festa per compita cauda*] *festo ludo* opinor. Fortassis etiam *Verbera fesa*, ut ad Lupercos & Lupercalia alludat, quibus steriles matronae se percutiendas dabant. Propert. lib. IV. eleg. I.

Verbera pellitus saetosa movebat arator,
Unde licens Fabius sacra Lupercus habet.

verbera ludicra dixit Prudent. Hymn. Romani vers. 165. de Luperco,

Nudus plateas si per omnes cursitans
Pulset puellas verbere ictas ludicro.

Auctor de Orig. urbis Romae, *Igitur actis, quae supra diximus, re divina facta eo in loco, qui nunc Lupercal dicitur, ludibundi discurrerant, pellibus hostiarum occursantes quosque sibi verberantes.* Pluribus haec illustravi ad Nason. Fastor. V. vers. 102. *festo ludo*, quomodo lib. XV. *festoque agitant convivia ludo.* N. HEINSIUS. - Vir Illustrissimus curis secundis ad Nason. V. Fastor. vers. 101. legebat, *caesae Tegeatica caprae Vellera secta movens*, vel *Verbera feta*, id est fecunda. Sed *Verbera laeta* non muto.

331. *Cingit acuta comas & opaca tempora pinus*] Probo scriptam lectionem, *& opacat tempora pinus.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXII. *opacat* ex scriptis & priscis editionibus. N. HEINSIUS. Idem verbum & apud Maron. occurrit VI. Aen. vers. 195. *ubi pinguem dives opacat Ramus humum.* ubi Taubmann. ex J. Caes. Scalig. lib. IV. Poetic. cap. XVI. docet, hoc verbum rarum & infrequens esse. At Cicero aliquoties eo usus est, ut lib. I. de Orat. cap. VII. *Nec haec tua platanus admonuit, quae non minus ad opacandum hunc locum patulis est diffusa ramis.* &c. & alibi. Solent autem Pan & Faunus pinu coronati induci. Ovid. Epist. V. Heroid. vers. 137.

Cornigerumque caput pinu praecinctus acuta
Faunus.

in I. Metam. vers. 699.

Pan videt hanc, pinuque caput praecinctus acuta
Talia verba refert.

& XIV. Metam. vers. 633. *& pinu praecincti cornua Panes.* Rationem vide in Geopon. Graec. lib. XI. cap. X. *opaca* autem, pro *opacat*, errore librariorum primum habuit editio Marsi Veneta posterior, unde transsumserunt reliqui editores.

v. 332. *Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte*] *erepunt* maluerim, quamquam aliter codices vetusti. atque ita corrigendum in Valerio Maximo lib. V. cap. VI. de Cipo, *In capite ejus subito veluti cornua erepserunt.* nam in scriptis plerisque *erexerunt*: nisi mavis *se exseruerunt*. vulgati *emerserunt*. apud Sidonium quoque Apollinarem carm. XXII. ubi de Baccho agit, videtur scribendum, *capite aurea repunt Cornua.* nam nunc ibi *caput aurea rumpunt Cornua.* Possis & *vara cornua*, pro *parva*, hic reponere; de quibus ad Nasonem Amor. lib. I. eleg. III. Sed hoc loco *erumpunt* non est mutandum in *erepunt*. Sic Oppianus de Camelopardali III. Cyneg vers. 474.

Ἐκ δὲ μέσης κεφαλῆς δίδυμον κέρας ἰθὺς ὀρούει.

N. NEINSIUS. *erepunt* hoc loco scribendum monuit etiam N. Heinsius in curis secundis ad Nason. V. Fastor. vers. 101. Voces *erepere* & *erumpere* librarii nonnumquam inter se turbarunt. Vide N. Heinsium infra ad lib. XV. vers. 617. & ad Claudiani nupt. Honor. & Mar. vers. 96. Sic apud Colum. lib. III. cap. XVII. in libris editis nunc circumfertur, *Proximas radices teneras & vixdum prorumpentes vitio suo enecabat.* Sed in codice Sangerman. est *properentes*, pro quo transpositis literis scribendum videtur *prorepentes*; quemadmodum is auctor alibi saepe locutus est. Sed recte tamen hic apud Silium vir Illustrissimus vulgatum in notis non mutat: nam ita & dentes *prorumpere* dicuntur apud Favon. Eulog. in somn. Scipion. *Infantiumque dentes a septimo mense prorumpere, septimo mutari anno.* Deinde idem Heinsius *vara cornua*, pro *parva*, malebat. Et ita frequenter peccarunt librarii. vide, quae is notavit ad Nason. II. Metam. vers. 856. & ad VI. Met. vers. 625. Sed nec hanc conjecturam probo. Nam *vara* & distorta *cornua* laudantur quidem in

bove,

Cornipedem tulerit praecisa per avia plantam.
Interdum inflexus, medio nascentia tergo
Respicit arridens hirtae ludibria caudae.
Obtendensque manum solem infervescere fronti
Arcet, & umbrato perlustrat pascua visu.
Hic, postquam mandata Dei perfecta, malamque
Sedavit rabiem, & permulsit corda furentum,

Arcadiae

bove, & parva in vitio ponuntur: at Pan non bovinis, sed caprinis cornibus fingitur, quae retro flexa & *parva* sunt, non *vara*.

v. 333. *Somnoque cadit barba hispida mento*] Probo scriptam lectionem, *imoque cadit barba hispida mento.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII. *imoque mento* Coloniensis, quod Modio se probavit, non mihi, cum *imo cornu* paullo ante praecesserit. quid igitur? Scribendum minima mutatione *simoque mento*, mento resimo, ut *simo naso* Poëtis. & hoc Pani, Faunis, ac Silenis proprium, ut pluribus ad Nasonem Fastor. III. vers. 754. demonstravimus curis secundis, ubi pariter scribendum, *Oraque sima notant*, non *summa*, de Sileno. *summo* tamen *mento* pro extremo potest legi, quomodo apud Martialem lib. XII. Epigr. LXXVIII. de unguibus pedum,

Multis dum precibus Jovem salutat,
Stans summos resupinus usque in ungues,
Aethon, in Capitolio pepedit.

N. HEINSIUS. Si non vere, saltem acute Illustrissimus Heinsius ex vestigiis Coloniensis libri *simo mento* legebat. capri enim & capellae proprie *simae* dicuntur: at Pan cum Faunis, Satyris, aliisque Diis silvestribus, facie caprina finguntur. Herodot. lib. II. cap. XLVI. Γράφουσι δὲ δὴ καὶ γλύφουσι τοῦ Πανὸς τὤγαλμα αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα. *Pingunt autem & scalpunt Panis simulacrum caprina facie & hircinis cruribus.* Aliquando autem librarii voces *simus* & *summus* perperam inter se miscuerunt. Sic apud auct. Moret. vers. 107.

—— *simo damnat sua prandia vultu.*

ita nunc recte editur; male vero antiquiores editiones *summo vultu* habuerunt. Si quistamen vulgatam scripturam tueri malit, *summo mento* cum eodem Heinsio exponendum extremo. & tum τὸ *imo*, quod est in Coloniensi libro, glossema erit vocis *summo*, quod ex margine in contextum male receptum fuit.

v. 334. *Pastorale Deo baculum*] *Pastorale baculum*, agolum, καλάβροψ, λαγωβόλος: quod autem nos *pedum*, *agolum* antiquiores dicebant. Festus, *Agolum, pastorale baculum, quo pecudes aguntur.* D. HEINSIUS. Nimirum tam *baculum*, quam *baculus*, olim dixerunt. vide N. Heinsium ad Nason. II. Metam. vers. 682. Quibus adde illud Festi in voce *Pedum*. *Pedum est quidem baculum incurvum, quo pastores utuntur ad comprehendendas oves aut capreas, a pedibus.* Pani autem baculum pastorale tribuit, utpote quem armenti ac pastorum curam gerere credebant. Virgil. ecl. II. vers. 33.

—— *Pan curat oves oviumque magistros.*

Ovid. II. Fast. vers. 271.

Pana Deum pecoris veteres coluisse feruntur.

& vers. 277.

Pan erat armenti custos, Pan numen equarum.

Atque ita alii saepe.

v. 335. *Velat grata latus*] Malim,

—— *pellisque sinistrum*
Velat rapta latus tenerae de corpore damae.

hoc est, corpori damae derepta. *derepta bicorni Terga caprae*, apud Nason. Metam. XV. vers. 304. ubi plura. N. HEINSIUS. Ita & corrigit vir Illustrissimus in curis secundis ad Nason. v. Fastor. vers. 101.

v. 336. *Nulla in praeruptum tam prona* &c.] Similiter de Pane Ovid. II. Fast. vers. 285.

Ipse Deus velox discurrere gaudet in altis
Montibus.

Hinc Latinis *montivagus* dicitur, Graecis vero Οὔρειος & Ὀρειβάτης. Eurip. Iphig. in Taur. vers. 1126.

Κάλαμος Οὐρείου Πανὸς
Κώπαις ἐπιθωΰξει.

Fistula montani Panis impellet sono remos. & Sophocl. in Oedip. Tyr. vers. 1110. Πανὸς ὀρειβάτα προσπελασθεῖσα. *Cum Pane montano progressa.*

v. 341. *Obtendensque manum solem infervescere fronti Arcet*] Ita, non Pana quidem, sed alium quendam exhibet gemma apud Gorlaeum in Dactyl. part. II. num. 9. quam ad illustrationem hujus loci hic conspici curavi.



v. 344. *Et perfulsit corda furentum*] Alii corrigunt *praefulsit.* sed melius in libris scriptis est, *& permulsit corda furentum.* MODIUS Novant. Lection. Epist. LXII.

Arcadiae volucris saltus & amata revisit
Maenala; ubi argutis longe de vertice sacro
Dulce sonat calamis, ducit stabula omnia cantu.
At legio Ausonidum, flammas ductore jubente
Arceri portis, stantesque relinquere muros,
(Mite decus mentis) condunt ensesque facesque.
Multa Deûm templis domibusque nitentibus auro
Egeritur praeda, & victus alimenta superbi,
Quisque bonis periere, virûm de corpore vestes
Femineae, mensaeque alia tellure petitae,
Poculaque Eoa luxum irritantia gemma.
Nec modus argento, caelataque pondera facti
Tantum epulis auri, tum passim corpora longo
Ordine captiva, & domibus depromta talenta,

Pascere

v. 345. *Arcadiae volucris saltus*] Lege, *volucer*, id est, velox. N. HEINSIUS. Nihil muta. vide supra ad lib. x. vers. 352.

v. 346. *Ubi argutis longe de vertice sacro*] Putabam aliquando, *Tegeae de vertice sacro.* Vibius Sequester, *Maenalius in Tegea.* Sed Sequester poëtas magis sequi solet, quam Geographos. Lege mox *Dulce sonans calamis.* N. HEINSIUS.

v. 347. *Ducit stabula omnia cantu*] Infra lib. xv. vers. 461. *ut cantu ducebat corda Senatus.* ubi plura vide.

v. 353. *Virûm de corpore vestes Femineae*] Silius, Campanorum luxuriam describens, ad sui seculi mores respexisse videtur, quibus haec quam maxime conveniunt. Paria enim habent Lucan. lib. I. vers. 163. & Petron. in Satyr. cap. CXIX. *Vestes* autem *femineas* non tam ob formam, quam materiam ejus vocat, monente Dausquejo. Innuit igitur vestes subsericas, Coas, aliasque, quas vix feminas, multo minus viros decere Romani putabant. Lucan. d. loc. id exprimit, *cultus gestare decoros Vix nuribus.* Petronius vero memorat vestes, *quae virum quaerunt.* Potuit etiam Silius ad colorem vestium respexisse, de quo supra vide ad lib. XI. vers. 40.

v. 354. *Mensaeque alia tellure petitae*] Recte monet Dausquejus, Silium his non tam dapes memorare, quas supra indicarat per *victus alimenta superbi*, quam ipsas mensas: respicit enim omnino ad mensas citreas, quas ex Africae silvis advectas Romani insano pretio emebant. Hunc luxum etiam traducit eodem loco Petron.

—— *ecce Afris eruta terris*
Ponitur, ac maculis mutatur vilibus aurum
Citrea mensa.

ubi plura habent eruditi commentatores. Vide etiam Meurs. de luxu Rom. cap. IX. & Kobierz. lib. II. de luxu Rom. cap. X.

v. 355. *Poculaque Eoa luxum irritantia gemma*] Vide Meurs. de luxu Rom. cap. VIII. Kobierz. loco cit. Cerd. ad Maron. II. Georg. vers. 506. & I. Aen. vers. 728.

v. 359. *Pascere longinquum non deficientia bellum*] Tibull. lib. IV. carm. I. vers. 185.

Horrea fecundas non deficientia messes.

N. HEINSIUS. Locus Tibulli huc nihil facit; nam *ro bellum* non referendum ad *deficientia*, sed ad vocem *Pascere.* Talenta non deficientia pascere bellum longinquum, seu diuturnum.

v. 360. *Immensique gregis, famulae ad convivia turbae*] *greges* ex scriptis, sublata distinctione. N. HEINSIUS. Non aliter habent priscae editiones Romana princeps, Parmensis, Mediolanensis, Marsi & Martini Herbipolensis. Error vero profluxit ab editione Juntina, in qua primus Nicander *greges* in *gregis* mutavit. quod secuti editores nimium patienter tulerunt. Et haec etiam non minima pars luxus Romani fuit, ut quisque, quantam facultates ferre poterant, innumeram servorum turbam aleret, ut adeo nonnunquam nec dominus servos, nec servi dominum noscerent. Quinctil. Declam. XIII. pag. 237. *Ad excolendos agros procedit ignota etiam villicis familia.* Petron. in Satyr. cap. XXXVII. *Familia vero babae! babae! non me-Hercules puto decumam partem esse, quae dominum suum novit.* ubi vide Reines. Sed praesertim servorum ad convivia, & qui dapibus parandis intenti erant, numerus omnem fidem superabat. *quadragesima coquorum decuria* in famulitio Trimalchionis memoratur apud Petron. cap. XLVII. ubi vide Celeberrimum Burmannum. Tanta autem erat luxuria, ut diversis servis diversa semper munera in instruenda mensa assignarentur. Silius supra lib. XI. vers. 276.

—— *non una ministri*
Turba gregis; posuisse dapes his addita cura,
His adolere focos, his ordine pocula ferre;
Nec non & certis struitur penus.

Vide etiam Kobierz. II. de luxu Rom. cap. X.

v. 363. *Magnus fautor non fusilis ausis*] Scribendum *auctor.* apud Maron.

—— consiliis

Pascere longinquum non deficientia bellum,
Immensique greges famulae ad convivia turbae.
Fulvius, ut finem spoliandis aedibus, aere
Belligero revocante, dedit, sublimis ab alto
Suggestu, magnis auctor non futilis ausis:
Lanuvio generate, inquit, quem Sospita Juno
Dat nobis, Milo, Gradivi cape victor honorem,
Tempora murali cinctus turrita corona.
Tum sontes procerum meritosque piacula prima
Acciit, & justa punit commissa securi.
Hic atrox virtus, (nec enim occuluisse probarim
Spectatum vel in hoste decus) clamore feroci,
Taurea, Tune, inquit, ferro spoliabis inultus
Te majorem animam? & jusso lictore recisa

Ignavos

—— *consilii habitus non futilis auctor.* Hanc correctionem video jam occupasse nescio quem apud Interpretem. N. HEINSIUS. Idem sibi placere ad marginem editionis Silianae, quam possidet bibliotheca Lugduno-Batava, ascripsit Illustrissimus Scaliger.

v. 364. *Lavino generate, inquit, quem Sospita Juno &c.*] *Lanuvio* Coloniensis & Veneta editio Marsi. vere; nam Lanuvii Juno Sospita colebatur: testis eum Propertius loco luculento, tum alii. Vide Interpretem hoc loco, qui vidit *Lanuvio* scribendum esse. adi notas nostras lib. VIII. vers. 363. N. HEINSIUS. Vulgatum omnes antiquae editiones, etiam quibus Marsi nomen adscriptum est, constanter habent. Optime tamen *Lanuvio* hic legendum docuit etiam Cluver. III. Ital. Antiq. cap. IV. pap. 937. De *Lanuvio*, & *Lavinio* pluribus hoc loco egit Interpres, qui tamen ea descripsisse ex notis Sigonii ad Liv. lib. VIII. cap. XIII. accusatur a Brockhus. ad Prop. lib. IV. eleg. VIII. vers. 3. *Juno* autem *Sospita*, quae Lanuvii praecipua religione culta est, olim *Sispita* vocabatur, ut in nummis id nomen etiamnum scribitur. Vide Illustrissimum Spanhemium de usu & praest. numism. Dissert. II. pag m. 82.

v. 366. *Tempora murali cunctis turrita corona*] Pro inepto hoc vulgo vulgato melius in libris scriptis est,

Tempora murali cinctus turrita corona.

De uno enim Milone sermo est. MODIUS Novant. Lection. epist. LXII. *cinctus* cum Modio scripti codices. N. HEINSIUS. *cinctus* etiam editio Romana princeps & Mediolan. ex Marsi vero editione τὸ *cunctis* ad multas alias propagatum est. Postea Gryphius iterum *cinctus* restituit, quod deinde Dausquejo aliisque placuit.

v. 368. *Accuit*] *Accjet* Puteaneus. N. HEINSIUS. Nec aliter habet codex Oxoniensis. Perperam vero primae editiones *Accit*, & *interea.*

v. 369. *Nec enim occuluisse probatum Spectatum vel in hoste decus*] Ajo venustius esse in membranaceis scidis, *nec enim occuluisse probarim Spectatum vel in hoste decus.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXII. Scribe *probarim*, praesertim cum subsequatur proxime *Spectatum.* Certe in Coloniensi *precarim.* At Modius *probarim* N. HEINSIUS. In Oxoniensi codice est *pcarum*, in priscis editionibus *precatur.* Sed recte viri docti *probarim* vindicarunt.

v. 371. *Taurea tunc inquit, ferro spoliabis inultus*] Venustius est in membranaceis scidis, *Taurea, Tune, inquit.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXII. Scribe cum Modio ex Coloniensi, *Taurea, Tune, inquit*, non *tunc inquit.* & sic editio quoque Parmensis. Deinde forte scribendum, *ferro spoliabis inulto.* N. HEINSIUS. *Taurea, Tune, inquit* etiam Illustrissimus Scaliger ad marginem editionis Silii, quae est in bibliotheca Lugduno-Batava, scribendum sibi videri notavit. neque aliter est in editionibus Romana principe & Mediolanensi. Deinde non opus, ut cum Illustrissimo Heinsio *inulto*, pro *inultus*, scribatur.

v. 372. *Jusso lictore recisa cervix*] Non damnarim hanc scripturam; sed in Milo non minus bona est, *viso lictore.* BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. Male Barthius ex Oxonio *viso lictore.* N. HEINSIUS. Recte Illustrissimus Heinsius receptam scripturam tuetur. Sollemni enim errore peccavit Oxoniensis codicis scriptor librarius. nam infinitis locis solent voces *visus* & *jussus* inter se commutari. Sic apud Lucan. lib. VI. vers. 78. plurimi Msti habent *invisaque tela vagantur*, cum vulgo recte sit *injussaque tela.* lib. X. vers. 230. pro *dare jussus iniquo Temperiem coelo*, in tribus membranis, quas N. Heinsius cum vulgatis contulit, male est *dare visus.* Alia exempla vide apud Pierium ad Maron. II. Georg. vers. 230. Livin. ad Plin. Paneg. cap. XXVIII. Doctos Interpretes Petron. ad Satyr. cap. CXXII. & N. Heinsium ad Silii lib. XV. vers. 130. & 638. Nason. Epist. XVII. Her. vers. 157. Epist. XX. vers. 221. & ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 105.

Ignavos cadet ante pedes fortiſſima cervix?
Haud umquam hoc vobis dederit Deus. inde, minaci
Obtutu torvum contra & furiale renidens,
Bellatorem alacer per pectora tranſigit enſem.
Cui ductor, Patriam moriens comitare cadentem.
Qui nobis animus, quae dextera, quidve viritim
Decernet Mavors. tibi, ſi rebare pudendum
Juſſa pati, licuit pugnanti occumbere letum.
Dum Capua infauſtam luit haud ſine ſanguine culpam,
Interea geminos terra crudelis Hibera
Fortuna abſtulerat, permiſcens triſtia laetis,
Scipiadas, magnumque decus, magnumque dolorem.
Forte Dicarchea juvenis dum ſedit in urbe
Scipio, poſt belli repetens extrema penates,
Huc triſtis lacrimas & funera acerba ſuorum
Fama tulit. duris quamquam non cedere ſuetus,
Pulſato lacerat violenter pectore amictus.

Non

v. 374. *Haud umquam hoc nobis dederit Deus*] Ajo venuſtius eſſe in membranaceis ſcidis, *Haud umquam hoc vobis dederit Deus.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. LXII. *vobis* ex membranis Colonienſibus Modius. N. HEINSIUS. Ita ſaepe alibi lapſi ſunt ſcribae librarii. vide ſupra ad lib. XI. verſ. 117.

v. 378. *Qui nobis animus, quae dextera, quidve viritim*] In his verbis Fulvii nihil omnino aſſuendum, neque mutandum. BARTHIUS lib. VIII. Adverſ. cap. VII. Opinor, *quae dextera cuique viritim.* reſpondet ad illa Taureae, *Tune, inquit, ferro ſpoliabis inultus Te maiorem animam.* Interpres, qui credidit aliquid deſiderari, inſulſiſſime verſus de ſuo inculcavit. N. HEINSIUS. Dauſquejus hic aliquid deſiderari putat, quod ita ſupplet,

Qui nobis animus, quae dextera, quidve viritim
Decernet Mavors, tellus Campana videbit,
Romaque; juſti erimus: tibi ſi rebare pudendum
&c.

quod recte jam viri docti erroris accuſarunt.

v. 379. *Decernet Mavors*] Alludit illud Mezentii,

——— *de me Divûm pater atque hominum rex*
Viderit.

BARTHIUS lib. VIII. Adverſ. cap. VII.

v. 379. *Tibi, ſi rebare pudendum Juſſa pati*] *Juſſa* ſcribendum. & ſic Puteaneus, confirmante idipſum quoque Parmenſi editione. Alludit ad illa Taureae de *juſto littore.* N. HEINSIUS. *Juſſa pati* omnes ante Juntinam editiones, in qua primum Nicander *Juſta* dedit. Saepe hae voces negligentia librariorum inter ſe permutatae ſunt. Vide eruditos Interpretes ad Petron. Satyr. cap. CXXIII. Gronov. ad Senec. Phoen. verſ. 214. & N. Heinſium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. LXXIV.

v. 380. *Licuit pugnanti occumbere letum*] Operoſe in his ſe fatigat Interpres. Puto reſcribi debere, *licuit pugnantem occumbere leto*, vel *pugnanti leto.* ſic *bellantem ſomnum* habes lib. VII. verſ. 229. N. HEINSIUS. Nihil hic puto mutandum, praeſertim cum optimi libri ſtent pro recepta lectione. Si pudendum rebare juſſa mea pati, licuit tibi pugnanti letum occumbere. quid in his jure diſplicere poſſit, non video. *occumbere leto* non ſolùm, ſed & *occumbere letum* dicitur. Livius lib. XXVI. cap. XXV. *Hic ſiti ſunt Acarnanes, qui, adverſus vim atque injuriam Aetolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt.* Sueton. in Aug. cap. XIII. *Cum, patre, quia ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntariam occubuiſſet necem.* Julius Rufin. de Schem. lexeos pag. 35. locutionem hanc *mortem occumbere* inter pleonaſmos refert. At melius alii ſtatuunt, plene ita Romanos locutos eſſe, & ellipſin vocis *mortem* vel ſimilis eſſe, ſi *occumbere* ſimpliciter pro mori occurrat. Vide Sanctium in Minerv. lib. IV. cap. de Ellipſi. Dauſquejus ſcribendum conjecerat, *licuit pugnantum occumbere leto*, vel *pugnantem.*

v. 381. *Infauſtam luit haud ſine ſanguine culpam*] *infandum culpam* Puteaneus. *infandam culpam* lego. Neque enim ſatis ſit dixiſſe Conſuli de tanta perfidia, *infauſtam culpam. luas* praeterea ſcribendum, niſi hunc verſum connectis cum proxime ſequenti, & tum *τὸ infauſtam culpam* ſubiiſſet commode. N. HEINSIUS.

v. 385. *Juvenis conſedit in urbe*] *dum ſedit*, codices ſcripti, & primae editiones. puto *cum ſedit.* Fors & *belli externa.* Sed *belli extrema* de Capua intellige. vide infra verſ. 454. N. HEINSIUS. *conſedit* primus Marſus dedit, idque poſt eum in reliquis editionibus haeſit. Sed, ut omnia melius cohaereant, cum Mſſ. & priſcis editionibus legendum *dum ſedit*, quod in *tum ſedit* mutare nihil neceſſe eſt.

v. 394.

Non comites tenuisse valent, non ullus honorum
Militiaeve pudor. pietas irata sinistris
Coelicolis furit, atque odit solatia luctus.
Jamque dies, iterumque dies absumta querelis.
Versatur species ante ora oculosque parentum.
Ergo excire parat manes animasque suorum,
Alloquioque virûm tantos mulcere dolores.
Hortatur vicina palus, ubi signat Averni
Squalentem introitum stagnans Acherusius humor.
Noscere venturos agitat mens protinus annos.
Sic ad Cymaeam, quae tum sub nomine Phoebi
Autonoë tripodas sacros antrumque tenebat,
Fert gressus juvenis, consultaque pectoris aegri
Pandit, & aspectus orat contingere patrum.
Nec cunctata diu vates, Mactare repostis
Mos umbris, inquit, consueta piacula nigras
Sub lucem pecudes, reclusaeque abdere terrae

Manantem

v. 394. *Versatur species ante ora oculosque parentis*] *parentum* scripti; ut & parentibus accenseatur patruus. Infra, *aspectus orat contingere patrum. parentum* etiam construi potest cum *suorum*, quod subsequitur, amota distinctione. N. HEINSIUS. Parentibus patruum accenset ipse Scipio apud Liv. lib. XXVI. cap. XLI. *Vos hic cum parentibus meis (aequentur enim etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani. species* autem, ut apud eundem lib. VIII. cap. VI. *Ibi in quiete utrique Consuli eadem dicitur visa species viri majoris, quam pro humano habitu, augustiorisque.* Lucret. lib. I. vers. 125.

Unde sibi exortam semper- florentis Homeri
Commemorat speciem.

& Ovid. XI. Metam. vers. 677.

Voce sua specieque viri turbata soporem
Excutit.

v. 400. *Sic & Grynaeam, quae tum sub nomine Phoebi Autonoë*] *Cymaeam* Coloniensis, ut & supra non semel. *Crineo antro*, pro *Cymaeo*, Puteaneus infra habet vers. 498. Pro *sub nomine Phoebi*, malim *sub numine. Sic ad Grynaeam* Puteaneus, quod in Parisiensi se invenisse Interpres testatur. Forte, *Sic ad Grynaeam Autonoën.* N. HEINSIUS. *Sed ad Crineam* Codex Oxoniensis. *Sic ad Gryneam* Romana princeps, Parm. & Mediol. editio. Optime vero Illustrissimus Heinsius, *Sic ad Cymaeam. Cymaeam*, pro *Cumaeam.* vide supra ad lib. VIII. vers. 533. *Autonoën*, pro *Autonoe*, est in editione Raphelengii. Deinde *sub numine* malebat N. Heinsius, non *sub nomine.* frequenter ita solitos fuisse errare librarios infra dixi lib. XVI. vers. 653. *ad Grynaeam* sibi legendum videri, non *& Grynaeam*, ad marginem Sibi monuit Illustrissimus Scaliger. Mox in vetustissimis editionibus est *tripodas, sacrum antrumque tenebat*, pro quo ad marginem Romanae principis manu docta emendatur *sacrumque, antrumque tenebat.* Sed nihil puto mutandum.

v. 405. *Mox umbris, inquit*] *Mos umbris, inquit,* cum Coloniensi libro, quomodo & Parmensis editus. N. HEINSIUS. Nec aliter editio Romana princeps, Mediolanensis & Marsi Veneta prior: in posteriore *Mox* editum est errore operarum. eam tamen lectionem omnes sequentes editores amplexi sunt. Pari modo in Mstis peccatum erat apud Nason. in Remed. Amor. vers. 438. ut testis est Heinsius.

v. 406. *Sub lucem pecudes*] *Sub lucem* accipio hoc loco φώσδε, & quod Sophocli dicitur πρώτην ἕω, ubi de ritu eodem agit, & Maroni *ad surgentem solem*, in XII. Aen. vers. 172.

Illi ad surgentem conversi lumina solem.

Solebant enim τὰ καθάρματα, lustrationes, expiationes, & similia sacra ad surgentem solem ore conversi facere. Hinc Sophocles Oedipo Coloneo vers. 468. jubet χοὰς χέασθαι στάντα πρὸς πρώτην ἕω, ubi recte interpres πρὸς τὴν ἀνατολήν. Caussam suae interpretationis addit, καὶ γὰρ τὰς ἱκεσίας, inquit, πρὸς ἥλιον ἐποιοῦντο. & in Electra vers. 425.

Τοιαῦτά του παρόντος, ἡνίχ' ἡλίῳ
Δείκνυσι τοὔναρ.

Nam οἱ τοὺς καθαρμοὺς, inquit Scholiastes, ἐπιτελοῦντες, πρὸς τὴν ἕω ἵστανται. quod in expiatione quoque somniorum fiebat, ad quod alludit Sophocles eleganter loco proxime adducto; & Cratinus in Chirone suo, Ἄγε δὴ πρὸς αὐτὴν ἕω πρῶτον ἀπάντων ἵστω, καὶ λάμβανε χερσὶ σχῖνον μεγάλην. Ita & Silium supra loqui monuimus lib. VIII. vers. 124. D. HEINSIUS. *sub lucem* hic est instante luce, nocte in diem vergente; pro quo Virgil. in VI. Aen. vers. 255. *primi sub lumina solis & ortus* dixit. Ea enim vis est praepositionis *sub* cum quarto casu constructae,

Manantem jugulis spirantum caede cruorem.
Tunc populos tibi regna suos pallentia mittent.
Cetera, quae poscis, majori vate canentur.
Namque tibi Elysio repetita oracula campo
Eliciam, veterisque dabo inter sacra Sibyllae
Cernere fatidicam Phoebëi pectoris umbram.
Vade, age, &, a medio cum se nox humida cursu
Flexerit, ad fauces vicini castus Averni
Duc praedicta sacris duro placamina Diti.
Mella simul tecum & puri fer dona Lyaei.
Hoc alacer monitu, & promissae nomine vatis,
Apparat occulto monstrata piacula coepto.
Inde, ubi nox jussam procedens contigit horam,
Et spatia aequarunt tenebras transacta futuras,

Consurgit

structae, ut rem instantem significet. vide supra ad lib. VIII. vers. 124.

v. 406. *Reclusaeque aldere terrae cruorem*] Inferis enim sacra facturi fossam circa aram facere solebant, ut in eam sanguis victimae influeret. Infra vers. 427.

> —— *ferroque cavare refossam*
> *Ocius urguet humum, atque, arcanum murmur anhelans,*
> *Ordine mactari pecudes jubet.*

Ulixes apud Homer. Odyss. Λ. vers. 25.

> Βόθρον ὄρυξα ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα·
> Ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεόμην πᾶσιν νεκύεσσιν.

Fossam fodi cubitalem inde & inde; circa eam autem libamina fundebamus omnibus mortuis. Vide virum Amplissimum Gisbert. Cuperum I. Observ. cap. XII. & eruditissimum Dan. Heinsium infra ad vers. 433.

v. 413. *A medio cum se nox humida cursu Flexerit*] Id est, media nocte, quod tempus infra vers. 420. ita describit,

> *Et spatia aequarunt tenebras exacta futuras.*

Proprie autem *Flexerit*. vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. VII. vers. 457. Ita *vertere* apud Senec. in Herc. Fur. vers. 129.

> *Signum celsi glaciale poli*
> *Septem stellis Arcades ursae*
> *Lucem verso temone vocant.*

Statius III. Theb. vers. 33.

> *Ecce sub occiduas versae jam noctis habenas.*

στρέφειν pariter Graeci dicunt. Theocr. Id. XXIV vers. 11.

> Ἆμος δὲ στρέφεται μεσονύκτιον ἐς δύσιν ἄρκτος.
> *Cum vero media nocte ursa ad occasum vertitur.*

v. 415. *Duro placamina Diti*] Id est, saevo, inexorabili, illacrimabili, truculento. Virgil. in XII. Aen. vers. 199.

> *Vimque Deûm infernam & duri sacraria Ditis.*

ut recte ex MStis asseruit Pierius, & postea Gifan. in indice Lucret. voce *Victus & Vinctus*, *Devictus & Devinctus somno*. Vulgo erat *diri Ditis*.

v. 425. *Invisum coelo specus*] *Invisus* Coloniensis. nec aliter Parmensis editio. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Servius, de hac voce agens, ad Maron. VII. Aen. vers. 568. *Hoc nomen apud Majores trium generum fuit. Ennius feminino posuit; Horatius masculino:* Quae nemora, aut quos agor in specus? *Virgilius neutro &c. quamquam antiqui codices habeant*, Hic specus horrendus.

v. 429. *Ater operto Ante omnes taurus Regi*] *ater taurus* ex scriptis. & sic Interpres. nigrae enim pecudes Diis inferis immolabantur. N. HEINSIUS. Supra vers. 404.

> —— *mactare repostis*
> *Mos umbris, inquit, consueta piacula nigras*
> *Sub lucem pecudes.*

Virgil. VI. Aen. vers. 153.

> *Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.*

Plutoni autem taurum immolat Aeneas ibid. vers. 252.

> *Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,*
> *Et solida imponit taurorum viscera flammis.*

Voces *acer* & *ater* librarii frequenter inter se commutaverunt. vide supra ad lib. V. vers. 154.

v. 431. *Caeditur Ennaeae casta cervice juvenca*] *casta cervice* ἄζυξ. contra Graeci ἄζυξ pro casta ponunt, cum ἄζυγα λέχη, τὴν παρθένον vocant. Est igitur *juvenca casta cervice*, quam ἀδμῆτα Homerus vocat. D. HEINSIUS. Scribe *Hennaeae Divae* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Recte Coloniensis *Hennaeae Divae*. vide supra ad lib. I. vers. 92. Deinde *casta cervice juvenca* Heinsio est, quae jugum non passa est. Cum tamen sacrificium hoc Proserpinae fiat, ego malo conjugii rudem exponere. *sterilem vaccam* Virgilius dixit in VI. Aen. vers. 251. *sterilemque sibi, Proserpina, vaccam.* ubi Servius, *Deae congruam numquam enitenti.*

v. 432. *Inde tuis, Alecto* &c.] Eumenidibus hic Scipio sacrificat; at earum matri ac magnae sorori Aeneas apud Maron. in VI. Aeneid. vers. 250.

Aeneas

Consurgit stratis, pergitque ad turbida portae
Ostia Tartareae: penitus quis abdita vates
Promissa impleat, Stygioque sedebat in antro.
Tum, qua se primum rupta tellure recludit
Invisum coelo specus, atque eructat acerbam
Cocyti laxo suspirans ore paludem,
Inducit juvenem, ferroque cavare refossam
Ocius urguet humum, atque, arcanum murmur anhelans,
Ordine mactari pecudes jubet. ater operto
Ante omnes taurus Regi, tum proxima Divae
Caeditur Hennaeae casta cervice juvenca.
Inde tibi, Alecto, tibi, numquam laeta Megaera,
Corpora lanigerûm procumbunt lecta bidentum.
Fundunt mella super Bacchique & lactis honorem.

Sta,

Aeneas matri Eumenidum magnaeque sorori
Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.

Per quas Servius Noctem & Terram intelligit.

v. 433. *Corpora lanigerûm procumbunt lecta bidentum*] Universas inferorum victimas ἔντομα Orpheus vocat, non minus quam eas, quae in foederibus mactabantur: qui poeta χοὰς suas elegantissimis & iisdem pene, quibus noster Silius, versibus describit [in Argonaut. vers. 569.]

Φιτροὺς δ' ἄψα κόμιζον ἰδ' ἔντομα πορσύνοντες
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεκαίαθον, αὐτὰρ ἔγωγε
Ψυχὴν ἱλατάμην, σπένδων μειλίγματα χύτλων
Ὕδατί τ' ἠδὲ γάλακτι, μελισσορύτων ἀπὸ νασμῶν
Λοιβὰς συμπροχέων.

id est,

——— *tum stipite multo*
Ingentem struxere pyram, pecudumque suarum
Corpora nigra solo scrobibus stravere sub ipsis,
Placavique animam, laticemque undantis olivi,
Dulcia defunctis libamina, lacteaque umbris
Pocula, tum puras cineri suffundimus undas.

Lego autem, ut ex versione mea apparet, μελισσορύτοις ἅμα νασμοῖς, pro ἀπό. Deinde χύτλα *laticem olivi* reddidimus ex Grammaticorum mente, qui χύτλον ὑδρέλαιον esse volunt, quamvis pro λοιβαῖς simpliciter optime sumi possit. Antiquitas tamen & ἐλαιόσπονδα in mortuorum sacris agnoscebat. Prima enim, ut docet Porphyrius, fuerunt ὑδρόσπονδα, & tum temporis libationes has νηφάλια dicebant, cum vino carerent, quod & observat Orpheus. Eam aquam *arferiam* dicebant antiqui Romani, quam nimirum Diis inferis libabant mortuisque; quod & ad vinum postea transtulerunt, unde *Inferiae*. Secunda erant μελίσπονδα, quae & hic agnoscit Orpheus, quibus & ἐλαιόσπονδα Porphyrius addit. Omnium vero postremo coeperunt οἰνόσπονδα, quae ignorat Orpheus ille, utpote diligens antiquitatis affectator. unde in sacris Cretensium tabulis ita scriptum erat. Τὰ μὲν ἀρχαῖα τῶν ἱερῶν νηφάλια παρὰ πολλοῖς ἦν· νηφάλια δ' ἐστὶ τὰ ὑδρόσπονδα, τὰ δὲ μετὰ ταῦτα μελίσπονδα, &c. τέλος δ' ἐπὶ πᾶσι τὰ ὕστερον γεγονότα οἰνόσπονδα. Valeant igitur inepti Grammatici, qui Homericas χοὰς, νηφάλια esse volunt, cum non sine vino constent. Habes igitur ad unum omnia in Orpheo, quae in Silio, adeo ut ne βόθρον quidem praetermittat, quem Silius *effossam*, seu *refossam humum*, & nos *scrobem* cum Valerio Flacco diximus, quae erat inferorum Deorum altare. Festus, *Altaria sunt, in quibus ignis adoletur, altaria ab altitudine dicta sunt, quod antiqui Diis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant, Diis infernalibus in effossa terra.* quae verba ad intellectum Orphei, Homeri, Apollonii, Silii, Valerii Flacci, Horatii, & aliorum conducunt. D. HEINSIUS.

v. 434. *Fundunt mella super Bacchique & lactis honorem*] Interpretem Homeri manifeste hic agit Silius: versus, quem in animo habet, hic est [in Odyss. Λ. vers. 27.]

Πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ.

Vides eruditionem poetae: μελίκρατον per lac & mel vertit: nam & τῷ μελικράτῳ divinus ille Graecus & τὸ μέλι & τὸ γάλα, id est, mel & lac, complectitur. Didymus, μελικρήτῳ, τῷ μετὰ μέλιτος γάλακτι, quod opponitur antiquis Graecorum criticis, qui per melicratum μέλι καὶ ὕδωρ, id est, mel & aquam, intelligi credebant, & ejusmodi mixtionem fingebant. Praeterea, quod dixit Homerus χοὴν χεῖσθαι id Silius simpliciter *fundere* vertit, unde intelligimus profecto, MEL, LAC, & VINUM perfectam χοὴν effecisse. Audi Euripidem [in Orest. vers. 113.]

Καὶ λάβε χοὰς τάσδ', inquit, ἐν χεροῖν, κόμας τ' ἐμάς·
Ἐλθοῦσα δ' ἀμφὶ τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον,
Μελίκρατ' ἄφες γάλακτος, οἰνωπόν τ' ἄχνην.

Ubi vero sunt inepti homines, qui apud Homerum per *melicratum* mel & aquam intelligi volunt, cum Euripides illud μελίκρατον γάλακτος, id est, lac cum melle commixtum vocet? quod recte Scholiastes

Sta, juvenis; faciemque, Erebo quae surgit ab omni,
Exclamat vates, patere. accedentia cerno
Tartara, & ante oculos assistere tertia regna.
Ecce ruunt variae species, & quidquid ab imo
Natum hominum exstinctumque chao est. jam cuncta videbat,
Cyclopas, Scyllamque, & pastos membra virorum
Odrysiae telluris equos. contende tueri,
Eductumque tene vagina interritus ensem.
Quaecumque ante animae tendent potare cruorem,
Disjice, dum castae procedat imago Sibyllae.
Interea cerne, ut gressus inhumata citatos
Fert umbra, & properat tecum conjungere dicta:
Cui datur ante atros absumti corporis ignes,
Sanguine non tacto, solitas effundere voces.
Aspicit, & subito turbatus Scipio visu;

Quinam

liasses vertit τὸ ἀπὸ μέλιτος καὶ γάλακτος κεκραμένον. ubi tria illa Silii nostri habes, MELLA, BACCHIQVE, ET LACTIS HONOREM; nam, ut recte Hesychius, χοὴ illo loco ἡ τῶν νεκρῶν σπονδή est, libatio quae mortuis infundebatur, quam Aeschylus πέλανον in illo versu dixit, Χοηφόροις [vers. 89.] οὐδ' ἔχω τί φῶ χέουσα τόνδε πέλανον. Nam ibi πέλανος est πᾶν τὸ ἐπιθυόμενον, omneque, quod defunctis infunditur, ut recte monet Interpres ejus. Recte vero observant Graeci interpretes, χοὴν χεῖσθαι apud Homerum τρόπον ἐτυμολογίας esse, quale est illud apud Appulejum *atrum atrium*, & *omnicarpae caprae* apud Varronem. In Sophoclis autem Oedipode Coloneo prohibetur, ne vinum ταῖς χοαῖς addatur, quia fiebat ταῖς Ἐρινύσιν: ibi enim diserte cum quaereret Oedipus, qua re hydriam suam impleret ad sacram libationem, respondetur [vers. 472.]

Ὕδατος, μελίσσης· μηδὲ προσφέρειν μέθυ.

Sacra enim illarum Dearum nephalia erant, unde Erinnyas ἀοίνους θεὰς vocant Graeci. Apollonius Rhodius [lib. III. vers. 1209.] μειγάδας λοιβὰς dixit τὰν χοήν. ἐπὶ δὲ μιγάδας χέε λοιβὰς Βριμὼ κικλήσκων. quem de tota hac re consule lib. III. D. HEINSIUS. Thomas etiam Stanlejus ad Aesch. Eumenid. vers. 107. notat, in sacris Eumenidum vinum non adhiberi, ideoque hunc Silii locum caute legendum esse, & vel post *bidentum* vers. praeced. punctum ponendum, ut hic versus ad vers. 430. & 431. ubi sacrificium Plutoni & Proserpinae oblatum refertur, pertineat, vel Silii μνημονικὸν esse ἁμάρτημα.

v. 434. *Mella*] Ab hoc melle verbum est in mortuorum inferorumque sacris μελίσσεσθαι. quare miror summopere, lexicographos, (qui hoc tempore compositorum derivatorumque rationem habent) quo id referendum sit, dubitasse; quod vel unum illud Apollonii arguit [lib. III. vers. 1034.]

Μουνογενῆ δ' Ἑκάτην Περσηΐδα μειλίσσοιο,
Λείβων ἐκ δέπαος σιμβλήϊα ἔργα μελισσῶν.

Manifeste probat, nihil aliud esse μειλίσσεσθαι, quam μέλι in sacris mortuorum fundere. unde & μέλισσαι dictae mortuorum animae: felle enim vivis, melle mortuis faciebant antiqui, ut docet Porphyrius in antro Nympharum: nam mel, inquit, symbolum mortis est, quod vitam miseriis constare, mortem earum finem esse putarent, & μειλίχιοι θεοὶ sunt Dii infernales. Orpheus [in princ. Hymn.]

Καὶ χθόνιον αἶμαν, καὶ τὸ Στυγὸς ἀγλαὸν ὕδωρ,
Μειλιχίους τε θεούς.

& μελιτώδης Theocrito Inferorum Dea [Idyll. XV. vers. 94.]

Μὴ φύη μελιτῶδες, ὃς ἁμῶν καρτερὸς εἴη.

Sic apud Zosim. in Oraculo illo Sibyllino lib. II. Δαίμονες μειλίχιοι opponuntur τοῖς οὐρανίδαις· unde errant Interpretes, qui *mites Dii* reddunt.

Δαίμοσι μειλιχίοισιν ἱλάσματα, καὶ μακάρεσσιν
Οὐρανίδαις τάδε πάντα τεθηπαυρισμένα κεῖσθαι.

Perfectam autem ψυχαγωγίαν describit Silius, quod vel ex melle & lacte apparet, ut docet idem Porphyrius. D. HEINSIUS.

v. 434. *Bacchique & lactis honorem*] Vox *honor* ex περιττοῦ est. Sic apud Latinos *flos* saepe sumitur. Sic Plauto *flos vini veteris* vetus vinum est; quod Euripides οἴνου ἄχνην dixit; ἄχνη enim ibi vacat, ut hic *honor*, & *flos* apud Plautum. nam quorsum illae Interpretis ineptiae: ἄχνην λέγει οἰονεὶ κορυφήν. ὅταν γὰρ ἐπιχέηται ὁ οἶνος τῷ ἐκ μέλιτος καὶ γάλακτος κράματι, ἐπιπολαίως κεῖται. Dictum est enim eo modo, quo monuimus, ἄνθος enim saepe abundat apud Graecos, ut apud Latinos *flos*. Sic Pindar. μουσικᾶς ἐν ἀώτῳ, pro μουσικῇ dixit; sic ἄνθεα μέλεων sunt τὰ μέλη, & ἄνθεα ὕμνων παλαιοτέρων Pindaro eidem sunt veteres hymni. Sic ἄνθεμα χρυσοῦ φλέγει, Olymp. ῳδ' 2. Haec elegantiae summae. D. HEINSIUS. *honor* libamen est aut sacrificium. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 435. *Stat juvenis, faciemque* &c.] Corrupta

haec,

Quinam te, qui casus, ait, dux maxime, fessae
Eripuit patriae; cum tales horrida poscant
Bella viros? nec enim dextra concesserit ulli
Appius, aut astu. decimum lux retulit ortum,
Ut te, cum Capua remearem, vulnera vidi
Mulcentem, hoc uno maestum, quod adire nequires
Saucius ad muros, & Martis honore careres.
Contra quae ductor: Fesso mihi proxima tandem
Lux gratos Phaëthontis equos avertit, & atris
Aeternum demisit aquis. sed lenta meorum,
Dum vanos ritus, cura, & sollemnia vulgi
Exsequitur, cessat flammis imponere corpus,
Ut portet tumulis per longum membra paternis.
Quod te per nostri Martis precor aemula facta,
Arce, quae putres artus, medicamina, servant:

Daque

haec. Jacet poëtae mens, quae generosa est & magnifica. Scribe,

Sta, juvenis; faciemque, Erebo quae surgit in omni,
Exclamat vates, patere.

D. HEINSIUS. *Sta, juvenis*, scribendum, vel invitis membranis. Deinde *Erebo ab omni*, non *in omni*, ex scriptis exemplaribus & editis antiquitus. N. HEINSIUS. *in omni*, pro *ab omni*, primus Nicander in Juntina edidit.

v. 443. *Quaecumque ante animae* &c.] Ex Homeri Odyss. Λ. vers. 48.

Αὐτὰρ ἐγὼ, ξίφος ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Ἥμην, οὐδ' εἴων νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα
Αἵματος ἄσσον ἴμεν, πρὶν Τειρεσίαο πυθέσθαι.

Ast ego, gladium acutum stringens a femore, sedebam, neque sinebam mortuorum debilia capita ad sanguinem prope accedere, priusquam Tiresiam interrogassem.

v. 443. *Tendunt potare cruorem*] *tendent* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 444. *Disjice*] Coloniensis & Puteaneus *Dissice*. N. HEINSIUS. *Discite* editio Mediolanensis, & codex Oxoniensis. De voce *Dissice* supra vide ad libr. IX. vers. 538.

v. 445. *Gressus inhumata citatos Fert umbra*] Hic iterum Silius Homerum sequitur, apud quem in Odyss. Λ. vers. 51. Ulixi primum occurrit insepulti Elpenoris umbra.

v. 449. *Subito turbatur Scipio visu*] *turbatas* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 459. *Aeternum demisit aquis*] Perperam Colon. membranae *dimisit*. vide supra ad lib. XI. vers. 142.

v. 460. *Dum vanos ritus curat, & sollemnia vulgi Exsequitur*] Scribe *cura*, ita stabit versus, quomodo & excudi jussimus. D. HEINSIUS. *cura* quis non videt scribendum esse? cum alterum lex metrica non admittat. Aestuavit tamen in hoc loco Interpres. *cura* scripti codices & vetustae agnoscunt editiones. N. HEINSIUS. Dausquejus scribendum conjiciebat,

—— *sed lenta meorum*
Cura est, dum vanos ritus sollemnia vulgi
Exsequitur.

Sed minori mutatione, *cura*, pro *curat*, scribens, veram lectionem Illustrissimus Heinsius vindicavit, ut sit, *lenta cura meorum cessat corpus flammis imponere, dum vanos ritus & sollemnia vulgi exsequitur.* Et ita habent editiones Romana princeps, Mediolan. Juntina, Aldina, Gryphii, & Nutii. Marsus, forsitan operarum errore, *curat* primus dedit, idque nonnullis aliis editionibus inhaesit. Dempster. ad Rosin. lib. V. Antiq. Rom. cap. ult. huic loco ita se mederi posse putabat,

—— *sed lenta meorum*
Dum varios ritus, curam, & sollemnia vulgi
Exsequitur.

Atque ita quidem vitio metrico poëtam liberarit, sed sensum perdiderit. Non habet enim *τὸ lenta*, quo referri potest. Sed nec opus *vanos ritus* in *varios* mutare. Appius enim magnificos exsequiarum apparatus *vanos ritus* vocat, quod contentus esset, si cadaver suum, quocumque ritu fieret, quam primum terrae mandaretur, ut campos Elysios & loca beata intrare posset, unde inhumati diutissime arcebantur.

v. 464. *Arce, quae patriis artus, medicamina, servant*] Appii inhumata umbra Scipionem alloquitur, ac queritur de nimia suorum cura, & quantocius cremari rogat; itaque medicamina exotica arcere a cadavere orat. Scribe,

Arce, quae Phariis artus medicamina servant.

Aegyptiorum notissimas condituras deprecatur, ut quae consumi corpora non patiantur. Vult more Romano tumulari, aversatus omne genus, quod mox recensetur. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *patris* Coloniensis cum Parmensi editione, *patrios* Puteaneus. editio Veneta Marsi *patriis*; scribendum *putres artus*: idque vidit Interpres; sed ad alias conjecturas maluit confugere. adeo is etiam

Pppp caecutit,

Daque vago portas quamprimum Acherontis adire.
Tum juvenis: Gens o veteris pulcherrima Clausi,
Haud ulla ante tuam, quamquam non parva fatigent,
Curarum prior exstiterit. namque ista per omnes
Discrimen servat populos, variatque jacentum
Exsequias tumuli & cinerum sententia discors.
Tellure (ut perhibent) is mos antiquus Hibera,
Exanima obscoenus consumit corpora vultur.
Regia cum lucem posuerunt membra, probatum est
Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & a mensis exsanguem haud separat umbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virûm, & longum medicata reponit in aevum.
Quid, qui reclusa nudos Garamantes harena
Infodiunt?

caecutit, cum videat lucem. Lego praeterea, *quae putres artus medicamina servent*. Barthius, *quae Phariis artus*, ut ad conditoram Aegyptiorum respiciat Appius. sed non probo. N. HEINSIUS. *Arce, quaeque patris* editio Mediolanensis. nec aliter etiam Romana princeps, in qua tamen manu docta ad marginem emendatur *putris*, id est, putres. atque ita quoque Illustrissimus Heinsius *putres artus* scribendum conjecit. Scriptum olim fuit *putris artus*, quod in *patris*, ut in Colon. & Parm. libris legitur, facillime corrumpi potuit, idque in *patriis. putres artus* sunt, qui, nisi medicamentis servarentur, putri tabo & sanie liquerent. Infra vers. 486.

——— suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.

Auctor Octav. vers. 513.

Stillante sanie per putres vultus gravi.

Valer. Maxim. lib. VI. cap. ult. ex. ext. 5. *Putres ejus artus & tabido cruore manantia membra*. Dausquejus, praeterquam quod ei etiam Heinsii emendatio in mentem venerat, conjecit insuper *Urge*, pro *Arce*, vel, juncta utraque conjectura, *Urge, quae putres artus*, vel denique, *Arce, quae patrios artus*, ut Appius pater superfluam filiorum curam damnet.

v. 466. *Gens o veteris pulcherrima Claudi*] *Clausi* optime editio Veneta Marsi. lib. XVII. vers. 33.

Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen Claudia.

Plura secundis curis ad Nasonem Fastor. IV. vers. 305. Perperam *Dauni* in Puteaneo. N. HEINSIUS. Supra lib. VIII. vers. 414.

Ecce inter primos Therapnaeo a sanguine Clausi.

& lib. XV. vers. 550.

Clausorum decus, atque erepto maxima Romae Spes Nero Marcello.

Per *veterem Clausum* intelligit Silius Attam Clausum, Appium Claudium postea dictum, qui e Sabinis Romam migravit: e cujus progenie hic Appius erat, & tota Claudiorum familia originem habebat.

v. 468. *Namque ista per omnes Discrimen servat populos*] Forte, *nam justa per omnes Discrimen servant populos*. Paullo ante etiam fors reponendum, *Haud ulla ante mihi exstiterit*. vel, *animum quamquam non parva fatigant*. N. HEINSIUS.

v. 469. *Jacentum Exsequias*] Puto, *cadentum*. N. HEINSIUS. Nihil muto. *jacentum* est mortuorum. Ovid. Epist. II. Heroid. vers. 106.

Qui bene pro patria cum patriaque jacent.

Vide Passerat. & Brockhus. ad Propert. lib. I. eleg. VII. vers. 24.

v. 471. *Tellure (ut perhibent) is mos antiquus Hibera*] *Telluri Hiberae est mos* maluerim, quam *is mos*. N. HEINSIUS.

v. 473. *Regia cum lucem posuerunt membra*] Consule virum Amplissimum Gisbert. Cuperum I. Observ. cap. VIII.

v. 473. *Probatum est Hyrcanis adhibere canes*] *probatum est* νόμιμον. mortuos nimirum Hyrcani canibus objiciebant, ut Caspii vivos. Porphyr. in lib. περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς. Ὑρκάνιοι καὶ Βάκτριοι, οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶν παραβάλλουσι ζῶντας, οἱ δὲ τεθνεῶτας. D. HEINSIUS.

v. 475. *Claudit odorato post funus stantia saxo Corpora*] Aegyptii enim mortuos suos erectim statuebant. Herodotus [lib. II. cap. LXXXVI.] Ἐνθεῦτεν μὲν παραδεξάμενοί μιν οἱ προσήκοντες ποιεῦνται ξύλινον τύπον ἀνθρωποειδέα, ποιησάμενοι δὲ ἐσεργνῦσι τὸν νεκρὸν, καὶ κατακληΐσαντες οὕτω θησαυρίζουσιν ἐν οἰκήματι θηκαίῳ, ἱστάντες ὀρθὸν πρὸς τοῖχον. id est, *Recepto deinde mortuo consanguinei effigiem ligneam fabricandam curant in hominis figuram, sculptam cavatamque cui postea includunt mortuum, inclusumque hoc modo in reconditorio illo ad parietem erectum diligenter servant.* Ita enim vertendum erat, non, ut vulgo. Saxi tamen mentio apud Herodotum non fit, nisi ejus, quo loco cultri in condendis mortuis utuntur. Quare

Infodiunt? quid, qui saevo sepelire profundo
Exanimos mandant Libycis Nasamones in oris?
At Celtae vacui capitis circumdare gaudent
Ossa (nefas) auro, ac mensis ea pocula servant.
Cecropidae ob patriam Mavortis sorte peremtos
Decrevere simul communibus urere flammis.
At gente in Scythica suffixa cadavera truncis
Lenta dies sepelit, putri liquentia tabo.
Talia dum memorant, umbra veniente Sibyllae,
Autonoë, Finem hic, inquit, sermonibus adde
Alternis. haec, haec veri fecunda sacerdos:
Cui tantum patuit rerum, quantum ipse negarit
Plus novisse Deus. me jam comitante tuorum
Tempus abire globo, & pecudes imponere flammis.
At gravida arcanis Cymes anus attigit ore

Postquam

te non immerito suspicatus sum, legi optime posse,

Claudit odorato post funus flantia taxo,

id est, reconditorio, e taxo fabrefacto, & θηκαίῳ οἰκήματι, ut loquitur Herodotus. D. HEINSIUS. Mira & stupenda Aegyptiorum cura fuit in condendis cadaveribus, quae, ut quam diutissime superessent, omnis generis aromatibus & resina circumlinebant, ut Herodot. & Diodor. Siculus, ab aliis laudati, referunt. Ingens etiamnum eorum numerus in Aegypti harenosis locis ad Nilum haud procul urbe Kairo effoditur, ut testis oculatus refert scriptor egregius Petrus de la Valle parte I. Itiner. cap. XXV. *τὸ odorato saxo*, pro quo D. Heinsius *taxo* legit, an referri potest ad arcuatum opus, sub quo cadavera sepulta fuerunt, & in quod se descendisse refert modo laudatus De la Valle? Vir Celeberrimus Petrus Burmannus scribendum conjicit *odorato gypso*; Kircherus enim Aegyptios cadavera gypso induxisse ex Herodoto notat: vel emendat *odorata capsa*, ut arca lignea, in qua cadaver includitur, intelligatur.

v. 476. *A mensis exsanguem haud separat umbram*] Petron. in Satyr. cap. XXXIV. *Larvam argenteam attulit servus sic aptatam, ut articuli ejus vertebraeque laxatae in omnem partem verterentur.* ubi plura ad illustrationem hujus loci habent eruditi Interpretes.

v. 478. *Myrrhata reponit in aevum*] *mercata* Puteaneus, Coloniensis *medicata*. recte. malim etiam *reponere*. N. HEINSIUS. *mercata* etiam Oxoniensis cum priscis editionibus: Primus vero Marsus *myrrhata* edidit. illud si ex Msto habuit, omnino glossema putandum τοῦ *medicata*, quod optime ex Coloniensi vindicavit N. Heinsius.

v. 481. *Exanimes mandant*] *Exanimos mandant* ex scriptis. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. V. vers. 584.

v. 483. *Mensis ea pocula servant*] Vide Dempster. ad Rosin. III. Antiq. Rom. cap. XXX.

v. 484. *Cecropidae ob patriam* &c.] Athenienses illis, qui in proelio ceciderant, publicum sepulcrum extra urbem in Ceramico erigebant. Vide plura apud Meursium in Ceram. gem. cap. XXII. & XXIII. quibus adde locum Lesbonactis in Protrept. p. m. 210. Τίνες εὐκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες, ἢ οὕτω τελευτήσαντες; δημόσιον τάφου ἀξιοῦνται, θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται. *Quinam gloriosiores mortui, quam qui talem mortem occumbunt? in eorum decus publicum sepulcrum exstruitur, sacra iis fiunt.* &c.

v. 487. *Lenta dies sepelit*] *longa dies* eodem sensu dixit Ovid. in XIV. Metam. vers. 147.

Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat.

v. 491. *Quantum ipse negarit Plus novisse Deus*] Scribendum arbitror, *quanto ipse negarit.* BARTHIUS lib. VIII. Adverf. cap. VII. *quanto* Barthius. Forte, *quantum ipse negarit Praenovisse Deus.* N. HEINSIUS.

v. 494. *At gravida arcanis Cymes anus*] Sic acyrologiarum pater Nonnus, quamvis acutus alias, elegans, &, quod ad inventionem, divinus poëta, saepenumero loquitur, qui τὸ ἐγκύμον & ἔγκυον vulgo, ut Silius hic τὸ *gravida*, usurpat; quod nos aliquando imitati, cum versiculum illum, ab ipso praetermissum, Divi Johannis cap. VIII. eodem carminis filo redderemus, Καὶ πάλιν κάτω κύψας ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν: quod nos ita,

Ἀλλὰ θεοῦ γόνος ἰθὺς ἐπὶ χθονὸς ὄμματα πήξας
Ὧν ἑτάρων ἀπάνευθεν ἑὰς ἐλέλιξεν ὀπωπάς,
Καὶ ταχὺς ἐν κονίῃσιν ὁμόπλοκα δάκτυλα κάμψας
Ἄστατα κύκλα χάραξεν· καὶ αἰθέρος ἔγκυον ὀμφὴν
Χειρὸς ἀμαλδυντῆρι χερῶν ἐχαράξατο παλμῷ.

Quod nos fortasse magis Nonno, quam elegantiae, dedimus. Ceterum haec proponimus, ut videant studiosi & ab omni invidiae labe alieni, candidique animi, quid sit, ad omnium scriptorum ingenia se accommodare posse. Putamus enim grata haec fore eruditioribus, cum pauci sint, qui de

 his

Postquam sacrificum, delibavitque cruorem,
In decus egregiae vultus intenta juventae,
Aetherea fruerer cum luce, haud segniter, inquit,
Cymaeo populis vox nostra sonabat in antro.
Tunc te permixtum seclis rebusque futuris
Aeneadum cecini. sed non sat digna mearum
Cura tuis vocum. nec enim conquirere dicta,
Aut servare fuit proavis sollertia vestris.
Verum age, disce, puer, (quando cognoscere cordi est)
Jam tua, deque tuis pendentia Dardana fatis.
Namque tibi cerno properatum oracula vitae
Hinc petere, & patrios visu contingere manes.
Armifero victor patrem ulcisceris Hibero,
Creditus ante annos Marti, ferroque resolves
Gaudia Poenorum, & missum laetabere bello
Omen, Hiberiacis victa Karthagine terris.
Majus ad imperium post haec capiere, nec ante
Jupiter absistet cura, quam cuncta fugarit
In Libyam bella, & vincendum duxerit ipse
Sidonium tibi rectorem. pudet urbis iniquae,
Quod post haec decus hoc patriaque domoque carebit.
Sic vates, gressumque lacus vertebat ad atros.

Tum

his judicare, & carmen Graecum cum ea felicitate, quantam a nobis ipsis exigendam putamus, scribere possint. Aliud autem scimus Nonniace, aliud Homerice id praestare, in quo fortasse utroque doctorum de nobis exspectationi satisfiet suo tempore. meminimus autem haec ad literarum principem nos scribere. D. HEINSIUS. *Cymaea anus* in Puteaneo. Forte *Cymeias.* Mox, pro *In decus egregium*, scripti *In decus egregiae juventae.* N. HEINSIUS. Oxon. codex & Romana princeps ac Mediolan. editio *Crines avus*, aliae priscae editiones *Crines anus.* ut fortasse *Crines*, vel *Cymes anus* glossema sit τοῦ *Cymeias. Cymeias* autem eadem forma, qua *Nasamonias*, supra lib. II. vers. 117. ubi plura vide. Deinde *gravida arcanis*, ut *gravidus noxa* infra vers. 542.

Finitima huic noxa gravido & peccasse fatenti
Vasta pati populo.

Sic *gravidus curis*, aliaque similia. Vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 161.

v. 495. *Sacrificum delibavitque cruorem*] Nam, ut Tiresias Ulixi dicit apud Homer. Odyss. Λ. vers. 146.

Ὅντινα μέν κεν ἐᾷς νεκύων κατατεθνηώτων
Αἵματος ἄσσον ἴμεν, ὁ δέ τοι νημερτὲς ἐνίψει·
Ὧι δέ κ' ἐπιφθονέῃς, ὁ δέ τοι πάλιν εἶσιν ὀπίσσω.

Quemcumque quidem sines mortuorum defunctorum ad sanguinem prope accedere, ille tibi verum dicet: cui vero invidebis, ille tibi retro abibit. & vers. 95.

Αἵματος ὄφρα πίω, καί τοι νημερτέα εἴπω.

Sanguinem ut bibam, & tibi vera dicam.

v. 503. *Quando cognoscere cordi*] *quoniam* in Coloniensi, & *cordi est* in scriptis. N. HEINSIUS. Coloniensis codicis lectionem *quoniam* non probo: ea enim vulgatae lectionis glossa esse videtur, quae, olim ad marginem ascripta, postea in contextum irrepsit. nam *quando*, non adeo nota librariis significatione, hic nihil aliud est, quam quoniam. vide infra ad vers. 768.

v. 505. *Properatum oracula vitae*] *properatae* opinor. *properatim* in Puteaneo. Sed locus majoris indiget medicinae. Forte *Namque tibi tertum*, & in fine versus *oracula vistae.* N. HEINSIUS. Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii *properandum* conjecerat.

v. 511. *Majus ad imperium posthaec capiere*] *posthac* Coloniensis. *rapiere* etiam malim. N. HEINSIUS. Non male *rapiere* Illustrissimus Heinsius conjicit, ut eo verbo innuat Silius celeritatem, qua Scipio ante annos ad Consulatum, quem *majus imperium* vocat, evehetur. Frequenter ita errarunt librarii. vide infra ad lib. XV. vers. 659.

v. 513. *Et vincendum duxerit ipse Sidonium tibi rectorem*] *abduxerit*, ni fallor, vel *huc duxerit.* N. HEINSIUS.

v. 515. *Quod tu post decus hoc patriaque domoque carebis*] Ex scriptis,

Quod post haec decus hoc patriaque domoque carebit.

N. HEINSIUS.

v. 517.

Tum juvenis, Quaecumque datur fors durior aevi,
Obnitemur, ait: culpa modo pectora cessent.
Sed, te oro, (quando vitae tibi caussa labores
Humanos juvisse fuit) siste, inclita virgo,
Paullisper gressum, & nobis manesque silentum
Enumera, Stygiaeque aperi formidinis aulam.
Annuit illa quidem: sed, Non optanda recludis
Regna, ait. hic tenebras habitant, volitantque per umbras
Innumeri quondam populi. domus omnibus una.
In medio vastum late se tendit inane,
Huc, quidquid terrae, quidquid freta, & igneus aër
Nutrivit primo mundi genitalis ab aevo,
(Mors communis agit) descendunt cuncta: capitque
Campus iners, quantum interiit, restatque futurum.
Cingunt regna decem portae: quarum una receptat
Belligeros, dura Gradivi sorte creatos.
Altera, qui leges posuere atque inclita jura
Gentibus, & primas fundarunt moenibus urbes.
Tertia ruricolas Cereris, justissima turba
Quae venit ad manes, & fraudum illaesa veneno.
Exin, qui laetas artes vitaeque colendae
Invenere viam, nec dedignanda parenti

v. 517. *Tum juvenis*] *Dum* in Coloniensi. *Cum* puto. N. HEINSIUS.

v. 523. *Sed, non optanda recludis Regna, ais*] An *optanda recludis? recludes* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 524. *Hic tenebras agitant, volitantque per umbras Innumeri populi*] *habitant* in scriptis; & sic Interpres. in Puteaneo praeterea *per auras*, non *per umbras*. N. HEINSIUS. *habitant*, pro *agitant*, ex scriptis viri docti. *abitans* olim, omissa aspiratione, pro *habitant* scriptum erat, quod facili & prono errore in *agitant* corrupere. Ita in libris scriptis pari modo commutantur *agere* & *habere*: vide N. Heinsium ad Nason. III. Fastor. vers. 245. ut etiam *agilis* & *habilis*. vide eundem ad Nason. II. Metam. vers. 531. *habitans tenebras* autem, pro habitant loca tenebricosa. Deinde *auras*, pro *umbras*, Putean. codex. Pari modo & alibi in libris variant scribae. vide Bentlej. ad Horat. lib. I. od. XXII. vers. 18.

v. 526. *In medio vastum late se tendit inane* &c.] Pariter Senec. in Herc. Fur. vers. 673.

Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis,
In quae omne mersum pereat humanum genus.

v. 527. *Igneus aether*] *aër* in scriptis. Deinde illa per parenthesin legenda, *Mors communis agit*. N. HEINSIUS. Voces *aether* & *aër* saepe librarii confuderunt inter se. Ita Zinzerl. in promulf. Crit. cap. X. emendabat apud Statium in VI. Theb. vers. 357.

Parnasi summo spectabat ab aëre terras,

pro *aethere*, à quo tamen Barthius dissentit. Similia alia exempla ubique obvia sunt: vide supra lib. III. vers. 659. apud Pierium ad Maron. I. Aen. vers. 300. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vers. 1111. & N. Heinsium ad Ovid. IV. Fastor. vers. 5. *Aether* tamen, quod vocabulum quidam ab αἴθω *uro* deducunt, proprie *igneus* dicitur. supra lib. I. vers. 135.

——— *ruptoque polo micat igneus aether.*

ubi plura vide, ut & apud Lambin. ad Lucret. lib. V. vers. 500.

v. 532. *Dura Gradivi sorte creatos*] Forte *cruda sorte*. Sed vide supra vers. 484. N. HEINSIUS. Ita olim saepe peccarunt scriptores librarii. vide supra ad lib. VI. vers. 78. & infra ad lib. XVI. vers. 118. Fortassis tamen hoc loco nihil mutandum. *Dura* enim *Gradivi sorte*, ut *dura sors aevi* paullo anterius vers. 517.

Tum juvenis; Quaecumque datur sors durior aevi,
Obnitemur, ait.

dura sorte est adversa, parum felici: innuit enim Silius proelio interfectos, quos per primam portam ad inferos descendisse dicit.

v. 535. *Tertia ruricolas Cereris*] Ita haec distinguenda sunt. N. HEINSIUS. Olim distinctio male ante τὸ *Cereris* ponebatur.

v. 537. *Laetas artes Invenere*] Gratius in Cyneg. vers. 1.

Dona cano Divûm, laetas venantibus artes.

Carmina fuderunt Phoebo, sua limina servant.
Proxima, quos venti saevaeque hausere procellae,
Naufraga porta rapit; sic illam nomine dicunt.
Finitima huic, noxa gravido & peccasse fatenti,
Vasta patet populo. poenas Rhadamantus in ipso
Expetit introitu, mortemque exercet inanem.
Septima femineis reseratur porta catervis,
Humentes ubi casta fovet Proserpina lucos.
Infantum hinc gregibus, versasque ad funera taedas
Passis virginibus, turbaeque in limine lucis
Est iter exstinctae, & vagitu janua nota.
Tum, seducta loco, & laxata lucida nocte,
Claustra nitent, quae secreti per limitis umbram
Elysios ducunt campos. hic turba piorum,
Nec Stygio in regno, coeli nec posta sub axe:
Verum, ultra Oceanum sacro contermina fonti,
Lethaeos potat latices, oblivia mentis.
Extrema hinc, auro fulgens, jam lucis honorem

Sentit,

v. 542. *Finitima huic*] *hinc* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 544. *Mortemque exercet inanem*] *noctemque* Oxoniensis. recte. N. HEINSIUS. Ante oculos habeo, cum haec scribo, codicis Oxoniensis excerpta, & quidem duplicia: in neutris tamen notatum, eum librum hic *noctem* loco τοῦ *mortem* habere.

v. 546. *Liventes ubi casta fovet Proserpina lucos*] MS. *Viventes*. Et sane ea regio pro virginum coetu castior esse debet. Scribe *Lucentes lucos*. Claudianus,

—— sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii, lumenque videbis
Pulchrius.

BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *Umentes* Coloniensis, *Viventis* Puteaneus & Oxonius. *Uventes lucos* repone. Barthio placebant *Lucentes luci*, sed non persuadet. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem, nisi libri scripti aliud juberent, non mutarem. Poetae enim loca infera semper *liventia* fingunt. Supra lib. x. vers. 137. *vadis liventis Averni Demitti globus ille cupit.* Stat. I. Theb. vers. 55. *umbrifero Styx livida fundo.* Claud. I. de Rapt. Pros. vers. 22.

—— quos Styx liventibus ambit
Intersusa vadis.

pallentia etiam: supra vers. 408.

Tunc populos tibi regna suos pallentia mittent.

Severus in Aetn. vers. 77.

Atque inter cineres Ditis pallentia regna.

in lapide apud Gruter. pag. DCCCXLIII. inscr. 3.

PERSEPHONE. VOTIS INVIDIT. PALLIDA NOSTRIS.

Vide Brockhus. ad Tibull. lib. III. eleg. I. vers. 28. Nunc sive cum Coloniensi *Humentes*, sive cum N. Heinsio *Uventes lucos*, fortassis legendum.

v. 547. *Versas ad funera taedas Passim virginibus*] Faces nuptiales rogis datas in re feralissima. Exempla apud Ovidium & alios. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *versasque* scripti. Deinde legendum *Passis virginibus*. & sic Puteaneus. N. HEINSIUS. *Passis virginibus* etiam Oxon. codex cum editionibus Romana principe, Parmensi, Mediolanensi, & Marsi Veneta priore, qui etiam non aliter in Comment. habet; unde patet, in ejus Veneta posteriore & Parisina operarum errore *Passim* edi, indeque labem in reliquas editiones propagatam esse. Vult autem Silius, per hanc portam infantes intrare & virgines, etiam quae in ipso nuptiarum apparatu mortuae sunt, id enim indicat per *taedas ad funera versas*, ut supra lib. II. vers. 184. *taedaeque ad funera versae.* ubi vide Doctissimum Dausquejum. Ovid. Epist. XXI. Heroid. vers. 172.

Et, face pro thalami, fax mihi mortis adest.

Auctor Octav. vers. 595.

—— nubat his flammis meo
Poppaea gnato juncta, quas vindex manus
Dolorque matris vertet ad tristes rogos.

v. 554. *Verum, ultra Oceanum*] *ultra* hoc loco id est, quod πέραν, cum τὸ πέραν significat: aliter non sumo. Ita Silio constabit suae imitationis ratio; longitudinem enim designat, a qua non recedit in voce *Oceanus*; cum Homero Oceanus sit circulus ille, qui ea, quae supra terram, ab iis, quae sub ea, distinguit, ὁ κύκλος ὁ τὰ δύο ἡμισφαίρια ὁρίζων. D. HEINSIUS.

v. 554. *Sacro certamine fonti*] Videor reperisse mihi veram lectionem, eamque esse *sacro contermina fonti. certamine* certe illud hic plane otiosum est, aut potius nae sit turbandae sententiae Silianae.

Sentit, & admoto splendet ceu sidere lunae.
Hac animae coelum repetunt; ac, mille peractis,
Oblitae Ditem redeunt in corpora, lustris.
Has passim nigrum pandens Mors lurida rictum
Itque reditque vias, & portis omnibus errat.
Tum jacet in spatium sine corpore pigra vorago,
Limosique lacus: late exundantibus urit
Ripas saevus aquis Phlegethon, &, turbine anhelo
Flammarum resonans, saxosa incendia torquet.
Parte alia torrens Cocytos sanguinis atri
Vorticibus furit, & spumanti gurgite fertur.
At, magnis semper Divis regique Deorum
Jurari dignata palus, picis horrida rivo,
Fumiferum volvit Styx inter sulfura limum.
Tristior his Acheron sanie crassoque veneno
Aestuat, &, gelidam eructans cum murmure harenam,
Descendit nigra lentus per stagna palude.
Hanc potat saniem non uno Cerberus ore.

Haec

nae. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXVIII. *sacro contermina fonti* est vera lectio. ipsius Oceani *fonti*, qui γένεσις ἀνθρώποισι θεοῖσι, ultra quem nihil esse potest. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *contermina* ex scriptis; & sic Modius. Apage Interpretem. N. HEINSIUS. De voce *conterminus* vide supra ad lib. V. vers. 510. Dausquejus conjiciebat *sacro certamine fontis*. Sed perperam, ut jam Heinsius monuit.

v. 555. *Lethaeos potat latices oblivia mentis*] *turba potant*, non *potat*, in Puteaneo. N. HEINSIUS. Ita *globus invadunt*, pro *invadit*, supra restituit Illustrissimus Heinsius ad lib. XI. vers. 232. ubi plura vide. Imitatur autem Silius Maronem, qui pariter in VI. Aen. vers. 713.

—— animae, quibus altera fato
Corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam
Securos latices & longa oblivia potant.

v. 557. *Admoto sidere lunae*] Malim *admotae lunae*. N. HEINSIUS.

v. 558. *Mille peractis lustris*] *mille annos* dicit Virgil. in VI. Aeneid. vers. 748.

Has omnes, ubi mille rotam volvêre per annos
Lethaeum ad fluvium Deus evocat agmine magno;
Scilicet immemores supera ut convexa revisant.

ubi vide Cerdam.

v. 560. *Has passim*] *Hac* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 567. *Verticibus furit*] Ad marginem editionis Romanae principis, in qua est *Vecticibus* operarum errore, manu docta emendatur *Verticibus*. Vide supra ad lib. III. vers. 475.

v. 568. *Magnis semper Divis regique Deorum Jurari dignata palus*] Enarrat hoc Homeri commentum Chalcidius in Timaeum Platonis. *Thales, quem ferunt ante omnes naturalia secreta rimatum, cum initium rerum aquam esse dicat. Opinor ideo, quod omnem victum, quo usuntur, qui vivunt, humectum videret: in eadem sententia Homerus, cum Oceanum & Thetin dicat parentes esse geniturae, cumque jusjurandum Deorum constituat aquam, quam quidem ipse appellat Stygem, antiquitati tribuens reverentiam, & jurejurando nihil constituens reverentius.* Aliter de aqua Stygis Herodotus lib. VI. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII.

v. 573. *Acheron Descendit nigra lentus per stagna palude*] Immo non *lentus* Acheron est, si qua fides Senecae habenda in Herc. Fur. vers. 714.

At hic tumultu rapitur ingenti ferox,
Et saxa fluctu volvit Acheron.

qui paullo ante Stygem lentum describit vers. 712.

Alter quieto similis (hunc jurant Dei)
Tacente sacram devehens fluvio Styga.

v. 574. *Hanc optat saniem non uno Cerberus ore*] Dico hunc locum ex membranis in integrum restituendum videri,

Hanc potat saniem non uno Cerberus ore.

MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXVIII. *potat* scripti cum Parmensi editione. & sic Modius. pari modo scribendum apud Stat. Theb. IV. vers. 53.

Saevus honor fluvio: Stygias lustrare severis
Eumenidas perhibetur aquis, huc mergere suetas
Ora, & anhelantes poto Phlegethonte cerastas.

Ita optime vetustus codex. vulgati *tuto Phlegethonte*. N. HEINSIUS. *potat* etiam Romana princeps & Mediol. editio. Neque aliter legisse videtur Barthius ad Statii IV. Theb. vers. 486. ubi tamen librariorum errore *petat*, pro *potat*, editum est. Vulgatam scripturam Marso debemus, in cujus editione ea primum comparuit. Perperam pro ea pugnat

Haec & Tisiphones sunt pocula; & atra Megaera
Hinc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.
Ultimus erumpit lacrimarum fontibus amnis
Ante aulam, atque aditus, & inexorabile limen.
Quanta cohors, omni stabulante per atria monstro,
Excubat, & manes permixto murmure terret!
Luctus edax, Maciesque, malis comes addita morbis,
Et Maeror pastus Fletu, & sine sanguine Pallor,
Curaeque, Insidiaeque, atque hinc queribunda Senectus,
Hinc angens utraque manu sua guttura Livor,
Et deforme malum ac sceleri proclivis Egestas,
Errorque infido gressu, & Discordia gaudens
Permiscere fretum coelo; sed & ostia Ditis
Centenis suetus Briareus recludere palmis,
Et Sphinx, virgineos rictus infecta cruore,
Scyllaque, Centaurique truces, umbraeque Gigantum.
Cerberus hic ruptis peragrat cum Tartara vinclis,
Non ipsa Alecto, nec feta furore Megaera
Audet adire ferum, dum fractis mille catenis

Viperea

gnat Doctissimus Dausquejus.

v. 575. *Atra Megaera Hic sitit, ac nullo rabies exstinguitur haustu*] Ex membranis restituendum,

Hinc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.

MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXVIII. *Hinc sitit* scripti cum eadem Parmensi. & sic Modius. Idem *restinguitur*, pro *exstinguitur*. Puto,

——— *& atra Megaerae*
Hinc sitit, ac nullo rabies restinguitur haustu.

Atra Megaerae rabies hinc sitit. N. HEINSIUS. *Hinc sitit* etiam editio Romana princeps, Mediolanensis & Marsi Veneta prior, quod operarum errore in ejus posteriore interpolatum est. *restinguitur* autem, ut apud Maron. Ecl. V. vers. 47.

Dulcis aquae saliente sitim restinguere rivo.

Cicero II. de Finib. cap. III. *Estne, quaeso, inquam, sitienti in bibendo voluptas? Quis istud, inquit, possit negare? Eademne, inquam, quae restincta siti?*

v. 577. *Ultimus erumpit lacrimarum fontibus amnis*] Praeter Phlegethonta, Cocyton, Styga, & Acheronta, Silius aliud hic flumen agnoscit anonymum, quod lacrimarum fontibus erumpere dicit: sed in eo ab aliorum poetarum commentis discedit, qui, praeter quatuor modo memorata, partim flumina, partim paludes, quintum ignorant: quod vero Silius ei tribuit, plerumque de Cocyto praedicant. Ita Claudian. II. in Rufin. vers. 466.

Est locus, infaustis ubi conciliantur in unum
Cocytos Phlegethonque vadis; inamoenus uterque
Alveus; hic volvit lacrimas, hic igne redundat.

& I. de rapt. Proserp. vers. 86.

——— *presso lacrimarum fonte resedit*
Cocytos.

v. 579. *Quarta cohors omni stabulante per avia monstro Excubat*] Scribendum cum membranis,

Quanta cohors omni stabulante per atria monstro.

BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *per atria* recte Coloniensis. *vestibulum* dixerat Maro Aeneid. VI. vers. 273.

Vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci
Luctus & ultrices posuere cubilia Dirae.

Quanta cohors, pro *Quarta*, Barthius ex Oxoniensi. & sic Agrippinas. Malim etiam *terrent*. N. HEINSIUS. *Quanta cohors* etiam codex Puteaneus, ut excerpta Heinsiana testantur. Has pestes Erebi praeter Virgilium describit etiam Senec. in Herc. Fur. vers. 690. & Claudian. I. in Rufin. vers. 30. quos vide.

v. 588. *Excludere palmis*] *recludere* ex scriptis & Parmensi editione. pro *sed &*, Puteaneus *sedes*. N. HEINSIUS. *recludere* etiam editiones Romana princeps, Mediol. Marsi, Martini Herbipolensis, Juntina, Aldina, Gryphii & Nutii. *excludere* primus Wolfius Basileae edidit, quem reliqui secuti sunt.

v. 592. *Nec feta furore Megaera*] Codices Oxonius & Puteaneus *non feta furore.*

v. 595. *Dextera vasta comas nemorosaque brachia fundit Taxus*] *Dextrâ* ex scriptis. tum & *numerosaque brachia* malim. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *Dextrâ* ex scriptis vindicavit. atque ita manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendabatur. contra *Dextera*, pro *Dextra*, infra emendatum lib. XI. vers. 307. Deinde τὸ *nemorosaque brachia* non mutem cum Heinsio in *numerosaque*, quamvis librarii ita alibi peccare soleant. vide supra ad lib. IV. vers. 60. Ideo enim Silius *nemorosa brachia* dixit, quod tot effuderat ramos, ut sola nemoris instar foret; de quali arbore supra vide ad lib.

Viperea latrans circumligat ilia cauda.
Dextra vasta comas nemorosaque brachia fundit
Taxus, Cocyti rigua frondosior unda.
Hic dirae volucres, pastusque cadavere vultur,
Et multus bubo, ac sparsis strix sanguine pennis,
Harpyiaeque fovent nidos, atque omnibus haerent
Condensae foliis: saevit stridoribus arbor.
Has inter formas conjux Junonis Avernae,
Suggestu residens, cognoscit crimina regum.
Stant vincti, feroque piget sub judice culpae:
Circumerrant Furiae, poenarumque omnis imago.
Quam vellent numquam sceptris fulsisse superbis!
Insultant duro imperio non digna nec aequa
Ad superos passi manes: quaeque ante profari
Non licitum vivis, tandem permissa queruntur.
Tunc alius saevis religatur rupe catenis:
Ast alius subigit saxum contra ardua montis:
Vipereo domat hunc aeterna Megaera flagello.

Talia

lib. v. vers. 482. Hujus autem taxi meminit Senec. etiam in Herc. Fur. vers. 686.

Palus inertis foeda Cocyti jacet;
Hic vultur, illic luctifer bubo gemit,
Omenque triste resonat infaustae strigis;
Horrent opaca fronde nigrantes comae
Taxo imminente.

v. 597. *Pastusque cadavere vultur*] *cadavera* Puteaneus. sic *coluber mala gramina pastus*, apud Maron. Aeneid. II. *pasci silvas* Georg. III. Plura eodem libro vers. 528. diximus. Supra hoc libro habuimus vers. 440. *pastos membra virorum equos.* N. HEINSIUS. Virgil. in IV. Georg. vers. 181. *pascuntur & arbuta passim.* Senec. in Oedip. vers. 187. *sacer ignis Pascitur artus.* Ita *depasci.* Claudian. I. in Rufin. vers. 304. *primos pecudum depascitur artus.* Sed cum praeter Puteaneum alii omnes libri stent pro vulgata lectione, vix eam mutare audeo, praesertim cum Silius passim *sanguine*, *bitumine pastus* dicere amarit.

v. 600. *Nutat stridoribus arbor*] *saevit* in scriptis & editione Parmensi. & recte. lib. IV.

——— *& simul acer*
Vincentum lituos hinnitus saevit equorum.

latratus canum saevit in auras apud Maron. Aeneïd. IV. apud Valer. Flacc. lib. IV. vers. 455. ex vetustis membranis, *Saevit acerbus odor.* ubi plura. N. HEINSIUS. *saevit* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, omnesque aliae ante Juntinam, in qua primus Nicander antiquam lectionem in *nutas* mutavit.

v. 602. *Suggestu residens*] *Suggesto* Puteaneus. Mox, pro *feroque piget sub judice culpae*, elegantius sit, si reponas, *feraeque culpae.* N. HEINSIUS.

v. 606. *Insultant duro imperio*] Senec. in Herc. Fur. vers. 737.

Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeja manu
Scindi tyranni.

v. 606. *Non digna nec aequa Ad superos passi manes*] *non digna*, est crudelia, foeda, quae non meruerant. Terent. Eun. act. v. sc. IV. vers. 24.

Quae futura exempla dicunt in eum indigna.

ubi vide Donatum. Auctor Ceir. vers. 310.

Verum haec tum nobis gravia atque indigna fuerunt.

ubi adi Illustrissimum Scaligerum. *Ad superos* autem est apud superos, cum adhuc viverent. Virgil. in VI. Aen. vers. 481.

Hic multum fleti ad superos, belloque caduci
Dardanidae.

Caesar III. belli Gall. cap. IX. *Legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos abs se.* Sic in Mstis Gottorp. Vossiano & Egmondano, quorum excerpta penes me sunt, scriptum notatur. vulgo *apud omnes nationes* editur. Livius lib. VII. cap. VII. *Neque segnius ad hostes bellum apparatur.* ad quem locum videndus est ὁ πάνυ Gronov. ut & IV. Observ. cap. VI. etiam Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. XXV. vers. 53.

v. 610. *Perque ardua montis*] *contra ardua montis* scripti & priscae editiones. Probe. refer ad Sisyphi saxum. N. HEINSIUS. Male jam in Romana principe & Mediolanensi editione aliisque vulgatam lectionem inveni.

v. 611. *Aeterna Megaera*] Lege *alterna Megaera.* N. HEINSIUS. Ita saepe lapsi sunt indocti librarii, ut infra docui ad lib. XV. vers. 229. Hic tamen nihil muto. Nam *domat aeterna Megaera* positum, pro Megaera aeternum, semper domat.

Talia letiferis restant patienda tyrannis.
Sed te maternos tempus cognoscere vultus,
Cujus prima venit non tardis passibus umbra.
Astabat fecunda Jovis Pomponia furto.
Namque, ubi cognovit Latio surgentia bella
Poenorum, Venus, insidias anteire laborans
Junonis, fusa sensim per pectora patrem
Implicuit flamma. quae ni provisa fuissent,
Sidonia Iliacas nunc virgo accenderet aras.
Ergo ubi gustatus cruor, admonuitque Sibylla,
Et dedit alternos ambobus noscere vultus,
Sic juvenis prior: O, magni mihi numinis instar,
Cara parens, quam, te ut nobis vidisse liceret,
Optassem Stygias vel leto intrare tenebras.
Quae sors nostra fuit, cui te, cum prima subiret,
Eripuit sine honore dies, & funere carpsit?
Excipit his mater: Nullos, o nate, labores
Mors habuit nostra: aethereo dum pondere partum
Exsolvor, miti dextra Cyllenia proles

Imperio

Lucan. lib. v. vers. 101.

Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.

id est, aeternum conditus mole Inarimes. vide supra ad lib. III. vers. 36.

v. 612. *Talia letiferis restant patienda tyrannis*] *faciferis* Puteaneus, pro *fatiferis*. Sic *fatifer ensis* apud Nasonem XII. Metam. vers. 491. pro letifero. N. HEINSIUS. Supra lib. I. vers. 640. *nostroque in Marte tenete Fatiferae juvenem dextrae.* lib. II. vers. 116.

Namque ut fatiferos converti prospicit arcus.

Ita *fatum* & *fatalis* apud Silium aliosque passim pro leto & letali. *fatum* etiam ac *letum* in libris priscis interdum inter se commutantur. vide N. Heinsium ad Claud. II. in Rufin. vers. 19. & ita apud Lucan. lib. v. vers. 518. plures codices scripti habent, *quos jam tangit vicinia leti*, cum vulgo recte edatur *vicinia fati*. Sed nihil hoc loco mutandum. quin nec Puteaneum codicem quidquam variasse existimo; sed credo properantia lapsum esse Illustrissimum Heinsium, qui in eo *faciferis* fuisse scribit. In exemplari enim, ad quod variantes Mstorum lectiones annotavit; quatuor priores literas vocis *letiferis* subducta virgula notavit, sed atramento nigerrimo: quam ob caussam nescio, nisi fortasse, quod id vocabuli aliquid vitii alere videretur, de quo ulterius sibi cogitandum erat, ut passim facere solebat: deinde totidem etiam literas vocis *patienda* notarat, sed atramento dilutiori, & ei, quo praecedentia ac sequentia hujus codicis excerpta exarata sunt, simillimo, eodemque atramento in margine ascripsit *faci*, non ut *faciferis* pro *fatiferis*, sed ut *facienda* pro *patienda* in eo codice fuisse indicaret.

v. 615. *Fecunda Jovis Pomponia furto*] Pluribus hanc fabulam refert Gellius VII. Noct. Attic. cap. I. eoque saepissime Silius allusit, dum Scipionem nunc *veram Jovis sobolem* vocat, ut lib. IV. vers. 478. nunc *è furto genitum* lib. VII. vers. 487. nunc denique tonitrua *patrium* Scipionis *signum* dicit lib. XV. vers. 148. Porro memoria Doctissimo Dausquejo imposuit, dum infra ad vers. 628. & in Orthogr. part. II. voce *Marcius*, Scipionis Africani matrem *Marciam* vocat, quam Silius hic aperte *Pomponiam* nominat. Videtur autem Pomponiam Scipionis matrem confudisse cum Marcia Reguli minoris matre, de qua multa habet Silius in libro VI.

v. 620. *Sidonia Iliacas*] *Sidonis* malim. N. HEINSIUS.

v. 628. *Nullos, o nate, labores Mors habuit nostra*] Secundum Silium itaque Pomponia, postquam pepererat Scipionem, qui deinde Africanus dictus est, exstincta fuit. Et ita etiam Solin. à Dausquejo laudatus, ac Plin. VII. Hist. Nat. cap. IX. Hinc sequitur, matrem Publii & Lucii Scipionum, cujus meminit Polyb. in excerpt. lib. X. cap. IV. Publii novercam, &, ut conjicio, Lucii matrem fuisse. Publius enim natu major erat, quam Lucius, ut omnes historici testantur. Sic Cicer. orat. XI. Philipp. cap. VII. *Surrexit P. Africanus, frater major L. Scipionis, & illam ignominiam familiae deprecatus est.* Vide Valer. Max. lib. V. cap. V. ex. I. Nondum tamen in loco Polybii mihi satisfacio. Mater enim rationem dat, cur putet, Publium non ausurum cum fratre Lucio aedilitatem petere, *καὶ γὰρ ἦν κομιδῇ νέος, nam admodum juvenis erat.* at tanto magis haec ratio Lucio Scipioni obstitisset, si minor natu fuisset.

v. 629. *Aethereo dum pondere partu Exsolvor*] *aetheres*

Imperio Jovis Elyſias deduxit in oras;
Attribuitque pares ſedes, ubi magna moratur
Alcidae genetrix, ubi ſacro munere Leda.
Verum age, nate, tuos ortus, ne bella paveſcas
Ulla, nec in coelum dubites te tollere factis,
Quando aperire datur nobis, nunc denique diſce.
Sola die caperem medio cum forte petitos
Ad requiem ſomnos, ſubitus mihi membra ligavit
Amplexus, non ille, meo veniente marito,
Aſſuetus facilisque mihi: tum luce coruſca,
Implebat quamquam languentia lumina ſomnus,
Vidi (crede) Jovem. nec me mutata fefellit
Forma Dei, quod, ſqualentem converſus in anguem,
Ingenti traxit curvata volumina gyro.
Sed mihi poſt partum non ultra ducere vitam
Conceſſum. heu, quantum gemui, quod ſpiritus ante,
Haec tibi quam noſcenda darem, diſceſſit in auras!
His alacer colla amplexu materna petebat:
Umbraque ter fruſtra per inane petita fefellit.
Succedunt ſimulacra virûm concordia, patris

Unanimique

therei partus, ni fallor, nam *pondere partus* in Puteaneo. Sed in Colonienſi elegans Graeciſmus, *aethereo dum pondere partum Exſolvor*. quod ab editione Parmenſi confirmatur. N. HEINSIUS. Vulgata ſcriptura, niſi aliud vellet optimus codex, recte per appoſitionem defendi poſſet, ut partum vocet *pondus aethereum*. ita *pondus* eſt apud Ovid. Epiſt. XI. Heroid. verſ. 37.

Jamque tumeſcebant vitiati pondera ventris.

Propert. lib. IV. eleg. I. verſ. 96.

Et facerent uteri pondera lenta moram.

ubi plura exempla habet Paſſeratius. Eo ſenſu *onus* eſt apud Phaedr. lib. I. fab. XVIII.

Onus naturae melius quo deponeret.

ad quem locum videndi ſunt docti Interpretes. Sed cum Colonienſi libro faciunt etiam manuſcriptum Oxonienſe & editio Mediolanenſis & Marſi Veneta prior: neque aliud inveni in Romana principe, ubi tamen a viro docto, pro *Exſolvero*, ut mendoſe editur, in margine emendatur, *aethereo dum pondere partum Exſolvo*. Vulgatam lectionem primum operae dederunt in Marſi Veneta poſteriore.

v. 631. *Deduxit ad oras*] *in oras* ſcripti. N. HEINSIUS.

v. 633. *Ubi ſacro munere Leda*] *numine* Puteaneus; an *limine*? N. HEINSIUS. Nihil mutandum. Solent enim perſaepe librarii voces *munere* & *numine* inter ſe confundere. vide ſupra ad lib. VIII. verſ. 233.

v. 635. *Nec in coelum dubites te tollere factis*] *te attollere* in Puteaneo: ut ſupra verſ. 224. *crudoque aliqua ſe attollere facto*: quomodo illic ſcribendum eſſe monui. lib. XII. verſ. 410.

Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu,
Attolletque duces coelo.

libro primo tamen, *coelo ſe gloria tollit Aeneadum*. Mox, *aperire datur, nobiſcum denique diſce* in Colonienſi. N. HEINSIUS. Praeter Puteaneum omnes alii libri in vulgatam lectionem conſtanter conſpirant.

v. 637. *Sola die caperem media*] *medio* ſcripti. N. HEINSIUS. Alterum tamen magis amant poëtae, teſte Broekhuſ. ad Propert. III. eleg. IX. verſ. 50.

v. 640. *Luce coruſca*] *coruſcas* Colonienſis. *coruſcans* puto. N. HEINSIUS.

v. 643. *Squalentem converſus in anguem*] Vide Gellium VII. Noct. Attic. cap. I. In anguem etiam converſus fuit Jupiter, cum rem haberet cum Proſerpina, Semele, & Alexandri Magni matre Olympiade. Vide Dempſt. ad Roſini II. Antiq. Rom. cap. V.

v. 649. *Umbraque ter fruſtra per inane petita fefellit*] Silius imitatur Virgilium, apud quem Aeneas, patris mortui umbram obviam complecti cupiens, pariter ter deluſus eſt, in VI. Aen. verſ. 700.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra compreſſa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.

Ipſe autem Virgilius Homerum expreſſit, ut ibi Urſin. docuit.

v. 650. *Succedunt ſimulacra virûm concordia*] Quia *Unanimi* mox ſubjungitur, ne bis idem dixerit, malo *ſimulacra conſortia*. N. HEINSIUS. Vide ſupra ad lib. IV. verſ. 100. Recte vero *ſimulacra*. No-

 tant

Unanimique ſimul patrui. ruit ipſe per umbram,
Oſcula vana petens, juvenis, fumoque volucri
Et nebulis ſimiles animas apprendere certat.
Quis te, care pater, quo ſtabant Itala regna,
Exoſus Latium Deus abſtulit? hei mihi! nam cur
Ulla fuere adeo, quibus a te ſaevus abeſſem,
Momenta? oppoſito mutaſſem pectore mortem.
Quantos funeribus veſtris gens Itala paſſim
Dat gemitus! tumulus vobis, cenſente Senatu,
Mavortis geminus ſurgit per gramina campo.
Nec paſſi plura, in medio ſermone loquentis
Sic adeo incipiunt. prior haec genitoris imago:
Ipſa quidem virtus ſibimet pulcherrima merces,
Dulce tamen venit ad manes, cum gratia vitae
Durat apud ſuperos, nec edunt oblivia laudem.
Verum age, fare, decus noſtrum, te quanta fatiget
Militia. heu, quoties intrat mea pectora terror,
Cum repeto, quam ſaevus eas, ubi magna pericla
Contingunt tibi! per noſtri, fortiſſime, leti
Obteſtor cauſſas, Martis moderare furori.
Sat tibi ſint documenta domus. octava terebat
Arentem culmis meſſem crepitantibus aeſtas,

Ex

tant enim viri docti ita dici illud, quod mortuo homine inferos petit, & *imago* etiam vocari ſolet. vide Broekhuſ. ad Propert. lib. I. eleg. XIX. verſ. II. & quae ſupra notavi ad lib. X. verſ. 289.

v. 654. *Queis te, chare pater, quo ſtabant Itala regna.*] Omnino legendum *Quis te*, quis Deus te abſtulit? Deinde, pro *quo ſtabant*, Colonienſis codex *quod ſtabant*, Mediol. editio *cum ſtabant*. Sed nihil mutandum.

v. 655. *Exoſus Latio*] *Latium* ſcripti. N. HEINSIUS.

v. 657. *Oppoſito mutaſſem pectore mortem*] Eodem modo nempe, ut ſupra Harpe fecit, cum ſpicula in Asbyten dirigi videret, lib. II. verſ. 116.

Namque, ut fatiferos converti proſpicit arcus,
Oppoſito procul inſidiis Naſamonias Harpe
Corpore praeripuit letum.

Reſpicit autem Silius ad pugnam ad Ticinum, ubi Scipio filius patrem vulneratum praeſenti mortis periculo eripuit. vide ſupra lib. IV. verſ. 456.

v. 659 *Cenſente Senatu Mavortis geminus* &c.] Alludit Silius ad morem Romanorum, qui interdum viros illuſtres ex auctoritate Senatus in campo Martio ſepeliendos decernebant. vide Kirchmann. II. de Funer. Rom. cap. XXV.

v. 661. *Nec paſſi plura in medio.*] *Nec paſſi plures medio* Colonienſis. Scribe,

Nec paſſi plura, & medio ſermone loquentis.

N. HEINSIUS.

v. 663. *Ipſa quidem virtus* &c.] Omnium ſententiarum in hoc poëta numeroſiſſima eſt haec his tribus verſibus, quam nemo feliciſſimorum poëtarum rotundius, Latinius, nervoſius, ſapientius umquam extulerit. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. Vide eundem Barthium ad Claudiani Paneg. Mall. Theod. verſ. I.

v. 664. *Cum gloria vitae Durat apud ſuperos, nec edant oblivia laudem*] *gratia vitae* in ſcriptis: ut apud Maronem,

——— *quae gratia curruum*
Armorumque fuit vivis, quae cura nitentes
Paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos.

N. HEINSIUS. Pacuvius in Dulor. apud Nonium voce *Nobile*. *Hiccine is eſt, quem famae gratia ante omnes nobilitat viros?* τὰ *gratia* & *gloria* ſaepe confuderunt librarii. vide Ciaccon. & Urſin. ad Salluſtii bell. Catil. cap. I. & N. Heinſium ad Naſon. II. Triſt. verſ. 91. Sed & vulgatum magno ſe auctore tuetur. Ita enim Cic. in V. Philipp. cap. XIII. *Neque enim ullam mercedem tanta virtus praeter hanc laudis gloriaeque deſiderat.* ubi pariter laus & gloria virtutis merces dicitur, quemadmodum hic apud Silium. Deinde priſcae editiones habent *duret* & *edant*, pro *durat* & *edunt*.

v. 670. *Obteſtor cauſſas*] *cauſſa* Colonienſis. Opinor *cauſſam*. N. HEINSIUS.

v. 671. *Sat tibi ſunt documenta domus*] *ſint* in Colonienſi, ut apud Propertium,

Sat tibi ſint noctes, quas de me, Paulle, fatiges.

N. HEINSIUS. Colonienſis libri ſcripturam non damno:

Ex quo cuncta mihi calcata, meoque subibat
Germano devexa jugum Tartessia tellus.
Nos miserae muros & tecta renata Sagunto,
Nos dedimus Baetin nullo potare sub hoste.
Nobis indomitus convertit terque quaterque
Germanus terga Hannibalis. pro barbara numquam
Impolluta fides! peterem cum victor adesum
Cladibus Hasdrubalem; subito venale, cohortes
Hispanae, vulgus, Libyci quas fecerat auri
Hasdrubal, abrupto liquerunt agmine signa.
Tunc hostis socio desertos milite, multum
Ditior ipse viris, spisso circumdedit orbe.
Non segnis nobis nec inultis, nate, peracta est
Illa suprema dies, & laude inclusimus aevum.
Excipit inde suos frater conjungere casus.
Excelsae turris post ultima rebus in arctis
Subsidium optaram, supremaque bella ciebam.
Fumantes taedas, ac lata incendia passim,
Et mille injecere faces. nil nomine leti
De Superis queror. haud parvo data membra sepulcro
Nostra cremaverunt in morte haerentibus armis.
Sed me luctus habet, geminae ne clade ruinae

damno: ceteroquin & vulgatum tueri possem loco Silii lib. VI. vers. 121.

Sat tibi, sat magna & totum vulgata per orbem
Stant documenta domus.

v. 674. *Tartessia tellus*] Alii *Tarthesia*, vel *Tharsesia*; Romana princeps & Mediolan. editio *Carthesia*; Putean. codex *Carchesia*: unde legendum conjici posset *Carteia*, vel *Carpesia*, de quo Heinsium vide ad Nason. XIV. Metam. vers. 416. ubi MSta pariter variant. Sed optimi libri constanter stant pro recepta lectione. Infra lib. XV. vers. 5. *in Tyrias ne jam Tartessia leges Concedat tellus.*

v. 679. *Adesum Cladibus Hasdrubalem*] Id est, fractum, debilitatum, minutum viribus. sic passim labor vel cura dicitur *edere*, *adedere*, *exedere*, quem consumit ac frangit. vide Illustrissimum Heinsium ad Nason. XIV. Metam. vers. 208. & ad Valer. Flacc. lib. V. vers. 365.

v. 681. *Libyco quas fecerat auro*] MS. *Libyci quas fecerat auri.* Atque ea vera scriptura videtur. mancipaverat illas auro Poenus. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. In scriptis eleganter, mehercules, *Libyci quas fecerat auri.* vidit id etiam ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS.

v. 685. *Nate peracta*] *peracta est* ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 686. *Et laude inclusimus aevum*] Opinabar, *& laudi indulsimus aevum.* N. HEINSIUS. Nihil muto. *inclusimus* enim positum pro simplici *clausimus*. *claudere* autem est finire. supra lib. VI. vers. 325.

—— *socios, ubi concava saxa*
Claudebant, vertit subito certamine Grajus.

lib. XV. vers. 655.

At contra Nero: quid cessas clusisse labores
Ingentis belli?

Ovid. in III. Fastor. vers. 383.

Mamurius, morum fabraene exactior artis
Difficile est, illud, dicere, clausit opus.

includere pro finire est apud Propert. lib. II. eleg. XII. vers. ult.

Forsitan includet crastina fata dies.

ubi vide Passeratium, & Gronov. ad Senec. Epist. XII. *excludere* dixit Statius praefat. lib. II. silvar. *Excludit volumen Genethliacon Lucani.* Si quid mutandum, malim *at laude inclusimus aevum*, vel *sed laude.* non segniter, inquit, eo die rem gessi, sed cum laude fortiter pugnans vitam finivi.

v. 689. *Subsidium optaram turris*] Maroniano verbo, ad quem copiose Aeneid. I. vers. 552. *optare* pro eligere. N. HEINSIUS. Sic & Livius lib. VI. cap. XXV. *Permissoque, ut ex collegis optaret, quem vellet, contra spem omnium L. Furium optavit.* Petron. in Satyr. cap. CXXII.

Haec ubi calcavit Caesar juga milite laeto,
Optavitque locum.

v. 693. *Membra Nostra cremaverunt in morte haerentibus armis*] *haerentibus armis* Homer. [Odyss. Λ. vers. 74.] *σὺν τεύχεσιν*, ubi hunc ritum tangit: cujus integer fere versus à Silio nostro versus.

Ἀλλά με κακκῆαι σὺν τεύχεσιν ὅσσα μοι ἐστιν.

Cesserit affusis oppressa Hispania Poenis.
Contra quae juvenis turbato fletibus ore:
Dî, quaeso, ut merita est, dignas pro talibus ausis
Karthago expendat poenas. sed continet acres
Pyrenes populos, qui, vestro Marte probatus,
Excepit fessos, & notis Marcius armis
Successit bello. fusos quoque fama ferebat
Victores acie, atque exacta piacula caedis.
His laeti rediere duces loca amoena piorum:
Prosequiturque oculis puer adveneratus euntes.
Jamque aderat multa vix agnoscendus in umbra
Paullus, & epoto fundebat sanguine verba:
Lux Italûm, cujus spectavi Martia facta,
Multum uno majora viro, descendere nocti,
Atque habitanda semel subigit quis visere regna?
Cui contra tales effundit Scipio voces:
Armipotens ductor, quam sunt tua fata per Urbem
Lamentata diu! quam pene ruentia tecum
Traxisti ad Stygias Oenotria tecta tenebras.

Tum

Notum enim ex eodem est, ut arma cum militibus, sic singula cum singulis artis suae instrumenta cremari solita, & Iliad. Z. vers. 418.

Ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσι δαιδαλέοισι.

quos Silii versus nos, si Tragoediam Graecam scriberemus, hoc modo reddendos putaremus.

Οὐ τοῦ πλούτου σῶμα μὴν τύμβον τάφον
Ἔκρυψεν, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὶν πεφυκότα
Ζῶντι τεύχη κοίν' ἐμοὶ συνεμπέλουν.

Tragicis enim *τὸ οὐκ ἐπὶν* est, quod Silius *non parvum*, & deinde *κοίν' ἐμοὶ* est, quod vulgaris lingua diceret *σὺν ἐμοί*. neque aliter hoc apud Tragicos accipiendum. Sic apud perfectum poëtam Sophoclem Ajax inquit, vers. 578.

Τὰ δ' ἄλλα τεύχη κοίν' ἐμοὶ τεθάψεται,

de eodem ritu, de quo hic agimus. At quotusquisque est, qui haec stili discrimina & elegantias observat? D. HEINSIUS *in Martem hortantibus armis* Puteaneus. N. HEINSIUS. Optime, docuit Dan. Heinsius, vir eruditissimus, alludere Silium ad ritum in funeribus usitatum, ut quemadmodum in aliorum crematione vel artis suae instrumenta, vel honoris insignia, sic in rogum viri fortis arma ejus injicerentur. Supra lib. x. vers. 562. in funere Paulli Aemilii Consulis,

—— superaddita dona,
Funereum decus, expertus invisus & ensis,
Et clipeus, terror Nomadum, atque insigne superbum
Tum laceri fasces, captaeque in Marte secures.

lib. xv. vers. 390. in funere Marcelli,

—— tum tura, dapesque,
Et fasces, clipeusque, viri pompa ultima, fertur.

Verba sunt Donati ad Maron. VI. Aen. vers. 217. *Virorum fortium arma & cetera, quae charissima haberent, cum ipsis consumebant.* Vide Kirchmann. III. de Funer. cap. V. Voluit itaque Silius, non habere Cn. Scipionem, ut de Diis queratur, utpote quorum numine factum, ut splendidissimas exequias consecutus sit: turrim enim ipsi pro rogo fuisse, simulque eum eo arma & quaecumque chara habebat, combusta esse.

v. 698. *Karthago expendat poenas*] *expendat* est pendat. Compositio enim Silius pro simplici usus est. vide supra ad lib. VI. vers. 587.

v. 700. *Et notis Martius armis*] Lege *Marcius*. N. HEINSIUS Haud aliter scribunt vetusti hujus gentis denarii, & nonnulli lapides antiqui. vide supra ad lib. VI. vers. 575. Doctissimus Dausquejus, qui Orthogr. parte II. in hac voce recte *Marcius* scribendum monuit, hic tamen perperam *Martius* edidit.

v. 708. *Descendere nunc te*] Lego, quidquid delirent quidam nugivenduli, *descendere nocti. nocti* dixit pro ad noctem, id est, ad tenebrosa Tartari loca. Sic apud Virgilium legitur, *It clamor coelo*; & Ovidium, *Praecipitatur aquis.* MODIUS Novant. Lect. Epist. LXXVIII. *nocti* bene ex Coloniensi Modius: in Puteaneo *nosti*. N. HEINSIUS. *nosti* etiam Oxonienses membranae. sed vere viri docti *nocti* ex libro Coloniensi probarunt. passim autem *nox* & *nox aeterna* pro locis inferis, quod perpetuis tenebris obsita fingantur. Virgil. in Culic. vers. 273.

Desessasque domos, ac Tartara nocte cruenta
Obsita.

Senec. Epist. LXXXII. *Descriptus est carcer infernus, & perpetua nocte oppressa regio.* in Herc. Fur. vers. 610.

—— noctis

Tum tibi defuncto tumulum Sidonius hoſtis
Constituit, laudemque tuo quaeſivit honore.
Dumque audit lacrimans hoſtilia funera Paullus,
Ante oculos jam Flaminius, jam Gracchus, & aegro
Abſumtus Cannis ſtabat Servilius ore.
Appellare viros erat ardor, & addere verba:
Sed raptabat amor priſcos cognoſcere manes.
Nunc meritum ſaeva Brutum immortale ſecuri
Nomen, nunc Superos aequantem laude Camillum,
Nunc auro Curium non umquam cernit amicum.
Ora Sibylla docet venientum, & nomina pandit.
Hic fraudes pacis Pyrrhumque a limine portae
Dejecit, viſus orbus. tulit ille ruentem
Thybridis in ripas regem, ſoluſque revulſo
Pone ferox ponte excluſit redeuntia regna.
Si tibi dulce virum, primo qui foedera bello
Phoenicum pepigit, vidiſſe; hic inclitus ille
Aequoreis victor cum claſſe Lutatius armis.
Si ſtudium & ſaevam cognoſcere Hamilcaris umbram;

Illa

—— *noctis aeternae chaos,*
Et nocte quiddam gravius, & triſtes Deos.
in Hippol. verſ. 221.
Adiis ſilentem nocte perpetua domum.
verſ. 835.
Tandem profugi noctis aeternae plagam.
in Oed. verſ. 343.
Ipſe evocandus noctis aeternae plagis.
in Medea verſ. 9.
—— *noctis aeternae chaos,*
Averſa Superis regna, maneſque impios.
Quinctil. Declam. x. pag. 176. *Filium tuum, mulier infelix, non impoſitae inferis eluſere terrae, non ſpiſſa perpetuae noctis caligo compeſcuit.* Claudian. I. de rapt. Proſerp. verſ. 55.
—— *o maxime noctis*
Arbiter, umbrarumque potens.
contra *dies* pro locis ſuperis ponitur. infra lib. XIV. verſ. 243.
Hac Stygius quondam, ſtimulante Cupidine, rector
Auſus adire diem.
deſcendere nocti autem, ut *Deſcendiſſe Erebo* mox verſ. 759. & *ire forors* lib. XV. verſ. 327. & ſimilia apud alios.

v. 710. *Quem contra tales effundit Scipio voces*] Lego *Cui contra tales.* MODIUS Novant. Lection. Epiſt. LXXVIII. *Cui contra* ex ſcriptis. N. HEINSIUS. *Qui contra* codex Oxonienſis, ſine dubio pro *Cui*, ut ex aliis libris viri docti vindicarunt: frequenter enim hae voces a librariis confundebantur. vide ſupra ad lib. XII. verſ. 379.

v. 722. *Superis aequantem laude Camillum*] *Superos aequantem* ex ſcriptis & Parmenſi editione. nec male in Veneta Marſi *Superis aequatum.* poſſis & *Superis aequandum.* Naſo,
Aequando Superis pectora flecte viri.
N. HEINSIUS. Supra lib. I. verſ. 611.
—— *aequantem Superos virtute Senatum.*
lib. XIII. verſ. 789.
Et cantu Muſas & Phoebum aequavit honore.
& verſ. 803.
Jamque Ithacum corde aequantem Peleia facta.
Editioni Mediolanenſi omnibuſque aliis, quas conſului, vulgatae lectionis error pertinaciter inhaeret, etiam Romanae principi, in qua tamen manu viri docti emendatum erat *Superos aequantem.* Dauſquejus etiam conjecit legendum *Superis aequatum*, aut *Superis ſe aequantem*, aut *Superos aequantem.*

v. 725. *Pyrrhumque à limine portae Dejecit*] Cicero in VIII. Philipp. cap. II. *Non eſt hoſtis, cujus praeſidium Claterna dejecit Hirtius.* & mox, *Dejeci praeſidium, Claterna potitus ſum.*

v. 730. *Hic Martius ille*] *inclitus ille* in ſcriptis & priſcis editionibus, & *Lutatius* verſu proximo: quod nomen & alibi apud auctorem noſtrum reſtituimus. *ultor* etiam, non *victor*, Puteaneus. mox *Si ſtudium eſt* Parmenſis. N. HEINSIUS. Oxonienſis codex cum Romana principe, Mediolanenſi, Marſi, Martini Herbipolenſis, aliiſque editionibus *hic medius ille*, quod ſenſum non habet. vulgatam autem lectionem primus habuit Wolfius in editione Baſileenſi. Sequor vero cum viris doctis libros, qui *inclitus ille* ſcribunt. Pro *Luctatius*, recte etiam Romana princeps & Mediolan. editio *Lutatius.* neque aliter ſcribendum eſſe vel metrum librarios docere potuiſſet. ita plerumque exaratum inveni in duobus Mſtis Valerii Maximi, quae ſunt in bibliotheca Trajectina. *τὸ ultor* vero, pro *victor*, ut legunt membranae

Illa est, (cerne procul) cui frons nec morte remissa
Irarum servat rabiem. si jungere cordi est
Colloquium, sine gustato det sanguine vocem.
Atque ubi permissum, & sitiens se implevit imago,
Sic prior increpitat non miti Scipio vultu:
Taliane, o fraudum genitor, sunt foedera vobis?
Aut haec Sicania pepigisti captus in ora?
Bella tuus toto natus contra omnia pacta
Exercet Latio, &, perruptis molibus, Alpes
Eluctatus adest, fervet gens Itala Marte
Barbarico, & refluunt obstructi stragibus amnes.
Post quae Poenus ait, Decimum modo coeperat annum
Excessisse puer, nostro cum bella Latinis
Concepit jussu: licitum nec fallere Divos
Juratos patri. quod si Laurentia vastat
Nunc igni regna, & Phrygias res vertere tentat,
O pietas, o sancta fides, o vera propago!

Atque

membranae Puteaneae, non probo. voces illas frequenter confuderunt vulgus librariorum. vide Gronov. ad Senec. Herc. Fur. vers. 895.

v. 733. *Cui frons nec morte remissa Irarum servat rabiem*] Oxon. codex *nec mesta*, Puteaneus *nec meste*, editio Parmensis *nec maesta*, Romana princeps & Mediol. *nec caede*. Sed nihil mutandum. Innuit enim Silius, in fronte & oculis Hasdrubalis etiam ultra mortem irae signa extitisse. Supra lib. v. vers. 673.

Fronte minae durant, & stant in vultibus irae.

Senec. in Oedip. vers. 618. *senetque saevus etiam nunc minas.* Valer. Flacc. lib. II. vers. 21.

Quisque suas in rupe minas, pugnamque, metusque
Servat adhuc.

Claudian. in III. de raptu Proserp. vers. 339.

——— *hic prodigiosa Gigantum*
Tergora dependent, & adhuc crudele minantur.

Florus denique lib. I. cap. XVIII. *Omnium in manibus enses, & relictae in vultibus minae, & in ipsa morte ira vivebat.*

v. 737. *Non miti Scipio vultu*] *non mitis* in scriptis. male. N. HEINSIUS.

v. 739. *Aut haec Sicania*] *Haud* praetulerim, sublata interrogationis nota. N. HEINSIUS.

v. 741. *Perruptis molibus Alpes Eluctatus adest*] *praeruptis molibus* in Puteaneo, quod placet: quamquam *rumpere Alpes* jam supra correximus. puto *perruptae molibus Alpis.* vide lib. XI. vers. 135. N. HEINSIUS. Si quid mutandum, malim *perruptae molibus Alpis Eluctatus* cum Heinsio legere. *Alpis* unitatis numero, quod poëtis non infrequens. Ovid. III. Art. Amat. vers. 150.

Nec quot apes Hyble, nec quot in Alpe ferae.

Lucan. lib. I. vers. 688. *desuper Alpis Nubiferae colles.* Juven. Sat. X. vers. 152.

——— *opposuit natura Alpemque nivesque.*

Claudian. in III. de Laudib. Stilic. vers. 285. *extemplo frondosa fertur ab Alpe.* in bello Gildon. vers. 83. *ruptaque emissus ab Alpe Poenus.* Gunther. in II. Ligur. vers. 173.

Ille fere paribus spatiis Alpemque Padumque
Separat.

ubi videndus Rittershusius. ibid. vers. 189. *regnator Teutonus Alpem Transit.* lib. IV. vers. 531. *gelidam transibimus Alpem.* & lib. V. vers. 265. *scopulosae rupibus Alpis Artatur.*

v. 746. *Licitum nec fallere Divos*] *placitum* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 758. *Lustras dum singula visu*] *dum secula* in Puteaneo; de quo ad raptum Proserpinae Claudiani sub finem libri secundi vers. 311.

Ecce ruunt variae species, & quidquid ab imo
Natum homini exstinctumque chao est.

N. HEINSIUS.

v. 761. *Et sufficit improba puppis*] *improba* ἡ μεγάλη. D. HEINSIUS. Recte. supra enim versu praecedenti *capacem* vocarat. sic lib. VI. vers. 525.

——— *scopulisque ratem furor improbus Euri*
Frangeret, optabam.

furor improbus Euri est ingens, vehemens impetus Euri, cui post *moderatum flamen lenis Zephyri* opponit. Mens igitur Silii est, tantam Charontis cymbam esse, ut, quamquam ingens hominum turba quotidie moriatur, transvehendis tamen omnibus una illa sufficiat. Alii vero poëtae, instante magna strage, mittendis trans Acheronta mortuis classe opus esse dicunt. vide supra ad lib. IX. vers. 251.

v. 762. *Post haec ostendens juveni, sic virgo profatur* &c.] Varie interpolatus ac mire corruptus locus, sed quem ita scribi, ita nobis restitui posse spero;

Post

Atque utinam amissum reparet decus! inde citato
Celsus abit gressu, majorque recessit imago.
Exin designat vates, qui jura sub armis
Poscenti dederint populo, primique petitas
Miscuerint Italis Piraeo litore leges.
Laetatur, spectatque virûm insatiabilis ora
Scipio, & appellet cunctos; ni magna sacerdos
Admoneat turbae innumerae: Quot millia toto
Credis in orbe, puer, lustras dum singula visu,
Descendisse Erebo? nullo non tempore abundans
Umbrarum huc agitur torrens, vectatque capaci
Agmina mole Charon, & sufficit improba puppis.
Post haec, ostendens juvenem, sic virgo profatur:
Hic ille est, tellure vagus qui victor in omni
Cursu signa tulit; cui pervia Bactra Dahaeque;
Qui Gangem bibit, & Pellaeo ponte Niphaten
Astrinxit; cui stant sacro sua moenia Nilo.

Incipit

Post haec, ostendens IVVENEM, sic virgo profatur:
Hic ille est, tellure vagus qui victor in omni
CVRSIM signa tulit; cui pervia Bactra DAHAEQVE;
Qui Gangem bibit, & Pellaeo ponte Niphaten
Astrinxit; cui stant sacro sua moenia Nilo.
Incipit Aeneades: Libyci certissima proles .
Hammonis, QVANDO exsuperas tua gloria cunctos
Indubitata duces, similique cupidine rerum
Pectora nostra calent, quae te via, FARE, superbum
Ad decus & summas laudum perduxerit ARCES.

Singularum emendationum rationem si reddere pluribus laborem, nugas agam; ipsae se produnt: & posset alioqui pro ratione esse membranarum longe optimarum Agrippinensium auctoritas, in quibus diserte hoc modo, quo dixi, omnia leguntur: nisi quod *Dahaeque* & *Cursim* a mea conjectura sint, ut interpungendi modus a judicio. ut autem hic *summae laudum arces*, ita, nescio qui, *doctrinae arces* dixit. MODIUS Novant. Lection. Epist. LXXVIII. *juvenem*, pro *juveni*, ex Coloniensi Modius. N. HEINSIUS. *juvenem* etiam probat Doctissimus Dausquejus. Scipionem enim, ad quem τὸ *juveni* referendum foret, hoc tempore fines adolescentiae nondum egressum docet. Infra tamen habes vers. 895.

Tum laetus socios juvenis portusque revisit.

vide etiam infra ad vers. 779. Auctoritas itaque Msti integerrimi est, quae facit, ut *juvenem* hic potius, quam *juveni*, legendum *censeam*.

v. 763. *Tellure vagus qui victor in omni*] Adeo quidem admirabilis, ut Graeci comici Ἀλεξανδρεῶδες pro θαυμαστὸν & admirabile posuerint. Sic Menander,

Ὡς Ἀλεξανδρεῶδες ἤδη τοῦτο, κἂν ζητῶ τινα,
Αὐτόματος οὗτος πυρίσας καὶ ἀληθινῶς δηλαδὴ
Διὰ θαλάσσης δίῃ τόποι τιν᾽, ὄντες ἴσαι μοι βατός.

D. HEINSIUS.

v. 764. *Cursu signa tulit*] *Cursim* rescribo, vel obnitentibus membranis. superiora male distinguebantur. & sic Modius. N. HEINSIUS. *Cursim* in membranis Coloniensibus legi notavit Dausquejus, dissentientibus Modio & N. Heinsio, quorum alter eas manu versavit, alter earum excerpta habuit. Modius enim *Cursim* e sua conjectura esse testatur, Heinsius vero vel obnitentibus manuscriptis se *Cursim* scribere notat. Sed forsitan nihil mutandum. vide supra ad lib. VII. vers. 719. nisi forsan malles *vago cursu*.

v. 764. *Cui pervia Bactra Dacaeque*] *Dahaeque* rescribo cum Modio & scriptis codicibus, non *Dacaeque*. Interpres hic nihil vidit, ignarus priorem in *Dacis* produci semper à poëtis. N. HEINSIUS. *Daaeque* emendabat Delrio in commentario ad Senec. Thyest. vers. 370. Passim in libris priscis *Dahae* vel *Daae* in *Dacas* corrupti sunt, cum tamen metri lex id impedire debuisset: minus recte enim Barthius ad Statii lib. I. silv. IV. vers. 91. scripsit, τὸ *Daca* etiam priorem corripere. Plura vide apud Pierium ad Maron. VIII. Aen. vers. 728. Grotium ad Lucan. lib. II. vers. 296. & Gronov. ad Senec. Thyest. vers. 370. & 603. *Dahaeque* autem jam erat in editione Romana principe.

v. 766. *Cui stant sacro sua moenia Nilo*] *sua*, suo nomine dicta. De Nilo autem ad distinctionem: octodecim enim Alexandrias enumerat Stephanus; ea autem haec est, cujus jam condendae polentam depascebantur aves. Polenta enim seu farina, ut volunt alii, urbi novae locum designabant Macedones. Q. Curtius lib. IV. *Fama est, cum rex urbis futuris muris polentam, ut Macedonum mos est,*

Incipit Aeneades: Libyci certissima proles
Hammonis, quando exsuperat tua gloria cunctos
Indubitata duces, simili que cupidine rerum
Pectora nostra calent, quae te via, fare, superbum
Ad decus & summas laudum perduxerit arces.
Ille sub haec: Turpis lenti sollertia Martis.
Audendo bella expedias. pigra extulit artis
Haud umquam sese virtus. tu magna gerendi
Praecipita tempus: mors atra impendet agenti.
Haec effatus abit. Croesi mox advolat umbra,
Dives apud superos; sed mors aequarat egenis.
Atque hic, Elysio tendentem limite cernens
Effigiem juvenis castam, cui vitta ligabat
Purpurea effusos per colla nitentia crines,

Dic,

destinasset, avium greges advolasse, & polenta esse pastas, (scribo *& polentam esse depastas,*) *cumque id omen pro tristi à plerisque esset acceptum; respondisse vates, magnam illam urbem advenarum frequentiam culturam, multisque eam terris alimenta praebituram.* Arrianus aliter paullo lib. III. quem adi. D. HEINSIUS.

v. 768. *Quanto exsuperat tua gloria cunctos*] *quando* Coloniensis. bene. & sic Interpres conjecerat. N. HEINSIUS. Sic etiam Modius ante Interpretem ex Coloniensi libro vindicavit. & recte. *quando* enim est quoniam: quod cum non caperent librarii, perperam in *quanto* mutarunt; nisi potius hoc vitium ortum dicamus ex pravo sono dictantis, & vicinia, quae inter literas *d* & *t* in pronuntiatione est. Eo sensu *quando* supra est vers. 503.

Verum age, disce, puer, quando cognoscere curae est.

vers. 636.

Quando aperire datur nobis nunc denique, disce.

Valer. Flacc. lib. I. vers. 241.

——— *Superûm quando consulta videtis,*
O socii, quandoque datur spes maxima coeptis.

Livius lib. VII. cap. X. *Volo ego illi beluae ostendere, quando adeo ferox praesultat hostium signis, me ex ea familia ortum.* & sic lib. IX. cap. IV. lib. X. cap. XIV. & alibi. apud Plautum id frequentissime observare est.

v. 770. *Quae te via scire superbum Ad decus & summas laudum perduxerit arces*] Ita & MS. Anglicanum. Sed perperam, cum indubitate vera lectio sit, *via, fare,* &c. BARTHIUS lib. VIII. Advers. cap. VII. *fare* ex Coloniensibus membranis Modius. ne dubita. & deinde, *ad summas laudum perduxerit arces,* non *artes.* utrumque Barthio etiam probatur. Posterius confirmat editio Parmensis etiam. N. HEINSIUS. *laudum arces* etiam probat Doctissimus Dausquejus, ut & *fare,* pro *scire. summae arces laudum,* pro summae laudes. sic *arx fandi* apud Sidon. Apoll. carm. XXIII. vers. 140.

Vir semper popularitate crescens,
Et juste residens in arce fandi.

id est, summam eloquentiam adeptus. vide ibi Savaronem. Ennodius Ticin. lib. I. epist. VIII. *Quis non personae talis in eloquentiae arce constitutus spernat affectum?* Vide Savar. ad Sidon. Apollin. lib. VIII. epist. VI. & Barth. ad Claudiani Paneg. Mall. Theod. vers. 6. Frequenter autem librarii voces *arces* & *artes* inter se confuderunt. vide Illustrissimum Heinsium ad Nason. III. Fast. vers. 321. ad VI. Fastor. vers. 276. & Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. VII. vers. 39. & 42.

v. 773. *Pigra extulit astris Haud umquam sese virtus*] Coloniensis *extulit artis.* optime, hoc est artis rebus. nam *artus* & *res arta* semper scribitur in vetustissimis exemplaribus. N. HEINSIUS.

v. 774. *Tu magna gerendi Praecipita tempus*] In Puteaneo *tum magna gerendi Praecipitat tempus.* Fortassis,

——— *dum magna gerendi*
Praecipitas tempus, mors atra impendet agenti.

vel *ut Praecipites,* quamvis praecipites. vel denique *ni Praecipitas.* N. HEINSIUS.

v. 777. *Dives apud superos, sed mors aequarat egenis*] supra lib. V. vers. 265.

——— *modo quem Fortuna fovendo*
Congestis opibus donisque refersit opimis,
Nudum Tartarea portabit navita cymba.

Propert. lib. III. eleg. III. vers. 35.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ab inferna, stulte, vehere rate.

Claudian. II. de rapt. Proserp. vers. 300.

Sub tua purpurei venient vestigia reges,
Deposito luxu, turba cum paupere mixti.
Omnia mors aequat.

Eleganti epigrammate in Croesum lusit Auson. Epigr. LIV. ubi Graecum aliud profert Vinetus, unde suum Ausonius hausisse videtur.

v. 779. *Effigiem juvenis castae*] Immo *casti,* quidquid obnituntur membranae; Homerum enim designat.

Dic, ait, hic quinam, virgo? nam luce refulget
Praecipua frons sacra viro, multaeque sequuntur
Mirantes animae, & laeto clamore frequentant.
Qui vultus! quam (si Stygia non esset in umbra)
Dixissem facile esse Deum! Non falleris, inquit
Docta comes Triviae: meruit Deus esse videri,
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, sidera, manes,
Et cantu Musas & Phoebum aequavit honore.
Atque haec cuncta, prius quam cerneret, ordine terris
Prodidit, ac vestram tulit usque ad sidera Trojam.
Scipio, perlustrans oculis laetantibus umbram,
Si nunc fata darent, ut Romula facta per orbem
Hic caneret vates, quanto majora futuros

Facta

signat. & sic Interpres. vel *Effigiem juvenis castam*, *juvenis* Scipio. *casta effigies*, umbra sacerdotis. Vide Scaligerum ad Catull. pag. 22. & quae notavi ad Statii Epicedium Glauciae vers. 190. N. HEINSIUS. Kircherus, ut testatur Amplissimus Cuperus in Apoth. Hom. pag. 20. legebat,

Numinis effigiem, casta cui vitta ligabat:

quod recte rejecit. Melius Illustrissimus Heinsius ad hunc locum, & in epistola apud Amplissimum Cuperum *Effigiem juvenis castam* legendum monet: ut *το juvenis* ad Scipionem, quem bis supra *puerum* vocavit, referatur, (vide supra ad vers. 762.) non vero Homerum, quem senem mortem obiisse constat. *Effigies* autem est umbra. vide Broekhus. ad Propertii lib. I. eleg. XIX. vers. II. *simulacrum*, *imago* alibi dicitur. vide supra ad versum 650. Plura de hoc loco videantur apud Amplissimum virum Gisbertum Cuperum dicto loco. pro *castae* autem D. Heinsius etiam *casti* edidit.

v. 784. *Quem, si Stygia non esset in umbra*] *quam, si Stygia* Coloniensis. quam facile dixissem! possis & *facie*, pro *facile*. N. HEINSIUS. *quam, si Stygia* etiam Oxoniensis liber.

v. 786. *Meruit Deus esse videri*] Homerum olim Deum habitum, & divinis honoribus cultum fuisse, ostendit satis memorabile illud marmor, apotheosin ejus continens, quod erudito commentario illustravit vir Amplissimus Gisbertus Cuperus. Vide autem, quae de Homero, pro Deo culto, dicat pag. 11.

v. 787. *Et fuit in tanto non parvum pectore numen*] Non Homero solum, poëtarum principi, hoc tribuit antiquitas; sed plerique etiam poëtae sibi vindicarunt. Ovidius III. Amor. eleg. IX. vers. 17.

At sacri vates & Divûm cura vocamur:
Sunt etiam, qui nos numen habere putent.

& in VI. Fast. vers. 5.

Est Deus in nobis. agitante calescimus illo:
Impetus hic sacrae semina mentis habet.

v. 790. *Atque haec cuncta, prius quam cerneret, ordine terris Prodidit*] Quae scripsit de bello Trojano certe poëta ille, ex aliis saltem cognoscere potuit: post Trojani enim belli tempora natum quis nescit, non ante ea? & longius ab illo, quam pro opinione vulgi. Vellejus Paterculus, *Hic longius a temporibus belli, quod composuit, quam quidem rentur, absuit. nam ferme ante annos* DCCCCL. *floruit, intra* CC. *natus est, quo nomine non est mirandum, si saepe illud usurpat.* Plane igitur contra haec Silii, qui ea Homerum scripsisse vult, quae futura erant, de bello Trojano. Quamquam haec de caecitate poëtae illius, quae opinio vulgo obtinuit, acuti homines accipere possent: omnia enim cecinit Homerus, priusquam vidit, qui quidem nihil vidit umquam. de quo divini hominis defectu hoc epigrammate lusi aliquando.

Ἁρμονίης κόσμοιο πέλεν μέγα δῖος Ὅμηρος,
Ἀμφιθεὴς τε βροτοῖς, ἀμφίβροτός τε θεοῖς.
Ὄμματ' ἐνὶ στήθεσσι, πέλωρ αἰνόν, ἔχεσκεν·
Οὐ δὲ γὰρ ὀφθαλμοῖς φέγγος ἴδε γλυκερόν.
Πάντα μόνος βλέψας γλυκερῆς πέλεν ἄμμορος αὐγῆς,
Πάντα μόνος δέρκεν ἐς σθένος, τυφλὸς ἐών.
Inclita Naturae mens linguaque dius Homerus,
Ultima lex hominum, proxima meta Deûm.
Ille oculos gessit sub pectore, nobile monstrum!
Huic facies oculos non tulit illa suos.
Omnia qui vidit, terramque, hominesque, Deosque,
Omnia qui potuit cernere, caecus erat.

D. HEINSIUS. Inepti sunt Interpretes, dum non capiunt illa de Homero verba. Non enim ullum vaticinium respiciunt, neque de caecitate intelligenda sunt; sed de Homeri carminibus, quibus campos Elysios & Inferorum regna descripsit, antequam eo descenderet. BARTHIUS lib. VIII. Adverf. cap. VII. Optime quidem Dausquejus hic Heinsium carpit, qui ita Silii verba exponebat, quasi is voluisset, Homerum bellum Trojanum cecinisse, priusquam gestum esset, quod illud aetate antecederet; vel priusquam videre potuerit, quod caecus natus esset: quo autem sensu ipse Dau-

Facta eadem intrarent hoc, inquit, teste nepotes!
Felix Aeacida, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi! crevit tua carmine virtus.
Sed, quae tanta adeo gratantum turba requirens,
Heroum effigies majoresque accipit umbras.
Inde viro stupet Aeacide, stupet Hectore magno,
Ajacisque gradum venerandaque Nestoris ora
Miratur, geminos aspectat laetus Atridas,
Jamque Ithacum, corde aequantem Peleïa facta.
Victuram hinc cernit Ledaei Castoris umbram:
Alternam lucem peragebat in aethere Pollux.
Sed subito vultus monstrata Lavinia traxit.
Nam virgo admonuit, tempus cognoscere manes
Femineos, ne cunctantem lux alma vocaret.
Felix haec, inquit, Veneris nurus ordine longo
Trojugenas junxit sociata prole Latinis.
Vis & Martigenae thalamos spectare Quirini?
Hersiliam cerne: hirsutos cum sperneret olim

Gens

sque ejus ceperit, manes ejus interrogandi sunt; nam in commentariis frustra quaeritur. Barthius vero & cum eo Cellarius recte docent, *haec cuncta ὑπερτικῶς* capienda esse, hunc Tartarum & inferos, ubi tum Scipio cum Sibylla versabatur; quae loca vivus, priusquam adierat, in Odyss. Λ. descripsit; ubi Ulixis ad inferos descensum narrat. *terris prodidit* autem est hominibus. vide supra ad lib. III. vers. 75.

v. 796. *Felix Aeacida*] *Aeacide* scripti. alterum praestat. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus vulgatam lectionem praestare judicat, quam etiam contra libros scriptos tuentur priscae editiones, nisi quod in Marsi & nonnullis aliis sit *Aeacidae*. Servius ad Maron. III. Aen. vers. 475. Anchisa *autem vocativus hic non est Latinus, nam brevis esset a, ut* Catilina; *Graecus est ergo, de quo valde apud eos quaeritur, quemadmodum exeat ab his nominibus, quae in es mittunt nominativum. Nam* Tydides Tydide *facit, ut* [I. Aen. vers. 97.] Danaum fortissime gentis Tydide. Atrides, *cum sit simile*, Atrida *facit, ut Horat.* [lib. II. Serm. Ecl. III. vers. 187.] Ne quis humasse velit Ajacem, Atrida, vetas cur? *Tale est ergo* Anchisa. *Sane apud Latinos horum nominum caussa manifesta est; nam nominativus ipse in a mutatur, & recipit Latinam declinationem, ut* Atrides, Atrida; Scythes, Scytha. Haec Servius. Sic *Dardanida* infra est lib. XVI. vers. 192. *Anchisiada* apud Maron. in VI. Aeneid. vers. 126. quod forsitan etiam restituendum eidem vers. 348. ubi vulgo est *Anchisiade*, quamvis & illud probum sit. *Aeacida* vero apud Nason. Epist. III. Heroid. vers. 87.

— *Arma cape, Aeacida, sed me tamen ante recepta.*

ubi alia notavit Illustrissimus Heinsius, qui etiam videndus supra ad lib. III. vers. 650. lib. XII. vers. 259. hoc lib. vers. 71. ut & Vossius lib. II. de Analog. cap. II.

v. 798. *Sed quae tanta adeo* &c.] Metuo, ne locus sit luxatus, cui distinctione mutata utcumque medebor.

Sed, quae tanta adeo gratantum turba? requirens
Heroum effigies majoresque accipit umbras.

accipit requirens, ab Autonoë docetur. sic contra *dare* pro dicere. Interpres pessime reponi volebat *aspicit umbras*. N. HEINSIUS.

v. 800. *Inde viro stupet Aeacide*] *Ire viro* scripti & priscae editiones. ulcus hic latet Chironium. an *In torvo stupet Aeacide?* ut apud Valerium Flacc. de Medea, *stupet in ducibus*. vel, *In primo stupet Aeacide*. N. HEINSIUS. *stupere in aliquo*, ut apud Horat. lib. I. Sermon. Ecl. VI. vers. 17.

Qui stupet in titulis & imaginibus.

Vir Celeberrimus Petrus Burmannus legendam conjicit *Hinc viso stupet Aeacide*, vel *In Phthio stupet Aeacide*, vel *In diro stupet Aeacide*, vel denique *Inde fero stupet Aeacide*.

v. 802. *Aspectans laetus Atridas*] *aspectat* scripti. malim tamen *jam spectat*. *geminosque aspectat* Interpres. N. HEINSIUS.

v. 803. *Jamque Ithacum, corde aequantem Peleïa facta*] *cor* est sapientia, versutia, quae Ulixi datur. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Vide eundem Barthium lib. XXVII. Advers. cap. I. & notis ad Claud. Consul. Olybr. & Prob. vers. 155.

v. 805. *Alternam lucem peragebat in aethere Pollux*] Malim *Alterno in aethere*: & mox *subitos vultus*, quam *subito*. N. HEINSIUS. Fortasse nihil mutandum. Auctor Ceiris vers. 397. de iisdem Tyndaridis,

Illi etiam alternas sortiti vivere luces.

& ita *alterna mors* apud Maron. VI. Aen. vers. 121.

Sic

Gens vicina procos, pastori rapta marito
Intravitque casae, culmique e stramine fultum
Pressit laeta torum, & soceros revocavit ab armis.
Aspice Carmentis gressus. Euandria mater
Haec fuit, & vestros tetigit praesaga labores.
Vis &, quos Tanaquil vultus gerat? haec quoque castae
Augurio valuit mentis, venturaque dixit
Regna viro, & dextros agnovit in alite Divos.
Ecce pudicitiae Latium decus, inclita leti
Fert frontem atque oculos terrae Lucretia fixos.
Non datur, heu! tibi, Roma, nec est, quod malle deceret,
Hanc laudem retinere diu. Virginia juxta,
Cerne, cruentato vulnus sub pectore servat,
Tristia defensi ferro monumenta pudoris,
Et patriam laudat miserando in vulnere dextram.
Illa est, quae Thybrim, quae fregit Lydia bella,
Nondum passa marem, quales optabat habere
Quondam Roma viros, contemtrix Cloelia sexus.

Cum,

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit.
ἑτερήμεροι vocantur Homero Odyss. Λ. vers. 302.
Ἄλλοτε μὲν ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
Τεθνᾶσιν.
Alias quidem vivunt alternis diebus, alias autem rursus moriuntur. ἑτερήμεροι dicuntur Tatian. Orat. ad Graecos §. 17.

v. 814. *Lustravitque casam*] In Coloniensi *Intravitque casae*, quod Silianum utique. videantur notae lib. XI. vers. 473. Puteaneus *Lustravitque casae*, quomodo & Parmensis editio. N. HEINSIUS. *Lustravitque casae* Oxon. etiam codex cum Romana principe & Mediolanensi editione. sed optime vir Illustrissimus *Intravitque casae* vindicavit. vide supra ad lib. VII. vers. 464. In editione Marsi ac Martini Herbipolensis quam proxime vero est *Instravitque casae*. Simili errore *Lustravit*, pro *Intravit*, nonnulli libri supra habebant lib. IX. vers. 289.

v. 815. *Soceros revocavit ab armis*] Memoriam hujus pacis, interventu Sabinarum compositae, servare creduntur gemma apud Spectatissimum Wildium in gemm. antiq. num. 186. & tabula marmorea apud Beger. in Spicileg. Antiq. pag. 151.

v. 817. *Vestros tetigit praesaga labores*] Vulgatam scripturam non damno. Fortasse tamen legendum *cecinit*. *canere* enim proprium est fatidicorum verbum. Silius lib. II. vers. 285. *Haec ferus vates Hannon canit.* lib. III. vers. 687.

Marmaricus ales populis responsa canebat.
lib. IV. vers. 131.

Contra laeta Bogus Tyrio canit omina regi.
lib. IX. vers. 57.

——— *cecinit Grynaea per orbem*
Haec olim vates.
& mox *Fata cano vates.* lib. X. vers. 408.

——— *ut fera mali praesentia numquam*
Cessarit canere, & Varronis sistere mentem.
lib. XVI. vers. 654.

Atque idem hic vates temeraria coepta canebat.
Livius lib. XXX. cap. XXVIII. *Tantae dimicationis vatem Q. Fabium haud frustra canere solitum.* Vide Broekhus. ad Tibull. lib. I. eleg. IV. vers. 67.

v. 819. *Venturaque dixit Regna viro*] *dixit*, est praedixit, vaticinata est, unde & *dictum* ac *dictio* pro oraculo, vaticinio poni solent. Ovid. epist. V. Heroid. vers. 33.

Illa dies miserae fatum mihi dixit.
ubi vide N. Heinsium. Propert. lib. I. eleg. IX. vers. 5.

Non me Chaoniae vincant in amore columbae
Dicere, quos juvenes quaeque puella domet.
ubi vide Passerat. Hygin. fab. CIX. *Ab sorore Iliona inquisivit, quid ita aliter sortes dixissent.* Livius lib. VIII. cap. XXIV. *Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Acherusiam aquam Pandosiamque urbem.* Vide Turneb. Adversar. XXX. cap. I. & N. Heins. ad Ovid. I. Fastor. vers. 539.

v. 820. *Dextros agnovit in alite Divos*] *in alite*, ut supra lib. V. vers. 405.

——— *vanis deceptus in alite signis.*

v. 824. *Virginia*] *Verginia* Coloniensis. N. HEINSIUS. Rejicit hanc scribendi rationem Dausquejus in Orthogr. part. II. in voce *Virgilius*. Sunt tamen alii, quibus magis placet *Verginius*; iis autem imprimis id probatur, qui & *Vergilius* scribendum contendunt. Vide Politian. in Miscell. cap. LXXVII. In lapidibus literatis utraque scriptura observatur, frequentius tamen *Verginius*, quam *Virginius*. Inter alios memoratur apud Gruter. pag VIII. n. 3. & MVI. n. 5. hoc par Consulum,

 L. VER-

Cum, subito aspectu turbatus, Scipio poscit,
Quae poenae caussa, & qui sint in crimine manes.
Tum virgo: Patrios fregit quae curribus artus,
Et stetit adductis super ora trementia frenis,
Tullia, non ullos fatis exhaustura labores,
Ardenti Phlegethonte natat. fornacibus atris
Fons rapidus furit, atque ustas sub gurgite cautes
Egerit, & scopulis pulsat flagrantibus ora.
Illa autem, quae tondetur praecordia rostro
Alitis, (en quantum resonat plangentibus alis
Armiger ad pastus rediens Jovis!) hostibus arcem
Virgo (immane nefas) adamato prodidit auro
Tarpeja, & pactis reseravit claustra Sabinis.
Juxta (nonne vides? neque enim leviora domantur
Delicta) illatrat jejunis faucibus Orthrus,
Armenti quondam custos immanis Hiberi,
Et morsu petit, & polluto eviscerat ungue.
Nec par poena tamen sceleri: sacraria Vestae

Polluit,

L. VERGINIO. RVFO
C. MEMMIO. REGVLO CoS

Graecis constanter est Οὐεργίνιος. Sunt nummi cum inscriptione OGVL. VER. CAR. sed ad quam gentem referendi, incertum est: Ursinus certe Vergiliae tribuit.

v. 833. *Tum virgo patrios quae fregit*] Scribo,

Tum virgo: En, patrios fregit quae curribus artus.

N. HEINSIUS.

v. 839. *Tondetur praecordia rostro Alitis*] Virgil. VI. Aen. vers. 597.

—— rostroque immanis vultur obunco
Immortale jecur tondens.

ubi Pierius notat, quosdam codices *tundens* habere. Sed *tondens* Maroni vindicat Lambin. ad Lucret. lib. II. vers. 317. & Isaac. Vossius ad Catull. pag 126. ubi plura vide.

v. 845. *Illatrat jejunis faucibus Orcus*] *Orcus* Silio Cerberum sonat. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. In Coloniensi *Orthrus*, optime. id nomen cani bicipiti Geryonae, quem Cerbero comitem apud inferos dant poëtae, ut ex Statio Papinio mox videbimus. Ὄρθρος autem Apollodoro libro secundo Bibliothecae dicitur, quomodo & hic Silio, qui fuse fabulam omnem interfecti Orthri est complexus. Eustathio in librum Iliados & Odysseae Ὦ Ὄρθος est, quomodo Hesiodo etiam in Theogonia, ejusque Scholiastae. Quintus Calaber lib. VI. vers. 252. ubi Geryonem ab Hercule devictum describit,

Πρόσθε δέ οἱ δέδμητο κύων ἀλεγεινότατος ἄλλων
Ὄρθρον, ἀτειρῷ ἐναλίγκιος ὀμβρίμος ἀλκὴν
Κερβέρῳ, ὅς ῥα οἱ ἔσκεν ἀδελφεός.

Pollux lib. V. cap. V. hunc Geryonis canem *Gergittium* vocat, & Cerberi fratrem facit. Servius Aeneïd. VII. vers. 662. *Geryon rex fuit Hispaniae, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis praefuit, quae adjacent Hispaniae, Balearicae majori & minori & Ebusae. Ob hoc etiam fingitur bicipitem canem habuisse, quia & terrestri & navali certamine plurimum potuit.* ita illic scribendum. Non dissimilia de cane Geryonis bicipiti Albericus de Deorum imaginibus, ubi de Hercule agit, dissimulato tamen canis nomine, ad exemplum Servii. Hinc capienda quoque illa Statii, quae Interpretes indicta callide & prudenter praetereunt, Epicedio Glauciae,

—— adsis huc emissus ab atro
Limine, cui soli cuncta impetrare potestas,
Glaucias; insontes animas nec portitor arcet,
Nec dirae comes ille ferae.

ita vetustus codex, non *Glaucia, nam insontes animas.* Intelligendum nempe de Geryonae cane Orthro, Cerberi comite apud inferos, iisdemque, quibus Cerberus, parentibus orto, quod ex Hesiodo mox manifestum fiet. Interpres Silianus, in rebus nihili loquax immane, locum hunc perdifficilem ne verbo quidem unico tangit. at Marsus de ipso Geryone interpretatur, quem *Orcum* a Silio nuncupari censet. Sed tollenda post τὸ *Orthrus* distinctio, quem custodem armenti Hiberi, non Geryonem, vocat. Orthi fabulam Hesiodus in Theogonia sic percenset, ut ex Echidna nympha & Typhone natos contendat Cerberum, Orthum, & Hydram. quorum Orthus, Geryonae canis, ab Hercule, non minus quam Hydra, sit interfectus. ex Ortho & Chimaera nascitur Sphinx. adeatur ille vers. 307. & sequentibus. Apud Palaephatum fabula περὶ Κερβέρου mendose bis legitur Ὦρος, pro Ὄρθος sive Ὄρθρος. *Γηρυόνῃ περὶ ταῖς βουσὶν ἦσαν κύνες μεγάλοι καὶ γενναῖοι. Ὀνόματα δὲ ἦν αὐτοῖς τάδε,* τῷ

Polluit, exsuta sibi virginitate, sacerdos.
Sed satis haec vidisse, satis: mox deinde videnti
Nunc animas tibi, quae potant oblivia, paucas
In fine enumerasse paro, & remeare tenebris.
Hic Marius (nec multa dies jam restat ituro
Aethereum in lucem) veniet tibi origine parva
In longum imperium Consul, nec Sulla morari
Jussa potest, aut amne diu potare soporo.
Lux vocat, & nulli Divûm mutabile fatum.
Imperium hic primus rapiet: sed gloria culpae,
Quod reddet solus: nec tanto in nomine quisquam
Exsistet, Sullae qui se velit esse secundum.
Ille, hirta cui subrigitur coma fronte, decorum
Et gratum terris Magnus caput: ille Deûm gens,
Stelligerum attollens apicem, Trojanus Iülo
Caesar avo; quantas moles, cum sede reclusa
Hac tandem crumpent, terraque marique movebunt!

Heu

τοῦ μὲν Κέρβερος, τῇ δὲ Ὄρθος. Τὸν μὲν οὖν Ὄρθον Ἡρακλῆς ἐν Τρικαρίᾳ πρὶν περιελαῦν τὰς βοῦς ἀναιρεῖ. ὁ δὲ Κέρβερος συνακολουθεῖ ταῖς βουσίν. Scholiastes Apollonii Rhodii lib. IV. Argonaut. vers. 1399. Orthon non Geryonae, sed Atlantis canem a nonnullis dici contendit, ubi enarrat fabulam Hesperidum: ἦσαν δὲ Φόρκου καὶ Κητοῦς αἱ Ἑσπερίδες· ἀπὸ μιᾶς δὲ αὐτῶν ἐρηται ἡ νῆσος, ἣν κατῴκει Γηρυονεύς, ἔχων κύνα Ὄρθον, ἀδελφὸν Κερβέρου, ὃν Ἡρακλῆς ἀνῄρησεν. οἱ δὲ Ἄτλαντος λέγουσι εἶναι τὸν κύνα. N. HEINSIUS. *Orthrus* habet etiam Oxoniensis codex. Laurentius Balbus ad Valer. Flacc. *Orthus*, pro *Orcus*, hic legendum conjecit. vide Delr. comment. ad Senec. Herc. Fur. vers. 231.

v. 847. *Polluto eviscerat ungue*] Mox sequitur *sacraria Vestae Polluit.* itaque videndum, ne, pro *polluto ungue*, Silius ipse nobis reliquerit *praeacuto ungue*, quae vox etiam reddenda Martiali lib. VIII. Epigr. LVIII.

Ne contemne caput, nihil est furacius illo.
Non fuit Autolyci tam piperata manus.

ita scripti plerique, cum in vulgatis libris circumferretur *piceata manus*, & interpretantur homines eruditi pro manu calida. Satis commode fateor, Scriverius inprimis. mihi tamen *praeacuta manus* huc revocanda aliquando videbatur, vel *manus peracuta*. N. HEINSIUS. τῷ *eviscerare* usus est etiam Virgil. XI. Aen. vers. 723.

Comprensamque tenet, pedibusque eviscerat uncis.

ubi Servius, *Ne vulgari verbo & Graeco uteretur, dicens exenterat, ait, pedibusque eviscerat.* Ennius apud Cic. I. Tusc. Quaest. cap. XLIV. *Ipse summis saxis fixus asperis, evisceratus latere pendens.* & ipse Cicero locum vertens ex Sophoclis Trachiniis in II. Tuscul. Quaest. cap. IX.

Accede, nate, adsiste, miserandum aspice
Evisceratum corpus lacerati patris.

v. 852. *In fine enumerare paro*] *enumerasse* rectius in Coloniensi. N. HEINSIUS. *enumerasse* etiam Oxon. codex.

v. 854. *Veniet tibi origine parva*] *veniens ab origine parva* scribendum videtur. N. HEINSIUS. Nihil muto: praesertim cum nec MStorum auctoritas quidquam mutandum suadeat. eleganter autem τὰ *mihi, tibi*, similiaque passim ornatus gratia orationi adjiciuntur. vide supra ad lib. I. vers. 46.

v. 855. *Nec Sulla morari Jussa potest*] Forte *Justa*. N. HEINSIUS. Ita alibi saepe peccarunt librarii. vide supra ad vers. 380. ut tamen vulgatam lectionem mutemus, nec hoc loco sensus exigit.

v. 858. *Imperium hic primus rapiet* &c.] Cum Sulla privatus altum stertere maluit, quam imperium orbis terrarum stabilire sibi, ferunt C. Caesarem dixisse, Sullam *nescire literas*, hoc est, neminem sapientem guarumque exemplorum Sullae secundum in ea re facturum. *gloria culpae est Quod reddet*, ille affectavit gloriam, culpatur in illo eodem, quod reddet. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 861. *Hirta cui subrigitur coma fronte*] Hirta frons majestati conciliandae. lib. XVI. de Masinissa vers. 120.

—— involvere visa est
Mitis flamma comam, atque hirta se spargere fronte.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 863. *Stelligerum attollens apicem*] Respicit ad cometen, qui Caesare interfecto Romae apparuit, & Caesaris stella creditus est. vide Broekhus. ad Propert. lib. IV. eleg. VI. vers. 59.

v. 864. *Quantas moles*] *quantos montes* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 865. *Hac tandem erumpent*] *Hanc* Coloniensis.

Heu miseri, quoties toto pugnabitur orbe!
Nec leviora lues, quam victus, crimina victor.
Tum juvenis lacrimans, Restare haec ordine duro
Lamentor rebus Latiis. sed luce remota
Si nulla est venia, & merito mors ipsa laborat,
Perfidiae Poenus quibus aut Phlegetontis in undis
Exuret ductor scelus, aut quae digna renatos
Ales in aeternum laniabit morsibus artus?
Ne metue, exclamat vates. non vita sequetur
Inviolata virum: patria non ossa quiescent.
Namque ubi, fractus opum, magnae certamine pugnae
Pertulerit vinci, turpemque orare salutem,
Rursus bella volet Macetûm instaurare sub armis.
Damnatusque doli, desertis conjuge fida
Et dulci nato, linquet Karthaginis arces,
Atque una profugus lustrabit caerula puppe.
Hinc Cilicis Tauri saxosa cacumina viset.
Pro, quanto levius mortalibus aegra subire
Servitia, atque hiemes, aestus, fugamque, fretumque,
Atque famem, quam posse mori! post Itala bella
Assyrio famulus regi, falsusque cupiti
Ausoniae motus, dubio petet aequora velo;
Donec, Prusiacas delatus segniter oras,
Altera servitia imbelli patietur in aevo,
Et latebram munus regni. perstantibus inde
Aeneadis, reddique sibi poscentibus hostem,
Pocula furtivo rapiet properata veneno,

Ac

sis. mox idem *pugnabitis*, non *pugnabitur*. N. HEINSIUS.

v. 868. *Restare haec ordine duro*] *haec dura* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 875. *Patria non ossa quiescent*] Quod summam infelicitatem existimabant. vide supra ad lib. IV. vers. 74.

v. 878. *Macedum instaurare sub armis*] *Macetûm* recte Coloniensis. Monuerunt ita passim scribi debere homines eruditi. N. HEINSIUS. Vide infra ad lib. XVII. vers. 638.

v. 881. *Una profugus lustrabit caerula puppe*] Historiam narrat Livius lib. XXXIII. cap. XLVIII.

v. 886. *Falsusque cupiti*] Possit & *cassusque* legi; editio Parmensis *fassusque*. N. HEINSIUS.

v. 889. *Altera servitia imbellis patietur in aevo*] *aevum* senectutem sonat. sic *aetatem* saepius usurpat Plautus, ut in Mostularia, *aetate non quis obtuerier*. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *imbelli patietur in aevo* ex scriptis. Forte & *in aula*. N. HEINSIUS. Recte vir illustrissimus ex scriptis *imbelli in aevo*, id est, senectute, cum bello minus aptus erit. Male autem nonnullae editiones *patiatur*, ut ex praecedenti *petet*, & sequenti *rapiet*, aliisque hac forma dictis, patet. *Altera servitia*, inquit Dausquejus, „ primum enim servus esse potuit „ Romanis jure belli & victoriae vel invitus: cum „ vero volens Prusiae se obnoxium vult, alterum „ servitium patitur. Sed perperam. Silius enim primam Hannibalis servitutem vocat, cum operam suam Antiocho, Syriae regi, addiceret; unde supra ait, *post Itala bella Assyrio famulus regi.*

v. 892. *Pocula furtivo rapiet* &c.] Confer cum iis, quae Silius Hannibali supra minatur lib. II. vers. 701.

—— vagus exsul in orbe
Errabit toto, patriis projectus ab oris,
Tergaque vertentem trepidans Karthago videbit.
Saepe, Saguntinis somnos exterritus umbris,
Optabit cecidisse manu, ferroque negato
Invictus quondam Stygias bellator ad undas
Deformata feret liventi membra veneno.

v. 892. *Properata veneno. Haec vates Herebique cavis se retulit umbris*] Corrigendum, & scribendum versu auctius,

—— properata veneno,

Ac


Ac tandem terras longa formidine ſolvet.
Haec vates, Erebique cavis ſe reddidit umbris.
Tum laetus ſocios juvenis portumque reviſit.

Ac tandem terras longa formidine ſolvet.
Haec vates, Erebique cavis ſe reddidit umbris.
MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XLIV.

v. 893. *Terras longa formidine ſolvet*] Eſt Maronianum ex ecloga IV. verſ. 13.
Te duce, ſi qua manent, ſceleris veſtigia noſtri
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.

v. 894. *Retulit umbris*] *reddidit* ex Colonienſi Modius. N. HEINSIUS.

v. 895. *Tum laetos ſocios*] Scribendum *Tum laetus ſocios*. MODIUS Novant. Lect. Epiſt. XLIV. Legendum cum Modio ex ſcriptis *Tum laetus ſocios juvenis*, non *laetos*, quod & vetuſtae editiones confirmant. N. HEINSIUS. Recte, in antiquiſſima tamen Romana principe & Mediolanenſi editione *laetos* inveni: & inde reliquis, quas vidi, adhaeſit.



C. SILII ITALICI
PUNICORUM
LIBER XIV.

Flectite nunc vestros, Heliconis numina, cantus
Ortygiae pelagus. Siculique ad litoris urbes.
Muneris hic vestri labor est; modo Daunia regna
Aeneadum, modo Sicanios accedere portus,
Aut Macetûm lustrare domos & Achaïa rura,
Aut vaga Sardoo vestigia tinguere fluctu,
Vel Tyriae quondam regnata mapalia genti,
Extremumve diem & terrarum invisere metas.

Sic

v. 1. *Flectite nunc vestros, Heliconis numina, cantus*] *Heliconia numina* opinor. Sic *collis Heliconius* apud Catullum. noster supra,

Vos etiam nostris, Heliconia turba, venitis
Addere rebus opem.

N. HEINSIUS.

v. 4. *Sicanios accedere portus*] Editio Parmensis *Sicanos.* utrumque bene. N. HEINSIUS. *Sicanos portus* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. atque ita Silius alibi.

v. 5. *Aut Macedum lustrare domos, & Achaïca rura*] Scribo *Macetûm.* *Macedum* certe ferri non potest; cum *Macetûm* pro Macetarum a poeta, Virgilii & aliorum exemplo, dictum sit: apud quos item docti his annis hanc lectionem, erat enim apud illos etiam corrupta, reposuerunt. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. *Macetûm* ex Coloniensi denuo. N. HEINSIUS. Recte *Macetûm* viri docti vindicarunt. vide infra ad lib. XVII. vers. 638. Deinde Oxon. codex *Achaia rura*, pro *Achaica*, habet: non male. Ita Silius & optimi quique poetae *Trous* malunt, quam *Troicus.* vide N. Heinsium ad Nason. Epist. I. Heroid. vers. 28. *Balearius*, quam *Balearicus.* vide eundem ad Ovid. II. Metam. vers. 727. *Bacchius*, quam *Bacchicus.* ad III. Metam. vers. 517. aliaque similia alibi.

v. 6. *Aut vaga Sardoo vestigia cingere fluctu*] Scribo, approbantibus melioris notae libris,

Aut vaga Sardoo vestigia tinguere fluctu.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. Frustra tuetur eruditissimus Interpres lectionem vulgatam. nam *vestigia cingere Sardoo fluctu*, pro per aequor illud ire, non est Silianae facultatis locutio: neque non genuina est Modianarum membranarum scriptura *tinguere*, quam & Oxonienses agnoscunt. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *vestigia tinguere*, non *cingere*, ex scriptis legendum. Vidit jam Modius, nequidquam oblatrante Interprete: vidit & Barthius. Deinde *Extremumve diem* iidem scripti. N. HEINSIUS. Recte viri eruditi *tinguere* ex optimis libris reposuerunt. Virgil. VII. Aen. vers. 811.

——— *celeres nec tingueret aequore plantas.*

Ovid. IV. Metam. vers. 343.

Summa pedum taloque tenus vestigia tinguit.

in V. Metam. vers. 592.

Accessi, primumque pedis vestigia tinxi;
Poplite deinde tenus.

Minut. Felix in Octav. cap. III. *Cum in ipso aequoris limine plantas tingueremus.* Quam frequenter autem librarii indocti has voces in membranis priscis inter se commutarunt. Vide Gebhard. ad Propert. lib. III. eleg. III. vers. 42. N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 89. Broekh. ad Propert. lib. I. eleg. VI. vers. 32. & virum Amplissimum Cornelium van Bynkershoek lib. IV. Observ. Juris Rom. cap. XXI.

v. 11. *Ausoniae pars magna jacet Trinacria tellus*] Vide Barthium ad Statii lib. I. silv. III. vers. 32. sed imprimis Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. I.

v. 15. *Impactum pelagus laceratae viscera terrae Disjicit*] Siciliae ab Italia avulsionem significat: sed legendum putem *laceratae viscera terrae Discidit.* Virgil. de eadem III. Aen. vers. 416.

——— *cum protinus utraque tellus*
Una foret; venit medio vi pontus, & undis
Hesperium Siculo latus abscidit.

MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. Falsus Interpres, cum typographicam lectionem, antiquam; membranarum vero, novitiam vocat in hoc versu. *Discidit* enim codices duo MSSti, cum vulgatum *Disjicit* inopportunum sit. Non enim aequor loco movit vel Italiam, vel Siciliam: sed abscidit invicem eas provincias. Et omnino alia res est *urbem disjicere*, vel *molem.* Sed quid pugnamus antiquae scripturae, ut chalcographorum inanias defendamus?

Sic poscit sparsis Mavors agitatus in oris.
Ergo, age, qua litui, qua ducunt bella, sequamur.
Ausoniae pars magna jacet Trinacria tellus,
Ut semel expugnante Noto & vastantibus undis
Accepit freta, caeruleo propulsa tridente.
Namque per occultum caeca vi turbinis olim
Impactum pelagus laceratae viscera terrae
Discidit, &, medio perrumpens arva profundo,
Cum populis pariter convulsas transtulit urbes.
Ex illo, servans rapidus divortia, Nereus
Saevo dividuos conjungi pernegat aestu.
Sed spatium, quod dissociat consortia terrae,
Latratus fama est (sic arta intervenit unda)
Et matutinos volucrum tramittere cantus.

Multa

defendamus? Pariter vero Claudianus I. de Raptu Proserp. vers. 140.

——— *Trinacria quondam*
Italiae pars una fuit; sed pontus & aestus
Mutavere situm: rupis confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit aequore montes.

& Lucan. lib. III. vers. 59.

Curio Sicanias descendere jussus in urbes,
Qua mare tellurem subitis aut obruit undis,
Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.

mediis montibus intrasse undas dicit Valer. Flacc. lib. I. BARTHIUS lib. IX. Adversar. cap. III. *Discidit* scripti bene, & cum iis Modius, Barthiusque. Nec aliter editio Parmensis. Diximus lib. XI. vers. 458. Virgil. III. Aen. vers. 417. *pontus Hesperium Siculo latus abscidit.* Horat. lib. I. od. III.

——— *nequidquam Deus abscidit*
Terrae dissociabiles undas.

Plura ad Valer. Flacc. I. vers. 872. Pomponius Mela lib. II. cap. VII. *Sicilia, ut ferunt, aliquando continens, & Bruttio agro connexa, post freto maris abscissa est.* Sallustius in Historiis apud Servium & Isidorum, *Italiae olim Siciliam conjunctam fuisse, &, dum una esset tellus, medium spatium aut per humilitatem abruptum esse aquis, aut per angustiam scissum.* Solinus, *Rheginos fretum medium a Siculis vi abscidit.* Et rursus capite nono, *Athos continenti abscissus.* Claudianus de Italia & Sicilia lib. I. de Rapt. Pros. vers. 142.

——— *rupit confinia Nereus*
Victor, & abscissos interluit aequore montes.

scindere simpliciter dixit Lucanus lib. III. vers. 60.

Qua mare tellurem subitis aut obruit undis,
Aut scidit, & medias fecit sibi litora terras.

N. HEINSIUS. Recte viri docti ex libris priscis *Discidit* revocarunt, quod omnes antiquae editiones habent ante Nicandrum, qui primus *Disjicit* in Juntina edidit. Solin. in Polyh. cap. I. *Post discessum fluctuum inter plurima humi discidia humanum corpus repertum sit.* Vide Salmas. Exercit. Plinian. pag. 32. & Eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. I. od. III. vers. 22. *Dissicit* hoc loco scribendum conjicit Colvius ad Appulej. pag. 108. Sed absque codicum & editionum veterum auctoritate: quare non est audiendus, ut nec Dempster. ad Rosin. II. Antiq. Roman. cap. IV. ubi eodem modo hunc locum laudat.

v. 17. *Cum populis pariter convulsas transtulit urbes*] Coloniensis *pariter convulsis*, non *convulsas*. N. HEINSIUS. *convulsis* etiam Oxoniensis codex.

v. 19. *Pernegat aestu*] *aestus* scripti. Sed perperam. N. HEINSIUS.

v. 21. *Latratus fama est* &c.] Haec intricata sunt, nec cohaerent satis cum sequentibus, quare ea distinctione juvimus. Fama est, latratus canum, & cantus matutinos volucrum transmittere id spatium, quod terrae consortia dissociat: tam arta unda intervenit. & sic editio Parmensis. De Bosporis duobus Plinius lib. IV. cap. I. *Alitum cantus canumque latratus invicem audiuntur, vocis etiam humanae commercia, inter duos orbes manente colloquio, nisi cum id ipsum auferunt venti.* N. HEINSIUS.

v. 22. *Et matutinos volucrum tramittere cantus*] Per *volucres* Silius gallos gallinaceos intelligit; eos enim Graeci, non solum gallinas, ut putabat Athenaeus IX. Deipnosoph. pag. 373. ὄρνιθας vocabant. Theocr. Idyll. XXII. vers. 72.

Ὀρνίχων φοινικολόφων τοιοίδε κυδοιμοί.

Avium rubricristium (id est, gallorum,) *talia sunt proelia.* Idyll. XXIV. vers. 63.

Ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον.

Galli tertium jam ultimum diluculum cantu indicabant. gallinae vero ita vocantur apud Philem. in comoedia, quae Στρατιώτης dicitur, apud Athen. lib. VII. pag. 288.

Ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνις ὡς ὅταν ἁρπάσῃ
Τοῦ καταπιεῖν μεῖζόν τι, περιτρέχει κύκλῳ,
Τρέχουσα τοῦτο καταπιεῖν, περὶ δ' ἐγκονοῦσαν
Ἑτέρα διωκάθουσα ταύτην.

Simile quid contigit, ac quando gallina rapuit majus

Ssss 2 *quidpiam,*

Multa solo virtus. jam reddere foenus aratris,
Jam montes umbrare olea, dare nomina Baccho,
Cornipedemque citum lituis generasse ferendis,
Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras.
Hic & Paeonios arcano sulfure fontes,

Hic

quidpiam, quam deglutiret, circumcursat in orbem, quaerens ut deglutiat, & circumfestinat alia hanc secuta. Sic *volucres* pro gallis apud Coripp. Afric. lib. I. pag. m. 21.

Exactam primi noctem sensere volucres,
Et laetum cecinere diem.

Atque ita Silii locum accipiendum docuit etiam Celeberrimus Relandus in oratione de cantu galli Hierosolymis audito pag. 18.

v. 23. *Jam reddere semen aratris*] Haud dubie rectius erit, si legamus, *jam reddere foenus aratris*, quomodo est in codice manu exarato, ducta a mercatoribus metaphora, qua & Ovidius usus, dum dixit in Metamorph. *arvaque jussit Fallere depositum.* MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. Contra *foenus* nolim contendere; nam id & in alteris membranis reperitur. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *foenus* ex Coloniensi libro eleganter & vere Modius. in Puteaneo *scimus:* mendose. Plinius lib. V. cap. VI. *Libyphoenices vocantur, qui Byzacium incolunt, regionem fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra.* in Catalectis Pithoei,

Triticeo October foenore ditat agros.

Manil. lib. V. vers. 272.

Arvorum ingenerat studium rurisque colendi,
Seminaque in foenus sulcatis credere terris,
Usuramque sequi majorem sorte, receptis
Frugibus innumeris, atque horrea quaerere messi.

Senec. in Hippol. vers. 455.

Seges illa magnum foenus agricolis dabit.

N. HEINSIUS. Vere docti viri *reddere foenus* ex Coloniensi codice restituerunt: neque aliter hunc locum laudat Salmas. in Exercit. Plin. pag. 75. ad veram lectionem alludunt membranae Oxon. in quibus est *fevus.* Sic Cic. de Senect. cap. XV. *Habent rationem cum terra, quae numquam recusat imperium, nec umquam sine usura reddit, quod accepit: sed alias minore, plerumque majore cum foenore.* Tibull. lib. II. eleg. VII. vers. 3.

——— *Spes sulcis credit aratis*
Semina, quae magno foenore reddat ager.

ubi plura exempla notavit Broekhusius. Plinius lib. XVIII. Hist. Nat. cap. XVII. *Sic quoque cum quinquagesimo foenore messes reddit exilitas soli.* Alter Plinius in Paneg. Traj. cap. XXXII. *Molli gremio semina recondat, multiplicata restituat. Non equidem reposcimus foenus; putet tamen esse solvendum.* Martian. Capell. lib. VI. pag. 216. *Cujus satio centesimo messis incremento foeneratur.* Auctor de judic. Domini vers. 126.

Consurgunt novae vario cum foenore messes.

Male pro vulgato stat Dausquejus.

v. 24. *Jam montes umbrare olea*] Liber scriptus *umbrare Dea*, Pallade videlicet. Sed istud corruptum ex abbreviatione videtur. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *umbrare Dea* velit Barthius ex Oxonio, ut Minerva subintelligatur: sed cave illi accedas. Inepte enim *Dea* pro Minerva ponitur, cum nil praecedat, aut subsequatur, unde liquido appareat, de qua potissimum hic nunc Dea agatur. N. HEINSIUS. *Dea* etiam Romana princeps & Mediolan. editio, *Deae* Putean. codex. Sed verior est vulgata scriptura, quam Illustrissimus Heinsius vindicavit.

v. 26. *Nectare Cecropias Hyblaeo accendere ceras*] Scribendum puto *accedere*. Mel enim Siculum Attico comparat, ut infra vers. 200.

Tum, quae nectareis vocat ad certamen Hymettum,
Audax Hybla, favis.

BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Ita & vetusti codices. Corrigendum nihilominus,

Nectare Cecropias Hyblaeo accedere ceras.

id est, quod infra hoc libro dicetur vers. 200.

Tum, quae nectareis vocat ad certamen Hymetton,
Audax Hybla, favis.

Est autem modus loquendi, qualis ille apud Horatium od. VI. lib. II. *ubi non Hymetto Mella decedunt*, hoc est, nihil absunt a praestantia Hymettii mellis. nam eum Horatii locum Silio haec scribenti succurrisse non dubito. Tertullianus in Pallio, *Sed &, qui arte Tirynthium accesserat, pugil Cleomachus intercutim caesus.* Ausonius Symmacho, *Quis ita proprietatem nostri Maronis accedat?* Terentianus Maurus,

Nunc pedes accedo primos, quos vocant dissyllabos.

Festus Avienus in Descript. orbis, *Cyclades accedunt Asiam. accedere* etiam Barthio in mentem venisse video: Salmasio quoque commentariis in Solinum pag. 106. [pag. 75. edit. posterioris.] approbante insuper Gronovio Observ. III. cap. VII. Noster ipse initio hujus libri, *modo Sicanios accedere portus.* N. HEINSIUS. *accedere*, pro *accendere*, emendatum etiam vidi manu docta ad marginem editionis Romanae principis. Plinius lib. XVI. Hist. Nat. cap. XL. *Et huic nigricans color, maculisque etiam cytiso, quae proxime accedere ebenum videtur.* Saepe librarii indocti haec vocabula in membranis vetustis confuderunt. Infra lib. XVI. vers. 99. pro *letiferos accendent Sirius ignes*, perperam in Puteaneo codice erat *accedens.* vide etiam N. Heinsium ad Silii lib. XII. vers. 351. & lib. XV. vers. 302.

v. 28. *Hic, Phoebo dignum, & Musis venerabile, vatum Ora excellentum, sacras qui carmine silvas*] Impedita

Hic Phoebo digna & Musis venerabere vatum
Ora excellentum, sacras qui carmine silvas,
Quique Syracosia resonant Helicona Camena.
Promtae gens linguae. ast eadem, cum bella cieret,
Portus aequoreis sueta insignire tropaeis.

Post

ta sunt haec. Per *silvas* pastoritiam musam intelligit. Virgilius Ecl. IV.

Si canimus silvas, silvae sunt Consule dignae.

Idem,

——— *egressus silvis vicina coëgi,*
Ut quamvis avido parerent arva colono.

In Msto Oxoniensi legitur, *Nec Phoebo digna*. Scribi poterit,

Haec Phoebo digna & Musis (venerabile!) vatum
Ora excellentum.

Ora, locus, insula, regio. Sed non cohaerent haec versui praecedenti, qui aut deesse aliquid, aut turbata pleraque & corrupta arguit. Puto reducendum,

Hic & Paeonius arcano sulphure fons est,
Haec Phoebo digna & Musis, secundaque vatum
Ora excellentum.

Manebimus alios scriptos codices, qui & hunc & alios errores typographorum Silio eximant; nullos vero hodiernos interpretes, qui jam exstirpatos reducant, aut tentatos defendant. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. Nihili haec sunt. in scriptis *Phoebo digna*. nec aliter editiones priscae. Emendo conjectura indubitata,

Hic Phoebo digna & Musis venerabere vatum
Ora excellentum.

Nequidquam se in hoc loco torsit Barthius. Haec scripseram, cum perlatis ad me curae secundae Gronovianis observationibus, eodem prorsus modo hunc locum illic restitutum esse agnovi lib. III. cap. VII. N. HEINSIUS. Optime Gronovius & Heinsius partim ex Mstis & priscis editionibus, partim ex conjectura, huic loco medicinam attulerunt, quorum lectionem recipiendam judico: ut sensus sit, mirabere hic, & cum veneratione agnosces poëtas, qui Phoebo & Musis digna cecinerunt. Sic supra lib. XIII. vers. 538. nec *dedignanda parenti Carmina fuderunt vatum*. In Anthol. Graeca lib. III. cap. XXV. Epigr. 45.

Τὸν χαρίεντ' Ἀλκμᾶνα, τὸν ὑμνητῆρ' ὑμεναίων
Κύκνον, τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον,
Τύμβος ἔχει, Σπάρτας μεγάλαν χάριν.

Ora, quam vocem male Barthius pro loco, insula, regione capit, jungendum cum τῷ *vatum*. *ora vatum*, ut supra lib. XIII. vers. 796.

Felix Aeacida, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi.

ubi vide Dausquejum. Ovid. II. Amor. eleg. I. vers. II.

Ausus eram (memini) coelestia dicere bella,
Centimanumque Gygen; & satis oris erat.

Horat. lib. I. Sermon. Ecl. IV. vers. 41.

——— *neque, si qui scribat, uti nos,*
Sermoni propiora, putes hunc esse poëtam:
Ingenium cui sit, cui mens divinior, atque os
Magna sonaturum, des nominis hujus honorem.

Hinc etiam poetae στόματα Μουσῶν vocantur. Mosch. Idyll. III. vers. 72.

——— ἀπώλετο πρὰν τοι Ὅμηρος,
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα.

Interiit enim tibi prius Homerus, illud Calliopes dulce os. In Anthol. Graeca lib. III. cap. XXV. epigr. 4.

Ἐνθάδε Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον
Κλεινὸς ἐπ' ἀγχιάλῳ τύμβος ἔχει σκοπέλῳ.

Hic Pieridum sapiens os divinum Homerum inclytum in litorali scopulo sepulcrum habet. & epigr. 62.

Στησίχορον ζαπληθὲς ἀμέτρητον στόμα Μούσης
Ἐκτέρισεν Κατάνας αἰθαλέον δάπεδον.

Stesichorum, valde plenum & immensum os Musae, humavit Catanae splendidum solum. Atque ita locus hic integer est & incorruptus, ac praecedenti versui cohaeret, in quo nec opus erit Barthiana conjectura.

v. 29. *Sacras qui carmine silvas, Quique Syracosia resonant Helicona Camena*] Quam mihi volupe est, mi Sili, audire ea, quae de Siculis musis, ac praesertim de Venere illa festivitatis, simplicitatis, leporis bucolici, Theocrito judicas, cujus inimitabilem venustatem, elegantes peculiaresque in lingua illa idiotismos nemo vere percipit; nisi qui ipse elegantiarum corculum & anima sit: quod posteritati hoc extemporaneo epigrammate Dorico testatum volui:

Βώκολε, Μωσᾶν καπυρὸν στόμα, οἷα λέγοντι
Πολλάκι παρ' λιγυρᾷ ἑσδόμενον πτελέᾳ,
Ἠχὼ διωτιγέφανοι ἀκούομεν ἁδὺ θροεῦσαν
Πᾶνα φίλει ξανθὰς βοσκομένας ἀγέλας.

D. HEINSIUS. *resonant* est resonare faciunt, ut apud Maron. Aen. VII. vers. II.

Dives inaccessos ubi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu.

v. 31. *Cum bella cieret*] *cum bella cierent* malo. sic *arma vocant*, *bella vocant*, & similia passim apud Poëtas. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. X. vers. 112. Sed nec vulgata scriptura facile damnanda: nam *ciere bella*, *pugnas*, *praelia*, *certamen* & similia apud poëtas passim obvia sunt. supra lib. V. vers. 336. *qua Lusitana ciebat Pugnas dira manus.* lib. VII. vers. 605.

Et Morinum pugnas aeris stridore cientem.

lib. VIII. vers. 263.

——— *lingua sperabat adire*
Ad dextrae decus, atque e rostris bella ciebat.

lib.

Post dirum Antiphatae sceptrum & Cyclopia regna,
Vomere verterunt primum nova rura Sicani.
Pyrene misit populos, qui nomen ab amne
Ascitum patrio terrae imposuere vacanti.
Mox Ligurum pubes, Siculo ductore, novavit
Possessis bello mutata vocabula regnis.
Nec Cres dedecori fuit accola, duxerat actos
Moenibus e centum non fausta ad proelia Minos,
Daedaleam repetens poenam. qui fraude nefanda

Postquam

lib. IX. vers. 335.

—— hi sude pugnat,
Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili.

lib. X. vers. 13. *certamen primi ciet immemor aevi.* lib. XV. vers. 346. *communia bella ciebat.* lib. XVI. vers. 529. *bellique feri simulacra cientur.* lib. XVII. vers. 520. *dat gressum habitusque cientis Proelia.* Et ita apud alios etiam saepissime.

v. 33. *Cyclopea regna*] *Cyclopia* bene Coloniensis. Monui ad Maronem Aen. I. vers. 201. N. HEINSIUS. Vide N. Heinsium infra etiam ad vers. 515. De veteribus autem Siciliae incolis, de quibus hic Silius agit, consule Cluver. in Sicil antiq lib. I. cap. II.

v. 34. *Vomere verterunt primum nova rura Sicano*] Legendum cum Interprete,

Vomere verterunt primum nova rura Sicani.

ita clara sententia. alterum non absurdum, si ad *populos* referas. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. *Sicani* in Puteaneo; & sic Interpres, uti & Barthius, & Cluverus in Sicilia. malim etiam *Vomere primo*, vel *primi Sicani.* N. HEINSIUS.

v. 35. *Qui nomen ab amne Ascitum patrio*] Eleganter membranae Oxonienses *Abscitum.* cur non bene? Nam nomen demtum fluvio, ut ejus memoria promtius exolesceret, & novae terrae assuesceretur melius, insulae dederunt novi coloni. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. pro *nomen Ascitum*, perperam Barthius *Abscitum* ex Oxonio. N. HEINSIUS.

v. 39. *Nec res dedecori fuit, aut mutasse pudebat Sicanum Siculo nomen. mox accola Minos Duxerat Eteretum non fausta ad bella cohortes*] De Eteretis nihil monstrosius. Quos populos *Eteocretas* reducit Interpres, eorum syllabae repugnant manifesto, nisi contra omnem scriptam excusamque lectionem pleraque perturbes. In manuscripto Oxoniensi Modiana confirmatur emendatio, quam recipiendam etiam autumo,

—— mox duxerat actos
Moenibus eventum non fausta ad proelia Minos.

Legit Modius ex his verbis (ita enim membranae etiam nostrae) *actos Moenibus e centum.* Cretenses centum suis urbibus nobilissimi in omni antiquitate. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. Nihili esse vocem *Eteretum* etiam Interpres vidit. quapropter jubet reponi,

Dux Eteocretum, non fausta ad bella cohortans,
Daedaleam repetit pennam. ——

Rectius Cluverius & minori licentia, *Duxerat & Cretum cohortes.* uti & Salmasius ad Solinum pag. 105. [pag. 74. edit. postremae.] Sed codices scripti non agnoscunt illa, *aut mutasse pudebat Sicanium Siculo nomen.* absunt & a priscis editionibus. Deinde in iisdem refinguntur reliqua hoc modo,

Nec res dedecori fuit: accola duxerat actos
Moenibus e centum non fausta ad proelia Minos.

nisi quod in Puteaneo, *accola duxerit actus Moenibus ereptum*; in Oxonio *eventum*; in editione Parmensi *haerentum*: nam nos Coloniensis libri hic scripturam expressimus, qui eleganter *Moenibus è centum.* quomodo Nasoni Minos dictus *rector populorum centum.* De centum Cretae urbibus omnia jam pervulgata, unde & Homero Κρήτη ἑκατόμπολις dicta Iliad. B. vers. 649.

Ἄλλοι θ᾽ οἳ Κρήτην ἑκατόμπολιν ἀμφενέμοντο.

Eidem tamen in Odyssea ἐνενηκοντάπολις dicitur, ubi videndi veteres Scholiastae. Observavit & Strabo, Homerum sibi non constare. Apud Maron. III. Aen. vers. 106.

Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Horat. III. od. XXVII.

Quae simul centum tetigit potentem
Oppidis Creten.

Seneca in Troadibus vers. 820.

Urbibus centum spatiosa Creta.

Naso I. Art. Amat. vers. 297.

—— non hoc, centum quae sustinet urbes,
Quamvis sit mendax, Creta negare potest.

Senec. in Hippol. vers. 149.

Quid ille, lato nomina qui regno premit,
Populisque dedit jura centenis pater.

in Herc. Oetaeo vers. 27.

Taurusque populis horridus centum pavor.

& de eadem,

Centum populi brachia pulsent.

Sed hoc etiam pueris est compertum. Vide quantilli fuerit negotii veram lectionem dare. Scribendum quippe ac distinguendum nulla fere mutatione,

Nec Cres dedecori fuit accola. duxerat actos
Moenibus e centum non fausta ad proelia Minos.

Nam *accola Minos* dici Siciliae non potest, qui statim post adventum suum illic in balneo interfectus est,

Postquam perpetuas judex concessit ad umbras,
Cocalidum insidiis, fesso Minoïa turba
Bellandi studio Siculis subsedit in oris.
Miscuerunt Phrygiam prolem Trojanus Acestes,
Trojanusque Helymus, structis qui, pube secuta,
In longum ex sese donarunt nomina muris.
Nec Zanclaea gerunt obscuram moenia famam,
Dextera quam tribuit posito Saturnia telo.
Sed decus Hennaeis haud ullum pulchrius oris,
Quam quae Sisyphio fundavit nomen ab Isthmo,

Et

est, infusa capiti aqua fervida per filias Cocali: quod, praeter Cononem apud Photium, Tzetzes Chiliad. I. 19. Pausanias in Achaicis, & Eusebius in Chronicis enarrant, quodque noster innuit, cum subjunxit *Cocalidum insidiis.* Nunc locus Silii optime se habet, unica literula addita, quem ut sanarent homines male feriati, versum totum de suo inculcarunt. Dausq. & Barthius testantur, a Modio ex Coloniensibus membranis proferri *Moenibus e centum.* ubi vero Modius protulerit eam lectionem, mihi non liquet. Certe Epistola XLIV. Novantiquarum Lectionum, ubi proxima huic loco nonnulla castigantur, tale nihil occurrit. *Cres* pro Cretensi lib. II. vers. 93.

Cres erat, aerisonis Curetum advectus ab antris,
Dictaeos agitare puer levioribus annis
Pennata saltus assuetus harundine Mopsus.

N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolanensis editio, omisso versu spurio, habent,

Nec res dedecori fuit. accola duxerat arctos
Moenibus haerentum non fausta ad proelia Minos.

Nec aliter Marsus & Martinus Herbipolensis ediderunt, nisi quod *actos*, pro *arctos*, & *Eteretum*, pro *haerentum*, legant. Ex Nicandri autem Juntina editione orta primum est vulgata scriptura, quam omnes deinceps editiones expresserunt, etiam D. Heinsii Raphelengiana: ad cujus marginem Illustrissimus Scaliger *Duxerat & Cretam* scribendum conjicit, pro quo Cellarius *Duxerat & Creta* malebat. Sed omnino vera est lectio, quam vir Illustrissimus N. Heinsius, tum ex libris priscis, tum ex conjectura, Silio vindicavit. *Cres* pro Cretensi est apud Cicer. I. de Divin. cap. XVIII. *Quod & somniantibus saepe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, ut Bacis Boeotius, ut Epimenides Cres, ut Sibylla Erythraea.* De centum vero Cretae urbibus vide Meursium in Creta lib. I. cap. V.

v. 41. *Daedaleam repetens pennam*] Est illud *pennam* ab iis, qui Daedalum remigio alatum, ut ait ille, custodiam Minois evasisse dixerant: cum alioqui legendum sit *Daedaleam repetens poenam*; quod valet, repetens Daedalum ad poenam. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. *poenam* bene ex Coloniensi Modius: neque aliter Puteaneus. N. HEINSIUS. Etiam Salmasius, hunc locum laudans, *poenam* habet in Exercit. Plinian. pag. 74. neque aliter restituendum censuit & Meursius in Creta lib. III. cap. III. ubi pluribus agit de morte Minois: de qua & vide Boeslium ad Ovidii lb. vers. 291. Primus hic iterum Nicander genuinam Silii manum corrupit, *pennam* edendo. omnes enim ante Juntinam editiones *poenam* constanter habent, ut & codex Oxoniensis cum reliquis MStis, ab aliis memoratis.

v. 43. *Fesso Bellandi studio*] *casso* vel *misso* malebat Doctissimus Dausquejus: sed contra auctoritatem omnium librorum.

v. 45. *Trojanus Acestes*] Operarum errore editio Romana princeps *Acestu* habet, quod manu docta in *Acestus* emendatum. Sed vulgatum rectum est.

v. 49. *Dextera quam tribuit posito Saturnia telo*] Membranae *zelo*. nimirum, quia de Trojanis jam locutus est. Nos tamen nihil temere mutamus. *telum* accipe pro ira. Sic lib. XVI. vers. 62. *cui telum ingens accesserat ira.* BARTHIUS lib. IX. Adversf. cap. III. *telum* pro ira interpretatur Barthius, qui locum hunc minime intellexit. Tu vero per *telum positum* intellige falcem Saturni abjectam illic, qua patris Coeli pudenda subsecuerat. Est autem allusio ad nomen Messanae Zanclen. nam ζάγκλον falcem Siculi dicunt, testibus Eustathiô in Odysseam Homeri, Tzetze in Lycophronis Alexandram, & Stephano Byzantio. hinc Ζάγκλης Δρεπανηΐδος ἄστυ apud Nicandrum in Siciliae descriptione. Inter varias enim caussas, quae civitati huic nomen *Zancles* dicuntur dedisse, etiam haec a scriptoribus vetustis profertur, quam narrabam modo. Naso de Messana IV. Fastor. vers. 474. ubi oppida Siciliae complura recenset,

Quique locus curvae nomina falcis habet.

N. HEINSIUS. Consule pluribus Cluverum in Sicil. Antiq. I. cap. VI. pag. 81.

v. 50. *Hennaeis oris*] Editio Mediolan. *Hannadis*, codex Oxoniensis *Hannaois*, Puteaneus *Ethneis*. Illustrissimus Scaliger ad marginem Silii *Aetneis* legebat, quod perperam recepit Cellarius. Praevalet enim apud me Coloniensis libri optimi auctoritas, in quo est *oris Hannaeis*, id est Siculis, ut saepe alibi. Vide supra ad lib. I. vers. 93.

v. 51. *Sisyphio fundavit nomen ab Isthmo*] Colo-

mensis

Et multum ante alias Ephyraeis fulget alumnis.
Hic Arethusa suum piscoso fonte receptat
Alphêon, sacrae portantem signa coronae.
At non aequus amat Trinacria Mulciber antra.
Nam Lipare, vastis subter depasta caminis,
Sulfureum vomit exeso de vertice fumum.
Ast Aetna eructat tremefactis cautibus ignis
Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem
Murmure per caecos tonat irrequieta fragores
Nocte dieque simul. fonte e Phlegethontis ut atro
Flammarum exundat torrens, piceaque procella
Semiambusta rotat liquefactis saxa cavernis.
Sed quamquam largo flammarum exaestuet intus
Turbine, & assidue subnascens profluat ignis,

Summo

niensis cum Parmensi editione *ab Hista.* non placet. nam Archias Corinthius Syracusarum fuit conditor. N. HEINSIUS. *ab Hista* etiam Oxoniensis liber cum Romana principe & Mediolanensi editione. Sed recte Illustrissimus Heinsius vulgatum tuetur. Intelligit enim Silius Syracusas, de qua urbe infra est vers. 642.

—— non ulla per orbem
Tum sese Isthmiacis aequassent oppida tectis.

Conditae enim fuerunt ab Archia Corinthio, teste Tertull. de Pallio cap. II. *Corinthii cum Archia muniunt Syracusas.* vide etiam Pausan. I. Eliac. cap. VII. Scalig. ad Euseb. Chronic. anno 1283. & Cluver. in Sicil. Antiq. lib. I. cap. XII. pag. 139. Sita vero fuit Corinthus in Isthmo Peloponesiaco, qui *Sisyphius* dicitur, quod his oris olim Sisyphus imperaverit.

v. 53. *Receptat Alphêon*] Primae editiones Silii *recepit.* sed perperam. *receptare* enim ea forma, qua *imperitare*, de quo supra vide ad lib. II. vers. 52. *coeptare*, de quo vide ad lib. II. vers. 275. *factare*, de quo vide Commentatores ad Petron. Satyr. cap. XL. aliaque similia.

v. 54. *Sacrae portantem signa coronae*] Refer ad cineres, quae Pisis in Siciliam dicuntur deferri. Plinius lib. II. cap. CIII. vel ad fimum. Plinius lib. XXXI. cap. V. & illic Interpretes. lib. II. cap. XCVII. & Senec. Natur. Quaest. lib. III. cap. XXVI. N. HEINSIUS. Hinc Alphêus dicitur ἄγων στεφηφόρον ὕδωρ, apud Nonn. in Dionys. lib. XXXVII. vers. 173. Plura de Alphêo & Arethusa videnda sunt apud Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XII. pag. 156. & sequentibus.

v. 58. *Eructat tremefactis cautibus ignes*] *eructat tremefactis cautibus ignis Inclusi gemitus* scripti. sequentia distinctione sunt adjuvanda. N. HEINSIUS. Silius imitatur Virgilium, qui etiam τῷ *eructare* in descriptione hujus montis usus est III. Aeneid. vers. 575.

Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.

Aetnae montis descriptionem vide apud Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. VIII. pag. 97.

v. 64. *Exaestuat intus*] *exaestuet* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 65. *Subnascens profluit ignis*] *profluat* etiam Coloniensis, non *profluit.* Puteaneus *perfluat.* vide Dausquejum pag. 588. N. HEINSIUS. Doctissimus Dausquejus pro *profuit*, quod in quodam libro invenerat, opus rescripto notavit *profurit*, *profluit*, *proruit*, aut *proficit*, similive. Sed recte N. Heinsius *profluat*, & versu anteriori *exaestuet* ex Coloniensi vindicavit. in Oxoniensi manifesto errore *superfluat* est, in priscis editionibus *perfluat.* Sed sollemni lapsu librarios praepositiones *per* & *pro* in verbis inde compositis inter se commutasse supra docui ad lib. IV. vers. 548. & infra ad lib. XVII. vers. 304. Cellarius perperam *profugit* edidit.

v. 66. *Summo cana jugo*] Doctissimus Dausquejus putat scribendum *Summo plana jugo:* sed praeter omnium librorum auctoritatem, qui in vulgatam lectionem conspirant, nisi quod in Oxoniensi scribae errore sit *cava. canam* autem Aetnam vocat ob glaciem ac nivem, quae semper in summo ejus jugo erat. Noster lib. I. vers. 205. *Canet barba gelu.* lib. III. vers. 479.

Cuncta gelu canaque aeternum grandine tecta.

vers. 534.

—— atque una pruinae
Canentis, quacumque datur permittere visus,
Ingeritur facies.

Petron. in Satyr. cap. CXXIII.

Prima quidem glacies & cana vincla pruina
Non pugnavit humus.

Ovid. III. Trist. eleg. X. vers. 10.

Terraque marmoreo candida facta gelu est.

& vers. 22.

Et nitet inducto candida barba gelu.

Claudian. in Consul. Olybr. & Prob. vers. 270.

Non

Summo cana jugo cohibet (mirabile dictu!)
Vicinam flammis glaciem; aeternoque rigore
Ardentes horrent scopuli: stat vertice celsi
Collis hiems, calidaque nivem tegit atra favilla.
Quid referam Aeolio regnatas nomine terras?
Ventorumque domos, atque addita claustra procellis?
Hic versi penitus Pelopêa ad regna Pachyni
Pulsata Ionio respondent saxa profundo.
Hic, contra Libyamque situm Caurosque furentes,
Cernit devexas Lilybaeon nobile Chelas.
At, qua diversi lateris frons tertia terris
Vergit in Italiam prolato ad litora dorso,
Celsus harenosa tollit se mole Pelorus.
His longo mitis placide dominator in aevo

Praefuerat

Non canas vestita nives, non aspera ventis.
atque ita passim.

v. 67. *Vicinam flammis glaciem*] Senec. Epist. LXXIX. *Sed reservemus ista, tunc quaesituri, cum tu mihi scripseris, quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne aestas quidem solvit: adeo tutae sunt ab igne vicino.*

v. 69. *Calidâque nivem tegit atra favilla*] Neque hic recipiendam puto Dausqueji conjecturam *alsamque*, vel *canamque nivem*. Fortasse tamen legendum *calidamque nivem tegit atra favilla.*

v. 70. *Aeolio regnatas nomine terras*] *Aeolio numine* opinor. N. HEINSIUS. Has voces librarii quam frequenter inter se commutarunt. vide infra ad lib. XVI. vers. 653. Haud temere tamen hic vulgata scriptura rejicienda est. *Aeolum* enim *nomen* Graeca locutione pro Aeolus accipi potest. Supra lib. IV. vers. 731. *Latio lacrimabile nomen Hannibal.* lib. V. vers. 161. *vetisi transcendere nomen Hiberi.* ubi quaedam vide. Alia habent G. Canter. II. Novar. Lection. cap. X. Jos. Scalig. ad Catull. pag. 176. Salmas. ad Solin. pag. 73. Barth. ad Claud. bell. Gild. vers. 304. & Weitz. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 794.

v. 72. *Hic versi penitus Pelopeia ad regna Pachyni*] *Hinc* malim, & mox, *Hinc contra Libyamque situm.* N. HEINSIUS. Priscae editiones, Romana princeps, Parmensis, Mediolanensis & aliae utroque loco *Hic* legunt, non *Hinc.* deinde notat Doctissimus Dausquejus ad hunc locum, syllabam priorem τοῦ *Pachynus* Silium corripuisse, sed poëtis *usibilius* (ita loquitur) seu magis usitatum esse, ut eam producant; quam in rem duo Nasonis loca laudavit, alterum ex XIII. Metam. 725.

E quibus imbriferos versa est Pachynus ad Austros.
alterum ex V. Metam. vers. 351.

Laeva, Pachyne, tibi: Lilybaeo crura premuntur.
Sed priori loco scripti habent *est versa Pachynos*, vel *obversa Pachynos*, quorum illud Ciofan. hoc N. Heinsius probavit: posteriori vero ipse Ovidius primam syllabam etiam brevem fecit; ut in his similibusve Dausqueji inconsiderantiam satis mirari nequeam. Nam si unum Nasonis corruptum locum excipias, omnes poëtae primam in voce *Pachynus* longam faciunt: secundae vero modulus apud Dionys. Perieg. ejusque interpretem Priscianum communis est. Deinde pro *Pelopeia ad regna* Putean. codex *Pelopei ad regna*, Colon. *Pelopêa:* atque ita ad marginem Silii emendarat Illustrissimus Scaliger, quod & Nic. Heinsius in contextum recipi voluit.

v. 74. *Libyamque situm Caurosque furentes*] *Libycamque* Puteaneus, mox *frons tertia terrae*, non *terris*, scripti. N. HEINSIUS. *Libycamque situm* pessime priscae editiones. Coloniensis & Oxoniensis codex nihil mutant. *Cauri* autem *furentes*, ut apud Auson. Mosell. vers. 292.

Non hic dira freti rabies, non saeva furentum
Proelia Caurorum.

austros furentes habes apud Maron. I. Aen. vers. 52. quod Servius eo loco ad imitationem Ennii dictum notat, cui *venti furentes* vocantur. & ita *rabidi venti* saepius apud poëtas occurrunt, quos nonnumquam librarii in *rapidi* mutarunt. Variant autem sententiis auctores prisci super situ promontoriorum Siciliae, de quo vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. III. pag. 49.

v. 75. *Cernit devexas Lilybaeon nobile Chelas*] Nec per *Chelas* cum Dausquejo colles gemellos intelligerem, quorum in descriptione Siciliae Plinius meminit lib. III. cap. VIII. neque cum Ortelio duo Africae promontoria Apollinis & Mercurii, quae sinum Karthaginiensem veluti duabus cancrorum chelis amplectuntur. Recte enim olim Marsus & ex eo Cellarius docuerunt, per *chelas* intelligi signum coeleste, alio nomine *libra* dictum, cui subjacet Africa, quam Lilybaeum respicit.

v. 79. *His longo mitis placido dominator in aevo*] *His longum* corrigo; vel *placide praefuerat*, quod in scriptis est; idque tutius sequemur, cum & Gronovio placuerit Observationum iteratae editionis

Tttt libro

Praefuerat terris Hieron, tractare sereno
Imperio vulgum pollens, & pectora nullo
Parentum exagitare metu, pactamque per aras
Haud facilis temerare fidem, socialia jura
Ausoniis multos servarat casta per annos.
Verum, ubi fata virum fragili solvere senecta,
Primaevo cessit sceptrum exitiale nepoti,
Et placida indomitos accepit regia mores.
Namque, bis octonis nondum rex praeditus annis,
Caligare alto in solio, nec pondera regni
Posse pati, & nimium fluxis confidere rebus.
Jamque brevi nullum, delicta tuentibus armis,
Fas notum, ignotumque nefas: vilissima regi
Cura pudor. tam praecipiti materna furori
Pyrrhus origo dabat stimulos, proavique superbum
Aeacidae genus, atque aeternus carmine Achilles.
Ergo ardor subitus Poenorum incepta fovendi:
Nec sceleri mora. conjungit nova foedera, pacto,
Cederet ut Siculis victor Sidonius oris.
Sed stabant poenae, tumulumque negabat Erinnys,
Qua modo pactus erat socium non cernere, terra.
Saevos namque pati fastus, juvenemque cruento
Flagrantem luxu, & miscentem turpia diris,

Haud

libro III. cap. VII. N. HEINSIUS. Recte viri docti *placide* vindicarunt; eam enim lectionem servant etiam veterrimae editiones, quam primus temeravit Nicander apud Juntas. Pariter ferme est apud Valer. Flacc. lib. VIII. vers. 14.

Tu, precor, haec longa placidus mox sceptra senecta
Tuta geras.

v. 84. *Multos servarat casta per annos*] Nimirum, per quinquaginta annos, teste Livio lib. XXIV. cap. IV. & cap. XXVIII.

v. 88. *Rex praeditus annis*] *perditus* in Coloniensi. forte *proditus*, pro editus aut natus. N. HEINSIUS. Celeberrimus Burmannus N. Heinsii conjecturam *proditus* veram putat, sed exponit renunciatus, creatus: Rex creatus, cum nondum sedecim annos natus esset: quem nempe, avo Hierone moriente, quindecim ferme annorum puerum fuisse Livius testatur lib. XXIV. cap. IV. ita *prodere Flaminem*, *Interregem* & similia in historia Romana singulis paginis obvia sunt.

v. 89. *Caligare alto in solio, nec pondera regni Posse pati*] Elegantissime haec de filio Hieronis ait, nimium ad reipublicae aut regni gubernacula juvene, scilicet nondum oculis rationis usu rerum apertis. at de patre contra vers. 80. *tractare sereno Imperio vulgum pollens.* BARTHIUS lib. XXII. Adversf. cap. XIV. Non de filio Hieronis, sed nepote, haec dicuntur; avo enim is successit. illud *caligare* vero, ut supra lib. II. vers. 299. *novi caecus caligine regni.*

v. 92. *Vilissima regi Cura pudor*] Male in nonnullis editionibus *regni*, quod perperam secutus est Interpres. egregie illustravit hunc locum Gronovius III. Observ. cap. VII. N. HEINSIUS. Dausquejus ita hunc locum interpungebat, & legebat, *vilissima regni Cura. pudor!*

v. 93. *Tam praecipiti materna furori*] *tum* scribendum, vel *jam*, ut initio hujus libri *jam reddere foenus aratris.* & sic saepe alias. N. HEINSIUS. *tum* habet Mediolanensis editio. potest tamen & vulgata scriptura servari, in quam libri scripti & editi reliqui conspirant.

v. 95. *Aeternus carmine Achilles*] Id est, Homeri Iliade aeternum nomen consecutus. Hinc Scipio Achillem felicem praedicat, quod Homerum praeconem facinorum adeptus sit, supra lib. XIII. vers. 796.

Felix Aeacida, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi! crevit tua carmine virtus.

v. 97. *Nec sceleri mora. jungit nova foedera pacto*] Fortasse *conjungit*, ut constet versus. D. HEINSIUS. Videtur correpisse in *jungit* vocula *quin*, prisca majusculis literis duas exprimendi ratione, *quin jungit enim.* BARTHIUS lib. IX. Adversf. cap. III. Versus manifeste claudicat. Probe parens meus *conjungit.* Possis etiam *junguntur nova foedera pacto*, paciscenti, ut Karthaginienses cederent Sicilia, quod

&

Haud ultra faciles, quos ira metusque coquebat,
Jurati obtruncant: nec jam modus ensibus: addunt
Femineam caedem, atque insontum rapta sororum
Corpora prosternunt ferro. nova saevit in armis
Libertas, jactatque jugum. pars Punica castra,
Pars Italos & nota volunt; nec turba furentum
Desit, quae neutro sociari foedere malit.
Tali Trinacriae motu, rebusque Sicanis
Exitio regis trepidis, sublimis honore
(Tertia nam Latios renovarat purpura fasces)
Marcellus classem Zanclaeis appulit oris.
Atque ubi cuncta viro, caedesque exposta tyranni,
Ambiguaeque hominum mentes; Karthaginis arma
Quos teneant, & quanta, locos; quod vulgus amicum
Duret Trojugenis; quantos Arethusa tumores
Concipiat, perstetque suas non pandere portas;
Incumbit bello, ac totam per proxima raptim
Armorum effundit flammato pectore pestem.
Non aliter Boreas, Rhodopes a vertice praeceps
Cum sese immisit, decimoque volumine pontum
Expulit in terras, sequitur cum murmure molem
Ejecti maris, & stridentibus affremit alis.
Prima Leontinos vastarunt proelia campos,

& Interpreti video placuisse. vel etiam *jungebat.* Barthius,

Nec sceleri quin jungit enim nova foedera pacto.

audacissima, mehercules, conjectura. N. HEINSIUS. Posset etiam cum Celeberrimo Burmanno legi,

Nec sceleri mora sit. jungit nova foedera.

v. 97. *Pacto Cederet ut Siculis* &c.] *τὸ pacto* Doctissimus Dausquejus optime contra nonneminem defendit, qui *pactus* reponebat: nonnullisque, tum ex Silio, tum ex aliis auctoribus, exemplis docet, *pacto* hic poni pro postquam pepigisset. Ita & Livius locutus est lib. XXVIII. cap. XXI. *Quidam, quas disceptando controversias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter se, ut victorem res sequeretur, ferro decreverunt.* quod cum eruditissimo Gronovio nolim mutari in *pacti.* Tacit. II. Annal. cap. VII. *Ipse, audito castellum, Luppiae flumini appositum, obsideri, sex legiones eo duxit.* Similia plura videnda sunt apud Dousam comment. ad Horat. cap. VIII. Colvium ad Appul. I. Metam. pag. 6. N. Heinsium ad Vellej. Paterc. lib. I. cap. VII. J. Fr. Gronov. ad Livii lib. I. cap. XLI. Perizonium ad Sanct. Minerv. lib. III. cap. IX. & Bentlej. ad Horat. I. sermonum ecl. VI. vers. 126.

v. 102. *Miscentem turpia duris*] *diris* in Coloniensi rectius. Puteaneus *dictis.* N. HEINSIUS. Has voces librarii crebro commutarunt inter se. vide infra ad vers. 127. In Oxon. codice manifesto errore *duris* scriptum est; ita tamen, ut librarium *duris* cogitasse inde appareat.

v. 103. *Quos ira metusque coquebat*] Supra lib. IV. vers. 540. *Cui Consul, namque ira coquit.* Virgil. VII. Aen. vers. 345.

Femineae ardentem curaeque iraeque coquebant.

ubi videndus Germanus.

v. 112. *Tertia nam Latios renovarat purpura fasces*] *revocarat* in Puteaneo. N. HEINSIUS. Saepe has voces turbarunt librarii. vide supra ad lib. IV. vers. 15. lib. X. vers. 634. lib. XI. vers. 8. lib. XIII. vers. 123. Gronovium ad Senec. II. de benefic. cap. XI. N. Heinsium ad Nason. VII. Metam. vers. 177. & Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. X. vers. 35. Propter auctoritatem tamen ceterorum codicum, qui vulgatam lectionem servant, nihil hoc loco mutarem. Deinde, pro *Tertia*, Scaliger ad Euseb. Chron. pag. 139. hunc locum laudans, *Tertio* habet, sive vir Illustrissimus ita legendum existimet, sive errore librariorum. Sed *Tertia* recte se habet.

v. 122. *Decimoque volumine pontum Expulit in terras*] Fluctum decumanum intelligit, poetis passim celebratum. Plura vide apud Polit. in Miscell. cap. LXXXVI. Meminit ejus Tertull. etiam in Pall. cap. 2. *Sic & mari fides infamis, dum & flabris aeque mutantibus de tranquillo probum, de fluctris temperatum, & extemplo de decumanis inquietat.* Graecis τρικυμία dicitur, ut apud Aristaenet. lib. I. epist. XVII. & alibi.

v. 125. *Leontinos campos*] Vide Cluver. I. Sicil.

Regnatam diro quondam Laestrygone terram.
Instabat ductor, cui tarde vincere Grajas
Par erat, ac vinci, turmas. ruit aequore toto;
(Femineum credas maribus concurrere vulgum)
Et Cereri placitos fecundat sanguine campos.
Sternuntur passim; pedibusque evadere letum
Eripuit rapidus Mavors. ut cuique salutem
Promisit fuga, praeveniens dux occupat ense.
Ite, gregem metite imbellem, ac succidite ferro,
Clamat, cunctantes urguens umbone catervas.
Pigro luctandi studio certamen in umbra
Molle pati docta, & gaudens splendescere olivo,
Stat, mediocre decus vincentum, ignava juventus.
Haec laus sola datur, si viso vincitis hoste.
Ingruit, audito ductore, exercitus omnis;
Solaque, quod superest, secum certamina norunt,
Quis dextra antistet, spoliisque excellat opimis.
Euboïci non, per scopulos illisa Caphareo,
Euripi magis unda furit; pontumve sonantem
Ejicit angusto violentius ore Propontis;

Nec

Ant. cap. x. pag. 126.

v. 126. *Regnatam duro quondam Laestrygone terram*] *diro* ex scriptis. N. HEINSIUS. Sic supra vers. 33.

Post dirum Antiphatae sceptrum & Cyclopia regna.

Antiphates autem Laestrygonum rex fuit, qui *cruentus* dicitur apud Statium lib. I. silv. III. vers. 84. *litusque cruenti Antiphatae.* Pariter peccatum apud Rutil. I. Itin. vers. 382.

Hospite conductor dirior Antiphate.

ubi vulgo *durior* editur. Librariorum culpa passim voces *dirus* & *durus* in MSis turbantur. Vide supra ad lib. v. vers. 206. lib. IX. vers. 637. lib. XI. vers. 12. lib. XII. vers. 385. lib. XIV. vers. 103. & 619. lib. XVII. vers. 192. Pierium ad Maron. XII. Aen. vers. 199. Gifanii Indic. Lucret. in voce *Victus & Vinctus*, N. Heinsium ad Claudiani II. in Rufin. vers. 89. ad I. in Eutrop. vers. 4. de laudib. Serenae vers. 163. ad Nason. III. Metam. vers. 353. & 694. ad IV. Fastor. vers. 53. Valer. Flacc. lib. III. vers. 610 doctos interpretes ad Horat. lib. II. od. XII. vers. 2. Brockh. ad Propert. lib. III. eleg. XI. vers. 53. & eleg. XXII. vers. 20. Bentlej. ad Horat. lib. III. od. XXIV. vers. 6. aliosque. Ita forsitan emendandum apud Priscian. in Perieg. vers. 701.

Omnia sed diri superant audacia lucri.

in optimis editionibus nunc *duri lucri* legitur. De Laestrygonibus autem, quos nonnulli Siciliae partem tenuisse volunt, consule Cluver. I. Sicil. Ant cap. II. pag. 15. & cap. x. pag. 120.

v. 129. *Femineum credas maribus concurrere vulgum*] Multitudo variarum nationum, concurrens exercitui unius gentis & disciplinae certae, pro feminis habetur. Curtius Alexandri ad suum militem verbis. *Irent, & imbellibus feminis aurum viri eriperent.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Per *vulgum femineum* Silius Siculos intelligit ob ignaviam. Communi enim convitio homines timidi & imbelles *feminae* vocantur. vide supra ad lib. II. vers. 361. Barthius haec male ceperat.

v. 130. *Et Cereri placidos fecundat sanguine campos*] Lege *placitos*. D. HEINSIUS. *Cereri placitos* malo cum Coloniensi. Sic apud Valerium Flaccum, *placitosque Deis ne deserat actus.* atque ita conjecerat parens meus. vide notas ad lib. I. vers. II. N. HEINSIUS. Recte *placitos* viri docti, quomodo Marsus & alii jam ediderunt. Simili modo Allifanus ager, qui vini feracissimus est, *Iaccho haud inamatus* dicitur lib. XII. vers. 526. *fecundat sanguine* autem, ut supra lib. III. vers. 261. *uberior Rutulo nunc sanguine Thapsus.* Virgil. I. Georg. vers. 490.

Nec fuit indignum Superis, bis sanguine nostro
Emathiam & latos Haemi pinguescere campos.

Petron. in Satyr. cap. CXX.

Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.

ubi vide, quae viri docti notarunt.

v. 134. *Ite, gregem & metite imbellem*] τὸ & tollendum, sic jubente libro Coloniensi & Parmensi editione. N. HEINSIUS. Copula & abest etiam a codice Oxoniensi & omnibus priscis editionibus ante Nicandri Juntinam, qui primus inepta hac interpositione Silii manum corrupit.

v. 136. *Pigro luctandi studio &c.*] De exercitu

Eutropii

Nec fervet majore fretum rapiturque tumultu,
Quod ferit Herculeas extremo Sole columnas.
Mite tamen dextrae decus inter proelia tanta
Enituit fama. miles Tyrrhenus, (Asilo
Nomen erat) captus quondam ad Thrasymena fluenta,
Servitium facile & dominantis mollia jussa
Expertus Beryae, patrias remearat ad oras
Sponte faventis heri; repetitisque impiger armis
Tum veteres Siculo casus Mavorte piabat.
Atque is, dum medios inter fera proelia miscet,
Illatus Beryae, cui, pacta ad regia misso
Poenorum a populis, sociataque bella gerenti,
Aerato cassis munimine clauserat ora,
Invadit ferro juvenem, trepideque ferentem
Instabiles retro gressus prosternit harena.
At miser, audita victoris voce, trementem
Cunctantemque animam Stygia ceu sede reducens,
Cassidis a mento malesidae vincula rumpit,
Jungebatque preces, atque addere verba parabat.

Sed,

Eutropii similia habes apud Claudian. II. in Eutrop. vers. 407.

Pulcher & urbanae cupiens exercitus umbrae,
Assiduus ludis, avidus splendere lavacris,
Nec soles imbresve pati.

Alia vide apud Dausquejum ad hunc locum.

v. 139. *Si viso vincitis hoste*] In hoc, quo Caesareum illud alluditur, *Veni, vidi, vici*, scribendum putem, *si visu vincitis hostem:* quod nervosius, & menti Silianae magis aptum. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. *si visu vincitis hostem* Barthius; non placet. *si visi vincitis hostem* Gronovius curis secundis Observ. III. cap. VII. N. HEINSIUS. Barthianum *si visu vincitis hostem*, confirmatur fere epigrammate in Catalect. Pithoei lib. II. pag. m. 51.

Conspectu devicta tuo, Germanice Caesar.

v. 141. *Secum certamina norunt*] *morunt* omnino scribendum, quidquid obstant codices vetusti. mox *Euboica* Coloniensis. N. HEINSIUS. Silius lib. I. vers. 6.

Gens Cadméa super regno certamina movit.

lib. II. vers. 46.

Si taedet coepti, culpandave movimus arma.

vers. 230.

Spirantem credas certamina anhela moventem.

lib. VII. vers. 569.

Non graviore movent venti certamina mole.

lib. IX. vers. 282.

Sic ubi prima movent pelago certamina venti.

Lucan. lib. III. vers. 120. *sed pars vilissima rerum Certamen movistis opes.* Ita frequenter peccarunt librarii, ut supra lib. XIII. vers. 257. vide Nic. Heinsium ad Nason. epist. VII. Heroid. vers. 85. epist. XVIII. Her. vers. 5. ad III. Fastor. vers. 347. & J. Fr. Gronov. I. Obs. cap. XV.

v. 149. *Asylo Nomen erat*] *Asilo* Coloniensis. N. HEINSIUS. Non aliter etiam priscae editiones Romana princeps, Parmensis ac Mediolanensis. *Asylas* quidam Maroni saepius memoratur, quod Servius ad XII. Aen. vers. 127. *Etruscum nomen* esse notat.

v. 152. *Expertus Berrae*] *Boreae* Puteaneus & priscae editiones: *Beryae* Coloniensis, etiam infra; quod amplector. Idem Coloniensis *patrias Beryae remearat. remearat* etiam Puteaneus & editi antiquitus. Mox tamen, pro *Berrae*, Parmensis editio *Verri*. N. HEINSIUS. In Oxoniensi etiam libro & editionibus Romana principe ac Mediolanensi, tum hoc loco, tum mox *Boreae* est, ut & *remearat*, pro *remeabat*. Errat autem Cellarius, qui Beryan hunc Leontinum fuisse existimat, cui Asilus servierat. Poenus enim fuit, a Karthaginiensibus ad Hieronymum regem foederis firmandi caussa missus, eaque occasione se Siculis seu Leontinis cum Romanis bellum gerentibus socium adjunxit: quae omnia ex Silii verbis colliguntur.

v. 159. *Invadit juvenem ferro*] Libri scripti Oxoniensis & Puteaneus *Invadit ferro juvenem*, quod Illustrissimus Heinsius in contextum recepit; in notis vero monere omisit.

v. 161. *Ac miser*] *At* Coloniensis & Puteaneus cum editione Parmensi. N. HEINSIUS. Pariter & codex Oxoniensis cum editione Romana principe & Mediolanensi. Vide supra ad lib. VI. vers. 190.

v. 162. *Animam Stygia tunc sede reducens*] Praestantissimus codex Colonius *Stygia ceu sede reducens*, quod omnino admittendum. Mox & *vincula rumpit*,

Sed, ſubito aſpectu & noto conterritus ore,
Tyrrhenus ferrumque manu revocavit, & ultro
Talia cum gemitu lacrimis effudit obortis:
Ne, quaeſo, ſupplex lucem dubiuſque precare:
Fas hoſtem ſervare mihi. multo optimus ille
Militiae, cui poſtremum eſt primumque, tueri
Inter bella fidem: tu letum evadere nobis
Das prior, & ſervas nondum ſervatus ab hoſte.
Haud equidem indignum memet, quae triſtia vidi,
Abnuerim, dignumque iterum in pejora revolvi;
Si tibi per medios ignes medioſque per enſes
Non dederit mea dextra viam. ſic fatur, & ultro
Attollit, vitaque exaequat munera vitae.
At, compos Sicula primum certaminis ora
Coepti, Marcellus victricia ſigna, quieto
Agmine progrediens, Ephyraea ad moenia vertit.
Inde Syracoſias caſtris circumdedit arces.
Sed ferri languebat amor. ſedare monendo

Pectora

pit, non *rupit*, ſcripti. N. HEINSIUS. Codex Oxonienſis proxime verum *Stygia cui ſede.*

v. 165. *Noto conterritus ore*] Membranae Oxonienſes *conterritur ore:* ſed non ſequor.

v. 167. *Lacrimis effudit obortis*] *effundit* Puteaneus & editio Parmenſis. N. HEINSIUS. *effundit* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio. Iidem libri cum Parmenſi editione *abortis*, quod Gebhardus plurimis locis Ovidio aſſerere conatus eſt I. Crep. cap. XII. ſed fruſtra.

v. 170. *Cui poſtremum eſt primumque*] Proverbialis eſt locutio, de qua vide Eraſm. in Adagiis titul. 2.

v. 177. *Vitaque exaequat munera vitae*] Poſſis & *victoque exaequat.* N. HEINSIUS.

v. 179. *Marcellus coepti*] *Coepti Marcellus* in ſcriptis. Editio Parmenſis,

At campis Sicula primi certaminis ora
Captis Marcellus.

N. HEINSIUS. Cum Parmenſi faciunt editiones Romana princeps & Mediolanenſis. Sed male.

v. 183. *Iras avellere avebat*] Ex ſcriptis editiſque vetuſtioribus *evellere. habebat* in Puteaneo. N. HEINSIUS. Vulgatae lectionis ſonus *avellere avebat* auribus ingratior eſt. Nata autem eſt ea lectio ex editione ſecunda Marſi Veneta, ubi operarum errore *avellere* legitur, cum in priori reliquiſque antiquioribus ſit *evellere*. Typographorum ſomnia tamen, quam ipſam Silii manum, ſecuti editores maluerunt. Pro *avebat*, etiam Oxon. codex *habebat* ſollemni peccato. Vide infra ad lib. XVI. verſ. 209. In Colonienſi eſt *havebat.*

v. 184. *Nec (renuant ſi forte ſibi, & ſi mitia malle Credant eſſe metum) laxis auſertur omiſſa* &c.] Acutum aliquid in hoc eſt, nec ſcio an hactenus intellectum, de Marcello, qui, obſidens Syracuſas, malebat componere rem tradita, quam urbem exſcindere. In MS. *ſervatur omiſſa* repertum eſt. Illa vero *ſibi credant* de Syracuſanis ipſis capienda ſunt: nam ii metu omnia perdebant, ut pluribus modo dixit Silius. Si exemplo ſuo credant, mitia optare Mercellum ex metu dubii eventus &c. Quare diſtinctio corrigenda eſt, *renuant ſi forte; ſibi & ſi mitia malle.* BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. III. *ſervatur omiſſa* codices vetuſti ſcripti rectius, cum editionibus priſcis, quod ex Oxonio jam monuit Barthius. Idem Barthius *renuant ſi forte, ſibi & ſi mitia malle.* Sed egregie locum hunc illuſtrat in obſervationibus ſecundae curae Gronovius libro III. cap. VII. ubi de *omittendi* verbo nonnulla adfert. *omittere* pro remittere. N. HEINSIUS. Quae vir ſummus J. Fr. Gronovius illuſtrando Silio notavit dicto loco, adſcribam. Poſitis nempe Barthii verbis ſubdit: „ Hoc quidem vanum eſt: ſed τὸ *ſervatur* ſanciunt quoque ambae vetuſtae editiones: & poteſt defendi, ſi τὸ *Nec* reſolvas in *Et non.* Et non omiſſa, ſive diligens, laxis & remotioribus ab urbe clauſtris, obſidio ſervatur a Marcello, ſi forte repellant ſeſe, &, quod ſolet fieri, credant diffidentia virium pacem offerri a Romanis. Nihil de Syracuſanorum metu & exemplo Silius, etſi alias Siculos ſatis ignavos pinxerit. *omiſſus*, ut apud Terentium in Heaut. act. V. ſcen. II. *Ubi te vidi eſſe animo omiſſo.* & Adelph. act. V. ſcen. III. *At enim metuas, ne ab re ſint tamen Omiſſiores paullo.* ſic *omiſſior in ſcribendo. Servatur obſidio*, ut *ſervare vigilias.* Seneca de tranquill. anim. cap. III. *Vigiliaſque ſervat & armamentario praeeſt.* Haec vir ſummus, quae veriora & doctiora eſſe, quam Barthiana, nemo eſt,

qui

Pectora caeca virûm, atque iras evellere avebat.
Nec (renuant si forte sibi, & si mitia malle
Credant esse metum) laxis servatur omissa
Obsidio claustris; quin contra intentior ipse
Invigilat cautis, frontem imperterritus, armis:
Et struit arcana necopina pericula cura.
Haud secus Eridani stagnis ripave Caystri
Innatat albus olor, pronoque immobile corpus
Dat fluvio, & pedibus tacitas eremigat undas.
Interea, dum incerta labat sententia clausis,
Exciti populi atque urbes socia arma ferebant:
Incumbens Messana freto, minimumque revulsa
Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu:
Tum Catane, nimium ardenti vicina Typhoëo,
Et generasse Pios quondam celeberrima Fratres,
Et, cui non licitum fatis, Camarina, moveri.
Tum, quae nectareis vocat ad certamen Hymetton,
Audax Hybla, favis, palmaeque arbusta Selinus:

Et,

qui dubitare potest.

v. 187. *Fronte imperterritus armis*] Melius eaedem membranae *frontem imperterritus*. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *fronte imperterritus* Coloniensis; *nunc imperterritus* in Puteaneo; *tunc* vetustae editiones. perperam. scribe *frontem imperterritus*, qui Silio sollemnis est Graecismus. atque ita Barthius quoque ex codice Oxonio, succenturiante Gronovio. N. HEINSIUS. Romana princeps cum Mediolanensi, Marsi, & nonnullis aliis editionibus vulgatum servant. Sed recte viri docti *frontem imperterritus* vindicarunt. Vide de hoc Graecismo supra ad lib. XI. vers. 43.

v. 194. *Incumbens Messana freto*] *Messena* Coloniensis: quomodo apud Plinium *Zanclaei Messeniorum in freto Siculo*. Graecis Μεσσήνη. In Graecis numismatis ut plurimum ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ occurrit. exstat tamen apud Parutam nummus argenteus in quo Latinis literis MESSENION, & alius in quo MESSANI. N. HEINSIUS. Etiam codex Oxon. *Messena*. De hac urbe vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. VI. pag. 81.

v. 196. *Tum Catine*] *Catane* editio Gryphii & Parmensis vetusta Graecorum more. ΚΑΤΑΝΑΙΩΝ numini septem aut octo apud eundem Philippum Parutam diversi exstant, in quibus Amphinomus & Anapis, Pii fratres vulgo dicti, ex incendio Aetnaeo patrem matremque efferentes exhibentur. N. HEINSIUS. *Catane* hoc loco legendum esse censuit etiam Cluver. I. Sicil. Ant. cap. IX. pag. 116. ubi, pluribus de hac urbe agens, docet, eam Graecis Κατάνη dici, eorumque exemplo Latinis semper *Catanen* vel *Catanam* vocandam; *Catinen* vero posterioris aevi exscriptorum more factum putat. Contrarium tamen voluit Salmas. in exercit. Plin. pag. 78. Certe, si non ubique, hoc saltem loco *Catane* scribendum videtur. cum enim Silius nomen hujus urbis Graeco more per secundam vocalem terminaverit, non vero primam, ut Romani solent, ad eorum etiam exemplum secundam syllabam per *a Catane*, non per *i*, scripsisse puto. Non aliter etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis, in qua male *Cathene* editur, emendatum vidi. Poëta autem in deplorando miserabile Catanes fatum imitatur Maron. ecl. I. vers. 28.

Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae!

v. 197. *Generasse Pios quondam celeberrima Fratres*] De piis fratribus plenius agunt Cluver. I. Sicil. Ant. cap. IX. pag. 120. Salmas. in exercitat. Plin. pag. 78. N. Heinsius & Barth. ad Claudiani Idyll. de Piis Fratribus, & tandem Olear. ad Philostr. vit. Apollon. Tyan. lib. I. cap. XVII.

v. 198. *Non licitum fatis Camerina moveri*] Eaedem editiones *Camarina*. & hoc Graecorum more. Apud Maronem tamen tertio Aeneidos scripti constanter *Camerina*. Apud Plinium codices variant. N. HEINSIUS. *Camarina* Oxoniensis etiam codex cum editionibus Romana principe, Marsi & Martini Herbipolensis. N. Heinsius vero ad Claudiani II. de Rapt. Proserp. vers. 52. monet, libros antiquos ejus poëtae, ut & Maronis ac Nasonis, semper *Camerina* habere, non *Camarina*, contra quam apud Silium solet. Pierius tamen ad Maron. III. Aen. vers. 701. scribit, se in quibusdam ejus poëtae codicibus id nomen etiam per *e* exaratum reperisse. Vide, quae de hac urbe & juncta palude habet Cluver. I. Sicil. Ant. cap. XIV. pag. 192.

v. 200. *Audax Hybla, favis*] Cluver. II. Sicil. antiq. cap. VIII. pag. 333. docet, tria hujus nominis oppida

Et, justi quondam portus, nunc litore solo
Subsidium infidum fugientibus aequora, Myle.
Necnon altus Eryx, necnon & vertice celso
Centuripae, largoque virens Entella Lyaeo,
Entella, Hectoreo dilectum nomen Acestae.
Non Thapsos, non e tumulis glacialibus Acrae
Defuerunt: Agathyrna manus, geminoque Lacone

Tyndaris

oppida in Sicilia fuisse, quorum primum *Hybla major* vocabatur, & in agro Catinensi situm erat; alterum *Hybla parva*, cognomento *Galeotis* & *Megara*, inter Syracusas Leontinosque positum; tertium *Hybla minor*, cognomento *Hiraea*, omnium minimum, inter Gelam & Pachynum. De priori agit d. loco, de secundo oppido lib. I. Sicil. Ant. cap. XI. pag. 131. de tertio lib. II. cap. X. pag. 351. Ex tribus autem his illi Hyblae, quae & *Megara* dicta est, praestantissimi mellis proventum vindicavit. Et ita Servius ad Maron. ecl. I. vers. 55. *Hyblaeas apes* exponens, ait, *Hybla vel Hyble oppidum est Siciliae, quod nunc Megara dicitur.* Quod si verum, dicendum, omnino aliud sensisse Silium, qui hoc loco Hyblam melle nobilem inter eas urbes, quae Romanis favebant, memoravit: infra vero vers. 274. Megaram recenset inter eas, quae a partibus Poenorum steterunt.

200. *Palmis quoque onusta Selinis*] *palmaeque arbusta Selinus* scribendum, nam in codicibus manu exaratis & primis editionibus constanter *palmaque arbusta*. quomodo apud Lucan. *arbusto palmarum dives Idume*. *palmosa Selinus* Maroni sub finem tertii libri Aeneidos, ubi hunc locum pluribus illustramus. Veram quoque lectionem subodoratus est in Observationibus exactissimus Gronovius lib. III. cap. VII. quamquam secundis curis subdubitare videtur, ne quid aliud lateat sub voce *arbusta*; ac proinde optat rescribi, *palmis Phoenica Selinus*, vel quid simile. sed mutatione hac non opus. N. HEINSIUS. Adi Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XVIII. pag. 225.

v. 202. *Myle*] *Mylae* opinor. αἱ Μύλαι Graecis. sic & Plinius lib. II. cap. 97. & Paterculus, & Suetonius Tranquillus, praeter complures Graecos, in quibus Thucydides, Ptolemaeus, Scylax, Dion, Stephani Byzantii epitome, Appianus, Strabo, alii: qui cum omnes plurali numero efferant, solum Silium in contraria ivisse non fit verisimile. Quamquam habeo compertum, variare nonnumquam scriptores in nominibus propriis; sic Athenae, Thebae, Mycenae, Aphidnae, Cymae aliaque ejusmodi plura numero etiam singulari efferuntur. Sed *Mylarum* nullum exemplum aliud occurrit. N. HEINSIUS. Consule Cluver. II. Sicil. Ant. cap. V. pag. 300. Locus autem Livii a Dansqueio laudatus, lib. XXIV. cap. XXX. *Quae ad Mylam falso nuntiata erant*, non pertinet ad hujus nominis urbem, sed ad fluvium Mylam, de quo vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 135.

v. 203. *Eryx*] Adi Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. I. pag. 238.

v. 203. *Necnon e vertice celso Centuripe*] *necnon & ex* Puteaneo. praeterea *Centuripae* ex Coloniensi; nisi mavis *Centoripae*, quomodo in vetustis nummis hujus oppidi passim occurrit, ΚΕΝΤΟΡΙΠΙΝΩΝ. Nam quamquam Graecis auctoribus ipsum oppidum τὰ Κεντόριπα ut plurimum dicitur, tamen in Ptolemaeo occurrunt αἱ Κεντούριπαι. & sic Latini plerumque, nam in Cicerone, Plinio, Solino *Centuripis* plurali numero invenias. N. HEINSIUS. De hoc oppido agit Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VI. pag. 308. Non male autem Illustrissimus Heinsius ex Puteanco *nec non &*. Supra lib. XI. vers. 111.

Nec non & foribus propere Campana juventus
Extulit ipsa gradum.

vers. 279. *Nec non & certis struitur penus.* Virgil. I. Aen. vers. 707.

Nec non & Tyrii per limina laeta frequentes
Convenere.

Lucan. lib. VII. vers. 56.

Nec non & reges populique queruntur Eoi.

Saepe vero ita peccarunt librarii. vide infra ad vers. 549.

v. 204. *Virens Entella Lyaeo, Entella Hectoreo* &c.] Ad intellectum horum verborum consulendus Cluver. II. Sicil. Ant. cap. XII. pag. 376.

v. 206. *Non Tapsos*] Scribendum *Thapsos* addita aspiratione; Graecis enim Θάψος. & sane in nonnullis vetustis exemplaribus Maronis Nasonisque additur aspiratio illi nomini. N. HEINSIUS. Vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 137.

v. 206. *E tumulis glacialibus Acrae*] Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. X. pag. 352.

v. 207. *Defuerint Agathyrna manus*] Quis credat, Silium tam graviter impegisse, adeoque sui esse oblitum, ut, cum Agathyrnam mox catalogo Punicarum partium sit accensurus, nunc Romanis faventem eandem describat? sequitur nimirum infra,

Mille Agathyrna dedit perflataque Strongilos Austris.

quapropter vide, ne restituendum hoc loco sit *Agyrina*, vel *Agyrena manus*. Nam Stephano Byzantio Ἀγύρινα, quae aliis Ἀγύριον. hinc Ἀγυριναῖοι Diodoro Siculo, qui Ἀγυριναίων in antiquis nummis passim. Agurium, sive Agyrina, oppidum, quod Centuripis non longe distat. Haec scripseram,

Tyndaris attollens sese affluit. altor equorum
Mille rapit turmam, atque hinnitibus aëra flammat,
Pulveream volvens Agragas ad inania nubem.
Ductor Grosphus erat, cujus caelata gerebat
Taurum parma trucem, poenae monumenta vetustae.
Ille, ubi torreret subjectis corpora flammis,

Mutabat

scripseram, cum, perlatis ad me secundae editionis Observationibus Gronovianis, de *Agyrena manu* id ipsum illic quoque praemonitum deprehendi, lib. III. cap. VII. Possis etiam *Abacaena manus*. nam Tyndarim & Abicaenum oppida Diodorus etiam conjungit. N. HEINSIUS. De Agyrio vel Agyrena oppido adi Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VI. pag. 310. de Abacaeno vero, si ita forsan legendum placerer, cap. XII. pag. 385. Ceterum Hermol. Barbar. ad Plin. III. Hist. Natur. cap. VIII. *Agathyrsa manus* malebat. non bene.

v. 208. *Tyndaris attollens sese affuit*] Quia *Defuerunt* praecessit paullo ante, hic *affluit* malim, quam *affuit*, secutus auctoritatem Coloniensis libri. sic *superfluere* supra restituimus lib. VIII. vers. 606. N. HEINSIUS. Sollemnis est harum vocum in libris scriptis confusio. Respice, quae notavit N. Heinsius ad Claudiani bell. Gildon. vers. 238. ad II. in Eutrop. vers. 542. etiam Broekhus. ad Propert. II. eleg. XXII. vers. 26. et IV. eleg. IX. vers. 60. De hoc oppido autem vide Cluver. I. Sicil. antiq. cap. V. pag. 298.

v. 208. *Altor equorum Mille rapit turmas atque hinnitibus aëra flammat*] τὸ *atque* delevimus, ut stet versus. D. HEINSIUS. In MS. Oxoniensi vera lectio est *Mille rapit turmam*. Tantumdem est, ac si τὸ *equorum* bis hoc loco exstaret. Qui altor equorum est, mille turmam, eorumdem scilicet, rapit. Nam & nimium pro Agrigentinis multas turmas rapere, quarum singula constant mille equitibus. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Versus male affectus, nec pedibus sat constans. Interpres hic conjecturis abutitur. Repone *equorum Mille turmam* ex Coloniensi. nec abludit multum Puteaneus, in quo *turbam*. *turmam* etiam ex Oxonio Barthius. pro *flammat*, in Coloniensi *flammant*. *Acragas flammant*, quomodo *Graecia ludunt*, similiaque apud Nasonem & alios; de quibus nos ad ipsum eopiose Remediis amorum vers. 164. curis secundis, & ad sextum Aeneidos Maronianae vers. 209. noster libro III. vers. 222. ex optimis membranis,

Prodite, Calliope, famae, quot horrida coepta Excierint populos.

& mox idem praestantissimus codex vers. 287.

Vos quoque desertis in castra mapalibus itis Misceri gregibus Gaetulia sueta ferarum.

& paullo post idem liber vetertimus vers. 369.

Phocaicae dant Emporiae, dant Tarraco pubem.

Ceterum *Agragas*, pro *Acragas*, etiam in veterrimis Maronis, Lucretii, Nasonis, aliorum poetarum exemplaribus exaratum invenias, uti monui ad Fastos Nasonianos libro IV. vers. 475. quam diversitatem scripturae in vetustis quoque nummis est deprehendere. N. HEINSIUS. *altor equorum* Coloniensis liber. in reliquis vero scriptis Oxon. & Putean. ut & priscis ante Juntinam editionibus *altus equorum* legitur. Primus vero Nicander *altor* apud Juntas edidit. Utraque lectio ex Marone defendi potest, qui urbem Agrigentum & in edito firam, & generosos equos procreasse refert III. Aen. vers. 703.

Arduus inde Agragas ostendit maxima longe Moenia, magnanimûm quondam generator equorum.

Perperam Dausquejus conjecit,

Mille rapit turmas, quae hinnitibus aëra flammant.

v. 210. *Pulveream volvens Agragas ad moenia nubem*] Ad quae *moenia?* Ingeniose & docte, ut omnia, Gronovius Observationum curis secundis libro III. cap. VII. *ad inania*, hoc est, ad coelum. Statius Theb. VI. vers. 710. de disco, *fugit horrendo per inania saltu*. & lib. X. vers. 527. *arsurae coeli per inania glandes*. vide ad Silii lib. VI. vers. 247. N. HEINSIUS. Recte viri docti *per inania*, pro quo alii plenius *per vacuum aera*, vel *per inania coeli*. Virgil. III. Georg. vers. 108.

——— *jamque elati sublime videntur Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras.*

Lucan. lib. IX. vers. 473.

Intentusque tulit magni per inania coeli.

Silius lib. IX. vers. 167.

In vacuas senior vitam dispergerat auras.

Pindar. Olym. od. I.

Μηκέθ' ἁλίου σκόπει
Ἄλλο θαλπνότερον
Ἐν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον
Ἐρήμας δι' αἰθέρος.

Neque jam sole contempleris aliud splendidius interdiu lucens astrum vacuum per aetherem. Vide Barth. XXV. Advers. cap. XII. Eadem lectionis diversitas est etiam apud Lucan. lib. I. vers. 24. ubi perperam Hortensius edidit *semirutis pendent quod inania tectis*, pro *moenia*, ut vulgo recte legitur. De hac urbe autem vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XV. pag. 202.

v. 211. *Ductor Grosphus erat*] *Crespus* codex Puteaneus: sed male. Grosphus nomen Siculum fuit. Scholiastes Cruequianus ad Horat. lib. I. epist. XII. vers. 22. *Pompejus Grosphus amicus fuit Horatii, cujus*

Mutabat gemitus mugitibus: actaque veras
Credere erat stabulis armenta effundere voces.
Haud impune quidem: nam dirae conditor artis
Ipse suo moriens immugit flebile tauro.
Venit, ab amne trahens nomen, Gela; venit Halaesa,
Et, qui praesenti domitant perjura Palici,
Pectora supplicio; Trojanaque venit Acesta;
Quique per Aetnaeos Acis petit aequora fines,
Et dulci gratam Nereïda perluit unda.
Aemulus ille tuo quondam, Polypheme, calori,

Dum

ius meminit in Odis, eques ex Sicilia oriundus.

v. 213. *Ubi torreret subjectis corpora flammis.*] Malim, *ubi torrerent subjectae corpora flammae.* N. HEINSIUS.

v. 218. *Venit ab amne trahens nomen Gela*] Silius imitatur illud Maronis ex III. Aeneid. vers. 702.

Immanisque Gela, fluvii cognomine dicta.

De oppido & amne agit Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XV. pag. 197.

v. 218. *Venit & Haesa*] Nullum in Sicilia ejus nominis oppidum: quare in Coloniensi optime *venit Halaesa.* quae Graecis Ἄλαισα & Ἄλαισος ποταμος. incolae Ἀλαισῖνοι. Suspicati jam nonnihil sunt de vera scriptura Cluverius in Sicilia, & Interpres hoc loco. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. IV. pag. 287.

v. 219. *Domitant perjura Palici.*] *damnant* maluerim. de Palicis copiose Interpres. N. HEINSIUS. Vide etiam Cluver. II. Sicil. Ant. cap. IX. pag. 341. Salmas. ad Solin. pag. 73. & Olear. ad Philostr. Apoll. Tyan. I. cap. VI.

v. 220. *Trojanaque venit Acesta*] Dausquej. ad h. locum & Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. II. pag 255. eandem urbem esse statuunt, quae apud scriptores antiquos nunc *Acesta*, nunc *Agesta*, nunc *Egesta*, nunc *Aegesta*, nunc *Segesta* dicitur. at fuse contra disputat Salmas. in Exercit. Plin. pag. 78. & seq. duas in Sicilia urbes fuisse docens, quarum altera *Acesta*, altera *Aegesta*, *Egesta*, & *Segesta* dicebatur: priorem sitam fuisse in Siciliae latere occidentali, inter montem Erycem & urbem Drepanum; alteram in latere orientali inter Syracusas & promontorium Pachynum. Sed praestat, ipsum Salmasium adiri.

v. 221. *Acis petit aequora*] Vide Casaub. lection. Theocrit. cap. II. & Cluver. I. Sicil. Ant. cap. IX. pag. 114.

v. 227. *Hyspamque Alabinque sonoros*] *Hypsamque Alabimque* Coloniensis. bene. Duplex Hypsa videtur fuisse apud Siculos, alter Agrigento, Selinunti alter vicinus. *Alabim* in *Atyn* perperam Ortelius mutaverat; nam nihil est mutandum. nisi fortasse rescribi placet *Alabumque.* Nam Ptolemaeo est hic fluvius Ἀλάβος. & sane Parmensis editio *Alabumque sonorum* agnoscit. Hesychio Ἄλαβος, pro Ἀλαβῶν, mendose, ut opinor, quomodo aliis dicitur. *Albimque* in Puteaneo codice. N. HEINSIUS. Editiones Mediolan. pariter & Romana princeps *Alabumque sonorum.* Pro *Alabimque*, Dausquejus etiam hoc loco *Atymque* legebat, quod Plinius simili modo *Atym* & *Hypsam* jungat in III. Hist. Nat. cap. VIII. *amnes Atys & Hypsa:* pro quo tamen Salmas. in exerc. Plin. pag. 80. ex vestigiis corruptae lectionis *Achates*, *Himera*, *Hypsa*, legendum docet. sed num vere, nunc non disputo. De Hypsa vide Cluver. I. Sicil. Antiq. pag. XV. cap. 197. 204. & cap. XVIII. pag. 230. de Alabi vero I. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 133.

v. 228. *Et perlucentem splendenti gurgite Achaten*] Vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XV. pag. 201.

v. 229. *Qui fontes, Vagedrusa, tuos*] In codice scripto est *Vagedrasa.* Scribendum existimo *vage Chrysa.* Chrysas enim fluvius Siciliae, ex monte Hereo (lege *Eryceo*, vel *Aetnaeo*) Syracusas petens, ut scribit Vibius Sequester. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Nullus hujus nominis fluvius in Sicilia apud scriptores occurrit: unde Ortelio videbatur scribendum *Arethusa.* Sed male. Syracusani enim stabant a partibus Punicis. Cluverius *Vagedrusam* opinatur esse amnem inter Achaten & Gelam, quem incolae nunc *Manumuzzam* appellent. editio Parmensis *vage drasa.* sed scriptos codices videamus. in Puteaneo *vage Crassa*; in Coloniensi *vage Chrysa.* optime & verissime. Chrysam amnem designat agri Agyrini. Diodor. Sicul. lib. XIV. Ὁ δὲ Μάγων κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ τῶν Ἀγυριναίων χώρᾳ παρὰ τὸν Χρύσαν ποταμόν. Vibius Sequester, *Chrysas Syracusis ex monte Heraeo.* Sed auctor ille Geographiae passim se imperitum demonstrat, dum poetarum auctoritati nimium quandoque defert. Cicero quarta Verrina cap. XLIV. *Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Hennam. in eo est Chrysae simulacrum praeclare factum ex marmore.* Apud Philippum Parutam sub titulo *d'Asaro* exstat nummus aereus, qui ab una parte laureatum exhibet caput cum inscriptione ASSORV, ab altera parte simulacrum juvenis nudi, dextra urnam, cornucopiam sinistra tenentis, addito nomine

Dum fugit agrestem violenti pectoris iram,
In tenues liquefactus aquas evasit & hostem,
Et tibi victricem Galatea immiscuit undam.
Necnon qui potant Hypsamque Alabimque sonoros,
Et perlucentem splendenti gurgite Achaten:
Qui fontes, vage Chrysa, tuos, & pauperis alvei
Hipparin, ac facilem superari gurgite parco
Pantagiam, rapidique colunt vada flava Symaethi.
Litora Thermarum, prisca dotata Camena,

Armavere

ne CRYSAS. quo numismate designari hunc amnem quis dubitat? hujuscemodi numisma etiam penes se exstare asseverat Fulvius Ursinus animadversis ad quartam Tullii Verrinam, unde & contendit, nomen id sine aspiratione scribendum esse. Haec chartae jam illeveram, cum video, eandem quoque conjecturam in mentem Barthio venisse, cum in Oxonio codice reperisset *vagedrasa*. Barthio praeluxit Vibius Sequester. is videatur, quamquam nihil praeter Vibii locum conjecturae confirmandae profert. N. HEINSIUS. Varie in hoc loco aestuavit Dausquejus, nunc *Ericusa*, nunc *Diana*, nunc *Agathyrsa* conjiciens, tandem vero sibi non liquere pronuntians. Miror viro erudito veram lectionem non suboluisse, praesertim cum in unius libri ora *Vagechrysa* fuisse ipse notet. Romana princeps & Mediolanensis editio habent duabus vocibus *Vage Drasa*. De Chrysa amne vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VII. pag. 325.

v. 229. *Pauperis alvei Hypaten*] Ne hujus quidem nominis fluvius reperitur hic terrarum. Coloniensis *Hipparim*; Puteaneus *Ipparem*; editio Parmensis *Hyppaten*. Scribe *Hipparin*, qui in Camerinum lacum se exonerat. Is autem ut *pauperis alvei* Silio dicitur, sic Nonno in Dionysiacis ἀπήρυτος est lib. XIII. vers. 317.

Ἵππαρις ἀπήρυτος ἐρεύγεται ἀγκύλον ὕδωρ.

Meminit ejus etiam Pindarus. male *Hypanis* legitur apud Vibium Sequestrum. in nummo Camarinae civitatis apud Fulvium Ursinum notis ad rei rusticae scriptores ΙΠΠΑΡΙΣ, qui & ipse nummus e-ratis nonnihil literis exhibetur, ni fallor, a Philippo Paruta, sub titulo *Hipparis*, cujus nominis in Sicilia oppidum nullum. referendus igitur is nummus ad Camarinam. N. HEINSIUS. Codex Oxon. *Hyparen*, editio Romana princeps & Mediolanensis *Hyppatem*. Sed recte Illustrissimus Heinsius *Hipparim* emendavit, quomodo & antea scribendum hic viderat Doctissimus Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XIV. pag. 196. ubi plura vide.

v. 231. *Pantagiam*] Consule Cluver. I. Sicil. Ant. cap. XI. pag. 130.

v. 231. *Rapidi vada flava Simethi*] *Symaethi* scribendum. nam Graecis est Σύμαιθος. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IX. vers. 410. de hoc fluvio autem agit Cluver. I. Sicil. Ant. cap. X. pag. 124.

v. 232. *Litora Thermarum prisca dotata Camena*] Recte *Litora Thermarum*; nam oppidum ejus nominis illic demum conditum a Romanis post deletam ab Hannibale Himeram. Perperam Interpres *prisca dotata Camena* ad statuam Stesichori refert, cum ad ipsum Stesichorum, domo Himeraeum, referri debeat. De statuis Stesichoro illic positis saltem laudasset testimonia veterum scriptorum, quae nulla opinor exstare. N. HEINSIUS. Silius Thermas Himerenses respicit, post excisum oppidum Himeram ad ejus nominis fluvium conditas, ut auctor est Cic. lib. II. in Verr. cap. XXXV. Sed cum duplex flumen Himera in Sicilia fuerit, alterum in Tyrrhenum, alterum in Libycum mare decurrens, ad quod Thermae hae sitae sint, non convenit. Cluver. lib. II. Sicil. Antiq. cap. III. pag. 280. Himeram ad Tuscum mare intelligit; in qua etiam opinione fuisse videtur Silius, dum Himeram mergi dicit *ponto Aeolio*, id est, Tusco, in quo sunt insulae Aeolides. Contrarium statuit Salmas. exercit. Plin. pag. 80. sed perperam, ut existimo. Pro sententia sua laudat primo Plinium, quem III. Hist. Nat. cap. VIII. Thermas ad mare Libycum collocasse opinatur. ait is, *Oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere, Thermae colonia, amnes Atys & Hypsa.* Sed Plinium non de Thermis Himerensibus loqui ex eo constat, quod mox *Himeram cum fluvio* recenseat inter urbes Soluntem & Cephaloedium, quo in loco Thermas Himerenses sitas fuisse Cluver. docuit. Thermae igitur à Plinio memoratae erunt aquae Selinuntiae, de quibus videri potest Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XVII. pag. 222. Atque ita nec commiserit Plinius errorem, cujus eum dicto loco arguit Salmasius, quasi Himeram ad mare Tuscum, & Thermas Himerenses ad mare Libycum posuisset: cum nemo nescit, Himeram urbem in laeva ripa, Thermas in dextra fluminis Himerae sitas fuisse. Nec magis sententiae Salmasianae favet Strabo, quem secundo loco laudavit. refert is lib. VI. pag. 275. multis Siciliae locis aquas calidas erumpere, ὧν τὰ μὲν Σελινούντια κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι. *quarum Selinuntiae, quae ad Himeram sunt, salsae sunt.* Falsissimum enim est, Thermas Selinuntias ad Himeram fuisse: nam Selinus longo satis intervallo ab Himera, quae in Libycum mare exit, sejuncta fuit; sed locus sine dubio

Armavere suos, qua mergitur Himera ponto
Aeolio. nam dividuas se scindit in oras;
Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus.
Nebrodes gemini nutrit divortia fontis,
Quo mons Sicania non surgit ditior umbrae.
Henna Deûm lucis sacram dedit ardua dextram.
Hic specus, ingentem laxans telluris hiatum,
Caecum iter ad manes tenebroso limite pandit,
·Qua novus ignotas Hymenaeus venit in oras.

Hac

bio corruptus est. Cluver. ibid. pag. 223. legendum existimat, ὧν τὰ μὲν Σελινούντια καὶ τὰ κατὰ Ἱμέραν ἁλμυρά ἐστι: ut dicat Strabo, utrasque Thermas, & Selinuntias & Himerenses salsas esse. Sed ita ipse sibi Cluverus manifesto contradicet. Himeram enim, quae mare Tuscum petit, dulcem; quae vero Libycum, salsam esse, ipse docuit I. Sicil. Antiq. cap. XVI. pag. 212. quapropter etiam Thermae ad Himeram in mare Tuscum exeuntem dulces esse debent; nisi fortasse alium saporem fluvium, alium Thermas ad fluvium sitas habuisse dicendum sit, quod verosimile non videtur. Existimo igitur, Strabonem scripsisse Σελινούντια κατὰ Ὕψαν, vel, quod magis probo, voces κατὰ Ἱμέραν inepti glossatoris additamentum esse: nihil enim efficiunt; dicendo enim Σελινούντια satis aperte indicabat, quas Thermas in animo haberet, quod non aliae hujus nominis in Sicilia forent. Sed nec Salmatius praesidium habere potest in Diodoro Siculo, quem tertio laudavit. Narrat is lib. XIII. cap. LIX. Hannibalem, Gisgonis filium, Karthaginensium ducem, excisa Selinunte, Himeram petiisse, ut eam pariter deleret. Unde confici putat, Selinuntem & Himeram finitimas urbes esse, Himeramque, in cujus agro postea Thermae exstructae sunt, ad mare Libycum sitam fuisse, ad quod sita erat Selinus. Quasi vero non potuisset Hannibal à Selinunte in paullo remotiorem urbem castra movere, ut eam expugnaret, praesertim in quam animo quam maxime infesto erat. Ejus autem odii haec ratio erat, quod Hamilcar, Hannibalis avus, Himeram oppugnans, dolo Gelonis, Syracusarum regis, qui Himerensibus auxilium ferebat, cum universo exercitu caesus, paterque Hannibalis Gisgo tantae cladis invidia in exilium pulsus esset. Rejectis itaque Magni Salmasii argumentis, haud temere colligo, Thermas Himerenses & litora Thermarum, Silio memorata, non ad Libycum, sed ad Tuscum mare fuisse. Testimonia vero, quibus Diligentissimus Cluverius sententiam adstruxit, ex ipso peti possunt: diutius enim me his immorari non patitur ratio annotationum. Insuper contra Illustrissimum Heinsium notandum, verum quidem esse, Himeram excisam fuisse ab Hannibale, (non celebri illo Imperatore, quocum Romani in Italia bellum gesserunt, sed Gisgonis filio, mox memorato) non tamen Thermas a Romanis conditas fuisse; quae biennium post Himerae excidium conditae sunt a Karthaginiensibus anno Urb. Cond. CCCXLIII. diu ante, quam Romani se rebus Siculis immiscuerunt. Vide Diodor. Sicul. lib. XIII. cap. LXXIX. Quod attinet autem ad verba *prisca dotata Camena*, optime N. Heinsius h. loco & Salmas. in exercit. Plin. pag. 82. docuerunt, referenda ea esse ad Stesichorum, domo Himeraeum; quae minus recte intellexerat Dausquejus. Putabat enim illis respici vel ad Stesichori statuam Thermis positam, vel ad harundines Thermitanas, unde tibiae fiebant. Posterius refellit Salmasius dicto loco; prius N. Heinsius: qui tamen in eo etiam erravit, quod Thermis nullam Stesichori statuam positam credat, aut saltem, eam in rem nullum veteris scriptoris testimonium laudari posse; cum contrarium clare pateat ex Cicer. libro II. in Verr. cap. XXXV. quem locum etiam Dausquejus laudavit.

v. 236. *Nebrodes*] Gratius in Cynegetico sub finem,

——— per illos
Cantatus Graiis Acragas, victaeque fragosum
Nebroden liquere ferae.

quo loco malim *actaeque ferae. agere* & *agitare feras* verba venatoria. N. HEINSIUS. Adi Cluverium II. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 364.

v. 237. *Ditior umbra*] *umbrae* ex scriptis, ut saepe alibi noster. *dives praedae* supra lib. VI. vers. 648. ex scriptis. N. HEINSIUS.

v. 238. *Enna Deûm lucis sacram dedit ardua dextram*] *sacra dextra* & *Henna* scripti: corrigendum *sacras dextras. dextras* pro militibus poni apud nostrum non est insolens aut novum. *sacra dextra* etiam in editione Parmensi. N. HEINSIUS. *Henna*, non *Enna*, scribendum pluribus supra disputavi ad lib. I. vers. 93. Deinde etiam Romana princeps ac Mediolanensis editio *sacra dextra*· pro quo optime vir illustrissimus *sacras dextras* conjicit, & per *dextras* milites capiendos docet. Sic lib. XI. vers. 542. *ut pateant non parca aeraria dextris.* lib. XII. vers. 350.

Itque ubi Torquatum raptim properata ferentem
Signa videt, pugnaeque avidas accendere dextras.

lib. XVI. vers. 17.

——— proque omnibus armis,

E:

Hac Stygius quondam, ſtimulante Cupidine, rector
Auſus adire diem, maeſtoque Acheronte relicto
Egit in illicitas currum per inania terras.
Tum rapta praeceps Hennaea virgine flexit
Attonitos coeli viſu lucemque paventes
In Styga rurſus equos, & praedam condidit umbris.
Romanos Petraea duces, Romana petivit
Foedera Callipolis, lapidoſique Enguion arvi,
Hadranum, Ergetumque ſimul, telaque ſuperba

Lanigera

Et caſtrorum opibus, dextriſque recentibus unum
Hannibalis ſat nomen erat.

Claudian. II. in Rufin. verſ. 262. *ſpreviſſe tuas, dux optime, dextras.* alia exempla ex Silio vide apud Gronov. in diatr. Statiana cap. XL. pag. 263. De Henna agit Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VII. pag. 315.

v. 242. *Hac Stygius quondam*] *poſtquam* Gronovius obſervationum curae ſecundae libro III. cap. VII. Lege *Ac Stygius quondam.* N. HEINSIUS.

v. 244. *Illicitas egit currum*] Optime ſcripti,

Egit in illicitas currum per inania terras.

niſi quod in Puteaneo mendoſe quidem, ſed verum proxime, *Egit pollicitas.* Mox Gronovius Obſervat. libro III. cap. VII. *Cum rapta praeceps*, non *Tum.* N. HEINSIUS.

v. 245. *Hennaea virgine ceſſit. Attonitos coeli viſu lucemque caventes*] De Plutone ſermo eſt, ſed qui ita conſtituendus & interpungendus ex MS. videtur,

——— *Hennaea virgine flexit*
Attonitos coeli viſu lucemque paventes
In Styga rurſus equos.

Tale eſt illud Claudiani de hoc raptu lib. II.

——— *& longa ſolitos caligine paſci*
Terruit orbis equos, preſſis haejere lupatis
Attoniti meliore polo; rurſuſque verendum
In chaos obliquo certant temone reverti.

MODIUS Novant. Lection. epiſt. XLIV. *flexit*, quod Modius ſubſtituit τῷ *ceſſit*, etiam in alteris membranis exſtat, & merito recipitur. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. III. Corrige ex ſcriptis,

——— *Hennaea virgine flexit*
Attonitos coeli viſus, lucemque paventes
In Styga rurſus equos.

Idque Modius jam admonuit ex Colonienſi. *flexit* etiam Barthius ex Oxonio, & Gronov. Obſervat. III. cap. VII. idem & *paventes*, utrumque ex Oxonio, quod & Parmenſis confirmat editio. *Attonitos coeli viſus* dixit, quomodo lib. VI. verſ. 230. *Attonitos ſerpentis equos.* N. HEINSIUS. Silius lib. X. verſ. 370.

Attonitum viſus, majoraque bella paventem.

ut eſt in editione Gryphii: ubi Silius etiam, quod notandum, voces *attonitum* & *paventum* junxit, ut hoc loco viri docti ex Mſtis emendarunt. Perperam pro vulgata ſcriptura ſtat Dauſquejus.

v. 248. *Romanos Petraea duces*] Aliis *Petreia.* *Petra* & Πέτρα Graecis ac Latinis ſcriptoribus nomen eſt huic oppido. Quare fortaſſis legendum *Romanos & Petra duces.* Sed *Petraea* bene ſe habet: urbem ſubintellige: Πετραία πόλις. In Puteaneo *Patherea.* N. HEINSIUS. Conſule Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 367.

v. 249. *Callipolis*] Reſpice, quae habet Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XIII. pag. 387.

v. 249. *Lapidoſique Engion artus*] In MS. eſt *arcu.* Et conjicit *arcus* eruditiſſimus Dauſquejus. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. III. *Engion amni* in Puteaneo. Sed nullum oppidum in Sicilia hoc nomine. *arcu* Oxonius. *arcus* Interpres, probante Barthio, quomodo & Parmenſis editio. Colonienſis *lapidoſique Engion arvi.* Optime, ſi *Engyon* reponis, vel *Enguion.* *Engyon* contracte, quod Graecis eſt Ἐγγύιον. Hinc Ἐγγυῖνοι Latinis *Enguium*, & incolae *Enguini. lapidoſum arvum*, quomodo apud Naſon. Metamorph. VIII. verſ. 790.

——— *Famem lapidoſo vidit in agro,*
Unguibus & raris vellentem dentibus herbas.

Vidit & veram hujus loci ſcripturam vir perſpicaciſſimus, Gronovius noſter curis ſecundis Obſervationum lib. III. cap. VII. N. HEINSIUS. *lapidoſi Engyon arvi*, ut infra fere eſt lib. XV. verſ. 305. *ſcopuloſis Neriton arvis.* De Enguio vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 365.

v. 250. *Hadranum*] Conſule Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VIII. pag 332.

v. 250. *Hergentumque ſimul*] Fortaſſe *Ergetumque*, quomodo apud Plinium id nomen ſcribitur ſecundum ordinis alphabetici ductum, qui *Ergetinos* agnoſcit. Certe in codice Colonienſi *Ergetumque*; in Puteaneo probe *Ergetumque*; in editione Parmenſi *Ergentumque.* N. HEINSIUS. Romana princeps etiam & Mediolanenſis editio cum Oxon. codice *Ergentumque.* Sed recte vir illuſtriſſimus ex Puteaneo *Ergetumque.* Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VIII. pag. 337.

v. 250. *Telaque ſuperba Lanigera Melite*] Cum in Puteaneo ſit *teloque ſuperba Lanigero*, malim *telaeque ſuperba Lanigerae.* amat quippe modos hoſce loquendi Silius immane quantum. N. HEINSIUS. Sita eſt Melite inſula inter Siciliam & Libyam, di-

 verſa:

Lanigera Melite, & litus piscosa Melacte,
Quaeque procelloso Cephaloedias ora profundo
Caeruleis horret campis pascentia cete,
Et qui, correptas sorbentem vorticis haustu,
Atque iterum e fundo jaculantem ad sidera, puppes,
Tauromenitana cernunt de sede Charybdim.

Haec

versa ab alia ejus nominis insula in mari Hadriatico ad oram Dalmatiae. Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XVI. pag. 425.

v. 251. *Litus piscosa Melacte*] Puteaneus *Melecte*. Oppidum mihi ignotum, nisi mendosum est nomen, fortassis *Calacte*, cujus oppidi Herodotus, Athenaeus, Diodorus Siculus, Cicero, Ptolemaeus, alii meminerunt. Apud Paruttam duo veteres nummi ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ. *Melatte* in editione Parmensi. N. HEINSIUS. Cellarius etiam *Calacte* sibi scribendum videri monuit: de qua vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. IV. pag. 291. Primus autem ille veram scripturam vidit ibid. cap. V. pag. 296.

v. 252. *Cephaledias ora*] *Cephaloedias ora* scribendum, Graecis enim est Κεφαλοιδίον. & sic Coloniensis. N. HEINSIUS. De Cephaloedio oppido, & ad illud cetariis, quorum noster sequenti versu meminit, vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. IV. pag. 286.

v. 254. *Vorticis haustu*] *verticis* Codex Oxon. cum priscis editionibus. vide supra ad lib. III. vers. 475.

v. 256. *Taurominitana cernunt de sede Charybdim*] *Tauromenitana* malim cum Agrippinate. Certe in vetustis nummis passim ΤΑΥΡΟΜΕΝΙΤΑΝ. N. HEINSIUS. Accedit quam proxime scriptura codicis Oxoniensis, in quo *Tauromentana*. De hoc oppido agit Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. VII. pag. 90. Ad illustrationem praecedentium versuum facit locus Senecae Epist. LXXIX. *Si forte observaveris, fac nos certiores, an verum sit, quidquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi conditum, & circa Tauromenitanum litus emergere.* & Pacati in panegyr. cap. XXVI. *Charybdim loquor, quae, cum plena navigia absorbuerit, dicitur tamen rejectare naufragia, & contortas fundo rates Tauromenitanis litoribus exponere.* De Charybdi vide Cluver. I. Sicil. Ant. cap. V. pag. 62. & quae supra notavi ad Silii lib. II. vers. 307.

v. 257. *Haec Latium manus & Laurentia signa movebat*] Legendum puto *fovebat*, non *movebat*. quid enim ad illas urbes *Latium movere*? Respondet illud,

Cetera Elissaeis aderat gens Sicana votis.

BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. III. Immo *fovebat*, quidquid obmurmurent membranae veteres. Sic apud Maronem I. Aeneid. vers. 281. *mecumque fovebit Romanos rerum dominos.* & X. Aeneid. vers. 93.

Haud ego tela dedi, fovique cupidine bella.

sic & *fovere partes* apud historicos. Eadem conjectura Barthio etiam in mentem venerat, ut serus animadverti. Auctor belli Alexandrini cap. LXII. *Nonnullae civitates rebus Cassii studebant, plures Marcellum fovebant.* Ita eleganter vetustus codex Lovaniensis, quo sum usus; non *Marcello favebant*. N. HEINSIUS. *fovebat* etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi. ita Silius supra lib. VII. vers. 10.

Sistere cunctando Fortunam adversa foventem.

lib. XI. vers. 168.

——— nam laeta fovere
Haud quaquam magni est animi decus.

lib. XIV. vers. 97.

Ergo ardor subitus Poenorum incepta fovendi.

Alibi etiam pariter errarunt librarii. vide N. Heinsium ad Nasonis II. Trist. vers. 340.

v. 258. *Elyseis votis*] *Elissaeis* ex Coloniensi; quomodo passim vetusti codices. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. I. vers. 81.

v. 259. *Mille Agathyrna dedit perflataque Strongylos austris*] *Agatyna* scripti; in editione Parmensi *Agathina*. Certe Antonino & tabulis Itinerariis *Agatinnum* & *Agantinnum* dicitur. Fortassis tamen hic scribendum *Agyrina*, nam Agathyrnae jam supra meminerat. Vide, quae notavimus paullo ante ad vers. 208. *Strongylos*, insula una ex septem Aeoliis, intempestive videtur hic inculcari. Sed & ea Graecis est Στρογγύλη, Latinis *Strongyle*, non *Strongylos*. Ita Diodorus, Strabo, Eustathius in Homerum, Plinius, Mela, Marcianus Capella, Servius, Isidorus, Solinus, alii cum Stephano Byzantio. nullus, quod sciam, auctor probatae Latinitatis *Strongylon* appellavit. Videamus igitur vetustos codices. in Puteaneo *Troialos*; in Coloniensi *Troylos*: puto *Trogilos*: qui locus Syracusis vicinus, ut mirandum non sit, hanc partes istas secutam esse. atque ita plane in editione Parmensi exstat. Stephanus Byzantius Τρώγιλος χώρα ἐν Σικελίᾳ. Mari vicinam fuisse ex Thucydide discimus. Hinc *Trogilorum portus* apud Livium lib. XXV. unde manifestum est, cur *austris perflatam* dicat Silius. Ceterum cum *Trogilos* Acradinae fuerit vicina, vide, ne scribendum sit,

Mille Acradina dedit, perflataque Trogilos austris.

Agathyrnam certe alterutro loco expungendam esse jam supra monuimus. nec difficilis aut operosa mutatio *Agathyrnae* in *Acradinam*. nam *c* litera in *g*, & *d* in *t* frequenter degenerant in antiquis membranis. Sed, cum Acradina pars sit Syracusarum,

subdubito.

Haec Latium manus & Laurentia ſigna movebat.
Cetera Eliſſaeis aderat gens Sicana votis.
Mille Agathyrna dedit, perflataque Trogilos Auſtris,
Mille Thoantêae ſedes Facelina Dianae.
Tergemino venit numero fecunda Panormos;
Seu ſilvis ſectere feras, ſeu retibus aequor

Verrere,

ſubdubito. Fuit & *Trotilum*, ſive Τρώτιλον, oppidum non longe a Syracuſis ad mare ſitum; quod huc fortaſſe revocandum. N. HEINSIUS. Cum ſupra Heinſius verſ. 208. pro *Agathyrna*, ſcribendum docuerit *Agyrina*, vel *Abacaena*, oppidum *Agathyrna* hinc nolim moveri. De Agathyrna agit Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. V. pag. 294. Deinde, pro *Strongilos*, etiam Oxonienſis codex cum editionibus Romana principe & Mediolanenſi *Trogilos*. Vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XII. pag 152.

v. 260. *Mille Thoantêae ſedes Faſcellina Divae*] Optime Colonienſis *ſedes Facelina Dianae*, quomodo & Doctiſſimus Cluverius in Sicilia ſua ſcribendum videri monuit. In Puteaneo mendoſe *ſedes facetia eave*, in editione Parmenſi *Placentina chavae*. Dianae Φακελίνης vel Φακελίτιδ☉ nomen derivatur a φάκελ☉, quae vox pro faſce ſarmentorum a Graecis auctoribus ponitur. quo videtur alluſiſſe Servius ad Aeneid. II. verſ. 117. *Oreſtes ſimulacrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum: unde & Phacelitis* (ſic ſcribe, non *Faſcelitis*) *dicitur*. Apud eundem Servium initio Bucolicôn pari modo corrigendum. *Oreſtes eum Dianae Phacelitidis ſimulacrum raptum ex Scythia aveheret* (non *adveheret*) *ad Siciliam tempeſtate delatus*. & apud Hygin. fab. CCLXI. *Regi Thoanti tradita eſt, ſacerdoſque facta Dictynnae Dianae* (male vulgo, *dictumne*) *ſecundum conſuetudinem ſtatutam, humano* (lege *cum ſecundum conſuetudinem*) *ſanguine numen placaret, agnovit fratrem Oreſtem, qui accepto oraculo carendi furoris* (male *ſororis* vulgo: niſi legendum ſit, *quaerendae ſororis*) *cauſſa cum amico Pylade Colchos petierat, & cum occiſo Thoante ſimulacrum ſuſtulit abſconditum faſce lignorum, unde & faſcelis dicitur*. Scribe, *unde & Phacelitis dicitur*. Appoſite Lucilius apud Pomponium Sabinum ad praedictum verſ. 117. ſecundi Aeneidos,

—— *& ſaepe quod ante*
Optaſti, freta Meſſanae & Rhegina videbis
Moenia, tum Liparam & Phacelinae templa Dianae.

ita enim rectius legitur, quam apud Probum initio Bucolici carminis; ubi etiam repoitas licet: *Simulacrum Deae, quod ſecum de Taurica avexerat, templo poſito conſecravit, quam appellavit Phacelitim, quod faſce lignorum tectum de Taurica ſimulacrum abſtuliſſet*. N. HEINSIUS. Editio Mediolanenſis *ſedes Pharetia Chavae*, Romana princeps *ſedes Placentira Chavae*, pro quo manu docta emendatum erat *Placentia Agavae*. Sed vera eſt lectio codicis Colonienſis *Facelina Dianae*. De hac Diana agit etiam Muncker. ad Antonin. Liberal. fab. XXVII. De urbe vero Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VI. pag. 304.

v. 261. *Panormos*] In nummo gentis Domitiae addita aſpiratione legitur PANHORMITANORUM, ut appareat, hanc ſcribendi rationem non adeo recentem fuiſſe, quam credidit Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. III. pag. 273. ubi pluribus de hac urbe egit. *Panhormos* etiam eſt in codice Oxonienſi.

v. 262. *Seu ſilvis ſectare feras, ſeu retibus aequor Vertere*] Scripſerim libentius,

Seu ſilvis ſectere feras, ſeu retibus aequor
Verrere, ſeu coelo libeat traxiſſe volucrem.

MODIUS Novant. Lect. Epiſt. XLIV. *ſectere* ſcribendum ex Colonienſi. deinde, pro *retibus aequor Vertere*, corrigendum cum eodem codice *aequor Verrere*. atque ita Scaliger & Modius. hinc *verriculum* pro reti piſcatorio; qua voce uſus Valerius Maximus. N. HEINSIUS. Recte *ſectare* diſplicuit viris doctis. *ſecto* enim pro *ſector* non eſt aevi Siliani. Vir eruditiſſimus Richard. Bentlejus ad Horat. II. ſermonum ecl. III. verſ. 235. conjiciebat, *Seu ſilvis agitare feras*. Sed nimium haec conjectura a recepta lectione abit. Egregiam vero medicinam Modius aliique ex Colonienſi codice praeſtiterunt, quam minima mutatione *ſectere* ſcribendo. Eo ſenſu *ſectari* eſt apud Varron. ſat. Ὄν☉ λύρας, apud Nonium in voce *Venabulum*. *Nempe ſues ſilvaticos in montibus ſectaris venabulo aut cervos*. Virgil. ecl. III. verſ. 75.

Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſervo.

eo ſenſu *ſequi* apud Ovid. Senecam Tragicum, alioſque paſſim occurrit. Eadem autem lectio, ut & *Verrere*, pro *Vertere*, videtur fuiſſe in codice Oxonienſi: in excerptis enim hujus codicis, quae habeo, nihil diſcrepantiae annotatum video, quamquam ejus collatio inſtituta ſit cum editione, quae *ſectere* & *Verrere* habeat. in margine etiam Romanae principis editionis manu docta emendatum erat *Verrere*. Recte autem *retibus aequor Verrere*, ut apud Manil. lib. IV. verſ. 285.

Et placidum inductis everrere retibus aequor.

Et hinc *everriculum*, retis genus, nomen habuit. Servius ad Maron. I. Aen. verſ. 59. *Verrere eſt trahere, a reti, quod everriculum dicitur*. Nonius Marc. ea voce. *Everriculum genus eſt retis piſcatorium* (fortaſſis legendum *genus eſt retis piſcatorii*) *a verrendo dictum, vel quod trahatur, vel quod, ſi quid facrit piſcium*

Verrere, seu coelo libeat traxisse volucrem.
Non Herbesos iners, non Naulocha pigra pericli
Sederunt; non frondosis Morgentia campis
Abstinuit Marte infido: comitata Menaeis
Venit Amastra viris, & parvo nomine Tisse,
Et Netum, & Mutyce, pubesque liquentis Achaeti.
Sidonios Drepane, atque undae clamosus Helorus,
Et mox servili vastata Triocala bello,
Sidonios Arbela ferox, & celsus Ietas,
Et bellare Tabas docilis, Cossyraque parva,

Nec

scium nactum, everrat ad hoc. Vide Bentlej. ad Horat. II. sermonum eclog. III. vers. 235. Frequenter autem voces *verrere* & *vertere* in Mstis turbantur. Vide Gifanii Indic. Lucr. voce *Verrentes*, Grotium ad Lucan. v. vers. 571. N. Heinsium ad Nason. XI. Metam. vers. 499. ad Valer. Flacci IV. vers. 454. & Broekhus. ad Propert. II. eleg. XII. vers. 44. Sic apud Lucan. lib. VI. vers. 585. pro vulgato *Hesperiae cineres avertere gentis*, scripti partim *averrere*, partim *avellere* legunt.

v. 264. *Herbesos*] *Herbessos* malim. nam Ἑρβησσὸς est Graecis. τὸ ἐθνικὸν Ἑρβησσῖνος apud Stephanum. *Herbessos* Livio & Plinio. Duplex autem *Herbessus* in Sicilia: hic intellige de vicina Syracusis. N. HEINSIUS. Duplex hujus nominis oppidum, ut jam Heinsius monuit, in Sicilia erat; alterum supra Agrigentum inter Acragantem Halycumque amnes, de quo vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 368. alterum Syracusis vicinum, quod Silius nunc intelligere videtur. De eo agit Cluver. ibid. cap. X. pag. 360.

v. 264. *Naulocha.*] Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. V. pag. 304. & 306.

v. 265. *Morgentia*] Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VIII. pag. 335. In editione Romana principe erat *Morguentia*, pro quo manu docta in margine emendatur *Morguntia*.

v. 266. *Comitata Nemaeis Venit Amastra viris*] Interpres non docet, qui fuerint *Nemaei viri*. Credo, quod id ignoraret ipse. Cluverius castigat *Nomaeis*, ab oppido Νόμαι. Sed cum de situ *Nomarum*, oppidi perobscuri, nil constet, codices scriptos sequor, in quibus *Menaeis viris*. recte. quae scriptura etiam vetustas editiones occupavit. *Nomas* in tabulis suis geographi Amestrato sive Amastrae vicinas ponunt, decepti Silianis codicibus depravatis. *Menaei viri* à Μεναὶ oppido, quod inter Hennam & Syracusas est situm. *Amastra* autem diversa videtur ab Amestrato, licet utramque Cluverius confundat. *Menaeorum* meminit Cicero, Plinius, alii. In nummis vetustis Philippi Parutae sexies septiesve occurrit ΜΕΝΑΙΝΩΝ & ΜΗΝΑΙΝΩΝ. & sic fortasse scribendum in duobus a Goltzio prolatis, in quibus ΜΗΝΑΝΙΝΩΝ. Certe Μεναὶ id oppidum vocat Diodorus Siculus. N. HEINSIUS. Maserius ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 495. legit *Noeenis*; & Nooenos, vel Nooenios, populos Siciliae dicit, Naxiis, Murgentinis, & Petrinis proximos, ex Plin. lib. III. cap. VIII. Sed *Menaeis viris* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Primus Marsus *Nemaeis* edidit, permutatis male literis, quem deinceps omnes alii secuti sunt. De oppido *Menae* vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. IX. pag. 339. de Amastra ibid. cap. XII. pag. 383.

v. 267. *Et parvo nomine Thisse*] *Tisse* legendum omissa aspiratione, idque auctoritate libri Coloniensis: nisi fors *Tissae* mavis. Nam Stephano Byzantio Τισσαὶ id oppidum dicitur: Ptolemaeo Τίσσα est. N. HEINSIUS. *Tissae* etiam editiones principes. Vide de hoc oppido Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. VI. pag. 308.

v. 268. *Netum*] Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. X. pag. 357.

v. 268. *Micite*] *Micite* nullum est in hoc tractu oppidum. Coloniensis liber *Mytice*. scribendum omnino *Mutyce*. Μότυκα καὶ Μότικα Graecis. Ptolemaeo Μοτοῦκα. Hinc Ciceroni & Plinio *Mutycenses*, qui Graecis Μοτυκαῖοι. De vera hujus loci restitutione video jam subodoratum esse Cluverium nonnihil. N. HEINSIUS. Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. X. pag. 357.

v. 268. *Pubesque liquentis Acheti*] Scribo *ingentis*. D. HEINSIUS. *Achaeti* Coloniensis. Forte Ἀχάθιος ποταμὸς Ptolemaei. *Arethi* Puteancus & editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Arbeti* Oxon. membranae; *Arethi* editio Romana princeps & Mediolanensis. Dausquejus *Acithi* legendum conjicit. De quo fluvio vide Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XVIII. pag. 229.

v. 269. *Sidonia & Drepane*] *Sidonios Drepane* repone ex scriptis & vetustis editionibus; nam *Sidonia Drepane* cur dicatur, caussam non video. τὸ *Sidonios* refer ad *iuvere*, quod mox sequitur. tum *Triocala*, omissa aspiratione. Hinc *Triocalini* Plinio; Τριόκαλα Graecis. pro *Araleia*, quae nihili est, *Arbeia* Coloniensis. nimirum *Arbela* scripserat ipse Silius. Ἄρβιλα Stephano Byzantio; Ἄρβιλαι Suidae, nisi & illic Ἄρβιλα est scribendum. Feliciter Cluverius veram in Silio scripturam est assecutus. Pro *ferox* tamen *Arbela*, corrigendum videtur

Nec major Megara Mute concordibus ausis
Juvere, & strato Gaulum spectabile ponto,
Cum sonat Halcyones cantu, nidosque natantes
Immota gestat, sopitis fluctibus, unda.
Ipsa Syracusae patulos urbs inclita muros
Milite collecto variisque impleverat armis.
Ductores facilem impelli laetamque tumultus
Vaniloquo plebem furiabant insuper ore:
Numquam hoste intratos muros, & quatuor arces,
Et Salaminiacis quantam Eoïsque tropaeis.

Ingenio

tur *ferax*. Pro *Tabas*, in Coloniensi *Tubas*; in Puteaneo *Thebas*. locus mendosus. N. HEINSIUS. Illustrissimus Heinsius ad Ovidii xv. Heroïd. vers. 164. *Sidonias Drepane* malebat, quomodo & in editione Romana principe & Mediolanensi inveni. *Sidonias Drepane*, ut *Nasamonias Harpe* lib. II. vers. 117. ubi plura vide. *Sidonias* autem, quod a partibus Poenorum staret, quo sensu Scipio Trebiam *Sidonium amnem* vocat lib. IV. vers. 650. Malim tamen cum eodem Heinsio ex Colon. membranis *Sidonios Drepane*, & ita plane etiam codex Oxoniensis. De hac urbe adeundus Cluverius II. Sicil. Antiq. cap. I. pag. 235.

v. 269. *Helorus*] Consule Cluverium I. Sicil. Antiq. cap. XIII. pag. 184.

v. 270. *Triccala*] Respice Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XII. pag 374.

v. 271. *Arbela ferox*] Ita viri docti, pro vulgato *Arabeia*. De Arbeia vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XIII. pag. 390. Deinde, pro *ferox*, malebat vir Illustrissimus *ferax*, id est, fertilis, fecundo solo condita. Nonnumquam ita peccarunt librarii. Vide supra ad lib. VII. vers. 211.

v. 271. *Celsus Ietas*] Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XII. pag. 381.

v. 272. *Tabas*] Vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XIII. pag. 391. In editionibus veterrimis addita aspiratione *Thabas* legitur.

v. 272. *Cossyraque parva*] Insula est parva inter Siciliam & Africam, pluribus scriptoribus memorata, cujus tamen Cluverius in descriptione Siciliae non meminit. Silio *Cossyra* per duplex *s* dicitur, quae aliis est *Cosyra*, ut Ovid. III. Fast. vers. 567.

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyrae.

ubi primam etiam corripuit. In nummis COSSVRA dicitur, & incolae in lapidibus COSSVREN. seu Cossurenses.

v. 273. *Megara*] Quae & Hybla dicta fuit. Vide Cluver. I. Sicil Ant. cap. XI. pag. 131.

v. 273. *Mute*] *Juntae* cum sit in Coloniensi, hunc quoque locum pro mendoso habeamus. Interpres *Motyen* corrigit: Cluverius quoque *Motyen* hic amplectitur. Nam *Motycen* seu *Mutycen* & *Mutyen* diversas recte faciunt. Certe apud Parutam tria exstant numismata cum inscriptione ΜΟΤΥΑΙΩΝ, non ΜΟΤΥΚΑΙΩΝ. ΜΟΤΥΚΑΙΩΝ nummos exhibet Goltzius. *Motyen* insulam quoque fuisse, & quidem Punicarum partium, Dausquejus ex Diodoro & Pausania nos docet, qui hoc loco consulendus. N. HEINSIUS. Oxoniensis codex *Mite*, vel *Myte*. Ignotum est oppidum, & nulli auctorum praeter Silium memoratum. Cluverius I. Sicil. Antiq. cap. XI. pag. 134. hunc locum laudans, *Motyce* legisse videtur. at idem II. Sicil. Ant. cap. X. pag. 357. pro *Micite*, apud Silium vers. 269. *Mutyce* scribendum censet, quae ipsi eadem ac Motyce. Quare iterum hic recenseri nequit. Dausquej. hoc loco *Muten* eandem esse existimat, quae aliis *Motye* vel *Mutye*, Graecis vero Μοτύη dicitur. Ego cum Heinsio *Mute* vitiosum puto, & pro eo ipsum illud *Mutye* restituendum esse. De ea egit Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. I. pag. 249. ubi nihil de hoc loco.

v. 274. *Gaulum spectabile ponto*] *Gaulum* probe scripti, quae maris Siculi insula, ceteris scriptoribus *Gaulos* dicta. in editione Parmensi *Gauros*. Vidit & veram scripturam Cluverius. Inepte Interpres, qui *Caulon* reponit, & de *Caulone* seu *Aulone* oppido Italiae vult intelligi. Gronovius curis secundis Observat. lib. III. cap. VII. malit *Gaulos* (*spectabile*) *ponto*. ut noster infra 293. *postquam immedicabile visum Seditio*. N. HEINSIUS. Perperam etiam Romana princeps & Mediol. editio *Gaurum*. De Gaulo vide Cluver. II. Sicil. Antiq. cap. XVI. pag. 443.

v. 277. *Ipsa Syracusae*] *Syracosae* Coloniensis. Forte *Syracosias*. N. HEINSIUS. Ad marginem editionis Romanae principis manu docta emendatum erat *Syracuse*. sed nihil mutare necesse est. *ipsa urbs Syracusae*. Late hanc urbem describit Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XII. pag. 138.

v. 280. *Vaniloquo pubem furiabant insuper ore*] *plebem* ex scriptis. mox malim, *Numquam hosti intratos muros*. N. HEINSIUS. Voces *pubes* ac *plebes* saepe commutarunt indocti librarii; ut supra lib. VIII. vers. 271. alia exempla vide apud N. Heinsium ad Claud. II. in Rufin. vers. 284. & bellum Gildon. vers. 184.

v. 282. *Salaminiacis Eoisque tropaeis*] Editio Rom. princeps *Eisque tropaeis*, pro quo ad margi-

nem

Ingenio portus urbs invia fecerit umbram,
Spectatum proavis, ter centum ante ora triremes
Unum naufragium, mersasque impune profundo
Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.
Flammabant vulgum geniti Karthagine fratres,
Poeni matre genus; sed quos, sub crimine pulsus
Urbe Syracosia, Libycis eduxerat oris
Trinacrius genitor, geminaque a stirpe parentum
Astus miscebant Tyrios levitate Sicana.
Quae cernens ductor, postquam immedicabile visum
Seditio, atque ultro bellum surgebat ab hoste,
Testatus Divos Siculorum, amnesque, lacusque,
Et fontes, Arethusa, tuos, ad bella vocari
Invitum; quia sponte diu non sumserit, hostem

Inducere

nem manu docta emendatum erat *Actaeisque tropaeis.* Sed omnino vulgatum servandum, quod recte viri docti exponunt Athenensium de Oriente ac rege Persarum triumphos.

v. 283. *Ingenio portus urbs invia fecerit umbram*] *umbram alicui facere* est eum obscurare, tenebrisque involvere, sane minus usitato loquendi modo: umbra enim luci opponitur. Arnulphus Lexoviensis, doctissimus aevi sui scriptor,

Nam virtus vitii nec amat, nec sustinet umbram,
Nec luci tenebras contrahit ipsa suae.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 287. *Geniti Karthagine fratres*] *Hippocrates*, nempe, *& Epicydes nati Karthagine: sed oriundi ab Syracusis, exule avo, Poeni ipsi materno genere*, teste Livio lib. XXIV. cap. VI.

v. 288. *Sed quos sub crimine pulsus*] *ob crimina* fortasse. N. HEINSIUS. Optime monuit me Celeberrimus Burmannus nihil mutandum. *sub crimine* enim est sub praetextu criminis. Sueton. in Ner. cap. XXXV. *Denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo inpudenti falsoque.* Tacit. II. Histor. cap. XXVI. *Cum fratrem ejus Julium Frontonem Othoniani sub eodem crimine vinxissent.*

v. 293. *Bellum surgebat ab hoste*] Malim *insurgebat.* N. HEINSIUS. Nihil muta. supra lib. I. vers. 686.

——— *praemeditans Fabius surgentia bella.*

lib. XIII. vers. 617.

——— *ubi cognovit Latio surgentia bella.*

v. 296. *Invitum, quae sponte diu non sumserit*] *quia* in Coloniensi. possis,

——— *ad bella vocari*
Invitum; quia sponte Deûm non sumserit, hostem
Inducere arma sibi.

quia Diis faventibus annuentibusque non sumserit. apud Nason. Metam. V.

——— *limine tecti*
Exierat Cepheus, testatus iusque, fidesque,
Hospitiique Deos, ea se prohibente moveri,

de bello inter Cephenos exorto. supra hoc libro, *patrias remeabat ad oras Sponte faventis heri.* Interpres hic nugatur. Apposite Albinus rerum Romanarum libro primo, apud Priscianum lib. VII. de Pompejo agens,

Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis
Sponte Deûm patuere.

Lucan. lib. I. vers. 234.

——— *seu sponte Deûm, seu turbidus auster*
Impulerat, maestam tenuerunt nubila mentem.

lib. V. vers. 136.

——— *seu sponte Deorum*
Cyrrha silet, fatique sat est arcana futuri
Carmine longaevae vobis commissa Sibyllae.

lib. IX. vers. 574. *Nil facimus non sponte Deûm.* Valer. Flacc. lib. IV. vers. 357.

Cum trepida Inachiae pellex subit ora juvencae
Sponte Dei,

de Io in vaccam mutata. Sedulius lib. IV.

Carminibus vanis quidam Memphitis in oris
Signa dabat non sponte Dei.

Lactantius in argumento X lib. III. Metam. e Milo, *Post haec iterum custodia clauditur, quae cum sponte Dei patuisset.* ubi vide Munker. *sponte naturae* apud Plinium in naturali historia non semel occurrit. Tacitus, *Nec sponte Antonii properatum.* & Ann. II. *Acerrime Germanicum Tiberius increpuit, quod contra instituta Augusti, non sponte Principis, Alexandriam introisset.* Lucanus lib. I. vers. 99. *Paxque fuit non sponte ducum.* Vide Gronovium ad Plinii lib. XXVIII. cap. VII. Idem Gronov. nonnihil adversus interpretem disseruit de hoc loco curis secundis Observat. III. cap. VII. N. HEINSIUS. *sponte Deûm*, ut apud Curt. lib. IV. cap. I. *Deditionem magis popularium, quam sua sponte fecerat.* Iscan. I. bell. Troj. vers. 222. *tenui certe non sponte Deorum.* ubi vide Dresem. In Oxon. cod. est,

Invitumque a sponte non sumserit hostem.

in Putean. *Invitumque a sponte diu non.* Quae lectio a τῷ *quia* libri Coloniensis haud longe abit. Potest

Induere arma sibi, telorum turbine vasto
Aggreditur muros, atque armis intonat urbi.
Par omnes simul ira rapit; certantque, ruuntque.
Turris, multiplici surgens ad sidera tecto,
Exibat, tabulata decem cui crescere Grajus
Fecerat, & multas nemorum consumserat umbras.
Armatam hinc igni pinum & devolvere saxa
Certabant, calidaeque picis diffundere pestem.
Huic procul ardentem jaculatus lampada Cimber
Conjicit, & lateri telum exitiabile figit.
Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti,
Gliscentemque trahens turris per viscera labem,
Perque altam molem & toties crescentia tecta,

Scandit

test tamen etiam recepta lectio servari, si *sumserit* vel positum sit pro sumsisset, vel mutaveris in *sumeret*.

v. 303. *Armatam hinc igni molem*] *igni pinum* ex scriptis. taedas innuit. Infra vers. 420.

——— flammaque comantem
Multifida pinum celso de culmine quassat.

igniferam pinum habes paullo post. Valer. Flacc. lib. II. vers. 106.

Ipsa Venus, quassans undantem turbine pinum,
Agglomerat tenebras.

ubi male Carrion ex vetusto codice *pontum*. N. HEINSIUS. *pinum*, pro *molem*, huic loco ex Mstis jam olim vindicavit Illustrissimus Heinsius ad Claudiani III. de rapt. Proserp. vers. 387. sic supra lib. IX. vers. 335.

——— hi sude pugnas,
Hi pinu flagrante cient, hi pondere pili.

ubi vide Dausquejum. lib. X. vers. 550.

Ipse manu celsam pinum flammaque comantem
Attollens ductor.

Frequentissimum hoc etiam apud alios auctores. Eodem sensu apud Graecos πεύκη usurpatur. Aristoph. in Nubib. act. I. scen. ult. non longe a fine, Σὺν πεύκαις σελαγεῖ.

v. 305. *Hic procul*] *Huic* scripti. N. HEINSIUS. Romana princeps, Mediolanensis, aliaeque priscae editiones *Hinc procul*, quae vocula saepe cum pronomine *Huic* confunditur. vide supra ad lib. IV. vers. 631. neque aliter manu docta in editione Romana principe emendatum erat.

v. 307. *Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti*] *adjutus* in Puteaneo, quod Interpreti arridebat. sed nil temere mutandum. vide ad lib. XI. vers. 614. & lib. VII. vers. 345. N. HEINSIUS. Vir doctus etiam ad marginem editionis Romanae principis *adjutus* emendavit. Dausquejus conjiciebat *adjecto*, *adjuncto*, vel *adjutus*.

v. 309. *Et turris nascentia tecta Scandit ovans, rapidisque vorat trepidantia flammis Robora*] Non parum melior videtur scripta lectio,

——— & toties crescentia tecta
Scandit ovans, rapidisque vorat crepitantia flammis
Robora.

toties crescentia tecta vocat turrim pluribus contignationibus alte eductam. MODIUS Novant. Lection. Epist. XLIV. Modius eleganter ex membranis *toties crescentia*. in nostris exstat *tenens nascentia*. sane *turris* ex repetitione mendosum esse cernitur. *totiens* quidem semper in codice Oxoniensi est, quod Modianam scripturam juvat. Quid si vero *toties nascentia* acutius etiam & veteri lectioni propius reducamus? Tam alta erat turris, ut, ubi finem habitura videbatur, ibi denuo novo tabulato renasceretur: decem enim erant ordines. supra, *tabulata decem cui crescere Grajus Fecerat*. Ego vero non nolim hoc alteri praeferre, cum modo, ut vides, τὸ *crescere* posuerit Silius. Eo etiam respicit haec vox, ut superiora tabulata semper inferioribus fuisse minora intelligas, & enasci velut ex majoribus sursum procedendo. Acute certe. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *turris* proxime praecesserat: bene igitur scripti, *& toties crescentia tecta*, uti Modius ex Coloniensi jam animadvertit. Possis etiam *crescentia texta*; nam *tecto* vers. 300. de hac turre jam habuimus. *tenens*, pro *totiens*, erat in Oxonio, unde Modianam emendationem fulcit Barthius, *qui nascentia tecta* videtur malle, quam *crescentia*. *totiens* etiam in editione Parmensi. Sic apud Lucan. libro III. *crescens remorum ordo* de quadriremi, & *crescentes calami*, ac *crescens harundo aucupum*, de qua nos supra lib. VII. vers. 645. Lucan. lib. IX. vers. 842. *Non culmis crevere tori. crescere* tam de altitudine, quam de latitudine dicebatur. sic *aequor crevit aquis* apud Lucan. lib. V. & *mare crevit in astra* apud Senec. in Hippol. & *crescunt in cumulum strages* Claudiano, & *molles planctu crevere lacerti* Statio XII. Theb. vers. 110. N. HEINSIUS. Lucan. lib. III. vers. 534.

Ordine contentae gemino crevisse liburnae.

Claudian. in Consul. Mall. Theod. vers. 320.

Corporaque aedificent celeri crescentia nexu.

Pro

Scandit ovans, rapidisque vorat crepitantia flammis
Robora, &, ingenti simul exundante vapore
Ad coelum, victor nitentia culmina lambit.
Implentur fumo, & nebula caliginis atrae
(Nec cuiquam evasisse datur) ceu fulminis ictu
Correptae rapido in cineres abiere ruinae.
Par contra pelago miseris fortuna carinis.
Namque ubi se propius tectis urbique tulere,
Qua portus muris pacatas applicat undas,
Improvisa novo pestis conterruit astu.
Trabs fabre teres, atque, erasis undique nodis,
Navali similis malo, praefixa gerebat
Uncae tela manus: ea celso ex aggere muri
Bellantes curvi rapiebat in aëra ferri
Unguibus, & mediam revocata ferebat in urbem.
Nec solos vis illa viros, quin saepe triremem
Belligerae rapuere trabes, cum desuper actum
Incuterent puppi chalybem morsusque tenaces.
Qui, simul affixo vicina in robora ferro
Sustulerant sublime ratem, (miserabile visu!)
Per subitum rursus laxatis arte catenis

Tanta

Pro *tecta* autem, Illustrissimus Heinsius *texta* conjicit. Saepe ita peccarunt librarii. vide supra ad lib. IV. vers. 293. infra ad lib. XVII. vers. 89. & ad Nason. XIV. Metam. vers. 530. Dausquejus vero conjecit, *tectis crescentia tecta.* postea tamen vulgatum servat.

v. 310. *Trepidantia flammis Robora*] *crepitantia* cum Modio & scriptis; in quibus etiam *rapidusque.* sed perperam. Vide, quae annotamus lib. I. vers. 129. N. HEINSIUS. Libris scriptis sine ratione adversatur Doctissimus Interpres: *crepitantia Robora* enim ob sonum, quem flagrantia robora edunt. Infra lib. XVII. vers. 106.

Ipsius ingentis regis tentoria saltu
Lugubre increpitans late circumvolat ardor.

Virgil. VII. Met. vers. 74.

Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari.

Quod Macrob. VI. Saturn. cap. IV. dictum docet ad exemplum illius Lucretii lib. VI. vers. 154.

Terribili sonitu flamma crepitante crematur.

Prudent. hymn. III. περὶ στεφ. vers. 13.

Cum crepitante pyra trepidos
Terruit aspera carnifices.

& vers. 156.

Flamma crepans volat in faciem.

Avien. fabula XXXIX.

Ille resultantem flammis crepitantibus addens.

Frequenter librarii voces *crepito* & *trepido* commutarunt in Mstis. Vide supra ad lib. IX. vers. 280. lib. X. vers. 130. lib. XVI. vers. 30. Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 383. & eruditissimum Bentlej. ad Horat. lib. IV. od. XI. vers. 11. ubi hanc Modii emendationem probat.

v. 312. *Nitentia culmina*] Editio Marsi Veneta *surgentia.* non probo. N. HEINSIUS. Utraque Marsi editio Veneta vulgatum servat. Dausquejus vero conjicit *nutantia*, id est, ruinam minitantia:

v. 318. *Applicat undas*] *appulit* Puteaneus, ut infra

——— *nam textam robore turrim*
Appulerant nexae ferri compage triremes.

N. HEINSIUS.

v. 320. *Trabs fabre teres*] *Trabs trabe cincta teres* in Puteaneo: tum τὸ *atque* sit tollendum, quod proxime sequitur. sed nil muto. N. HEINSIUS. Tollenonis genus est, quem describit Livius lib. XXIV. cap. XXXIV. ubi habes & ceteras machinas Archimedis, quibus maritimam Syracusarum obsidionem elusit.

v. 325. *Nec solos vis illa viros*] In Coloniensi *vis ulla*; in Puteaneo *vix illa*, omisso τῷ *viros.* Forte *Nec solos fixura viros.* Deinde Coloniensis, *morsusque tenaci.* sed male. N. HEINSIUS.

v. 334. *Per quae confundere tela*] *cum fundere* Coloniensis. N. HEINSIUS. Nihil mutandum puto. *confundere* pro simplici fundere. sic *includere* pro claudere, lib. XIII. vers. 686. *expendere* pro pendere vers. 698. & similia ubique obvia. vel *confundere tela* est sine ordine jacere: quomodo Horat. *confundere proelia* dixit lib. I. od. XVII. vers. 23. quod Celeberrimo Burmanno placebat: qui etiam *clam fundere* legi posse confebat.

v. 335.

Tanta praecipitem reddebant mole profundo,
Ut totam haurirent undae cum milite puppem.
His super insidiis angusta foramina murus
Arte cavata dabat, per quae confundere tela
Tutum erat, opposito mittentibus aggere valli.
Nec sine fraude labos, arta ne rursus eodem
Spicula ab hoste via vicibus contorta redirent.
Calliditas Graja, atque astus pollentior armis
Marcellum tantasque minas terraque marique
Arcebat; stabatque ingens ad moenia bellum.
Vir fuit Isthmiacis decus immortale colonis,
Ingenio facile ante alios telluris alumnos,
Nudus opum; sed cui coelum terraeque paterent.
Ille novus pluvias Titan ut proderet ortu
Fuscatis tristis radiis; ille haereat, anne
Pendeat instabilis tellus; cur foedere certo
Hunc affusa globum Tethys circumliget undis,
Noverat, atque una pelagi lunaeque labores,
Et pater Oceanus qua lege effunderet aestus.
Non illum mundi numerasse capacis harenas

v. 335. *Opposito mittentibus aggere valli*] *apposito* Puteaneus; quam vocem plurimis locis Nasoni reddidimus. mox malo *artae viae*, quam *arta via*. N. HEINSIUS. *apposito* si recipiendum, positum erit pro vicino, proximo. vide Gronov. ad Senec. Epist. IV. Saepe ita peccarunt librarii. vide N. Heinsium ad Nason. VII. Heroid. vers. 100. ad IX. Heroid. vers. 60. & ad III. Amor. eleg. VI. vers. 7. Melius tamen videtur nihil mutare.

v. 344. *Ille novus pluvias.*] Malim *novo ortu*. N. HEINSIUS.

345. *Haereat, anne Pendeat instabilis tellus*] Vide Dausquej. Terram & aquam cap. II.

247. *Circumliget undis*] Forte *ulnis*; ut alterum ex glossa irrepserit. N. HEINSIUS. Mihi nihil videtur mutandum. Avien. in ora marit. vers. 81.

Orbique rursus unda circumfunditur.

& in descript. orb. vers. 11.

Oceani nam terra salo praecingitur omnis.

v. 349. *Qua lege effunderet aestus*] *refunderet* scribendum, ni fallor. sic *refusus oceanus* apud Maronem; & *stagna refusa vadis*; & *ponto sonat unda refuso*. Statius Theb. IX. de Ismeno fluvio Hippomedontem oppugnante vers. 462.

——— *Teumetius amnis*
Tollitur, & clipeum nigrante supervenit aestu,
Spumeus assultans, fractaque refunditur unda.

Noster infra hoc libro vers. 550.

——— *mox sua ponto,*
Singultante anima propulsa, refunditur unda.

N. HEINSIUS. *effundere* tamen hoc sensu est apud Pompon. Mel. lib. III. cap. 1. *Ubi in omnia litora, quamvis diversa, terrarum insularumque ex medio pariter effusum est, rursus ab illis colligitur in medium.* simplex *fundere* apud Lucan. I. vers. 410.

——— *cum funditur ingens*
Oceanus, vel cum refugis se fluctibus aufert.

v. 350. *Mundi numerasse capacis harenas*] Hinc ille jactabat, Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμοὺς, καὶ μέτρα θαλάσσης; & Graeci coeperunt, sicut διακόσιοι & similia, sic ψαμμακόσιοι a numero harenae supputare, pro infinita & inexplicabili multitudine. Sic Comicus θιατὰς ψαμμακοσίους se numerare ait; inde & vox ψαμμακοσιογάργαρα multitudinem notat, & quasi ἀριθμητικὸν formatum est, infinitum tamen, quia, ut ait Pindarus, ψάμμος ἀριθμὸν περιπέφευγε. D. HEINSIUS. Omnino respicit Silius ad Archimedis librum, qui ψαμμίτης inscriptus fuit, quo probare conatur, numerum harenae non esse infinitum, sed efferri & colligi posse, si vel maxime totus terrarum orbis harena constaret. Ceteroquin enim *harenam numerare* non apud sacros solum, sed etiam profanos scriptores, in proverbium abiit de iis, quae fieri nequeunt. Sic Virgil. II. Georg. vers. 105.

Quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem
Discere quam multae Zephyro torrentur harenae.

Claudian. I. in Eutrop. vers. 32.

Si pelagi fluctus, Libyae si discis harenas,
Eutropii numerabis heros.

Gunther. V. Ligur. vers. 331.

Qui velit expressis metiri singula verbis,
Hunc ego litoreas numerare fatebor harenas
Posse.

Una fides: puppes etiam constructaque saxa
Feminea traxisse ferunt contra ardua dextra.
Hic dum Italûm ductorem astu Teucrosque fatigat,
Adnabat centum late Sidonia velis
Classis subsidio, & scindebat caerula rostris.
Erigitur subitas in spes Arethusia proles,
Adjungitque suas, portu progressa, carinas.
Nec contra Ausonius tonsis aptare lacertos
Addubitat, mersisque celer fodit aequora remis.
Verberibus torsere fretum: salis icta frequenti
Albescit pulsu facies, perque aequora late
Spumat canenti sulcatus gurgite limes.
Insultant pariter pelago: ac Neptunia regna
Tempestate nova trepidant. tum vocibus aequor
Personat, & clamat scopulis clamoris imago.
Ac jam diffusus vacua bellator in unda

Cornibus

v. 351. *Vana fides*] Virgil. IV. Aen. vers. 12.

Credo equidem, nec vana fides, genus esse Deorum.

Valer. Flacc. lib. V. vers. 75.

—— *nec vana fides, his Bacchus in undis*
Abluit Eoo rorantes sanguine thyrsos.

Sed *Una fides* in Coloniensi. non solum fides. Valer. Flacc. II. vers. 166.

Obvia quaeque eadem traditque auditque, nec ulli
Una fides.

sic Msti constanter. Idem lib. IV. vers. 598.

Sic quoque non uno dabitur transcurrere luctu.

& lib. VIII. vers. 307. *haud una Minyae formidine surgunt.* Statius Thebaid. II. vers. 689. *huic una fides optanda laberi.* Theb. XII. vers. 114.

—— *una fides, unum Polynicis amati*
Nomen in ore sedet.

Senec. Herc. Oet. vers. 608.

In tot populis vix una fides.

N. HEINSIUS. Vulgata lectio, quam ceteri codices & antiquitus editi libri, praeter membranas Agrippinates, tuentur, non displicet. Prono vero errore librarius in Coloniensi voces *Unus* & *Vanus* turbavit, quod & alibi saepe contigit. Vide supra ad lib. V. vers. 126.

v. 352. *Feminea traxisse ferunt contra ardua dextra*] Vox *dextra* hic multitudinem notat, ut *manus*, cum *Graia manus* dicitur ὁ τῶν Ἑλλήνων στρατός. Quod nisi observes, nec haec capies. D. HEINSIUS. Imbelliam Archimedis his denotat; nec opus ullis ambiguitatibus. Sic supra de Siculis, Romano militi occurrentibus, hoc libro,

Femineum credas maribus concurrere vulgum.

Curtius de Persis: *Inerti, & imbellibus feminis aurum viri eripere.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Non possum accedere Barthio, qui ignaviam Archimedi hic a Silio objici arbitratur. at tu *Feminea dextra* intellige feminarum operam, qua utebatur Archimedes, non ipsius Archimedis manum. per *constructa saxa* pilas intellige. notum illud Maronis,

Qualis in Euboico Bajarum litore quondam
Saxea pila cadit.

Illustravit haec erudite Gronov. Observ. III. cap. VII. iteratae editionis. N. HEINSIUS. Illud *Feminea manu* recte etiam cepit Doctissimus Dausquejus; at *constructa saxa* non item; contra quem dicto loco disputat summus Gronovius.

v. 365. *Et clamat scopulis clamoris imago*] Haec nihili sunt. Forte *clangoris imago*; vel, *& clamat scopulis vaga Martis imago*; vel, *ingeminat scopulis clamoris imago*; vel denique, *icta redit scopulis clamoris imago.* ut apud Nasonem,

Tunc vox adversis collibus icta redit.

imago, Echo. Sic saepe scriptores. N. HEINSIUS. *Imago*, Echo. Horat. lib. I. od. XII. vers. 3. *cujus recinet jocosa Nomen imago.* & od. XX. vers. 6.

—— *simul & jocosa*
Redderet laudes tibi Vaticani
Montis imago.

Statius I. silv. III. vers. 18. *fallax responsat imago Frondibus.* Ausonius Epist. XXV. vers. 10. *redit & nemorum vocalis imago.* Varro III. de Re rust. cap. XVI. *Primum secundam villam, potissimum ubi non resonent imagines.*

v. 368. *Humentem campum*] Id est, mare, ut interdum loqui amant poetae. In Oxon. codice & priscis editionibus sollemni librariorum errore *viventem campum* est. Vide supra ad lib. III. vers. 522.

v. 370. *Classis, & artabat*] *& arquabat* forte. sic *arquatum curvamen Iridis* apud Nasonem. In Coloniensi *arabat.* *Ac simili* idem Colonius versu superiori. N. HEINSIUS.

v. 371. *Terrificis saevae stridoribus aeris*] *terrifici* malim, & mox *late*, pro *latae*, quod Puteaneus confirmat. N. HEINSIUS.

v. 373.

Cornibus ambierat patulos ad proelia fluctus,
Navali claudens humentem indagine campum.
At simili curvata sinu diversa ruebat
Classis, & artabat lúnato caerula gyro.
Nec mora: terrificis saevae stridoribus aeris,
Per vacuum late cantu resonante profundum,
Incubuere tubae, queis excitus aequore Triton
Expavit tortae certantia murmura conchae.
Vix meminere maris; tam vasto ad proelia visu
Incumbunt proni, positisque in margine puppis
Extremae plantis nutantes spicula torquent.
Sternitur effusis pelagi media area telis,
Celsaque anhelatis exsurgens ictibus alnus
Caerula nigranti findit spumantia sulco.
Ast aliae latere atque incussi roboris ictu

Detergent

v. 373. *Incubuere tubae*] Sequitur mox *Incumbunt proni*: quare ferri non potest *Incubuere*. Scribo ergo *Incinuere*; vel potius *Increpuere tubae*. Ex illo Maroniano Aeneid. IX. vers. 503.

At tuba terribili sonitu procul aere canoro
Increpuit.

Silius lib. V. vers. 188.

Increpuere simul feralia classica signum.

Lucan. lib. IX. vers. 285.

Ut simul effetas linquunt examina ceras,
Atque oblita favi non miscent nexibus alas,
Sed sibi quaeque volat, nec jam degustat amarum
Desidiosa thymum: Phrygii sonus increpet aeris,
Attonitae posuere fugam, studiumque laboris
Florilegi repetunt & sparsi mellis amorem.

Ita locus ille, non uno naevo inquinatus, ex vestigiis codicum optimorum est constituendus, in quibus, *Phrygii sonus increpat aeris. increpet*, si increpet. *Florilegi*, pro *Florigeri*, conjectura nostra est. *florilegae apes* Nasoni aliisque. *Increpuere* in hoc Silii loco etiam castigandum esse jam praevidit Gronovius, uti ex Observationibus ejus iteratae editionis jam nunc colligo. Is videatur lib. III. cap. VII. N. HEINSIUS. Recte *Increpuere*. infra lib. XVI. vers. 94. *raucus stridenti murmure clangor Increpuit*. in contextum tamen recipere ausus non fui.

v. 374. *Expavit tortae certantia murmura conchae*] Optime *tortae*: eas enim conchas, quas inflabant Graeci, tortae quod essent, στρόμβους vocabant; nam & hominem quoque tortum & στρογγύλιον στρόμβον dicebant, & στρομβολόκομος dicebatur οὐλόκομος a tortura crinium. ita enim legendum apud Pollucem, cum Sophoclem hominem οὐλόκομον, στρομβολόκομον dixisse docet. De conchis autem illis docet Hesychius: Στρόμβιλοι, inquit, κοχλίαι & paulio plenius infra, Στρομβίλῳ τῇ κόγχῃ, ἢ ἐσάλπιζον. At κρεμβαλίζειν dicebant, cum ex conchis & ossibus simul collisis mixtum sonitum edebant, quo harmoniae genere antiqui usi sunt. Hesychius, Κρεμβαλίζειν, κογχύλια καὶ ὀστᾶ ἅμα συγκροτοῦντας ἐρρυθμόν τινα ἦχον ἀποτελεῖν (lege ἔνρυθμον) τοῖς ὀρχουμένοις. (ita enim lego) ut Athenaeus de eodem, qui ita in Hesychio quoque, ut monuimus, legendum esse probat ex Didymo. apud eum ὄστρακα tamen, ut ὀστᾶ in Hesychio, scriptum est. Ceterum quam *tortam concham* Silius, una voce στρόμβον Lycophron vocat eleganter, vers. 249.

Καὶ δὴ κατασθεῖ γαῖαν ὀρχηστὴς Ἄρης
Στρόμβῳ τὸν αἱματηρὸν ἐξάρχων νόμον.

Nam sicut id, quod κρεμβαλίζειν dicebant, in convivus tripudiisque locum habebat, lyraeque vicem sustinebat, sic τοῖς κογχυλίοις in bello utebantur. Olim enim, antequam usus pervulgatus esset concharum, ut nunc tubicines, qui Martem accendunt; sic tum πυρφόροι, qui ab utraque exercitus parte erant, & λαμπαδηφόροι quoque vocabantur: qui, utrimque aciem obeuntes, lampades facesque gestabant; quas, ubi tempus postulabat, emittebant, & in hostem conjiciebant, atque ita primum inter se conflictum ordiebantur. Sic lampadibus conchae, conchis tubae, & praesertim Tyrrhenae successerunt. D. HEINSIUS. Perperam in vulgatis est *tortae ad certantia*. N. HEINSIUS. Primus ita edidit Gryphius, quem editio Dausquejana secuta est. ab aliis libris vocula *ad* rectius abest. Idem Gryphius ita etiam distinguebat: *tortae ad certantia murmura conchae Vix meminere maris*. Sed praefero vulgatam distinctionem. *Expavit murmura*, ut lib. I. supra vers. 67.

Expavere trucem per vasta silentia vocem.

Alibi tamen *ad aliquid expavescere* dixerunt scriptores.

v. 375. *Vix meminere maris; tam vasto &c.*] Haec de summa industria navigio proeliantibus, nulla periculi consideratione: nam obliviscuntur ponti, tamquam humo congressi. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 381. *Ast aliae laterae atque incussi roboris ictu*] Descriptio est proelii navalis, in quo naves navibus,

Detergent remos: aliae per viscera pinus
Tramissis ipso retinentur vulnere rostris,
Quo retinent. medias inter sublimior ibat
Terribilis visu puppis, qua nulla per omne
Egressa est Libycis major navalibus aevum.
Sed quater haec centum numeroso remige pontum
Pulsabat tonsis: veloque superba capaci
Cum rapidum hauriret Borean, & cornibus omnes
Colligeret flatus, lento se robore agebat,
Intraret fluctus solis si pulsa lacertis.
Procurrunt levitate agili, docilesque regentis
Audivisse manum, Latio cum milite puppes.
Has ut per laevum venientes aequor Himilco
In latus obliquas jussamque incurrere proram
Conspexit, propere Divis in vota vocatis

Aequoris,

bus collidebantur, sed ubi ita legerim, *Ast aliae latere.* MODIUS Novant. Lection. Epist. xe. *latere* Modius. *latere remos detergent.* Nam si ipsae *lacerae*, quomodo aliarum remos potuerint detergere, utpote invalidae, non video. Interpres tamen hic pro vulgata, ut solet, digladiatur. Nos Coloniensem librum cum Modio sequimur. N. HEINSIUS Saepe ita peccarunt scribae librarii. supra lib. VIII. vers. 25. in Msto Oxoniensi erat *Quis laterum curis*, pro *lacerum.* Alia exempla vide supra lib. x. vers. 566. & apud N. Heinsium ad Claudiani I. de laudib. Stilic. vers. 282.

v. 382. *Detergent remos*] Iis, quae Dausquejus notavit, adde Scheffer. III. de milit. nav. cap. VI. & Freinsh. indic. in Florum voce *Detergere.*

v. 383. *Ipso retinentur vulnere*] Simile quid fingit Lucan. libro III. vers. 563.

Tunc quaecumque ratis tentavit robora Bruti,
Ictu victa suo percussae capta cohaesit.

v. 387. *Sed quater haec centum*] Forte,

Acta quater centum numeroso remige pontum
Pulsabat tonsis.

τὸ *sed* importune hic videtur inculcatum. N. HEINSIUS.

v. 389. *Boream*] *Borean*, ut versui consulatur. N. HEINSIUS.

v. 390. *Lento se corpore agebat*] Malim, *lento se robore agebat.* MODIUS Novant. Lection. Epist. xc. *robore* ex Coloniensi Modius: non male. N. HEINSIUS. *robore* etiam codex Oxoniensis. Male festivus hoc loco est Dausquejus, qui *robore* rejiciebat, quod nulli remi ex eo ligni genere fiebant. Sed *robore* non ad remos, verum ad totam navem referendum: *lento se robore agebat*, pro lente se agebat, lente promovebatur. Sic paullo ante vers. 382. *incussi roboris ictu Detergent remos.* & in loco Lucani ibi laudato, *tentavit robora Bruti.*

v. 391. *Intraret fluctus solis si pulsa lacertis*] Videtur aliquid deesse, ni scribendum fortasse *ceu pulsa*, & *Intraret fluctu.* Regit enim id verbum tertium casum, ut plurimum. Vide lib. VI. vers. 498. lib. XI. vers. 473. N. HEINSIUS. Membranae Oxonienses *se pulsa.* Conjecturam Heinsii *ceu pulsa* veram puto. Navis Punica tantae magnitudinis ac ponderis erat, ut, quamvis universis velis, iisque satis magnis, omnes auras colligeret, non citius tamen progrederetur, quam alia quaevis, quae solis remis propellebatur. Quod vero etiam *Intraret fluctu* conjiciat, non probo. Licet enim *intrare* saepe tertium casum regat, interdum tamen etiam quartum post se recipit. Infra vers. 423.

Intrat diffusos pestis Vulcania passim,
Atque implet dispersa foros.

& lib. XI. vers. 472.

——— *Pagasaea ratis cum caerula nondum*
Cognita terrenis pontumque intrare negaret.

ut ibi legendum dixi.

v. 392. *Docilesque regentis Audivisse manum*] Cum dixit Virgilius, *nec audit verbera currus*, multos imitatores sibi fecit; & idem Silius ad navigium scite transtulit. BARTHIUS lib. XXII. Adversf. cap. XIV. Lucan. lib III. vers. 593. quem locum laudat Dausq.

Qua nullam melius, pelago turbante, carinae
Audivere manum.

v. 398. *Oculis libravit in hostem*] Simile hoc illi supra lib. XII. vers. 567.

Nunc, laetus celsis astans in collibus, intrat
Urbem oculis.

v. 400. *Deduxit vultu*] *diduxit* in Coloniensi. N. HEINSIUS. Sed nihil muto. Sollemniter ita lapsi sunt scribae librarii. vide infra ad lib. XV. vers. 187. versu sequenti *ac residentis* liber Coloniensis & Puteaneus, non *&* *residentis.*

v. 403. *Flectentis immortua clavo*] Clavo puppem flectenti. nulla opus mutatione. Nam *flectendo clavo* durum est, cum proxime praecesserit *regenda puppe* in hac ipsa periodo. N. HEINSIUS. Recte illustrissimus Heinsius contra virum summum J. Fr. Gronovium,

Aequoris, intento volucrem de more sagittam
Assignat nervo: utque oculis libravit in hostem,
Et calamo monstravit iter, diversa relaxans
Brachia, deduxit vultu comitante per auras
In vulnus telum, ac residentis puppe magistri
Affixit plectro dextram: nec deinde regenda
Puppe manus valuit, flectenti immortua clavo.
Dumque ad opem accurrit, ceu capta, navita, puppe,
Ecce iterum fatoque pari nervoque sagitta,
In medium perlapsa globum, transverberat ictu
Orba gubernacli subeuntem munera Taurum.
Irrumpit Cumana ratis, quam Corbulo ductor
Lectaque complebat Stabiarum litore pubes.
Numen erat celsae puppis vicina Dione.
Sed superingestis propior quae subdita telis

Bella

Gronovium, qui III. Observ. cap. VII. *flectendo* malebat, vulgatam lectionem tuetur. Lucan. lib. III. vers. 555. *nec tarde flectenti cedere clavo.*

v. 407. *Orba gubernacli subeuntem munera*] In membranis Oxoniensibus ac Puteaneis, ut & priscis editionibus Romana principe, Parmensi, ac Mediolanensi *gubernandi* est. Errori originem fortasse dedit, quod in scriptura Longobardica literae *cl* & *d* difficulter distingui possint. Vide supra lib. II. vers. 52.

v. 409. *Laetaque complebat Stabiarum litore pubes*] Primo reponatur ex Coloniensi & Oxonio *Lectaque.* *Legere militem* passim obvium apud scriptores vetustos. Puteaneus non multum abludit, in quo *Lestaque.* in eodem *complebant*: venuste. &, pro *Stabiarum*, idem *stabularum.* Forte *Bajarum litore.* Nam Stabiae quamquam Campani litoris oppidum, tamen satis remotae Cumis, quibus vicinae Bajae. Interpres Cumani litoris Stabias facit admodum inscite. *Lectaque* etiam Gronovio in Observationibus nuperae editionis placuisse video lib. III. cap. VII. Simile mendum sustulimus lib. V. vers. 380. N. HEINSIUS. Recte viri docti ex MStis *Lectaque.* Saepe ita turbarunt librarii. Vide supra ad lib. VIII. vers. 548. & Achill. Statium ad Catull. carm. LXV. pag. m. 253. apud Lucan. etiam lib. VII. vers. 119. pro *neque enim victoria Magno Laetior*, quaedam membranae *victoria Lectior* habent. Deinde Illustrissimus Heinsius ex Puteaneo *pubes complebant*, de quo vide ad lib. XI. vers. 232. Pro *Stabiarum* autem, etiam Oxoniensis codex cum veterrimis editionibus *stabularum*, quod num in *Bajarum* mutandum sit, vehementer dubito. Vix enim verosimile videri potest, librarios indoctos notissimam vocem *Bajarum* in minus notam *Stabiarum* commutasse. quare si quid hoc loco mutandum, legam potius versu praecedenti *Campana ratis*, pro *Cumana.*

v. 410. *Numen erat celsae puppis vicina Dione*] *Nomen erat* Coloniensis. sed non sequor. *subducta Dione* in editione Parmensi, pro *vicina Dione.* Videbatur aliquando scribi debere,

Numen erat celsae puppi Lucrina Dione.

Sed si vulgatum mavis loco non moveri, tamen de Venere Lucrina erit intelligendum, quae non Stabiis, sed Bajis, vicina. Interpres de Venere Erycina parum commode interpretatur. Statius silvarum III. carm. I.

Spectat & Icario nemorosus palmite Gaurus,
Et Lucrina Venus.

Martial. lib. XI. epigr. LXXXI.

Litus beatae Veneris aureum Bajas.

Sed illa referri possunt ad delicias Venereas illius tractus, ut & vetus epigramma in Catalectis poetarum,

Ante bonam Venerem gelidae per litora Bajae;
Illa natare lacus cum lampade jussit Amorem.

Apertius Symmachus in eleganti epigrammate, quod totum emendavimus ad X. Metam. Nasonis vers. 558. de Gauro monte ad Lucrinum lacum sito,

Terit ima pisce multo
Thetis & vagae sorores.
Simul innatat choreis
Amathusias renidens,
Salis arbitra & leporis,
Flos siderum Dione.

Sed & Pompejis videtur culta fuisse Venus. Statius lib. V. Epicedio Patris vers. 165.

Quos Veneri plorata domus, neglectaque tellus
Alcidae, vel quos e vertice Surrentino
Mittit Tyrrheni speculatrix virgo profundi.

N. HEINSIUS. Non male vulgatam lectionem N. Heinsius Coloniensis libri scripturae, *Nomen erat*, praeferendam judicat. infra vers. 413.

Hammon numen erat Libycae gentile carinae.

Passim hae voces in MStis commutantur. vide infra ad libr. XVI. vers. 653. Praeter Dausquejum etiam Cellarius & omnium primus P. Marsus *vicinam*

Bella capessebat, media subsedit in unda,
Divisitque fretum. clamantum spumeus ora
Nereus implet aquis, palmaeque, trahente profundo,
Luctantum frustra summis in fluctibus exstant.
Hic, audax ira, magno per caerula saltu
Corbulo transgressus (nam textam robore turrim
Appulerant nexae ferri compage triremes)
Evadit tabulata super, flammaque comantem
Multifida pinum celso de culmine quassat.
Inde atros alacer pastosque bitumine torquet,
Amentante Noto, Poenorum aplustribus ignes.
Intrat diffusos pestis Vulcania passim,
Atque implet dispersa foros: trepidatur omisso
Summis remigio; sed enim tam rebus in artis
Fama mali nondum tanti penetrarat ad imos.
At rapidus fervor, per pingues unguine taedas
Illapsus, flammis victricibus insonat alveo.
Qua nondum tamen impulerat vim Dardana lampas,
Parcebatque vapor, saxorum grandine dirus
Arcebat, fatumque ratis retinebat, Himilco.

Hic

nam Dionem interpretati sunt Venerem Erycinam, quae Romanis in Sicilia bellum gerentibus vicina erat.

v. 412. *Subsedit in unda, Divisitque fretum*] Lucanus hoc ita exprimit lib. III. vers. 630.

Ad summos repleta foros desedit in undas,
Vicinum involvens contorto vertice pontum:
Aequora discedunt, mersa diducta carina,
Inque locum puppis cecidit mare.

v. 413. *Clamantem spumeus ora Nereus implet aquis*] Quod conjecit Dausquejus *clamantum*, dextre fecit: & ita referunt plane Oxonienses membranae. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *clamantum* ex Coloniensi. & sic Interpres, uti & Barthius ex Oxonio: neque aliter editio Parmensis. N. HEINSIUS. *clamantum* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. *clamantem* vero primus Marius edidisse videtur. sed in commentariis exstat monstrum lectionis *damnatum*, addita hac interpretatione, *quod Romani tunc damnabant, cum navis mergeretur.* Unde tamen vera etiam elucet scriptura *clamantum.*

v. 416. *Hic audax ira*] *irae* optime Veneta editio Marsi. apud Statium, *laudum festinus & audax Ingenii.* N. HEINSIUS. Sic Statius X. Theb. vers. 490. *audax animi Spartana juventus.* ita ex optimo libro emendante Gronovio in gustu. Claudian. II. de rapt. Proserp. vers. 4.

Jamque audax animi, fidaeque oblita parentis.

Utramque tamen Marsi Venetam consului, quam constanter *ira*, non *irae*, habere reperi. Nihil itaque hic puto mutandum.

v. 422. *Adventante noto Poenorum aplustribus ignes*] Reponatur cum Diis volentibus elegans, sed correctoribus Silianis ignorabile plane, verbum *Amentante noto.* eleganti metaphora; quod, ut amentum telo, ita ventus igni vires faciat. MODIUS Novant. Lect. Epist. XC. Non placet, quam ex MS. substituit lectionem Modius, *amentante* nimirum: ut placeat, emendatione exili efficiam; scribo *Augmentante noto.* D. HEINSIUS. *Adjutante* minima mutatione legebam olim, ut supra vers. 307.

Pascitur adjuto Vulcanus turbine venti

& libro VII. vers. 354. *adjutae pice crescere flammas Incepere.* ubi vide notas. Sed cum in Coloniensi legatur, etiam Modio teste, *Ammentante*, omnino rescribi placet *Amentante*, ab amento. *amentare tela* dici eleganter, ad Claudianum multis demonstravimus curis secundis Consul. Manlii Theodori vers. 321. adductis hanc in rem compluribus exemplis: ubi *puer* etiam *amentatur*, ut primi ex vetustis membranis restituimus. Nihil hoc loco elegantius a Silio potuit dici. Ventus taedis amenti loco fuit. Sic & *jaculari taedas* poetae dicunt. Interpres glandes sectari numquam desinet. N. HEINSIUS. Firmandae libri Coloniensis lectioni unice facit locus Silii lib. IX. vers. 508.

Atque idem flatus Poenorum tela secundant,
Et, velut amento contorta, hastilia turbo
Adjuvat.

Tantum velocitatis turbo emissis hastilibus addebat, quantum haberent, si amento contorta forent.

v. 427. *At rapidus fervor, per pingues unguine taedas Illapsus*] *At* ex scriptis & priscis editionibus. paullo ante *jam rebus in artis* malim, quam *tam.* N. HEINSIUS. In membranis Oxoniensibus & Puteaneis

Hic miser, igniferam dum ventilat aëre pinum,
Murali saxo per lubrica sanguine transtra
Volvitur in fluctus, Lychaei vulnere, Cydnus.
Fax nidore gravi foedavit comminus auras,
Ambusto insiliens pelago. ferus inde citatum
Missile adorata contorquet Sabratha puppe:
Hammon numen erat Libycae gentile carinae,
Cornigeraque sedens spectabat caerula fronte.
Fer, pater, afflictis, fer, ait, Garamantice vates,
Rebus opem, inque Italos da certa effundere tela.
Has inter voces tremulo venit agmine cornus,
Et Neptunicolae transverberat ora Telonis.
Urguebant nihilo levius, jam in limine mortis
Quos fuga praecipites partem glomerarat in unam
Puppis, adhuc vacuam taedae: sed, proxima cursu
Fulmineo populatus, inevitabilis ardor
Correptam flammis involvit ovantibus alnum.
Primus, ope aequorei funis delapsus in undas,
Qua nondum Stygios glomerabat Mulciber aestus,
Ambustus sociûm remis aufertur Himilco.

Proxima

teaneis est *Ac rapidus fervor*. Editio Romana princeps & Mediolanensis aliaeque *At rapidus*, probante N. Heinsio. In Marsi Veneta secunda operarum errore primum *Et rapidus* editum fuit. Saepissime ita lapsi sunt scriptores librarii, ut supra lib. III. vers. 570. lib. XVII. vers. 84. vers. 148. & alibi. Non male etiam vir Illustrissimus *jam rebus invertis*, pro *tam*. Ita etiam frequenter turbarunt librarii. vide N. Heinsium ad Nason. epist. III. Heroid. vers. 67. & Broekh. ad Propert. lib. II. eleg. VII. vers. 1. & 37. *pingues unguine taedas*, ut *pingues taedae* apud Lucan. lib. III. vers. 681.

v. 429. *Qua nondum tamen intulerat vim*] *impulerat vim* rectius in Puteaneo. apud Nason. Metam. XII.

——— *inque meos ferrum flammamque penates*
Impulit.

N. HEINSIUS. Ita etiam Vir Illustrissimus emendavit ad Claud. Paneg. Mall. Theod. vers. 325. & ex eo in contextum recepit Cellarius. Saepe indocti librarii voces *intuli* & *impuli* alteram alteri substituerunt. vide supra ad lib. IX. vers. 396. Pro vulgata tamen lectione stant omnes alii libri.

v. 434. *Volvitur in fluctus Lichaei vulnere Cydnus*] Hoc est, a Lichaeo illati. ita Maro, *& nostro sequitur de vulnere sanguis.* BARTHIUS lib. XXII. Adversf. cap. XIV. *Lycchaei* Colonius. N. HEINSIUS. Recte Barthius *Lychaei vulnere* exponit a Lychaeo illati. Sic Pomponius Mela lib. II. cap. VII. *Aegates Romana clade memorabiles*, id est, quam Romani Karthaginiensibus intulerunt. Virgil. II. Aeneid. vers. 436. *Pelias & vulnere tardus Ulyxi.* Plura vide apud Gell. IX. Noct. Att. cap. XII. Pro *Lichaei*, Oxon. codex cum editionibus Romana principe, Parmensi, & Mediolanensi *Luchei.* pro *Cydnus*, Puteaneus *Cidus*; Oxoniensis cum editione Romana principe, Parmensi, & Mediolanensi *Ciclus.* Sed *Cydnus* supra est lib. III. vers. 338.

v. 437. *Adorata puppe*] Ibi enim Dii tutelares erant. Vide infra ad vers. 543. Errat vero Doctissimus Dausquejus, ut notavit etiam vir summus J. Fr. Gronov. lib. IV. Observ. cap. XXVI. pag. 401. docens, ideo ab Hectore apud Homerum Iliad. O. vers. 716. puppim tentari, sive quod pretiosum spolium esse potuerit, sive quod Dei tutuni gestatrix fuerit, quo ablato hostium fiducia ac ferocia frangeretur: cum vera ejus rei ratio fuerit, quod naves de terra non alia parte aggredi potuerit; cum enim appellerentur, puppes terrae obverti solebant, prorae mari. Deinde notat Fabrett. ad Columm. Traj. cap. IV. pag. 116. ridiculum sese hic praebere Dausquejum, dum, D. Heinsio de loco insignis & tutelae in navi insultans, expendit verba Luciani in Dialogo, cui Πλοῖον inscriptio est, eaque ita intelligit, ac si anser, e puppi surgens & diaetae incumbens, navis insigne foret, ut Isidem, quae prorae appicta erat, ejusdem navis tutelam & nomen faceret.

v. 437. *Sabrata*] *Sabraca* Puteaneus, rectius. malim *Sabatra*, quae Africae civitas. De ea jam supra diximus lib. III. vers. 256. N. HEINSIUS.

v. 444. *Urguebat*] *Urguebant* Coloniensis. sequor. & sic Gronov. ex conjectura lib. III. cap. VII. Observationum secundae editionis. N. HEINSIUS.

v. 449. *Primus ope aequorei funis*] Forte rectius *aequoreas in undas.* Sed vide Scheffer. de militia

nav.

Proxima nudarunt miserandi fata Batonis
Desertam ductore ratem. bonus ille per artem
Crudo luctari pelago, atque exire procellas.
Idem, quid Boreas, quid vellet crastinus Auster,
Anteibat: nec pervigilem tu fallere vultum,
Obscuro quamvis cursu, Cynosura, valeres.
Is, postquam adversis nullus modus, Accipe nostrum,
Hammon, sanguinem, ait, spectator cladis iniquae.
Atque, acto in pectus gladio, dextra inde cruorem
Excipit, & large sacra inter cornua fundit.
Hos inter Daphnis, deductum ab origine nomen
Antiqua, fuit infelix, cui linquere saltus,
Et mutare casas infido marmore visum.
At princeps generis quanto majora paravit
Intra pastorem sibi nomina. Daphnin amarunt
Sicelides Musae. dexter donavit avena
Phoebus Castalia, & jussit, projectus in herba
Siquando caneret, laetos per prata per arva

Ad

nav. editionis secundae lib. II. cap. v. N. HEINSIUS.

v. 452. *Bathonis*] *Batonis* ex Coloniensi. nomen est Pannonicum. *Baconis* editio Parmensis. N. HEINSIUS.

v. 453. *Bonus ille per artem* &c.] Monente Dausquejo, cum Silio conferendus est locus Lucan. lib. III. vers. 592.

Dirigit huc puppim miseri quoque dextra Telonis,
Qua nullam melius, pelago turbante, carinae
Audivere manum; nec lux est notior ulli
Crastina, seu Phoebum videat, seu cornua Lunae,
Semper venturis componere carbasa ventis.

v. 454. *Crudo luctari pelago*] Malim *obluctari*. N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. IX. vers. 553.

Nec vetitis luctatus abit Gradivus.

Vide N. Heinsium ad Silii lib. I. vers. 174. *luctari* cum tertio casu, quemadmodum *pugnare*, *certare*, *bellare*, *contendere*, aliaque similia passim.

v. 454. *Exire procellas*] Vide Gifan. indic. Lucret. in voce *Exire*, & quae supra notata sunt ad lib. XI. vers. 188.

v. 455. *Quid vellet crastinus auster*, *Anteibat*] *Anteire* est aliquid, antequam fiat, deprehendere; ab iis, qui fugitivos certis itineribus anteibant, ut fugam eorum fallerent, & eorum propositum rescirent. *Anticipare* pariter usurpat Auson. de Deo in Ephem.

Ipse Dei verbum, verbum Deus, anticipator
Mundi, quem facturus erat.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 460. *Dextra deinde cruorem Excipit*] *dextra inde* cum Puteaneo, ut stet suis pedibus hic versus. & sic editiones castigatae; vetustiores praesertim. N. HEINSIUS.

v. 465. *Quanto majora paravit Intra pastorem sibi nomina*] Hoc est, pastoritia sua vita & fortuna contentus. *Intra rem esse*, ea contentum significat. Propertius,

Maecenas eques, Etrusco de sanguine regum,
Intra fortunam qui cupis esse tuam.

pastorem vero pro pastoritia fortuna dixit, ut lib. VII. *juvenem*, pro aetate tali,

Qualis post juvenem, nondum subeunte senecta,
Rector erat Pylius bellis aetate secunda.

& alibi *Hannibalem* pro furore ejus pari lib. I.

——— *haustusque medullis*
Hannibal exagitat, stimulatque sequentia bella.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Scribendum *Inter pastores*, quidquid libri veteres dissuadeant. *parabat* etiam editio Parmensis; in codice Puteaneo *parabit*. N. HEINSIUS. Viri illustrissimi conjectura non displicet. Frequenter voces *inter* & *intra* in MStis commutantur. Vide Gronov. ad Livii lib. I. cap. X. lib. XXV. cap. XXIV. & lib. XXXV. cap. XI. N. Heinsium ad Claudiani I. in Rufin. vers. 83. & ad VI. Consul. Honorii vers. 80. pro *paravit*, etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *parabat*.

v. 470. *Rivosque silere*] An *cieri?* vel *citari?* N. HEINSIUS. Nihil muto. Innuit enim Silius, canente Daphnide fluvios aquarum murmura continuisse, & ad vocem ejus immobiles stetisse. de Arione Ovid. II. Fastor. vers. 84.

Carmine currentes ille tenebat aquas.

de Orpheo Propert. lib. III. eleg. I. vers. 41.

——— *concita dicunt*
Flumina Threicia detinuisse lyra.

Phaedr. in prologo libri III. vers. 59.

Hebrique tenuit impetus dulci mora.

Calpurn.

Ad Daphnin properare greges, rivosque silere.
Ille ubi, septena modulatus harundine carmen,
Mulcebat silvas, non umquam tempore eodem
Siren assuetos effudit in aequore cantus:
Scyllaei tacuere canes: stetit atra Charybdis:
Et laetus scopulis audivit jubila Cyclops.
Progeniem hauserunt & nomen amabile flammae.
Innatat ecce super transtris fumantibus asper
Ornytos, ac longam sibimet facit aequore mortem.
Qualis Oiliades, fulmen jaculante Minerva,
Surgentes domuit fluctus ardentibus ulnis.
Transfigitur valida medius, dum se allevat, alni
Cuspide Marmarides Scyron. pars subnatat unda
Membrorum, pars exstat aquis; totumque per aequor
Portatur, rigido (miserandum) immortua rostro.
Accelerant puppes utrimque, atque ora ruentum
Sanguinei feriunt remorum aspergine rores.
Ipse adeo senis ductor Rhoeteius ibat
Pulsibus, & valido superabat remige ventos.

Quam

Calpurn. ecl. II. vers. 14.

Adfuerunt Dryades sicco pede, Naides udo,
Et tenuere suos properantia flumina cursus.

v. 475. *Audivit jubila Cyclops*] Gronovius Observat. secundae editionis lib. III. cap. VII. *sedavit jubila*, continuit & compressit suos cantus. Sed refer ad cantus Daphnidis. Si quid mutandum, lege,

Et laeta e scopulis audivit jubila Cyclops.

Calpurn. ecl. VII.

Et tua maerentes exspectant jubila tauri.

Idem ecl. I.

Non montana sacros distinguunt jubila versus.

De jubilis Bochart. Hierozoic. lib. II. cap. XXIII. pag. 427. N. HEINSIUS. Si quid mutandum, omnino cum Eruditissimo Gronovio legam *sedavit jubila Cyclops*, ut ad ipsius Cyclopis cantus referatur, quibus abstinuit, canente Daphnide: nondum enim observavi, *jubilum* poni de carmine, quod laudem meretur. Hinc *montana jubila* a *sacris versibus* distinguit Calpurn. dicto loco. Notant autem Grammatici, *jubilare* esse voce rustica inclamare. Vide Varronem, Festum, aliosque. Appulej. VIII. Metam. pag. 209. *Canes rabidos & immanes, & quibusvis lupis & ursis saeviores, jubilationibus solitis & cuiuscemodi vocibus nobis inhortantur.* Sed forsitan *jubila* erunt cantus pastorales Daphnidis. atque ita nihil hoc loco erit mutandum.

v. 479. *Qualis Oilides*] *Oiliades* scripti. mox, pro *Surgentes*, malim *Urguentes*. N. HEINSIUS. *Oiliades* etiam editio Romana princeps & Mediolanensis. Male autem Marsi Veneta prior *Olides*, posterior autem omnesque reliquae *Oilides*. Deinde vir Illustrissimus *Urguentes* malebat, pro *Surgentes*. Eae voces etiam alibi commutantur in Mstis. vide Barthium ad Statii VI. Theb. vers. 214. Sed nihil muto. Silius supra lib. I. vers. 646.

Spumeus hic medio qui surgit ab aequore fluctus.

v. 481. *Transfigitur valida medius, dum se allevat, alvi Cuspide*] *alni* Coloniensis; *alno* editio Parmensis. opinor, *medium dum se allevat alni. medius alni*, ut *medius teli*, quod restituimus ex fide veterum librorum libro I. vers. 307.

Concidit exacti medius per viscera teli.

Interpres hic denuo nugas agit. Nam quod parens meus illic adduxit locum Horatianum,

Pacis erat mediusque belli,

non eo facit, ut ostendat, eandem illic ejus vocis esse significationem, sed ut eam cum secundo casu conjungi quandoque liqueat. N. HEINSIUS.

v. 484. *Immortua rostro*] *ferro* Puteaneus. bene, ut puto. nam *rostro* hic nullus locus. refer ad teli ferrum, quo transfixus erat Scyron. N. HEINSIUS. Praeter Puteaneum omnes reliqui libri, & scripti & editi, receptam lectionem servant; quapropter nihil etiam mutarem, modo supra cum viris doctis ita distinguamus,

Transfigitur valida medius, dum se allevat, alni
Cuspide Marmarides Scyron.

& *valida alni cuspide* pro rostro navis accipiamus.

v. 487. *Saevus ductor Rhoeteius ibat Pulsibus*] Scriberem, etiam invitis membranis, quanto magis ita volentibus, jubentibus illis, *senis Pulsibus*. Signantur enim sex ordines remigum. MODIUS Novant. Lection. Epist. XC. *senis Pulsibus* bene ex Coloniensi Modius. Confirmant ista Lucani lib. III. vers. 353.

Celsior at cunctis Bruti praetoria puppis

Quam rapidis puppem manibus frenare Lilaeus
Dum tentat, saeva truncatur membra bipenni,
Ac fert haerentes trabibus ratis incita palmas.
Sicania Aeoliden portabant transtra Podaetum.
Hic, aevo quamquam nondum excessisset ephebos,
Seu laevi traxere Dei, seu fervida corda,
(Nec sat maturus laudum) bellique cupido,
Arma puer niveis aptarat picta lacertis,
Et freta gaudebat celsa turbare Chimaera.
Jamque super Rutula, super & Garamantide pinu
Ibat ovans, melior remo meliorque sagitta:
Et jam turrigerum demerserat aequore Nessum:
(Heu puero malesuada rudi nova gloria pugnae!)
Dum cristam galeae trucis exuviasque precatur
De duce Marcello Superos temerarius, hasta
Excepit raptim vulnus letale remissa.
Pro qualis! seu splendentem sub sidera nisu

Exigeret

Verberibus senis agitur.
qui locus Modium fugit. infra vers. 574.
Bis ternis ratis ordinibus grassata per undas.
N. HEINSIUS. Optime viri docti *senis Pulsibus:* sequitur enim mox iterum, *saeva truncatur membra bipenni.* Similis error supra commissus erat lib. x. vers. 492.
——— *bis Cloelia senos*
Nondum compleverat primaevi corporis annos.
ubi codex Putean. perperam habet *saevos annos.* Dausquejus ob vocem *adeo* Modio contradixit, quia, quid esset *adeo senis Pulsibus*, non intelligebat. Sed eleganter vocula *adeo* παρέλκει. supra lib. I. vers. 20.
Jamque adeo magni repetam primordia motus.
Vide, quae notavi ad lib. VIII. vers. 550. Pro *adeo*, Puteaneus codex *autem.*

v. 491. *Et fert haerentes trabibus ratis incita palmas*] *At* Puteaneus & editio Parmensis; *Ac fert* Coloniensis. Possis & *Aufert.* N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *At fert*, codex Oxoniensis *Art fert*: quod non puto mutandum in *Aufert.* nam ita *tulit* etiam supra habemus lib. I. vers. 360.
Haec ictu rapido pugnantum saepe per auras,
Attonito ductore, tulit fumantia membra.
Simile autem fatum, quod hic Lilaeus, apud Lucan. Gyareus expertus est lib. III. vers. 610.
Ausus Romanae Graia de puppe carinae
Injectare manum: sed eam gravis insuper ictus
Amputat: illa tamen nixu, quo prenderat, haesit,
Diriguitque tenens strictis immortua nervis.
quem locum jam Dausquej. laudavit. Nec multum diversa eorum fortuna fuit, quorum in oppugnatione Sagunti meminit supra lib. I. vers. 347.
Invadunt manibus vallum, caesasque relinquunt
Dejecti muris dextras.

v. 492. *Podetum*] *Podaetum* in Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 493. *Excessisset ephebis*] *ephoebos* ex scriptis, quod est *ex ephoebis excedere* Terentio in Andr. *excedere fidem* apud Nasonem, & mille talia apud poëtas. N. HEINSIUS. *ephoebos* etiam editiones Marsi & Martini Herbipolensis. Sic Lucan. lib. I. vers. 497.
Spes foret assuetis patrios excedere muros.
Cicero I. in Catil. cap. VI. *Quot ego tuas petitiones parva quadam declinatione &, ut ajunt, corpore excessi.* Ita legebat Gifan. in Indice Lucret. in voce *Exire.* Eodem modo etiam *exire* Silius cum quarto casu construxit. vide supra ad lib. XI. vers. 188.

v. 500. *Turrigerum demerserat aequore Nessum*] *turrigeram Nessum* malo: quomodo apud Maron. lib. V. *Centauro invehitur magna.* Praeterea in Parmensi editione *summerserat.* N. HEINSIUS. Graviter offendit Doctissimus Dausquejus ad vers. 506. scribens, Silium laudare Nessum a disci jaciendi peritia, jaculandi quoque, & currendi; cum Podaetum dicere debuerit. *Nessus* enim Silio navis est, Nessi insigne gerens, & inde nomen sortita, quomodo Chimaera, Perseus, aliaeque plures infra occurrunt. Deinde non videtur necessarium *turrigeram Nessum* cum illustrissimo Heinsio legere. Infra enim est vers. 572.
Uritur undivagus Python, & corniger Hammon.
& vers. 578.
Et Triton captivus, & ardua rupibus Aetne.
quin ipse etiam Heinsius vers. 575. legendum conjicit,
At vinctus trahitur cognata in litora Anapus.
ubi Python, Hammon, Triton & Anapus etiam navium nomina sunt. Pro *demerserat* autem, Romana princeps quoque & Mediolanensis editio *summerserat.*

v. 509.

Exigeret discum, jaculo seu nubila supra
Surgeret, aligeras ferret seu pulvere plantas
Vix tacto, vel dimensi spatia improba campi
Transiret velox saltu, decuere labores.
Sat prorsus, sat erat decoris discrimine tuto,
Sat laudis. cur fata, puer, majora petebas?
Illum, ubi labentem pepulerunt tela sub undas,
Ossa Syracosio fraudatum naufraga busto,
Fleverunt freta, fleverunt Cyclopia saxa,
Et Cyane, & Anapus, & Ortygie Arethusa.
Parte alia Perseus (puppem hanc Tiberinus agebat)
Quaque vehebatur Crantor Sidonius, Iö
Concurrunt. injecta ligant hinc vincula ferri
Atque illinc, steteruntque rates ad proelia nexae.
Nec jaculo aut longe certatur harundine fusa.
Comminus & gladio terrestria proelia miscent.
Perrumpunt Itali, qua caedes prima reclusit,

Monstravitque

v. 509. *Decuere labores*] Scribendum *nocuere*. nam dexteritas illa miserum impulit, ut in pugnas ante annum veniret, & Marcelli spoliis aspiraret, a quo caesus est. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *decuere* corrigo; & sic Coloniensis. Barthius *nocuere*, quod approbat Gronovius Observat. editionis nuperae libro III. cap. VII. sed *decuere* praestat. N. HEINSIUS. Infra lib. XVI. vers. 495. *auget pueris labor ipse decorem*. ubi alia vide. Prono autem & facili errore librarii τὸ *decuere* mutarunt in *docuere*. sic supra male erat in Putean. codice lib. V. vers. 562. *haud alia docuit te occumbere dextra*, pro *decuit*. & ita saepe alibi.

v. 511. *Cur facta, puer, majora petebas?*] Ex scriptis *fata*. quomodo & Gronovius Observat. II. cap. XI. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. I. vers. 277. & ad lib. XI. vers. 9.

v. 512. *Pepulerunt tela sub undas*] *sub umbras* Puteaneus. N. HEINSIUS. Saepe ita lapsi sunt librarii. vide supra ad lib. IV. vers. 681. Nihil tamen hic muto. Podaetum enim, hasta trajectum, in mare delapsum esse, & ita busto caruisse, sequens versus innuit.

v. 514. *Cyclopea saxa*] *Cyclopia* malo. Dictum ad Maron. Aeneid. I. vers. 201. Sic & mox vers 532. *Cyclopia corde libido*. N. HEINSIUS. Vide supra ad vers. 33.

v. 515. *Et Cyanes, & Anapus*]

Et Cyane, & Anapus, & Ortygie Arethusa,

ex scriptis, non *Cyanes*, & *Ortygiae Arethusae*. Similes versus bis terve apud Maronem occurrunt ex restitutione nostra. N. HEINSIUS. Fontes & flumina sunt Siciliae ad Syracusas. de Cyane agit Cluver. I. Sicil. Antiq. cap. XIII. pag. 176. de Anapo ibid. pag. 175. de Arethusa cap. XII. pag. 156. *Cyane* autem, pro *Cyanes*, hic legendum vidit etiam Dausquejus.

v. 516. *Parte alia praeses puppem Tiberinus agebat*] *praesens* Puteaneus & Parmensis editio. Sed in Coloniensi optimo vere & eleganter,

Parte alia Perseus (puppem hanc Tiberinus agebat)

N. HEINSIUS. Etiam Oxon. codex cum editionibus Romana principe & Mediolanensi *praesens*. deinde Oxon. codex *puppim hac*; eaedem editiones *puppem hanc*. Veram lectionem N. Heinsius vindicavit.

v. 517. *Quaque ferebatur ductor Sidonius, io Conclamant*] Haec futilia sunt. Nam τὸ *io*, cum sit exclamantis, priorem syllabam corripit. primo *vehebatur* est in Putean. Deinde in Coloniensi *Crantor Sidonius*. in utroque *Concurrunt*, pro *Conclamant*; quomodo & editio Parmensis. Scribe,

Parte alia Perseus (puppim hanc Tiberinus agebat)
Quaque vehebatur Crantor Sidonius, Iö
Concurrunt.

Iö navis, nomen mutuata ab Io Inachi filia, ut & *Perseus* navis a Perseo. N. HEINSIUS. Codex Oxoniensis proxime veram lectionem *Quaque vehebatur & auctor Sidonius*. ex *Crantor* nimirum, voce minus nota, earum membranarum scriba *& autor* fecit. Deinde idem cum editionibus Romana principe, Mediolanensi, Parmensi, Marsi, & Martini Herbipolensis *Concurrunt*: quod primus Nicander in Juntina in *Conclamant* corrumpere ausus est. Sed suam Silio manum optime Illustrissimus Heinsius restituit.

v. 520. *Nec jaculo aut longe* &c.] Ita Lucan. lib. III. vers. 565.

Ast alias manicaeque ligant teretesque catenae,
Seque tenent remis: tecto stetit aequore bellum.
Jam non excussis torquentur tela lacertis,
Nec longinqua cadunt jaculato vulnera ferro:

Miscenturque

Monstravitque viam: vastas & mole catenas
Hortatur socios & vincla abrumpere ferri,
Ac parat hostili resoluta puppe receptos
Avehere, & paribus pelago diducere ab armis.
Aetnaeo Polyphemus erat nutritus in antro;
Atque inde antiquae nomen feritatis amabat.
Ubera praebuerat parvo lupa: corporis alti
Terribilis moles, mens aspera, vultus in ira
Semper, & ad caedes Cyclopia corde libido.
Isque relaxatis membrorum pondere vinclis
Impulerat puppim, & mergebat gurgite tonsas,

Duxissetque

Miscenturque manus. navali plurima bello
Lusis agit.

v. 523. *Vastas & Macla catenas*] *& mole* scripti & editio Parmensis, ut haec omnia referantur ad Crantorem Sidonium. opinor scribi oportere, *vasta sub mole catenas.* N. HEINSIUS. *& mole* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Primus Marsus *& Macla* edidit.

v. 530. *Vultus in ira Semper*] Ni fallor, scripserat Silius, *multus in ira Semper.* Sic Ciceroni aliisque optimae Latinitatis auctoribus, *multus in opere esse*; *multus & insolens in re vulgata esse*; *multus in eo esse*; *multus in re aliqua esse*; *multus esse in administratione alicuius*; & sexcenta alia ejus generis. N. HEINSIUS. Si haec per hypallagen capias *vultus in ira*, pro *ira in vultu*, fortassis nihil erit mutandum. Silius lib. v. vers. 673.

Fronte minae durant, & stant in vultibus irae.

Si quis tamen Viri Illustrissimi conjecturam praeferre malit, haud multum adversabor.

v. 531. *Ad caedes Cyclopia corde libido*] *libido* crudelitatem sonat. Arnobius lib. v. *Libidinosi hominis inbuatum est cruori.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV.

v. 534. *Laronius*] Male *Latronius* in Coloniensi. *Laronii* & *Laroniae* nomen apud Juvenalem occurrit, & in inscriptionibus antiquis non semel. N. HEINSIUS.

v. 535. *Duro nitentem assurgere velox Affixet transtra*] Fortassis *Tyrio transtro.* N. HEINSIUS. Simili fere modo vir Illustrissimus *Tyria cassis*, pro *dira cassis*, supra scribendum conjicit lib. VII. vers. 295. Pro *Affixet*, id est, *Affixisset*, perperam codex Putean. cum editione Mediolan. *Affixit.*

v. 538. *Ignavum summa attraxit super aequora remum*] *summo* scripti. Opinor *Ignarum remum*, nam vox ea ad res inanimales quandoque apud Poetas transfertur. *somno traxit* editio Parmensis; *somno atraxit* codex Puteaneus, *summo traxit* Coloniensis. N. HEINSIUS. Voces *ignavus* & *ignarus* saepe in libris scriptis inter se commutantur. Vide supra ad lib. x. vers. 86. Sed vulgatum servo. *Ignavum remum attraxit*, pro ignaviter remum attraxit, quo facit *manus languida* versu superiori. Deinde Oxon. codex *sompno traxit*; Romana princeps & Mediol. editio *somno traxit.* Nihil mutandum, nisi forsitan ex librorum omnium consensu *traxit*, pro *attraxit.*

v. 539. *Poeni densantur in unum*] *densentur* Dausquejus. bene. & expresse sic MS. non *densantur.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Ex scriptis *densentur.* Plura de hoc verbo ad Maronem & Nasonem congessimus: atque ita ex Oxonio Barthius, & ex editione Veneta Interpres, qui videatur. *Percussi* etiam Puteaneus & editiones vetustae. N. HEINSIUS. *densentur* hoc loco legendum, olim etiam monuit N. Heinsius ad Nason. III. Fastor. vers. 820. Plura supra vide ad lib. IV. vers. 157. Solemni vero errore voces *percussus* & *perculsus* commutantur inter se. vide supra ad lib. II. vers. 213. Fictum autem hoc est ad imitationem illius Lucani lib. III. vers. 647.

Dum nimium pugnax unius turba carinae
Incumbit prono lateri, vacuamque relinquit,
Qua caret hoste, ratem; congesto pondere puppis
Versa, cava texit pelagus nautasque carina,
Brachia nec licuit vasto jactare profundo;
Sed clauso perire mari.

v. 543. *Tutelaeque Deum fluitant*] Aeternum Bataviae lumen, magnus ille medicus, qui nobis onomasticon suum cum maximo studiorum emolumento dedit, *Tutela*, inquit, Petronio & Senecae signum in prora, unde navis nomen accipit, παράσημον Luciano. In quo, meo quidem judicio, non parum fallitur. Primo, cum tutelam τὸ παράσημον esse vult; quod praeter eum tamen & glossator, qui Philoxenus existimatur, putavit, & alii; ne maximus ille vir sine auctoritate lapsus videatur. legent autem haec cum venia eruditi, penes quos judicium hujus rei erit, ut reliquorum. Deinde, cum in prora locat. Tertio, cum ab eo navem appellari putat. Quid sit igitur *Tutela*? ex hoc Silii satis superque videmus, cum τὸ *Deum* addit, quod glossematis loco nobis erit. Tantum igitur παράσημον a tutela abesse putamus nos, quantum a prora puppis. alterum enim in prora, in puppe alterum. Tutelam in puppe esse, ex ejusdem Silii loco vidimus supra, cum inquit [lib.

XIII.

Duxissetque ratem, pressa Laronius hasta
Ni propere duro nitentem exsurgere velox
Affixet transtro. vix morte incepta remittit.
Namque manus servat dum suetos languida ductus,
Ignavum summa attraxit super aequora remum.
Perculsi cuneo Poeni densantur in unum,
Quod caret hoste, latus: subito cum pondere victus,
Insiliente mari, submergitur alveus undis.
Scuta virûm, cristaeque, & inerti spicula ferro,
Tutelaeque Deûm fluitant. hic robore fracto
Pugnat inops chalybis, sesque in proelia rursus

Armat

XIII. vers. 78.]

Troianam ostentat trepidis de puppe Minervam.

Nam Palladio tutela illius navis concredita erat, proptereaque in puppe collocabatur. In quo exemplo ne cavillentur viri docti, *puppem συνεκδοχικῶς* sumi; aliis argumentis agemus. Primo igitur Maro lib. x. Aeneid. vers. 156.

——— *Aeneïa puppis*

Prima tenet rostro Phrygios subvecta Leones.

Quis vero hominum adeo rerum ignarus est, ut nesciat, *Leones* ibi fuisse παράσημον, non tutelam? quis praeterea τὸ παράσημον in puppe fuisse dicet, cum Virgilius id apud rostra collocare audeat? nisi forte & rostrum in puppe ponamus. At contra idem Maro lib. eodem paullo infra vers. 170. cum inquit,

——— *huic totum insignibus armis*

Agmen & aurato fulgebat Apolline puppis.

Quis vero Apollinem eo loco fuisse signum aut παράσημον navis autumabit, ac non tutorem numenque ejus, ut Silius loquitur? quis vero tutelam in prora quaeret, cum Apollinem diserte in puppi locet Maro? Sed controversiam de hac re nostram interposita manifeste auctoritate sua dirimet Valerius Flaccus, qui Medeam in genibus Minervae collocat in puppe [lib. VIII. vers. 202.]

Puppe procul summa, vigilis post terga magistri
Haeserat auratae genibus Medea Minervae.

quos versus more Apollonii ita reddidimus,

Ἡ δὲ μετ' ἰθυντῆρα, καὶ ἀκροτάτῃ ἐπὶ πρύμνῃ
Ἕζετ' ἐνὶ χρυσέοισι θεῆς κόλποισιν Ἀθήνης
Ἀλκὶς Μήδεια.

Locat Deam tutelarem non solum in puppe, sed, ne praeterea dubitemus, post tergum gubernatoris; de cujus loco in navi qui dubitat, cum ratione insanit. Atque haec quidem argumenta ad eludendam imperitorum hominum opinionem, qui contrariam sententiam mordicus arripiunt, sufficere poterant. At quam manifeste tutelam non esse τὸ παράσημον probat Silius, cum *Deum tutelas* vocat. At contra Galba in sigillo suo canem ex prora navis prospectantem gerebat: canis enim parasemon erat; ex prora inquam, non è puppe; adi Dionem. Et quid? Evicimusne parasemon in prora esse, & aliud a tutela? quis enim canem tutorem navis credet? quod non nisi numinum & Deorum erat. Scio autem, & interdum effigies quoque Deorum in prora fuisse; sed pro signo & parasemo: quod moneo, ut liqueat, Deorum imagines, quoties in puppe collocatae fuerunt, tutores fuisse; quoties vero in prora, signa tantum. Ultimum restat, sortiri a signo, non a tutela, appellationem naves antiquorum: quod probarem pluribus, nisi doctoribus jam notum putarem. Si vero quis ea de re ultra dubitandum existimet, is investiget, num Joves, Veneres, Mercurios, Apollines, Vulcanos, inter naves suas habuerint veteres, ut Pristes, ut Centauros, ut Chimaeras, ut Cassides, ut Tigres. Nam quod Silius noster navis cujusdam, cui *Hammon* nomen erat, meminit, in illo cornutum Dei illius caput & ἡ προτομὴ parasemon fuit, non tutela, quod aliquando fieri solere diximus. Sic cum Hercules ad Aethiopes lebete navigasse ab Euphorione dicitur & Ephesio Alexandro, cujus hic versus est,

Χαλκείῳ λέβητι μέγαν διεπέρασε πόντον.

insigne navis *lebes* fuit, unde tota navis *lebes* dicta, ut à Marone *Tigris*, vel *Centaurus*, quae id signum praeferret. Onerariae vero naves signum non ubi reliquae, sed in malo, gerebant, corbem nimirum, unde *corbitae* dicebantur. Lucill.

——— *huic magis bacillum,*

Quam malus ratis in corbita maximus ullus.

D. HEINSIUS. Plurimae adhuc circa hanc materiam, de qua erudite disputavit D. Heinsius, restant difficultates propter auctorum, qui viri doctissimi sententiae adversari videntur, testimonia, quae plenius hic excutere ratio annotationum non patitur. Maximam jam partem laudata sunt variis in locis à viris doctis. Vide Delr. ad Senec. Agam. vers. 423. Dresem. ad Iscan. III. de bell. Troj. vers. 175. Cerd. ad Maron. v. Aen. vers. 663. ad x. Aen. vers. 171. Dausquej. supra ad vers. 437. 576. Meurs. ad Lycophr. Cassandr. vers. 110. 1299. Gonsal. ad Petron. Satyr. cap. CVIII. Wouwer. & Burmann. ad cap. CV. aliosque, quos viri docti dictis locis laudarunt. Pessime autem Dausquejus hic D. Heinsio obloquitur, qui canem umquam navis tutorem

Armat naufragio: remis male fervidus ille
Feſtinat ſpoliare ratem, diſcrimine nullo
Nautarum interdum convulſa ſedilia torquens.
Non plectro ratis, aut frangendae in vulnere prorae
Parcitur, & pelago repetuntur nantia tela.
Vulneribus patulis intrat mare. mox ſua ponto
Singultante anima propulſa refunditur unda.
Nec deſunt, qui correptos amplexibus artis
Immergant pelago, &, jaculis ceſſantibus, hoſtem
Morte ſua perimant. remeantum gurgite mentes
Crudeſcunt, ac pro ferro ſtat fluctibus uti.
Haurit ſanguineus contorta cadavera vortex.
Hinc clamor, gemitus illinc, morteſque, fugaeque,
Remorumque fragor, flictuque ſonantia roſtra.
Perfuſum bello fervet mare: feſſus acerbis
Terga fuga celeri Libyae convertit ad oras,

Exigua

fuiſſe negarat. Ut enim id verum fuiſſe efficeret, laudat Virgil. VIII. Aen. verſ. 698.

Omnigenûmque Deûm monſtra & latrator Anubis
Contra Neptunum & Venerem contraque Minervam
Tela tenent.

& Propert. lib. III. eleg. IX. verſ. 41.

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubim.

Sed nullus non per ſe videt, utrumque poëtam bellum deſcribere, quod Auguſtum inter & Antonium ac Cleopatram ad Actium geſtum eſt, Deoſque Romanorum Diis Aegyptiorum opponere; de navium tutela non cogitaſſe.

v. 548. *Non plectro ratis*] *plectrum ratis* gubernaculum ſonat; gubernaculum exponit & Rhapſodus priſcorum magiſtrorum Papias. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. XIV.

v. 548. *Frangendae in vulnere prorae*] *in vulnera* ſcripti. mox & malo *e pelago*. N. HEINSIUS. Optime *in vulnera*, ut nempe ea pro telo uterentur, & hoſtibus vulnera inferrent. *in pugnam* dixit Lucan. lib. III. verſ. 674.

Jamque, omni fuſis nudato milite telis,
Invenit arma furor: remum contorſit in hoſtem
Alter: at hi tortum validis apluſtre lacertis,
Avulſaſque rotant, excuſſo remige, ſedes.
In pugnam fregere rates.

quem locum Silius hic imitatus videtur. Mox N. Heinſius *è pelago* malebat, pro *& pelago*. Frequentiſſime ita peccarunt ſcribae librarii. Vide eundem Heinſium ad Naſon. remed. Amor. verſ. 541. & ad Silii lib. XIV. verſ. 203.

v. 550. *Vulneribus patulis intrat mare*] Et hoc etiam Silius ex Lucano tranſſumſit lib. III. verſ. 660.

Disjectum in pelagus perfoſſo pectore corpus
Vulneribus tranſmiſit aquas.

v. 552. *Nec deſunt, qui correptos* &c.] Iterum Silius Lucanum imitatur lib. III. verſ. 693.

——— *nunc, rara datur ſi copia ferri,*
Utuntur pelago: ſaevus complectitur hoſtem
Hoſtis, & implicitis gaudent ſubſidere membris,
Mergenteſque mori.

Unde & mox vulgatum potius *Immergant pelago* ſervo, quam cum N. Heinſio *Impellant* ex Puteaneo codice lego. pariter enim Lucanus *Mergenteſque mori.*

v. 553. *Immergant pelago*] *Impellant* rectius in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 554. *Morte ſua perimant*] Immo *mole ſua*, incumbendo iis ac deprimendo ſub fluctu. ſcripti nihil hic juvabant. ſuperiora & ſequentia conjecturam noſtram confirmant. Similem naevum ſuſtulimus lib. VI. verſ. 32. Tacitus Annalium ſecundo, *Pleroſque, tranare Viſurgim conantes, injecta tela aut vis fluminis, poſtremo moles ruentium & incidentes ripae operuerunt.* ubi rectius legas, *moles irruentium.* N. HEINSIUS. Nihil muto. Lucanus enim, modo laudatus, qui pariter dixit,

——— *implicitis gaudent ſubſidere membris,*
Mergenteſque mori,

locum ab omni erroris ſuſpicione liberat.

v. 557. *Morteſque fugaeque. Perfuſum* &c.] Legendum, verſu interjecto ex membranaceo theſauro Agrippinenſi,

——— *morteſque, fugaeque,*
Remorumque fragor, flictuque ſonantia roſtra.
Perfuſum bello fervet mare.

flictu dixit pro conflictu, ratione loquendi poëtis ſolenti. Sic apud Virgilium eſt,

Dant ſonitum flictu galeae, pugna aſpera ſurgit.

Et dixerat ante Virgilium Livius Aegiſtho,

Ipſe ſe in terram ſaucius fligit cadens.

MODIUS Novant. Lection. Epiſt. XC.

v. 558. *Remorumque fragor*] Hunc verſum ex libris ſcriptis addidimus. N. HEINSIUS. Male in codice Oxon. & Putean. *fluctu* legebatur, quod vox

fluctus

Exigua sese furatus Himilco carina.
Concessere mari tandem Grajusque Libysque,
Et jam captivae vinclis ad litora longo
Ordine ducuntur puppes. flagrantibus alto
Stant aliae taedis: splendet lucente profundo
Mulciber, & tremula vibratur imagine pontus.
Ardet nota fretis Cyane, pennataque Siren.
Ardet & Europe, nivei sub imagine tauri
Vecta Jovi, ac prenso tramittens aequora cornu.
Et quae, fusa comas, curvum per caerula piscem
Nereïs humenti moderatur roscida freno.
Uritur undivagus Python, & corniger Hammon;
Et, quae Sidonios vultus portabat Elissae,
Bis ternis ratis ordinibus grassata per undas.
At vinclis trahitur cognata in litora Anapus,

Gorgoneasque

flictus librariis minus nota erat. Ea tamen Silius supra usus est lib. IX. vers. 322. *Galea horrida flictu Adversae ardescit galeae.* ne nunc Maronem, Ausonium, aliosque memorem. Vide Yvon. Villiom. ad Robert. Titii loc. contr. lib. VI. cap. XVII. pag. 130.

v. 559. *Persusum bello*] *ferro* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 561. *Exigua sese furatus Himilco carina*] Pulchrum illud, quod clam discedentem *furari se* dixit. Appul. VII. Metam. *Tota deinde factione militarium vexillationum indagatu confecta atque concisa, ipse me furatus, aegre solus mediis Orci faucibus ad hunc evasi modum.* Pariter Lucan. lib. IV. *nova furta per aequor Exquisita fugae.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Silius lib. X. vers. 74.

• ——— *in densis furantem membra maniplis.*

lib. XII. vers. 300. *sese furata juventus Dat poenas latebrae.* Iscan. I. bell. Troj. vers. 407.

At testudineo Telamon defensus amictu
Occultum furatur iter.

Hinc *furte fieri* dicitur, quod clam fit. Vide Barthium ad Statii V. Theb. vers. 494.

v. 564. *Flagrantibus alto Stant aliae taedis*] Forte *flagrantibus alto Nant aliae textis.* *tectis*, pro *textis*, exaratum fuerat, ut saepe apud Nasonem aliosque; hinc *tedis* factum. *texta carinae* passim apud Poetas occurrunt, & *texta pinea*, pro navibus. N. HEINSIUS.

v. 567. *Ardet nota fretis Cyane*] *Ardent* in Gryphiana editione. non male. N. HEINSIUS.

v. 567. *Pennataque Siren*] *Pennata Siren* Marso est velox Siren. Sed Sirenas alatas fingi, indeque Silio *pennatas* vocari, ex earum figuris patet, quae videantur supra lib. XII. vers. 34. Hoc loco navis est, a pennata seu alata Sirene nomen habens.

v. 568. *Ardet & Europe*] Pollux, Ἔτι μὲν τὰ πλοῖα Λίβυα λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι, ὡς εἰκάζειν, ὅτι τοιοῦτον ἦν πλοῖον καὶ ὁ ταῦρος, ὁ τὴν Εὐρώπην ἀγαγών. in quo loco deest proculdubio καὶ ταῦροι. Concepit enim ita proculdubio Pollux: Ε. δὲ τ. λ. λ. κ. καὶ τράγοι καὶ ταῦροι, ὡς &c. Nec dubito, quin Lybica haec navis taurus dicta fuerit; & talis fuerit taurus ille celeberrimus Europae vector, quod originem fabulae Graeciae μυθοτόκῳ praebuit, quamvis aliter sentiat Palaephatus Pergamus. D. HEINSIUS.

v. 570. *Et quae fusa comam*] Pro effusa. Possis nihilominus *Quaeque effusa comas.* Paullo ante *Vecta Jovi* Puteaneus, non *Jove.* Deinde *curvum pristem* fortasse. quam vocem frequenter esse corruptam in poetis monuit Gronov. Observat. iteratae editionis pag. 141. N. HEINSIUS. Τὸ *fusa* in *effusa* mutari nolim. Saepe alibi enim simplex pro composito occurrit.

v. 570. *Curvum per caerula piscem Nereïs moderatur*] *Nereis* fortasse est Thetis, quae ita vocatur apud Hygin. fab. LIV. & XCVI. Per *curvum piscem* autem intelligendus forsitan delphin, tum quod is poetis *curvus* vocetur, tum quod delphine vecta dicitur Thetis, & cum thalamos intraret Pelei, & cum filium Achillem occultandum deportaret ad insulam Scyron. Si vero *curvus piscis* est Delphin, minime illud in *curvum pristem* mutari convenit. Vide Broekhuf. ad Tibull. lib. I. eleg. VI. vers. 10.

v. 572. *Uritur undivagus Phyton*] *Python* ex Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 574. *Bis ternis ratis ordinibus*] Ejusmodi naves ἰουλοπίζους vocant Graeci, nempe πολυκώπους, in quibus multi remorum ordines: nam *Bis ternis* κώπας accipio, ut saepe alias. D. HEINSIUS. Caussam nullam video, cur non definite ratem *sex ordinum* intelligere possimus, praesertim cum talis navis supra meminerit Silius lib. XIV. vers. 487.

Ipse adeo senis ductor Rhoeteius ibat
Pulsibus, & valido superabat remige ventos.

v. 575. *At vinclis trahitur*] *At* cum Coloniensi. malo etiam *At vinclus trahitur.* *vinclis* praecessit

Gorgoneasque ferens ad sidera Pegasus alas.
Ducitur & Libyae puppis signata figuram,
Et Triton captivus, & ardua rupibus Aetne,
Spirantis rogus Enceladi, Cadméaque Sidon.
Nec mora, quin trepidos hac clade irrumpere muros
Signaque ferre Deûm templis jam jamque fuisset,
Ni subito importuna lues inimicaque pestis,
Invidia Divûm pelagique labore, parata,
Polluto, miseris rapuisset gaudia, coelo.
Criniger aestiferis Titan fervoribus auras,
Et patulam Cyanen lateque palustribus undis
Stagnantem Stygio Cocyti opplevit odore,

Temporaque

vers. 563. Mox *Aetne* ex Puteaneo. N. HEINSIUS. Voculae *ae* & *as* saepe confunduntur in libris scriptis. Vide supra ad lib. VI. vers. 190. Deinde Heinsium *vinclus*, quod cum *Anapus* construi debet, conjecisse miror, qui supra vers. 500. navium nomina genere feminino enuncianda putavit. Ego vero ob MStorum auctoritatem vulgatum *vinclis* defendo. Mox autem etiam Oxon. codex *Aetne*, pro *Aetna*; editio Romana princeps *Ethe*; Mediolanensis & Marsi editio *Aetnae*.

v. 581. *Signaque ferre Deûm templis jamjamque fuisset*] Forte, *ruisset*. Vide ad Claudianum. N. HEINSIUS. *ruisset ferre*, quemadmodum supra etiam emendandum putavit vir Illustrissimus lib. I. vers. 170.

Et saevis gens laeta ruunt tormenta parare.

Statius VII. Theb. vers. 177.

——— *novercales ruimus ditare Mycenas.*

Guil. Brit. lib II. Philipp. vers. 567.

Fronte ruit summas ferrata frangere portas.

Vide N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 133. *fuit* autem & *ruit* saepe commutabantur à librariis. vide supra ad lib. VI. vers. 14. Nihil tamen puto mutandum. *fuisset* enim pro datum, concessum fuisset. Vide Gronov. IV. Observ. cap. VIII.

v. 582. *Lues inimicaque pestis*] *pestis* pestilentiam sonat, contra observationem Gifanii & aliorum. Infra vers. 613.

Serpit pascendo crescens Acherusia pestis.

& vers. 622.

Et posuere avidae mortis contagia pestes.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. *Pestem* pro pestilentia usurpat etiam Livius lib. XXV. cap. XXVI. de eodem morbo, de quo Silius loquens, *Accessit & pestilentia, commune malum.* & paullo post, *Multo tamen major vis pestis Poenorum castra, quam Romana, affecerat.* & mox, *Multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt.* ut adeo bis *pestem* dicat, quod prius *pestilentiam*. Vide etiam Voss. VIII. de Vitiis Sermon. hac voce. Miror itaque eundem Barthium ad Statii II. Theb. vers. 282. judicare, eo sensu vocem *pestis* numquam sumi apud Latinos.

v. 583. *Invidia Divûm pelagique labore parata*] Quo pelagi labore? an proelio navali modo descripto? non opinor. aut fallit me conjectura, aut corrigendum *pelagi vapore*. Inter caussas enim pestilentiae etiam maris ac fluviorum exhalationes recensentur. Sic apud Claudian. VI. Consul. Honorii vers. 239. in optimo codice,

——— *frondesque licet depastus amaras*
Arboreo figat sonipes in cortice morsus:
Ac tactris collecta cibis amnisque vapore
Saeviat aucta lues.

Simile mendum & ex Statio erasimus silvarum quarto, carmine ad Julium Menecratem,

Sint, qui fessam aevo crebrisque laboribus urbem
Voce opibusque juvent, viridique in nomine servent.

crebros labores terrae motus continuos possis interpretari. Sed rectius forte videtur, si corrigamus *crebris vaporibus*, ut ad *vapores Vesuvinos* respexerit Statius, hoc est, incendia montis Vesevii. Possis etiam,

——— *fessam aevo Vesbique vaporibus urbem.*

Hinc apud Ausonium in Mosella,

Perque vaporiferi graditur vineta Vesevi.

Hinc illa epicedio in Patrem lib. V.

Exsere semirutos subito de pulvere vultus,
Parthenope, crinemque afflato monte sepulti
Pone super tumulos & magni funus alumni.

Qui locus etiam minime est sanus. Primo fortasse versu legendum *Vesubino pulvere*, hoc est *Vesuvino*. secundo versu cum *sepultum* exhibeat veterrima editio Parmensis, puto *crinemque afflatu montis adustum*. In eodem carmine vers. 107. *Vesuvina incendia* quoque habes. Claudianus I. Raptus Proserpinae vers. 167. de Aetna,

Durescit glacies tanti secura vaporis.

& apud Lucanum V. vers. 100.

——— *Campana ferox ut saxa vaporat*
Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.

Possis etiam in Silio legere, *pelagine vapore coorta.* N. HEINSIUS. *το vapore*, quod Illustrissimus Heinsius ex conjectura reponendum censet, non est spernendum. Pariter olim peccabatur apud Claudian. in Consul. Olybr. & Prob. vers. 131. ubi vide, quae

Temporaque autumni, laetis florentia donis,
Foedavit, rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat crassus nebulis caliginis aër:
Squalebat tellus, vitiato fervida dorso;
Nec victum dabat, aut ullas languentibus umbras.
Atque ater picea vapor exspirabat in aethra.
Vim primi sensere canes. mox nubibus atris
Fluxit deficiens penna labente volucris:
Inde ferae silvis sterni: tum serpere labes
Tartarea, atque haustis populari castra maniplis.
Arebat lingua, & gelidus per viscera sudor
Corpore manabat tremulo: descendere fauces

Abnuerant

quae idem notavit. Quod vero *coorca*, pro *paraca*, legat, non puto recipiendum. Sensus enim & constructio est, Ni pestis, coelo polluto invidia Divûm & pelagi vapore, miseris rapuisset parata gaudia.

v. 585. *Criniger astriferis*] Poterat hic locus a me praeteriri, cum levia sint, quae in illum notaturus sum; dico tamen elegantius illum ita lectum iri,

Criniger AESTIFERIS Titan fervoribus auras,
Et patulam Cyanen, lateque palustribus undis
Stagnantem, Stygio Cocyti opplevit odore,
Temporaque autumni, LAETIS florentia donis,
Foedavit, rapidoque accendit fulminis igni.
Fumabat CRASSUS nebulis caliginis aer.

MODIUS Novant. Lection. epist. xc. *aestiferis fervoribus* scripti. recte. monuit jam Modius. N. HEINSIUS. Eodem modo hoc loco emendandum censuit Barthius ad Claudiani Conf. Olybr. & Prob. vers. 3. eamque emendationem lib. xxiii. Advers. cap. iv. adstruxit hoc testimonio Ausonii ex epist. xxiv. vers. 100.

Ver pluvium sine flore fugit: canis aestifer ardet.

Ita etiam Cic. in Arat. pag. 11. edit. Grotii,

Aestiferos validis erumpit flatibus ignes.

aestus in pestilentiae descriptione est etiam apud Nason. vii. Met. vers. 529.

—— *ignavos inclusit nubibus aestus.*

& vers. 532.

Letiferis calidi spirarunt aestibus Austri.

ubi tamen *flatibus* malebat Illustrissimus Heins. noster etiam mox vers. 621.

—— *letiferos repressit Sirius aestus.*

Male vulgatum tuetur Dausquejus.

v. 588. *Latis florentia donis*] *laetis* optime codices vetusti, & cum iis Modius. an *pomis*? N. HEINSIUS. Recte viri docti *laetis*. Proxime eo accedit Oxon. codex, in quo *lactis* est. Frequenter *laetus* & *latus* in Mstis turbantur. Vide supra ad lib. v. vers. 178. *pomis* vero, pro *donis*, quod N. Heinsio in mentem venit, non recipio. nam per *autumni dona* intelliguntur poma; sic *Bacchi*, *Cereris dona*, pro vino & frumento passim obvium.

v. 590. *Fumabat crassus nebulis caliginis aer*] *crassae caliginis* Gronov. secundae editionis Observat. lib. iii. cap. vii. bene. supra vers. 313. *nebulam caliginis atrae* habuimus. N. HEINSIUS. Sic *densa caligo* lib. xvi. vers. 327.

Erigitur globus, atque operit caligine densa
Cornipedumque vias aurigarumque labores.

atra caligo lib. ix. vers. 513.

Ipse caput flavum caligine conditus atra
Vulturnus.

v. 593. *Picea vapor exspirabat in aethra*] Jul. Caes. Scaliger v. Poetic. cap. xi. hoc cum aliorum poetarum locis comparans, laudat *piceam in aethram*. Sed pro vulgata scriptura stant omnes libri.

v. 594. *Vim primi sensere canes*] Thucydides, Οἱ δὲ κύνες μᾶλλον αἴσθησιν παρεῖχον τοῦ ἀποβαίνοντος. quod ita extulit Lucretius [lib. vi. vers. 1222.]

—— *cum primis saeva canum vis*
Strata viis animam ponebat in omnibus aegram.

Haec moneo, ut non solum Lucretium, sed & Silium cum Thucydide conferas, quem uterque secutus est. D. HEINSIUS. Ovid. vii. Metam. vers. 536.

Strage canum prima, volucrumque, oviumque, boumque,
Inque feris subiti deprensa potentia morbi.

Claudian. i. in Rufin. vers. 303.

—— *infesto morbus crudescere coelo*
Incipiens primos pecudum depascitur artus.

Ammian. Marcell. lib. xix. cap. iv. *Affirmant etiam aliqui, terrarum halitu densiore crassatum aera, emittendis corporum spiraminibus resistentem, necare nonnullos; qua caussa animalia, praeter homines cetera inguntur prona, Homero auctore, & experimentis deinceps multis, cum talis incesserit lues, ante novimus interire.* Ubi vide Lindenbrogium.

v. 599. *Descendere fauces Abnuerant siccae jussorum alimenta ciborum*] Ita & scripti. Repono nihilominus *descendere fauci*, vel *fauce sicca*. *Stygiae descendere nocti* sic supra habuimus. N. HEINSIUS. Vide, num legere malis, *descendere fauces Abnuerant siccas*. alimenta abnuerant descendere fauces siccas. Recte Dausquejus rejecit eorum conjecturam, qui

 justorum

Abnuerant ficcae jufforum alimenta ciborum.
Afpera pulmonem tuffis quatit, & per anhela
Igneus efflatur fitientum fpiritus ora.
Lumina, ferre gravem vix fufficientia lucem,
Unca nare jacent, faniefque immixta cruore
Exfpuitur, membrifque cutis tegit offa perefis.
Heu dolor! infignis notis bellator in armis
Ignavo rapitur leto. jactantur in ignem
Dona fuperba virûm, multo Mavorte parata.
Succubuit medicina malis. cumulantur acervo
Labentum, & magno cineres fefe aggere tollunt.
Paffim etiam deferta jacent inhumataque late
Corpora, peftiferos tetigiffe timentibus artus.
Serpit pafcendo crefcens Acherufia peftis,
Nec leviore quatit Trinacria moenia luctu,
Poenorumque parem caftris fert atra laborem.
Aequato par exitio, & communis ubique
Ira Deûm, atque eadem leti verfatur imago.

Nulla

juftorum, vel *mifforum ciborum* legendum conjecerant.

v. 609. *Succubuit medicina malis*] Lucret. lib. VI. verf. 1226.

Nec ratio remedi communis certa dabatur.

Ovid. VII. Metam. verf. 527.

Exitium fuperabat opem, quae victa jacebat.

Manil. I. verf. 885.

Nec locus artis erat medicae, nec vota valebant.

v. 609. *Cumulantur acervo*] Manil. I. verf. 887.

——— feffus defecerat ignis,
Et coacervatis ardebant corpora membris.

Jul. Caef. Scaliger V. Poetic. cap. XI. hunc locum laudans, habet *cumulantur acervi*, five memoriae vitio, five quod ita legendum cenfuerit. Certe etiam N. Heinfius ad marginem libri, cui variantes lectiones annotavit, *acervi* fcribendum conjecit. Sed vulgatam lectionem tuentur omnes libri.

v. 611. *Paffim etiam deferta jacent inhumataque late Corpora*] Livius libr. XXV. cap. XXVI. *Ita affuetudine mali efferaverant animos, ut non modo lacrimis juftoque comploratu profequerentur mortuos; fed ne efferrent quidem, aut fepelirent, jacerentque ftrata exanima corpora in confpectu fimilem mortem exfpectantium: mortuique aegros, aegri validos, cum metu, tum tabe ac peftifero odore corporum conficerent.*

v. 613. *Serpit pafcendo crefcens Acherufia peftis*] Mira ταυτολογία eft. Tria enim verba ponit ejufdem fignificatus, quorum unum omnia dicit. BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. XIV.

v. 615. *Poenorumque parem* &c.] Immo graviore etiam peftilentia Karthaginienfes laborarunt. Livius lib. XXV. cap. XXVI. *Multo tamen major peftis Poenorum caftra, quam Romana, (diu circumfedendo Syracufas coelo aquifque affuerant magis) affecerat.*

v. 618. *Fregit vis dura malorum*] *vis dira* maluerim. N. HEINSIUS. Ovid. VII. Metam. verf. 523.

Dira lues ira populis Junonis iniquae
Inciderat.

Vide fupra ad lib. XII. verf. 385. Voces *dirus* autem & *durus* faepe in membranis turbantur. vide fupra ad verf. 126.

v. 619. *Cladefque rependit*] *clademque* ex fcriptis. pro *ut gravis ergo*, praeftiterit fortaffe *ut gravis aegre repreffit*. ut primum aegre repreffit gravis Sirius letiferos aeftus. N. HEINSIUS.

v. 622. *Et pofuere avidae*] *Et minuere* codex Colonienfis. bene; quo & Puteaneus alludit, & editio Parmenfis, exhibentes *timuere*. *pofuere* minus ferri hoc loco poteft, quia *reponunt* proxime fubfequitur. *minuere* Gronovius feliciter conjecit nupera editione Obfervat. lib. III. cap. VII. cum in vetuftis editionibus *timuere* reperiffet. N. HEINSIUS. Ita & Oxon. codex cum editionibus Romana principe & Mediolanenfi. Primus Marfus *pofuere* edidit.

v. 627. *Signaque circumftant alacres, avidifque tubarum Refpirant laeti clangoribus*] Quanto melior lectio fcripta?

Circumftant alacres figna, auditifque tubarum
Refpirant laeti clangoribus.

MODIUS Novant. Lection. Epift. XC. Scribe cum fcriptis & Modio,

Circumftant alacres figna, auditifque tubarum
Refpirant laeti clangoribus.

Mox editio Parmenfis *itur ad hoftem*; forte *ire & in hoftem*, vel *ire per hoftem*. N. HEINSIUS. Oxon. & Putean. codex legunt quidem *Circumftant alacres figna*; perperam tamen *avidifque* cum vulgatis editionibus

Nulla tamen Latios fregit vis dura malorum,
Incolumi ductore, viros, cladem que rependit
Unum inter strages tutum caput. ut gravis ergo
Primum letiferos repressit Sirius aestus,
Et minuêre avidae mortis contagia pestes;
Ceu, sidente Noto cum se maria alta reponunt,
Propulsa invadit piscator caerula cymba.
Sic tandem ereptam morbis grassantibus armat
Marcellus pubem, lustratis rite maniplis.
Circumstant alacres signa, auditisque tubarum
Respirant laeti clangoribus. itur in hostem;
Et, si fata ferant, juvat inter proelia ferro
Posse mori. sociûm miseret, qui sorte pudenda
In morem pecudum effudere cubilibus atris
Illaudatam animam. tumulos inhonoraque busta
Respiciunt, &, vel nullo jacuisse sepulcro,
Quam debellari morbis, placet. ardua primus
Ad muros dux signa rapit. tenuata jacendo

Et

editionibus servant. Veram lectionem solus monstravit Coloniensis liber, quam etiam probat Dausquejus.

v. 630. *Morte pudenda*] Melior lectio scripta *forte pudenda*. MODIUS Novant. Lection. Epist. xc. *forte* ex scriptis & vetustis editionibus. & sic jam ex Coloniensi Modius. Est autem frequentissimus hic error; sic apud Senec. in Phoeniss. vers. 31. lego,

Sortem Cithaeron redde, & hospitium mihi
Illud meum restitue, ut exspirem senex,
Ubi debui infans.

nam in MSS. est *Mortem*, unde *Montem* fecere. in Catalectis Pithoei pag. 33.

Vive, & amicitias omnes fuge. verius hoc est,
Quam Regum solas effuge amicitias.
Est mea sors testis.

ubi pari modo peccatur. *omnes fuge* etiam bene vetus codex, non *colc.* pag. 154. de Elephanto,

Haec est humanae semper mutatio sortis:
Fit moriens ludus, qui fuit ante pavor.

sic & ibi scribe. Lucan. lib. VIII. vers. 700.

Hac Fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit, hac illum summo de culmine rerum
Sorte petit.

sic denuo scripti, non *Morte*. lib. VII. vers. 816.

Libera Fortunae sors haec: capit omnia tellus,
Quae genuit: coelo tegitur, qui non habet urnam.

sic lego, vulgo legitur *Libera Fortuna mors est*. Sed de morte agit tota dissertatio illa. *Libera Fortunae* ex tribus scriptis est, de quo nos ad Virgilium. Lucan. lib. IX. vers. 762.

——— *sed tristior illa*
Sors erat ante oculos, miserique in crure Sabelli
Spes stetit exiguus.

& paullo post vers. 779.

Quidquid homo est, aperit pestis. natura profana
Sorte patet: manant humeri fortesque lacerti.

sic utroque loco in nonnullis scriptis inveni. Valer. Flacc. II. vers. 469.

Ductor ait, Quod, virgo, tibi nomenque genusque,
Quae sors ista? doce, tendunt cur vincula palmas.

Etiam *mors* illic perperam circumfertur. Plura vide ad Ovidii Tristia. N. HEINSIUS. Supra lib. X. vers. 43.

——— *sors una videtur*
Aspera, si occumbat ductore superstite Poeno.

Ita etiam vir Illustrissimus legendum docet ibid. vers. 474. *qui nam ille sinistrae Depugnet sortis juvenis.* vulgo est *morti*. apud Lucan. lib. VII. vers. 308. pari lectionis diversitate, pro *nam me secura manebit Sors quaesita manu*, in quibusdam Mstis est *Mors quaesita manu.*

v. 635. *Tenuata jacendo Et maciem galeis abscondunt ora*] Scribe *tenuata jacendo Et macie in galeis.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. Scribendum, ni fallor, *Marcidaque in galeis abscondunt ora*. Vetus editio Marsi *Et macie*; quomodo & Interpres, & cum illo Barthius. Paterculus lib. II. de bello Actiaco, *Vigebat in hac parte miles atque Imperator, illa marcebant omnia.* Seneca in Agamemnone de Cassandra, deliquium animi passa,

Refovete gelido latice. jam recipit diem
Marcente visu.

Vide annotata nostra ad Claudiani I. in Eutrop. vers. III. Juven. sat. VIII. *Nec faciem galea abscondunt.* ubi *frontem*, pro *faciem*, exhibent membranae pleraeque. N. HEINSIUS. In editione etiam Romana principe manu docta emendatum erat *tenuata jacendo Et macie.*

v. 636.

Et macie galeis abscondunt ora, malusque,
Ne sit spes hosti, velatur casside pallor.
Infundunt rapidum convulsis moenibus agmen,
Condensique ruunt: tot bellis invia tecta,
Totque uno introitu capiuntur militis arces.
Totum, qua vehitur Titan, non ulla per orbem
Tum sese Isthmiacis aequassent oppida tectis.
Tot delubra Deûm, totque intra moenia portus,
Adde fora, & celsis suggesta theatra columnis,
Certantesque mari moles, adde ordine longo
Innumeras spatioque domos, aequare superbas
Rura. quid, inclusos porrecto limite longis
Porticibus, sacros juvenum certamine lucos?

Armaque

v. 636. *Galeis abscondunt ora*] Hinc discimus, veteribus etiam fuisse clausiles galeas, quales hodie, equites praecipue, gestare in bella suerunt. Si enim caput solum texissent, non & faciem, pallor utique hosti videndus fuisset. Talium mentio apud Statium Theb. XI. vers. 373.

Solve genas. liceat vultus fortasse supremum
Noscere dilectos, & ad haec lamenta videre,
Aune ficas.

apud quem alia eodem libro exempla. Ejusdem generis meminit Alcimus Avitus lib. V.

Inclusae galeis facies & ferrea vestis
Cinxerat iratas armorum luce tenebras.

Sidonius de Roma in Anthemiano vers. 392.

——— *inclusae latuerunt casside turres.*

& nares galeis tectas idem Sidonius ibidem docet vers. 254.

Obtundit teneras circumdata fascia nares,
Ut galeis cedant.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. XIV. Idem repetit Barthius ad Claudiani II. in Rufin. vers. 257. ad Statii IV. Theb. vers. 20. & ex eo Fabrett. ad Columm. Traj. cap. VII. pag. 213. Sed tales antiquis galeas fuisse negavit Lipsius III. de Milit. Rom. Dial. V.

v. 637. *Velatur casside pallor*] *celatur* opinor. in Puteaneo *vallatur.* pro *malusque*, codex Puteaneus *malisque.* ne spes & fiducia hosti subnascatur ex malis suis. N. HEINSIUS.

v. 640. *Totque uno*] An *una?* N. HEINSIUS.

v. 649. *Fulgentia culmina rostris*] *limina* in Puteaneo. N. HEINSIUS. Similis etiam lectionis varietas in membranis Claudiani erat lib. I. de raptu Proserp. vers. 8. ut Illustrissimus Heinsius notavit.

v. 652. *Sedes ornata tropaeis*] An *aedes?* nam in templis spolia ab Agathocle fuere suspensa. N. HEINSIUS. Saepe has voces turbarunt scribae librarii. vide supra ad Silii XII. vers. 48. N. Heinsium ad Claud. Nupt. Hon. & Mar. vers. 254. & ad Nason. VI. Fast. vers. 366. Vir celeberrimus Petrus Burmannus nihil mutandum putat, & *sedem* accipit regiam, in qua antea Agathocles, tum Hiero habitabat. Deinde omnem hunc locum, sane quam difficilem & intricatum, hoc modo legebat, & interpungebat,

Hic Agathoclëis sedes ornata tropaeis,
Hic mites Hieronis opes, hic sancta vetustas.
Artificum manibus non usquam clarior illo
Gloria picturae seclo.

v. 653. *Mitis Hieronis opes*] Lege ex Coloniensi *mites Hieronis opes.* & sic Gronov. in Observ. lib. III. cap. VII. N. HEINSIUS. *mites opes* etiam Oxoniensis codex.

v. 653. *Hic sancta vetustas Artificum manibus*] Artificum manibus & opere consecrari velut censebantur picturae, toreumata, & talia. unde scribendum arbitror *vetustis.* quae consecraverat & venerabilia fecerat magnorum artificum vetustas. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *hinc* scripti. Oxonius *vetusti.* unde Barthius *vetustis*, merito damnatum a Gronovio. pro *non usquam clarior ullo Gloria picturae seclo*, reponendum *illo seclo* cum Coloniensi. & sic Gronovius. N. HEINSIUS. Si vulgatam distinctionem servas, innuit Silius, Syracusis plurima artificum, qui excelluerunt, manu elaborata monumenta fuisse, quibus vetustas sanctum aliquid & venerandum addebat. *manus artificum* pro eorum opere. Petron. Satyr. cap. LXXXIII. *Zeuxidos manus vidi, nondum vetustatis injuria victas.* ubi vide Celeberrimum Burmannum. Recte etiam viri docti *illo seclo.* pariter supra peccatum erat vers. 326.

v. 655. *Non aera vacabant, Quae scirent Ephyren fulvo certaret ut auro*] MS. codex, *non ara juvabant, Quem scire Ephyren.* Aera Ephyraea, seu Corinthia, notissima. Puto legendum, *non aera vacabant*, id est, deerant, *Quis scires Ephyren*, hoc est, quibus visis illico Corinthium opus agnosceres. Deinde malim, *fulvo certaverit auro.* Vestis textura seu artificium metallo erat pretiosius, vel illi certaverit. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. III. *juvabant* scripti & vetustae editiones, nisi quod Colon.

Quid tot captivis fulgentia culmina rostris?
Armaque fixa Deis, aut quae Marathonius hostis
Perdidit, aut Libya quae sunt advecta subacta?
Hic Agathoclêis sedes ornata tropaeis:
Hic mites Hieronis opes: hic sancta vetustas
Artificum manibus. non usquam clarior illo
Gloria picturae seclo. non aera juvabant,
Quae scirent Ephyren, fulvo certaret ut auro
Vestis, spirantes referens subtemine vultus,
Quae radio caelat Babylon, vel murice picto
Laeta Tyros, quaeque Attalicis variata per artem
Aulaeis scribuntur acu, aut Memphitide tela.

Jam

lon. *juvabat.* etiam Gronov. III. Obs. cap. VII. qui pluribus illic hunc locum illustravit. Pro vulgato illo, *Quae scirent Ephyren*, constanter codices vetusti, *Quem scire Ephyren*: Gronovius *Qui scirent Ephyren.* ut sit sensus, non aera Corinthia, quamvis auro contra cara, juvabant intelligentes prae Syracosiis hisce tam fabre factis. *ut certaret*, quamvis certaret. post *auro* autem distinguendum. *Quis scires Ephyren*, quis Ephyren agnosceres, Barthius: idem *fulvo certaveris auro. certaret in auro* Puteaneus & editio Parmensis. Gronovius III. Observ. cap. VII. curis posterioribus retractata priore animadversione,

—— non aera vacabant,
Quis scires Ephyren fulvo certasse vel auro.

ex illo Statiano,

Aeraque ab Isthmiacis auro potiora favillis.

ut dicat, ne aera quidem vacua artificii fuisse. Locus est perplexissimus: hoc videtur velle Silius, non defuisse signa aerea maximi pretii, ex quibus liqueret, Syracusas a Corinthiis esse conditas, vel quae facile artis Corinthiacae esse appareret. Constat quippe, Syracusas esse coloniam Corinthiorum. huc allusisse Silium opinor: quomodo de Saguntinis libro secundo,

In media stetit urbe rogus: portantque, trahuntque
Longae pacis opes, quaesitaque praemia dextris;
Callaico vestes distinctas matribus auro,
Armaque Dulichia proavis portata Zacyntho,
Et prisca avectos Rutulorum ex urbe penates.

In voce *juvabant* puto turbatam a librariis fuisse ordinem literarum, & ejus loco *avitam* Silium nobis reliquisse,

—— non usquam clarior illo
Gloria picturae seclo, non aeris, avitam
Qua scires Ephyren, fulvo certaret ut auro.

Huc refer Petronianum ex carmine de bello civili, ubi videtur scribendum,

Aes Ephyres comta laudabat miles in umbra.

vel,

Aes Ephyrêum uda laudabat miles in umbra.

vel,

Aes Ephyres vacua laudabat miles in umbra.

Tale illud Horatii,

Lusimus si quid vacui sub umbra

per *udam umbram* platanus potest intelligi, vel locus quicumque soli non expositus est, ubi perpotabatur. Tentavit Petronii locum Gifan. Ind Lucr. pag. 313. Pro *certaret ut auro*, cogitabam aliquando, *fulvo consertaque ab auro Vestis*, ut apud Maronem,

—— quem pellis ahenis
In squamam nodis auro conserta tegebat.

certa, pro *conserta*, scripserat festinans librarius, unde *certaret* postea enatum. N. HEINSIUS. Locus hic, admodum intricatus, multo planior erit, si ex Illustrissimi Heinsii conjectura, quamvis forsitan nonnihil audaciore, ita refingatur,

—— non usquam clarior illo
Gloria picturae seclo, non aeris, avitam
Qua scires Ephyren; fulvo consertaque ab auro
Vestis &c.

ut sensus sit, illo tempore nullo loco tot praestantissimas picturas aut statuas aereas fuisse, quam Syracusis. Marsus, Cellarius, alique, qui locum hunc de aere Corinthiaco sic dicto capiunt, graviter errant. excidium enim Corinthi, per quod nata esse dicuntur aera Corinthiaca, diu post Syracusas à Marcello captas accidit. Solum hoc voluit Silius, statuarum elegantia facile apparuisse, Syracusas Corinthiorum coloniam esse. Conjicit hoc loco legendum vir Celeberrimus Petrus Burmannus,

—— non aere vacabat
Quaesito ex Ephyre, fulvo certaret ut auro.

ut dicat, regiam illam non caruisse aere Corinthiaco. Existimat autem fabulam esse, aes Corinthiacum post excidium Corinthi demum innotuisse: & quamvis id verum foret, poëtis tamen licere haec fingere. Ea autem, quae sequuntur, omnia refert ad regiae supellectilis magnificentiam.

v. 657. *Spirantes referens subtemine vultus* &c.] De ratione texendi vestes qui plura nosse cupit, videat Salmas. ad Capit. Pertin. cap. VIII.

Aaaaa v. 661.

Jam ſimul argento fulgentia pocula, mixta
Quis gemma quaeſitus honos, ſimulacra Deorum,
Numen ab arte datum ſervantia: munera rubri
Praeterea ponti, depexaque vellera ramis,
Femineus labor. his tectis opibuſque potitus
Auſonius ductor, poſtquam ſublimis ab alto
Aggere deſpexit trepidam clangoribus urbem,
Inque ſuo poſitum nutu, ſtent moenia regum,
An nullos oriens videat lux craſtina muros,
Ingemuit nimium juris, tantumque licere
Horruit, &, propere revocata militis ira,
Juſſit ſtare domos, indulgens templa vetuſtis
Incolere atque habitare Deis. ſic parcere victis

Pro

v. 661. *Jam ſimul argento fulgentia pocula*] Illud *ſimul* quoque nobis ſuſpectum eſt merito ſuo. Exſpectamus antiquos codices. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. III. Simul etiam pocula argentea, quibus gemmae inſertae. nihil potuit planius & apertius. Barthio tamen locus mendoſus videtur. Si quid mutandum, legam *ſimili argento*, inſcripto, picto. N. HEINSIUS. Scalig. ad Manil. lib. V. verſ. 535. ſeu pag. 416. edit. ultimae, legebat, *miſtu Quis gemino quaeſitus honor*. Sed male. Innuit enim Silius, poculis argenteis gemmas additas fuiſſe, quae eorum pretium augebant.

v. 665. *Femineus labor*] *Femineus pudor* in Colonio. Scribe, *Femineus ſudor. tectis opibuſque.* Similiter locus emendandus in Senecae Herc. Fur. verſ. 634. ubi ex auctoritate codicis Etruſci tollenda perſona Theſei, & haec ad Herculem referantur,

Mactetur hoſtis. hanc feras virtus notam,
Fiatque ſummus hoſtis Alcidae Lycus.

τὸ *hoſtis* ferri non poteſt, eum praeceſſerit proximo verſu. lege *ſummus ſudor.* Sic Herc. Oet. verſ. 816. Hercules de Licha,

Facta inquinentur, fiat hic ſummus labor.

&,

Amorque ſummus fiet Alcidae labor.

item verſ. 1454.

Dextra inquinetur. laudibus maculam imprimam,
Summus legatur femina Herculeus labor.

labor pro puerperio paſſim apud Poetas: quod *Sudorem* dixit Statius Theb. V.

Plena mihi domus, en, atque ingens, cernite, ſudor.
Quatuor hos una decus & ſolatia patris
Tranſadigam ferro.

N. HEINSIUS. Oxonienſis etiam codex *pudor*, pro quo N. Heinſius *ſudor* reponit, quam conjecturam vulgata enim lectio non nihil firmat, ut *labor* gloſſema ſit & interpretatio vocis *ſudor*, quae ſaepe pro labore ponitur. Vide ſupra ad lib. IV. verſ. 436. Mihi tamen cum Celeberrimo Burmanno nihil videtur mutandum. Sic Ovid. I. Amor. eleg. XIII. verſ. 23.

Tu, cum feminei poſſint ceſſare labores,
Lanificam revocas ad ſua penſa manum.

ubi quaedam habet N. Heinſius, plura vero ſe notaturum promiſit Celeberrimus Burmannus.

v. 667. *Trepidam clangoribus urbem*] *plangoribus* opinor; & mox *ſtent moenia, rerum An nullos.* N. HEINSIUS. Τὸ *clangoribus* tamen referri poteſt ad ſonitum tubarum, quo audito tota urbs trepidabat. paullo ante verſ. 627. *auditiſque tubarum Reſpirant laeti clangoribus.* vide ſupra ad lib. V. verſ. 199. pro *regum* autem Vir Illuſtriſſimus etiam *rerum* conjicit. Similiter ſupra ſcribendum putabat lib. VIII. verſ. 60. *Intremuit rerum eventus*, pro *regum.* apud Lucan. lib. VII. verſ. 580. quidam codices habent,

Scit, cruor imperii qui ſit, quae viſcera regum.

alii *viſcera rerum*: quamvis utrumque vitioſum eſſe, & *legum* ſcribendum, recte monuerit incomparabilis Grotius.

v. 670. *Ingemuit nimium viris tantumque licere Horruit*] Legunt eruditi, *nimiumque viris tantumque.* Sed, quaeſo, id quanti eſt, *nimium* & *tantum* conjungere? In MSto tantum literarum eſt, ut *minum* facile quis inde extundat: quod ego tamen non affirmo reducendum. Potius ſcribendum putem,

Ingemuit nimium victis, tantumque licere
Horruit.

militi, videlicet, quem revocandum cenſebat. horruit autem tantum militi ſuo licere, ut patriae quoque periculum memoriae ſubierit. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. III. *nimium victis* Barthius: non placet. ſcribebam,

Ingemuit nimias vires, tantumque licere
Horruit.

vel, quod propius accedit vulgatam lectionem, *Ingemuit nimius juris.* libro XVI. *Quo nimius mihi dexter abis. nimius juris*, ut *nimius poteſtatis. nimius imperii* apud Livium lib. III. & *nimius animi* apud eundem. Aruſianus Meſſius ineditus, *Nimius illius.*

Pro praeda fuit, &, sese contenta, nec ullo
Sanguine pollutis plausit Victoria pennis.
Tu quoque ductoris lacrimas, memorande, tulisti,
Defensor patriae. meditantem in pulvere formas,
Nec turbatum animi, tanta feriente ruina,

* * *

[Ignarus miles vulgi tum forte peremit.]
At reliquum vulgus, resoluta in gaudia mente,
Certarunt victi victoribus. aemulus ipse
Ingenii Superûm, servando condidit urbem.
Ergo exstat seclis, stabitque insigne tropaeum,
Et dabit antiquos ductorum noscere mores.
Felices populi! si, quondam ut bella solebant,

Nunc

lius. Sallust. Hist. IV. *Impotens & nimius animi est. sermonis nimius* apud Tacitum; *nimius mero Hylaeus* apud Horatium; *nimius vini Elpenor* apud Nason. Metam. XIV. vers. 252. ex vetusto codice. *nimius vitae* supra lib. VI. verius tamen est *nimium juris*, pro nimium jus, id est, nimium sibi potestatis esse. *nimium regni* apud Nasonem Amor. II. eleg. XVII. ex vetustis membranis: atque huic conjecturae acquiesco. postea expressis literis manifeste inveni in editione Parmensi,

Ingemuit: nimium juris tantumque licere
Horruit.

N. HEINSIUS. Dausquejus conjicit,

Ingemuit nimirum, iris tantumque licere.

vel,

Ingemuit tantumque viris, nimiumque licere.

Ego cum Illustrissimo Heinsio legendum puto *nimium juris*; & ita est in editione Romana principe ac Mediolanensi. eam lectionem, quod monuit Celeberrimus Burmannus, etiam astruxit N. Heinsius curis secundis ad Nasonis II. Amor. eleg. XVII. vers. II.

v. 673. *Parcere victis Pro praeda fuit.*] Acutum est hoc. non aliter animum satiavit parcendo hostibus, quam alii praedam diripendo. Atque hoc licet unico illi acute dicto adjiciamus, quod in hoc poeta Scaliger deprehendit: non vero solum, sed cum aliis & notatis a nobis, & notandis postea. Tale est eodem hoc libro, licet non adeo altum,

——— *aemulus ipse*
Ingenii Superûm servando condidit urbem,

de Marcello. BARTHIUS lib. XXII. Adv. c. XIV.

v. 675. *Plausit victoria pennis*] *planxit* codex Putean. & Marsus in commentariis, ut supra lib. I. vers. 589. *alis plangit stridentibus Alpes.* ubi alia vide. sed nihil hic muto. Supra lib. XII. vers. 99. *& non felicibus alis Turbida plaudentem vidit freta.* Virgil. V. Aen. vers. 215.

Fertur in arva volans, plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem.

& vers. 515.

——— *alis*
Plaudentem nigra figit sub nube columbam.

Ovid. XIV. Metam. vers. 507. *remos plausis circumsonat alis.* & vers. 577. *cineres plausis everberat alis.* Statius lib. I. silv. II. vers. 146.

Claraque gaudentes plauserunt limina cygni.

& II. Theb. vers. 39. *summos nec praepetis alae Plausus adit colles.* & ita passim alibi.

v. 677. *Meditantem in pulvere formas*] Propria haec vocabula in disciplina Geometrica & Mathemathica *pulvis* ac *forma*. Livius in eadem hac historia lib. XXV. cap. XXXI. *Archimeden, memoriae proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum.* Appul. Apol. pag. 284. *Quem tu librum, Aemiliane, si nosces, ac non modo campo & glebis, verum etiam abaco & pulvisculo te dedisses.* ad quem locum vide Colvium pag. 239. Papias, *Abax & Abacus tabula, in qua viridi pulvere formae describuntur.* Vide Brodaeum lib. I. Miscell. cap. I. & Barthium ad Claudian. Paneg. Mall. Theod. vers. 128.

v. 679. *Ignarus miles vulgi tum forte peremit*] Non comparet hic versus in libris scriptis. Et sane nihil elegantiae aut commodi sensus prae se fert. Deinde, pro *Certarunt victi victoribus*, iidem codices *Certarent.* an *Certare &?* Ego, ut dicam, quod sentio, versus complures, & fortasse paginam totam hic nobis periisse censeo, quae Archimedis laudes meritissimas sit complexa, & vitae exitum. Gronovius curis secundis Observat. lib. III. cap. VII.

Ignarus miles vulgi quem forte peremit.

N. HEINSIUS. Non comparet etiam hic versus in antiquissimis editionibus, sed a Marso primum vulgatus est. Vellem, nos docuisset, unde habuerit.


v. 683. *Seclis*] Perperam Oxoniensis codex cum priscis editionibus *sedis*. Similis error supra erat

lib.

Nunc quoque inexhaustas pax nostra relinqueret urbes.
At, ni cura viri, qui nunc dedit otia mundo,
Effrenum arceret populandi cuncta furorem,
Nudassent avidae terrasque fretumque rapinae.

lib. II. vers. 52. ubi plura vide.

v. 687. *At, ni cura viri*] *Ac* Coloniensis. N. HEINSIUS. Nihil muto; sensus enim aperte τὸ *at* requirit. Saepissime librarios has voculas commutasse supra docui ad librum VI. vers. 190.



C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER XV.

At nova Romuleum carpebat cura Senatum,
Quis trepidas gentes Martemque subiret Hiberum,
Attritis rebus. geminus jacet hoste superbo
Scipio, belligeri Mavortia pectora fratres.
Hinc metus, in Tyrias ne jam Tartessia leges
Concedat tellus, propioraque bella pavescat.
Anxia turba Patrum quasso medicamina maesti
Imperio circumspectant, Divosque precantur.
Qui laceris ausit ductor succedere castris?
Absterret juvenem, patrios patruique piare
Optantem manes, tristi conterrita luctu,
Et reputans annos, cognato sanguine turba.
Si gentem petat infaustam, inter busta suorum
Decertandum hosti, qui fregerit arma duorum,
Qui consulta ducum, ac flagret meliore Gradivo.

Nec

v. 5. *In Tyrias ne jam Tartessia leges Concedat tellus*] Romana princeps & Mediolanensis editio *Carthesia tellus*. vide supra ad lib. XIII. vers. 674. *in Tyrias leges concederet*, est imperio & potestati Karthaginiensium se subjiceret. Sic *Latiae leges* infra vers. 383. *Latias, Karthago, timere Desine jam leges. jura* dixit Silius lib. I. vers. 2. *patiturque ferox Oenotria jura Karthago.*

v. 7. *Anxia turba patrum*] *patres* malim. N. HEINSIUS.

v. 9. *Qui laceris*] *Quis* opinor, per interrogationis notam. N. HEINSIUS. *To laceris castris* Celeberrimo Burmanno displicet, qui *vacuis castris*, id est, quae ducibus suis orbata sunt, hoc loco scribendum conjicit.

v. 10. *Patrios patruique piare Optantem manes*] *patrios patruosque* forsan. Sic *patrua lingua* apud Horatium. plura exempla congessi ad Amores Nasonis. mox malim, *cognato è sanguine turba*. N. HEINSIUS. *patrios patruosque* malebat illustrissimus Heinsius. de voce *patruus* vide, quae notavit ad Claudiani Epithal. Honorii & Mariae vers. 39. & ad Nason. III. Amor. eleg. VI. vers. 49. Eandem vocem Maximus Graevius ad Sueton. Calig. cap. V. restituendam censet in epitaphio Germanici apud Pithoeum lib. III. Catal. p. m. 81.

Quod si quem tumuli nihil hujus gratia tangit,
Admoneat, patrua fraude quod hic jaceo.

ubi tamen Casaub. legi mavult *patria fraude*. Tiberius enim, cujus fraude exstinctus erat, natura Germanici patruus, per adoptionem vero pater erat. Vulgo male *patriae fraude* legitur. fortasse tamen hic apud Silium nihil mutandum. Supra lib. VII. vers. 487.

Hinc ille, e furto genitus, patruique piabit
Idem ultor patrisque necem.

v. 12. *Et reputans annos* &c.] Ad verbum fere ex Livii lib. XXVI. cap. XVIII. *Aetatis maxime poenitebat: quidam fortunam etiam domus horrebant, nomenque ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter sepulcra patris patruique res gerendae essent, proficiscentis.*

v. 15. *Qui consulta ducum*] Forte, *qui fregerit arma duorum Inconsulta ducum*. N. HEINSIUS. Nihil muto: recenset enim Silius argumenta, quibus cognati Scipionem deterrere conati sunt ne in Hispaniam abiret; quorum hoc unum erat, quod ipsi cum exercitatissimo hostium duce pugnandum esset, qui patris ac patrui, optimorum imperatorum, consulta discussit, & irrita fecit. Parum dextre autem argumentarentur cognati, si Cn. & P. Scipiones sua temeritate in exitium ruisse dicerent, unde minime constaret, Hasdrubalem adeo timendum ducem esse.

v. 15. *Ac flagret meliore Gradivo*] Notandum est, *Gradivum* poni correpta syllaba, ut infra, *validoque habitata Gradivo Pectora*. Valer. Fl. lib V. *strepitumque minasque Gradivi*. Contrarium est usu tritius,

tius,

Nec promtum teneris immania bella lacertis
Moliri, regimenque rudi deposcere in aevo.
Has, lauri residens juvenis viridante sub umbra,
Aedibus extremis volvebat pectore curas:
Cum subito assistunt, dextra laevaque per auras
Allapsae, haud paullum mortali major imago,
Hinc Virtus, illinc virtuti inimica Voluptas.
Altera Achaemenium spirabat vertice odorem,
Ambrosias diffusa comas, & veste refulgens,
Ostrum qua fulvo Tyrium suffuderat auro:
Fronte decor quaesitus acu, lascivaque crebras
Ancipiti motu jaciebant lumina flammas.
Alterius dispar habitus, frons hirta, nec umquam
Composita mutata coma: stans vultus, & ore
Incessuque viro propior, laetique pudoris,

Celsa

tius. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 16. *Teneris immania bella lacertis Molliri*] *Moliri* ex scriptis. N. HEINSIUS. Cum scriptis faciunt etiam primae editiones Romana princeps, Parmensis, Mediolanensis & Marsi prima Veneta: in cujus secunda operarum errore primum *Molliri* editum inveni, quod postea secuti editores nimis patienter tulerunt. supra lib. X. vers. 89.

—— horrida juxta
Stagnantes Consul molitur proelia ripas.

lib. XIII. vers. 197.

Ille hastam quatere, ac medicatae cuspidis ictu
Proelia moliri.

v. 18. *Has lauri residens juvenis viridante sub umbra* &c.] Decedit a more Silius, cum ἐν τῷ ἐπισθοδόμῳ collocat, & in extrema aedium parte laurum illam, quae ἐν τῷ μεταύλῳ erat, id est, parte media, quam *Cavum* Romani dicebant: laurus enim tales Romani in impluvio nutriebant, quod nec II. lib. nec VII. ignoravit Maro, qui in mediis Priami & Lavinii aedibus laurum constituit. Laurus, inquam, in impluvio Romanis erat, idque sub dio: atque hoc est, quod ait Maro [lib. II. Aen. vers. 512.]

Aedibus in mediis nudoque sub aeris axe.

id est, sub dio, quod in impluvio dicitur, unde apud Herodianum imperator ille prodigiosam palmam in impluvium suum referri jubet, & lib. VII. Maro [vers. 59.]

Laurus erat tecti medio, in penetralibus altis.

ubi recte monet idem Grammaticus, *penetrale* de omni domus interiore parte sumi, licet intecta sit: *penetrale* namque ibi impluvium est, ut recte observat Servius. Graeci prae foribus, ut Romani in aedibus, laurum suam habebant, quam κάμυνθα dicebant. Hesychius, κάμυνθα, δάφνη, ἣν ἱδρῶσι πρὸ πυλῶν, cujus ramos ἀντεῖνες dicebant. D. HEINSIUS.

v. 19. *Aedibus extremis*] Ἐν τῷ ἐπισθοδόμῳ, ut supra *primam urbem* τὴν πρόπολιν dixit. Graeci autem, ut Romani, in tres domum partes cum dividerent, πρόδομον & ἐπισθόδομον primam & ultimam faciebant; πρόδομον autem prior χεῖρος erat. Sic apud Theocritum Idyll. XIV. ubi legitur vers. 12.

Ὡργεῖος, κἠγών, καὶ ὁ Θεσσαλὸς ἱπποδιώκτας,
Ἆπις καὶ Κλεύνικος ἐπίνομες ὁ στρατιώτας
Ἐν χώρῳ παρ' ἐμίν.

lego Ἐν χόρτῳ. Hujus principium προνώπιον erat, & oppositum huic ἐνώπιον, quorum in altero funera sua antiqui, in altero imagines majorum collocabant: προνώπιον enim τῷ ἐνωπίῳ oppositum erat. Sic Patroclum pedibus ad januam versis ἐν τῷ προνωπίῳ positum fuisse significare vult Homerus: unde qui Sophocli θύραιοι dicuntur, Euripidi προνωπεῖς sunt, qui nimirum foris & extra limen versantur, &, quod etiam elegantius multo, προνωπεῖς οἱ θανόντες mortui Euripidi dicuntur, quod in προνωπίῳ collocarentur. Sic Alcest. [vers. 141.]

Ἤδη προνωπής ἐστι καὶ ψυχορραγεῖ.

Quae ita esse, qui vel modicum harum rerum gustum habet, non negabit; praesertim si haec cum iis, quae ante nos hac de re viri eruditi notarunt, conferre dignatus fuerit. Aliud autem erat ἐπισθόδομος Athiensibus, ipsum nimirum aerarium. D. HEINSIUS.

v. 20. *Cum subito assistunt* &c.] Eodem modo Ovidius finxit, coram se altercasse Tragoediam & Elegiam, utri earum se dederet, lib. III. Amor. eleg. I. Lucianus vero Τέχνην ἑρμογλυφικὴν & Παιδείαν in Somnio. Omnia autem haec ficta sunt ad imitationem Herculis Prodicii, de quo, praeter auctores Dausquejo laudatos, vide Basil. orat. de legendis Graecis libris §. 10. & late Themist. orat. XXII. pag. 280. ed. Hard. Cum vero Dausquejus ad vers 23. dixit, Silii haec scribentis oculis obversatum esse Philostratum, qui Virtutem & Voluptatem similibus coloribus expingit, non recordatus est, Philostratum Apollonii Tyanei vitam scripsisse

Celsa humeros niveae fulgebat stamine pallae.
Occupat inde prior, promissis fisa, Voluptas:
Quis furor hic, non digne puer, consumere bello
Florem aevi? Cannaene tibi, graviorque palude
Maeonius Stygia lacus excessere, Padusque?
Quem tandem ad finem bellando fata lacesses?
Tune etiam tentare paras Atlantica regna,
Sidoniasque domos? moneo, certare periclis
Desine, & armisonae caput objectare procellae.
Ni fugis hos ritus, Virtus te saeva jubebit
Per medias volitare acies, mediosque per ignes.
Haec patrem patruumque tuos, haec prodiga Paullum,
Haec Decios Stygias Erebi detrusit ad undas:
Dum cineri titulum, memorandaque nomina bustis
Praetendit,

psisse jussu Juliae Domnae, quae Severi Imperatoris uxor erat, ut ipse testatur lib. I. cap. III. adeoque diu post Silium, qui sub Domitiano floruit, & vivente etiamnum Plinio mortem obiit.

v. 22. *Virtuti inimica Voluptas*] Cic. de Senect. cap. XII. *Cumque homini sive natura, sive quis Deus, nihil mente praestabilius dedisset; huic divino muneri ac dono nihil esse tam inimicum quam Voluptatem. Nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in Voluptatis regno Virtutem posse consistere.*

v. 23. *Altera Achaemenium spirabat vertice odorem*] De Venere (αὐτὴ δὲ ἐστιν ἡδονὴ, teste Athenaeo XII. Deipn. pag. 510.) pariter Virg. I. Aen. vers. 403.

Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere.

v. 25. *Ostrum quam fulvo*] *quae fulvo* Gronovius Observ. II. cap. VI. in Puteaneo & Oxonio *qua fulvo*: etiam probe; nec aliter editio Parmensis. *qua* veste. N. HEINSIUS. *qua fulvo* etiam Romana princeps, Mediolanensis, Marsi aliorumque editiones. Primus Nicander in Juntina *quam* edidit. Dausquejus conjecit *e veste refulgens Ostrum, quod fulvo Tyrius*; vel etiam interpunxit *veste refulgens Ostrum, quam.*

v. 26. *Fronte decor quaesitus acu*] De acu comatoria, ejusque in ornando capillos partibus vide Salmas. exercit. Plin. pag. 534.

v. 29. *Stans vultus*] Ἑστώς. Sic Polybius λογισμὸν ἑστῶτα, constantem firmamque ratiocinationem dixit. τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ἐγένετο φανερὸν, τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας καὶ κενοδοξίας στρατηγικὴ πρόνοια καὶ λογισμὸς ἑστὼς καὶ νουνεχής. lib. III. D. HEINSIUS. Lucan. lib. V. vers. 213.

——— *nunc vultu pavido, nunc torva minaci*
Stat numquam facies.

Statius X. Theb. vers. 687.

——— *cur hic truculentus in ore*
Pallor, & ad patrios non stant tua lumina vultus?

v. 29. *Et ore Incessuque viro propior*] *Incessusque* Gryphius. Puto, *& ora Incessusque viro propior*: ut sit Graecismus, quales apud Silium frequentes admodum occurrunt. Vidit aliquid hujus loci Interpres. N. HEINSIUS.

v. 33. *Non digne puer, consumere bello*] *non dignus* est immeritus. Lucret. lib. II.

——— *quod saepe nocentes*
Praeterit, exanimatque indignos, inque nocentes.

Sic & Terentius. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Silius lib. XIII. vers. 606.

Insultant duro imperio non digna nec aequa
Ad Superos passi manes.

ubi vide, quae notavi.

v. 35. *Maeonius lacus excessere Padusque*] Pessime Interpres *Padusve*. N. HEINSIUS. *excedere* est oblivisci. Vide Elegantissimum Broekhus. ad Tibull. lib. III. eleg. I. vers. 20.

v. 37. *Atlantia regna*] *Atlantica* scripti. Sic *aequor Atlanticum* Horatio, & Calpurnio in Eclogis *Atlantiacum litus*. *Atlanticus accola* libro X. N. HEINSIUS. Cic. in Somn. Scipion. cap. III. *Parva quaedam insula est circumfuso illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.* Priscian. in Perieg. vers. 39.

Finibus Hesperiis Atlanticus ille vocatur.

Atlanticus fluctus, sinus, mare, salum apud Avien. passim occurrit. *Atlantiacus* dixit Auson. Mosell. vers. 144.

Talis Atlantiaco quondam ballaena profundo.

quae vox restituenda Avieno in descr. orb. vers. 395.

——— *haec, ubi terras*
Intrat Atlantiaci vis aequoris, accipit ortum.

Vulgo male est *Intrant Atlanti vis.* posses etiam *Intrat Atlantêi vis aequoris*, ut apud Statium I. Achill. vers. 223.

Gurgite Atlantêo pelagi sub valle sonora.

Vide N. Heinsium ad Claudiani Cons. Olybr. & Prob. vers. 35.

v. 45.

Praetendit, nec fensurae, quid gesserit, umbrae.
At si me comitere, puer, non limite duro
Jam tibi decurrat concessi temporis aetas.
Haud umquam trepidos abrumpet buccina somnos:
Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
Ardorem Cancri, nec mensas saepe cruento
Gramine compositas: aberunt sitis aspera, & haustus
Sub galea pulvis, partique timore labores:
Sed current albusque dies, horaeque serenae;
Et molli dabitur victu sperare senectam.
Quantas ipse Deus laetos generavit in usus
Res homini, plenaque dedit bona gaudia dextra!
Atque idem, exemplar lenis mortalibus aevi,
Imperturbata placidus tenet otia mente.
Illa ego sum, Anchisae Venerem Simoëntis ad undas
Quae junxi, generis vobis unde editus auctor.
Illa ego sum, verti Superûm quae saepe parentem

Nunc

v. 45. *Nec fensurae, quid gesserit, umbrae*] *quid gesserit* scribo, vel invitis libris veteribus. N. HEINSIUS. Pariter Statius III. Theb. vers. 97.

—— vetat igne rapi, pacemque sepulcri
Impius ignaris nequidquam manibus arcet.

ubi vide Barthium. Similia alia non apud poetas solum, sed & philosophos ubique obvia sunt. Ut enim alios taceam, ea fuit Epicureorum opinio, animam simul cum homine mori & interire, ut tradit Diogen. Laërt. lib. x. Ubique vero Silius Voluptatem ex opinione Epicureorum, quos Voluptatem summum bonum putasse creditum est, argumentantem inducit, quemadmodum contra Virtutem ex placitis Stoicorum.

v. 47. *Jam tibi decurret*] *decurrat* rectius scripti. N. HEINSIUS.

v. 47. *Concessi temporis aetas*] Editio Mediol. *congressi*: nec aliter Romana princeps etiam, ubi manu ducta ad marginem emendatur *congesti temporis*. Sed nihil muto.

v. 48. *Abrumpet buccina somnos*] *abrumpere somnum*, ut lib. VII. vers. 156.

Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.

Virg. III. Georg vers. 530. *nec somnos abrumpit cura salubres*. Stat. lib. II. silv. I. vers. 62.

Quis matutinos abrumpet murmure somnos.

Claudian. I. in Rufin. vers. 213.

Sollicitum curis non abruptura soporem.

κατασχίζειν ὀνείρους dixit Anacr. carm. III.

Τίς, ἔφην, θύρας ἀράσσει;
Κατά μευ σχίσας ὀνείρους.

Quis, inquiebam, fores tundit? Disrumpes mihi somnos.

v. 52. *Partique timore labores*] Timor & labor militiae comites sunt. Sic Tibullus,

Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
Martia cui somnos classica pulsa fugent.

BARTHIUS lib. XXII. Adv. c. VIII. Lege *pastique. pascere coepta* lib. IV. vers. 724. N. HEINSIUS.

v. 58. *Imperturbata placidus tenet otia mente*] An *terit*? vide, quae annotamus ad Silvas Statii. N. HEINSIUS. Horat. I. serm. Ecl. V. vers. 101.

—— namque Deos didici securum agere aevum:
Nec, si quid miri faciat natura, Deos id
Tristes ex alto coeli demittere tecto.

Virg. IV. Aen. vers. 379.

Scilicet is Superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat.

Quae omnia iterum sunt ex dogmate Epicureorum, Deos res humanas curare negantium, quos nihil agendo feliciter tempora transigere existimabant. Senec. IV. de Benef. cap. IV. *Itaque non dat Deus beneficia, sed, securus & negligens nostri, aversus a mundo aliud agit, aut (quae maxima Epicuro felicitas videtur), nihil agit.* Et huc refer illud Cic. VII. ad fam. Epist. XII. ubi cum Trebatio, qui Epicureus factus dicebatur, ita jocatur: *Quomodo autem tibi placebit Jovem lapidem jurare, cum scias, Jovem iratum esse nemini posse.* Plura vide apud Diogen. Laert. lib. x. §. 77. & ibi Menag. etiam Cerd. ad d. loc. Maronis, & Gebhard. I. Crep. cap. XVII. *tenet otia* autem cum Illustrissimo Heinsio non mutarem in *terit*.

v. 59. *Illa ego sum*] Vide supra ad lib. IX. vers. 128.

v. 60. *Quae junxi*] Honesto vocabulo rem minus honestam exprimit. Ovid. Epist. VIII. Heroid. vers. 35.

Cum tibi nubebam, nulli mea taeda nocebat:
Si jungar Pyrrho, tu mihi laesus eris.

Statius lib. I. silv. II. vers. 188.

Unde novum Trojae decus, ardentumque Deorum
Raptor

Nunc avis in formam, nunc torvi in cornua tauri.
Huc adverte aures. currit mortalibus aevum,
Nec nasci bis posse datur: fugit hora, rapitque
Tartareus torrens; ac secum ferre sub umbras,
Si qua animo placuere, negat. quis luce suprema
Dimisisse meas sero non ingemit horas?
Postquam conticuit, finisque est addita dictis,
Tum Virtus: Quasnam juvenem florentibus, inquit,
Pellicis in fraudes annis, vitaeque tenebras,
Cui ratio & magnae coelestia semina mentis
Munere sunt concessa Deûm? mortalibus alti
Quantum Coelicolae, tantumdem animalibus isti
Praecellunt cunctis. tribuit namque ipsa minore
Hos terris Natura Deo: sed foedere certo
Degeneres tenebris animas damnavit Avernis.
At, quis aetherei servatur seminis ortus,
Coeli porta patet. referam quid cuncta domantem
Am-

Raptor erat, Phrygio si non ego juncta marito?
Claud. Epithal. Pallad. & Celer. vers. 32.
——— *nullum junxisse cubile*
Hoc sine, nec primas fas est attollere taedas.
ubi vide illustrissimum Heinsium, & quae notavit ad Nason. Epist. III. Heroid. vers. 107.

v. 62. *Nunc torva in cornua tauri*] *torvi* ex scriptis. sic passim poëtae. N. HEINSIUS. Ita *torvus, trux taurus* supra lib. XIII. vers. 223.
Atque obliqua trucis deducere cornua tauri.
Ovid. epist. IV. Her. vers. 166. *erit tauro saevior ipse truci.* Senec. in Herc. Oetaeo vers. 301.
——— *in taurum trucem*
Nunc flecteret, serpente deposito, minas.
Auctor Octaviae vers. 766.
Modo per fluctus raptam Europen
Taurum tergo portasse trucem.

v. 64. *Nec nasci bis posse datur*] Voluptas hic ipsa Epicuri verba adhibet. Gatakerus enim ad Antonin. de se ipso lib. II. §. 6. illud ab ipso prolatum refert: Γεγόναμεν ἅπαξ· δὶς δ᾽ οὐκ ἔστι γενέσθαι. *Semel nascimur: bis autem nasci non datur.*

v. 67. *Dimisisse meas sero non ingemit horas*] *auras* opinor, nam *hora* praecessit. N. HEINSIUS. Saepissime haec verba in Mss. permutantur. Vide Passerar. lib. II. eleg. XXVIII. pag. 363. Illustrissimum Heinsium ad Nason. III. Heroid. vers. 44. ad Valer. Flacci lib. II. vers. 60. & Celeberrimum Burmannum ad Petronii Satyr. cap. CXXXIII.

v. 71. *Ratio & magnae coelestia semina mentis*] Seneca Epist. LXVI. *Ratio autem nihil aliud est, quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa.* Virtutem autem ex dogmate Stoicorum differentem facit: ex eorum enim scholis haec sumta esse docent ea, quae habet Lips. lib. II. Manud. ad Philos. Stoic. dissert. XI.

v. 72. *Munere sunt concessa Deûm*] *Munera* in Puteaneo. N. HEINSIUS.

v. 74. *Tribuit namque ipsa minores Hos terris Natura Deos*] Oppianus proximos Diis homines facit, & Diis genitos Halieut. v. vers. 4.
Ἀλλά τις ἀγχιθέας ἰκέλην μακάρεσσι γενέθλην
Ἀνθρώπους ἀνέφυσε, χερείονα δ᾽ ὤπασεν ἀλκήν.
——— οὐ γάρ τι πέλει καθυπέρτερον ἀνδρῶν
Νόσφι θεῶν· μούνοισι δ᾽ ὑπείξομεν ἀθανάτοισι.
Vide eo loco commentaria amici olim nostri Conradi Rittershusii. Sibyllae versus notissimus est,
Ἄνθρωποι θεόπλαστοι ἔχοντες ἐν εἰκόνι μορφήν.
BARTHIUS lib. XXII. Adv. cap. VIII. *minore Deo* in scriptis. eleganter. N. HEINSIUS.

v. 76. *Degeneres tenebris animas damnavit &c.*] Cicero ex sententia Socratis I. Tuscul. Quaest. cap. XXX. *Duas esse vias duplicesque cursus animorum e corpore excedentium. Nam qui se humanis vitiis contaminavissent, & se totos libidinibus dedissent, quibus caecati, velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel Republica violanda fraudes inexpiabiles concepissent; iis devium quoddam iter esse seclusum a concilio Deorum: qui autem se integros castosque servavissent, essentque in corporibus humanis vitam imitati Deorum, his ad illos, a quibus essent profecti, reditum facilem patere.*

v. 77. *At quis aetheri &c.*] Cicero I. Tuscul. quaest. cap. XII. *Nisi haesisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atque delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemque vitae, quae in claris viris & feminis dux in coelum soleret esse, in ceteris humi & retineretur, & permaneret tamen.* ubi vide Davisium. Tzetz. ad Hesiodi ἔργ. καὶ ἡμέρ. pag. 49. Αἱ ψυχαὶ γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων, διαζυγεῖσαι σωμάτων, καθ᾽ Ἕλληνας τὸν ἀέρα περιπολοῦσαι ἐφορῶσι τὰ τῇδε.

v. 78. *Coeli porta patet*] Imitatus est Silius Ennium.

Amphitryoniaden? quid, cui, post Seras & Indos
Captivo Liber cum signa referret ab Euro,
Caucaseae currum duxere per oppida tigres?
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledaeos referam fratres, vestrumque Quirinum?
Nonne vides, hominum ut celsos ad sidera vultus
Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumque genus, formasque ferarum,
Segnem atque obscoenam passim stravisset in alvum.
Ad laudes genitum, capiat si munera Divûm
Felix, ad laudes hominum genus. huc, age, paullum
Aspice, (nec longe repetam) modo Roma minanti
Impar Fidenae, contentaque crescere asylo,

Quo

nium. Vide Column. ad Enn. pag. 164.

v. 78. *Referam quid cuncta domantem* &c.] Omnino meretur locus Horatii, quem Silius imitatus est, & Doctissimus Dausquejus laudavit, hic etiam legi: exstat lib. III. od. III. vers. 9.

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus arces attigit igneas: &c.
Hac te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili jugum
Collo trahentes: hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit.

v. 84. *Nonne vides, hominum ut celsos ad sidera vultus* &c.] Cicero I. de Legib. cap. IX. *Cum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, ad coelique, quasi cognationis domiciliique pristini conspectum excitavit.* Ovidius I. Metam. vers. 84.

Pronaque cum spectent animalia cetera terram;
Os homini sublime dedit, coelumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Deus inquit, hominem creaturus, apud Alcim. Avit. lib. I. vers. 69.

Quoque etiam natura hominis sublimior exstet,
Incipiat rectos in coelum tollere vultus.

Et hinc etiam apud Graecos homo dictus dicitur ἄνθρωπος, quasi ἄνω ἀθρῶν, sursum aspiciens. Vide auctorem Etym. Magni, etiam Isidor. lib. XI. Orig. cap. I. *Graeci vero hominem ἄνθρωπον appellaverunt, eo quod sursum spectet, sublevatus ab humo ad contemplationem artificis sui.*

v. 85. *Sublimia finxerit ora*] *fixerit* Coloniensis. N. HEINSIUS. Nihil muto. Sallust. in Catilin. cap. I. *Ne vitam silentio transeant veluti pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit.* Ovid. I. Metam. vers. 82.

Quam satus Iapeto, mistam fluvialibus undis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.

Lactant. II. Divin. Instit. cap. I. *Parens enim noster ille unus & solus cum fingeret hominem, id est, animal intelligens & rationis capax, eum vero ex humo sublevatum ad contemplationem sui artificis erexit.* Auctor de judicio Domini, qui vulgo Tertull. dicitur, vers. 16.

Quisve hominem laeto potuisset fingere limo.

Saepe autem voces *fingere* & *figere* a librariis in priscis membranis commutantur. vide Nic. Heins. ad Nason. IV. Metam. vers. 141.

v. 86. *Formasque ferarum*] *Forma* hoc loco est, quod Graeci eleganter dicunt χρῆμα. Sic Herodotus χρῆμα ὑός. Ὦ βασιλεῦ, ὑὸς χρῆμα μέγιστον ἀνεφάνη ἡμῖν. qua voce fere ἐκ περιττοῦ utitur Silius, ut voce πρόσωπον Nonnus, quod doctissimos optimeque in eo versatos homines nondum observasse miror. Sic cum inquit,

Ἀντίτυπον μίμημα δρακοντείοιο προσώπου,

πρόσωπον δρακόντειον est δράκων simpliciter. Sic Dionysiacôn I. vers. 158.

Συμφυέες δὲ δράκοντες ἐπεῤῥώοντο προσώπῳ
Παρδαλίων,

πρόσωπα παρδαλίων sunt παρδάλιες. Sed & voce τύπος eodem modo utitur, Εἰ δέμας ἰσάζοιτο τύπῳ σοῖς, id est, σοί. D. HEINSIUS. Optime hoc loco Eruditissimus Heinsius periphrasin illam *formas ferarum*, pro feris, illustravit. Pariter Virgil. VII. Aen. vers. 18. *formae magnorum ululare luporum.* Ovid. II. Metam. vers. 78. *per insidias iter est formasque ferarum.* & I. Metam. vers. 73.

Astra tenent coeleste solum formaeque Deorum.

Statius lib. I. silv. I. vers. 62. *juvat ipsa labores Forma Dei praesens.* ubi vide Barthium. pari circumscriptione *simulacra Deorum*, pro ipsis Deis, posuit Ovid. X. Heroid. vers. 95.

Coelum restabat, timeo simulacra Deorum.

& IV. Metam. vers. 779.

Perque vias vidisse hominum simulacra ferarumque
In silicem ex ipsis visa conversa Medusa.

corpus Turni, pro Turno, Virgil. VII. Aen. vers. 649.

——— *quo pulchrior alter*
Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

ubi plura ex utriusque linguae scriptoribus observavit

Quo ſeſe extulerit dextris: idem aſpice, late
Florentes quondam luxus quas verterit urbes.
Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa Voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris
Circa te ſemper volitans Infamia pennis:
Mecum Honor, ac Laudes, & laeto Gloria vultu,
Et Decus, ac niveis Victoria concolor alis.
Me cinctus lauro producit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus, & celſo ſtant colle penates:
Ardua ſaxoſo perducit ſemita clivo.
Aſper principio (nec enim mihi fallere mos eſt)
Proſequitur labor. annitendum intrare volenti:

Nec

vit Germanus. vide etiam, quae notavi ſupra ad lib. XI. verſ. 243. Simili modo Graecos vocibus ἔργον & χεῦμα uſos fuiſſe docet Rittersh. ad Oppiani I. Halieut. verſ. 105.

v. 88. *Ad laudes genitum*] Malim *genitum eſt*. N. HEINSIUS.

v. 88. *Capiat ſi munera Divûm*] In Romana principe, pro *munera*, typographorum errore editur *innuam*, quod ad marginem manu docta mutatur in *numina Divûm*. Sed vulgatum *munera Divûm* omnino praeſtat.

v. 92. *Quo ſeſe extulerit dextris*] *Quam ſeſe extulerit terris* editio Parmenſis. N. HEINSIUS. Oxon. codex cum editione Romana principe & Mediolan. *Quae ſeſe*. praeterea etiam Putean. liber *terris*, pro *dextris*, habet. Sed nihil muto. *dextris* enim eſt virtute militari, fortitudine, robore.

v. 93. *Florentes quondam luxus quas verterit urbes*] Plurimis id verſibus deſcribit Gratius in Cyneg. verſ. 308.

Nec luxus alios avidaeque impendia vitae
Noſcant. haec magno redit indulgentia damno.
Nec mirum: humanos non & magis altera ſenſus
Tollit, nec ratio vitiis adeuntibus obſtat.
Haec illa eſt, Pharios quae fregit noxia reges,
Dum ſervata cavis potant Mareotica gemmis,
Nardiferumque metunt Gangen, vitiiſque miniſtrant.
Sic & Achaemenio cecidiſtis, Lydia, Cyro.
Atqui dives eras fluvialibus aurea venis
Scilicet, ad ſummam ne quid reſtares habendum.
Tu quoque luxuriae fictas dum colligis artes,
Et ſequeris demens alienam, Graecia, culpam,
O quantum & quoties decoris fruſtrata paterni!
At qualis noſtris, quam ſimplex menſa Camillis!
Qui tibi cultus eras poſt tot, Serrane, triumphos!
Ergo illi ex habitu virtutiſque indole priſcae
Impoſuere orbi Romam caput: actaque ab illis
Ad coelum virtus ſummoſque tetendit honores.

Perperam, pro *verterit urbes*, codices Oxonienſis & Puteaneus *verteret*.

v. 95. *Animis illapſa Voluptas*] *animas illapſa* Oxonienſis liber. Voluit forſitan librarius *animos illapſis*, ut Cicero locutus eſt II. de Legib. cap. XV. *Senſim pernicies illapſa civium animos.* Silius lib. VIII. verſ. 456. *ingenti medios illabitur amne Albula.* Sed nihil muto. Virgil. III. Aen. verſ. 89.

Da, pater, augurium, atque animis illabere noſtris.

& II. Aen. verſ. 240. *mediaeque minans illabitur urbi.* idem codex cum Putean. verſu ſeq. *foeda*, vel *feda comes* legunt: ſed τὸ *fidus* perpetuum vocis *comitis* epitheton.

v. 100. *Perducit ad aſtra triumphus*] *producit* in Colonienſi. bene. nam *perducit* mox denuo ſequitur. N. HEINSIUS. Paſſim voces *perducere* & *producere* inter ſe commutarunt ſcribae librarii. Vide N. Heinſium ad Claud. I. in Rufin. verſ. 114. ad III. Conſul. Honor. verſ. 48. & ad Vell. Paterc. lib. II. cap. CXXVIII. Vide etiam ſupra ad lib. IV. verſ. 548.

v. 102. *Perducit ſemita clivo Aſpera principio* &c.] Duplex, licet uterque non admodum gravis, error eſt in his Silii verbis. Primo loco cum MS. Oxonienſi ſcribendum *Aſper principio*, diſtincta oratione. Deinde poſt *labor* iterum ſuſpendenda eſt oratio, & uno verbo ſcribendum *adnitendum*. Adniti enim opus eſt illi, qui ſcandere collem illum contendit. Omnes, quas ego vidi, editiones hoc loco nihil viderunt. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII. *Aſper* ex ſcriptis, & refer ad *laborem*. Deinde ſcribe, & diſtingue,

Proſequitur labor. adnitendum intrare volenti.

& ſic Barthius. N. HEINSIUS. Similis ſententia ſupra eſt lib. IV. verſ. 605.

——— *perque aſpera duro*
Nititur ad laudem virtus interrita clivo.

Silium vero imitatum eſſe Heſiodum, praeter Dauſquejum monuit etiam Celeberrimus Graevius in Lection. Heſiod. cap. VI. Plane autem contrarium teſtatur Seneca II. de Ira cap. XIII. *Nec, ut quibuſdam dictum eſt., arduum in virtutes & aſperum*

 iter

Nec bona censendum, quae Fors infida dedisse,
Atque eadem rapuisse valet. mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus. omnia contra
Experienda manent, quam spondet blanda Voluptas.
Stramine projectus duro patiere sub astris
Insomnes noctes, frigusque famemque domabis.
Idem justitiae cultor, quaecumque capesses,
Testes factorum stare arbitrabere Divos.
Tunc, quoties patriae rerumque pericula poscent,
Arma feres primus: primus te in moenia tolles
Hostica: nec ferro mentem vincere, nec auro.
Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice vestes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi;
Sed dabo, qui vestrum saevo nunc Marte fatigat

Imperium,

iter est: plano adeuntur. Deinde in editione Romana principe, pro *ad nitendum*, manu docta emendatum vidi *adnitendum*.

v. 105. *Nec bona conscendunt, quae fors infida dedisset, Atque eadem rapuisse valet*] Sunt haec Virtutis verba, aut potius ex parte prodigia verborum, hoc modo expianda,

Nec bona censendum, quae Fors infida dedisset.

MODIUS Novant. Lection. epist. cxv. Ita habet & scripta lectio. & vero sententia bona est, nec eo adscenditur bonis fortunae, quae illa auferre, cum libet, valet. Correctum aliis *censendum*: quod non aspernabile, si e libro. Sed procul dubio etiam *dedisse* scribendum, cum alterum soloecum sit. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *bona censendum* optime ex Coloniensi Modius, & *Fors*, pro *fors*. praeterea scribendum vel invitis omnibus membranis, *quae Fors infida dedisse*, non *dedisset*: quod postea vidi a Barthio occupatum esse. *bona censendum* etiam asseruit Silio Gronov. observ. I. cap. VII. *concendunt* in Oxonio. N. HEINSIUS. Egregie viri docti ex integerrimo codice Coloniensi *Nec bona censendum* vindicarunt. Sic supra lib. VIII. vers. 36. *ne desit satis ad signa movendum*. lib. XI. vers. 562.

Nunc pacem orandum, nunc improba, foedere rupto,
Arma reponendum, & bellum exitiale cavendum.

Ita enim docti interpretes utroque loco, partim ex conjectura, partim ex libris scriptis, reponendum existimarunt. Lucret. lib. I. vers. 112.

Aeternas quoniam poenas in morte timendum.

Varro VI. de ling Lat. pag. 72. *Radices ejus in Etruria, non Latio, quaerendum est.* Virgil. XI. Aen. vers. 230. *pacem Troiano ab rege petendum.* Tertull, de Pall. cap. IV. *Physconem & Sardanapalum tacendum est, qui nisi insignes libidinum, alias reges nemo nosset.* Forsitan eadem locutio Caesari etiam restituenda in III. de bell. Gall. cap. XIV. *Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi, statuit exspectandum classem.* ita enim codex Gottorp. legit satis exactus; alii libri habent *exspectare*; at vulgo est *exspectandam*. Plura vide apud Gifan. in Indice Lucret. voce *Gerundiis in dum*, Marcil. ad Tertull. Pall. pag. 60. Zinzerl. in Promulf. crit. cap. III. & XXXII. Barth. XXV. Advers. cap. III. & Celeberr. Perizon. ad Sanctii Minerv. lib. I. cap. XV. Quod vero ad sensum attinet, exprimit Silius illa Cicer. in Parad. I. *Atque haec quidem, quae modo huc, modo illuc transferuntur, facile adduci solent, ut in rebus bonis esse negent.*

v. 105. *Quae fors infida dedisset*] Recte & hic viri docti *Fors*, id est, Fortuna, ex praestantissimo codice asseruerunt. Infinitis in locis duo haec vocabula confundi solent. Vide, quae notarunt Dousa ad Catull. de nupt. Pelei & Thetid. vers. 238. pag. m. 272. Lambin. ad Horat. lib. I. serm. Ecl. I. vers. 2. Rivius aliique ad Sallust. bell. Jugurt. cap. I. Gronov. ad Livii lib. I. cap. IX. lib. X. cap. XIX. lib. XXII. cap. V. lib. IV. Obs. cap. XXI. N. Heinsius ad Nason. I. Metam. vers. 453. ad XIV. Metam. vers. 489. ad Claud. bell. Getic. vers. 372. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 391. ad Silii lib. IV. vers. 803. lib. X. vers. 145. Schott. ad Aurel. Victor. de viris illustr. cap. XIII. Dion. Vossius ad Caesar. II. de bell. Gall. cap XXI. Broekhus. ad Tibulli lib. I. eleg. VI. vers. 34. & Bentlej. ad Horat. I. sermon. ecl. VI. vers. 54.

v. 107. *Infra te cernes hominum genus*] *Intra te* Putean. codex. *intra aliquem* est, qui minor est. Seneca in Medea vers. 520.

Fortuna semper omnis intra me stetit.

ubi videatur ὁ πάνυ Gronovius. Florus lib. IV. cap. XI. *pulchritudo intra pudicitiam principis fuit.* Quinctil. XI. Instit. Orat. cap. III. *Cujus rei fides est, quod ejus scripta tantum intra famam sunt, ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes non invenimus.* Passim autem in commiscendis vocibus *infra* & *intra* peccarunt librarii. Vide Gronov. ad Senec. Herc. Oet. vers. 45. lib. I. observ. cap. X. & Brockh.

Imperium, superare manu, laurumque superbam
In gremio Jovis excisis deponere Poenis.
Quae postquam cecinit sacrato pectore Virtus,
Exemplis laetum vultuque audita probantem
Convertit juvenem. sed enim indignata Voluptas
Non tenuit voces. Nil vos jam demoror ultra,
Exclamat. venient, venient mea tempora quondam,
Cum docilis nostris magno certamine Roma
Serviet imperiis, & honos mihi habebitur uni.
Sic quassans caput in nubes se sustulit atras.
At juvenis, plenus monitis, ingentia corde
Molitur, jussaeque calet virtutis amore.
Ardua rostra petit, nullo fera bella volente,
Et gravia ancipitis deposcit munera Martis.

Arrecti

Brockh. ad Propert. lib. III. eleg. VII. vers. 2. ubi hanc etiam locutionem illustravit. Vulgatum tamen hoc loco praefero ob praecedens illud *celsus ab alto*. Senec. in Thyeste vers. 365.

Qui tuto positus loco
Infra se videt omnia.

Vide N. Heinsium ad Nason. III. Trist. eleg. IV. vers. 25. & Celeberr. Burmannum ad Petron. Satyr. cap. LXXXIV.

v. 108. *Quam sponte blanda voluptas*] Legendum *spondet*. MODIUS Novant. Lection. epist. CXV. Ita & Dausquejus. Omnes tamen, quas consului, editiones constanter *spondet*, nulla *sponte*, habent.

v. 112. *Testes factorum stare arbitrabere Divos*] An *adstare?* N. HEINSIUS. Nota syllabam secundam vocis *arbitrabere* productam, quam optimi poetae corripere soliti sunt, teste Barth. ad Brtton. VI. Philipp. vers. 392.

v. 113. *Tunc quoties*] *Tu quoties* legendum. N. HEINSIUS.

v. 117. *Donum deforme viro flagrantis amomi*] Immo *fragrantis*, vel contra codices scriptos. dubitasse neutiquam debebat Interpres. N. HEINSIUS. Viri Illustrissimi conjecturam indubitatam in contextum recepi. Passim ita lapsi sunt librarii. Supra lib. I. vers. 126. codex Oxon. habebat *lacus fragrantes sanguine*, pro *flagrantes*. Plura exempla vide apud Pierium ad Maron. IV. Georg. vers. 169. ad I. Aen. vers 436. Savaron. ad Sidon. Apoll. carm. II. vers. 120. Bentlej. ad Horat. lib. II. od. XII. vers. 25. & N. Heinsium ad Claudiani II. de laud. Stilic. vers. 467. ubi etiam Silio veram lectionem restituit. Ideo autem *donum viro deforme* vocat, quod, qui unguento delibuti incedebant, male audirent, & molles atque effeminati haberentur. Vide Dausquejum ad hunc locum.

v. 119. *Laurumque superbam In gremio Jovis deponere*] In genibus enim Jovis Capitolini laurum deponebant victores. Sic Augustus apud Dionem, ἐς τὰ γόνατα τοῦ Διὸς κατέθετο. Capitolinum intelligit igitur Jovem, quod addit Dio in praecedentibus; unde notatus ab historicis Augustus, quod Asinio Gallo & C. Marcio Coss. lauream in Jovis Feretrii templo deposuerit παρὰ τὸ νομιζόμενον & morem omnium, ut recte monet historicus ille. D. HEINSIUS. Supra lib. IX. vers. 545.

Contundet juvenis Tyrios, ac nomina gentis
Induet, & Libycam feret in Capitolia laurum.

Plinius Paneg. cap. VIII. *Allata erat ex Pannonia laurea.* &c. *Hanc Imperator Nerva in gremio Jovis collocarat.* ubi vide Livin. & Lips. Vide etiam Barth. ad Statii lib. IV. silv. I. vers. 41. Male autem Dempster. ad Rosin. X. Antiq. Rom. cap. XXIX. pag. m. 796. haec ita laudat,

——— *dabit ille coronam*
In gremio Jovis excisis deponere Poenis.

v. 122. *Exemplis laetum*] *Exempli* maluerim, uti Silius solet. Videantur, quae nos ad Maronem congessimus Aeneid. I. vers. 441. ubi copiose de hoc loquendi modo agimus. Sed & vulgata scriptura defendi potest, cum plura exempla, non unum, sint recensita. vide ad lib. VIII. vers. 540. N. HEINSIUS. Sane nihil mutare hoc loco praestiterit, cum omnes libri, scripti & editi, in vulgatam lectionem conspirent, & Silius ita loqui non raro soleat. Sic infra vers. 351.

——— *Marcellus ut arma*
Aptantem natum aspexit, laetumque tumultu.

lib. I. vers. 170.

Et saevis gens laeta ruunt, tormentaque portant.

lib. X. vers. 53.

——— *Nunc Hannibal ipsi,*
Tam laetus bello est, ausit certare Tonanti.

Praeterquam quod plura exempla, non unum, recensita sint, ut jam N. Heinsius ipse agnovit.

v. 127. *Et honor*] *honos* in Coloniensi. pro *visaeque calet virtutis amore*, in scriptis *jussaeque*. N. HEINSIUS. *honos* etiam in Oxoniensi. Recte deinde scripti *jussae virtutis*. sic *jussa rabies* lib. IX. vers. 504. ubi plura vide. Passim ita turbarunt scribae librarii.

Arrecti cunctorum animi. pars lumina patris,
Pars credunt torvos patrui revirescere vultus.
Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror, molemque paventes
Expendunt belli, & numerat favor anxius annos.
Dumque ea confuso percenset murmure vulgus,
Ecce, per obliquum coeli squalentibus auro
Effulgens maculis, ferri inter nubila visus
Anguis, & ardenti radiare per aëra sulco,
Quaque ad coeliferi tendit plaga litus Atlantis,
Perlabi resonante polo. bis terque coruscum
Addidit augurio fulmen pater, & vaga late

Per

librarii. vide supra ad lib. XIII. vers. 372.

v. 134. *Pars credunt torvos patrui revisere vultus*] Non videtur subesse verbis vitium, iis praesertim, qui *re* longum faciunt: cum tamen, in meum me judicium, libros veteres sua scriptura fallit, legendum & scribendum sit,

Pars credunt torvos patrui revirescere vultus.

MODIUS Novant. Lect. epist. cxv. In membranis est *revireſque*. Plana scriptio *revirescere*, id est, videntur sibi patris & patrui vultus in juventam aetatem reductos agnoscere. Elegans scriptura: non aliter, ut alibi *recidivos* dixit, quia ex ipso interitu restaurati. Sic filio suo dicit lib. hoc eodem Marcellus,

——— *urbe Sicana*
Qualem te vidi, nondum permitteret aetas
Cum tibi bella, meo tractantem proelia vultu.

Sic de Livio, hoc libro,

Celsus ceu prima reflorescente juventa
Ibat Consul ovans.

ipso illo verbo sic usus libro VIII. vers. 227.

Cui dux promissae virescens pignore laudis

Jocatur Interpres, Modium pro locusta habere Scipionem. Videat ille, pro quo Silium habeat, cui toties typographorum deliria vindicat. Virum Consularem non decet sane purpureo pallio abjecto pannis undique consutis mendicabuli instar oppidatim per chalcographorum officinas panem conquirere, unde corpus senio affectum alat. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. XVII. *revirescere* ex scriptis & Parmensi editione cum Modio: in Aldino *se visere. revirescere*, ut alibi,

Cui dux promissae revirescens pignore laudis.

Vidit & veram scripturam Barthius. male dissentit Interpres. N. HEINSIUS. Optime *revirescere* ex libris scriptis & editis viri docti restituerunt, quibus accedunt editiones Romana princeps & Mediolanensis. Neque aliter hoc loco legendum etiam Barthius monuit ad Claudiani Conf. Olybr. & Prob. vers. 16. Sic Ovid. VII. Metam. vers. 305.

Arte suum parili revirescere posse parentem.

Valer. Max. lib. IV. cap. VIII. ex. 4. *Omne praeclari facti decus crebra memoria in se ipso revirescit.* Vide Celeberrimum Graevium & alios ad Cicer. VII. Philipp. cap. I. In Marsi prima Veneta errore operarum *revisscere* editum, quod in secunda Veneta in *revisere*, illudque in aliis editionibus in *se visere* mutatum est.

v. 135. *Sed quamquam tacitus magnis tamen aegra periclis Pectora subrepit terror*] Sermo est de mandando Scipioni bello Hispaniensi, quo paullo ante patrem & patruum amiserat: in quam rem, ait Poëta, propensos fuisse omnium animos, nisi quod tam praesenti periculo metuebant, cum fortuna sua committere viginti quatuor aliquot (tot enim tum erat Scipio) annorum adolescentem. Sed cum libris veteribus legendum & scribendum,

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror.

MODIUS Novant. Lection. epist. cxv. Modius ex Coloniensi,

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror.

Sed *instinctis periclis* nihili est. Scribo,

Sed quamquam instinctis tacitus tamen aegra periclis
Pectora subrepit terror.

Sic *aeger timoris* lib. III. vers. 72. *aeger animi* lib. VIII. vers. 108. *aeger delicti* lib. XIII. vers. 52. Vide, quae annotamus ad Valerium Flaccum lib. III. vers. 736. *instinctis* jam non semel supra restituimus. vide ad lib. VIII. vers. 244. N. HEINSIUS. Optime viri docti, *Sed quamquam instinctis tacitus tamen* &c. *instinctis* est aspectu Scipionis incitatis, quo sibi egregia patris ac patrui facta in memoriam revocabant, nec minorem de ipso spem concipiebant. lib. XII. vers. 518. *Instincti glomerant gressus*. pro *subrepit*, in Romana principe & Mediolanensi editione est *subrepsit*.

v. 138. *Percenset murmure vulgus*] *percensent vulgus* editio Parmensis. N. HEINSIUS.

v. 145. *Per subitum moto strepuere tonitrua mundo*] Scribe *Ter subitum*. Quid enim est *Per subitum*? ineptia typographica. de numero ternario alibi plura scripsimus. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. XVII.

Ter

Per subitum moto strepuere tonitrua mundo.
Tum vero capere arma jubent, genibusque salutant
Submissi augurium, ac iret, qua ducere Divos
Perspicuum, & patrio monstraret semita signo.
Certatim comites rerum bellique ministros
Agglomerant sese, atque acres sociare labores
Exposcunt, laudumque loco est isdem esse sub armis.
Tum nova caeruleum descendit classis in aequor.
It comes Ausonia, atque in terras transit Hiberas.
Ut, cum saeva fretis immisit proelia, Corus
Isthmon curvata sublime suberigit unda,
Et, spumante ruens per saxa gementia fluctu,

Iönium

Ter subitum strepuere scribatur, jubet Barthius vel invitis membranis. Sic apud Nasonem in Fastis lib. III.

Ter sonuit sine nube Deus, tria fulmina misit.

Et sane numerum ternarium auspicatum fuisse in istiusmodi praesagiis, jam alii affatim demonstrarunt. Prima fronte probabilis quidem haec conjectura Barthii, nec tamen vera. Sed nec τὸ *Per subitum*, ut minus Latinum, explodere debebat vir doctissimus. nam libro proxime praecedenti habuimus vers. 331.

Per subitum rursus, laxatis arte catenis,
Tanta praecipitem reddebant mole carinam.

lib. VII. vers. 595. *Per subitum membris venit vigor.* lib. VIII. vers. 620.

Per subitum attonitis pila exarsere maniplis.

lib. X. vers. 505. *Per subitum erumpit clamor.* lib. XII. vers. 653. *cum fulgor hebescere coeli Per subitum coepit.* Sed & infra hoc ipso libro vers. 404.

——— *Karthaginis omnes*
Per subitum raptae pernix victoria late
Terruerat gentes.

Vide, quid sit temere & confidenter sententiam ferre. Omitto alios optimae Latinitatis scriptores, qui pari modo locuti sunt. Sic & *in subitum* habes libro VII. vers. 527.

Hinc Libys, hinc Paullus simul accendere sagaces
In subitum curas.

N. HEINSIUS. Eodem modo *per longum* infra vers. 785.

Per longum sterili ad pastus jactata profundo.

per tacitum lib. X. vers. 354.

At ubi per tacitum allapsus tentoria prima
Barcaei petiit juvenis.

lib. XII. vers. 553.

Interdum tamen erumpunt sub casside fusae
Per tacitum lacrimae.

Virgil. IX. Aeneid. vers. 30.

Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges.

per occultum Claudian. Consul. Mall. Theod. vers. 124.

Illa per occultum Ligurum se moenibus infert.

subitum, omissa praepositione, dixit Silius infra vers. 462.

Idem cum subitum campo perstrinxerat aures
Murmur triste tubae.

Si intempestiva mutandi prurigine laborarem, facile foret hic *Per sudum* conjicere: illud enim tonitruum genus plerumque faustum ac prosperum habebatur. Vide German. ad Maron. IX. Aen. vers. 630. & Torrent. ad Horat. lib. I. od. XXXIV. vers. 7. Sed vulgata scriptura proba est, nec emendatione indiget.

v. 149. *Certatim comites rerum bellique ministri Agglomerant sese*] *ministros* è scriptis. pro *comites rerum* praestiterit, ni fallor, *comites operum*, ut apud Nason. Metam. III.

Hos operum comites habuit Sidonius hospes.

quamquam *res* pro operibus sumi possunt. N. HEINSIUS. *comites rerum* non opus est, ut mutemus in *comites operum. res* enim saepissime bellum notat, unde *res gerere* est bellum administrare, quod apud Livium aliosque scriptores frequens est. Livius lib. VII. cap. VII. *Ductu C. Sulpicii legati res per occasionem gesta egregie est.* Vide Muret. IX. Var. Lect. cap. VII. Paullo ante *ac iret*, pro *atque iret*, in contextum recepit Illustrissimus Heinsius ex Coloniensi codice, cujus in notis nihil monuit.

v. 151. *Laudumque loco est isdem esse sub armis*] Interpres malit *isse*. N. HEINSIUS. Sic supra lib. IV. vers. 63.

——— *qua ponere gressum*
Amphitryoniadae fuerit labor, isse sub armis
Poenorum turmas.

quem locum jam Dausquejus laudarat. Lucan. lib. IX. vers. 21.

Oderat & Magnum, quamvis comes isset in arma.

ubi male codices Grotio inspecti *esset*. Pari errore saepe lapsi sunt librarii. Vide Passerat. ad Propert. lib. III. eleg. ult. pag. 546. Barth. ad Statii I. Theb. vers. 474. N. Heinsium ad Nason. Remed. amor. vers. 541. ad II. Metam. vers. 78. ad Tibulli lib. IV. carm. II. vers. 9. & ad Silii lib. XVI. vers. 492.

v. 154. *Corus Isthmon curvata sublime suberigit unda*] *superrigat* opinor. sic *superspargere* apud Catonem

Iönium Aegaeo miscet mare. celsus in arma
Emicat, ac prima stans Scipio puppe profatur:
Dive tridentipotens, cujus maria ire per alta
Ordimur, si justa paro, decurrere classi
Da, pater, ac nostros ne sperne juvare labores.
Per pontum pia bella veho. levis inde secunda
Aspirans aura propellit carbasa flatus:
Jamque agiles, Tyrrhena sonant qua caerula, puppes
Ausonium evasere latus, Ligurumque citatis
Litora tramittunt proris. hinc gurgite ab alto
Tellurem procul irrumpentem in sidera cernunt,
Aërias Alpes. occurrunt moenia Grajis
Condita, Massiliae. populis haec cincta superbis,
Barbarus immani cum territet accola ritu,
Antiquae morem patriae cultumque habitumque
Phocaïs armiferas inter tenet hospita gentes.

Phocaïs

tonem de re rustica, & apud Tacitum I. Annal. cap. LXXIX. *superstagnare.* libro I. vers. 472. habuimus locum similem,

Curvata pavidas tramittit Cycladas unda.

N. HEINSIUS.

v. 159. *Dive tridente potens*] Scribo dictione composita *Dive tridentipotens.* MODIUS Novant. Lection. Epist. cxv. In scripto est *tridentipotens.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *tridentipotens* ex scriptis cum Modio & Barthio; sic *armipotens*, *bellipotens*, *arcipotens*, *ignipotens* & similia. N. HEINSIUS.

v. 162. *Per pontum pia bella veho*] Ideo *pia bella*, quod Scipio se ducem obtulerit, ut patrem ac patruum, fraude Punica in Hispania interemptos, ulcisceretur. *pietas* enim officium est, quod patriae, parentibus, ac cognatis debemus. Vide Manut. ad Cicer. I. ad famil. epist. I. vel ideo *pia bella*, quia Romani hoc bellum susceperant, ut injuriam, quam Karthaginienses injuste Saguntinis sociis intulerant, vindicarent. Livius lib. VIII. cap. VI. *Bene habet. Dii, pium movete bellum.* lib. XXXIX. cap. XXXVI. *Cum vos procul essetis, quo alio, nisi ad nos socios vestros, confugerent? Pro vobis igitur justum piumque bellum suscepimus.* Sed clarissime ita Scipio hoc bellum Punicum *pium* vocat ibidem lib. XXX. cap. XXXI. *Neque patres nostri priores de Sicilia, neque nos de Hispania fecimus bellum. & tunc Mamertinorum sociorum periculum, & nunc Sagunti excidium nobis pia ac justa induerunt arma.* Contra Karthaginienses *improbum bellum* gessisse dicuntur supra lib. XI. vers. 562.

Nunc pacem orandum, nunc improba, foedere rupto,
Arma reponendum, & bellum exitiale cavendum.

etiam *pejerans bellum.* vide supra ad lib. I. vers. 9. *pium bellum* etiam Romani vocabant rite indictum. Varro II. de vita Pop. Rom. apud Nonium voc. *Fetiales. Quod bellum nullum, nisi pium, putabant geri oportere, prius indicerent bellum iis, a quibus injurias factas sciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos oratores vocabant.*

v. 168. *Occurrunt moenia Grajo, Condita Massiliae*] Lego & interpungo, *occurrunt moenia Grajis Condita, Massiliae.* MODIUS Novant. Lection. epist. cxv. Bene *Grajo* Interpres; & ita diserte membranae. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *Grajis* cum Coloniensi & Modio; etsi Barthius & Interpres vulgatum tuentur. minimum refert. Coloniensi accedit Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 169. *Populis accincta superbis* &c.] Lego,

——— populis HAEC CINCTA superbis,
Barbarus immani CUM TERRITET accola ritu,
Antiquae morem patriae CULTUMQUE habitumque
Phocaïs ARMIFERAS inter tenet hospita gentes.

MODIUS Novant. Lection. epist. cxv. *haec cincta*, pro *accincta*, Colonius cum Parmensi editione; & *cum territet* idem Colonius, pro *quae territat.* Postrema etiam a Puteaneo confirmantur. Parmensis, *nunc territas*; Oxonius *tunc & territet*, & paullo ante *hunc cincta.* N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps cum Mediolanensi editione *haec cincta*; Puteaneus proxime verum *haec cuncta.* Silii manum primus corrupit Marsus, qui *excincta* edidit, eumque secuti sunt Martinus Herbipolensis, Junta, Aldus, & Gryphius: neque aliter hunc locum laudavit Acidal. ad Tacit. XII. Annal. cap. XXXI. Wolfius vero in Basileensi, Colinaeus, & Nutius *accincta* dederunt: quare videat Dausquejus, quam verum sit, quod scribat, libris hactenus *accincta* haesisse. mox Mediolanensis & Romana princeps editio *nunc territat*, Marsi editiones *cum territat.*

v. 172. *Armisonas inter gentes*] *armiferas inter gentes* scripti. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. IV. vers. 74.

v. 177.

Hinc legit Ausonius sinuatos gurgite ductor
Anfractus pelagi. nemoroso vertice celsus
Apparet collis, fugiuntque in nubila silvae
Pyrenes: tunc Emporiae, veteresque per ortus
Grajorum vulgus, tunc hospita Tarraco Baccho.
Considunt portu. securae gurgite clauso
Stant puppes: positusque labor terrorque profundi.
Nox similes morti dederat placidissima somnos:
Visa viro stare effigies ante ora parentis,
Atque hac aspectu turbatum voce monere:
Nate, salus quondam genitoris, nate, parentis
Et post fata decus, bellorum dira creatrix
Evastanda tibi tellus, & caede superbi
Ductores Libyae cauta virtute domandi,
Qui sua nunc trinis diducunt agmina castris.
Si conferre manum libeat, coëantque vocatae

Hinc

v. 177. *Tunc hospite Tarraco Baccho*] Post hunc versum nonnulla videntur excidisse. sed & *hospita* cum Gryphio legendum. N. HEINSIUS. *hospita* omnes praeter Dausquejanam editiones, in qua operae chalcographicae perperam *hospite* dederunt. Non video vero caussam, cur Illustrissimus Heinsius post haec quaedam in Silio desiderari suspicetur. eodem enim modo & Livius Scipionis iter describit lib. XXVI. cap. XIX. *Ita cum triginta navium classe ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris Alpes atque Gallicum sinum, & deinde Pyrenes circumvectus promontorium, Emporiis urbe Graeca copias exposuit: inde, sequi navibus jussis, Tarraconem pedibus profectus, conventum omnium sociorum habuit: naves ibi subduci jussit.*

v. 178. *Et securae gurgite clauso*] Tolle copulam & ex auctoritate veterum scriptorum & Parmensis editi. N. HEINSIUS. Eandem voculam omnes ante Juntinam editiones ignorant.

v. 182. *Aspectu turbatum*] *aspectus turbatum* opinor. libro superiori habuimus,

Nec turbatum animi tanta feriente ruina.

N. HEINSIUS. Nihil muto sine Mstis. Pariter enim loquitur supra lib. II. vers. 529.

Atque ira turbata gradum ciet ostius atram
Tisiphonen.

vers. 642.

Dumque malis turbata parens deceptaque visis.

ubi *mali* malebat vir Illustrissimus. lib. V. vers. 344.

Advolat interea fraterni vulneris ira
Turbatus Libyae ductor.

v. 186. *Cauta virtute domandi*] *tanta virtute* Puteaneus. nil muto. N. HEINSIUS. Vulgatum recte tuetur vir Illustrissimus. Innuit enim, Karthaginienses non virtute tantum, sed artibus etiam & dolo superandos esse: quare Scipionem monet, ut videat, ne dispersas copias in unum cogant, sed ut potius singulos adoriatur. *tantus* & *cautus* alibi etiam commutantur. vide supra ad lib. X. vers. 234.

v. 187. *Trinis deducunt agmina castris*] *diducunt agmina* scribo, pro *deducunt*, vel contra stantibus membranis. N. HEINSIUS. Nempe, *in hiberna diversi concesserant: Hasdrubal Gisgonis usque ad Oceanum & Gades: Mago in mediterranea maxime supra Castulonensem saltum: Hasdrubal, Hamilcaris filius, proxime Hibero circa Saguntum hibernavit*, teste Livio lib. XXVI. cap. XX. unde patet, optime Illustrissimum Heinsium *diducunt* emendasse, quam conjecturam in contextum recepi: ea autem voce conjunctarum olim copiarum divisio & distractio indicatur. Ita Livius lib. XXVI. cap. XLI. eadem hac in re, *Diduxerunt exercitus, quae patri patruoque meo caussa exitii fuit.* Ita autem saepe turbarunt librarii. Vide Pierium ad Maron. V. Aeneid. vers. 580. & 720. Graevium ad Justini lib. XV. cap. IV. N. Heinsium ad Val. Flacci lib. I. vers. 275. ad Silii lib. IX. vers. 644. & lib. XIV. vers. 401. Pariter peccatur apud Lucan. lib. II. vers 294.

Deductique fretis alio sub sidere reges.

ubi rectius in decem Mstis, quae Heinsius consuluit, & aliis aliorum libris *Diducti* legitur, id est, quos mare orbe Romano dividit.

v. 188. *Si conferre manu libeat, coëantque vocatae Hinc atque hinc acies*] *conferre manum* Coloniensis cum Parmensi edito & scripto Oxonio. scribo, *Si conferre manum liceat.* ita & *conferre gradum* veteres dicebant. & mox *coëantque coactae acies*, in unum coactae. Sic & *cogere militem* dicebant. apud Maronem, *Tityre coge pecus.* *conferre manus* Interpres. N. HEINSIUS. *Si conferre manum* etiam editio Romana princeps, Mediolanensis, & Veneta Marsi prior: at in posteriori operarum errore *manu* editum est. Sic supra lib. VII. vers. 599.

——— *fisumque manus conferre Mahalcen.*

conferre gradum dixit Silius lib. XII. vers. 381. *longumque coire videtur, Et conferre gradum.* Livius lib.

Hinc atque hinc acies, valeat quis ferre ruentes
Ter gemina cum mole viros? absiste labore
Ancipiti, sed nec segnis potiora capesse.
Urbs colitur, Teucro quondam fundata vetusto,
Nomine Karthago. Tyrius tenet incola muros.
Ut Libyae sua, sic terris memorabile Hiberis
Haec caput est. non ulla opibus certaverit auri,
Non portu, celsove situ, non dotibus arvi
Uberis, aut agili fabricanda ad tela vigore.
Invade aversis, nate, hanc ductoribus urbem.
Nulla acies famae tantum praedaeve pararit.
Talia monstrabat genitor, propiusque monebat;
Cum juvenem sopor & dilapsa reliquit imago.
Surgit, & infernis habitantia numina lucis
Ac supplex patrios compellat nomine manes.
Este duces bello, & monstratam ducite ad urbem:
Vobis ultor ego, &, Sarrano murice fulgens,
Inferias mittam fusis insignis Hiberis,
Et tumulis addam sacros certamine ludos.
Progreditur, celeratque vias, & corripit agmen

Pernici

lib. VII. cap. XXXIII. *Cum quo forte contulit gradum, obtruncat. liceat* etiam, pro *libeat*, malebat Illustrissimus Heinsius. Saepe ita peccatum in libris scriptis. vide, quae notavit idem Heinsius ad Silii lib. V. vers. 646. ad Nason. epist. XV. Heroid. vers. 134. ad VI. Fast. vers. 325. & alibi non raro. Hic tamen nihil muto. *Si libeat*, id est, si velis, si tibi sedeat, si constitutum habeas proelium committere.

v. 190. *Absiste labori Ancipiti*] *labore* ex Puteaneo & Oxonio. Supra, *Si bello absistis.* N. HEINSIUS. Supra lib. II. vers. 371.

Uranturque rates, ac toto absistite ponto.

lib. VI. vers. 342. *Haud umquam absistam gemitu.* lib. XVI. vers. 224. *vanique absistere coepti Spe jubet.* ita *desistere* in nonnullis scriptis apud Maron. X. Aen. vers. 441.

Ut vidit socios; tempus desistere pugna.

ubi tamen melius alii libri *desistere pugnae* secundo casu more Graecorum, de quo supra vide ad lib. X. vers. 84.

v. 193. *Nomen Karthago*] *Nomine* rectius in Coloniensi. N. HEINSIUS. Ita passim loquuntur antiqui. Livius lib. XXI. cap. XXXI. *Major & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre* &c. *pellebatur.* Cicero pro Milone cap. XVII. *Dixit C. Cassinius, cognomento Schola, Interamnas.* Ovid. I. amor. eleg. VIII. vers. 2. *est quaedam, nomine Dipsas, anus.*

v. 195. *Non ulla opibus certaverit auri*] Puto *urbi.* similis error lib. XVI. vers. 659. posses & *aut vi.* Male Dausquejus *illa.* N. HEINSIUS. Dausquejus alibi urbes exstitisse putat, quae partim ditiores aurifodinas, partim commodiorem portum, partim agrum uberiorem habuerunt: hinc, pro *ulla*, apud Silium *illa* reponendum censet, eamque vocem ad veterem in Africa Karthaginem refert, quae nec opibus, nec portu, nec situ, nec uberis arvi dotibus novae Karthagini certare poterat. Sed nihil muto. τὸ *ulla* enim Silius videtur ad urbes Hispaniae retulisse, quarum nulla modo memoratis commodis Karthaginem novam superare potuit. Atque eo sensu fere Livius lib. XXVI. cap. XLII. *Karthaginem novam interim oppugnare statuit: urbem cum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam. ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniae obsides erant: sitam praeterea cum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantaevis classi, & nescio an unum in Hispaniae ora, qua nostro adjacet mari.* τὸ *auri* vero non ad aurifodinas, quae hic nullae erant, sed solum argentifodinae, ut ex Strabone Dausquejus docuit, sed ad divitias civium & incolarum referendum; ut adeo nec necessaria sit Heinsii, *urbi* vel *aut vi*, pro *auri*, legentis, emendatio.

v. 208. *Progreditur*] *Praegreditur* in Coloniensi. N. HEINSIUS. Saepe ita variant libri scripti. Vide infra ad lib. XVII. vers. 56.

v. 211. *Ante suos it victor equus, curritque per auras Non solum ante alios* &c.] Transpositi sunt hi versus, & auctoritate codicis Anglicani ita deinceps legendi,

Non solum ante alios, sed enim (mirabile dictu!)
Ante suos it victor equus, curritque per auras.

Sane mirabile istud, & non nisi Poëticis auribus percipien-

Pernici rapidum cursu, camposque fatigat.
Sic, ubi prosiluit Pisaeo carcere praeceps,
Non solum ante alios, sed enim (mirabile dictu!)
Ante suos it victor equus; currumque per auras
Haud ulli durant visus aequare volantem.
Jamque Hyperionia lux septima lampade surgens
Sensim attollebat propius subeuntibus arces
Urbis, & admoto crescebant culmina gressu.
Ac pelago vectus servata Laelius hora,
Quam dederat ductor subigendae ad moenia classi,
A tergo affusis cingebat tecta carinis.
Karthago, impenso naturae adjuta favore,
Excelsos tollit pelago circumflua muros.
Artatas ponti fauces modica insula claudit,
Qua Titan ortu terras aspergit Eoo.
At qua prospectat Phoebi juga sera cadentis,
Pigram in planiciem stagnantes egerit undas,
Quas auget veniens refluusque reciprocat aestus.
Sed gelidas a fronte sedet sublimis ad Arctos
Urbs imposta jugo, pronumque excurrit in aequor,
Et tuta aeterno defendit moenia fluctu.

Audax,

percipiendum, in quarum potestate sunt talia, non arbitrio vulgari. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Hic versus, *Ante suos it*, collocandus post illum, *Non solum ante alios*, & *currumque*, pro *curritque*, scribendum. Omnia jam expedita & perquam elegantia sunt, quae antea mirum in modum erant perplexa. Ne dubitare possis, auctorem correctionis habeo vetustum Puteanorum fratrum codicem. Intelligendum autem de certamine quadrigarum. Deprehendit etiam versus esse transpositos Barthius, quod ex codice Oxonio erat edoctus. sed mendum in verbo *currit* illi non est detectum, quod tamen & Parmensis editio est amolita, & ipse codex Oxonius, in quo liquido exaratum apparet *currumque*. N. HEINSIUS. Etiam Romana princeps, Mediolanensis, Marsi Venetae & aliae editiones priscae, licet versuum transpositionem non agnoscant, tamen constanter *currumque*, pro *curruque*, legunt: quod primum a Wolfio in Basileensi mutatum est.

v. 215. *Sensim attollebat propius subeuntibus arces*] Quae nempe, quo propius urbem accedebant, eo majores videbantur, unde & *admoto gressu culmina crescere* dicit vers. sequenti. contra eo minor res videbatur, quo quis longius decedebat. Claud. I. de Rapt. Pros. vers. 190.

Totaque decrescit refugo Trinacria vultu.

Eodem modo terra *recedere* dicitur, a qua quis recedit. vide supra ad lib. III. vers. 157.

v. 217. *Ac pelago vectus*] Malim *advectus*, vel *invectus*. *invectum pelagus terris* ex scriptis lib. III. vers. 47. Infra tamen vers. 296. habes *aequore vectus*. N. HEINSIUS. In editione Romana principe emendatum erat manu docta *At pelago*. Sed male.

v. 218. *Subigendae ad moenia classi*] Hoc est, agendae ad moenia classi. Sic *lembum remigiis subigere*, & *ratem conto subigere* apud Maronem. Videatur exactissimus Gronovius ad Livium libro XXVI. cap. VII. at in Puteaneo *subigentem*. possis *subeunda ad moenia*. confirmat Livius lib. XXVI. cap. XLII. *Nemo omnium, quo iretur, sciebat, praeter C. Laelium. Is classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, ut eodem tempore exercitus ostenderetur, & classis portum intraret.* paullo post ibidem habes *subire ad moenia* in hac narratione, *Seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret.* Sed vulgatam in Silio scripturam loco non movemus. Adi notas libro XVII. vers. 646. N. HEINSIUS. Recte tandem Illustrissimus Heinsius vulgatam lectionem non mutat, proxime enim ante praecessit, *propius subeuntibus arces. subigendae ad moenia classi*, ut lib. XIII. vers. 610.

Ast alius subigit saxum contra ardua montis.

v. 220. *Karthago, impenso naturae adjuta favore*] *impensus* est ingens, magnus, eximius. Vide Manut. ad Cicer. XIII. ad famil. epist. LXIV. Popm. ad Cicer. XIV. ad Attic. epist. XIII. & Gifan. in indice Lucret. hac voce.

v. 229. *Et tuta aeterno defendit moenia fluctu*] Lege *alterno fluctu*, id est, aestu. vide vers. 226. & 237. Pro-

pert.

Audax, ceu plano gradiens victricia campo
Ferret signa, jugum certabat scandere miles.
Aris ductor erat. qui contra, amplexus in artis
Auxilium atque excelsa loci, praesepserat arcem.
Pugnabat natura soli: parvoque superne
Bellantum nisu passim per prona voluti
Truncato instabiles fundebant corpore vitam.
Verum ubi concessit pelagi revolubilis unda,
Et fluctus rapido fugiebat in aequora lapsu,
Quaque modo excelsae sulcarant caerula puppes,
Hac impune dabat Nereus transcurrere planta:
. Hinc tacite nitens informidatus adire

Ductor

pert. lib. II. eleg. XII.

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda.

id est, in aestu. N. HEINSIUS. Supra lib. III. vers. 392.

Et celebre Oceano atque alternis aestibus Hispal.

Claudian. III. Conf. Honor. vers. 58.

Tethyos alternae refluas calcavit harenas.

Passim vero librarii voces *aeternus* & *alternus* confundere soliti fuerunt. apud Lucan. lib. VI. vers. 797. pro *Aeternis Chalybum nodis*, male quidam codices *Alternis nodis* legunt. eodem modo librarios etiam supra lapsos esse censet vir Illustrissimus lib. XIII. vers. 611. Nihil tamen hoc loco mutandum puto. Silius enim nunc illud Karthaginis latus describit, quod mari obversum numquam pedibus adiri potest, sed aeterno fluctu tutum est.

v. 232. *Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis Auxilium excelsamque loci praecinxerat arcem*] Nihili scriptura, & quae ita demum in integrum restitui posse videtur, si mutetur in hanc,

Arris ductor erat, qui contra, amplexus in arctis
Auxilium atque excelsa loci, praesepserat arcem.

MODIUS Novant. Lection. Epist. CXV. Manuscripta lectio sic habet,

Aris ductor erat, qui contra amplexus in arctis
Auxiliumque excelsa loci processerat artem.

Arris infra nominatur, qui nomine hic non intellecto similibus literis tenebras librariis mirificas offudit. Scribe,

Arris ductor erat, qui contra amplexus in arctis
Auxilium, qua excelsa loci, protexerat arcem.

arcem non tegebat, qua urbem spectabat, sed qua editior pelagus, cujus aestu recedente Scipio muros scandit. BARTHIUS lib. IX. Adversi. cap. XVII. *Aris* Coloniensis, etiam infra: nec aliter editio Parmensis. Sic Priscianus lib. VI. notat, *Arin* & *Aris* proprium nomen esse, ut *Delphin* & *Delphis*. Cicero pro Scauro, *Aris clam ex Sardinia est profugere conatus.* & *Arinis uxorem pellicatus dolo concitatam.* Sed Livius solius meminit Magonis, qui praefectus urbi fuerit: nec discedit in contraria Polybius lib. IX. qui eundem in arce civitatis captum fuisse innuunt. neuter horum, quod sciam, *Aris* meminerunt. Livius tamen *Armen* a Valerio Antiate prodi Punico praesidio praefuisse deditumque Romanis testatur, ut *Arnes* videatur pro *Arri* substituendus. pro sequentibus,

Auxilium excelsamque loci praecinxerat arcem,

libri veteres exhibent,

Auxilium, atque excelsa loci praesepserat arcem.

quod Modio jam est probatum. in Oxonio,

Auxiliumque excelsa loci praecesserat artem.

unde Barthius,

——— *qui amplexus in arctis*
Auxilium qua excelsa loci, protexerat arcem.

male. nos veram lectionem exhibemus. Parmensis editio,

Auxiliumque excelsa loci protexerat arcem.

praesepire, ut *circumsepire*, *intersepire*, *obsepire*, *dissepire*, aliaque, de quibus egi ad Nasonem Metam. I. vers. 69. infra hoc ipso libro eandem Karthaginem *sublimi vallatam vertice montis urbem* appellat. Posses etiam,

Auxilium, atque excelsa loci praesepserat arte.

N. HEINSIUS. *Aris* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Deinde Putean. codex,

Auxiliumque excelsa loci praecesserat arcem.

atque ita omnes priscae editiones, nisi quod *protexerat*, vel *praecinxerat*, pro *praecesserat*, habeant. Dausquej. conjicit,

——— *qui cuncta amplexus in arctis*
Auxilia, excelsam socius praecinxerat arcem.

Vir Celeberrimus Petrus Burmannus existimat scribendum,

——— *qui contra, amplexus inertis*
Auxilium, qua excelsa, loci praesepserat arcem.

ut *inertis auxilium* vocet perfugium in arcem: in aequo enim ante muros manum conferere non audebat. vel legit,

——— *qui, ponti amplexus in artis*
Auxilium, qua excelsa, loci praesepserat arcem.

ponti auxilium amplectebatur Aris, urbemque incustoditam fere relinquebat ab illa parte, qua marinis undis tuta erat: eam solum partem muniebat, qua adiri poterat. haud multum utraque conjectura a libris scriptis recedit, quarum alterutram

Ductor Dardanius, subitam trahit aequore pubem,
Perque undas muris pedes advolat. Inde citati
A tergo accelerant, qua fisus fluctibus Aris
Incustoditam sine milite liquerat urbem.
Tum prostratus humi (miserandum) victa catenis
Poenus colla dedit, populumque addixit inermem.
Hanc oriens vidit Titan, cum surgeret, urbem
Vallari castris, captamque aspexit eandem
Ocius, Hesperio quam gurgite tingueret axem.
Aurora ingrediens terris exegerat umbras:
Principio statuunt aras. cadit ardua taurus
Victima Neptuno pariter, pariterque Tonanti.

Tum

terutram veram puto. *praesepire* autem est etiam apud Festum voce *Plutei. Nunc etiam tabulae, quibus quid praesepitur, eodem nomine dicuntur.* Lectionem, quae nunc vulgo recepta est, primum in Basileensi editione inveni.

v. 239. *Quaque modo excelsae* &c.] Confer cum his Nason. III. Trist. eleg. x. vers. 31.

Quaque rates ierant, pedibus nunc itur.

& IV. ex ponto epist. x. vers. 33.

Ut, qua remus iter pulsis modo fecerat undis,
Siccus contemta nave viator eat.

& Senec. Herc. Fur. vers. 538.

Et qua plena rates carbasa tenderant,
Intonsis teritur semita Sarmatis.

v. 240. *Transcurrere planta*] *plantae* maluerim. *Hic*, pro *Hac*, Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 241. *Hinc tacite nectens informidatus adire*] *taciti neclens* in Puteaneo & Oxonio. Scribendum, *Hinc tacite enitens. Hac tacite nitens* Interpres. N. HEINSIUS.

v. 244. *Qua visis fluctibus Arris*] Aut falsus ego, aut vera membranarum lectio haec *fisus fluctibus.* MODIUS Novant. Lect. epist. cxv. Supra lib. XII. vers. 435.

——— *sed enim arce corusca*
Fisa loco manus Ausoniae stipata sedebat.

Dausquejus, ne non semper Modio quo jure quave injuria adversetur, hic *visis fluctibus* probat, eamque rectam & ordinariam lectionem vocat. Sed omnes editiones, quas adhibui, quarumque auctoritatem Dausquejus semper Mstis praeponit, illud *visis* ignorant, & constanter *fisus* legunt, nisi quod paucae quaedam operarum errore *fixus* habeant.

v. 246. *Vincla catenis Poenus colla dedit*] Aut falsus ego, aut vera membranarum lectio *victa catenis Poenus colla dedit.* MODIUS Novant. Lect. epist. cxv. *victa* scripti. N. HEINSIUS. Optime scripti *victa colla.* non enim Poenus dedit *vincta colla*, sed *victa*, ut nempe catenis vincirentur. Frequenter ita olim peccatum. vide supra ad lib. VI. vers. 348.

v. 247. *Populumque addixit inermem*] Id est, in servitutem tradidit. Locutio desumta est a debitoribus in jure veteri, qui, si solvendo non erant, creditoribus dedebantur, ut serviendo nomina expungerent, & proprie *addicti* dicebantur. Livius lib. VII. cap. XXXIV. *Fama & corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant.* Quinctil. Declam. III. pag. 48. *Cum ex domo foeneratoris addictus lacero verberibus tergo prorupisset in publicum.* Hinc *addicere* pro in servitutem tradere frequenter ponitur. Ovid. I. Metam. vers. 617.

Quid faciat? crudele suos addicere amores:
Non dare suspectum.

Propert. lib. III. eleg. IX. vers. 2.

Et trahit addictum sub sua juga virum.

ubi vide Passerat. pag. 466. Quinctil. Declam. XI. pag. 194. *Prodidit vos Imperator vester, addixit; & nunc ille liberos habet?* Saepius Prudent. ut in Hamartig. vers. 192.

——— *natura soli pelagique polique*
Ut famulans homini locupletem fundere partum
Nosset, & effigiem terreno addicere regi.

vers. 334.

Non capit ut puerum, & inepto addicit amori.

vers. 429.

Mox faciles ad vincla rapi, juga dura volentes
Addictis subeunt cervicibus.

vers. 436.

Nec se barbaricis addictum sentit habenis.

Horat. epod. XVII. vers. 11.

Luxere matres Iliae addictum ferit
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.

Vide Celeberrimum Graevium ad Cic. orat. pro Quinct. cap. XVIII.

v. 248. *Hanc oriens vidit Titan* &c.] Senec. Thyeste vers. 612.

Omne sub regno graviore regnum est:
Quem dies vidit veniens superbum,
Hunc dies vidit fugiens jacentem.

v. 252. *Cadit ardua taurus Victima Neptuno*] Neptuno praecipue Scipio sacrificat, ut militibus suis persuadeat, ejus maxime opera factum, ut palus, invia olim, insolitis aestibus pervia fuerit, idque se numen itineris ducem secutum esse, qualia ja-

ctat

Tum merita aequantur donis, ac praemia virtus
Sanguine parta capit. phaleris hic pectora fulget;
Hic torque aurato circumdat bellica colla;
Ille nitet celsus muralis honore coronae.
Laelius ante omnes, cui dextera clara domusque,
Ter dena bove & aequorei certaminis alto
Donatur titulo, Poenique recentibus armis
Rectoris. tunc hasta viris, tunc Martia cuique
Vexilla, ut meritum, & praedae libamina dantur.
Postquam perfectae laudes hominumque Deûmque,
Captivae spectantur opes, digestaque praeda.
Hoc aurum Patribus, bello haec Martique talenta,

Hoc

ctat apud Livium lib. XXVI. cap. XLV. *Hoc, cura ac ratione compertum, in prodigium ac Deos vertens Scipio, qui ad transitum Romanis mare verterent, & stagno auferrent, viasque ante numquam initas humano vestigio aperirent: Neptunum jubebat ducem itineris sequi, ac medio stagno evadere ad moenia.*

v. 255. *Phaleris hic pectora fulget*] Phalerae plerumque equiti dono dabantur. Vide Lips. v. de Milit. Rom. dial. XVII. Plura etiam collegit Cerda ad Maron. VII. Aen. vers. 278. & IX. Aen. vers. 359. ubi permultis astruere conatur, phaleras non ipsorum equitum, sed equorum ornamenta fuisse. Verum cum ex hoc loco contrarium colligi videret, Silio omnem fidem abrogat, quod non esset princeps classicus in Latio, fingitque, poëtam, cum vidisset in scriptoribus datas phaleras militibus, illico putasse κατ' εὐήθειαν illas gestandas esse ab hominibus in pectore. Sed verosimile non est, Silium, qui & ipse ad honorem Consulatus pervenit, & filium Consulem vidit, adeo morum patriae ignarum fuisse, ut, in quem usum phalerae dabantur, nescíverit: praesertim quum mos phaleras donandi etiam diu adhuc post Silium obtinuerit, ut ex historicis & lapidibus literatis clarissime constat. Rectius itaque viros doctos statuisse censeo, qui phaleras non equorum tantum, sed & equitum ornamenta fecerunt. Vide Marcell. Donat. ad Suet. Neron. cap. XXX. Porro Paschal. de Coron. lib. VII. cap. II. hunc locum ita laudat, *phaleris hic pectora fulgent*; pro quo scribendum conjicit, *phaleris hunc pectora fulgent*. Sed nihil muto. Vulgatum *phaleris hic pectora fulget* genuinum judico.

v. 256. *Hic torque aurato circumdat bellica colla*] Torques olim proprium Gallorum gestamen fuit. Vide Cerdam ad Maron. VIII. Aeneid. vers. 660. Postquam vero T. Manlius Gallo, qui Romanorum fortissimum provocaverat, interfecto torquem detraxit, & celebre sibi Torquati nomen peperit, torques inter dona militaria recepti fuisse videntur. Vide plura apud Lips. v. de Milit. Rom. Dial. XVII.

v. 257. *Muralis honore coronae*] Hanc post longum certamen adepti sunt Q. Trebellius & Sex. Digitius, teste Liv. lib. XXVI. cap. XLVIII. De ea corona vide Paschal. VII. de Coron. cap. III.

v. 259. *Ter deno bove*] Antiquorum more, quorum census in bubus erat & pecudibus, unde ex bobus & praemia proponi, & mulctae irrogari solitae: & notat Festus, ovibus duabus multari antiquos solitos in minoribus criminibus, in majoribus autem bubus. unde postea facta aestimatio est pecoralis & armentalis mulctae, & boves centenis assibus, oves denis aestimabantur. sic non dubito, quin numeret Homerus [Il. ζ. vers. 236.] per ἐννεάβοιον & δεκάβοιον, aestimatione ad boves facta: unde & eidem poëtae, antiquitatis studiosissimo, ἀλφεσίβοιαι dicuntur virgines, quae multam dotem conferre in nuptias possunt. Sed & bobus emere inter alia solebant, ut apparet quoque ex venditione JCtorum nostrorum, quam *permutatis rebus* nominant ex patre antiquarum elegantiarum Homero, qui Graecos suos inter alia αὐτῇσι βόεσσι emisse docet [Iliad. H. vers. 467.]

Νῆες δ' ἐκ Λήμνοιο παρέσταν οἶνον ἄγουσαι·
Ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσι.

Ubi legendum est αὐτῇσι tamen: quod neque observavit elegantissima illa majoribus characteribus edita Henrici Stephani editio, nec quae cum brevis interpretis glossis Basileae prodiit, cum tamen interpres ipse non ignoraverit. Solebant enim antiqui pecudum & armentorum nomina internumerandum feminine efferre. Homeri interpres, Ὁπόταν δὲ περὶ πλήθους θρεμμάτων διαλέγονται οἱ ποιηταί, κατὰ τὸ θηλυκὸν προφέρονται. ex quo tamen imperiti librarii nondum viderant, excudendum esse αὐτῇσι apud Homerum. id ipsum Ionibus adscribit Eustathius, qui αἱ ὄνοι, αἱ ἵπποι, αἱ κάμηλοι & similia dicunt; ut manifestum sit, αὐτῇσι legisse non Eustathium solum, sed & ita revera legendum esse. Ex qua observatione manifestum est, quod observat Pollux [lib. IX. sect. 74.] Τὰς βοῦς περὶ τοὺς ῥινοὺς ἐντεῦθεν φανερῶς ἐστὶ τὸ ζῷον, ἀλλ' οὐ τὸ νόμισμα, ut bene intellexerunt JCti. In quo Pollucis loco cum τὰς βοῦς manifeste legitur, tamen αὐτοῖσι βόεσσι quoque, ut in libris JCtorum est, excusum legitur.

Ita





Hoc regum donis, Divûm hoc ante omnia templis:
Cetera bellantum dextrae pulchroque labori.
Quin etiam accitus populi regnator Hiberi,
Cui sponsa & sponsae defixus in ossibus ardor;
Hanc notam formae concessit laetus ovansque
Indelibata gaudenti virgine donum.
Tum vacui curis vicino litore mensas
Instituunt, festoque agitant convivia ludo.
Laelius affatur: Macte, o venerande, pudici,
Ductor, macte animi. cedat tibi gloria lausque
Magnorum heroum, celebrataque carmine virtus.
Mille Mycenaeus qui traxit in aequora proras

Rector,

Ita antiqui & ante inventionem nummorum & post eam per *boves* numerabant. *Bos* enim & animal, &, qui aequivaleret animali, nummus, bovemque insculptum haberet. Sic & inter armenta & inter substantiam *boves* erant: sic δικάβοιον utebantur peculariter Delii, & in Draconis legibus delinquentes δικάβοιον pendere jubebantur. καὶ μὴν καὶ τοῖς Δράκοντος νόμοις ἐστὶν, ἀποτίνειν δεκάβοιον ait Pollux [lib. IX. sect. 61.] & apud Delios *bovem* valere idem, quod binae Drachmae Atticae, nam Delii primo usi *bove* putantur. Hesychius, Δεκάβοιον· ἀριθμὸς πόσος καὶ σταθμὸς ἐφ' ᾧ βοῦς. εἶναι δὲ Δηλιόνται βοῦν νόμισμα εἶναι φάσιν. quae bonus Phavorinus totidem pene verbis descripsit, qui profecto nimium lapsus est, dum non vidit legendum, εἶναι δὲ Δηλίοις τὸ βοῦν νόμισμα εἶναι φασιν. nam quid sit τὸ Δηλιόνται non ille nos, credo, docebit. Ita enim legendum docet & ipse Pollux [ibid.] qui de bove, ὅθεν εἶναι Δηλίων, inquit, ἀλλ' οὐκ Ἀθηναίων ἴδιον εἶναι τὸ νόμισμα νομίζουσιν. Ita vides, & quam misere ibi caecutiat Phavorinus, & quam vere emendatus ille Hesychii locus nobis sit: quae in gratiam eorum monemus maxime, qui Phavorini auctoritati nimium tribuere solent. D. HEINSIUS. *Ter dena bove* Coloniensis. N. HEINSIUS. *Ter dena bove* etiam Marsus edidit.

v. 260. *Poenique recentibus armis.*] Arma ducis hostilis militi bene merito honoris ergo concedi solita supra docui ad lib. XII. vers. 226.

v. 261. *Tunc hasta viris*] Quae proprie *pura* dicebatur, quod nempe ferrea cuspide munita non esset. vide quaedam apud Noris. in Cenot. Pisan. differt. II. cap. V. pag. 121. & Salmas. epist. LXXXIII.

v. 261. *Et Martia cuique Vexilla*] Lego *tunc Martia cuique.* MODIUS Novant. Lect. epist. CXV. Modius ex Coloniensi *tunc Martia cuique*, quomodo & Oxonius. In Puteaneo *tum Martia.* N. HEINSIUS. Vexilla saepissime inter dona militaria, tum apud historicos, tum in marmoribus antiquis, memorantur; & quidem praecipue vexilla pura: quae, auctore Casaubono ad Lampr. Alex. Sever. cap. XXXVII. erant ἀπόρφυρα, seu quae purpuram non admixtam habebant. Si Salmasium sequimur ad Vopisci Prob. cap. V. erant vexilla sine auro & argento. At secundum Dausquejum ad hunc locum erant unius coloris vexilla: cujus opinio probabilior videtur, quod bicoloria etiam memorentur apud Vopisc. in Aurel. cap. XIII. *Cape igitur tibi pro rebus gestis tuis &c. hastas puras decem, vexilla bicoloria quatuor.* nisi quis Salmasii sententiam praeferre mallet, qui ex vetusto marmore apud Gruter. pag. CDXXV. num. 5. memorat VEXILLVM. ARGENT. INSIGNE.

v. 262. *Vexilla, & meritum*] Elegantius longe erit, *ut meritum.* Pro navata, inquit poëta, strenue opera sua cuique praemia reddita sunt. quod arte adeo ab Imperatoribus Romanis servabatur, ut accusatos quosdam eo nomine legamus, quod ob leves caussas praemia militibus decrevissent. MODIUS Novant. Lect. epist. CXV. *ut meritum* in scriptis. & sic Modius. possis etiam *cuique emerito*, vel *ut meriti.* N. HEINSIUS.

v. 262. *Praedae libamina dantur*] Praedam etiam vel partem ejus haud raro Imperatores benemerito exercitui concedebant. Vide Robort. de commod. praem. & don. milit. & Illustrissimum Schelium Differt. IX. post Polyb. & Hygin. de castramet. quam *de Praeda* inscripsit.

v. 264. *Captivae spectantur opes*] Τὸ *spectantur* nonnihil est suspectum. forte *avectantur*, vel *vectantur.* Virgil. *Convectare juvat praedas.* N. HEINSIUS.

v. 267. *Bellantum dextris*] *dextrae* rectius scripti & editio Parmensis. N. HEINSIUS. Non aliter etiam editiones Romana princeps, Mediolan. Marti, & aliae omnes ante Juntinam, in qua Nicander primus veram lectionem corrupit.

v. 268. *Quin etiam accitus populi regnator Hiberi*] Memoria hujus facti servata creditur in clipeo quodam votivo, in Gallia circa Rhodanum invento, cujus delineationem ex ephemeridibus, quae *Les journals des Sçavans* vocantur, tom. IX. hic exprimendam curavi.

v. 270. *Hanc notam*] *Huic* malo; & sic Interpres N. HEINSIUS.

v. 274. *Laelius affatur*] *effatur* Colon. N. HEINSIUS.

v. 277. *Mille Mycenaeus qui traxit in aequore proras*

Rector, & Inachiis qui Thessala miscuit arma,
Femineo sociûm violarunt foedus amore.
Nullaque tum Phrygio steterant tentoria campo,
Captivis non plena toris: tibi barbara soli
Sanctius Iliaca servata est Phoebade virgo.
Haec, atque his paria, alterno sermone ferebant;
Donec nox, atro circumdata corpus amictu,
Nigrantes invexit equos, suasitque quietem.
Hemathio interea tellus Aetola tumultu
Fervebat, Macetûm subitis perculsa carinis.
Proximus hinc hosti dextras jungebat Acarnan.
Caussa novi motus, Poenis regique Philippo
In bellum Ausonium sociatae foedere vires.

Hic

ras Rector] *in aequora* Puteaneus cum Patmensi libro. rectius. mox *violarunt foedus*, non *violavit*, scripti. N. HEINSIUS. *in aequora* omnes priscae editiones ante Basileensem Wolfii. Deinde, pro *Mille Mycenaeus*, eaedem etiam *Mycenaeas*, quas Dausquejus secutus est. sed male: non enim mille Mycenaeae naves in classe Graecorum fuerunt, sed mille navium Graecarum classi praefuit Agamemnon Mycenarum rex, quem inde *Rectorem Mycenaeum* vocat. Mox, pro *violavit*, perperam Oxoniensis *vigilavit*.

v. 280. *Nullaque tum Phrygio* &c.] Ita Agamemnon amavit Astynomen Chrysae filiam, quae Homero aliisque notiori nomine Chryseis vocatur, Achilles Hippodamiam Brisis filiam, quam alii a patre Briseida appellant. vide Dict. Cretens. lib. II. cap. XVII. & XIX. Idem Achilles amavit Diomeden Phorbantis filiam, teste Homero Iliad. I. vers. 660. & Dict. Cretens. lib. II. cap. XVI. & XIX. Iphin virginem Patroclo concessit. Homer. d. loco vers. 662. Hecameden Arsinoi filiam, expugnata Tenedo, Graeci extra sortem Nestori dederunt. Homer. Iliad. Λ. vers. 623. Glaucen Cygni filiam Ajax Telamonius amavit. Dict. Cretens. lib. II. cap. XIII. Idem etiam Tecmessam filiam Teleutantis (Teuthrantis filia dicitur apud Dict. Cret. lib. II. cap. XVIII.) amavit. Schol. Homeri ad Iliad. A. vers. 138. ejusque Sophocles, Horatius, Naso & alii meminerunt. Laodice Cygni filia Ulyssi obtigit. Homeri Schol. ad d. locum. atque ita alii alias habuerunt, praesertim post captam Trojam, cum plurimi duces ex regio sanguine captivas feminas sortiti sunt.

v. 280. *Steterant tentoria*] Malim *steterunt*. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. V. vers. 264.

v. 282. *Sanctius Iliaca servata est Phoebade virgo*] *Iliaca Phoebas*, puto, Vestalis virgo quaevis dicitur, cum de Cassandra non possit, quae ab Ajace compressa est. Phoebadem vero vocat, quia oraculorum Sibyllinorum custodia penes virgines Vestales habebatur, ut alibi docemus. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Ego cum Dausquejo facio, qui *Phoebada* exponit Cassandram Priami filiam. nam ita saepe a poetis appellatur. Ovid. II. amor. eleg. VIII. vers. 12.

Serva Mycenaeo Phoebas amata duci.

Propert. lib. III. eleg. XI. vers. 61.

——— *neque Ilia quondam*
Verax Pergameis Phoebas habenda malis.

ubi vide, quae notavit cultissimus Broekhusius. Senec. Agam. vers. 710.

Silet repente Phoebas, & pallor genas,
Creberque totum possidet corpus tremor.

Sidonius Apollin. carm. V. vers. 195.

Nec sic intortum violatae Phoebados ultrix
In Danaos fulmen jecit.

& carm. XV. vers. 2.

Phoebados Iliacae raptum satis ulta pudorem.

Heroibus itaque Graecis, qui Trojam expugnarunt, Laelius hic Scipionem praefert, quod sanctius virginem barbaram servarit, quam illi Cassandram. Ajax enim Oilei capta Troja eam in templo Minervae vitiasse dicitur. vide Servium ad Maron. I. Aen. vers. 41. *Sanctius* autem hic est castius, ut apud Curtium lib. III. cap. XII. §. 21. *Virgines enim regias excellentis formae tam sancte habuit, quam si eodem, quo ipse, parente genitae forent.* & lib. IV. cap. X. §. 33. *Ille quaestioni corpus offerre, Deos testes invocare, caste sancteque habitam esse reginam.*

v. 283. *Alterno sermone requirunt*] In scripto libro vera lectio *alterno sermone ferebant*: nulla enim hoc loco quaestio memoratur. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *sermone serebant* scribendum; nam in scriptis constanter *ferebant*. Diximus de hoc loco & pluribus ad lib. VIII. vers. 266. N. HEINSIUS. Recte vir illustrissimus, pro *ferebant*, quod in libris scriptis invenit, *serebant* reponendum vidit. passim alibi supini librarii has voces permutarunt. vide supra ad lib. VIII. vers. 158. & Freinshemii indicem Curtianum in voce *Serere*.

v. 287. *Macedum*] *Macetûm* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Vide infra ad lib. XVII. vers. 638.

v. 288. *Proximus huic hosti*] *Proximus hinc hosti* Coloniensis,

Hic, gente egregius, veterisque ab origine regni
Aeacidum sceptris proavoque tumebat Achille.
Ille & nocturnis conterruit Oricon armis:
Quaque per Illyricum Taulantius incola litus
Exiguos habitat non ullo nomine muros,
Turbidus incessit telis. ille aequore vectus,
Nunc & Phaeacum Tesprotiaque arva lacessens,
Epirum cassis lustrabat futilis ausis.
Nunc & Anactoria signa ostentavit in ora,
Ambraciosque sinus Pellaeaque litora bello
Persudit rapido. pepulit vada fervida remis
Leucatae, & Phoebi vidit citus Actia templa.
Nec portus Ithacae, Laërtia regna, Samenque
Liquit inaccessam, fluctuque sonantia cano
Saxa Cephallenum, & scopulosis Neriton arvis.

Ille

Coloniensis, pro *huic. hosti*, Punico. N. HEINSIUS.

v. 292. *Aeacidum sceptris proavoque tumebat Achille*] Ita generis decus Sychaeo, Hasdrubalis filio, etiam animos addit supra lib. III. vers. 246.

—— Sychaeus
Hasdrubalis proles, cui vano corda tumore
Maternum implebat genus, & resonare superbo
Hannibal haud umquam cessabat avunculus ore.

Item Hieronymo Hieronis filio lib. XIV. vers. 94.

—— tam praecipiti materna furori
Pyrrhus origo dabat stimulos, proavique superbum
Aeacidae genus, atque aeternus carmine Achilles.

Contra de Pyrrho, Epiri rege, refert Plutarch. in ejus vita pag. 387. Πυῤῥος, οὐδενὶ τῶν βασιλέων ἰσάμιλλος ἀλκῆς καὶ δόξης, καὶ τὴν Ἀχιλλέως δόξαν αὐτῷ δι' ἀρετὴν μᾶλλον, ἢ κατὰ γένος, οἰκειοῦν βουλόμενος. *Pyrrhus, fortitudine & gloria nulli regum secundus, & qui Achillis laudes studeret virtute sibi magis, quam genere, asserere.*

v. 294. *Taulantius incola*] *Taulentius* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 295. *Non ullo nomine*] *nullo munimine* non nemo apud Doctissimum Dausquejum conjecerat, quod recte tamen rejecit.

v. 298. *Cassis lustrabat futilis ausis*] Rectius puto *cassi ausi* Siliano more. Mox scripsi cum Parmensi codice *Nunc & Anactoria*, pro *Hinc &*. & mox *bello Persudit*, non *Perfundit*, Coloniensis. N. HEINSIUS. Cum pro vulgata lectione *cassis ausis* stent omnes libri, qua scripti, qua editi, nihil etiam mutare audeo. Pariter Virgil XI. Aen. vers. 339. *consiliis habitus non futilis auctor.* versu sequenti etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *Nunc & Anactoria*. Pro *Perfundit* vero, etiam Illustrissimus Scaliger *Perfudit* scribendum conjecit ad oram libri sui. Atque ita manu ducta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi.

v. 302. *Vidit citus Actia templa*] An *videt incitus?* vide infra ad lib. XVI. vers. 484. Deinde Coloniensis *Liquit inaccensam*: N. HEINSIUS. *vidit citus* non muto cum Illustrissimo Heinsio in *videt incitus*. τὸ *vidit* enim probum esse indicant praecedentia *ostentavit*, *Persudit*, *pepulit*, & sequens *Liquit*. *citus* vero, ut supra lib. VII. vers. 137. *tum castra citus deserta relicta Ostentat praeda.* vers. 180.

—— irriguis citus extulit hortis
Rorantes humore dapes.

vers. 375.

—— faucesque viae citus occupat armis.

lib. XII. vers. 161.

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.

& alibi passim. *inaccensus* autem, quod pro *inaccessus* habet Coloniensis codex, ortum est ex sollemni librariorum errore, qui saepe verba *accedere* & *accendere* confuderunt. vide supra ad lib. XIV. vers. 26.

v. 305. *Et scopulosis Neriton arvis*] Scribo *scopulosae Neriton arcis*. *Neritos ardua saxis* apud Maronem. Νήριτος εἰνοσίφυλλος Homero. est autem insula scopulosa, immo tota scopulus. libro VIII. *scopulosi verticis Anxur*. *arcem* autem pro rupe aut monte poni, poetis est perquam familiare. Sic ἄκρον & ἄκρα Graecis, poetis praesertim, pro montis vertice, unde id Latinos mutuatos esse fit verisimile. Homero ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς. apud historicos passim ἄκρα τῶν ὀρῶν. apud Statium initio Thebaidos Oedipus,

—— trifidaeque in Phocidos arce
Longaevum implicuit regem.

qui locus minime est sollicitandus, etsi codices nonnulli *in arcto* illic agnoscunt. infra Silius vers. 480.

—— summam, quicumque evaserit, arcem
Pyrenes culmenque petat.

hac de re plura alibi dicemus. Codices manu exarati vulgatae lectioni pertinaciter hoc loco subscribunt. N. HEINSIUS. *arx* pro monte apud poëtas

Ille etiam, Pelopis sedes & Achaïa adire
Moenia praegaudens, tristem Calydona Dianae,
Oenêasque domos, Curetica tecta, subibat,
Promittens contra Hesperiam sua proelia Grajis.
Tum lustrata Ephyre, Patraeque, & regia Pleuron,
Parnasusque biceps, Phoeboque loquentia saxa.
Ac, saepe ad patrios bello revocante penates,
Cum modo Sarmaticus regna infestaret Orestes,
Aspera nunc Dolopum vis exundasset in agros,
Incepto tamen haud facilis desistere vano,
Belli per Grajas umbram circumtulit oras.
Donec, nunc pelago, nunc terra exutus, omisit
Spem positam in Tyriis, & supplex foedera sanxit
Dardana, nec legem regno accepisse refugit.
Tunc & Tyndarii Latias Fortuna Tarenti
Auxit opes laudemque simul. nam perfida tandem

Urbs

tas ubique obvium est, ut apud Silium lib. III. vers. 417.

Pyrene celsa nimbosi verticis arce
Divisos Celtis late prospectat Hiberos.

vers. 496.

Primus inexpertas adiit Tirynthius arces.

lib. VI. vers. 597.

Albana surgens respexerat arce tumentem.

lib. XII. vers. 85. *fulgentia cernit Arcis templa jugo.* apud Virgil. I. Georg. vers. 240.

Mundus ut ad Scythiam Rhipaeasque arduus arces
Consurgit.

Nason. I. Metam. vers. 467.

Impiger umbrosa Parnasi constitit arce.

Stat. I. Theb. vers. 114.

Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cytheron
Occurrit coelo.

Valer. Flacc. lib. III. vers. 565.

Jam pater umbrosis Tirynthius arcibus ornos
Depulerat.

Avien. Descr. orbis vers. 774.

Altaque Coliadis mox hic tibi dorsa patescent
Rupis, & intenti spectabis cespitis arces.

Hinc *Romuleae arces* sunt montes, quibus imposita est Roma, apud Claudian. III. de laudib. Stilic. vers. 124.

Pristina Romuleis infloruit arcibus aetas.

ubi vide N. Heinsium, & Bentlejum ad Horat. carm. secul. vers. 65. Quin & *arx* cujusque rei apicem notat. Sic *arx galeae* est apud Statium IV. Theb. vers. 175. *galeaeque corusca Prominet arce gigas.* *arx corporis* pro capite apud Senec. in Oedip. vers. 184.

—— tum vapor ipsam
Corporis arcem flammeus urit.

Vide Pricaeum ad Appul. Apolog. pag. 123. Barth. ad Claud. IV. consul. Honorii vers. 198. & 235. Keuchen. ad Seren. Sammon. in princ. & virum Celeberrimum Jac. Gronovium ad Minuc. Felic. Octav. cap. XVII.

v. 306. *Achaïa adire*] *Achaïca* Puteaneus. quomodo apud Maronem & Horatium semper. N. HEINSIUS. *Achaia* malim, quod Poëticum magis est, quam cum Puteaneo codice *Achaica*. apud Maron. etiam II. Aen. vers. 462. & alibi libri scripti, teste Pierio, & *Achaia* & *Achaica* habent. Sed poëtas *Troïus* potius, quam *Troicus*, dixisse testatur N. Heinsium ad Nason. epist. I. Heroid. vers. 28. atque ita in aliis.

v. 307. *Moenia gavisus*] *praegaudens* Coloniensis. eleganter, mehercules: quod verbum raro alibi occurrit. N. HEINSIUS.

v. 311. *Parnassusque biceps*] Editiones antiquissimae, abjecto altero sibilo, *Parnasus* scribunt. ita supra *Parnaside Cyrrha* habuimus lib. XII. vers. 320. vide Pierium ad Maron. eclog. X. vers. 11. & N. Heinsium ad Ovidii I. Metam. vers. 468. Graeci utroque modo *Παρνασὸς* & *Παρνασσὸς* scribunt. Dausquejus in Orthogr. part. 2. hac voce *Parnassus* scribi mavult.

v. 313. *Regna infestaret Orestes*] Orestae Macedonum gens est, teste Livio lib. XXXIII. cap. XXXIV. Ita enim hi populi vocandi sunt, non *Orestidae*, ut Dausquejus fecit, quod patronymicum est de Orestis filiis. Sed in errorem inductus est vitiosa Solini scriptura, apud quem Salmas. in exercit. Plin. pag. 109. recte *Orestae*, pro *Orestidae*, restituit. Regio eorum *Orestis* dicitur, & Livio aliisque non semel memoratur.

v. 316. *Belli per Grajas umbram circumtulit oras*] Venuste haec de Philippo, tum rege Macedonum. *umbram* est tenuem speciem. Lucan. lib. III.

Libertas, inquit, populi, quem regna coërcent,
Libertate perit, cujus servaveris umbram.

Achilles Tatius lib. V. [pag m. 347.] *Ἀλλὰ τὸ πάντων ὑβριστικώτατον, προσαπτόμενος καταφιλῶ οὕτως ἀνίσως, ὡς ἄλλη γυνή, τίς ἀντὶ τῶν γάμων ἡ σκιά.* Inumbravit ve-

lut

Urbs Fabio devicta seni, postremus in armis
Ductoris titulus cauti. sollertia tutum
Tum quoque adepta decus, captis sine sanguine muris.
Namque ut compertum, qui Punica signa regebat,
Feminea exuri flamma, tacitusque quietae
Exin virtuti placuit dolus: ire sorori,
Nam castris erat in Rutulis, germanus amatae
Cogitur, & magnis muliebria vincere corda
Pollicitis, si reclusas tramittere portas
Concedat Libycus rector. votique potitus
Evicto Fabius Poeno circumdata telis
Incustodita penetravit moenia nocte.
Sed quisnam aversos Phoebum tunc jungere ab urbe
Romulea dubitaret equos, qui tempore eodem
Marcellum acciperet letum oppetiisse sub armis?
Moles illa viri, calidoque habitata Gradivo

Pectora

lut bello Graecas urbes. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 320. *Tyndarii Tarenti*] Posses & *Taenarii*. N. HEINSIUS. Mutationis rationem non video: *Tyndarium* enim est Laconicum, Spartanum, a Tyndareo Ledae, quacum Jupiter consuevit, marito, ut etiam Marsus notavit; nisi quod perperam Tyndareum Ledae patrem dicat, cum tamen Leda Tyndarei uxor, Thestii filia vocetur apud Hygin. fab. LXXVII. Longius autem Silius pro more suo hoc epitheton petivit: sic *Cadmei* pro Karthaginiensibus supra erat lib. I. vers. 6. *Rhoeteius* pro Romano lib. II. vers. 51. *Pherecyades* pro Puteolanis lib. XII. vers. 159. *Oebalii nepotes* pro Tarentinis ab Oebalo Tyndarei patre ibid. vers. 451.

v. 323 *Ductoris titulus cauti*] Solitum hic erravit scriba librarius codicis Puteani, qui *ductoris tanti* dedit. vide supra ad lib. X. vers. 234.

v. 326. *Tacitusque quiete Exin virtuti placuit dolus*] Scribendum *quietae virtuti*. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *quietae* cum Coloniensi. mox idem *ire sororis*, non *sorori*. & paullo ante *Namque & compertum*, pro *ut*. non placet. *quietae virtuti* etiam Barthio jam animadversum. N. HEINSIUS. Male Coloniensis codex *ire sororis* legebat. *ire sorori* est ire ad sororem; ut, *it clamor coelo* apud Maron. Aen. V. vers. 451. *astris agat scopulos*, pro ad astra, apud Silium lib. II. vers. 354. *descendere noctis* lib. XIII. vers. 708. *quietae virtuti* autem etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum erat.

v. 334. *Adversos Phoebum tunc jungere ab urbe Romulea dubitaret equos*] Mendum inest in his, ita corrigendum, *aversos equos*. est ex divina Aeneide, in qua Dido ait lib. I. vers. 568.

Non tam aversus equos Tyria sol jungit ab urbe.

MODIUS Novant. Lection. epist. VII.

v. 337. *Moles illa viri*] *moles viri* immanem hominem sonat. sic lib. XVII. de equo vers. 561.

Cum subitae occulto pestis collapsa tremore
Cornipedis moles.

Sic Ariasmenum *molem belli* appellat Valer. Flacc. lib. VI.

Te quoque venturis, ingens Ariasmene, bellis
Tradiderim, molem belli.

De elephanto Manil. lib. IV.

—— tantamque aptare loquendo
Artibus humanis varia ad spectacula molem.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Vide infra ad lib. XVI. vers. 46.

v. 337. *Validoque habitata Gradivo Pectora*] Corrigendum *calido Gradivo*. frigus timiditatis, calor audaciae caussa est. MODIUS Novant. Lect. epist. VII. *calidoque* scripti cum Modio & vetustae editiones, quod respectu Fabii cunctatoris dixit. lib. XIII.

Laetus opum, sed clauda fides, seseque calenti
Addiderat Poeno, Latiae diffisus habenae.

calida consilia Livio non semel. videatur ad illum Gronovius lib. XXXV. cap. XXXII. N. HEINSIUS. Optime viri docti *calido Gradivo* ex scriptis vindicarunt, quod ideo a Silio dictum docet vir Illustrissimus, ut Marcellum Fabio opponat, qui lenti potius, cauti, & subtimidi ducis titulum meruit, quam praecipitis, temerarii, vel audacis. Ita *calidum consilium* apud Plaut. in Epid. act. II. scen. II. vers. 71. *Reperiamus aliquid calidi conducibilis consilii.* in Milit. gloriof. act. II. scen. II. vers. 71. *Reperi, comminiscere, cedo calidum consilium cito.* apud Livium lib. XXII. cap. XXIV. *Agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora.* Videantur H. Stephan. v. Schediasm. cap. XXXI. Loëns. miscell. Epiphyll. lib. I. cap. XVI. & Rittersh. ad Guntheri I. Ligur. vers. 665. ubi hanc Modii emendationem probat, & librarios similiter saepe peccasse docet. In priscis tamen editionibus, quas consului, constanter

Pectora, & haud ullis umquam tremefacta periclis,
(Heu quantum Hannibalem clara fractura ruina!)
Procubuere. jacet campis Karthaginis horror.
Forsan Scipiadae confecti nomina belli
Rapturus, si quis paullum Deus adderet aevo.
Collis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum
Ausonio: (Dauni Mavors consederat arvis)
Curarum comes & summi Crispinus honoris
Marcello socius communia bella ciebat.
Ad quem Marcellus: Gestit lustrare propinquas
Mens silvas, medioque viros imponere monti,
Ne Libys occultis tumulum prior occupet ausis.
Si cordi est, te participem, Crispine, laboris
Esse velim. numquam desunt consulta duobus.
Haec ubi sedere, ardentes attollere sese
Jam dudum certant in equos. Marcellus, ut arma
Aptantem natum aspexit laetumque tumultu,
Vincis, ait, nostros mirando ardore vigores.
Sit praematurus felix labor. urbe Sicana
Qualem te vidi, nondum permitteret aetas
Cum tibi bella, meo tractantem proelia vultu.

Huc,

vulgatam lectionem inveni. Quemadmodum autem Silius hic calidum Marcellum Fabio cunctatori opponit, ita fervidum Gracchum eidem opposuit lib. VII. vers. 34.

Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
Consulta in manibus, inquit: Tirynthia gens est.

v. 339. *Heu quantum Hannibalem clara fractura ruina*] Opinor, nisi conjectura me fallit,

Heu quanta, Hannibalem clarum factura, ruina
Procubuere!

N. HEINSIUS.

v. 340. *Jacet campis Karthaginis horror*] Ita Lucret. lib. III. vers. 1049.

Scipiades, belli fulmen, Karthaginis horror.

quem Silius hic imitatus est, notante Gifanio in Indice Lucretiano in voce *Horror Karthaginis.*

v. 349. *Occultis ausis*] *occulti astus* forte, vel *occulto astu.* N. HEINSIUS.

v. 354. *Laetumque tumultu*] *tumultus* opinabar. dictum pluribus ad librum V. Aeneidos. N. HEINSIUS. *laetum tumultus*, ut lib. VII. vers. 338.

Incepti laeto juvene, ad tentoria Acerrae
Festinant.

lib. XIV. vers. 280.

——— *laetamque tumultus*
Vaniloquo plebem furiabant insuper ore.

Vide supra ad lib. VIII. vers. 545. Sed, cum omnes libri stent pro vulgata scriptura, nihil temere mutandum videtur. vide supra ad vers. 122.

v. 356. *Sit praematurus felix labor*] Malim *Sit praematuro.* N. HEINSIUS. Marcellus filium (quem Silius nondum puberem fingit, Livius tribunum militum fuisse dicit lib. XXVII. cap. XXVI.) arma induentem videns, ut patrem comitaretur, optat, ne hic labor ei infaustus sit: respiciens ad illud, quo praecocia raro ad frugem pervenire dicuntur. Sic Seneca lib. I. controv. I. *Ajebat, tam immature magnum ingenium non esse vitale.* Quinctil. I. Instit. Orat. cap. III. *Illud ingeniorum velut praecox genus non temere umquam pervenit ad frugem.* idem in praefat. lib. VI. *Observatum fere est, celerius occidere festinatam maturitatem, & esse nescio quam, quae spes tantas decerpat, invidiam.* Quo & referendum illud poëtae cujusdam apud Appul. Apolog. pag. 328. ed. Elmenh.

Odi puerulos praecoci sapientia.

Vide Erasmi adagia tit. *Festinatio praepostera*, & Bentlej. ad Horat. II. Sermon. eclog. VII. vers. I.

v. 358. *Meo tractantem proelia vultu*] Forte *meo ritu.* N. HEINSIUS. *arte paterna* supra dixit lib. VII. vers. 712.

——— *tunc, arte paterna*
Ac stimulis gaudens, juvenis circumdata Poenum
Agmina disturbat gladio.

v. 360. *Et me disce novum Martem tentare magistro*] Pariter fere Aeneas Ascanio apud Maron. XII. Aen. vers. 435.

Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem.

v. 362. *Favet, de praeside victor His humeris tibi opima feram*] *de praelide nunc hit* optime Coloniensis. in Puteaneo & Parmensi editione *vinclis.* proxime verum. paullo ante *pauca precatur*, non *prosatur.*

Huc, decus, huc, noſtrum, lateri te junge paterno,
Et me diſce novum Martem tentare magiſtro.
Tum, pueri colla amplectens, ſic pauca precatur:
Summe Deûm, Libyco, ſaxis, de praeſide nunc his,
His humeris tibi opima feram. nec plura, ſereno
Sanguineos fudit cum Jupiter aethere rores,
Atque atris arma aſperſit non proſpera guttis.
Vixdum finitis intrarant vocibus artas
Letiferi collis fauces, cum turba volucris
Invadunt Nomades jaculis, nimboque feruntur
Aethereo ſimiles, caeca fundente latebra
Armatos in bella globos. circumdata poſtquam
Nil reſtare videt virtus, quod debeat ultra
Jam Superis, magnum ſecum portare ſub umbras
Nomen mortis avet. tortae nunc eminus haſtae
Altius inſurgit, nunc ſaevit comminus enſe.
Forſan & enaſſet rapidi freta ſaeva pericli,
Ni telum adverſos nati veniſſet in artus.
Tum patriae tremuere manus, laxataque luctu
Fluxerunt rigidis arma infelicia palmis.

Obvia

tur ex ſcriptis. N. HEINSIUS. Optime vir Illuſtriſſimus ex Colonienſi *nunc his*, *His humeris*. in tali articulorum repetitione magnam emphaſin eſſe ſupra docui ad lib. II. verſ. 26. Romana princeps etiam & Mediolanenſis editio *vinclis*, pro *victor*, legunt.

v. 367. *Turba volucres Invadunt Nomades*] *volucris* ſcripti codices. N. HEINSIUS. *volucris* etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi.

v. 371. *Quod debeat ultra Jam Superis*] *Debitum naturae* & *Deorum* mortem dicunt ſcriptores. Praecipue ejus rei mentio in flebilibus epitaphiorum naeniis. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. Male haec Barthius cepit: quae, ut Marſus jam monuit, videntur deſumta eſſe ex illis Maron. XI. Aen. verſ. 51.

Nos juvenem exanimum & nil jam coeleſtibus ullis
Debentem vano maeſti comitamur honore.

ubi videantur, quae notarunt docti commentatores, & imprimis Ludov. de la Cerda.

v. 373. *Nomen mortis avet*] *habet* iidem ſcripti. N. HEINSIUS. Nihil mutandum. Ita ſaepe peccarunt librarii. vide Gronov. in gulu ad Statii VIII. Theb. verſ. 515. & quae infra notantur ad lib. XVI. verſ. 209.

v. 375. *Forſan & evaſſet rapidi freta ſaeva pericli*] Proprium magis huic metaphoricae a mari locutioni *enaſſet*. MODIUS Novant. Lect. epiſt. VII. Cum membranis legendum *enaſſet*. Non enim ſine labore exulſſet mortem praeſentem Marcellus. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII. *enaſſet* cum Colonienſi & Modio. neque aliter Barthius ex Oxonio. confirmat & Parmenſis editio. lib. XVII. verſ. 370. *oro, tranare pericla Magnanimum patiare ducem*. N. HEINSIUS. Silius lib. III. verſ. 662.

Has obſervatis valles enavimus aſtris.

loquitur de periculoſo Bollaris tranſitu per campos harenoſos Africae. Non audiendus eſt Dauſquejus, qui vulgatam lectionem defendit. In Romana principe editione proxime verum legitur *enoſcet*.

v. 376. *Ni telum adverſos nati eveniſſet in artus*] Lego *veniſſet*. MODIUS Novant. Lection. epiſt. VII. Nihil mutandum; nam *eveniſſet* eaedem agnoſcunt membranae. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII. Pro *telum eveniſſet*, cum Modio ex Colonienſi legendum *veniſſet*, *eveniſſet* nequidquam tuente Barthio. N. HEINSIUS. Recte *veniſſet* vindicarunt viri docti. ſupra lib. VI. verſ 228.

——— *ſubitoque propinquus in ora*
Lato diſtantum ſpatio venit.

verſ. 248.

Venit in adverſam non vano turbine frontem
Cuſpis.

lib. X. verſ. 236.

Saxum ingens, vaſto libratum pondere, caeca
Venit in ora manu.

Virgil. VII. Aeneid. verſ. 499.

Perque uterum ſonitu perque ilia venit harundo.

& IX. Aen. verſ. 632.

Effugit horrendum ſtridens adducta ſagitta,
Perque caput Remuli venit.

Lucan lib III. verſ. 698.

Pila ſed in medium venere trementia pectus.

Obvia nudatum tramittit lancea pectus,
Labensque impresso signavit gramina mento.
At postquam Tyrius laeva inter proelia ductor
Infixum adverso vidit sub pectore telum,
Immane exclamat; Latias, Karthago, timere
Desine jam leges: jacet exitiabile nomen,
Ausonii columen regni. sed dextera nostrae
Tam similis non obscuras mittatur ad umbras.
Magnanima invidia virtus caret. alta sepulcri
Protinus exstruitur, coeloque educitur, ara.
Convectant silvis ingentia robora. credas
Sidonium cecidisse ducem. tum tura dapesque,
Et fasces, clipeusque viri, pompa ultima, fertur.
Ipse facem subdens, Laus, inquit, parta perennis.
Marcellum abstulimus Latio. deponere forsan

Gens

Ilean. vi. bell. Troj. vers. 136. *venit ecce sagitta In jugulum.*

v. 379. *Tramittit lancea pectus* &c.] Habet a Livio, qui de Marcello moriente pariter dicit lib. xxvii. cap. xxvii. *Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre.*

v. 383. *Immane exclamat*] Sic distingue. mox *Ausoniae columenque rei* aliquando placebat reponi. nil temere tamen mutandum. N. HEINSIUS. Olim ita distinguebatur *telum Immane, exclamat.*

v. 387. *Coeloque educitur ara*] *Ara* τάφος. Notum enim, antiquis πᾶσαν ἐξοχήν τε καὶ κορυφὴν omnemque eminentiam *aram* dictam. Sepulcra autem sua in gratiam viatorum nautarumque in mari errantium in altum educebant antiqui; unde elegantissime τύμβον naviganti ἀντίμιον dixit Colythus,

Φυλλίδος ἀντέλλοντα φιλήνορος ἔρχεαι τύμβον.

Terrae enim plerumque arborem floridam aut palum infigebant, quod σῆμα proprie dicebant, quod tamen Homero pro terrae aggestione postea sumtum est. Apollonius Rhodius lib. ii. vers. 843.

Καὶ δή τοι κέχυται τοῦδ' ἀνέρος ἐν χθονὶ κείνῃ
Τύμβος· σῆμα δ' ἔπεστι καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι
Νήιον ἐκ κοτίνοιο φάλαγξ· θαλέθει δέ τε φύλλοις
Ἄκρης τυτθὸν ἔνερθ' Ἀχερουσίδος.

Cujus loco in hominis violenter mortui exequiis hastam efferebant, quam tumulo ipsius infigebant. Merito igitur *ara* a Silio dicitur tumulus, qui non solum terra aggesta, sed & arbore infixa, in altum educebatur; caussam addit Apollonius καὶ ὀψιγόνοισιν ἰδέσθαι. unde Sophocles tumulum eleganter ἐπίψιον τόκον vocavit in Antigone, ὁρμῶσθ' ἑλόντες πρὸς ἐπίψιον τόκον. Ara igitur τόκος ἐπίψιος hoc loco est; qualem & Homericus Hector suis tribuit: veteres enim, ut nos turres, ita tumulos suos ad mare plerumque & in terra erigebant, ut ad eas viam suam dirigerent hospites: ex iis enim de itinere, quod restabat, quodque perfecissent, judicabant. unde apud Maronem ecl. ix. pastor ille,

Hinc adeo media est nobis via, namque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

Quod quidem ille ex divino & numquam laudato satis Idyllio Theocriti vii transtulerat,

Κ'οὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
Ἁμῖν τῶ Βρασίλα κατεφαίνετο.

Sic tota libri undecimi Iliados oeconomia circa tumulum Ili versatur. D. HEINSIUS. De sepulcro, rogo, seu pyra loquitur; idem enim est. Alludit autem *arae ara* illa etymon; ab *ardore* videlicet, ut Varronis opinio fert lib. iv. quamquam Servius tradat, *aram* tantum inferorum esse, *altaria* superorum, & aras perhiberi, Aeneide ii. *Ara* autem quodlibet editum est, arae figuram referens. Tertullianus de Pallio, *Soleo de qualibet margine vel ara medicinas moribus dicere, quae felicius publicis rebus & civitatibus & imperiis bonas valetudines conferent, quam tuae operae.* BARTHIUS lib. xxii. Advers. cap. viii. Malim hoc loco *aram* cum Dausquejo rogum, quam cum D. Heinsio τάφον vel tumulum, exponere: rogum enim intelligi, demonstrant ingentia robora, quae cremando Marcellum Poeni convectant, ut versu proximo traditur. Deinde, ut monuit idem Dausquejus, Silius expressit locum Maron. vi. Aen. vers. 177.

——— *aramque sepulcri*
Congerere arboribus, coeloque educere certant.

ad quem locum ita Servius, *Pyram dicit, quae in modum arae construi lignis solebat. Nam & sequitur,*

Congerere arboribus, coeloque educere certant.

Et aram, quae ante sepulcrum fieri consuevit, intelligere non possumus, ut, stant manibus arae: cum nondum facta sit funeratio, quae praecedit sepulcrum. Ideo itaque, auctore Servio, rogus *ara* vocatur, quod in formam arae exstrui soleat. Potest etiam *ara* vocari, quod in altitudinem exstruatur: omne enim, quod eminet, *ara* dicitur, ut ipse Heinsius monuit. vide insuper illustrissimum Scaligerum in Lection. Auson. lib. ii. cap. xxii. & Salmas. ad Tertull.

Gens Italûm tandem arma velit. vos ite superbae
Exsequias animae, & cinerem donate supremi
Muneris officio: numquam hoc tibi, Roma, negabo,
[Quod virtute viri titulis decorare sepulcrum
Ingentis bello liceat, nomenque futuros
Aeternum in Rutulos possis mandare nepotes.]
Alterius par atque eadem fortuna laborum
Consulis: exanimum sonipes ad signa revexit.
Talia in Ausonia. sed non & talis Hiberis
Armorum eventus campis. Karthaginis omnes
Per subitum raptae pernix victoria late
Terruerat gentes. ducibus spes una salutis,
Si socias jungant vires. ingentibus orsum
Auspiciis juvenem, ceu patria gestet in armis
Fulmina, sublimi vallatam vertice montis

Ex

Tertull. Pall. cap. 426. Ceteroquin *aram* etiam notare urnam, basin, seu cippum funebrem, docuit Eruditissimus Fabrettus in Inscript. pag. 107. Aram autem *sepulcri* dixit, rogum innuens, quod veteres vocem *sepelire* non de humatione solum usurparint, sed etiam de combustione & omni alio sepulturae genere, ut pluribus egregie astruxit Amplissimus Cuperus I. Observ. cap. VII.

v. 390. *Tum tura dapesque*] De donis, quae in rogum conjici solebant, praeter auctores, qui rem funebrem antiquorum descripserunt, consule Noris. ad Cenotaph. Pisan. dissert. III. cap. V.

v. 391. *Et fasces clipeusque viri*] Vide supra ad lib. XIII. vers. 693. Recte autem Silius & fascium meminit: quinque enim lictores vivos in potestatem hostium venisse auctor est Livius lib. XXVII. cap. XXVII.

v. 394. *Ite superbae Exequias animae, & cinerem* &c.] Iterum Silius Maronem imitatur, qui XI. Aen. vers. 24.

Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo, decorate supremis
Muneribus.

v. 397. *Quod virtute viri* &c.] Ego cum viderem, versum hunc & duos sequentes nihil facere ad rem, immo potius esse turbando huic loco, adhoc insulsos, ineptos, & nebulone aliquo, quam Silio, digniores, leviter notandos duxi; donec, consultis membranis, in quibus nulli comparent, expungendos plane didici: nec arbitror sane leviorem me a Silii manibus gratiam initurum, spurios & subrepititios suppostitiosque versus ex libris ejus ejiciendo, quam legitimos germanos & suos ei, quod saepe in his epistolis feci, restituendo. MODIUS Novant. Lect. epist. VII. Tres hi versus a Modianis & Oxoniensibus membranis absunt. Et per me quidem, duobus locupletibus testibus condemnati, statu moveantur. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Hic versus cum duobus sequentibus absunt a vetustis codicibus, quod ex Coloniensi Carrion jam monuerat lib. I. cap. VI. Emendationum, & insuper Modius ac Barthius. Et sane delendos esse non dubito, cum nec in editione Parmensi compareant. N. HEINSIUS. Tres hi versus absunt etiam ab omnibus priscis editionibus, & primum in Juntina comparuerunt: quare eos sibi habeat Nicander. Delendos etiam censet Dausquej.

v. 400. *Par atque eadem fortuna laborum*] *labori* maluerim. *eadem labori*, de quo loquendi modo egimus ad Claudianum & Nason. I. Amor. eleg. IV. vers. I. N. HEINSIUS. De hoc loquendi genere alibi me ad Silium egisse memini: iis, quae dixi, adde locum Macrob. I. Saturn. cap. XI. *Quasi non ex iisdem tibi & constent & alentur elementis.*

v. 401. *Exanimum sonipes ad signa revexit*] Livius tamen narrat, Crispinum saucium in castra aufugisse, & postea ex vulnere interiisse. vide lib. XXVII. cap. XXVII. & XXXIII.

v. 402. *Sed non est talis Hiberis*] *sed non & talis* ex scriptis. quem loquendi modum ad Nasonem multis illustravimus, Metamorph. IV. vers. 271. N. HEINSIUS. Sic supra lib. IV. vers. 43.

At non & rerum curas consultaque belli
Stare probat.

lib. V. vers. 523.

Sed non & Consul misso concredere telo
Fortunam optatae caedis parat.

Virgil. X. Aen. vers. 343.

Aenean petiit: sed non & figere contra
Est licitum.

Vide N. Heinsium ad Claudiani IV. Consul. Hon. vers. 500. Contra in asseveratione in usu erat formula *sed tamen &*. Ovid. epist. III. Heroid. vers. 4.

Sed tamen & lacrimae pondera vocis habent.

ubi videnda, quae notavit vir Illustrissimus.

v. 407. *Patria ceu gestet in armis Fulmina*] Vere scriptus liber *ceu patria gestet in armis Fulmina*. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *ceu patria gestet*

ex

Ex oculis urbem, cumulatam ſtrage virorum,
Non toto rapuiſſe die, qua Martius ille
Hannibal in terra conſumto verterit anno,
Nec pube aequandam nec opum ubertate, Saguntum.
Proximus, applicito ſaxoſis aggere ſilvis,
Tendebat, fratris ſpirans ingentia facta,
Haſdrubal. hic robur, mixtuſque rebellibus Afris
Cantaber, hic volucri Mauro pernicior Aſtur:
Tantaque majeſtas terra rectoris Hibera,
Hannibalis quantus Laurenti terror in ora.
Forte dies priſcum Tyriis ſollemnis honorem
Retulerat, quo, primum orſi Karthaginis altae
Fundamenta, novam coepere mapalibus urbem.
Et laetus, repetens gentis primordia, ductor
Feſta coronatis agitabat gaudia ſignis,
Pacificans Divos. fraternum laena nitebat

Demiſſa

ex ſcriptis. & ſic Interpres cum Barthio. in nonnullis editionibus eſt *patriae ceu geſtet.* N. HEINSIUS. Romana princeps, Parmenſis, Mediolanenſis ac prima Marſi editio *patriae ceu geſtet.* Sed *ceu patria geſtet Fulmina* omnino probum: reſpicit ad id, quod Cn. & P. Scipiones *fulmina belli* dicti ſint, de quo ſupra vide ad lib. VII. verſ. 106.

v. 409. *Ex oculis urbem*] Quomodo *ex oculis rapta* Karthago, quae expugnata quidem, ſed non everſa? vide, ne ſcripſerit noſter Silius, *ſublimi vallatam vertice montis Et ſcopulis urbem*, ni praeſtet, *Et populis.* Malo etiam *cumulata ſtrage*, quam *cumulatam*, quod τὸ *vallatam* jam praeceſſerit. *rapere* pro capere feſtinanter. Sic *rapta Karthago* paullo ante. N. HEINSIUS.

v. 410. *Quam Martius ille Hannibal interea* &c.] MS. *Hannibal in terra.* optime omnino. Saguntus in plano ſita; Karthago per mare & ſcopulos a Scipione uno die occupata. Legendum vero cum Dauſquejo, *cum Martius ille.* BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII. *qua Martius ille Hannibal in terra* reponatur ex vetuſtis codicibus, niſi quod editio Parmenſis *qua interea*, *quo* Colon. Malim etiam *everterit*, quam *verterit.* Poſſis & *haud verterit.* Deinde *Non pube aequandam* Colonienſis. *in terra* etiam Barthio monitum ex codice Oxonio. Sed male is Interpreti obſecutus amplectitur *cum Martius ille.* N. HEINSIUS. Optime vir Illuſtriſſimus ex vetuſtis codicibus *qua in terra* repoſuit *qua* etiam habent primae editiones, quod Nicander in Juntina in *quam* mutavit. Senſus eſt, eadem in terra, Hiſpania nempe, in qua Scipio non toto die Karthaginem, urbem munitiſſimam, expugnavit, Hannibalem antea per annum occupatum fuiſſe in obſidione Saganti, quae multo minoris momenti erat. Quod vero Barthius Saguntum in plano ſitam dicat, recte improbat Reineſ. epiſt. ad Rupert. pag. 590.

v. 411. *Conſumto verterit anno*] *everterit*, vel *haud verterit* malebat N. Heinſius. Sed nihil muto. *vertere* enim ſaepe ponitur pro evertere. ſupra verſ. 93.

Florentes quondam luxus quas verterit urbes.

Virgil. I. Aen. verſ. 20. *Tyrias olim quae verteret urbes.* ubi vide viros doctos. Aeneid. II. verſ. 625. *ex imo verti Neptunia Troja.* Manil. lib. IV. verſ. 80.

Et pontum tranare poteſt, & vertere Trojam.

Tacit. III. Annal. cap. LIV. *Iidem illi verti civitatem clamitabunt.* *conſumto haud verterit anno* forſitan malebat Heinſius, quod Saguntus intra annum capta ſit. vide Livium lib. XXI. cap. XV. qui nonnullos octavo menſe expugnatam fuiſſe tradere narrat.

v. 415. *Hinc robur, mixtuſque* &c.] *Hic* ſcripſi, & mox denuo *hic volucri*, nempe *tendebat*: ut apud Maronem, *hic ſaevus tendebat Ulixes.* τῷ *robur* videtur mendi quid ſubeſſe. *hic* utroque loco etiam in Parmenſi editione comparebat. N. HEINSIUS. *hic* utroque loco etiam habet editio Romana princeps & Mediolanenſis. Ovid. I. Heroid. verſ. 35.

Illic Aeacides, illic tendebat Achilles.

non *Illinc.*

v. 421. *Novam coepere mapalibus urbem*] *ſepſere mapalibus* opinor, ut ſupra ex vetuſtis codicibus *praeſepſerat arcem.* *cepere* editio Parmenſis. N. HEINSIUS.

v. 423. *Feſta coronatis agitabat laurea ſignis*] Scribo cum libris vetuſtis *agitabat gaudia.* MODIUS Novant. Lection. epiſt. VII. *agitabat gaudia* cum Modio ſcripſi. mox iidem *laena*, non *lena.* bene. N. HEINSIUS. Salluſt. in Catilin. cap. ult. *Ita varie per omnem exercitum laetitia, maeror, luctus, atque gaudia agitabantur.* eodem modo *agitare otia* lib. XII. verſ. 689. *Sic agitare fremens obſeſſos otia.* *agitare convivia* hoc libro verſ. 273. *feſtoque agitans convivia ludo.* quomodo etiam Terentius in Hecyra & alibi loquitur. Veram lectionem hic Dauſquej. etiam ſecutus eſt. Notandus autem eſt mos, ſigna

militaria

Demissa ex humeris donum, quam foederis arti
Trinacrius Libyco rex inter munera pignus
Miserat, Aeoliis gestatum insigne tyrannis.
Aurata puerum rapiebat ad aethera penna
Per nubes aquila, intexto librata volatu.
Antrum ingens juxta, quod acus simulavit in ostro,
Cyclopum domus. hic recubans manantia tabo
Corpora letifero sorbet Polyphemus hiatu.
Circa fracta jacent excussaque morsibus ossa.
Ipse manu extenta Laërtia pocula poscit,
Permiscetque mero ructatos ore cruores.
Conspicuus Siculi Tyrius subteminis arte
Gramineas pacem Superûm poscebat ad aras:
Ecce inter medios hostilia nuntius arma,
Quadrupedante invectus equo, adventare ferebat.
Turbatae mentes, imperfectusque Deorum

Cessit

militaria diebus festis coronis ornandi. Vide Lips. IV. de milit. Rom. dial. V.

v. 428. *Puerum rapiebat in aethera*] Scripti *ad aethera*. N. HEINSIUS. Ita & in Parmensi editione fuisse monuit idem Heinsius ad marginem libri, cui variantes codicum lectiones allevit. Silius autem imitatus hic est Virgilium, apud quem Aeneas Cloantho similis picturae chlamydem auratam dono dedit lib. V. Aen. vers. 250. quam ita describit,

Victori chlamydem auratam, quam plurima circum
Purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit:
Intextusque puer frondosa regius Ida
Veloces jaculo cervos cursuque fatigat,
Acer, anhelanti similis: quem praepes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Jovis armiger uncis.
Longaevi palmas nequidquam ad sidera tendunt
Custodes: saevitque canum latratus in auras.

v. 429. *Intexto vibrata volatu*] Scribo cum libris vetustis *librata*, non, quomodo circumfertur vulgo, *vibrata*. MODIUS Novant. Lection. epist. VII. Scripti *librata*, pro *vibrata*, quod & Modius vidit, obluctante Interprete frustra. N. HEINSIUS. Optime *librata* viri docti ex libris scriptis. Saepe ea vox de volatu avium occurrit. Supra lib. V. vers. 283.

Aut dumis subit, albenti si sensit in aethra
Librantem nisus aquilam, lepus ore citato.

lib. XII. vers. 94. de Daedalo volante,

Suspensum hic librans media inter nubila corpus.

lib. XIII. vers. 337. *librans corpus, similisque volanti.* Virg. IV. Georg. vers. 196. *his sese per inania nubila librant.* Ovid. II. amor. eleg. VI. vers. 11.

Omnes, quae liquido libratis in aere cursus.

Senec. in Oedip. vers. 899.

Callidus medium senex
Daedalus librans iter
Nube sub media stetit.

Claud. epithal. Pallad. & Celer. vers. 16. *summas pennis librantur in ornos.* Quinctil. Declam. XIII. pag. 236. *Quam, ubi etiam immorantur, libratis pendeant alis.* Appul. VI. Metam. pag. 179. *Libratisque pennarum nutibus, remigium dextra laevaque porrigens, volentes aquas &, ut abiret innoxius, praemonentes excipit.* Veram Silio lectionem olim etiam asseruit Illustrissimus Heinsius ad d. loc. Nasonis. Pro vulgata haud recte digladiatur Dausquejus.

v. 431. *Manantia tabo Corpora letifero sorbet Polyphemus hiatu*] Paria habes apud Maron. III. Aeneid. vers. 626.

——— *vidi, atro cum membra fluentia tabo*
Manderet, & trepidi tremerent sub dentibus artus.

v. 433. *Circa fracta jacent excussaque morsibus ossa*] In editione Mediolanensi *freta jacent* circumfertur: neque aliud est in editione Romana principe, pro quo manu docta ad oram emendatur *Circa frusta jacent.*

v. 435. *Permiscetque mero ructatos ore cruores*] Hypallage est, pro ructat permixtos mero cruores. Iterum vero Maronem imitatur Aen. III. vers. 631.

——— *jacuitque per antrum*
Immensus, saniem eructans ac frusta; cruento
Per somnum commixta mero.

v. 440. *Imperfectusque Deorum Cessit honos*] Hostilis nimirum adventus apud antiquos sacra turbabat, & in mediis sacris ominosus habebatur. vide, quae de his in problematis suis diligenter Plutarchus annotavit, & ad Maronem Servius, qui ad privatos, Ulyssem nempe & Diomedem, ex historia ea restringit. *turbare* autem in sacris κολοῦν eleganter dixit Apollonius [lib. III. vers. 1037.]

——— μηδέ σε δοῦπος
Ἠὲ ποδῶν ὄρσῃσι μεταστρεφθῆναι ὀπίσσω,
Ἠὲ κυνῶν ὑλακή· μή πως τὰ ἕκαστα κολούσας,
Οὐδ' αὐτὸς κατὰ κόσμον ἑοῖς ἑτάροισι πελάσσῃς.

Eeeee κολοῦν

Cessit honos. ruptis linquunt altaria sacris:
Clauduntur vallo. tenuemque ut roscida misit
Lucem Aurora polo, rapiunt certamina Martis.
Audax Scipiadae stridentem Sabbura cornum
Excepit; geminaeque acies velut omine motae.
Exclamat Latius ductor, Prima hostia vobis,
Sacrati manes, campo jacet. en age, miles,
In pugnam & caedes, qualis spirantibus ire
Assueras ducibus, talis rue. dumque ea fatur,
Incumbunt. Myconum Laenas, Cirtamque Latinus,
Et Thysdrum Maro, & incestum Catilina Nealcen
Germanae thalamo obtruncat. cadit obvius acri
Karthalo Nasidio, Libycae regnator harenae.

Te

κολούειν enim est ibi, quod Silius *imperfecta sacra reddere.* doctissimus ejus poetae Interpres, Κολούσας, ἐπειδὴ καὶ ἀτέλεστα ποιήσας ἱερὰ τῶν ἱερουργουμένων. N. HEINSIUS. Ingens piaculum habebatur, si sacra interrumperentur, quod post D. Heinsium monuit etiam Dausquejus ad hunc locum. Verba Servii sunt ad Maron. VIII. Aeneïd. vers. 110. *Ne interruptione sacrificii piaculum committeretur, unde etiam Helenus,*

Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.

Denique cum ludi circenses Apollini celebrarentur, ut Hannibal nuntiatus est circa portam Collinam urbi ingruere, omnes raptis armis concurrerunt. Reversi postea cum piaculum formidarent, invenerunt in circo saltantem senem quendam: qui cum interrogatus dixisset, se non interrupisse saltationem, dictum est hoc proverbium, Salva res est, saltat senex.

v. 441. *Cessit honos*] *Cesset honos* in Coloniensi, pro *Cessat*, ut opinor. N. HEINSIUS.

v. 441. *Ruptis linquunt altaria sacris*] ruptis sacris ἀνιέρως. Dio, Ἂν γάρ τινα περὶ τὰ καθάρσια ἴδῃ, ἀνίερα πραχθέντα αὐτῷ πάντα γίνεται. D. HEINSIUS.

v. 444. *Sabbura*] Interpres *Sabrata* reponit. Sed *Sabburae* nomen etiam apud Lucanum occurrere non meminerat, qui illic Jubae exercitum ducit. N. HEINSIUS. *Sabbura* etiam memoratur Caesari II. de bello civili cap. XXXVIII. & alibi. Puteaneus autem codex cum nonnullis editionibus hic *Sabura* habet, ut plures membranae scribunt apud Lucan. lib. IV. vers. 724. & apud Caesarem vulgo circumfertur.

v. 450. *Lenas*] *Laenas* cum Coloniensi. N. HEINSIUS. Recte. vide Sigon. ad Livii lib. VII. cap. XII. & Dausquej. in Orthogr. parte II. hac voce.

v. 453. *Cartalo Vasidio.*] Ex membranis scribendum *Nasidio*. *Nasidii* noti Romae, *Vasidii* non item. MODIUS Novant. Lection. epist. VII. Editio Parmensis *Castabo Vasidio*, *Castobo* Oxonius. pro *Vasidio*, lege *Nasidio* ex scriptis cum Modio. id enim nomen Romanum. Hinc *Nasidienus* apud Horatium. Interpres *Vasidio* tuetur, aut *Vibidio* reponit. adeo ille in omnes formas se vertit, ut veritati vim faciat. In veteri nummo Sexti Pompeji ab aversa parte triremis cum inscriptione Q. NASIDIV. is enim praefectus fuit classi Pompejanae. fortassis idem ille, quem Massiliensibus opem tulisse Dio testatur. alius Nasidius, Antonianarum dux partium, apud Appianum occurrit. tertius in Philippicis Ciceronis eques Romanus. Vasidia gens prorsus est obscura. N. HEINSIUS. Oxoniensis codicis excerpta, quibus utor, non *Castobo*, sed *Castabo* habent; neque aliter est in Romana principe & Mediolanensi editione, ut & Mso Puteaneo. Sed puto scribendum *Karthalo*, de quo supra vide ad lib. I. vers. 406. Recte etiam *Nasidio* viri docti. Simili errore apud Cicer. etiam peccatum erat lib. XI. ad Attic. epist. XVII. unde tamen perperam Dausquejus vulgatam lectionem astruebat. in Oxonio & Puteaneo proxime verum est *Nascidio*.

v. 454. *Te quo Cyrenes vidit conterrita tellus*] Ex membranis scribendum *Pyrenes tellus*. *Pyrenes terram* Hispaniam vocat, ut alibi quoque, a Pyrenaeis montibus, quibus Gallia illa dividitur. MODIUS Novant. Lection. epist. VII. *Pyrenes* cum eodem Modio & Coloniensi. Subscribit, quod mireris, huic emendationi quoque Interpres. mox *furentis Dardaniae*, non *furentem*, Coloniensis liber. N. HEINSIUS.

v. 458. *Solveret ora*] *solverat* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 459. *Aequabat Pyliae Neleïa verba senectae*] Ex membranis scribendum *Neleia mella*. *mella* autem *Neleia* dixit, exprimere cupiens Homerica illa Iliad. A. vers. 247.

—— τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

MODIUS Novant. Lect. epist. VII. *mella* ex Coloniensi cum Modio. *membra* Puteaneus & Oxonius.

Te quoque Pyrenes vidit conterrita tellus
Permixtum Poenis, & vix credenda furentem,
Magnum Dardaniae, Laeli, decus; omnia felix
Cui natura dedit, nullo renuente Deorum.
Ille foro auditus, cum dulcia solverat ora,
Aequabat Pyliae Neleïa mella senectae.
Ille, ubi suspensi Patres, & curia vocem
Posceret, ut cantu, ducebat corda Senatus.
Idem, cum subitum campo perstrinxerat aures
Murmur triste tubae, tanto fervore ruebat
In pugnam atque acies, ut natum ad sola liqueret
Bella: nihil vitae peragi sine laude placebat.
Tunc e furtiva tractantem proelia luce

Dejecit

nius. mendose. ex Homero est mutuatus Iliad. A. quo complures alii alludunt. Vide, quae noto ad Ausonii gratiarum actionem. N. HEINSIUS. Cum Modio iterum hic facit Dausquejus, & *mella* probat. recte. Cic. de Senect. cap. x. *Etenim, ut ait Homerus, ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio.* Plinius lib. IV. epist. III. *Loquenti tibi illa Homerici senis mella profluere videntur.* Auson. in Profess. carm. XXI. vers. 22.

Et mellitae nectare vocis
Dulcia fatu verba canentem
Nestora regem.

epist. XVI. vers. 14.

Mellifluentem Nestora,
Concinnatorem & Tullium.

in gratiarum actione cap. VIII. *Melleo delibutus eloquio jam tertiae Nestor aetatis.* Eodem modo *mel Tullianum* apud Symmach. lib. I. epist. XXXI. *Erat quippe in his oblita Tulliano melle festivitas.* & *mel facundiae* apud eundem lib. IX. epist. LXXXIX. *Affluebant enim multo melle facundiae, quod avectum tecum doleo.*

v. 461. *Et cantu ducebat corda Senatus*] Ex membranis scribendum *ut cantu.* MODIUS Novant. Lection. epist. VII. *ut cantu* cum Modio & scriptis. nec aliter editio Parmensis. *attenti* Interpres. N. HEINSIUS. *ut cantu* etiam editio Romana princeps, Mediolanensis, & Marsi Veneta prior, quod omnino admittendum. in posteriore enim Marsi, fortasse operarum errore, *& cantu* editum vidi. Eleganter vero orator *ducit* auditores, cum dicendo persuadet, animisque motum, quem velit, induit. Cicero de claris Orator. cap. L. *Delectatur audiens multitudo, & ducitur oratione, & quasi voluptate quadam perfunditur.* Quinctil. II. Instit. Orat. cap. XV. *In quo est, finem esse Rhetorices, ducere homines dicendo in id, quod actor velit. Sed ne hoc quidem satis est comprehensum. persuadent enim dicendo, vel ducunt in id, quod volunt, alii quoque.* Claudian. in Panegyr. Mall. Theod. vers. 19.

Jam nunc canities animi, jam dulce loquendi
Pondus, & attonitas sermo qui duceret aures.

Illis autem *ut cantu* respicit Silius ad Amphionis & Orphei fabulas, qui cantu lyrae feras resque inanimatas *duxisse* perhibentur. Supra lib. XI. vers. 444.

—— lapidem testudine felix
Ducere, & in muros posuisse volentia saxa.

Propert. lib. III. eleg. I. vers. 41.

Orphea, te duxisse feras, & concita dicunt
Flumina Threicia detinuisse lyra.

ubi plura vide apud elegantissimum Broekhusium. Eumen. pro restaur. Schol. cap. XV. *Quod enim tantum carmen Amphioni, quae tanta plectro fidibusque dulcedo, quam secuta quondam saxa perhibentur, ut ducentibus subvecta modulis & ad intervalla carminum resistentia sponte murum, velut arte, construerent.* Eodem modo & Pan cantu fistulae armenta *ducit* supra lib. XIII. vers. 347.

Dulce sonat calamis, ducit fistula omnia cantu.

v. 462. *Idem, cum subitum*] *subitam* Puteaneus. *subitae tubae* opinor, vel *subitas aures.* N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. *subitum* enim adverbium est, pro quo supra etiam *per subitum* dixit vers. 145.

v. 466. *Tunc e furtiva tractantem proelia luce Dejecit Galam*] *& furtiva luci* Coloniensis. Locus corruptus, si quid video. forte *e furtivo luco.* Sic lib. XVII. vers. 91. *furtum armorum* ex scriptis. Mox *Galeam*, non *Galam*, Puteaneus & editio Parmensis. N. HEINSIUS. Marsus *e furtiva luce dejecit* exponit, vitam, quam furto matris habebat, quae eum sacris Punicis subduxerat, abstulit. Sed an non *furtiva lux* est obscura, qua defensus Gala secure proelia tractabat? quod si non placet, malim cum Illustrissimo Heinsio legere *è furtivo luco*, vel cum Celeberrimo Burmanno *furtivo lustro*, in quo nempe se condiderat. *Dejicere* autem usitata vox est in proeliis & venationibus, pro interficere, occidere. Auctor Ceiris vers. 22.

Additur aurata dejectus cuspide Typho.

Ovid. III. Metam. vers. 303.

 —— *con-*

Dejecit Galam. sacris Karthaginis illum
Supposito mater partu subduxerat olim.
Sed stant nulla diu deceptis gaudia Divis.
Tunc Alabim, Murrum, atque Dracen, demisit ad umbras,
Femineo clamore Dracen extrema rogantem:
Hujus cervicem gladio inter verba precesque
Amputat. abscisso durabant murmura collo.
At non ductori Libyco par ardor in armis.
Frondosi collis latebras ac saxa capessit
Avia, nec caedes extremave damna movebant
Agminis. Italiam profugus spectabat & Alpes,
Praemia magna fugae. tacitum dat tessera signum:
Dimissa in colles pugna silvasque ferantur
Dispersi, & summam, quicumque evaserit, arcem
Pyrenes culmenque petat. tum primus, honore
Armorum exuto, & parma celatus Hibera,
In montes abit, atque volens palantia linquit
Agmina. desertis Latius victricia signa
Immittit miles castris. non urbe recepta
Plus ulla partum praedae, tenuitque moratas
A caede, ut Libycus ductor providerat, iras.
Fluminei veluti deprensus gurgitis undis,

Avulsa

——— *centimanum dejecerat igne Typhoea.*
Valer. Flacc. lib. VI. vers. 193.

Strymonaque obscura spargentem vulnera funda
Dejecit.

& vers. 217. *Actaei sed eum prior hasta Phaleri Dejicit.* Virgil. XI. Aeneid. vers. 641.

Ingentemque animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium.

Iscan. VI. belli Troj. vers. 25.

——— *tollitque animos celeremque triumphum*
Hectore dejecto sperat.

Vide Gebhard. ad Nepot. Thrasyb. cap. III. & doctos interpretes ad Phaedri lib. II. fab. . Deinde etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *Galeam.* sed male. *Gala* enim nomen est Africanum, ut vel ex Masanissae patre liquet, cui Galae nomen erat, teste Livio lib. XXIX. cap. XXIX.

v. 470. *Murum atque Dracen demisit ad umbras*] *Murrum* cum Coloniensi. quod nomen libro secundo etiam inter Saguntinos occurrit. nec aliter Parmensis editus. N. HEINSIUS. *Murrum* etiam omnes antiquissimae editiones. pro *demisit* autem in Puteaneo est *dimisit.* sed non recte. Vide supra ad lib. XI. vers. 142.

v. 473. *Abscisso durabant murmura collo*] Idem Coloniensis cum Parmensi libro *absciso collo*, non *abscisso.* N. HEINSIUS. *absciso* etiam Romana princeps, Mediolanensis, Marii Veneta, & Martini Herbipolensis editiones, quod Nicander in Juntina in *abscisso* mutavit. Sic supra lib. III. vers. 552. etiam vetustae editiones habent, *abscisa relinquunt Membra gelu.* & plurima MSS. apud Lucan. lib. VII. vers. 628. *Abscisum longe mittat caput*, non *Abscissum.* Duplex autem est verbum: alterum *abscindere*, a primitivo *scindere*, hinc *abscissus* & *abscidit* media brevi: alterum *abscidere*, a praepositione *abs* & verbo *caedere*, unde est *abscisus* & *abscidit* media producta; pro quo & *abcidit* & *abcisus* reperitur; compositum ex *ab* & *caedo.* apud Lucan. lib. VI. vers. 472. *de rupe pependit Abcisa fixus torrens.* ita plurima MSta, non *Abscissa*, quod vulgo circumfertur. Vide Gitanii observ. in ling. Lat. voce *Abscisus*, Joann. Rhodium ad Scribon. Larg. compos. 100. N Heinsium ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 827. ad Silii lib. VII. vers 642. ad Prudentii Apotheos. vers. 945. Gronov. ad Livii lib. XLIV. cap. V. ad Senec. Phoeniss. vers. 194. & Munker. ad Fulgent. I. Mythol. cap. II. absciso autem Dranci collo durabant murmura, ut apud Senec. in Thyest. vers. 727.

——— *colla percussa amputat:*
Cervice caesa truncus in pronum ruit;
Querulum cucurrit murmure incerto caput.

& Iscan. V. belli Troj. vers. 253.

——— *ipsa supremis*
Vix nondum defuncta sonis exile susurrat,
Ultor ubi Aeacide.

Nec longe hinc abeunt illa, quae supra habemus lib. IV. vers. 173.

At sonus, extremo morientis fusus ab ore,

Flexa

Avulsa parte inguinibus caussaque pericli,
Enatat intento praedae fiber avius hoste.
Impiger occultis Poenus postquam abditur umbris,
Saxosae fidens silvae, majora petuntur
Rursus bella retro, & superari certior hostis.
Pyrenes tumulo clipeum cum carmine figunt,
HASDRUBALIS SPOLIUM GRADIVO SCIPIO VICTOR.
Terrore interea posito trans ardua montis
Bebrycia populos armabat Poenus in aula,
Mercandi dextras largus, belloque parata
Prodigere in bellum facilis. praemissa feroces
Augebant animos argenti pondera & auri,
Parta metalliferis longo discrimine terris.
Hinc nova complerunt haud tardo milite castra
Venales animae, Rhodani qui gurgite gaudent,
Quorum serpit Arar per rura pigerrimus undae.
Jamque, hieme affecta, mitescere coeperat annus.
Inde, iter ingrediens rapidum per Celtica rura,
Miratur domitas Alpes, ac pervia montis
Ardua, & Herculeae quaerit vestigia plantae,
Germanique vias divinis comparat ausis.
Ut vero ventum in culmen, castrisque resedit
Hannibalis, Quos Roma, inquit, quos altius, oro,

Attollit

Flexa pererravit motis jam cornua labris.

ubi vide, quae notavi.

v. 483. *Volans palantia linquit Agmina*] *volens* scripti. optime. Diximus jam libro XI. vers. 445. N. HEINSIUS.

v. 487. *Providerat*] *providerit* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 489. *Avulsa parte inguinibus caussaque pericli*] Praeter auctores plurimos, quos Dausquejus laudavit, idem testatur auctor fab. Aesopic. fab. XXXIII. eoque alludit Tertull. I. advers. Marcion. cap. I. *Quis tam castrator carnis castor, quam qui nuptias abstulit?* Plurimi tamen fabulam esse docuerunt. Vide Gesneri lib. I. Animal. in Castore pag. m. 338.

v. 491. *Additur umbris*] *abditur* malim. confirmat editio Parmensis. initio libri sequentis,

Abditus ut silva, stabulis cum cessit adeuntis.

& sic Interpres. N. HEINSIUS. Pariter etiam habet editio Raphelengii. Ita saepe alibi peccatur. vide supra ad lib. VI. vers. 394. & lib. XI. vers. 14

v. 497. *Bebrycia populos armabat Poenus in aula*] Supra lib. III. vers. 423.

Possessus Baccho saeva Bebrycis in aula.

ubi vide, quae notantur.

v. 498. *Mercandi dextras largus*] *dextras* est milites. vide supra ad lib. XIV. vers. 239.

v. 499. *Praemissa feroces* &c.] *promissa feroces* Puteaneus. nil muto. N. HEINSIUS. Perperam etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *promissa*. Livius lib. XXVII. cap. XIX. *Hasdrubal, jam antequam dimicares, pecunia rapta, elephantisque praemissis, quam plurimos poterat de fuga excipiens, praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit.* Vide etiam Dausquejum hoc loco.

v. 503. *Venales animae, Rhodani qui gurgite gaudent*] Οἱ μίσθαρνοι, qui *latrones* antiquitus: *Latrones* enim eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. D. HEINSIUS. Celtis Gallisque auctor hic infestus est, Livii, arbitror, imitatione. Ita mox vers. 722. *Avertit patrius gentem pavor.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Puteaneus codex *animae, quae gaudent.* Sed necesse non est. vide supra ad lib. X. vers. 307.

v. 505. *Hieme affecta mitescere coeperat annus*] *affectus* propemodum consumtus est. vide A. Gellium lib. III. cap. XVI. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VII. *affecta hiems* est pene finita, ad finem vergens, non tantum coepta, ut volebat Hadrian. Cardin. de Sermone Latino. Gellius III. Noct. Attic. cap. XVI. *Favorinus mihi ait, περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non confecto esse anno, sed affecto: in qua re usus est verbo non vulgariae significationis. Affecta enim, sicut M. Cicero & veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quae non ad finem ipsum, sed proxime finem progressa deductave erant. Hoc verbum ad hanc sententiam in Ciceronis oratione fuit, quam dixit de provinciis consularibus.* Nonius Marcell. *Profligare-*

Attollit muros, qui post haec moenia, fratri
Victa meo, stent incolumes? sit gloria dextrae
Felix tanta precor: neve usque ad sidera adisse
Invideat laevus nobis Deus. agmine celso
Inde alacer, qua munitum declivis ab alto
Agger monstrat iter, properatis devolat armis.
Non tanto strepuere metu primordia belli:
Nunc geminum Hannibalem, nunc jactant bina coïre
Hinc atque hinc castra, & pastos per prospera bella
Sanguine ductores Italo conjungere Martem,
Et duplicare acies; venturum ad moenia cursu
Hostem praecipiti, & visurum haerentia porta
Spicula, Elissaeis nuper contorta lacertis.
His super infrendens sic secum Oenotria tellus:
Tantone, heu Superi! spernor contemta furore
Sidoniae gentis, quae quondam sceptra timentem
Nati Saturnum nostris considere in oris,
Et regnare dedi? decima haec jam vertitur aestas,
Ex quo proterimur: juvenis, cui sola supersunt
In Superos bella, extremo de litore rapta
Intulit arma mihi, temeratisque Alpibus ardens
In nostros descendit agros. quot corpora texi
Caesorum, stratis toties deformis alumnis!
Nulla mihi floret baccis felicibus arbor;
Immatura seges rapido succiditur ense;
Culmina villarum nostrum delapsa feruntur

In

re verbum pessimum ad usum trahi coeptum est. Nam cum sit Profligatum perditum & ad internecionem adductum; nunc perfectum solutum aut aedificium, aut aliquid unde inceptum, dicendum putant, cum Affectum dici debeat, non Profligatum. quae Nonius descripsit ex Gellii xv. Noct. Att. cap. v. & per virum Celeberrimum Jac. Gronovium, quod ad significationem vocis *profligare*, erroris convicta sunt. De hoc usu vocis *affectus* vide etiam Gifan. Observ. in ling. Latin. ea voce.

v. 514. *Neve usque ad sidera adisse*] Forte *neu quisquam ad sidera adisse.* N. HEINSIUS.

v. 516. *Munitum monstrat iter*] Propria est locutio *munire viam.* Cicero pro Milon. cap. VII. *Perinde quasi Appius ille caecus viam muniverit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinarentur.* Livius lib. IX. cap. XXIX. *Memoriae tamen felicitatis ad posteros nomen Appii, quod viam munivit, & aquam in urbem duxit* lib. XXVII. cap. XXXIX. *Per munita pleraque transitu fratris, quae antea invia fuerant, ducebat.* in epitom. lib. XX. *C. Flaminius censor viam Flaminiam munivit.* Quinctil. III. Instit. Orat. cap. I. *Plurimi auctores quamvis eodem tenderent, diversas tamen vias munierunt, atque in suam quisque duxit sequentes.* ubi editiones nonnullae *invenerunt* legunt, cum pro vulgata lectione stent codices scripti. Titulus etiam est in Codicis Theodosiani libro XV. *de itinere muniendo*, ubi haec locutio frequenter occurrit.

v. 520. *Per prospera bella*] *belli* maluerim, ut saepe scriptores. quamvis & vulgata lectio non prorsus damnanda. N. HEINSIUS. Ita *prospera rerum* supra lib. IV. vers. 501. *animos stimulabant prospera rerum. fortuita, subita belli* apud Tacitum passim obvia. vide N. Heinsium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 103. Sed cum libri prisci nihil mutent, & *belli* mox praecesserit, vulgatam scripturam servarem. Ita Silius supra lib. VII. vers. 13.

——— *Libyae finem inter prospera bella*
Vincendi statuit.

v. 523. *Haerentia portae*] *porta* scripti & Parmensis editio. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps & Mediolanensis editio.

v. 529. *Decima jam haec vertitur aestas*] *haec jam vertitur* cum Puteaneo. N. HEINSIUS. *haec jam vertitur* etiam editio D. Heinsii & Raphelengii. vulgata scriptura in metrum impingit.

v. 534. *Caesorum heu stratis*] τὸ *heu* codices scripti non agnoscunt, nec Parmensis editio. N. HEINSIUS. Eadem vocula exsulat etiam ab omnibus

ante

In gremium, foedantque suis mea regna ruinis.
Hunc etiam, vastis qui nunc sese intulit oris,
Perpetiar, miseras quaerentem exurere belli
Reliquias? tum me scindat vagus Afer aratro,
Et Libys Ausoniis commendet semina sulcis,
Ni cuncta, exsultant quae latis agmina campis,
Uno condiderim tumulo. dum talia versat,
Et thalamos clausit nox atra hominumque Deûmque,
Tendit Amyclaei praeceps ad castra nepotis.
Is tum, Lucanis cohibentem finibus arma,
Poenum vicini servabat cespite valli.
Hic juvenem aggreditur Latiae telluris imago:
Clausorum decus, atque erepto maxima Romae
Spes Nero Marcello, rumpe, atque expelle quietem.
Magnum aliquid tibi, si patriae vis addere fatis,
Audendum est, quod, depulso quoque moenibus hoste,
Victores fecisse tremant. fulgentibus armis
Poenus inundavit campos, qua Sena relictum
Gallorum a populis servat per secula nomen.
Ni propere alipedes rapis ad certamina turmas,
Serus deletae post auxiliabere Romae.
Surge, age; fer gressus. patulos regione Metauri
Damnavi tumulis Poenorum atque ossibus agros.
His dictis abit, atque abscedens visa paventem
Attrahere, & fractis turmas propellere portis.
Rumpit flammato turbatus corde soporem,
Ac supplex, geminas tendens ad sidera palmas,

Tellurem

ante Nicandri Juntinam editionibus, in qua primum comparuit, & hinc in cunctis aliis. Versu sequenti autem in Oxoniensi codice, & editione Romana principe ac Mediolanensi *bacis*, non *baccis*. Vide supra ad lib. VIII. vers. 134.

v. 538. *Mea regna*] Forte *mea terga*. N. HEINSIUS.

v. 539. *Nunc etiam*] *Hunc etiam* ex Coloniensi: & sic Gronovius ad Senecae Phoeniss. vers. 560. Praeterea interrogationis nota hic locus erigendus. N. HEINSIUS. Soliti fuerunt librarii literas *H* & *N*, praesertim si initiales versus forent, permiscere. vide supra ad lib. VI. vers. 580.

v. 540. *Miseras quaerentem exurere belli Reliquias*] *Reliquiae belli* hic erunt ea, quae mihi bella reliquerunt, reliqua fecerunt. Vide tamen, an non praestiterit *exurere bello Reliquias*. De hac locutione *exurere bello* supra vide ad lib. VIII. vers. 274.

v. 545. *Et thalamos clausit nox atra hominumque Deûmque*] Non invenusta descriptio ingruentis noctis, cui similem in Euripide locum legere memini. *thalami Deorum* vel ex Homero noti. BARTHIUS lib. XXII. Adversf. cap. VIII. In Oxoniensi & Puteaneo Mss. erat *Deûmque hominumque*.

v. 552. *Magnum aliquid tibi audendum est, quod depulso* &c.] Est ex Livio lib. XXVII. cap. XLIII. *Audendum ac novandum aliquid improvisum, inopinatum; quod coeptum non minorem apud cives, quam hostem, terrorem faceret; perpetratum in magnam laetitiam ex magno metu verterit.*

v. 558. *Deletae Romae*] *dilectae* Puteaneus. non audio. Infra paullo post, *Cui maxima gloria cedat Urbis deletae*. lib. XVI. *deleta gentilis pube catervae*. &, *deturque potestas, Orat, delendae Karthaginis*. libr. XVII. *claro deleta est Marte Saguntus*. Plura lib. IX. vers. 39. Mox *Mataurri* Coloniensis. dictum lib. VII. vers. 486. N. HEINSIUS. Propert. lib. II. eleg. V. vers. 5.

Nec quae deletas potuit componere Thebas.

ubi plura vide apud optimum Brockhus. Saepe autem culpa librariorum voces *deletus* & *dilectus* commutantur. vide supra ad lib. IX. vers. 39. *Mataurri* autem Colon. codex, non *Metauri*. vide ad lib. IV. vers. 187.

v. 561. *Ascendens visa paventem Attrahere*] Melius erit *abscedens*. MODIUS Novant. Lection. epist. IV.

v. 564. *Tendens ad sidera palmas*] Hemistichium est Nasonianum ex IX. Metam. vers. 174.

— — *caeca-*

Tellurem Noctemque, & coelo sparsa precatur
Astra, ducemque viae tacito sub lumine Phoeben.
Inde legit dignas tanta ad conamina dextras.
Quaque jacet superi Larinas accola ponti,
Qua duri bello gens Marrucina, fidemque
Exuere indocilis sociis Frentanus in armis.
Tum, qua vitiferos domitat Praetutia pubes,
Laeta laboris, agros, & penna, & fulmine, & undis
Hibernis, & Achaemenio velocior arcu
Evolat. hortator sibi quisque; Age, perge, salutem
Ausoniae ancipites Superi, &, stet Roma cadatne,
In pedibus posuere tuis, clamantque, ruuntque.
Hortandi genus acer habet praecedere ductor.
Illum augent cursus annisi aequare sequendo,
Atque indefessi noctemque diemque feruntur.
At Roma adversi tantum mala gliscere belli
Accipiens, trepidare metu, nimiumque Neronem
Speravisse queri, atque uno sibi vulnere posse
Auferri restantem animam. non arma, nec aurum,

Nec

——— *caecaque medullis*
Tabe liquefactis, tendens ad sidera palmas.

Vide mox infra ad vers. 640.

v. 566. *Ducemque viae tacito sub lumine Phoeben*] Exprimit illud Maron. II. Aen. vers. 255. *tacitae per amica silentia lunae.* Cum autem hic Silius *lumen tacitum lunae*, eamque *ducem viae* memorat, patet lunam tum luxisse, adeoque male viros doctos *tacitae lunae silentia* apud Maronem noctem illunem exponere. nihil aliud enim ea locutione indicare voluisse videtur, quam temporis nocturni descriptionem, quo omnia solent silere; quemadmodum contra tempore diurno inquieta & clamosa esse. Ita *silentia noctis* & *nox silens* apud poetas ubique obvium pro nocte. Silius lib. v. vers. 2.

——— *perque alta silentia noctis*
Silvarum anfractus caecis insiderat armis.

lib. VIII. vers. 640. *vallum rabidae sub nocte silenti Irrupere ferae.* lib. XVII. vers. 180. *arderent cum bina in nocte silenti Castra.* atque ita Ovidius, Seneca, Statius, & alii passim. *tacentes tenebrae* est apud Quinctil. Declam. x. pag. 176. *Jam totam domum ac familiam quies prima sopiverat, & tacentibus tenebris venerat tempus dulcissimum matri.* Eodem modo ergo Virgilius etiam *tacitae lunae silentia* pro nocte posuit. Non alio sensu hunc locum Maronis capiendum quidam etiam docuerunt. vide Lud. de la Cerda ad dictum locum.

v. 573. *Achemonio velocior arcu*] Legendum est *Achaemenio arcu.* MODIUS Novant. Lect. epist. IV.

v. 575. *Stet Roma, cadatne, In pedibus posuere tuis*] Claud. in bell. Gild. vers. 460.

Aut ruet in vestris, aut stabit Roma lacertis.

v. 578. *Illum augent, cursus adnixi aequare sequendo*] *adnisi* in scriptis. Praeterea scribendum *Illum ardent*, vel, ut propius insistamus scriptae lectioni, *Illum urguent aequare.* N. HEINSIUS. *adnisi*, pro *adnixi*, etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Marsi editiones. vide supra ad lib. II. vers. 123. & lib. x. vers. 179. Deinde vulgatum *augent* commode satis hoc sensu capi potest: milites, adnisi aequare sequendo praecedentem ducem, augent cursus: ut nihil videatur mutandum.

v. 580. *Tantum mala gliscere belli*] *tantum & mala* scripti. N. HEINSIUS.

v. 581. *Nimiumque Neronem Speravisse*] Forte *Spiravisse.* N. HEINSIUS. Ita saepe in vetustis membranis turbatur. vide infra ad lib. XVII. vers. 541. Sed & recepta lectio non contemnenda.

v. 584. *Nec, quem fundant, superesse cruorem*] *quem fundat* opinor. ipsa videlicet Roma quod effundat sui cruoris, nil superesse. quomodo & in Oxonio fuisse videtur. N. HEINSIUS.

v. 585. *Scilicet Hasdrubalem invadant, ad proelia soli Hannibali satis esse nequit*] Locus est de trepidatione Romanorum, cum Nero, ipsi Hannibali impar, castra, quae ei adversa habebat, cum potiore exercitus parte reliquisset, ut se Livio Salinatori conjungeret, & ita opponeret Hasdrubali, qui in Italiam jam irruperat, ut fratris Hannibalis copiis suas misceret, sed qui locus tum demum melius habebit, cum ita perscribetur,

Scilicet Hasdrubalem invadat, qui ad proelia soli
Hannibali satis esse nequit.

Emendationis ratio clara est. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *Hasdrubalem invadat, qui ad proelia soli* est vera lectio, & edita Lugduni Batavorum

Nec pubem, nec, quem fundant, superesse cruorem.
Scilicet Hasdrubalem invadat, qui ad proelia soli
Hannibali satis esse nequit? jam rursus, ubi arma
Avertisse suo cognorit devia vallo,
Haesurum portis Poenum: venisse, superbo
Qui fratri certet, cui maxima gloria cedat
Urbis deletae: fremit amens corde sub imo
Ordo Patrum, ac magno interea meditatur amore
Servandi decoris, quonam se fine minanti
Servitio eripiat, Divosque evadat iniquos.
Hos inter gemitus obscuro noctis opacae
Succedit castris Nero, quae conjuncta feroci
Livius Hasdrubali vallo custode tenebat.
Belliger is quondam, scitusque accendere Martem
Floruerat primo clarus pugnator in aevo.
Mox falso laesus non aequi crimine vulgi,
Secretis ruris tristes absconderat annos.
Sed, postquam gravior moles terrorque periclo
Poscebat propiore virum, revocatus ad arma

Tot

vorum, & a Dausquejo proposita, & a Msto Anglicano confirmata. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Repone ex Coloniensi *invadat, qui ad proelia soli Hannibali satis esse nequit.* Adde interrogationis notam. ita & Interpres conjecerat, & post illum Barthius. N. HEINSIUS.

v. 590. *Fremit amens corde sub uno Ordo Patrum*] Locus tum demum melius habebit, cum perscribetur *corde sub imo.* Emendationis ratio clara est. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. Consensum in timore Patrum describens, audaciâ Neronis, ait, *fremit amens corde sub uno.* Ita enim scribendum ex Msto, non *imo*, quod supponunt alii. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *sub imo* cum Modio ex Coloniensi libro. Obstrepit Interpres, & Interpreti blanditus Barthius. sed non audio. N. HEINSIUS. *corde sub imo* est etiam in Romana principe, Parmensi, Mediolanensi, & Marsi Veneta prima editione, qui tamen in commentariis ut & Veneta secunda *corde sub uno* perperam agnoscit. sic Virgil. X. Aeneid. vers. 464.

Audiit Alcides juvenem, magnumque sub imo
Corde premit gemitum.

Valer. Flacc. lib. V. vers. 36. *sed pectore ductor ab imo Talia voce gemit.* Vox *imus* saepissime alibi in *unus* transiit. In lapide apud Gruter. pag. MCLXIV. inscr. 7.

HANC. AVTEM. FIDEI. SEDEM. CONSTRVXIT. AB. VNO.

Ita nunc editur. sed puto in lapide fuisse AB. IMO, id est, *imo*, ex quo minus attentus descriptor fecit *uno. construxit ab imo* autem, ut *vertere ab imo* apud Maron. V. Aen. vers. 810.

——— *cuperem cum vertere ab imo*
Structa meis manibus perjurae moenia Trojae.

Plura ejusdem peccati exempla vide apud Pierium ad Maron. II. Aeneid. vers. 450. Scalig. de Manil. lib. I. vers. 30. Commentatores ad Petron. Satyr. cap. XXX. N. Heinsium ad Silii lib. IV. vers. 312. lib. XIII. vers. 327. ad Claudiani Consul. Olybr. & Prob. vers. 84. ad Nason. epist. XX. Heroid. vers. 41. contra etiam non raro librarii vocem *unus* in *imus* mutarunt. vide supra ad lib. V. vers. 112.

v. 597. *Belligeris quondam*] Scribo ex fide vetusti codicis *Belliger is quondam.* MODIUS Novant. Lection. epist. IV.

v. 599. *Mox falso laesus non aequi crimine vulgi*] Quasi scilicet praedam non aequaliter militibus distribuisset, teste Frontino IV. Strateg. cap. I. §. 45. *M. Salinator Consularis damnatus est a populo, quod praedam non aequaliter diviserat militibus.*

v. 600. *Secretus ruri tristes absconderat annos*] Scribo ex fide vetusti codicis *Secretis ruris.* MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *Secretis ruris* ex scriptis exemplaribus cum Modio. hic denuo odiosus est interpres. N. HEINSIUS. Ovid. I. Metam. vers. 594.

Praeside tuta Deo nemorum secreta subibis.

Ita *secretum rus* est apud Auson. epist. X. vers. 31.

Dulcia secreti repetantur ut otia ruris.

& *secretus ager* apud Avien. Descript. orb. vers. 1037.

——— *per inhospita cujus*
Aequora secreto vitam protraxerat agro.

Simili locutione *tuta oppidi*, quod Horatio astruxit Eruditissimus Bentlej. ad lib. I. od. I. vers. 16.

v. 602. *Revocatus ad arma &c.*] Exprobrat Romae Sidon. Apoll. saepe eam necesse habuisse re-

Fffff quirere

Tot caesis ducibus, patriae donaverat iram.
At non Hasdrubalem fraudes latuere recentum
Armorum, quamquam tenebris nox texerat astus.
Pulveris in clipeis vestigia visa movebant,
Et properi signum accursus, sonipesque, virique
Substricti corpus, bis clarum buccina signum.
Praeterea gemino prodebant juncta magistro
Castra regi. verum, fratri si vita superstit,
Qui tandem licitum socias conjungere vires
Consulibus? sedenim solum (dum vera patescant)
Cunctandi restare dolum, Martemque trahendi.

Nec

quirere operam eorum, quos damnarat, & inter alia etiam hoc Livii Salinatoris exemplo usus est carm. II. vers. 530.

——— *miseroque tumultu*
Pelle prius, quos victa petas: si ruperit Alpes
Poenus, ad assuetos condemnatosque recurre.
Improbus ut rubeat Barcyna clade Metaurus,
Multatus tibi Consul agat: qui, millia fundens
Hasdrubalis, rutilum sibi cum fabricaverit ensem,
Concretum gerat ipse caput.

v. 603. *Patriae devoverat iram*] *donaverat* cum Coloniensi Modius, hoc est, remiserat. Nos hunc loquendi modum pluribus illustramus ad Nasonem Arte Amatoria III. vers. 85. infra, *teloque instare sequaci, Nec donare fugam.* & mox magis apposite,

——— *quot funera Poenis*
Donarunt pravi suffragia tristia campi.

N. HEINSIUS. Silius lib. II. vers. 325.

Quantum, heu! Karthago donat tibi sanguinis Hannon.

Ovid. II. ex Ponto epist. VII. vers. 51.

Culpa gravis precibus donatur saepe suorum.

Lucan. lib. IX. vers. 1090.

Poena fugae Ptolemaeus erat: sed parcimus annis,
Donamusque nefas.

Senec. Oedip. vers. 999.

——— *quis Deus tandem mihi*
Placatus atra nube perfundit caput?
Quis scelera donat?

Statius VII. Theb. vers. 557.

An suspectus ego? abscedo, & mea vulnera dono.

Livius lib. VIII. cap. XXXV. *Noxae damnatus donatur populo Romano, donatur tribunitiae potestati.* Cicero V. ad famil. epist. IV. *Inimicitias ut Reip. donares, te vicisti.* ubi vide, quae magnus Graevius notavit, & quae ὁ πάνυ Gronov. ad Senec. Phoeniss. vers. 235. & 456. & ad Medeam vers. 1015. Marsus, qui *devoverat* in Silii contextu edidit, in commentario tamen *donaverat* legit.

v. 604. *Fraudes latuere recentum Armorum*] *repentum* malim, pro repentinorum. N. HEINSIUS. Ita *repens* supra est lib. III. vers. 320.

——— *repensque*
Castra quatit clamor permixtis dissona linguis.

lib. X. vers. 396.

Clamor saepe repens, & saepe silentia.

vers. 577.

——— *repens crepitantibus undique flammis*
Aethereas anima exsultans evasit in auras.

lib. XIII. vers. 316.

Ecce repens tacito perrupit pectora sensu
Religio.

Solent autem ita saepe peccare librarii. Vide Carrion. ad Valer. Flacc. lib. II. vers. 91. N. Heins. ad Claud. I. in Eutrop. vers. 412. ad Nason. XII. Metam. vers. 61. ubi hanc vocem latius illustrat, Barthium ad Statii V. Theb. vers. 692. & Bosch. ad Petron. Satyr. cap. CXXII.

606. *Pulveris in clipeis vestigia visa monebant*] Scribo ex fide vetusti codicis *movebant.* MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *movebant* cum Coloniensi Modius. bene. *manebant* Puteaneus. N. HEINSIUS. *movebant* etiam codex Oxoniensis, quod Silio jam olim vindicavit vir Illustrissimus ad Nason. III. Fastor. vers. 757. Saepe librarios haec verba confudisse supra docui ad lib. II. vers. 273.

v. 607. *Et propere signum ad cursus*] Ex Msto Anglicano legendum *Et properi signum accursus.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *Et properi signum accursus* idem ex iisdem membranis Modius, uti Barthius quoque. N. HEINSIUS. Veram Silio manum recte huc revocarunt viri docti, & cum illis Dausquejus. de voce *accursus* vide N. Heins. ad Silii lib. X. vers. 201. & ad Nason. III. Fast. vers. 757. ubi Silio vindicavit *Id properi signum accursus.* pari modo *accursu*, pro *ad cursum*, in gustu ad Statii VI. Theb. vers. 511. emendabat ὁ πάνυ Gronovius. *properi accursus*, ut *propera pugna* supra lib. IX. vers. 267. *properae describit munera pugnae.* ita malebat N. Heinsius, pro *propere describit. subitus accursus* est apud Valer. Max. lib. VI. cap. VIII. ex. 6. *Si quis ante oculos ponere velit subitum militum accursum.*

v. 607. *Sonipesque virique Substricti corpus, bis clarum buccina signum*] Coloniensis,

Stricti corpus, bis clarum quoque buccina signum.

Forte,

Substricti corpus, clarum quoque buccina signum.

bis

Nec consulta fugae segni formidine differt.
Nox, somni genetrix, mortalia pectora curis
Purgarat, tenebraeque horrenda silentia alebant:
Erepit, suspensa ferens vestigia, castris,
Et muta elabi tacito jubet agmina passu.
Illunem nacti per rura tacentia noctem
Accelerant, vitantque sonos: sed percita falli
Sub tanto motu tellus nequit. implicat actas
Caeco errore vias, umbrisque ferentibus arto
Circumagit spatio sua per vestigia ductos.
Nam, qua curvatas sinuosis flexibus amnis

Obliquat

bis cecinisse videlicet, quod ex Livio jam illustravit Interpres. N. HEINSIUS.

v. 612. *Dum vera patescunt*] *patescant* ex Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 617. *Erupit, suspensa ferens vestigia, castris*] *Eripuit* Parmensis. *Erepit* optime Coloniensis, quod occultam & tacitam Neronis expeditionem eleganter exprimit. Reddendum & Lucano id verbum lib. III. vers. 595.

Dum cupit in sociam Gyareus irrepere puppim,
Excipit immissum suspensa per ilia ferrum.

Ita conjeceram scribi illic oportere, cum postea eam scripturam a duobus vetustis exemplaribus inveni confirmatam. vulgati perperam *erumpere*. N. HEINSIUS. *Eripit* codex Oxonius, quam proxime verum. recte enim Illustrissimus Heinsius *Erepit* ex membranis Agrippinatibus restituit, ut notet Silius, Haldrubalem tacite ac clam castris excessisse. Pari modo supra peccatum existimat etiam Heinsius lib. XIII. vers. 332.

Ac parva erumpunt rubicunda cornua fronte.

ubi *erepunt* mavult. Tacitam autem Hasdrubalis fugam eleganter etiam exprimit per *suspensa ferens vestigia*, id est, vestigia provide & cum cura movens, ne sonitum edant. Terent. in Phorm. act. v. scen. VI. vers. 26. *Hoc ubi ego audivi, ad fores suspenso gradu placide ire perrexi.* Auctor Ceiris vers. 12.

Tum suspensa levans digitis vestigia primis.

Ovid. VI. Fast. vers. 337.

——— furtimque accedere tentat,
Et fert suspensos, corde micante, gradus.

Senec. Praefat. I. Controv. non longe a fine, *Necesse est, me, per spinosum locum ambulantem, suspensos pedes ponere.* Quinct. Declam. I. pag. 7. *Gradu suspenso ponere certa vestigia.* Declam. II. pag. 30. *Vestigia plura semper errantium, quae non valent suspensis praetentatisque gressibus librare corpus.* Ammian. Marcell. lib. XIV. cap. II. *Per ancoralia quadrupedo gradu repentes, seseque suspensis passibus injectantes in scaphas, eisdem nihil opinantibus assistebant.* Appul. III. Metam. pag. 57. *Ad illud interius cubiculum suspenso & insono vestigio me perducit.* ubi plura vide apud Pricaeum. Eodem modo *suspensam manum* dixit Quinctil. Declam. I. pag. 12. *Tu non cogitas, quemadmodum suspensa manu sonantem blande cardinem flectas.* Vide etiam Gebhard. ad Tibull. lib. I. eleg. II. vers. 20. *suspensa vestigia* ipse Silius vers. seq. per *tacitum passum* exponit.

v. 619. *Illunen nacti*] *noctem illunem* ἀσέληνον, σκοτομήνιον, Homerus. D. HEINSIUS. *Illunem noctem* bene Coloniensis cum editione Parmensi. & sic parens meus. nos plura ad Valer. Flaccum. N. HEINSIUS. Codex Oxon. cum editionibus Romana principe, Mediolanensi, & Marsi Veneta priore *In lumen*. Sed optime viri docti *Illunem* emendarunt. Graecis est νὺξ ἀσέληνος, ut apud Anacr. carm. III.

Βρέχομαι δὲ, κἀσέληνον
Κατὰ νύκτα πλανῶμαι.

Pluvia vero madeo, & illunem per noctem erro. Pessime vulgo in Silio *Illumen* & *Illumem* circumfertur.

v. 620. *Accelerant, vitant socios*] *vitant socios*, inquit Interpres, eos puta, qui relictis signis passim se quieti per campos dederant. Interpretatio satis expedita, sed quae male memor videatur disciplinae militaris, cujus jure hi non tantum vitarentur, sed in saporem perpetuum collocarentur. Nimirum legendum esse *vitantque sonos*. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *vitantque sonos* Modius. in Mllo *vitant socios*, ut & in vulgatis. Lege *vitant sonitus*. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *vitantque sonos* ex Coloniensi Modius. vere omnino, & confirmant sequentia. desinat igitur argutari Interpres. Barthius *vitant sonitus*: nam in Oxonio *socios*, ut in vulgatis. N. HEINSIUS.

v. 624. *Curvatas sinuatis flexibus amnis Obliquat ripas*] *sinuosis flexibus* Coloniensis, quod praestat, uti monitum est a nobis ad Claudian. VI. Consul. Honor. vers. 175. N. HEINSIUS. *sinuatis flexibus*, ut supra lib. II. vers. 172.

Averso rapitur sinuata per aequora curru.

lib. XV. vers. 173.

Hinc legit Ausonius sinuatos gurgite ductor
Anfractus pelagi.

sinuosis autem ex Mllo praefert Heinsius. Plin. V. Hist. Nat. cap. XXIX. *Amnis Maeander ita sinuosus*

 flexibus,

Obliquat ripas, refluoque per aspera lapsu
In sese redit, hac, casso ducente labore,
Exiguum involvunt frustratis gressibus orbem,
Inque errore viae tenebrarum munus ademtum.
Lux urguet, panditque fugam. ruit acer apertis
Turbo equitum portis, atque omnis ferrea late
Tempestas operit campos. nondum arma manusque
Permixtae, jam tela bibunt praemissa cruorem.
Hinc, jussae Poenum fugientem sistere, pennae
Dictaeae volitant; hinc lancea turbine nigro
Fert letum cuicumque viro, quem prenderit ictus.
Deponunt abitus curam, trepidique coactas
Constituunt acies, & spes ad proelia vertunt.
Ipse inter medios (nam rerum dura videbat)
Sidonius ductor, tergo sublimis ab alto
Quadrupedantis equi, tendens vocemque manusque,
Per decora, extremo vobis quaesita sub axe,
Per fratris laudes oro, venisse probemus

Germanum

flexibus, ut saepe credatur reverti. Servius ad Maron. v. Aen. vers. 251. *Erat in chlamyde flexuosa & in se remeabilis purpura in modum Maeandri, fluminis Cariae provinciae, qui sinuosus est.* Virgil. I. Georg. vers. 244.

Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis.

Valer. Flacc. lib. II. vers. 451. *dum litora blando Anfractu sinuosa legunt.* lib. III. vers. 277.

It gemitus toto sinuosa per aequora coelo.

Exprimit autem id supra Silius lib. IX. vers. 227.

——— *sinuat qua flexibus undam*
Aufidus, & curvo circum errat gurgite ripas.

v. 625. *Obliquat ripas, refluoque per aspera lapsu In sese redit*] Pulchrum hoc, nec sine acumine. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 627. *Exiguum orbem*] An *Irriguum?* N. HEINSIUS.

v. 630. *Atque omnis*] *omnes* lege. N. HEINSIUS.

v. 632. *Jam tela bibunt permissa cruorem*] Manifeste corrigendum *praemissa*. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *praemissa*, Coloniensem secutus, Modius. Interpreti ineptire liberum esto, nam & editio Parmensis *praemissa*, & codex Oxonius. N. HEINSIUS. *praemissa* etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Marti Veneta prior editio, quod in posteriori perperam in *permissa* mutatum est; pro qua tamen scriptura cum Dausquejo stat etiam Gruter. in append. ad Martial. lib. X. epigr. XII. Saepissime autem ita peccasse librarios supra docui ad lib. VI. vers. 43. Pessime Raphelengius *permixta* edidit.

v. 635. *Quem prendidit ictus*] Manifeste corrigendum *quem prenderit*. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. *quem prenderit ictus* ex eodem codice idem Modius. bene. nam alterum Latinum non est. N. HEINSIUS. *prenderit* probavit etiam Dausquejus.

v. 637. *Consistunt acies*] Manifeste corrigendum *Constituunt acies*. MODIUS Novant. Lection. epist. IV. Immo *Constituunt* cum scriptis & Modio. Sic *constituere agmen*, de quo exacte Gronov. ad Livii lib. XXVII. cap. XVI. N. HEINSIUS. *Constituunt* etiam in Parmensi editione esse, ad marginem Silii vir Illustrissimus notavit. Eodem modo *statuam*, pro *sistam*, N. Heinsius scribendum conjicit lib. VIII. vers. 232. Vulgatam lectionem male probat Dausquejus.

v. 638. *Nam rerum dura videbat*] *jubebant* maluerim. N. HEINSIUS. Ita saepe peccatum est in libris priscis. Vide supra ad lib. XIII. vers. 372.

v. 640. *Tendens vocesque manusque*] Maluerim *intendens vocemque manusque*, quam *tendens*. Dixi ad Valer Flacc. lib. III. vers. 268. *vocemque* bene scripti, non *vocesque*. N. HEINSIUS. *intendens vocemque manusque*, ut apud Maron. VII. Aen. vers. 513.

Pastorale canit signum, cornuque recurvo
Tartaream intendit vocem.

Ovid. VI. Metam. vers. 533.

Intendens palmas, Pro diris, barbare, factis,
Pro crudelis, ait.

Iscan. III. bell. Troj. vers. 98. *sic voce precantur, Intenduntque manus.* Petron. in Satyr. cap. CXXII.

Intentans cum voce manus ad sidera dixit.

Receptam tamen lectionem non sollicito, quod Silius aliquie *tendere vocem*, *tendere manus* saepe usurparint. supra lib. III. vers. 532.

Tendentemque manus, atque hospitis arma vocantem.

lib.

Germanum Hannibalis: Latio Fortuna laborat
Adversis documenta dare, atque ostendere, quantus
Verterit in Rutulos domitor telluris Hiberae,
Suetus ad Herculeas miles bellare columnas.
Forsitan & pugnas veniet germanus in ipsas.
Digna viro, digna, obtestor, spectacula pleno
Corporibus properate solo. quicumque timeri
Dux bello poterat, fratri jacet: unica nunc spes,
Et poena & latebris infracto Livius aevo
Damnatum offertur vobis caput. ite, agite, oro,
Sternite ductorem, cum quo concurrere fratri
Sit pudor, & turpi finem donate senectae.
At contra Nero: Quid cessas clusisse labores
Ingentis belli? pedibus tibi gloria, miles,
Parta ingens. nunc accumula coepta ardua dextra.
Heu! temere abducto liquisti robore castra,
Ni factum absolvit victoria. praecipe laudem.
Adventu cecidisse tuo memorabitur hostis.

Parte

lib. vi. vers. 515. *fessas tendens ad sidera palmas.* lib. xii. vers. 590.

Tendentum palmas lacrimantiaque ora parentum.

lib. xv. vers. 564.

At supplex geminas tendens ad sidera palmas.

Virgil. v. Aen. vers. 533.

Ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus.

Aen. xii. vers. 96. *tenditque ad sidera dextram.* Ovid. vi. Metam. vers. 358.

Hi quoque vos moveant, qui nostro brachia tendunt
Parva sinu.

& vers. 639.

Tendentemque manus, & jam sua fata vocantem.

Senec. in Herc. Oet. vers. 1695. *tum manus tendens ait.* Virgil. x. Aen. vers. 667.

Et duplices cum voce manus ad sidera tendit.

Nihil itaque videtur mutandum.

v. 647. *Veniet germanus*] *veniat* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 648. *Digna viro*] Scribendum *Digna, viri, o.* N. HEINSIUS.

v. 651. *Et pene e latebris infracto Livius aevo*] Ego ita constituebam, *Et poena & latebris*, quod esset in Miło *Et poena latebris.* MODIUS Novant. Lection. epist. x. Modius *Et poena & latebris.* Optime: sed melius *Ex poenae latebris.* Secesserat Livius plebis injuriis damnatis honoribus. BARTHIUS lib. ix. Advers. cap. xvii. *Et poena & latebris* ex Coloniensi Modius. probe. *Ex poenae latebris* Barthius. N. HEINSIUS. Vera lectio etiam Dausquej. non displicuit.

v. 654. *Et turpis finem donate senectae*] Ego ita constituebam *& turpi finem donate senectae*, quod vulgatum *turpis* in membranis in litura cubaret, meminissemque legere apud Virgil. *nec turpi ignosce senectae.* MODIUS Novant. Lection. epist. x. *turpi senectae* Modius. probe. N. HEINSIUS. Ita & Cerda hic reposuit in notis ad Maron. iii. Georg. vers. 96. & Dausquejus.

v. 655. *Cessas clausisse labores*] *clusisse* Puteaneus codex cum Romana principe, Parmensi, Mediolanensi aliisque editionibus. Vide supra ad lib. vi. vers. 451.

v. 658. *Adducto rupisti robore castra*] Ego ita constituebam *abducto liquisti robore castra*, quod alterum ita faciendum moneret res ipsa, alterum, ut de re taceam, etiam membranaceus codex. MODIUS Novant. Lection. epist. x. *liquisti* cum Coloniensi Modius. bene. idem *adducto robore.* quare cavillatur Interpres? N. HEINSIUS. Tantum abest, ut Modius *adducto*, pro *abducto*, reponere voluerit, quod notabat Dausquejus, & ex eo N. Heinsius, ut contra *adducto*, quod eo teste quibusdam libris insederat, in *abducto* mutarit. *adducto* quidem in nulla inveni editione, exstat tamen in notis Petri Marsi, cum in ipso contextu *abducto* legatur. Perperam autem Puteaneus codex *adductae* habet. Saepe hae voces in membranis inter se commutantur. Vide supra ad lib. x. vers. 18.

v. 659. *Praeripe laudem*] *praecipe* Puteaneus cum Oxonio. eleganter. de quo verbo plura ad Valerium Flaccum lib. iv. vers. 751. apud nostrum lib. iv. vers. 804. ex veteri codice habuimus *virtus praecepta. praecipere lumen* lib. xvi. vers. 338. N. HEINSIUS. Supra lib. vi. vers. 299.

—— de sanguine poenas
Praecepit Tyrio, & praesumta piacula mortis.

ubi tamen Illustrissimus Heinsius ex Colon. libro *Percepit* malebat. Virgil. vi. Aen. vers. 105.

Parte alia, insignis nudatis casside canis,
Livius: Huc, juvenes, huc me spectate ruentem
In pugnas. quantumque meus patefecerit ensis,
Tantum intrate loci; & tandem praecludite ferro
Jam nimium patulas Poenis grassantibus Alpes.
Quod ni veloci prosternimus agmina Marte,
Et fulmen subitum Karthaginis Hannibal adsit,
Qui Deus infernis quemquam nostrum eximat umbris?
Hinc, galea capite accepta, dicta horrida ferro
Sancit, &, obtectus senium, fera proelia miscet.
Illum, per cuneos & per densissima campi

Corpora

Omnia praecepi, atque animo mecum ante peregi. Livius lib. VI. cap. V. *Nec, nisi, antequam omnia praecipiant, divisus sit, locum sibi plebi fore.* lib. IX. cap V. *Omnia tristiora experiundo factura, quam quae praeceperant animis.* lib. X. cap. XXVI. *Tanta laetitia ac gratulatio fuit, ut praeciperetur victoria animis.* lib. XXXI. cap. XXXIX. *Nox dieique insequentis pars ad praecipiendum iter Philippo data est.* Curtius lib. IV. cap. IV. *Adeo victoriae non omen modo, sed etiam gratulationem praeceperant.* Vide N. Heins. ad Nason. epist. XVII. Heroid. vers. 107. Gebhard. I. Crepund. cap. I. Saepe autem voces *capere* & *praecipere* cum vocibus *rapere* & *praeripere* commiscentur. vide N. Heins. ad Silii lib. IV. vers. 98. 804. lib. VI. vers. 210. lib. IX. vers. 33. lib. XIII. vers. 511. lib. XVI. vers. 338. ad Nason. epist. III. Heroid. vers. 16. ad VIII. Metam. vers. 243. & Bentlej. ad Horat. lib. III. od. VIII. vers. 27.

v. 664. *Tandem praecludite ferro*] Oxoniensis codex cum Romana principe, Parmensi, & Mediolanensi editione *tantum praecludite.* sed non audio.

v. 668. *Quis Deus*] *Qui* ex scriptis. monui ad secundam Maronis Eclogam. N. HEINSIUS. Videatur ὁ πάνυ Gronov. in Observ. ad scriptores eccles. cap. XXI. & quae supra notavi ad lib. IX. vers. 651.

v. 674. *Rhodanique comas intonsa juventus*] De votiva coma haec accipio, quam tondere, nisi voto peracto, non solebant. eam enim fluviis quod deberent, Rhodano intonsam juventutem tribuit Silius, quam fere in bellum profecturi abiturive vovebant, reduces persolvebant: concludit enim, ut Philostratus, Silius, qui Memnonem intonsum pingit propter vicinum Nilum. Atque hoc quidem modo haec Silii accipio. Sic apud Homerum Achilles comam, quam Sperchio, si voti compos domum revertisset, voverat Peleus, infortunio mactatus mortuo Patroclo persolvit, [Il. Ψ. vers. 144.]

Σπερχεί', ἄλλως σοί γε πατὴρ ἠρήσατο Πηλεὺς,
Κεῖσέ με νοστήσαντα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν,
Σοί τε κόμην κερέειν, ῥέξειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην.

Quem Homeri locum alludit doctissime Papinius [lib. III. silv. IV.]

Huic & purpurei cedat coma saucia Nisi,
Et quam Sperchio tumidus donabat Achilles,
Ipsi cum primum niveam praeserpere frontem
Decretum est, humerosque modo nudare nitentes.

qui locus valde corruptus. scribo autem vocis unius transpositione *nodoque humeros nudare nitentes.* quid sit in coma *nodus sacer* supra docuimus. Haec comarum sacrificia, ut ita dicam, & primitias θαλύσια κομάων dixit eleganter Nonnus [lib. III. vers. 343.]

——— *ἀρτιθαλὴς γὰρ*
Υἱὸς ἐμὸς λιπόπατρις, ὅτι χλόον ἔσχεν ἰούλων,
Δάρδανος Ἰδαίης μετανάστατο κόλπον ἀρούρης,
Καὶ Φρυγίῳ Σιμόεντι θαλύσια δῶκε κομάων,
Θυμβρηΐς ποταμοῖο πιὼν ἀλλότριον ὕδωρ.

id est, ut nos,

Filius ille meus, tenui lanugine malas
Vix dum pictus adhuc, primaevae flore juventae
Dardanus Idaeas quondam properabat ad urbes,
Primitiasque comae, Simois, tibi, maxime, fudit,
Cum biberet dulces Thymbraei fluminis undas.

Sic Orestes, cum ad fugam se cum sorore parasset, comam totondit, unde *Comana* dictus ille locus fuit. D. HEINSIUS. Recte hanc eruditissimi Heinsii expositionem carpit Dausquejus, eamque ab hoc loco alienam dicit. Per *Rhodani* enim *juventutem* Silius in genere intelligit Gallos, easque *comas intonsam* vocat, quod his gentibus moris erat comam pascere, unde & Gallia *comatae* nomen accepit.

v. 675. *Fatidicis Nabis veniens Hammonis harenis*] *Fatidicis harenis* propter Jovis Hammonis oraculum. male enim Mediolanensis editio *Fatidicus Nabis.* Nec recte etiam Puteaneus codex *Nabus.* Fortasse enim Silius militi Africano id nomen imposuit a camelopardali, quam Aethiopes *Nabim* vocant, teste Plinio VIII. Hist. Natur. cap. XVIII. & Solin. in Polyh. cap. XXX. Certe hinc constat, vocem Africanam esse.

v. 677. *Ac patriis spolia improba terris Fixurum*] Emendandum insigni plane emendatione *spolia Itala templis Fixurum.* MODIUS Novant. Lection. epist. X. Emenda ex membranis *spolia Itala templis.* BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. *spolia Itala*

templis

Corpora tot dantem leto, quot ſpicula torſit,
Turbati fugere Macae, fugere feroces
Autololes, Rhodanique comas intonſa juventus.
Fatidicis Nabis veniens Hammonis harenis
Improba miſcebat ſecurus proelia fati,
Ceu tutante Deo; ac patriis ſpolia Itala templis
Fixurum vano tumidus promiſerat ore.
Ardebat gemma Garamantide caerula veſtis,
Ut cum ſparſa micant ſtellarum lumina coelo,
Et gemmis galeam, clipeumque accenderat auro.
Caſſide cornigera dependens inſula ſacros

Prae

templis optime Modius ex Colonienſi, & ex Oxonio Barthius. *Itala terris* Puteaneus, ut & *tectis* poſſit reponi. *improba ſpolia* inepte dicuntur. quid, quod *improba proelia* proxime praeceſſerant? ut ea vox non, niſi odioſe, hic denuo repeti potuerit. Quaerit tamen Interpres, ut inſignis cavillator eſt, cur *Itala* potius, quam aliarum gentium, quae Romanis auxiliabantur? Solvit hac quaeſtione hoc ipſum, quod quaerebat. Nam *Itala ſpolia* nihil impedit dici erepta iis, qui Romana caſtra ſequebantur. an Lucanus cum operis initio dicit, Babylonem tropaeis Auſoniis debuiſſe ſpoliari, hoc ipſo ſignificat, Parthos nulla retuliſſe tropaea ex copiis Romanorum auxiliaribus? Si cum homine tam ſtupido tamque maligno aſſidue velitemur, dignos ipſo noſmet praeſtemus. quare valeat in poſterum. N. HEINSIUS.

v. 682. *Caſſide cornigera dependens inſula*] Scribo *conigera*, ut ſupra, [lib. IV. verſ. 13.] *juvenumque repoſtae Inſtaurant galeae coni decus*, & [verſ. 118.] *roſtroque coruſcae Perſtringens conum galeae.* quamvis nec *cornigera*, ſi legatur, accipio, ut viri docti plerique; ſed pro ſaetis equinis & crinibus more Graecorum & alias ſaepe & hic ſumo. Maro XII. Aen. verſ. 88.

—— *ſimul aptat habendo*
Enſemque, clipeumque, & rubrae cornua criſtae.

ubi docte monet Servius, *cornua* ut κέρας apud Graecos accipi, cum pro coma ponitur, unde κείρειν inquit. *Cornua* igitur in galeis αἱ τρίχες ſunt, equinae ſaetae, aut ſimiles. Sic Heſychio κέρας θρὶξ eſt; & delicatuli grammatici, quales ſunt multi apud Graecos, in loco illo Homerico κέρας ἀγλαὲ de Paride, de coma ſumunt hominis: unde κεροπλάστας dicebant, teſte Polluce, qui diſponendis crinibus vacabant, τοὺς περὶ τὴν κόμην χειροτέχνας, ὅτι κέρας ἡ κόμη. D. HEINSIUS. Inſigne Jovis Hammonis, qui *corniger.* vide tamen, ne ſcribendum ſit *Caſſide conigera*, quidquid obſtant codices vetuſti, a cono. N. HEINSIUS. Heinſiorum, Patris & Filii, conjecturam *Caſſide conigera*, pro *cornigera*, non recipio; ut nec Heinſii patris expoſitionem vulgatae ſcripturae, quaſi *cornigera caſſis* eſſet ſaetis equinis ornata. Simpliciter intelligo, huic galeae pro inſigni in cono cornua arietina addita fuiſſe, ut Nabis, qui ad Jovis Hammonis templum habitabat, ejuſque Dei ſacerdos erat, eo originem ac patriam indicaret. Ipſe enim Jupiter Hammon arietina cornua habuiſſe fingitur, quod galeam his cornibus ornatam in bello geſtare ſolitus fuerit, teſte Diod. Sicul. III. Biblioth. cap. LXXIII. Quemadmodum igitur clipeorum pictura, de qua re ſupra vide ad lib. VIII. verſ. 386. ſic etiam ornamentis galeae vel patriam ſuam & originem, vel majorum memoranda facta exprimebant. De Hiarba, ejuſdem oraculi Jovis Hammonis accola, Silius ſupra lib. I. verſ. 414.

Tu quoque, fatidicis Garamanticus accola lucis,
Inſignis flexo galeam per tempora cornu.

Ita Macedonum reges poſt Alexandrum Magnum, qui Jovis Hammonis filius haberi volebat, non ſolum ſtatuas ſuas & imagines flexis per tempora cornibus arietinis effingi juſſerunt; de quo late Illuſtriſſimus Spanhemius egit de uſu & praeſt. numiſm. diſſert. V. ſed etiam galeis, quas in proeliis induebant, cornua addiderunt. Livius lib. XXVII. cap. XXXIII. *Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit, in arborem illatus impetu equi, ad eminentem ramum cornu alterum galeae praefregit. Id inventum ab Aetolo quodam, perlatumque in Aetoliam ad Scerdilaedam, cui notum erat inſigne galeae, famam interfecti regis vulgavit.* Corvinus antiqui Corvini memoriam galea ſua praefert ſupra lib. V. verſ. 78.

Corvinus, Phoebēa ſedet cui caſſide fulva
Oſtentans ales proavitae inſignia pugnae.

De Therone, Herculis ſacerdote, refert idem Silius lib. II. verſ. 156.

Exuviae capiti impoſitae, tegimenque leonis,
Terribilem attollunt excelſo vertice rictum.

De Aventino, Herculis filio, Virgil. VII. Aen. verſ. 666.

Ipſe pedes tegimen torquens immane leonis,
Terribili impexum ſaeta cum dentibus albis
Indutus capiti, ſic regia tecta ſubibat.

Commodus etiam imperator, qui, ſpreto nomine ſuo, Herculem ſe appellari juſſit, pellem leoninam ad exemplum ejus Dei induiſſe dicitur apud Herodian.

Prae se terrores Divûmque ferebat honorem.
Arcus erat pharetraeque viro, atque incocta cerastis
Spicula, & armatus peragebat bella veneno.
Necnon, cornipedis tergo de more repostus,
Sustentata genu per campum pondera conti
Sarmatici prona adversos urguebat in hostes.
Tum quoque transfixum telo per membra, per arma,
Consulis ante oculos, magno clamore Sabellum
Asportabat ovans, & ovans Hammona canebat.
Non tulit hanc iram tantosque in corde tumores
Barbarico senior, telumque intorsit, & una
Praedam animamque simul victori victor ademit.
Assilit, audito tristis clamore ruinae,
Hasdrubal, & coeptantem Arabum raptare peremto

Gemmiferi

dian. lib. I. cap XIV. quo habitu hodie etiam caput ejus in nummis ornatur: quemadmodum etiam caput Maximiani Augusti, qui, postquam Diocletianus se Jovium appellasset, Herculius vocari, & Herculis insignibus ornari voluit. Amphion galeae, praeter lyram, taurum etiam, quem Cadmus Thebas conditurus monitu oraculi secutus erat, imposuit apud Statium VII. Theb. vers. 277.

——— hos regis egenos
Amphion, en, noster agit, (cognoscere pronum
Virgo) lyra galeam tauroque insignis avito.

quamvis alii *taurum avitum* etiam alio referant. vide ibi Lutatium. Juba Rex in memoriam patriae loco galeae in nummis capiti impositum habet corium capitis elephantini; eoque insigni ipsa plerumque Africa in iisdem monumentis pingitur: ob multitudinem elephantum, quibus prae ceteris regionibus Africa maxime abundat.

v. 684. *Arcus erat*] Malim *Arcus erant*. N. HEINSIUS.

v. 687. *Pondera conti Sarmatici*] *contus* hasta gravis erat, unde Silius *pondera conti* dixit, id est, contum gravem, magni ponderis. ut supra lib. VI. vers. 276.

Ingenti cauda & jaculis & pondere conti
Haeret humi.

ubi vide, quae notavi. Si Isidoro fides habenda est lib. XVIII. Orig. cap. VII. *Contus ferrum non habet, sed tantum cuspide acuta est.* Silius conto proceram cuspidem tribuit lib. IX. vers. 329.

Contorum longo & procerae cuspidis ictu.

nisi ipsum hastile *proceram cuspidem* vocet. aliis conti exiguos dentes habent. Grat. Cyneg. vers. 117.

Quid Macetûm immensos libeat si dicere contos,
Quam longa exigui spicant hastilia dentes.

ex quo loco etiam constat, a nonnullis contum Macedonibus tribui, quem Silius hic *Sarmaticum* dicit. & sic Statius II. Achill. vers. 418.

Quo Macetae sua gaesa citent, quo turbine contum
Sauromates, falcemque Getae.

ubi videantur Gronov. & Barthius. Dictan. VI. bell. Troj. vers. 494.

Hac non arte citat contum Scytha, gaesa Sicamber.

v. 689. *Tanto transfixum telo per membra*] Corrigunt schedae *Tum quoque transfixum*. MODIUS Novant. Lect. ep. X. *Tum quoque* ex Coloniensi Modius. bene, etsi obnitente Dausquejo. N. HEINSIUS.

v. 695. *Adstitit, audito tristis clamore ruinae*] Verius est legere *Assilit*. MODIUS Novant. Lection. epist. X. *Assilit* scripti & Modius. vere. quod cum Interpres concoquere non possit, audiat ipsum Silium libro proximo vers. 65.

At juvenis, cui telum ingens accesserat ira,
Barbaricam, assiliens magno clamore, bipennem
Incutit.

libro XVI vers. 623.

Non dira illa lues notis jam moenibus urbis
Assiliet?

lib. X. vers. 3. de fera *Assilit in ferrum*. N. HEINSIUS. Proxime verum est in Oxoniensi codice *Adsistit*. optime enim viri docti ex libris scriptis *Assilit* vindicarunt, qua voce Silius celeritatem Hasdrubalis in vindicando necem Nabidis innuit. Sic lib. IV. vers. 315.

——— undique nudi
Assiliunt frenis, infrenatique manipli.

vers. 382.

Haud secus Egeriae pubes, hinc Virbius acer,
Hinc Capys assiliunt, paribusque Albanus in armis.

lib. VI. vers. 699.

Alipedem planta currum petit, atque volanti
Assilit a tergo.

Simili sensu saepe etiam *advolare* occurrit lib. V. vers. 344.

Advolat interea fraterni vulneris ira
Turbatus Libyae ductor.

& alibi frequenter.

v. 696. *Atabum raptare*] Scripti *Arabum*, non *Atabum*;

Gemmiferi spolium cultus, auroque rigentes
Exuvias, jaculum a tergo perlibrat ad ossa.
Jam correpta miser geminis velamina palmis
Carpebat propere, & tepidos nudaverat artus.
Concidit, & sacras vestes atque aurea fila
Reddidit exanimo, spoliatum lapsus in hostem.
At Canthus Rutulum, Canthus possessor harenae,
Qua celebre invicti nomen posuere Philaeni,
Ditem ovium Rutulum obtruncat, cui mille sub altis
Lanigerae balant stabulis. ipse, otia molli
Exercens cura, gelido nunc flumine soles
Frangebat nimios pecori, nunc laetus in herba
Tondebat niveae splendentia vellera lanae,
Aut, pecus e pastu cum sese ad tecta referret,

Noscentes

Atabum; etiam editio Parmensis. N. HEINSIUS. *Arabum* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. utrumque nomen, *Arabus* & *Atabus*, in monumentis apud Gruter. occurrit. M. COELIVS ARABVS memoratur pag. LIX. n. 8. C. INDVTVS ARABVS pag. DCLXXXVII. n. 11. C. IVLIVS ATABVS pag. CMXIV. n. 13. Sed manuscripta & vetustissimas editiones sequor.

v. 700. *Tepidos nudaverat artus*] Ex Coloniensi & Oxonio libro nulla lectionis varietas notatur. Sed Puteaneus cum priscis editionibus legunt *trepidos artus*. atque ita Marsus in Veneta priore, qui tamen in commentario *tepidos* agnoscit: eamque lectionem praefert Veneta posterior.

v. 703 *At Canthus Libycae latae possessor harenae*] *late*. Sed in scriptis ac vetustis editionibus,

At Canthus Rutulum, Canthus possessor harenae.

bene. Deinde *Philaeni*, non *Phileni*, Coloniensis. Recte & hoc. vide Interpretem. Mox *Ditem ovium Rutulum obtruncat*, non *Obium obtruncat Rutulum*, cum Parmensi editione scripti & Modius. Videtur praeterea scribendum paullo ante,

Cui celebre invicti nomen posuere Philaeni.

Nam campus ille Φιλαίνων πεδίον dicebatur. N. HEINSIUS. In veterrimis editionibus, quas consului, ex tribus versibus unus fiebat hoc modo,

At Canthus Rutulum obtruncat, cui mille sub altis.

quod factum est operarum errore. Marsus enim, a cujus editionibus etiam hi versus exsulabant, versum tamen sequentem, *Qua celebre*, in notis exposuit. Interim hinc patet, recte N. Heinsium, pro *At Canthus Libycae*, emendasse *At Canthus Rutulum*: ut & mox *Rutulum obtruncat*, pro *obtruncat Rutilum*. Repetitio autem τοῦ *Rutulum* typographorum oculos in errorem induxit, & in caussa fuit, ut, cum verba *At Canthus Rutulum* descripsissent, omissis mediis addiderint *obtruncat*, *cui mille*, quae verba vox *Rutulum* etiam praecedebat. Saepe ita peccasse scriptores librarios ignorare nequeunt, qui libros manu exaratos cum editis contulerunt. Similem errorem infra vide lib. XVI. vers. 567. Cum antiquitus editis hic plane consentit Oxoniensis scriptus. Pro *Phileni* autem, bene idem Heinsius ex Coloniensi libro *Philaeni* emendavit, quomodo etiam in Msto Puteaneo legi ad marginem Silii notavi. in monumentis eruditis memoratur FLAVIA PHILAENIS. Vide Gruter. Inscript. pag. CMXL. n. 2. *Philaeni* Graecis vocantur Φιλαινοι, & locus ille Φιλαίνων vel Φιλαίνου βωμοὶ apud Polyb. lib. III. Histor. cap. XXXIX. & in excerptis ex lib. X. pag. m. 851. non Φιλήνου, ut Dausquejus laudavit: cui etiam displicere videtur illud Φιλαίνου βωμοὶ in numero singulari, cum apud Latinos semper sit *Philaenorum arae*. Φιλαίνου βωμοὶ tamen est etiam apud Scylac. in peripl. pag. 113. ed. Gronov. Denique, pro *Ditem Obium*, recte etiam viri docti *Ditem ovium* vindicarunt. literas *b* & *u* olim saepissime promiscue scriptas fuisse, tam ex libris, quam monumentis vetustis, notum est. Vide Reines. ad class. I. inscr. X.

v. 705. *Ditem Obium obtruncat Rutulum*] Miror, ex postremis his nemini, qui Silium corrigere professi sunt, adversum esse, legendum, *Ditem ovium obtruncat Rutulum*. MODIUS Novant. Lection. epist. X.

v. 708. *Nunc laetus in umbra*] *lentus* opinor, quomodo apud Maronem,

—— lentus in umbra
Formosam resonare doces Amaryllida silvas.

At scripti hoc loco *laetus in herba*. N. HEINSIUS. Voces *laetus* & *lentus* in membranis priscis saepe commutantur. vide supra ad lib. XII. vers. 567. hic tamen cum libris scriptis malim *laetus in herba*.

v. 710. *Cum sese ad tecta referret*] Malim *ad septa*. nam *septum* pro ovili passim ponitur: quomodo apud Maronem Ecl. I.

Quamvis multa meis exiret victima septis.

N. HEINSIUS. Librarios ita nonnumquam lapsos esse supra docui ad lib. II. vers. 691.

Noscentes matrem spectabat ovilibus agnos.
Occubuit clipei transfixo proditus aere,
Et sero ingemuit stabulis exire paternis.
Acrius hoc Italûm pubes incurrit, & urguet:
Ut torrens, ut tempestas, ut flamma corusci
Fulminis, ut Boream pontus fugit, ut cava currunt
Nubila, cum pelago coelum permiscuit Eurus.
Procerae stabant, Celtarum signa, cohortes,
Prima acies; hos impulsu cuneoque feroci
Laxat vis subita, & fessos errore viarum,
Nec soli faciles; longique laboris anhelos
Avertit patrius genti pavor. addere tergo
Hastas Ausonius, teloque instare sequaci,
Nec donare fugam. cadit uno vulnere Thyrmis
Non uno Rhodanus; profligatumque sagittae
Lancea deturbat Morinum, & jam jamque cadentem:
Cedentes urguet, totas largitus habenas,
Livius acer equo, & turmis abeuntibus infert
Cornipedem, tunc aversi turgentia colla

Diripit

v. 711. *Noscentes matres*] *matrem* scribe, ut ambiguitas vitetur. Possis & *Poscentes*. N. HEINSIUS. Ovibus ad pastum abeuntibus, agni in ovilibus concludebantur: quorum quisque matrem domum redeuntem noscebat. Vide Gruter. in app. ad Martial. lib. III. epigr. LVIII. Acute autem N. Heinsius *Poscentes*, ut quisque balatu matrem quasi vocaret.

v. 712. *Clipei transfixo proditus aere*] *prodere* de rebus inanimis, quae deserunt, ut Virgilius ait, molientem aliquid. lib. XVI. Silius,

Proditus elapso foret inter verba flagello.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Vide infra ad lib. XVI. vers. 619.

v. 713. *Stabulis exisse paternis*] *exire* scripti. *parentis* etiam Coloniensis. quod posterius non probo. N. HEINSIUS.

v. 716. *Ut Boream pontus fugit*] *Borea pontus furit* opinor. N. HEINSIUS.

v. 720. *Laxat vi subitâ*] *vis subita* Coloniensis & Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 721. *Nec soli faciles*] *Ac solvi* Interpres. male. N. HEINSIUS. Nihil mutandum optime vir Illustrissimus monuit. *nec soli faciles* vocat, qui aestum solis ferre nequeunt. Silius lib. XII. vers. 464.

Funditur audendi pravus, facilisque periclis.

lib. XVI. vers. 77.

Servitio si tam faciles, cur bella refertis?

Virgil. II. Georg. vers. 223.

Et facilem pecori, & patientem vomeris unci.

Lucan. lib. IV. vers. 505. *timeatque furentes Et morti faciles animos.* Tacit. II. Annal. cap. XXVII. *Juvenem improvidum & facilem inanibus ad Chaldaeorum promissa, Magorum sacra, somniorum etiam interpretes impulit,* in vita Agricolae. cap. XXI. *Ut homines dispersi ac rudes, eoque bello faciles, quieti & otio per voluptates assuescerent.*

v. 722. *Avertit patrius gentem pavor*] Vel *genti*, ut Mstus codex Oxonii asservatus. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. In scriptis *genti*. eleganter & Graecorum more. apud Callimachum Hymn. Apollinis, ἐμοὶ πατρῷον οὕτω. Vide, quae ad Valer. Flacc. annotavimus lib. II. vers. 156. infra lib. XVI. vers. 236.

Illi mos patrius foetus nutrire leonum.

N. HEINSIUS. Ita etiam supra lib. I. vers. 82.

——— *patria Tyriis formidine cultum.*

Cicero I. de Orat. cap. XVIII. *Hic enim mos erat patrius Academiae, adversari semper omnibus in disputando.*

v. 724. *Cadit uno vulnere Tyrus*] *Thyrmis* ex Coloniensi: nam in *Tyrus* prior corripitur. N. HEINSIUS. Omnino recipienda codicis Coloniensis lectio. priscae editiones *Tirrus*, vel *Tyrrus* legunt. Primus autem Marsus in Veneta posteriori *Tyrus* edidit. Cellarius, qui nomina *Rhodanus* & *Mosa* a fluviis sumta viris imponi videbat, *Turus* malebat, ab Hispaniae fluvio, qui *Turias* dicitur. Sed non persuadet. *Rhodanus* enim, *Morinus*, & *Mosa*, quorum Silius hic meminit, milites fuere Galli, quibus *Turus* Hispanus non recte jungi posse videtur.

v. 725. *Profligatumque sagittae Lancea deturbat Morinum*] Metuo, mendi quid hisce verbis subsit. Hoc tamen vult, saucium sagittae vulnere Morinum lancea deturbatum porro fuisse ex equo. post *vi jam jamque cadentem* finit periodus. mox lege *Cedentes urguet*, non *Cedentemque*, ex scriptis, turmas videlicet: nisi quod in Oxonio & Puteaneo *Cedentis*. N. HEINSIUS.

v. 729. *Aversi turgentia colla. Diripit ense Mosae*] Destitu-

Diripit ense Mosae. percussit pondere terram
Cum galea ex alto lapsum caput, ac residentem
Turbatus rapuit sonipes in proelia truncum.
Hic Cato, (nam medio vibrabat & ipse tumultu)
Si, primas, inquit, bello cum amisimus Alpes,
Hic juveni oppositus Tyrio foret: hei mihi! quanta
Cessavit Latio dextra, & quot funera Poenis
Donarunt pravi suffragia tristia campi!
Jamque inclinabant acies, cunctisque pavorem
Gallorum induerat pavor, & Fortuna ruebat
Sidonia: ad Rutulos Victoria verterat alas.
Celsus, ceu prima reflorescente juventa,
Ibat Consul, ovans major majorque videri.
Ecce, trahens secum canentem pulvere turmam,
Ductor Agenoreus subit, intorquensque lacertis
Tela, sonat: Cohibete fugam. cui cedimus hosti?
Nonne pudet? conversa senex marcentibus annis
Agmina agit: nunc, quaeso, mihi nunc dextera in armis
Degenerat, nostrique piget? mihi Belus avorum

Principium,

Destitit ense scripti; *Decidit* editio Parmensis. Puto *Dujicit*. nam *Dissicit* fere semper in antiquis membranis scribitur, vel *Dessicit*. quae mutatio literarum *e* & *i* sollemnis ac familiaris est Coloniensi libro. Sic *Deriguit*, & *Derigit*, pro *Diriguit* & *Dirigit*, supra non semel habuimus, aliaque plura ejusdem notae. Pro *turgentia colla*, etsi membranae veteres nil juvant, malim nihilominus *fugientia colla*. ut, *fugientia terga sagitta Trajicit* apud Nason. Metam. IX. Apud nostrum lib. II.

Instat atrox, terga increpitans fugientia, ductor.

Sed ut pro hac conjectura nimium digladiari nolo, sic mox, pro *discussit pondere terram*, revoco ex scriptis codicibus *percussit*. Denique Coloniensis *at residentem*, non *ac*. *Disjecit* libro proximo habes: *cuspide comantes Dujecit crines*. N. HEINSIUS. Pro *Diripit ense*, Romana princeps & Veneta Marsi editio *Decidit*, Mediolanensis *Decidit*: unde haud male vir illustrissimus *Dujecit*. Ovid. III. Metam. vers. 724.

Trunca sed ostendens disjectis corpora membris.

Vide supra ad lib. III. vers. 246. In Romana principe manu docta emendatum erat *Discidit*. Idem etiam Heinsius, pro *turgentia colla*, malebat *fugientia colla*, ut *fugientia terga* supra lib. VIII. vers. I.

Primus Agenoridum fugientia terga videre.

Vide, quae dixi ad lib. XIII. vers. 171.

v. 733. *Vibrabat*] *vibrarat* Puteaneus & Oxonius. N. HEINSIUS.

v. 735. *Hei mihi! quanta Cessavit Latio dextra*] Haec absunt a Puteaneo & Oxonio & primis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 736. *Funera Poenis Donarunt*] De voce *Donare*, pro remittere, gratiam alicujus rei facere, vide supra ad lib. I. vers. 487.

v. 738. *Cunctisque pavorem Gallorum induerat pavor*] Lege *cuneisque*. N. HEINSIUS. Voces has saepe commisceri monui ad lib. IV. vers. 144. Hic tamen nihil mutandum. *cunctis* est ceteris omnibus populis, unde praeter Gallos Hasdrubalis exercitus collectus erat. *induere pavorem*, ut *induere iram* lib. I. vers. 38. ubi vide, quae notavi.

v. 740. *Ad Rutulos*] *ad Rutilos* Colon. N. HEINSIUS.

v. 746. *Senex marcentibus armis Agmina agit: nunc, quaeso, mihi nunc dextera in armis Degenerat*] Membranae *dextera in annis*. ego vero ita scribendum existimo, *senex marcentibus annis*. illi enim optime, alteri plane non convenit ea scriptura. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Immo *marcentibus annis*. nam *armis* proxime subsequitur. & sic Coloniensis; neque aliter Barthius. apud Nasonem in Amoribus lib. I. eleg. XIII. vers. 41.

Cur ego plector amans, si vir tibi marcet ab annis?

N. HEINSIUS. Optime viri docti *marcentibus annis*, pro *armis*; quae vox male ab ineptis librariis ex sequenti versu in hunc translata erat. De similibus erroribus supra vide lib. II. vers. 94.

v. 747. *Nunc, quaeso, mihi nunc dextera Degenerat*] Loco *nunc* re *num* bis repetendum esse videtur. N. HEINSIUS.

v. 748. *Mihi Belus avorum Principium*] Id est, Belus generis nostri princeps & auctor est. *Principium* pro princeps. Ovid. II. fast. vers. 37. *Graecia principium moris fuit.* ubi vide N. Heinsium. & ita passim loquuntur scriptores. Silius lib. IX. vers. 226.

Principium, mihi cognatum Sidonia Dido
Nomen, & ante omnes bello numerandus Hamilcar
Est genitor: mihi, cui cedunt montesque, lacusque,
Et campi, atque amnes, frater: me magna secundum
Karthago putat Hannibali: me Baetis in oris
Aequant germano passae mea proelia gentes.
Talia dum memorat, medios ablatus in hostes,
Ut nova conspecti fulserunt Consulis arma,
Hastam praepropero nisu jacit. illa per oras
Aerati clipei & loricae tegmina summo
Incidit haud felix humero, parceque petitum
Perstrinxit corpus, nec multo tincta cruore:
Vana sed optanti promisit gaudia Poeno.
Turbati Rutuli, confusaque pectora visu

Terrifico.

Quis positum agminibus caput imperiumque Nealces.

id est, imperator. lib. XIV. vers. 94.

——— tam praecipiti materna fureri
Pyrrhus origo dabat stimulos.

id est, Pyrrhus, unde per matrem originem ducebat. Statius I. Thebaid. vers. 680.

Cadmus origo patrum, tellus Mavortia Thebe.

Ovid. II. Metam. vers. 178.

O facunde senex, aevi prudentia nostri.

Fastor. III. vers. 276.

Nulla Numae conjux consiliumque fuit.

Idem IV. Trist. eleg. II. vers. 32.

Hortator pugnae consiliumque fuit.

Horat. lib. I. od. XV. vers. 21.

Non Laertiaden, exitium tuae
Gentis, non Pylium Nestora respicis?

Senec. in Oedip. vers. 70.

Cadunt medentes, morbus auxilium trahit.

Tacit. de moribus German. cap. II. *Celebrant carminibus antiquis Tuistonem Deum, terra editum, & Mannum, originem gentis conditoresque.* Caesar III. de bell. civ. cap. XXXII. *Erat plena lictorum & imperiorum provincia.* ubi vide Vossium, & quae infra notata sunt lib. XVI. vers. 504.

v. 750. *Ante omnes bello numerandus Hamilcar*] Ita & scripti, nisi quod in Oxonio *mirandus.* malim nihilominus *belli memorandus.* lib. XVI. *O sceptri memorande Syphax.* lib. VI. vers. 191. *facti damnandus Avens. laudandus vitae* lib. I. vers. 585. & lib. V. vers. 561. *lugendus formae* libro III. vers. 424. & similia. Immo lego, *ante omnes Belo annumerandus Hamilcar.* N. HEINSIUS. Malebat vir Illustrissimus *belli memorandus. memorare* & *numerare* saepe inter se commutantur a librariis. supra lib. II. vers. 4. pro *Ter centum numerabat avos*, in aliis est *memorabat.* apud Nason. IV. Metam. vers. 213. in quibusdam Mstis est,

Septimus a prisci memoratur origine Beli.

vulgo autem *numeratur* editur. Videatur N. Heinsius ad Nason. I. Trist. eleg. IV. vers. 1. & ὁ πάνυ Gronov. in gustu ad Statii I. Achill. vers. 13. *memorandus belli* autem, non *bello*, ut *venerandus senectae* lib. II. supra vers. 409. *venerandus curae* lib. VI. vers. 574. *metuendus belli* apud Nason. II. Metam. vers. 765. *tremendus gladii* apud Claud. VI. Cons. Honor. vers. 176. ubi vide N. Heinsium. Idem etiam, pro *bello numerandus*, conjiciebat *Belo annumerandus*: *Belo numerandus* sane est in Mediolanensi editione. Hamilcarem a Belo originem ducere notum est. *Belus* frequenter in *bellum* abiit culpa librariorum. supra lib. VIII. vers. 31. male Puteaneus codex habet,

Hannibal a vestro nomen memorabile bello,

pro *à vestro Belo*; & ita passim. vide N. Heinsium ad Claud. I. de laud. Stilic. vers. 62. & Gronov. de pecun. veteri pag. 687. Certe alterutra viri Illustrissimi conjectura videtur recipienda. vulgatum enim stare nequit.

v. 754. *Aequant germano*] *Aequat* Colon. N. HEINSIUS.

v. 755. *Talia dum memorat, medios ablatus in hostes*] Livius lib. XXVII. cap. XLIX. *Ille pugnantes hortando, pariterque subeundo pericula sustinuit: ille fessos abnuentesque taedio & labore, nunc precando, nunc castigando, accendit: ille fugientes revocavit, omissamque pugnam aliquot locis restituit. Postremo, cum haud dubie fortuna hostium esset, ne superesset tanto exercitui suum nomen secuto, concitato equo se in cohortem Romanam immisit. Ibi, ut patre Hamilcare & Hannibale fratre dignum erat, pugnans cecidit.* Dausquej. conjicit *aufertur in hostes*, vel *Talia commemorat.* Sed nihil muto.

v. 758. *Loricae tegmine summo*] *tegmina* Puteaneus, ut τὸ *summo* construatur cum *humero.* N. HEINSIUS. Imitatur Silius Maronis illa ex lib. X. Aen. vers. 476.

Illa volans, humeri surgunt qua tegmina summa,
Incidit, atque, viam clipei molita per oras,
Tandem etiam magno strinxit de corpore Turnum.

Unde

Terrifico. tum increpitans conamina Consul:
Femineis laesum vana inter cornua corpus
Unguibus, aut palmis credas puerilibus ictum.
Ite, docete, viri, Romanae vulnera fuerint
Quanta afferre manus. tum vero effunditur ingens
Telorum vis, & densa sol vincitur umbra.
Jamque per extentos alterna strage virorum
Corpora fusa jacent campos, demersaque in undam
Junxerunt cumulo crescente cadavera ripas.
Ut, cum venatu saltus exercet opacos
Dictynna, & laetae praebet spectacula matri,
Aut Pindi nemora excutiens, aut Maenala lustrans,
Omnis Naïadum plenis comitata pharetris
Turba ruit, striduntque sagittiferi coryti.

Tum

Unde patet, si cum Puteaneo *tegmina* legamus, fortassis etiam *summa*, pro *summo*, legendum esse, ut sit *summa tegmina*, quemadmodum etiam Virgil. loquitur.

v. 759. *Parceque petitum Perstrinxit corpus*] Iliad. Λ. vers. 388.

Νῦν δέ μ' ἐπιγράψας ταρσὸν ποδός.

D. HEINSIUS. Id est, leviter perstrinxit, ut Curtius loquitur lib. III. cap. XI. *Inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est.* *parco vulnere violare* dixit Silius lib. XVI. vers. III.

Et parco summum violasset vulnere corpus.

v. 763. *Tum increpitans conamina*] In editione Romana principe emendatur manu docta *tunc increpitans.* neque aliter est in codice Puteaneo & Oxoniensi.

v. 764. *Femineis laesum vana inter cornua corpus Unguibus*] Homerus Il. Λ. vers. 389.

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἴ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἄφρων.

E quo uno duos versus efficit Silius. D. HEINSIUS. Perstrinxerat eum hasta Hasdrubal. Haec vero lectio in MSS. etiam libris est. *Cornua* sunt insultus, ut apud Horatium *cornua sumere*, petulantem atque improbum esse. Non tamen nego, suspectum mihi hunc locum manere, & suspicor *jurgia* verum esse. Sed *vana cornua* vana sacrorum muliebrium carmina, & buccinarum festarum cantum sonat. BARTHIUS lib. IX. Advers. cap. XVII. Barthius *inter crimina*, quod Interpreti placebat, rejicit, & *cornua* refert ad buccinarum concentum, aut ad vanos insultus; quomodo *cornua sumere* apud poetas. Erudite etiam Gronov. I. Observ. cap. XVII. vulgatum tuetur, & ad furores orgiorum Bacchicorum refert, qui curis secundis illic omnino adeundus. N. HEINSIUS. Omnino hic locus videtur exponendus ex sententia Gronovii, quem tamen, *caesum* pro *laesum* conjicientem, sine manuscriptorum auctoritate non sequor. *laesus* enim est vulneratus. Ovid. III. Metam. vers. 87.

Sed leve vulnus erat, quia se retrahebat ab ictu,

Laesaque colla dabat retro.

Fast. IV. vers. 120.

Cum gemuit teneram cuspide laesa manum.

contra *illaesus*, non vulneratus. Silius lib. XIII. vers. 14.

Quas abitus caussas, miles illaese, dedisses.

Iscan. VI. belli Troj. vers. 310.

——— *at jaculo melior fortuna secundo:*

Laedit enim, libatque humeros.

Pro *vana inter cornua*, Dausquejus conjicit *vana inter crimina*, vel *vano conamine*, vel *vano certamine*.

v. 766. *Romanae vulnera fuerint Quanta afferre manus*] Quae ultra mortem patere dixit Florus lib. II. cap. VII. *Nihil terribilius Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu: quae, non spiculis, non sagittis, non ullo Graeculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra mortem patebant.*

v. 770. *Diversaque in undam cadavera*] Vitii manifesti locus, sed quae tantilla mutatione ita corrigi potest, *demersaque in undam.* MODIUS Novant. Lection. epist. X. Puteaneus *demensaque*; Coloniensis *demersaque*; quod Modio non temere se probavit. N. HEINSIUS. Perperam pro vulgata scriptura digladiatur Dausquejus. *demersaque* etiam in Oxoniensi codice fuisse videtur. in utrisque enim ejus excerptis, quae habeo, nulla scripturae varietas annotatur, quamquam ambae editiones, ad quas hujus Msti collatio instituta est, *demersaque* habeant.

v. 776. *Turba ruit, cursuque leves nemora avia cingunt. Corythi interea strident, ductisque sagittis Pendentes saliunt, Nymphis obeuntibus arva. Tum per saxa ferae*] Postremi hominum, qui ita libros corrigitis, ut bonis auctoribus multa mala, quorum vobis domi maxima semper copia, ita affricetis, ut ad illa tollenda, & repurganda scriptorum stabula, à vobis inquinata, ne Hercules quidem ἀλεξίκακος satis futurus sit: pessimi, inquam, & vilissimi homines, quid vobis in hujus loci tam portentosa interpolatione precer? hoc nempe, ut vitam exhinc procul a libris agatis, dum nos interea, vestras sordes hinc ejicientes, Silii locum pul-

Tum per ſaxa ferae, perque ipſa cubilia fuſae,
Per valles, fluvioſque, atque antra virentia muſco,
Multa ſtrage jacent. exſultat vertice montis
Gratam perluſtrans oculis Latonia praedam.
Audito ante alios ſenioris vulnere, rumpit
Per medios Nero ſaevus iter, viſaque virorum
Aequali pugna, Quid enim, quid deinde relictum eſt
Italiae fatis? hunc ſi non vincitis hoſtem,
Hannibalem vincetis, ait? ruit ocius amens
In medios: Tyriumque ducem inter prima frementem
Agmina ut aſpexit, rabidi ceu belua ponti,
Per longum ſterili ad paſtus jactata profundo,
Cum procul in fluctu piſcem male ſaucia vidit,
Aeſtuat, &, luſtrans nantem ſub gurgite praedam,
Abſorbet late permixtum piſcibus aequor.
Non telo mora, non dictis. Haud amplius, inquit,
Elabere mihi. non hic nemora avia fallent
Pyrenes, nec promiſſis fruſtrabere vanis.
Ut quondam terra fallax deprenſus Hibera
Evaſti noſtram mentito foedere dextram.

Haec

cherrimum, abſque vobis modo eſſet, ita ex membranis emaculamus,

Turba ruit, ſtriduntque ſagittiferi coryti.
Tum per ſaxa ferae.

MODIUS Novant. Lection. epiſt. x. Alia longe ex membranis attulit Modius, cujus lectiones juvantur & ab Oxonienſibus, quae ita prae ſe ferunt,

Turba ruit, ſtriduntque ſagittiferi coryti.
Tum per ſaxa ferae.

Apage gloſſemata futiliſſimorum magiſtellorum, in quorum capitibus nil umquam cerebri, niſi cerebroſi, fuit. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII. Horum omnium loco Modius teſtatus eſt in Colonienſi libro,

Turba ruit, ſtriduntque ſagittiferi coryti.

Recte. confirmat id & Puteaneus liber, & Oxonius teſte Barthio; etiam editio Parmenſis. N. HEINSIUS. Editio Romana princeps & Mediolanenſis,

Turba ruit, ſtriduntque ſagittiferique coryti.

Marſi & nonnullae aliae editiones,

Turba ruit, ſtridunt ſagittiferique coryti.

Quae in vulgatis libris nunc addita leguntur, inficetum Nicandri gloſſema ſunt, quod hinc, ut dignum erat, rurſus ejeci, auctoritatem virorum doctorum ſecutus; ut olim etiam fecerat Erythr. in indice Maroniano voce *Corytus:* ubi de ejus orthographia & ſignificatione pluribus egit. de orthographia videndus etiam eſt Dauſquej. in Orthogr. parte II. hac voce.

v. 777. *Perque ipſa cubilia fuſae*] *per ſpiſſa cubilia* putabam aliquando. in Oxonio *& per ipſa*, quod ſit *per & ipſa cubilia fuſae*. N. HEINSIUS. *ſpiſſa cubilia*, ut ſupra lib. IV. verſ. 305.

Cum luſtra exagitat, ſpiſſiſque cubilibus atram
Immittis paſſim dumoſa per avia peſtem.

Sed vulgatam ſcripturam non puto ſollicitandam.

v. 780. *Tunc latam luſtrans oculis Latonia praedam*] Ex membranis emaculamus, *Gratam perluſtrans praedam.* MODIUS Novant. Lection. epiſt. x. Modius ex Colonienſi, *Gratam perluſtrans.* ceteri ſcripti cum primis editionibus *Et latam luſtrans.* N. HEINSIUS. In Oxonienſi eſt *Et latam perluſtrans.*

v. 781. *Rumpit Per medios Nero ſaevus iter*] Supra lib. I. verſ. 54.

Atque iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.

lib. IV. verſ. 520.

—— quaque obvia denſos
Artat turba globos, rumpens iter aequore fertur.

rumpere curſum dixit lib. VII. verſ. 568.

Disjecit poſtes, rupitque in proelia curſum.

Vide N. Heinſium ad Valer. Flacc. lib. I. verſ. 3. & ſupra ad lib. VII. verſ. 568.

v. 789. *Piſcem male ſaucia vidit*] *ſaucia belua* famelicam deſignat. Sic Appulej. pag. 330. ed. Wower. BARTHIUS lib. IX. Adverſ. cap. XVII.

v. 793. *Non hic nemora avia fallent Pyrenes*] Perperam haec Cellarius ad Scipionem refert, quem fefellerat Pyrenaea ſilva, cum Haſdrubalem victum fugientemque perſequeretur. Omnino enim Silius reſpexit ad dolum, quo Haſdrubal, in Hiſpania loco iniquo deprehenſus, Neronem eluſit, & ex anguſtiis, quibus incluſus erat, incolumis evaſit; dum ſe de conditionibus, quibus omni Hiſpania decederet, agere ſimulabat, ut ex Zonara jam docuit Doctiſſimus Dauſquejus. Hujus ſtrategematis meminerunt

Haec Nero, & intorquet jaculum: nec futilis ictus.
Nam latere extremo cuspis librata resedit.
Invadit stricto super haec interritus ense,
Collapsique premens umbone trementia membra,
Si qua sub extremo casu mandata referri
Germano vis forte tuo, portabimus, inquit.
Contra Sidonius: Leto non terreor ullo.
Utere Marte tuo, dum nostris manibus adsit
Actutum vindex. mea si suprema referre
Fratri verba paras, mando, Capitolia victor
Exurat, cinerique Jovis permisceat ossa
Et cineres nostros. cupientem annectere plura
Ferventemque ira mortis transverberat ense,
Et rapit infidum victor caput. agmina fuso
Sternuntur duce, non ultra fidentia Marti.
Jamque diem solisque vias nox abstulit atra,
Cum vires parco victu somnoque reducunt:
Ac, nondum remeante die, victricia signa,
Qua ventum, referunt clausis formidine castris.
Tum Nero, procera sublimia cuspide portans
Ora ducis caesi, Cannas pensavimus, inquit,

Hannibal,

meminerunt etiam Livius lib. XXVI. cap. XVII. lib. XXVII. cap. XLIV. & Frontin. I. Strateg. cap. V. ex. 19. Numquam vero Hasdrubal vanis promissis Scipionem frustratus est, aut ementito foedere ejus dextram evasit.

v. 798. *Latere extremo cuspis vibrata resedit*] *librata* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Utram lectionem malis, parum interesse judico. jaculum enim non solum *libratur*, sed etiam *vibratur*. Vide supra ad lib. I. vers. 351. & XIII. vers. 165. Ob praestantissimi tamen codicis auctoritatem *librata* praefero.

v. 806. *Mando, Capitolia victor Exurat &c.*] Paria fere, sed non aeque atrocia, Hannibal in Italiam abiturus conjugi ad filium mandata dabat, si forte eo bello interficeretur, lib. III. vers. 85.

Emicet in Martem, & calcato foedere victor
In Capitolina tumulum mihi vindicet arce.

v. 809. *Ferventemque ira Martis*] Omnino scribendum cum Msto Oxoniensi *mortis*. certus enim necis erat Hasdrubal, ideoque nemini erat parsurus. BARTHIUS lib. IX. Adverf. cap. XVII. *mortis* ex Oxonio Barthius; neque aliter Puteaneus & Gryphius. N. HEINSIUS. Sollemne hoc peccant librarii. vide supra ad lib. X. vers. 474.

v. 812. *Jamque diem solisque vices nox abstulit atra*] *solisque vias* scripti. puto *solisque jubar*. in Puteaneo *atras* etiam. N. HEINSIUS. *solis viae*, quod pro *solis vices* habent scripti, est spatium id, quod sol, diurnum cursum conficiens, percurrit. Sic *via solis* memoratur infra lib. XVI. vers. 657. *solisque secutus Extremas ad Atlanta vias.* apud Tibull. lib. II. eleg. IV. vers. 17.

Nec refero solisque vias, & qualis, ubi orbem
Complevit, versis Luna recurrat equis.

Minuc. Felix in Octavio cap. IV. *Imperium ultra solis vias & ipsius Oceani limites propagavit.* ubi vide commentatores. Valer. Flacc. lib. I. vers. 283.

Septem Aurora vias, totidemque peregerat umbras
Luna polo.

ubi N. Heinsius *septem vices* legendum conjecit. C[illegible]te, nisi aliud suaderet Mstorum auctoritas, *solisque vices* hic etiam servari posset. Sol enim & luna per vices apparent. Ovid. IV. Metam. vers. 217.

Dumque ibi quadrupedes coelestia pabula carpunt,
Noxque vicem peragit.

Seneca de Brevit. vitae cap. XIX. *Quid sit, quod sidera vicibus suis excitet.* de Benef. IV. cap. XXIII? *Num dubium est, quin hoc humani generis domicilium circuitus solis ac lunae vicibus suis temperet?* in Hippol. vers. 411.

Cujus relucet mundus alterna vice.

Ita optimus codex Medicaeus, teste Gronovio; vulgo edebatur *alterna face*. in Herc. Oet. vers. 44. *Solis excessi vices.* ubi tamen fortasse melius legetur *vias*. Lucan. lib. VI. vers. 461.

Cessavere vices rerum, dilataque longa
Haesit nocte dies.

Claudian. I. in Rufin. vers. 5.

Praescriptosque mari fines, annisque meatus,
Et lucis noctisque vices.

Auctor Octav. vers. 388.

Mundique motus, solis alternas vias.

v. 817. *Cannas pensavimus, inquit*] Livius lib. XXVII.

Hannibal, & Trebiam, & Thrasymeni litora tecum
Fraterno capite. i, duplica nunc perfida bella,
Et geminas arcesse acies. haec praemia restant,
Qui tua tramissis optarint Alpibus arma.
Compressit lacrymas Poenus, minuitque ferendo
Constanter mala, &, inferias in tempore dignas
Missurum fratri, clauso commurmurat ore.
Tum, castris procul amotis, adversa quiete
Dissimulans, dubia exclusit certamina Martis.

XXVII. cap. XLIX. *Numquam eo bello una acie tantum hostium interfectum est, redditaque aequa Cannensi clades vel ducis, vel exercitus interitu videbatur.*

v. 825. *Adversa quiete Dissimulant*] Opinor *adversaque caute Dissimulant. cauta proelia* ex scriptis restituimus lib. x. vers. 234. N. HEINSIUS. Hic locus non videtur sollicitandus. *quiete* est abstinendo a proelio & omni expeditione militari, ac milites in castris continendo. Livius lib. XXVIII. cap. XII. *Neque ipse se obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque, neque lacessierunt quietem Romani.*

v. 826. *Dubia exclusit certamina Martis*] *dubii Martis* maluerim. N. HEINSIUS. Sic *ambiguus Mars* lib. II. vers. 391.

Accisis velox populis, quis aegra lababat
Ambiguo sub Marte fides.

incertus Mars lib. III. vers. 88. *discede periclis Incerti Martis.* Vulgata tamen lectio etiam commodum sensum habet, nec temere est mutanda.



C. SI-

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER XVI.

Bruttia maerentem caſus patriaeque ſuoſque
Hannibalem accepit tellus. hic aggere ſeptus
In tempus poſita ad renovandum bella coquebat.
Abditus ut ſilva, ſtabulis cum ceſſet ademtis,
Amiſſo, taurus, regno gregis, avia clauſo
Molitur ſaltu certamina, jamque feroci
Mugitu nemora exterret, perque ardua curſu
Saxa ruit: ſternit ſilvas, rupeſque laceſſit
Irato rabidus cornu: tremit omnis ab alto
Proſpectans ſcopulo pastor nova bella parantem.
Sed vigor, hauſurus Latium, ſi cetera Marti
Adjumenta forent, prava obtrectante ſuorum
Invidia revocare animos, ac ſtare negata

Cogebatur

v. 4. *Abditus ut ſilva, ſtabulis cum* &c.] Proprium hoc & ex natura taurorum, quam deſcribit Virgil. III. Georg. verſ. 220.

Illi alternantes multa vi proelia miſcent
Vulneribus crebris: lavit ater corpora ſanguis,
Verſaque in obnixos urguentur cornua vaſto
Cum gemitu. reboant ſilvaeque & magnus Olympus.
Nec mos bellantes una ſtabulare: ſed alter
Victus abit, longeque ignotis exſulat oris;
Multa gemens ignominiam plagaſque ſuperbi
Victoris, tum, quos amiſit inultus, amores;
Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit avitis.
Ergo omni cura vires exercet, & inter
Dura jacet pernix inſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis & carice paſtus acuta:
Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit,
Arboris obnixus trunco, ventoſque laceſſit
Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit harena.
Poſt, ubi collectum robur, vireſque refectae,
Signa movet, praecepſque oblitum fertur in hoſtem.

Hinc autem, quod etiam Silius hic fecit, frequenter poetae elegantes comparationes ſumſerunt, quas pleraſque collegit Jul. Caeſ. Scaliger v. Poët. cap. XIV. quibus & hanc adde ex Iſcan. I. bell. Troj. verſ. 291.

Haud ſecus, exſilium gratae dequeſtus harenae,
Armenti princeps lunatum robur in ornos
Aſperat objectas, &, ſe praemenſus in hoſtem,
Otia dura gerit, & proelia pulchra figurat,
Fronte furens, pulſaſque pudet non frangere ſilvas.
Inde toro meliore redit, veteremque repulſam
Excuſans victor regnat, lauroque ſuperbit.

v. 9. *Irato rapidus cornu*] *rabidus* cum Colonienſi. N. HEINSIUS. Supra lib. VII. verſ. 359.

Luctantur fruſtra rabidi mugire juvenci.

rabidus eſt, ob amiſſum regnum gregis in furorem actus. Paſſim ita peccarunt librarii. vide ſupra ad lib. V. verſ. 451.

v. 11. *Sed vigor, hauſturus Latium*] *vigor hauſurus*, non *hauſturus*, Colonienſis. N. HEINSIUS. Ita etiam Oxonienſes membranae cum editionibus priſcis, niſi quod, omiſſa aſpiratione, in Parmenſi ſit *auſurus*. ſupra lib. VII. verſ. 584.

Hauſurus claſſes conjectis undique telis.

quomodo etiam eo loco legunt ſcripti. Virgil. IV. Aen. verſ. 382.

Spero etiam in mediis, ſi quid pia numina poſſunt,
Supplicia hauſurum ſcopulis.

ubi vide Cerdam.

v. 11. *Si cetera Martis Adjumenta forent*] Mars quidem aderat Hannibali, hoc eſt, virtus militaris, miles, arma, ſcientiaque tractandorum omnium: ſed, quae porro requirebantur, opes, ſupplementaque, minime praeſtabantur. quare ſcribendum cum membranis, *ſi cetera Marti Adjumenta forent.* BARTHIUS lib. X. Adverſ. cap. VII. *ſi cetera Marti Adjumenta forent*, non *Martis*, ſcripti: & ſequor. Idem & Barthio ſe probavit. N. HEINSIUS.

v. 13. *Agitare negata Cogebatur ope*] *agitare* vivere eſt, otioſumque deſidere. Poeta vetus, *Quttum agitabant nobiles facilime*, hoc eſt, in otio vivebant.

Cogebatur ope, & fenio torpefcere rerum.
Parta tamen formido manu, & tot caedibus olim
Quaefitus terror, velut inviolabile telis
Servabant facrumque caput: proque omnibus armis,
Et caftrorum opibus, dextrifque recentibus unum
Hannibalis fat nomen erat. tot diffona lingua
Agmina, barbarico tot difcordantia ritu
Corda virûm manfere gradu, rebufque retufis
Fidas ductoris tenuit reverentia mentes.
Nec vero Aufonia tantum fe laetus agebat
Dardanidis Mavors: jam terra cedit Hibera
Auriferis tandem Phoenix depulfus ab arvis.

Jam

bant. Citatur is locus in vita Terentii a Donato variis auctoribus excerpta. Nihil ergo mutandum hoc loco. Non eft utile *abitare*, quod Daufquejus excogitavit. BARTHIUS lib. x. Adverf. cap. VII. *abitare* Daufquejus: perquam infulfe, ut ingenium eft hominis. *ac ftare* Gronov. Obferv. II. cap. XXII. quae correctio quantivis pretii eft, & ingenio viri dignifsima. Veteres libri cum vulgatis hic dormitant. Nec audiendus Barthius, qui *agitare* interpretatur pro otiofe defidere. nam illis Porcii verbis, quae Donatus profert in vita Terentii, de Laelio, Scipione, & Furio,

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillume,

τὸ *agitare* pro concitare illic fumitur, tamquam de hominibus maxime apud nobiles gratiofis, & auctoritate pollentibus, & qui Senatum, & equeftrem ordinem, quo vellent, impellebant. *ftare* & *federe* pro quiefcere Silio familiare eft. lib. XII. verf. 104.

——— fed enim ductor numerabat inertes
Atque actos fine Marte dies, & ftare pudebat.

verf. 41.

Stabat Cannarum Graja ad munimina victor.

verf. 68. *quis terminus, inquit, Ante urbes ftandi Grajas?* lib. XIV. verf. 341. *ftabatque ingens ad moenia bellum.* Lucan. lib. II.

——— non, fi tumido me gurgite Ganges
Summoveat, ftabit jam flumine Caefar in ullo
Poft Rubiconis aquas.

Silius lib. I. verf. 341. *jam capto ftamus in hofte.* vide fupra lib. II. verf. 639. N. HEINSIUS. Ita & Statius III. Theb. verf. 96.

Sed ducis infandi rabidae non hactenus irae
Stare queunt.

De conjectura fua *ac ftare*, pro *agitare*, quam, ita volente praefertim Heinfio, in contextum recepi, Gronov. olim cum Boxhorn. egit, ut ex pofterioris Epift. conftat p. m. 38. qui eam etiam, damnato Daufqueji *abitare*, probavit: quamvis *ftare* fimpliciter hoc fenfu poni vix credere poffit. Cui tamen, fi viveret, id perfuaderent exempla ab Illuftrifsimo Heinfio huc collata. Quod ad hiftoriam attinet, Hannibal mox poft Cannenfem pugnam fratrem Magonem Karthaginem miferat, ut fupplementa militum aliaque exercitui neceffaria peteret; quae, obloquente quamvis Hannone, Barcinae factioni inimicifsimo, obtinuit. Sed, tefte Livio lib. XXIII. cap. XIV. *haec, ut in fecundis rebus, fegniter otiofeque gefta funt*, &, quae promiffa erant, non accepit. Hinc Silius Hannibali opem negatam dicit, perinde exiftimans, fi promiffum & non datum fit, ac fi negatum auxilium foret. querentem Hannibalem infra inducit lib. XVII. verf. 197.

Dum fumtus, dumque arma duci, feffofque fecundis
Summiffo tyrone negant recreare maniplos,
Dumque etiam Cerere & victu fraudaffe cohortes
Hannoni placet, induitur tota Africa flammis.

v. 15. *Parta tamen formido manu*] Pariter de Gallis fupra lib. IV. verf. 47. *Et metus peperere manu.*

v. 19. *Hannibalis fat nomen erat*] Livius lib. XXVIII. cap. XII. *Tantam ineffe vim, etfi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce cenfebant.* De Fabio fupra lib. VII. verf. 6.

——— tot millia contra
Poenorum, invictumque ducem, tot in agmina folus
Ibat, & in fefe cuncta arma virofque gerebat.

verf. 742.

Hic patria eft, murique urbis ftant pectore in uno.

De Laro infra verf. 50. *deleta gentilis pube catervae Caeforum implebat folus loca.* Virgil. VII. Aen. verf. 707.

Agmen agens Claufus, magnique ipfe agminis inftar.

v. 19. *Tot diffona lingua Agmina* &c.] Similiter Livius lib. XXVIII. cap. XII. *Cum in hoftium terra per annos tredecim, tam procul ab domo, varia fortuna bellum gereret exercitu non fuo civili, fed mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis; alius habitus, alia veftis, alia arma, alii ritus, alia facra, alii prope Dei effent; ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipfos, nec adverfus ducem feditio exftiterit; quum & pecunia faepe in ftipendium, & commeatus in*

hoftium

Jam Mago, exutus caſtris, agitante pavore
In Libyam propero tramiſit caerula velo.
Ecce aliud decus, haud uno contenta favore,
Nutribat Fortuna duci. nam concitus Hannon
Adventabat, agens crepitantibus agmina caetris
Barbara, & indigenas ferus raptabat Hiberos.
Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat,
Si non Scipiadae concurreret. omnia ductor
Magna adeo Auſonius majori mole premebat.
Ut Phoebe ſtellas, ut fratris lumina Phoeben
Exſuperant, monteſque Atlas, & flumina Nilus,

Ut

hoſtium agro deeſſet : quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militeſque commiſſa fuerant.

v. 21. *Corda virum manſere gradu*] Locutionem hanc docte illuſtrant Ampliſſimus Cuperus aliique ad Petron. Satyr. cap. LXXX. Ita Senec. in Agam. verſ. 549.

Phoebēa nec me tela pepulerunt gradu.

v. 28. *Haud primo contenta favore*] *haud tanto* Puteaneus. Colonienſis *haud uno favore*, quod placet. Parmenſis editio *haud parvo favore*. Mox & *Hannon* ſcripti, non *Anno*. N. HEINSIUS. *haud parvo* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio. codex autem Oxon. cum pleriſque editionibus reliquis ſtat pro vulgata ſcriptura. Sed *haud uno* placet. Recte etiam N. Heinſius *Hannon* ex ſcriptis. vide ſupra ad lib. II. verſ. 275. Duplex autem Silius proelium ſtatuit, alterum cum Magone, alterum cum Hannone commiſſum. Livius vero lib. XXVIII. cap. I. refert, Hannonem, novum imperatorem, in locum Barcini Haſdrubalis recenti cum exercitu ex Africa tranſgreſſum, cum Magone caſtra junxiſſe, eodemque proelio utrumque ducem a M. Silano ſub auſpiciis Scipionis devictum fuiſſe.

v. 30. *Agens trepidantibus agmina caetris*] Putabam ego concinniorem ſcriptam lectionem *crepitantibus caetris*. MODIUS Novant. Lection. epiſt. XIX. *crepidantibus* in Colonienſi. ſcribendum *crepitantibus*. nec aliter liber Oxonius. caetras enim plaudebant Hiſpani pugnaturi. Vidit & Modius veram ſcripturam, & ante illum Marſus. ſupra lib. III. verſ. 348. habuimus,

Ad numerum reſonas gaudentem plaudere caetras.

N. HEINSIUS. Optime viri docti *crepitantibus caetris*. Hiſpani enim proelium inituri clipeos gladiis plaudebant. Sonitus autem hic proprie *crepitus* dicitur. ſupra libr. XII. verſ. 684.

Rurſus in arma vocat trepidos, clipeoque tremendum
Increpat.

Ovid. I. Metam. verſ. 143.

Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.

Auctor bell. Hiſpan. cap. XXXI. *Cum clamori eſſet intermixtus gemitus, gladiorumque crepitus auribus oblatus.* Frequenter autem librarii voces *crepitare* & *trepidare* confuderunt. Vide ſupra ad lib. XIV. verſ. 311.

v. 31. *Raptabat Hiberos*] Editio Parmenſis *carpebat Hiberos*. N. HEINSIUS. *carpebat* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio; codex autem Oxon. & Putean. *captabat*. ſed perperam. Silius lib. I. verſ. 223.

Hinc juga cornipedes erecti bellica raptant.

lib. IX. veniſ. 573.

——— *ſtimulis majoribus ire,*
Ac raptare jubet Libycarum armenta ferarum.

mox verſ. 80. *raptat dux obvia ſigna.*

v. 33. *Agmina ductor Magna adeo Auſonius majori mole premebat*] Putabam ego concinniorem ſcriptam lectionem *omnia ductor premebat*. MODIUS Novant. Lection. epiſt. XIX. *omnia* ſcripti, & cum ſcriptis Modius : quod perperam ab Interprete damnatur. eſt enim longe elegantiſſimum. Poſſis etiam,

——— *omnia ductor*
Magnum adeo Auſonius majori mole premebat.

Similis Graeciſmus illi Maroniano *Omnia Mercurio ſimilis*. horum ubique pleni poetae Latini. N. HEINSIUS.

v. 35. *Ut Phoebe ſtellas* &c.] Nam *luna conditur omne Stellarum vulgus*, teſte Manil. lib. I. verſ. 475. Eleganti hac comparatione uſus etiam eſt Horat. lib. I. od. XII. verſ. 46.

——— *micat inter omnes*
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Ovid. II. Metam. verſ. 722.

Quanto ſplendidior, quam cetera ſidera, fulget
Lucifer; & quanto te, Lucifer, aurea Phoebe.

Nec multum hinc abit illud in Anthol. lib. III. cap. XXXIII. epigr. 33. & Diogen. Laert. lib. VIII. ſect. 78.

Εἴ τι περιλάσσει Φαίθων μέγας ἅλιος ἄστρων,
Καὶ πόντος ποταμῶν μείζον' ἔχει δύναμιν.

Quantum ſuperat Phaëton magnus ſol ſtellas, & pontus fluvius majorem habet vim. Vide Muret. IX. Var. lect. cap. XVII.

v. 36. *Ut flumina Nilus*] & Colonienſis. N. HEIN-

Ut pater Oceanus Neptunia caerula vincit.
Vallantem castra (obscuro nam vesper Olympo
Fundere non aequam trepidanti coeperat umbram)
Aggreditur Latius rector, subitoque tumultu
Caeduntur passim coepti munimina valli
Imperfecta. supercontexere herbida lapsos
Pondera, & in tumuli concessit cespes honorem.
Vix uni mens digna viro, novisse minores
Quam deceat, pretiumque operis sit tradere famae.
Cantaber ingenio membrorum & mole timeri
Vel nudus telis poterat Larus. hic fera gentis
More securigera miscebat proelia dextra.
Et, quamquam fundi se circum pulsa videret
Agmina, deleta gentilis pube catervae,
Caesorum implebat solus loca: seu foret hostis
Comminus, expleri gaudebat vulnere frontis

Adversae:

HEINSIUS. Saepe ita peccatur. vide supra ad lib. v. vers. 217. Aliter autem hoc effert Aesopus apud Suid. in voc. *Μᾶλλον ὁ Φρύξ. Τοσοῦτον ὑπερέχεις τῶν ἄλλων, ὅσον θάλασσα ποταμῶν. Tantum ceteros superas, quantum mare fluvios.*

v. 38. *Obscuro jam vesper Olympo*] *obscuro nam vesper Olympo*, non *jam*, scripti & veteres editi. N. HEINSIUS. Saepe ita turbarunt scribae librarii. vide supra ad lib. IX. vers. 242. In priscis tamen, quas consului, editionibus constanter *jam* inveni.

v. 42. *Imperfecta. super*] Sic distingue; male editiones *Imperfecta super*. N. HEINSIUS.

v. 42. *Supercontexere herbida lapsos Pondera*] *herbidus* herbis factum signat. Claudian.

Herbida cespitibus sunt structa sedilia vivis.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *contexere* non placet, quia *concessit* subjungitur. est praeterea durius. *contexeret* Parmensis editio. Opinor, *texerunt*. N. HEINSIUS. Ad marginem editionis Romanae principis manu docta emendatum vidi, *contexunt*. Puto una voce scribendum *supercontexere*, vel *supertexerunt*.

v. 44. *Novisse minores Quam deceat*] *minores* posteri sunt. Virgilius,

Oenotri coluere viri; nunc fama, minores
Italiam dixisse.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. supra lib. VI. vers. 549.

—— eritque dies, tua quo, dux inclite, fata
Audire horrebunt a te calcata minores.

Senec. in Thyest. vers. 134.

Neu succedat avo deterior nepos,
Et major placeat culpa minoribus.

Valer. Flacc. lib. III. vers. 455.

Nec populi nostrique luant ea facta minores.

Prudent. I. contr. Symmach. vers. 54.

Inde Deos, quorum patria spectata sepulcra
Scimus, in aere hebetes informavere minores.

Ceteroquin minores sunt filii, pueri. supra lib. II. vers. 490.

Te matres, vincente fame, te maesta virorum
Ora vocant, primaque sonant te voce minores.

v. 45. *Pretiumque operae sit tradere famae*] *pretiumque operis* scripti & primae editiones, quod numerosius: quamquam & *operae pretium* est in usu frequentissimo. N. HEINSIUS. Primus Nicander in Juntina *operae* edidit.

v. 46. *Cantaber ingenio membrorum & mole timeri*] *ingenium locorum* & similia novi, *membrorum ingenium* paullo insolentius videri potest. Scribendum puto, *ingenti membrorum mole*. lib. XIII. vers. 194.

—— cursu plantaque volucri
Praestabat Laurens, membrorum mole Laburnus.

De apro Maenalio auctor de laudib. Herc. *immensa membrorum mole cruentus.* Vide annotata lib. VI. vers. 32. N. HEINSIUS. *ingenium membrorum*, ut *ingenium necis* apud Statium III. Theb. vers. 152. *sic vos in fine ligavit Ingenium crudele necis. ingenium munificentiae* apud Plin. in Paneg. cap. XXV. *ingenium coenarum* ibid. cap. XLIX. *ingenium loci*, de quo supra vide ad lib. IV. vers. 90. Malim tamen cum viro Illustrissimo *ingenti membrorum mole.* Virgil. V. Aeneid. vers. 431. *Hic membris & mole valens*; quod optime Servius exponit *mole membrorum*. Ovid. XV. Metam. vers. 230. *qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes.* Silius IV. vers. 435.

—— visaque paventes
Mole gigantêi vertebant corporis alas.

lib. XIV. vers. 530. *corporis alti Terribilis moles.* Curtius lib. V. cap. IV. *Nudi complectebantur armatos, &, ingenti corporum mole secum ad terram detrahentes, ipsorum telis plerosque fodiebant.* Colum. lib. III cap. II. *Atque hoc modo tota mole corporis totoque pondere nituntur.* Appul. VII. Metam. pag. 189. ed. Elm. *Praeter ceteram corporis molem toto vertice cun-*

ctos,

Adversae: seu laeva acies in bella vocaret,
Obliquo telum reflexum Marte rotabat.
At, cum pone ferox aversi in terga veniret
Victor, nil trepidans retro jactare bipennem
Callebat, nulla belli non parte timendus.
Huic ducis invicti germanus turbine vasto
Scipio contorquens hastam, cudone comantes
Disjecit crines. namque altius acta cucurrit
Cuspis, & elata procul est ejecta securi.
At juvenis, cui telum ingens accesserat ira,
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem
Incutit. intremuere acies, sonuitque per auras
Pondere belligero pulsati tegminis umbo.
Haud impune quidem. remeans nam dextera ab ictu
Decisa est gladio, ac dilecto immortua telo.
Qui postquam murus miseris ruit, agmina concors

Avertit

ctos antepollebat. Sic *moles viri* apud Silium lib. IV. vers. 292. & lib. XV. vers. 337. *moles gigantum* lib. XVII. vers. 655. *moles cornipedis* vers. 561. & *moles* de elephanto lib. IX. vers. 239. ubi plura vide. Contrario modo peccabatur apud Valer. Max. lib. I. cap. VII. ex. ext. 4. *Ingenti agilitate & corporis dotibus praestantiorem.* ubi ὁ πάνυ Gronovius quam verissime apud Vorstium *ingenii agilitate* emendandum docuit.

v. 47. *Vel nudus telis poterat Larus*] *nudus teli* opinor. lib. IV. vers. 607.

Namque inhonoratam Fibrenus perdere mortem,
Et famae nudam impatiens.

ita & illic codices vetusti. infra tamen hoc libr. vers. 172. *Nec nudus virtute Syphax.* & lib. IV. vers 315. *nudi frenis manipli*, sine frenis. N. HEINSIUS. Nihil muto. supra lib. V. vers. 449.

Intorquet tergo jaculum, quod tegmine nudas
Irrupit costas.

v. 54. *Obliquo telum reflexum Marte rotabat*] *refluxum* Coloniensis. forte *refugum Mavorte.* N. HEINSIUS.

v. 55. *At cum ponte ferox aversi in terga veniret*] Manifeste legendum, nisi sciens fallor, *At cum pone ferox.* MODIUS Novant. Lect. epist. XIX. Malim *aversa in terga*, pro *aversi.* forte etiam *subiret*, pro *veniret.* *subire ad juga* infra vers. 231. deinde, pro *nulla belli non parte*, malim *arte*, vel *forte.* N. HEINSIUS. N. Heinsius *aversa terga*, pro *aversi*, ut supra *cedentia terga*, pro *cedentis*, etiam reponebat lib. XIII. vers. 171. ubi plura vide. Fortasse tamen id hic non est mutandum. supra lib. IV. vers. 213.

Demetit aversi Vogesus tum colla.

lib. XV. vers. 729.

——— *tunc aversi turgentia colla*
Diripit ense Mosae.

Sed nec placet *veniret* in *subiret* refingi, praesertim nihil mutantibus libris scriptis. *venire in terga*, ut *ire in aliquem* apud Maron. IX. Aen. vers. 423. *simul ense recluso Ibat in Euryalum.* eodem modo telum dicitur *venire in artus.* vide supra ad lib. XV. vers. 376.

v. 59. *Cudone comantes Disjecit crines*] *cudo* est galea ex pellibus ferinis, cujus supra meminit lib. VIII. vers. 495.

Spicula bina gerunt, capiti cudone ferino
Sat cautum.

Gloss. Labbaei τὸ *Cudon* exponunt *περικεφαλαίας εἶδος.* Vide Turneb. I. Advers. cap. XIII. & Lips. III. de Milit. Rom. dial. I.

v. 61. *Elata procul est ejecta securi*] An *rejecta?* N. HEINSIUS.

v. 66. *Remeans nam dextera ab ictu Decisa est gladio*] Simile supra est lib. IX. vers. 386.

——— *sed perdidit acer,*
Dum stat, decisam Gabar inter proelia dextram:

v. 67. *Ac dilecto immortua telo*] Scio *ensem Dilectum domino* occurrere apud Maronem. hic tamen *telo directo* scribendum. notum illud Maronis,

Dardana qui Paridis direxti tela manusque
Corpus in Aeacidae.

aliquando *adducto telo* placebat. Simile mendum ex Medea Senecae sustulimus vers. 534. Vide ad lib. IV. vers. 678. N. HEINSIUS. Voces has alibi etiam confuderunt librarii. Vide N. Heinsium ad Claudiani III. Consul. Honor. vers. 156. Hic tamen nihil muto. ideo enim securis *dilectum telum*, quod Larus

——— *fera gentis*
More securigera miscebat proelia dextra.

ensis dilectus etiam supra est lib. I. vers. 166. *clam corripit ensem Dilectum domino.* Vide N. Heins. ad Valer. Flacc. lib. III. vers. 341.

v. 68. *Qui postquam murus miseris ruit*] *murus* praesidium, tutela. Ovid. XIII. Metam: vers. 280.

——— *quanto cogor meminisse dolore*

Avertit fuga confestim dispersa per agros.
Nec pugnae species, sed poenae tristis imago
Illa erat, hinc tantum caedentum, atque inde ruentum.
Per medios Hannon, palmas post terga revinctus,
Ecce trahebatur, lucemque (heu dulcia coeli
Lumina!) captivus lucem inter vincla petebat.
Cui rector Latius: Tanta, en, qui regna reposcant,
Quis cedat toga & armiferi gens sacra Quirini!
Servitio si tam faciles, cur bella refertis?
Haec inter celerare gradum, conjungat ut arma,
Hasdrubalem ignarum cladis praenuntius affert
Explorator eques. raptat dux obvia signa.
At, postquam optatam laetus contingere pugnam
Vidit, & ad letum magno venientia cursu
Agmina, suspiciens coelum, Nihil amplius, inquit,
Vos hodie posco, Superi. protraxtis ad arma,
Quod profugos, satis est. in dextra cetera nobis
Vota, viri: rapite, ite, precor. vocat ecce furentes

Hinc

Temporis illius, quo Grajûm murus Achilles
Procubuit.

BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. VIII. Homer. Il. A. verf. 283.

Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, ὃς μέγα πᾶσιν
Ἕρκος Ἀχαιοῖσιν πέλεται πολέμοιο κακοῖο.

Precabor Achillem, ut iram ponat, qui omnibus Achivis est magnus murus belli mali. Claud. in IV. Conf. Hon. verf. 109.

Non dabitis sceleri murum: qui vindicat, ibit.

ubi vide Barthium. Venant. Fortun. lib. VII. carm. XII. verf. 11.

——— *cadit Hector & ultor Achilles;*
Ajax, in clipeo murus Achaeus, obit.

Eo refer dictum Metelli apud Valer. Max. lib. IV. cap. 1. ex. 12. qui, *cum interemtum Scipionem conclamari audisset, in publicum se proripuit, maestoque vultu & voce confusa, Concurrite, concurrite, inquit, cives, moenia urbis nostrae eversa sunt: Scipioni enim Africano, intra suos penates quiescenti, nefaria vis illata est.* Simili locutione Ajax Telamonius Homero Graecorum πύργος vocatur Odyss. Λ. verf. 555.

Τοῖος γάρ σφιν πύργος ἀπώλεο. *Talis enim ipsis turris periisti.* etiam Stilico apud Claud. I. in Rufin. verf. 266.

Hic cunctis optata quies, hic sola pericli
Turris erat, clipeusque trucem porrectus in hostem.

ubi simili modo *clipeus* sumitur, quemadmodum & apud eundem II. de laud. Stilic. verf. 62. *hoc clipeo munitus Honorius altum Non gemuit patrem.* & in IV. Conf. Honor. verf. 432.

Subnixus Stilicone tuo, quem fratribus ipse
Discedens clipeum defensoremque dedisti.

Ita & Graecis est ἀσπίς. Aeschyl. in Agam. verf. 1446.

Οὗτος γὰρ ἡμῖν ἀσπὶς οὐ μικρὰ θράσους.

Ille enim nobis clipeus haud parvus audaciae. Similia alia apud omnes poëtas passim occurrunt.

v. 68. *Agmina concors Avertit fuga*] Maluerim *consors*, hoc est, una ac par fuga omnium. N. HEINSIUS. Librarios ita non raro peccasse supra docui ad lib. IV. verf. 100. Hic tamen receptam lectionem non sollicito. Larus enim a Scipione ducis fratre non in fugam actus fingitur, ut agmina militum etiam simili sorte fugerint; sed ab eo interfectus dicitur: cujus morte audita, agmina unanimi consilio in fugam se conjiciunt.

v. 71. *Hinc tantum cedentum*] *caedentum* ex Coloniensi. N. HEINSIUS. Ita & manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi. in Oxon. est *cadentum.*

v. 73. *Heu dulcia coeli Lumina*] Secundum illud, quod supra est libr. XIII. verf. 883.

Pro! quanto levius mortalibus, aegra subire
Supplicia, atque hiemes, aestusque, famemque, fretumque,
Atque famem, quam posse mori.

& lib. II. verf. 223.

Heu blandum coeli jubar! tantone cavetur
Mors reditura metu?

v. 74. *Captivus vitae inter vincla petebat*] Spurium est τὸ *vitae*. Magis emphaticum, quod repetunt vocem membranae Oxonienses, *lucem inter vincla petebat.* BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. VII. *lucem inter vincla* Oxonius & Putean. cum editione Romana & Parmensi, eleganti repetitione, idque jam monere occupavit Gronov. Diatr. ad Statii silvas pag. 109. & Barthius. N. HEINSIUS. Recte omnes aliae vetustae editiones *lucem*, non *vitae*. primus Nicander in Juntina veram lectionem

corrumpere

Hinc pater, hinc patruus. gemina o mihi numina belli,
Ducite, adeste; sequor. dignas spectabitis, aut me
Praescia mens fallit, vestro jam nomine caedes.
Nam quis erit tandem campis telluris Hiberae
Bellandi modus? en umquam lucebit in orbe
Ille dies, quo te armorum, Karthago, meorum
Aspiciam sonitus admotaque bella trementem?
Dixerat: & raucus stridenti murmure clangor
Increpuit. tonuere feris clamoribus astra.
Concurrunt: quantumque rapit violentia ponti,
Et Notus, & Boreas, & inexorabilis Auster,
Cum mergunt plenas tumefacta sub aequora classes;
Aut cum letiferos accendens Sirius ignes,
Torret anhelantem saevis ardoribus orbem;
Tantum acies hominumque ferox discordia ferro
Demetit. haud ullus terrarum aequarit hiatus
Pugnarum damna: aut strages per inhospita lustra
Umquam tot dederit rabies horrenda ferarum.
Jam campi vallesque madent, hebetataque tela.

Et

corrumpere ausus est. Elegans est haec repetitio *τὸ lucem*, qua saepe scriptores usi sunt. Sic supra lib. XI. vers. 358.

——— namque haec tibi ferrum,
Si Poenum invasisse paras, per viscera ferrum
Nostra est ducendum.

ubi ignorantes hanc elegantiam etiam peccarant librarii.

v. 81. *At postquam*] *Ac* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 84. *Protractus ad arma Quod profugus, satis est*] Optime Coloniensis, *protraxtie ad arma Quod profugos, satis est. profugos* etiam Puteaneus, vestigium verae lectionis. pro *nobis*, idem *cetera vobis*. N. HEINSIUS. Veram lectionem ex Coloniensi codice tam hic in notis, quam ad Claud. bell. Gildon. vers. 297. recte asseruit vir Illustrissimus. Duplicia vero, quae habeo, codicis Oxon. excerpta hic discrepant: alia enim faciunt cum Colonienli libro, alia autem habent *protractis ad arma Quod profugos*, quam proxime ad ipsam Silii manum. Priscae editiones in vulgatam scripturam conspirant, nisi quod in Mediolan. sit, *Quod profugo satis est*. Caussam errandi librariis dedisse videtur vox *protraxtis*, paullo rarior, pro protraxissis, quae tamen similesque etiam alibi occurrunt. Supra lib. XIV. vers. 536.

Ni propere duro nitentem assurgere velox
Affixet transtro.

Virgil. v. Aen. vers. 786. *nec poenam traxe per omnem Reliquias.* ubi vide Pierium. Aeneid. VI. vers. 57.

Dardana qui Paridis direxti tela manusque.

Aeneid. XI. vers. 118.

Vixet, cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.

ita *consumse* est apud Lucret. lib. I. vers. 234.

Omnia enim debet, mortali corpore quae sunt,
Infinita aetas consumse anteacta, diesque.

ubi vide Lambin. *dixti* apud Plaut. in Mercat. act. IV. sc. IV. vers. 14. & apud Terentium quam saepissime. Plura vide apud Dausq. ad Silii XV. vers. 375. Scriver. ad Martial. lib. III. epigr. LXVII. & XXII. & N. Heinsium ad Claudiani bell. Gildon. vers. 297.

v. 88. *Aut me Praescia mens fallit*] In Puteaneo & editionibus nonnullis *haud me fallit*. N. HEINSIUS. *haud me fallit* etiam Oxoniens. codex cum Romana principe, Mediolan. & Marsi editionibus. quae lectio certiorem Scipionis de Victoria praesumtionem notat; ut dicat, se a mente futuri conscia minime falli posse. Non raro has voces commutarunt librarii. vide Brockhus. ad Propert. lib. IV. eleg. I. vers. 77. Vulgata tamen scriptura praeferre videtur imitationem Virgilii, qui pariter in X. Aen. vers. 630.

Nunc manet insontem gravis exitus, aut ego veri
Vana feror.

v. 93. *Armorum Aspiciam sonitus trementem*] Opinor *armorum tonitrus*, ut alibi non semel. N. HEINSIUS. Ita saepe *armorum tonitrus* apud Silium. vide supra ad lib. XI. vers. 525. ubi has voces etiam nonnumquam in membranis commutari docui. Hunc locum tamen non sollicito. sequitur enim mox *tonare* vers. 95.

——— tonuere ferie clamoribus astra.

armorum sonitus autem, ut supra lib. V. vers. 432.

——— tumulique & concava saxa
Armorum sonitus, flatusque imitantur equorum.

v. 105. *Hebetataque tela*] Tot hostes nempe occiderant

Et Libys occubuere, & amantes Martis Hiberi.
Stat tamen una loco perfossis debilis armis,
Luctaturque acies, qua concutit Hasdrubal hastam.
Nec finem daret ille dies animosaque virtus,
Ni perlapsa viro loricae tegmine harundo,
Et parco summum violasset vulnere corpus,
Suasissetque fugam. rapido certamina linquit
In latebras evectus equo, noctisque per umbram
Ad Tartessiacos tendit per litora portus.
Proximus in pugna ductori Marte manuque
Regnator Nomadum fuerat; mox foedere longo
Cultuque Aeneadum nomen Masinissa superbum.
Huic fesso, quos dura fuga & nox suaserat atra,

Carpenti

ciderant Romani, ut ferri acies jam hebetata esset. Lucan. lib. VI. vers. 186.

Jamque hebes, & crasso non asper sanguine mucro
Percussum Scaevae frangit, non vulnerat, hostem.

Auctor Octav. vers. 525.

——— condidit tandem suos
Jam fessus enses victor, hebetates feris
Vulneribus.

Curtius lib. IV. cap. XVI. *Alexander, instantibus suis impune abeuntem hostem sequi permitteret, hebetia tela esse, & manus fatigatas, caussatus est.*

v. 110. *Ni perlapsa foret loricae tegmine harundo*] *vire*, pro *foret*, Coloniensis & Oxonius. rectius. in Puteaneo *vitae*. Deinde vix admitto correctionem Interpretis *perlapsa tegmen*, non *tegmine*, castigantis. Nam apud Livium lib. XXVIII. cap. XI. codices vetusti quoque, teste in animadversis Gronovio, *Foribus ipsis duo perlapsi angues.* non *prolapsi.* N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *perlapsa viro.* vide supra ad lib. II. vers. 185.

v. 111. *Et parco summum violasset pondere corpus*] *vulnere* scripti. Opinor,

Et parco summum libasset vulnere corpus.

supra lib. XV. vers. 758.

Hastam praepropero nisu jacit; illa per oras
Aerati clipei & loricae tegmina summa
Incidit haud felix humero, parceque petitum
Perstrinxit corpus.

degustare alibi dixit. *libare poenam* Claudianus ex scriptis. ubi plura, ut & ad lib. IX. Silii vers. 523. N. HEINSIUS. Recte scripti *parco vulnere.* Ita saepe peccarunt scriptores librarii. vide supra ad lib. V. vers. 251. & Broekhus. ad Propert. lib. I. eleg. I. vers. 13. Pro *violasset* autem N. Heinsius *libasset* ex conjectura reponit, de quo verbo supra vide ad lib. IX. vers. 523. Ita & supra peccatum putavit lib. X. vers. 261. ubi tamen nonnihil vulgatam lectionem adstruxi. Sane & hoc loco nihil mutarem; nam, ut ibi dixi, *violare* & *laedere* frequenter idem notant, quod vulnerare. *Violare vulnere* autem, ut apud Maron. XI. Aen. vers. 277. *Veneris violavi vulnere dextram.* Ibid. vers. 591.

Hac quicumque sacrum violarit vulnere corpus.

vers. 848.

Nam quicumque tuum violarit vulnere corpus.

Aeneid. XII. vers. 797.

Mortalin' decuit violari vulnere Divum.

& Ovidium XIII. Metam. vers. 279. *Hector abit violatus vulnere nullo.*

v. 113. *In latebras evectus equo*] *avectus* scribendum, ni fallor. N. HEINSIUS. Supra lib. VI. vers. 238.

——— victorque catervas
Longius avectas afflatus peste premebat.

v. 117. *Nomen Masanissa superbum*] Ita hoc nomen ubique scribitur in editione Dausqueji, eamque scripturam defendit in notis ad lib. XVII. vers. 418. quem etiam vide in Orthograph. lib. II. hac voce. In codice vero Puteaneo est *Masinissa*, quemadmodum & optimi apud Livium libri habent, ut testatur eruditissimus Gronov. ad lib. XXV. cap. XXXIV. Apud Ursin. ad Cicer. de Senect. cap. X. in tabella aenea *Masinissa* legitur. quod cum legi metricae adversum sit, id saltem inde obtinetur, Romanos *Masinissa* per tertiam vocalem, non *Masanissa* per primam, scripsisse; &, si duplici consona *Massinissa* dixerint, poëtas metri caussa unam detraxisse, quomodo de *Persena*, pro *Porsenna*, supra notavi ad lib. X. vers. 484.

v. 118. *Dura fuga*] An *cruda?* Vide lib. V. vers. 422. lib. VI. vers. 78. lib. VII. vers. 3. N. HEINSIUS. Ita & supra emendandum censuerat vir Illustrissimus lib. XIII. vers. 532. & apud Valer. Flacc. lib. VII. vers. 243. Nec aliter etiam variant libri Maronis, quos Pierius consuluit, lib. III. Georg. vers. 20. & XII. Aen. vers. 507.

v. 120. *Vertice fulsit apex*] Optimum omen est: credebatur enim olim *fulgor igneus, si urendo non noceat, celebritatis gloriam afferre*, teste Saresber. I. Polycr. cap. XIII. Recte autem viri docti notant, Silium his imitatum ea, quae de Ascanio narrat Virgil. II. Aen. vers. 682. ubi alia hujus ominis

exempla

Carpenti somnos subitus rutilante coruscum
Vertice fulsit apex, crispamque involvere visa est
Mitis flamma comam, atque hirta se spargere fronte.
Concurrunt famuli, & serpentes tempora circum
Festinant gelidis restinguere fontibus ignes.
At grandaeva, Deûm praenoscens omina, mater,
Sic, sic, Coelicolae: portentaque vestra secundi
Condite, ait. duret capiti per secula lumen.
Ne vero, ne, nate, Deûm tu laeta pavesce
Prodigia, aut sacras metue inter tempora flammas.
Hic tibi Dardaniae promittit foedera gentis,
Hic tibi regna dabit, regnis majora paternis,
Ignis, & adjunget Latiis tua nomina fatis.

Sic.

exempla annotavit Cerda, ut & Barthius ad Claud. IV. Consul. Honor. vers. 193. Eodem ferme ostento Tiberio, qui adhuc in insula Rhodo degebat, *pridie quam de reditu certior fieret, vestimenta mutanti tunica ardere visa est.* teste Sueton. in ejus vit. cap. XIV. ubi vide Casaubon.

v. 122. *Serpentes pectora circum ignes*] Legendum *tempora circum.* quid enim cum pectore flammis, quae crinibus saltem vagabantur? BARTHIUS lib. XXI. Advers. cap. XV. *tempora circum* ex scriptis. mimesis Maroniana de Ascanio II. Aen. vers. 682:

Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia molles
Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

sequentia etiam confirmant, *ne sacras metue inter tempora flammas.* N. HEINSIUS. Saepissime ita lapsi sunt infausti librorum corruptores, ut docere possunt ea, quae notavit N. Heinsius ad Nason. Metam. IV. vers. 492. Metam. v. vers. 114. & Tibul. I. eleg. I. vers. 40.

v. 125. *Sic, sic, Coelicolae*] Lege *Sic sit, Coelicolae.* ita enim vetustissima editionum, quas ego habeo, clare praefert; & ratio suadet arripere ex veterum superstitione, anum omen & Deos salutare. BARTHIUS lib. XXI. Advers. cap. XV. Nescio quid monstri erat in Barthii Adversariis *Sic tibi Coelicolae*, haud dubie operarum errore. Cum vero vetustissimam editionum, quas habuit, ita praeferre dicat, voluisse videtur *Sic sit, Coelicolae*, quemadmodum in excerptis reposui: non aliter enim ego inveni in Romana principe, Mediolanensi & Marsi priori Veneta, & Heinsius in Parmensi. Primus autem Marsus in Veneta posteriori *Sic sic, Coelicolae* edidit. Si vero *Sic sit, Coelicolae* admittimus, non necesse est mox cum N. Heinsio scribere *portenta o vestra.* Particula tamen illa *o* in sollemni precatione supra etiam adhibita est a Silio lib. IV. vers. 127.

Adsis o, firmesque tuae, pater, alitis omen.

v. 125. *Portentaque vestra secundi Condite*] *Condite secundi* est secunda date. Ita enim eleganter, & aliter, quam vulgo, sumi potest. secunda enim auspicia prima condebant, & confirmabant: quae cum fausta erant, *adtestata* dicebantur antiquis; fulgure autem constabant plerumque. *Adtestatis* autem opponebantur *peremtalia.* sicut enim *adtestata* superiora confirmabant, &, ut Silius loquitur, *condebant*; sic *peremtalia* tollebant, & destruebant quasi. D. HEINSIUS. *Condere* eleganter firmare, sive producere in vitam, aut saltem promissam felicitatem sonat. Manil. lib. v.

Mercedem tanti belli, quo condidit ipsa
Gorgone non levius monstrum.

BARTHIUS lib. XIX. Advers. cap. XV. *portenta o vestra secundi* maluerim. N. HEINSIUS.

v. 127. *Deum tu laeta pavesce Prodigia*] *tam laeta* rectius scripsi. N. HEINSIUS.

v. 131. *Adjunget Latiis tua nomina fatis*] Temeritatem sciolorum, quibus non satis esset, hos versus duobus locis indignissime tractare, interpolando, *Latiis tua nomina fatis*, quod rectum erat, *Latiis tua nomina fastis.* & rursum,

Vixque Atlantiadum rubefecerat ora suorum.

pro vera scriptura,

Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.

Quibus, inquam, haec non satis hic peccare esset, nisi etiam Silii stellis nubila sua immiscerent, assuto ibi versu illo,

Ire videbatur, Martisque liquescere famam.

quo nihil hic opus est. ubi illud dicitur, Masinissam praeter monstra, de quibus agitur, illud etiam movisse, ut partes Romanorum sequeretur; quod neque Poeni ullo ipsum honore dignum habuissent, & ad hoc vergere Hannibalis res in deteriora quodammodo coepissent. MODIUS Novant. Lection. epist. LXXIV. Perperam Modius & Interpres cum editionibus nonnullis *Latiis fastis.* Apud Valer. Flacc. pari modo castigandum lib. II. vers. 245. *durent Latiis modo nomina fatis.* N. HEINSIUS. Praeter Gryphii, Nutii, Raphelengii & Cellarii editiones, in quibus erat *fastis*, omnes, quos consului, libri *fatis* habent. Peccare videntur autem, qui aliter ediderunt; quid enim Masinissae rei cum *fastis Romanis*, in

 quibus

Sic vates, juvenisque animum tam clara movebant
Monstra; nec a Poenis ulli virtutis honores.
Hannibal ipse etjam jam jamque modestior armis
[Ire videbatur, Martisque liquescere fama.]
Aurora obscuri tergebat nubila coeli,
Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum:
Tendit ad Ausonios & adhuc hostilia castra.
Atque, ubi se vallo intulerat, ductorque benigno
Accepit Latius vultu, rex talibus infit:
Coelestum monita & sacrae responsa parentis,
Disque tua, o Rutulûm rector, gratissima virtus
Avulsum Tyriis huc me duxere volentem.
Si tibi non segnes tua contra fulmina saepe
Visi stare sumus, dignam te, nate Tonantis,

Afferimus

quibus vel magistratuum, vel, si fasti triumphales intelligendi, devictorum hostium nomina notabantur. at *Latiis fatis* est fortunae Romanorum, quibus postea constanter adhaesit, quemadmodum olim Poenis. Saepe autem librarii voces *fastis* & *fata* commutarunt. apud Lucan. lib. VII. vers. 414. nonnulli codices praeferunt,

Et damnata diu Romanis Allia fatis.

cum vulgo recte sit *Romanis fastis*. Vide etiam N. Heinsium ad Claudian. I. de Laudib. Stilic. vers. 43. & VI. Conf. Hon. v. 591.

v. 132. *Tam clara movebant Monstra*] Nota vocem *monstra*, quae origine sua ancipitis significationis est, sed plerumque in malam partem ponitur, hic bono sensu sumi, ut apud Maron. II. Aen. vers. 680.

Cum subitum, dictuque oritur mirabile monstrum.

ubi Servius inquit, *Monstrum τῶν μέσων est, & a monstrando, id est, monendo, dicitur, & refertur ad praesens ejus significatio.*

v. 135. *Ire videbatur, Martisque liquescere famam*] Hic versus, a Modio non repertus, ab Oxoniensibus etiam membranis exsulat. Ego vero eum tollere non ausim. *liquescere* est evanescere, instar aquae diffluere. Prudent. VI. Cathemer.

O tortuose serpens,
Discede, Christus hic est,
Hic Christus est, liquesce.

BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *liquescere fama* scribendum vidit & Interpres. in scriptis versus hic non comparet, ne quidem in primis editionibus: quare delendum censuit Modius. Barthius retinendum opinatur, & *τὸ liquescere* ex Prudentio asserit. Statius Theb. XI. vers. 382. *his paullum furor eliquescere dictis Coeperat*, ita in pervetusto codice, quo Behotius est usus, occurrebat scriptum. vulgo *elanguescere*. Idem Statius Theb. II. vers. 618. *crasso liquentia pectora tabo*. Sic scribo, cum in scriptis sit *liventia*, quod proxime praecessit, *Liventes in morte oculos*. vulgo est *squalentia*. *oculis liquentibus imbrem* lib. V. vers. 270. Posses etiam apud Silium *senescere*, de quo ad Lucan. *torpescere* dixit supra vers. 13. *senio torpescere rerum*. N. HEINSIUS. Versus hujus auctorem fuisse puto Nicandrum, qui Juntinae editioni praefuit, in qua primum inveni. Si quis tamen eum servare malit, videtur cum viris doctis *fama* legendum, & fortasse etiam cum N. Heinsio *senescere*. Ipse enim Silius, & Livius, quem is imitari gaudet, ita locuti sunt. Silius lib. II. vers. 456.

Jamque senescebat vallatis moenibus hostis.

lib. III. vers. 580.

——— blandoque veneno
Desidiae virtus paullatim evicta senescit.

lib. VIII. vers. 332.

——— qua te grassante, senescens
Hannibal oppressum vidit considere bellum.

lib. XIII. vers. 324.

——— paullatim atrocibus irae
Languescunt animis, & vis mollita senescit.

Livius lib. IX. cap. XXVII. *Samnitium contra ducibus, & par vis carpi quotidie damnis, & senescere dilatione belli vires suae videbantur*. lib. XXIX. cap. III. *Nec Magonem ex Gallia movere tumultus quidquam, nec conjungere sese Hannibali, & Hannibalem ipsum jam & fama senescere, & viribus*. quem locum in animo habuisse videtur Silius, si hic versus Silii esse existimari debeat. lib. XXX. cap. XIX. *Multique alii ignobiles populi, senescere Punicum bellum cernentes, defecere*. Etiam Nepos in Alcibiade cap. V. *Cujus cum in intimam amicitiam pervenisset, & Atheniensium, male gestis in Sicilia rebus, opes senescere, contra Lacedaemoniorum crescere videret*. ubi vide Gebhardum.

v. 138. *Tendit ad Ausonios*] *in Ausonios* Gryph. N. HEINSIUS. *in Ausonios* etiam Oxoniens. & Putean. codex cum Romana principe, Parmensi, Mediolanensi, & Marsi editionibus.

v. 145. *Dignam te, nate Tonantis*] Fingit itaque

Silius

Afferimus dextram. nec nos aut vana subegit
Incertae mentis levitas, & mobile pectus;
Aut spes & laeti sectamur praemia Martis.
Perfidiam fugio & perjuram ab origine gentem.
Tu, quando Herculeis finisti proelia metis,
Nunc ipsam belli nobiscum invade parentem.
Ille tibi, qui jam gemino Laurentia lustro
Possedit regna, & scalas ad moenia Romae
Admovet, in Libyam flammis ferroque trahendus.
Sic Nomadum ductor. tunc dextra Scipio dextram
Amplexus, Si pulchra tibi Mavorte videtur,
Pulchrior est gens nostra fide. dimitte bilingues
Ex animo socios. magna hinc te praemia clarae
Virtutis, Masinissa, manent. citiusque vel armis,

Silius Masinissam cum ipso Scipione collocutum: at Livius lib. XXVIII. cap. XVI. refert, Scipionem, qui eo tempore Tarraconem abierat, Silanum castris praefecisse, & cum eo Masinissam congressum fuisse.

v. 146. *Nec nos aut vana subegit* &c.] Oratio, quam Silius hic Masinissae tribuit, desumta videtur ex ea, qua Indibilis suo & Mandonii nomine Scipionem allocutus est apud Livium lib. XXVII. cap. XVII.

v. 150. *Et quando Herculeis*] *Tu, quando* ex Coloniensi. N. HEINSIUS.

v. 151. *Hanc ipsam belli nobiscum invade parentem*] *Nunc ipsam*, non *Hanc*, scripsi. probe omnino. ut & primae editiones. N. HEINSIUS. *Nunc ipsam* etiam Romana princeps & Mediolan. editio. in Marsi Veneta priore operarum errore legitur *Hunc ipsam*, quod in ejus posteriore in *Hanc* demum mutatum. Frequenter literae *H* & *N*, praesertim initiales, confusae fuerunt. Vide supra ad lib. VI. vers. 580.

v. 152. *Ille tibi, qui jam gemino Laurentia lustro Possedit regna*] Dausquejus corrigit *tergemino lustro*, ut supra, *tergemina cum mole viros*. hoc est, terna cum mole. Rationes apud illum vide. Sane Livius quoque ab exordio belli Punici secundi ad debellatam usque Hispaniam annos quindecim statuit. N. HEINSIUS. Dupliciter errat Doctissimus Dausquejus ad hunc locum. primo, cum *geminum lustrum*, si stricte capias, annos octo interpretatur: lustrum enim, stricte & proprie sumtum, quinque annorum spatium continere, nemo est, qui nesciat. Deinde etiam errat, cum *tergemino lustro* conjicit; quam ejus conjecturam tamen etiam amplectitur Illustrissimus Heinsius. sive enim *gemino*, sive *tergemino* legas, tempus nequaquam conveniet. Livius enim ab initio belli Punici usque ad debellatam Hispaniam, non quindecim, ut Heinsius volebat, sed tredecim annos statuit. vide Liv. lib. XXVIII. cap. XVI. & tot etiam anni in fastis intercessisse reperiuntur inter P. Cornelium Scipionem & Tib. Sempronium Longum, quibus Coss. Hannibal in Italiam venit, & Q. Caecilium Metellum & L. Veturium Philonem, quibus Coss. Karthaginienses tota Hispania dejecti sunt. Et hinc Livius ait lib. XXVIII. cap. XXXVIII. Scipionem, qui anno proximo post confectum in Hispania bellum Consulatum adeptus est, eum honorem anno quarto decimo belli Punici consecutum fuisse. Rotundiore igitur numero Silius, ut poetis mos est, per duo lustra Hannibalem Italiam possedisse dicit, in qua tredecim ferme annos moratus erat. Nihil itaque puto mutandum, praesertim cum pro lectione recepta stent omnes libri, tum manu tum typis descripti.

v. 157. *Dimitte bilingues Ex animo socios*] *bilingues* sunt τρίμματα, quos πολυπαιπάλους Homerus vocat, quam vocem Hesychio redde, id est, vafri simpliciter, qualis erat Homericus Ulysses. unde ita antiqui primum Ὀδυσσείας versum legebant,

Ἄνδρα μοι ἔννεπε, Μῦσα, πολύκροτον.

quod Livius Andronicus,

Insequε, Musa, virum versutum.

vertit. D. HEINSIUS. *bilingues socii* sunt fallaces, fraudulenti, perfidi. supra lib. II. vers. 56.

Discinctos inter Libyas populosque bilingues.

Phaedr. lib. II. fab. IV. vers. 25.

Quantum homo bilinguis saepe concinnet mali.

Claudian. in bell. Gildon. vers. 284.

——— *removete bilingues*
Insidias & verba soli spirantia virus.

Tertull. advers. Valentin. cap. I. *Si subtiliter tentes, per ambiguitates bilingues communem fidem affirmant.* Arnob. lib. V. advers. gent. pag. 181. *Illud a vobis repetita interrogatione conquirimus, omnes de Dis fabulas existimetis, id est, singulas totas ambifarias ac bilingues & versipellibus esse scriptas modis?* Venant. Fortun. lib. I. carm. XVI. vers. 5.

Bilinguis ore callido
Crimen fovebat invidum.

Et ita etiam Graecis δίπτυχος γλῶττα. Eurip. Troad.

Quam gratae studio, vincetur Scipio, mentis.
Cetera quae in Libyam portari incendia suades,
Expediet tempus. nec enim sunt talia rerum
Non meditata mihi, & mentem Karthago fatigat.
Hinc juveni dona insignem velamine picto
Dat chlamydem, stratumque ostro (quem ceperat ipse
Dejecto victor Magone, animique probarat)
Cornipedem: tum, qua Divûm libabat ad aras
Hasdrubal, ex auro pateram, galeamque comantem.
Exin, firmato sociali foedere regis,
Vertendas agitat jam nunc Karthaginis arces.

Massylis

vers. 285.

Ὃς πάντα τάχιστ' ἐνθάδ' ἀντίκαλ', ἄνθις ἐ-
μοῖσι, διττάζων γλῶτταν,
Ἄφιλα τὰ πρῶτα φίλα
Τιθέμενος πάντα.

Ceterumquin *bilinguis* etiam vocatur, qui diversam duorum populorum linguam intelligit, eaque utitur. Vide Fest. in voce *bilingues*, antiquos interpretes ad Horat. 1. Sermon. eclog. x. vers. 30. & Columm. ad Enn. pag. 327. Eo sensu haec vox occurrit apud Guil. Briton. x. Philipp. vers. 379.

Excitat ex alia Lotharingos parte bilingues.

ubi vide Barthium. Hoc sensu autem Karthaginienses Silio & Maroni 1. Aen. vers. 661. *bilingues* dictos fuisse perperam volebat Dausquej. supra ad lib. III. pag. 113. Plura vide apud Freinsh. in indice Curtiano hac voce, & quae nuper notavit Eruditissimus Massonius in libro Gallico, qui dicitur *Histoire Critique de la republique des lettres*, tom. VIII. pag. 47.

v. 160. *Quam stratae studio vincetur Scipio mentis*] Haud dubie scribendum *gratae studio mentis.* Suspicor, ut finguntur hae literae saepe altera alterius vicem, *cratae*, pro *gratae*, exaratum fuisse, atque hinc errorem manare. MODIUS Novant. Lection. epist. XIX. *gratae* scripti & Modius cum primis editionibus. vere. N. HEINSIUS. *gratae* omnes editiones ante Marsi Venetam posteriorem, in qua operae per errorem *stratae* primum dederunt: in commentariis tamen recte *gratae* reliquerunt. Eundem errorem plerique posteriorum editorum fideliter expresserunt.

v. 161. *Cetera quae in Libyam portare incendia suades*] *portari* ex scriptis. in Parmensi aliisque nonnullis editionibus *Cetera quae Libyam.* *in* etiam abest a Gryphio. Forte *Libyae portari*, ut *haec tibi porto Dona prius.* vel *properari.* N. HEINSIUS. *To in* exulat etiam ab omnibus editionibus ante Wolfii Basileensem, quae prima habuit & cum ea paucae aliae. Plena manu de hac locutione *portari Libyam*, pro *in Libyam*, egerunt Sanctius IV. Minerv. pag. m. 572. Vossius VII. de art. Gramm. cap. XLII. Quinctilianus tamen 1. Instit. Orat. cap. v. hoc loquendi genus inter species soloecismi, qui detractione committitur, memorat.

v. 164. *Hinc juveni dona Dat chlamydem*] Ita scripti, non *dono.* neque aliter Gronov. IV. Observ. cap. XIV. N. HEINSIUS. Infra vers. 430.

Victor dona dabis, statuesque altaria patri.

v. 166. *Animumque probarat*] Opinor elegantius longe venustiusque esse, quod in libro antiquo reperi, *animique probaras*, & mox *tum, qua Divûm libabat ad aras*, non *& cum qua.* Longe, inquam, Latinius hoc arbitror, &, nugas egero, scio, si pluribus id probare laborem. MODIUS Novant. Lection. epist. XIX. *avum* [illegible] *probaras* mendose Puteaneus. Coloniensis eleganter *animique probarat.* atque ita apud Claudian. laudibus Stiliconis videtur corrigendum,

Sic justos in pace legit, animique probatos.

non *animisque.* N. HEINSIUS. *avumque* etiam Oxoniensis codex. Sed probum est, quod ex Agrippinate libro, *animique probarat*, viri docti vindicarunt. Appul. VIII. Metam. in princ. *Quamquam ceteris omnibus id genus viris antistaret, eximiisque muneribus parentum invitaret judicium, morum tamen improbatus repulsae contumelia fuerat aspersus.* ita ex MS. Florentino, atque editione Romana & Aldina legendum esse, neque aliter olim Beroald. edidisse, notat Illustrissimus Heinsius ad Claudian. curis secundis pag. 900. contra *damnare otii* est apud Ennod. Ticin. lib. 1. carm. IV.

Marcidam damnans otii pharetram.

eadem constructione *leti laudare* supra est lib. IV. vers. 260.

Laudabat leti juvenem, egregiosque parabat
Ultrici Consul manes.

lib. I. vers. 395.

Felix, heu! nemorum, & vitae laudandus opacae.

Subintellige in his similibusque *caussa*, *gratia*, vel *ergo.* Pariter Graeci loquuntur. Callimach. in fragm. Hecales,

—— *τίον δέ ἑ πάντες ὁδῖται*
Ἧς ἐπὶ φιλοξενίης, ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον.

Honorabant eam omnes viatores ob hospitalitatem: habebat enim domum numquam clausam. similiter autem hi *ἕνεκα* intelligunt, ut ad eum locum monuit vir eruditissimus Richt. Bentlejus,

v. 167.

Massylis regnator erat ditissimus oris,
Nec nudus virtute, Syphax: quo jura petebant
Innumerae gentes, extremaque litore Tethys.
Multa viro terra, ac sonipes, & belua, terror
Bellorum, nec non Marti delecta juventus.
Nec foret, aut ebore, aut solido qui vinceret auro,
Gaetulisve magis fucaret vellus ahenis.
Has adjungere opes avidus, reputansque laborem,
Si vertat rex ad Poenos, dare vela per altum
Imperat, atque animo jam tum Africa bella capessit.
Verum ubi perventum, & portus tenuere carinae,

Jam

v. 167. *Et cum qua Divûm libabat ad aras*] Mslum, omisso *&*, *cum qua*. Non vero dubito, *tum* sine conjunctione scribendum, licet Latinitatis illud vulgatum non damnem. Vide Dausquejum hoc loco, & nos indice in Appulejum. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. *Cornipedem, tum qua* cum scriptis & Modio. Interpres facessat. stat pro nobis & Barthius. in Parmensi *Cornipedem, cum qua.* N. HEINSIUS. Voculam *&* ignorant etiam Romana princeps, Mediolan. aliaeque priscae editiones. Recte vero, pro *cum*, viri docti ex scriptis reposuerunt *tum*. Nihil magis obvium in libris scriptis, quam literas *c* & *t* confundi. Neque aliter ad marginem editionis Romanae principis manu docta emendatum vidi.

v. 169. *Exin, firmato sociali foedere Regis*] *sociati Regis* scribendum vel invitis membranis. Oxonius & Puteaneus perperam *firmato foedere*. N. HEINSIUS.

v. 171. *Massylis regnator erat ditissimus oris Syphax*] Plurimis ad hunc locum probare conatur Doctissimus Dausquejus, Syphacem olim Massylis, Masinissam Masaesylis imperasse, ac multa Livii loca, quae contrarium suadent, malam manum passa, & in hanc sententiam refingenda esse. Sed frustra. Masinissa enim Massylibus, Syphax Masaesyliae Rex fuit. Aperte id patet ex Strabone, qui XVII. Geogr. pag. 829. edit. Paris. docet, post Mauritaniam esse Μασαισυλίαν, Massaesylorum, regionem, & in ea Sigam Syphacis regiam: post victum autem Syphacem cessisse hoc regnum Masinissae. Deinde pag. 832. tradit, post Masaesylos esse Μασσυλιείς, Massylorum, reg[illegible]iem, & in ea Cirtam Masinissae & sequentium regiam. Nihil clarius his dici potest. Et tamen Dausquejus affirmare sustinuit, sententiam suam a Strabone juvari. Sed perperam Μασσυλιείαν χώραν vertit *Massaesylorum regio*. Praeterea Syphax apud Polyb. lib. XVI. cap. XII. dicitur Μασαισυλίων βασιλεύς. apud Appian. in Punic. pag. 6. inter Numidiae regulos memoratur Masinissa, filius Regis Μασσυλίων. pag. 10. de Syphace inquit, Καὶ Μασσανάσσην ἐπεχείρει ἐπισπᾶσθαι πρὸς αὐτόν, τὴν Μασσυλίων ἀρχὴν αὐτῷ βεβαιώσειν ὑπισχνούμενος. *Etiam Masinissam tentabat ad se pellicere, Massylorum regnum ei se confirmaturum pollicitus.* quo nempe ipsum antea exuerat. pag. 14. Τούτων ἦσαν Μασσύλιοι δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι, τῶν ἐς Σύφακα ἀπὸ Μασσανάσσου μεταστάντων. *In his erant Massyliorum duo millia & quingenti, qui ad Syphacem a Masinissa defecerant.* Paullo post Romani Μασσυλίους καὶ τὴν χώραν τὴν Σύφακος ingressi dicuntur, ut Masinissam in regnum restituerent, & sese dedentes in fidem reciperent. omnibus autem his locis Interpres Μασσυλίους perperam *Masaesylos* vertit. Ex his itaque constare puto, Syphacem proprie Masaesylorum, Masinissam vero Massylorum Regem fuisse, Livii loca Dausqueji medicina non indigere, & denique Silium, qui Syphacem Massylorum regem dicit, duos populos vicinos confudisse. id autem tanto minus mirandum est, quod Syphax aliquando totum Masinissae regnum obtinuerit, atque ita *Massylis oris regnasse* dici potuerit.

v. 172. *Quo jura petebant Innumerae gentes*] quoi opinor, pro *cui*. nisi praestat construi orationem, *quo litore*. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. XII. vers. 379. Pariter locutus Curtius lib. v. cap. VIII. *Hunc exitum habuit regia totius orientis, unde tot gentes ante jura petebant.*

v. 176. *Nec foret aut ebore*] *Nec forte* Puteaneus. Forte castigandum *torto ebore*, ut ebur torno dolatum rasumque innuat. *sectile ebur* Nasoni,

Sectile delicias India mittit ebur.

quomodo & noster infra *ebur vaginae sectilis*. Posses etiam *Nec tereti aut ebore*. N. HEINSIUS.

v. 177. *Gaetulisve magis fucaret vellus ahenis*] *magis* mire noveque positum. *magis vellus* est plus velleris. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *addit* Colon. codex. vide supra ad lib. VII. vers. 642.

v. 180. *Animo jam tum fera bella capessit*] Oportune monent membranae nostrae Agrippinenses, pro *fera bella*, plane scribendum *Africa bella*. MODIUS Novant. Lection. epist. LXXIV. Emendarunt docti *Africa bella*. ea lectio est & in Oxoniensium codice calamo exarato. Est autem *Africa bella* dictum, ut Ennius *Africam terram* dixit notissimo carmine,

Africa terribilis tremit horrida terra tumultu.

Jam, trepida fugiens per proxima litora puppe,
Hasdrubal afflictis aderat nova foedera quaerens
Rebus, & ad Tyrios Massylia signa trahebat.
Audito, pariter populorum in regna duorum
Advenisse duces, qui tota mole laborent,
Disceptentque armis, terrarum uter imperet orbi,
Celsus mente Syphax acciri in tecta benigne
Imperat, & tanto regni se tollit honore.
Tum laetos volvens oculos adversa per ora,
Sic Latium affatur juvenem, ac prior incipit ultro:
Quam te, Dardanida pulcherrime, mente serena
Accipio, intueorque libens! quamque ora recordor
Laetus Scipiadae. revocat tua forma parentem.
Nam repeto, Herculeas Erythia ad litora Gades

Cum

BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. *jam tum Africa* scripti, & eum iis Modius. ne dubita, quin recte. etiam Barthius id est amplexus, quomodo *Africa terra* Ennio. N. HEINSIUS. Optime viri docti ex libris scriptis *Africa bella* vindicarunt, quomodo & priscae editiones ante Nicandri Juntinam praeferunt. Infra lib. XVII. vers. 11.

Qui genitus patruo ductoris ad Africa bella
Tunc lecti.

Sallust. in fragm. lib. II. Hist. *Sardinia in Africo mari facie vestigii humani.* Livius lib. XXI. cap. II. *Ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem, per quinque annos gessit.* Macrob. II. Saturn. cap. XVI. *Sic enim diversas ficos diligentiae suae more dinumerat: Africa, albula,* &c. ubi male Pontanus *Africana* legebat. *Africum bellum* pro Africanum, ἐθνικὸν ἀντὶ κτητικοῦ. Similiter *terra Thessalia* est apud Liv. lib. XXXIII. cap. VI. γῆ Μηδία apud Xenoph. III. Cyrop. pag. 79. Plura vide apud Scalig. ad Virg. Culic. pag. 5. Gifan. Indic. Lucr. voc. *terrae Italiae*, Merul. ad Ennii I. Annal. pag. 42. Barth. ad Claud. IV. Conf. Hon. vers. 310. N. Heins. ad Claud. I. de rapt. Proserp. vers. 17. ad Nason. IV. Fast. vers. 362. Fast. V. vers. 583. Jan. Broekhus. ad Propert. lib. I. eleg. XI. vers. 30. Bentlej. ad Horat. lib. II. od. XIII. vers. 8. & quae supra notavi ad lib. I. vers. 252. Pari errore fortasse supra etiam peccatum erat lib. IX. vers. 268.

Quaque feras saevus gentes aciemque Nealces
Temperat.

ubi N. Heinsius conjicit, *Quaque Afras saevus.*

v. 185. *Audito pariter*] Similis constructio supra est lib. V. vers. 106.

Auditoque furens socias non desere vires.

id est, postquam audivisset. vide supra ad lib. XIV. vers. 98.

v. 190 *Tum laetos volvens oculos* &c.] Presse Silius Maronem secutus est, apud quem ita Euander Aenean alloquitur VIII Aen. vers. 152.

—— *ille os oculosque loquentis*
Jamdudum & totum lustrabat lumine corpus.
Tum sic pauca refert: Ut te, fortissime Teucrûm,
Accipio, agnoscoque libens! ut verba parentis
Et vocem Anchisae magni vultumque recordor!
Nam memini Hesionae visentem regna sororis. &c.

Confer insuper sequentia etiam.

v. 191. *Prius incipit ultro*] *prior* scripti, quod Interpreti quoque arridebat. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. II. vers. 173.

v. 192. *Dardanida pulcherrime*] *Dardanide* Gryph. N. HEINSIUS. *Dardanide* etiam codex Putean. sed nihil muto. Vide supra ad lib. XIII. vers. 796.

v. 195. *Herculeas Erythrea ad litora Gades*] *Erythia* ex scriptis. Ἐρύθεια. Hinc *boves Erytheides* Nasoni in fastis, quas Hercules Gadibus ex stabulo Geryonae abduxit. N. HEINSIUS. In Oxon. codice proxime verum est *Erythia ad litora.* Recte vero N. Heinsius ex aliis *Erythia.* Graecis est Ἐρύθεια. Erythiae insulae, quam quidam eandem ac Gades faciunt, alii inde diversam statuunt, meminit Philostrat. in vit. Apoll. Tyan. lib. V. cap. IV. & Avien. in ora marit. vers. 309.

—— *hinc Erythia est insula,*
Diffusa glebam, & juris olim Punici.

Erythia Geryonis, qui in hac insula imperium obtinuit, filia, unde Mercurius Noraeem filium procreavit, memoratur apud Pausan. in Phocic. cap. XVII. Plura vide apud virum Celeberrimum Hadr. Relandum in dissert. de mari Rubro § 22.

v. 196. *Spectandis aestibus undae*] Similem ob caussam Gades adiit Hannibal supra lib. III. vers. 146.

v. 202. *Non norunt jacula*] *Non nolint* Gronov. IV. observ. cap. VI. pag. 92. placet impense. cogitabam aliquando, *atque arcus, qui cedere nostro Non norint jaculo.* Verisimilius enim est, commendari a Syphace ea munera, quam contemni. N. HEINSIUS.

v. 202. *Veteris tribuere magistros Militiae*] *veteres*

Militiae

Cum ſtudio pelagi & ſpectandis aeſtibus undae
Veniſſem, magnos vicina ad flumina Baetis
Ductores miro quondam me cernere amore.
Tum mihi dona viri praeda delecta tulere,
Arma ſimul, regnoque meo tum cognita primum
Cornipedum frena, atque arcus, quîs cedere noſtra
Non norunt jacula, & veteres tribuere magiſtros
Militiae, qui diſperſas ſine lege catervas
Veſtro formarent ritu ad certamina Martis.
Aſt ego, cum veſtro (in noſtris quae copia regnis)
Nunc auri ferrem, nivei nunc munera dentis,
Nil valui precibus. ſolos ſibi cepit uterque,
Quos cohibebat ebur vaginae ſectilis, enſes.
Quare, age, laetus habe noſtros intrare penates,

Ac,

Militiae ſcribendum. ſic ſupra bis terve *veteres laborum* & ſimilia. Vidit & veram lectionem Interpres. lib. XVII. *Dux vetus armorum.* ita & Tacitus non ſemel. N. HEINSIUS. Vide ſupra lib. XI. verſ. 26.

v. 205. *Aſt ego cum noſtra, in noſtris quae copia regnis*] *cum veſtra* Puteaneus. Eleganter & prone omnino Parmenſis liber *cum veſtro.* ſubintellige *patri.* Sic apud Terent. in Andria, *D. Cujus puerum hic appoſuiſti? dic mihi. M. Veſtri. D. Cujus noſtri? M. Pamphili.* Cogitabam aliquando,

Aſt ego cum (praeſto in noſtris quae copia regnis)
Nunc auri offerrem.

offerrem certe, quam *ferrem*, malo. *praeſto* pro praeſto eſt. N. HEINSIUS.

v. 206. *Nivei nunc munera dentis*] Munera ex ebore facta intelligit. Sequitur enim Silius eorum opinionem, qui oſſeam illam, ex ore elephantis hinc inde prominentem, partem dentem eſſe exiſtimant, ut ſupra lib. IX. verſ. 581.

Stat niveis longum ſtipata per agmina vallum
Dentibus, atque ebori praefixa comminus haſta
Fulget ab incurvo derecta cacumine cuſpis.

Catull. epith. Thetid. & Pel. verſ. 48.

——— Indo quod dente politum
Tincta tegit roſeo conchyli purpura fuco.

Ovid. IV. ex Ponto epiſt. IX. verſ. 28.

Et totum Numidae ſculptile dentis opus.

Alii non dentem, ſed cornu eſſe volunt, ut Philoſtr. in vita Apoll. Tyan. lib. II. cap. XIII. Plura vide apud Broekh. ad Prop. lib. II. eleg. XXIII. verſ. 12.

v. 208. *Quos cohibebat ebur vaginae ſectilis, enſes*] *ſectile ebur* habes apud Naſon. in Medicam. fac. verſ. 10.

Sectile deliciis India praebet ebur.

ſculptile apud eundem loco mox laudato. Moris autem erat, enſem eburnea vagina ornare. Ejus jam meminit Homer. Odyſſ. Θ. verſ. 403.

Δώσω οἱ τόδ᾽ ἄορ παγχάλκεον, ᾧ ἔπι κωπὴ
Ἀργυρέη, κολεὸν δὲ νεοπρίστου ἐλέφαντος
Ἀμφιδεδίνηται.

Dabo ei hunc enſem totum aereum, cui eſt manubrium argenteum, vagina autem recens ſecto ebore circumdata eſt. Virgil. IX. Aen. verſ. 303.

——— humero ſimul exuit enſem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon
Gnoſſius, atque habilem vagina aptarat eburna.

Ovid. IV. Metam. verſ. 147.

Quae poſtquam veſtemque ſuam cognovit, & enſe
Vidit ebur vacuum.

Vide Gebhard. III. Crepund. cap. VIII. Praecipue vero hoc olim obtinuiſſe apud populos Africae, quibus ingens elephantum copia erat, hinc etiam patet, quod poſtea Luſitani, cum has oras primum perluſtrarent, apud nonnullas gentes, quae ceteris cultiores haberi volebant, cjus rei veſtigia invenerint, ut refert Oſor. in vita Eman. Portug. regis lib. I. pag. m. 25.

v. 209. *Quare, age, laetus habe noſtros intrare penates*] Legam *ave.* fit, ait, proſperum tibi, hoſpitio noſtro ſuſceptum eſſe. Sed vulgatum illud non ſollicitamus. BARTHIUS lib. X. Adverſ. cap. VII. *have* Colonienſis. Quod & Barthio arriſit. male. lib. XV. verſ. 577.

Hortandi genus acer habet praecedere ductor.

N. HEINSIUS. Cum in Colonienſi ſit *have*, viri docti legendum conjiciunt *ave*: ut ſit *ave intrare*, pro cupide, libenter intra. ſupra lib. V. verſ. 533. *ceſſata reponere avebant Tempora.* Saepe autem ita peccarunt ſcribae librarii. vide Giſan. Indic. Lucret. voce *Habere*, Sciopp. Art. critic. pag. m. 42. virum ſummum Joh. Fr. Gronovium guſtu ad Stat. VIII. Theb. verſ. 515. & quae ſupra notata ſunt lib. V. verſ. 533. Eodem modo & *habena* & *avena* in MSS. commutantur. vide N. Heinſium ad Valer. Flacc. lib. III. verſ. 524. in Gloſſ. Labb. *Αὐγεῖ* exponitur *Havena*, *Avena*, *Habena*, quorum ultimum ſolum rectum eſt. Cum tamen addita aſpiratione *have* ſcribatur in Colonienſi libro, in quo ca

Ac, mea quando affert Libycum fortuna per undas
Ductorem, facili, quae dicam, percipe mente.
Et vos, qui Tyriae regitis Karthaginis arces,
Hasdrubal, huc aures, huc quaeso advertite sensus.
Quanta per Ausonios populos torrentibus armis
Tempestas ruat, & Latio suprema minetur,
Utque bibant Tyrium bis quinos saeva per annos
Sicana nunc tellus, nunc litora Hibera cruorem,
Cui nescire licet? quin ergo tristia tandem
Considunt bella, & depositis arma volentes?
Tu Libya, tu te Ausonia cohibere memento.
Haud deformis erit vobis ad foedera versis
Pacator mediusque Syphax. subjungere plura
Non passus, gemis morem arbitriumque senatus
Scipio demonstrat; vanique absistere coepti
Spe jubet, & Patres docet haec expendere solos.
Suadendi modus hic: quodque est de parte diei
Exacti super, ad mensas & pocula vertunt.
Atque, epulis postquam finis, dant corpora somno,
Et dura in noctem curarum vincula solvunt.
Jamque novum terris pariebat limine primo
Egrediens Aurora diem, stabulisque subibant

Ad

ea numquam fere abundat, saepe; ubi necessaria est, omittitur, ut in vocibus *umens*, *umerus* aliisque, ea nec hoc loco insuper habenda videtur. quare malim servare *habe intrare*. Ita Quinctil. Declam. XVI. pag. 269. ed. Obr. *Sic habeo queri, quasi relinquar*. Gell. XIV. Noct. Attic. cap. I. *Anne ostentandi gratia ingenii, an quod ita serio judicatoque existimaret, non habeo dicere*. Vide Gronov. ad Senec. I. Controv. I. pag. m. 385. & Observ. in Eccles. script. cap. XXII. pag. 244.

v. 210. *Ac mea quando habuit* &c.] Sunt verba Syphacis ad Scipionem, cum forte eodem tempore & ipse & Hasdrubal ad eum, suae quisque rei caussa, venissent, sed quae ita emendanda membranae, quas modo dixi, clamant, *Ac mea quando affert*. &c. MODIUS Novant. Lection. epist. LXXIV. Mendosa sunt haec. aderat enim & Hasdrubal. Modius restituit, *Ac mea quando affert*. Quoniam, ait Syphax, magnitudo fortunae meae vos ambos huc agit, agite, componite pacem mea auctoritate. Vult regem fastu barbarico suspicari, componendae controversiae gratia ambos ad tantum arbitrum venire. *affert* poetico more idem est, quod attulit, ne Interpres tricetur. Sic lib. XVII.

Tu mihi Flaminii portas rorantia caesi
Ora ducis.

BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *affert*, pro *habuit*, Coloniensis liber, quod jam Modius occupavit. *abest* in Puteaneo. τὸ *affert* non potuit se probare infulso Interpreti: sed Barthio potuit, fretō Oxoniensis libri auctoritate. N. HEINSIUS.

v. 212. *Et vos, qui Tyriae*] Unum hominem plurium numero alloquitur. Sic lib. VI.

——— *pretiumque secundi*
Vulneris a vestro, Serrane, tributa parente est.

Pluribus alibi. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Vide supra ad lib. III. vers. 222.

v. 216. *Bis quinos saeva per annos*] *ter quinos* Dausquejus supra vers. 152. malebat reponi. Vide, quae illic notamus. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Vide etiam, quae ego vers. 152. notavi.

v. 222. *Pacator mediusque Syphax*] *medius* conciliatorem seu sequestrem sonat. Horat.

Pacis eras mediusque belli.

Vide nos ad Panegyr. Mallii in secunda editione Claudiani. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *medius* est, qui nunc barbare *mediator* dicitur. Virgil. VII. Aen. vers. 535. *sentorque Galaesus Dum paci medium sese offert*. Ovid. V. Metam. vers. 564.

At medius fratrisque sui maestaeque sororis
Jupiter ex aequo volventem dividit annum.

Claudian. Consul. Mall. Theod. vers. 249.

——— *quae dissona ritu*
Barbaries, medii quam non reverentia frangit?

ubi vide Barth. Pseudo-Egesipp. IV. de Excid. Hierosol. cap. VI. *Quid plura? pacis medius bellum accendit*. Sidon. Apoll. lib. II. epist. I. *Quidquid sperandum, quidquid desperandum est, fieri te medio, te praesule placet*. ubi vide Savar. & N. Heins. ad Claud. II. in Rufin. vers. 309.

v. 224.

Ad juga solis equi, necdum ipse ascenderat axem,
Sed prorupturis rutilabant aequora flammis:
Exigit e stratis corpus, vultuque sereno
Scipio contendit Massyli ad limina regis.
Illi mos patrius foetus nutrire leonum,
Et catulis rabiem atque iras expellere alendo.
Tum quoque fulva manu mulcebat colla jubasque,
Et fera tractabat ludentum interritus ora.
Dardanium postquam ductorem accepit adesse,
Induitur chlamydem, regnique insigne vetusti
Gestat laeva decus: cinguntur tempora vitta
Albente, ac lateri de more astringitur ensis.
Hinc in tecta vocat, secretisque aedibus hospes
Sceptrigero cum rege pari sub honore residunt.
Tum prior his infit terrae pacator Hiberae:
Prima mihi, domitis Pyrenes gentibus, ire
Ad tua regna fuit properantem & maxima cura,
O sceptri venerande Syphax. nec me aequore saevus
Tardavit medio pontus. non ardua regnis
Quaesumus aut inhonora tuis: conjunge Latinis
Unanimum pectus, sociusque accede secundis.
Non tibi Massylae gentes, extentaque tellus

v. 224. *Namque illum absistere coepti Spe jubet*] *vanique absistere coepti Spe jubet* repone ex optimis membranis Coloniensibus. lib. xv.

Incepto tamen haud facilis desistere vano.

N. HEINSIUS. Conjecerat Dausquejus, *Jamque illum absistere coepti Spe jubet.*

v. 226. *Suadendi modus hic*] *modus his* editio Parmensis, pro *is*. N. HEINSIUS.

v. 230. *Pariebat lumine primo Egrediens Aurora diem*] Exiguum hoc, sed mihi non silendum tamen: melius, propter verbum *Egrediens*, *limine primo* legetur: & non raro in aliis quoque scriptoribus hae voces alterius altera possessionem invasere runt, de qua re alibi ex professo agere memini. MODIUS Novant. Lection. epist. xix. *limine* cum Coloniensi Modius. denuo hic se molestum praebet Interpres. Sic in Senecae tragoediis quoque castigandum in Thyest. vers. 818. N. HEINSIUS. Optime viri docti ex Coloniensi *limine primo*. & ita inveni etiam in editione Romana principe, Mediolanensi, & Marsi Veneta priore: in posteriore vero *lumine* erat. Supra lib. v. vers. 25.

——— *nec se thalamis Tithonia conjux*
Protulerat, stabatque nitens in limine primo.

Virgil. vi. Aen. vers. 255.

Ecce autem primi sub limina solis & ortus.

Frequenter autem ita peccarunt librarii. vide supra ad lib. i. vers. 66.

v. 236. *Illi mos patrius, fetus nutrisse leonum*] *nutrire* Coloniensis. N. HEINSIUS. Supra lib. i. vers. 406.

Karthalo non pavidus fetas mulcere leaenas.

lib. ii. vers. 438.

——— *nigri soror horrida Mauri*
Assuetas patrio mulces sermone leaenas.

lib. iii. vers. 288.

Misceri gregibus Gaetulia sueta ferarum,
Indomitisque loqui, & sedare leonibus iras.

v. 242. *Cinguntur tempora vitta Albente*] Id est, diademate. Diadema enim olim vitta vel fascia alba erat. mox vers. 269.

Vittaque, majorum decoramen, fronte sine ullo
Delapsa attactu, nudavit tempora regis.

de rege Lycurgo Stat. vi. Theb. vers. 30. *sedet ipse exutus honoro Vittarum nexu genitor.* Isidor. lib. xix. Orig. cap. xxx. *Olim linei & lanei generis corona fuit, sicut erat in sacerdotibus gentilium.*

v. 245. *Pari sub honore residunt*] Priscae editiones Parmensis & Mediolanensis *residens*, neque aliter in Romana principe erat; ad cujus marginem docta manu ascriptum viri, fortasse *resedit* legendum. Sed nihil muto. vide supra ad lib. v. vers. 3.

v. 247. *Domitis Pyrenes gentibus*] *Pyrenes montibus* Romana princeps & Mediolanensis editio. Ita *subacta Pyrene* infra vers. 279.

Concurrere avidae gentes, variosque subacta
Pyrene misit populos.

Nihil tamen muto.

v. 253. *Extentaque tellus Syrtibus*] Forte *praetentaque*. apud Virgil. vi. Aen. vers. 60. *praetentaque*

Syrtibus, & latis proavita potentia campis
Amplius attulerint decoris, quam Romula virtus
Certa juncta fide, & populi Laurentis honores.
Cetera quid referam? non ullus scilicet ulli
Aequus Coelicolûm, qui Dardana laeserit arma.
Audivit laeto Massylus & annuit ore,
Complexusque virum, Firmemus prospera, dixit,
Omina, nec votis Superi concordibus absint,
Cornigerumque Jovem Tarpejumque ore vocemus.
Et simul exstructis cespes surrexerat aris;
Victimaque admotae stabat subjecta bipenni,
Cum subito abruptis fugiens altaria taurus
Exsiluit vinclis, mugituque excita late
Implevit tecta, &, fremitu suspiria rauco
Congeminans, trepida terrorem sparsit in aula.
Vittaque, majorum decoramen, fronte sine ullo
Delapsa attactu, nudavit tempora regis.
Talia Coelicolae casuro tristia regno
Signa dabant, saevique aderant gravia omina fati.
Hic fractum bello regem solioque revulsum,
Tempus erit, cum ducet agens ad templa Tonantis,

Qui

Syrtibus arva. N. HEINSIUS. Virgil. III. Aen: vers. 692.

Sicanio praetenta sinu jacet insula.

Ovid. epist. XII. Heroid. vers. 43.

Aere pedes solidi, praetentaque naribus aera.

Statius VII. Theb. vers. 36.

Tempestas aeterna plagae, praetentaque coelo
Agmina nimborum.

Valer. Flacc. lib. V. vers. 166.

Horruit immensum Ponti latus, horruit omnis
Armeniae praetentus Hiber.

v. 256. *Certa invicta fide, & populi Laurentis honore*] Scribo,

Certa juncta fide, & populi Laurentis honores.

ut illud *juncta* pertineat ad Syphacem; quemadmodum pertinere debere arguit τὸ *Certa*, quo tacite rex Numida levitatis & perfidiae cum gente sua a Scipione accusatur: ut qui saepe soleant pacta foedera inire, sed eatenus servanda, quatenus rebus suis expedire judicaverint. MODIUS Novant. Lection. epist. XIX. *juncta* & *honores*, non *honore*, ex scriptis cum Modio. N. HEINSIUS. Modii ex membranis Coloniensibus emendationem probat etiam Dausquejus.

v. 257. *Cetera quid referam*] Simili modo *Singula quid referam* dixit Ovid. I. Amor. eleg. V. vers. 23.

v. 264. *Admotae stabat subjecta bipenni*] Non Romanorum more, sed Graecorum, qui πέλεκυν vocant, quod Romanis antiquis *Acieris* dicebatur. Sic Valer. Flacc. cum legisset apud Apollonium,

Ἀγκαῖος δ' ἑτέρωθεν κατὰ πλατὺ αὐχένα κόψας
Χαλκείῳ πελέκει, κρατερὰς διέκερσε τένοντας.

ita transtulit

——— *juvencum*
Dejicit Ancaeus: non illo certior alter
Pinguia letifera perfringere colla bipenni.

Χαλκεῖος enim Apollonii πέλεκυς *Acieris* est; *bipennem* enim pro *securi* ponunt Graeci. D. HEINSIUS. Supra etiam lib. V. vers. 64.

——— *pressamque ad colla bipennem*
Incerta cervice ferens altaria linquit.

Senec. in Herc. Oet. vers. 798.

——— *impressa fugax*
Taurus bipenni vulnus & telum ferens.

Proprie autem instrumentum, quo victima percutitur, non *bipennis*, sed *securis* erat. Virgil. II. Aen. vers. 223.

Quales mugitus, fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim.

Ovid. XII. Metam. vers. 248.

——— *candida tauri*
Rumpere sacrifica molitur colla securi.

& IV. Trist. eleg. II. vers. 5.

Candidaque adducta collum percussa securi
Victima.

Hujus securis figura ex nummis aliisque antiquitatis eruditae monumentis notissima est. Contra etiam *securis* pro *bipenni* ponitur. Ita poëtae Amazonibus securim tribuunt, quae proprie bipenni usae sunt. Ovid epist. IV. Heroid. vers. 117.

Prima securigeras inter virtute puellas.

epist. XXI. vers. 117.

Non

Qui tunc orabat socialia foedera supplex.
His actis repetit portum, puppesque secundo
Dat vento, & notis reddit se Scipio terris.
Concurrere avidae gentes, variosque subacta
Pyrene misit populos. mens omnibus una.
Concordes regem appellant, regemque salutant.
Scilicet hunc summum norunt virtutis honorem.
Sed, postquam miti rejecit munera vultu,
Ausonio non digna viro, patriosque vicissim
Edocuit ritus, & Romam nomina regum
Monstravit nescire pati, tum versus in unam,
Quae restat, curam, nullo super hoste relicto,
Et Latios simul, & vulgum Baetisque Tagique
Convocat, ac medio in coetu sic deinde profatur:
Quando ita Coelicolûm nobis propensa voluntas
Annuit, extremo Libys ut dejectus ab orbe
Aut his occideret campis, aut, axe relicto
Hesperio, patrias exsul lustraret harenas:
Jam vestra tumulos terra celebrare meorum
Est animus, pacemque dare exposcentibus umbris.

Mente

Non ego consliteram sumta peltata securi.

Horat. lib. IV. od. IV. vers. 19.

Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet.

Senec. in Agam. vers. 217.

Non picta pharetrat & securigera manu
Peltata Amazon.

Claudian. II. de rapt. Proserp. vers. 66.

Thermodontiaca Tanain fregere securi.

aliisque locis saepissime.

v. 265. *Cum subito abruptis* &c.] Piacularia, eaquè diversa, conjungit Poëta: utrumque enim piaculum erat, & cum ab ara profugisset victima, & cum mugitum edidisset: quod factum quoque ante Pompeji cladem notat mirificus ille prodigiorum observator Dio, & alibi saepe. Hanc hostiam *effugiam* antiqui dicebant, quae autem supponebatur, *succidaneam*: si gradiva erat *fordam*, si sterilis, qualem Proserpinae Homèrus tribuit, *tauream*. D. HEINSIUS. De hoc omine supra vide lib. V. vers. 63. Hoc autem, & quod mox sequitur apud Silium, omen jungit etiam Stat. XI. Theb. vers. 226. & seqq. ad quem locum videndus est Barthius.

v. 266. *Exsiliit*] Lege *Exsiluit*. Vide supra ad lib. VII. vers. 44.

v. 268. *Congeminat*] *Congeminans* scripti. N. HEINSIUS.

v. 269. *Vittaque, majorum* &c.] Pessimi etiam hoc ominis erat. Senec. Thyest. vers. 701. *regium capiti decus Bis terque lapsum est.* Sueton. in Galb. cap. XVIII. *Observatum etiam est Kalend. Januariis sacrificanti coronam de capite excidisse.* Simile etiam prodigium Alexandro Magno mortem praesagisse testatur Appian. Alexandr. in bell. Syriac. pag. 124.

v. 273. *Hinc fractum bello regem*] *Hic* scribendum vel invitis membranis. *Hic*, qui tunc orabat foedera socialia. N. HEINSIUS.

v. 276. *Puppemque secundo Dat vento*] Ita Silius maluit: At Maronianum est, *dare classibus austros.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *puppesque* scripti. N. HEINSIUS. Recte. supra enim est vers. 181.

Verum ubi perventum, & portum tenuere carinae.

Scipio enim *cum Laelio duabus quinqueremibus ab Karthagine profectus in Africam trajecit*, teste Livio lib. XXVIII. cap. XVII.

v. 278. *Concurrunt avidae gentes*] *Concurrere* Coloniensis. N. HEINSIUS.

v. 281. *Scilicet hunc summum norunt virtutis honorem*] Scripti & editi nihil mutant. Vide tamen, an non praestet *norant*.

v. 285. *Conversus in unam curam*] *tum versus* scripti. & sequor. N. HEINSIUS.

v. 287. *Et Latium simul*] *Et Latios simul* scripti, nisi quod Oxon. *Latio*. N. HEINSIUS.

v. 291. *Aut his occideret terris*] *excideret* Coloniensis. puto *occiderit*, & *lustrarit*. N. HEINSIUS.

v. 294. *Est animus*] Non damno. maluerim tamen *Fert animus.* quomodo passim poetae; Naso praesertim, ut Metamorphoseon initio & alibi. N. HEINSIUS. Ovid. III. art. Amat. vers. 467. *Fert*

Mente favete pari, atque aures advertite vestras.
Septima cum solis renovabitur orbita coelo,
Quique armis ferroque valent, quique arte regendi
Quadrijugos pollent currus, quis vincere planta
Spes est, & studium jaculis impellere ventos,
Adsint, & pulchrae certent de laude coronae.
Praemia digna dabo, e Tyria spolia inclita praeda:
Nec quisquam nostri discedet muneris expers.
Sic donis vulgum laudumque cupidine flammat.
Jamque dies praedicta aderat, coetuque sonabat
Innumero campus, simulatasque ordine justo
Exsequias rector lacrymis ducebat obortis.

Omnis

animus propius consistere. epist. XIII. Heroid. vers. 85.

Nunc fateor; volui revocare, animusque ferebat.

Horat. I. epist. XIV. vers. 8.

——— istuc mens animusque
Fert, & avet spatiis obstantia rumpere claustra.

Lucan. I. vers. 67.

Fert animus caussas tantarum expromere rerum.

Stat. IV. Theb. vers. 753. *nos ferre meritas ex scindere Thebas Mens tulit.* Ita locutus etiam Eginhard. in praefat. vitae Caroli M. *Vitam & conversationem, & ex parte non modica res gestas domini & nutritoris mei Caroli postquam animus scribere tulit.* Ita & emendat N. Heins. apud Valer. Flacc. lib. II. vers. 61.

Atque adeo non illa sequi mihi sidera mens fert.

Sed nec vulgatum *Est animus* hoc loco damnare sustineo, quomodo etiam locutus est ipse Ovid. epist. VII. Heroid. vers. 181.

Sin minus est animus nobis effundere vitam.

& Valer. Flacc. lib. I. vers. 165. *socium te jungere coeptis Est animus.*

v. 295. *Mente favete pari*] Translata haec omnia ex quinto divini operis sunt. Ceterum quod ille vers. 71. *Ore favete*, Silius noster *Mente favete* dixit: quorum alterum σιγᾷν, alterum εὐφημεῖν, utrumque silentium sub se complectitur. τῆς εὐφημίας enim in sacris symbolum silentium est. Horatius,

Utrumque sacro digna silentio
Mirantur umbrae dicere.

Apud Maronem certe *ore favere* est σιγᾷν, non εὐφημεῖν, ut vulgus putat. nam *favere*, pro *silere*, antiqui dicebant. Festus, *Veteres poetae pro silere usi sunt favere.* & Callimach. in elegantissimo & purissimo in Apollinem hymno εὐφημεῖν pro ἡσυχάζειν & quietum esse dixit [vers. 18.] Εὐφημεῖ καὶ πόντος. ubi recte Interpres, ἡσυχάζει, γαληνιᾷ. est enim ἡ τοῦ πόντου εὐφημία, quod Romani antiquiores *flustrum maris* dicebant, ipsa tranquillitas & malacia. hinc εὐφημεῖν in sacris saepe est σιγᾷν, quod antiqui *pascere linguam* dicebant. Inde Callimach. [ibid. vers. 17.]

Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' Ἀπόλλωνος ἀοιδῇ

id est σιγᾶτε. *Tacete*, inquit, *ut Apollinem audiatis.* Sic totum Silii versum hoc modo reddi posse eleganter arbitror,

Εὐφημεῖτ' ἀΐοντες ἐπ' ἡμετέροιο ἰωῆς.

Sic *favere* apud Senecam Philosophum de vita beata cap. XXVI. *Et quoties mentio sacrarum literarum intervenerit, FAVETE LINGUIS, hoc verbum non, ut plerique existimant, à favore trahitur, sed imperatur silentium, ut rite peragi possit sacrum, nulla voce mala obstrepente.* D. HEINSIUS. Plura de his formulis, *animo*, *mente*, *ore*, *linguis favere*, vide apud Lambin. ad Horat. lib. III. od. I. vers. 2 Brisson. de formul. lib. I. pag. m. 8. & Cerd. ad Maron. v. Aen. vers. 71. Certe hoc loco cum Eruditissimo Heinsio non tam bene ominata verba, quam silentium imperari credo, praesertim cum addat, *atque aures advertite vestras.* Ita εὐφημεῖν usus est Aristoph. in Thesmoph. vers. 39.

Εὔφημος πᾶς ἔστω λαός,
Στόμα συγκλείσας.

Linguis faveat omnis populus ore clauso.

v. 298. *Quis vincere planta Spes est, & studium*]. Satis haec frigent. mirum, ni scripserit Silius, *quis vincere planta Pernici, & studium.* *planta volucri* supra lib. XIII. vers. 194. *pernice cursu* lib. XV. vers. 209. N. HEINSIUS. *pernici planta*, ut *rapido cursu* apud Maron. v. Aeneid. vers. 291.

Hic qui forte velint rapido contendere cursu.

Malim tamen vulgatum servare. simpliciter enim *certamina plantae* infra dixit vers. 457.

His actis ductor laeta ad certamina plantae
Invitat.

& Virgil. v. Aen. vers. 67.

Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax.

v. 299. *Jaculis impellere ventos*] Papinius quod ait de maxime celeri equo, *propellit Strymona flatu*, illustratur hoc Siliano, & infra vers. 419.

Impellunt currum clamor vocesque faventum.

BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 301. *Et Tyria spolia inclita praeda*] *e Tyria praeda* scribendum, & sic Interpres. N. HEINSIUS. Ita olim etiam Rapheleng. edidit, eamque scripturam postea Cellarius amplexus est.

v. 306.

Omnis Hiber, omnis Latio sub nomine miles
Dona ferunt, tumulisque super flagrantibus addunt.
Ipse, tenens nunc lacte, sacro nunc plena Lyaeo
Pocula, odoriferis aspergit floribus aras.
Tum manes vocat excitos, laudesque virorum
Cum fletu canit, & veneratur facta jacentum.
Inde refert sese Circo, & certamina prima
Inchoat, & rapidos cursus proponit equorum.
Fluctuat aequoreo fremitu rabieque faventum,
Carceribus nondum reseratis, mobile vulgus,
Atque fores oculis & limina servat equorum.
Jamque, ubi prolato sonuere repagula signo,

Et

v. 306. *Lacrimis ducebat obortis*] *abortis* Puteaneus codex. Saepe ita peccant scriptores librarii. *abtutus*, pro *obtutus*, Oxoniensis codex infra habet lib. XVII. vers. 185. Plura exempla vide apud Gebh. r. Crepund. cap. XII. quem hos librariorum errores probantem, cave, audias.

v. 309. *Nunc lacte sacro, nunc plena Lyaeo*] *sacrum* malim ad Lyaeum referre, quam ad *lac*. N. HEINSIUS. Senec. Thyest. vers. 687.

Non tura desunt, non sacer Bacchi liquor.

Lac autem & vinum inter libamina Diis oblata fuisse docet Noris. ad Cenotaph. Pisan. dissert. III. cap. V.

v. 310. *Odoriferis aspergit floribus aras*] Forte *odoriferis aspergit roribus. odoriferi rores* vinum, vel unguenta. N. HEINSIUS. Si *odoriferis roribus* malis, lac & vinum intelligendum, versu antecedenti memoratum. Vinum odoriferum ubique habes. Supra lib. VII. vers. 191.

Dulcis odoratis humor sudavit ab uvis.

Ovid. III. Fast. vers. 301.

Plenaque odorati Dis ponit pocula Bacchi.

Auson. in Mosell vers. 25.

Amnis odorifero juga vitea consite Baccho.

Simili autem errore *rore*, pro *flore*, apud Valer. Flacc. emendandum censet N. Heinsius ad lib. VI. vers. 709. Vulgatum tamen *odoriferis floribus* non temere rejicio. Videtur enim Silius respexisse ad locum Maron. V. Aen. vers. 77.

Hic duo rite mero libans carchesia Baccho
Fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro,
Purpureosque jacit flores.

Floribus enim & coronis mortuorum sepulchra aspergebantur, quemadmodum hic Scipio aras, quas in memoriam patris ac patrui exstruxit, aspersit. Nec modo id fiebat, cum sepeliebantur, sed etiam quotannis. Vide Cerd. ad Virg. VI. Aen. vers. 883. Noris. ad Cenotaph. Pis. dissert. III. cap. VI. Broekhus. ad Propertii I. eleg. XVII. vers. 22. Tibull. lib. II. eleg. IV. vers. 48. & eleg. VII. vers. 14. quin & mortui in epitaphio id a viatoribus petebant. Sic in lapide apud Gruter. pag. CCCXL. n. 4.

SPARGE. PRECOR. FLORES. SVPRA.
MEA. BVSTA. VIATOR.
FAVISTI. VIVO. FORSITAN. IPSE. MIHI.

v. 311. *Laudesque virorum Cum fletu cantat, veneratur facta jacentum*] Muliebre & convivio dignius illud *cantat*. Resolve enim vero & scribe *canit*, & *veneratur*. Facilis error in veteri scriptura. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *Caniee* Puteaneus. Coloniensis *canere*. Opinor,

Cum fletu canere & venerari facta jacentum.

Canere pro canit. nisi *canit*, & *veneratur* mavis: quomodo Barthius. N. HEINSIUS.

v. 315. *Fluctuat aequoreo fremitu*] Explicat pulchre Silius, quod Horatius ait,

—— *mobilium turba Quiritium*
Certat tergeminis tollere honoribus.

pertinens ad acclamationes. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. an *aequato fremitu*? N. HEINSIUS.

v. 315. *Rabieque faventum*] *favor* & *favere* propriae sunt voces, quibus non solum studium, quo populus erga hanc vel illam aurigarum factionem afficitur, indicatur, sed etiam solitae acclamationes, quibus studium indicabat: quas Silius mox plenius addet. Sic Virgil. V. Aen. vers. 148.

Tum plausu fremituque virum, studiisque faventum
Consonat omne nemus.

Statius lib. I. silv. VI. vers. 81.

Tollunt innumeras ad astra voces,
Saturnalia principis sonantes,
Et dulci dominum favore clamant.

Valer. Flacc. lib. IV. vers. 228.

Nec sonat Oebalius caveae favor, aut juga notae Taygeti.

Sidon. Apoll. carm. XXIII. vers. 376.

Raucus corda ferit fragor faventum.

Hinc erudite *favor* in glossis Labbaei exponitur συγχάρησις, κρότος. Plura vide apud Casaub. ad Vopisc. Aurel. cap. XLVIII.

v. 317. *Fores oculis & limina servat equorum*] *servat* est observat. supra lib. VII. vers. 521.

—— *specula sublimis ab alta*

Nec

Et toto prima emicuit vix ungula cornu,
Tollitur in coelum furiali turbine clamor.
Pronique, ac similes certantibus, ore sequuntur
Quisque suos currus, magnaque volantibus idem
Voce loquuntur equis. quatitur certamine Circus
Certantum, ac nulli mentem non abstulit ardor.
Instant praecipites, & equos clamore gubernant.
Fulvus, harenosa surgens tellure, sub auras
Erigitur globus, atque operit caligine densa
Cornipedumque vias, aurigarumque labores.
Hic studio furit acris equi, furit ille magistri.
Hos patriae favor, hos accendit nobile nomen

Antiqui

Non Romana minus servat, quam Punica castra. lib. xv. vers. 217.

—— servata Laelius hora,
Quam dederat ductor subigendae ad moenia classi.

v. 319. *Et toto prima emicuit vix ungula cornu*] *moto cornu* scribendum, etsi membranae veteres dissentiunt. N. HEINSIUS. Saepe ita lapsi sunt librarii. vide supra ad lib. III. vers. 205. Sed nec vulgatum damno.

v. 322. *Quisque suos currus*] *cursus* Coloniensis. N. HEINSIUS. Hunc etiam errorem sollemnem errarunt scribae librarii. vide infra ad vers. 334.

v. 325. *Instant praeceptis*] Scribe *praecipites*, hoc est, in verbera pendentes. ut Maronianis utar verbis. refer ad aurigas. & sic conjecerat nescio quis, cui solens obloquitur Interpres. noster ipse sic infra aurigam describit, ut ad equorum colla repente protentum, & in capita cornipedum pendentem, vers. 385. N. HEINSIUS. Noster supra lib. VIII. vers. 283.

Et praeceps trepida pendens in verbera planta.

ubi quaedam notavi. Stat. VI. Theb. vers. 416.

—— nunc avidi prono juga pectore tangunt.

Sidon. Apoll. carm. XXIII. vers. 350.

Instant verberibus simul regentes,
Jamque & pectora prona de covinno
Extensi rapiuntur, & jugales
Trans armos ferunt, vacante tergo:
Nec cernas cito, cernuos magistros
Temones mage sustulerant, an axes.

Sensus itaque Silii est, aurigas & verberibus & voce equos incitasse, ut et am facere finguntur apud Homer. Il. Ψ. vers. 362.

Οἱ δ᾽ ἅμα πάντες ἐφ᾽ ἵπποιιν μάστιγας ἄειραν,
Πέπληγόν θ᾽ ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ᾽ ἐπέεσσιν.

Illi vero omnes super equos scuticas simul sustulerunt, percusseruntque loris, exhortatique sunt verbis.

v. 327. *Operit caligine densa Cornipedumque vias &c.*] Pariter Statius VI. Theb. vers. 411.

Et jam rapti oculis, jam caeco pulvere mixti
Una in nube latent.

v. 330. *Hos patriae favor*] Solum equi Hispani sunt, quos in hoc certamine memorat Silius, in diversis tamen Hispaniae regionibus nati. Lampon enim equus est Callaïcus, Panchates Asturicus, Pelorus ex campis Vectonum, Caucasus Tyde venerat. equi autem sanguinis Hispanici, ut praestantissimi ludis Circensibus, frequenter laudantur. Vide Jac. Gothofr. ad l. I. Cod. Theod. de equis Curul. Insuper autem laudantur etiam equi Phrygii & Graeci, sed imprimis Cappadoces. Vide eundem Gothofr. ad l. unic. Cod. Theod. de grege dominico.

v. 330. *Hos accendit nobile nomen Antiqui stabuli*] Quod de studio gloriae Valer. Flacc. *mentemque feruris Gloria*, transtulit ad equos Silius. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Non ipsos equos accendit nobile nomen antiqui stabuli, ut haec Barthius cepisse videtur, sed spectatores; quorum alii equo ob patriam favebant, alii quod patre nobili, qui saepius in Circensibus victoriam adeptus erat, prognatus esset; existimantes fortes fortibus creari, & in equis etiam patrum virtutem esse, ut ait Horat. lib. IV. od. IV. vers. 29. Sic Statius lib. V. silv. II. vers. 21.

—— Romulei qualis per jugera circi
Cum pulcher visu, titulis generosus avitis,
Exspectatur equus, cujus de stemmate longo
Felix emeritos habet admissura parentes.
Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Pulvis, & incurvae gaudent agnoscere metae.

ubi vide Barthium. Ut autem ex generosis equis sobolem servarent, *post vicesimum annum a circo mittuntur ad sobolem reparandam*, teste Plin. VIII. Hist. natur. cap. XLII. hinc etiam nobilium equorum genealogiae observabantur. Vide Celeberr. Graevium in praef. tom. IX. Thesauri antiquit. Rom. Ita Caucasus equus ortus dicitur ex illis, quos Diomedes ab Aenea abstulit infra vers. 368.

v. 334. *Rapidoque per aëra cursu fugit*] Coloniensis *curru*. scribe, *raptoque per aëra curru*. lib. XV. vers. 211. ex vetustis codicibus,

—— currumque per auras
Haud ulli durant visus aequare volantem.

Vide lib. III. vers. 336. N. HEINSIUS. Haud male vir Illustrissimus *rapto curru*, pro *rapido cursu*, partim ex conjectura, partim ex optimae notae

Mfto

Antiqui stabuli. sunt, quos spes grata fatiget,
Et nova ferre jugum cervix. sunt, cruda senectus
Quos juvet, & longo sonipes spectatus in aevo.
Evolat ante omnes, rapidoque per aëra cursu
Callaïcus Lampon fugit, atque ingentia tranat
Exsultans spatia, & ventos post terga relinquit.
Conclamant, plausuque fremunt, votique peractam
Majorem credunt praecepto limite partem.
At, quîs interior cura, & prudentia Circi
Altior, effusas primo certamine vires
Damnare, & cassis longe increpitare querelis

Indispensato

Msto reponit. Voces *raptus* & *rapidus* alibi etiam librarii permiscuerunt. Vide infra ad lib. XVII. vers. 172. Deinde voces *currus* & *cursus* etiam altera alterius locum perperam saepe occuparunt. Vide Pierium ad Maron. XII. Aen. vers. 478. Gronov. I. Observ. cap. XII. N Heinsium ad hunc librum supra vers. 322. lib. IV. vers. 438. ad Claud. III. Consul. Honor. vers. 180. ad bell. Gildon. vers. 214. ad Nason. epist. VI. Heroid. vers. 85. & ad IV. Met. vers. 629.

v. 335. *Callaïcus Lampon*] *Lampo* Coloniensis. N. HEINSIUS. · Quinctil. I. Instit. Orat. cap. V. *Ut* Palaemo, *ac* Thelamo, *&* Plato (*nam sic eum Cicero quoque appellat*) *dicerentur, retinuerunt: quia Latinum, quod* O *&* N *literis finiretur, non reperiebant.* Sic *Thero*, pro *Theron*, ex Msto supra notavimus lib. II. vers. 192. quod & infra occurrit hoc libro vers. 501. *Rubico*, pro *Rubicon*, in nonnullis Mstis est apud Lucan. lib. I. vers. 214. Vide Gronov. ad Senec. Agamemn. vers. 514.

v. 336. *Ventos post terga relinquit*] Virgil. XII. Aen. vers. 84.

Qui candore nives anteirent, cursibus auras.

Stat. VI. Theb. vers. 309.

——— *stupuere relicta*
Nubila, certantes Eurique, Notique sequuntur.

v. 338. *Praecepto limite partem*] *praerepto limite* scripti. nil muto temere. dictum ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 751. nisi quod castigandum esse censeo *praecepto limine.* de initio enim cursus agitur, quod sequentia satis confirmant. N. HEINSIUS. De voce *praecipere* supra vide ad lib. XV. vers. 659. etiam Gifan. in Ind. Lucret. voce *praecipere*, & N. Heinsium ad Valer. Flacc. lib. IV. vers. 341. *praerepto* autem, hunc locum laudans, habet Salmas. ad Solin. pag. 633. Pro *limite* vero Illustrissimus Heinsius conjicit *limine.* interdum ita peccasse scribas librarios supra docui ad lib. IV. vers. 105. Hic tamen nihil mutandum puto ob codicum in vulgatam lectionem consensum. *limes* enim saepe viam, spatium aliquod notat. Supra lib. I. vers. 267.

Qua sparsit ferrum, latus rubet aequore limes.

lib. IV. vers. 105.

Accipiter medio tendens a limite solis.

lib. IX. vers. 378.

——— *in medios, qua dextera concita Poeni*
Limitem agit, vasto connisus turbine fertur.

hoc libro vers. 488.

Extulit, incumbens medio jam limite, gressum.

Lucan. lib. VI. vers. 15.

Hoc iter aequoreo praecepit limite Magnus.

v. 340. *Effusas primo certamine voces*] Poterat ferri hoc, & de Cyrni rectoris adhortationibus accipi, quibus Lampon ad cursum incitabat, nisi juberent membranae omnium optimae reponi pro eo *effusas primo certamine vires.* quod jam de Lampo ipso intelligetur. MODIUS Novant. Lect. epist. XIX. *vires* ex scriptis, & sic Modius. Valer. Flacc. *vires effudit in auras.* Virgil. *Entellus vires in ventum effudit.* N. HEINSIUS. Optime *effusas vires* viri docti ex Mstis; cum quibus facit etiam Dausquejus. Inter artes enim Circenses erat, ne quis initio certaminis omnibus viribus uteretur, ne nimis cito spiritus equos deficeret. Supra lib. VIII. vers. 281.

——— *veluti cum, carcere rupto,*
Auriga indocilis totas effundit habenas.

Id fuit consilium Orestis apud Sophocl. in Electr. vers. 735.

Ἤλαυνε δ' ἔσχατος μὲν, ὑστέρας δ' ἔχων
Πώλους Ὀρέστης, τῷ τέλει πίστιν φέρων.

Idem in cursu callide observat Theron infra vers. 496.

Ecce, levi nisu postremoque agmine currens,
Postquam fas visus sibi concepisse vigoris,
Celsus inexhaustas effundit turbine vires
Non exspectato, subitusque erumpit, & auras
Praevehitur Theron.

in lucta cum Antaeo Hercules apud Lucan. lib. IV. vers. 620.

——— *nec viribus uti*
Alcides primo voluit certamine totis;
Exhausitque virum; quod creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.

in pugna caestus cum Capaneo Alcidamas apud Stat. VI. Theb. vers. 462.

Doctior hic differt animum, metuensque futuri
Cunctatus vires dispensat: at ille, nocendi

Prodigus

Indiſpenſato laſſantem corpora niſu;
Quo nimius, quo, Cyrne, ruis? (nam Cyrnus agebat)
Verbera dimitte, & revoca moderatus habenas.
Heu ſurdas aures! fertur ſecurus equorum,
Nec meminit, quantum campi decurrere reſtet.
Proximus, a primo diſtans, quantum aequore currus
Occupat ipſe, loci tantum: ſed proximus ibat
Aſtur Panchates, patrium frons alba nitebat

Inſigne,

Prodigus, incautuſque ſui, ruit omnis, & ambas
Conſumit ſine lege manus.

ubi videndus eſt Barthius.

v. 342. *Indiſpenſato laſſantem corpora niſu*] *diſpenſare* rem quampiam moderari ſonat, atque temperare modo legitimo. *diſpenſatio*, digeſtio. Tertull. de anima cap. XLIII. *Nec refrigeſcentiam aliquam admittam aut marcorem caloris, eum adeo corpora ſomno concaleſcant, & diſpenſatio ciborum per ſomnum non facile procederet calore properabili & rigore tardabili, ſi ſomno refrigeraremur.* ita *indiſpenſatum niſum* Silius immoderatum, crudum dixit. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. *indiſpenſato niſu* aliquid facere is dicitur, qui omnibus viribus ſimul annititur; ut contra *diſpenſato niſu*, qui ordinem & modum in effundendis viribus obſervat. Livius lib. XXVII. cap. L. *Tandem ſummoti & coerciti à magiſtratibus, diſpenſarique laetitia inter impotentes ejus animos potuit.* ubi vide Gronov. Ovid. VI. Metam. verſ. 277.

Corporibus gelidis incumbit, & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.

Senec. Praefat. I. Contr. pag. m. 54. *Neſciebat diſpenſare vires ſuas, ſed immoderati adverſus ſe imperii fuit.* Statius loco laudato, *metuenſque futuri Cunctatus vires diſpenſat.* Plin. VIII. Hiſt. Natur. cap. XLV. *Gentibus quidem, quae lacte vivunt, ita diſpenſatur, ut omni tempore anni ſuperſit id alimentum.* alter Plin. in Paneg. cap. XXXV. *Quae ſingula quantum tibi gratiae diſpenſata adjeciſſent? at tu ſimul omnia profudiſti.* Alcim. Avit. lib. I. verſ. 252.

Qui ſparſus late ſuaves diſpenſat odores.

v. 343. *Quo nimius, quo, Cyrne, ruis?*] *nimius* eſt etiam modum excedens. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII.

v. 347. *Proximus, a primo diſtans, quantum aequore currus Occupat ipſe, loci tantum*] Minus eſt ſpatium, quod memorat Homerus Il. Ψ. verſ. 517.

Ὅσσον δὲ τροχοῦ ἵππος ἀφίσταται, ὅς ῥά τ' ἄνακτα
Ἕλκῃσι πεδίοιο τιταινόμενος σὺν ὄχεσφι,
Τοῦ μέν τε ψαύουσιν ἐπισσώτρου τρίχες ἄκραι
Οὐραῖαι, ὁ δέ τ' ἄγχι μάλα τρέχει, οὐδέ τι πολλὴ
Χώρη μεσσηγὺς, πολέος πεδίοιο θέοντος·
Τόσσον δὴ Μενέλαος ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο
Λείπετ'.

Quantum vero a rota equus diſtat, qui quidem dominum trahit per campum niſu contento cum curribus, hujus quidem attingunt canthum pili extremi caudae, is autem prope admodum currit, neque prorſus magnum ſpatium in medio, per amplum campum currente: tantum jam Menelaus eximio Antilocho poſterior erat. quem imitatur Nonn. XXXVII. Dionyſ. verſ. 470.

Τῷ δ' ἔπι δεύτερος ἦλθε θαλασσαίων ἐπὶ δίφρων
Σκέλμις, ἐποτρύνων Ποσιδήιον ἅρμα θαλάσσης,
Κύκλος ὅσον τροχόεις ἀπολείπεται ὠκέος ἵππου,
Τοῦ μὲν ἐπαΐσσοντος ἐπισσώτρων μόγις ἄκρων
Ἐκταδίης ψαύουσιν ἐλισσομένης τρίχες οὐρῆς.

Poſt illum ſecundus venit marinis in curribus Scelmis, incitans Neptunium currum marinum, quantum rota volubilis diſtat a celeri equo, quo quidem incitato vix extremas rotae circumferentias caudae extenſae revolutae pili tangunt. apud alios ſimilia obſervari poſſunt. Porro Salmaſ. exercit. Plin. pag. 630. ita hunc locum legendum conjicit,

Proximus a primo diſtans, quantum aequore currus
Occupat ipſe loci diſtans; ſed proximus ibat.

At nulli libri receptam lectionem mutant.

v. 349. *Aſtur Panchates*] *Pancates* in Puteaneo paſſim. pro *patrium frons alba nitebat Inſigne*, Salmaſ. ad Solin. pag. 897. [pag. m. 630.] *patrio inſigni.* nil muto. per appoſitionem haec dicuntur. ſollemnis Silio & ceteris poetis loquendi modus. N. HEINSIUS.

v. 351. *Membra haud procera*] De equo Aſturico, cujus generis erat Panchates, vide ſupra ad lib. III. verſ. 335.

v. 352. *Sed tum ſibi fecerat alas*] Forte, *ſed enim ſibi fecerat alas.* N. HEINSIUS.

v. 355. *Cinyphio rector radiabat fronte Peloro. Camphaſus ipſe, aſper &c.*] Inſignis, ſi quis alius, locus & virtutibus ſuis, & vitiis alienis; quoque non alius fere in Silio corruptior, ut oſtendet vera ejus lectio, quae, verſu auctior, & aliquoties notata, talis eſſe debet,

Cinyphio rector COCCO radiabat HIBERVS.
TERTIVS AEQVATA CVRREBAT fronte Peloro
CAVCASVS: ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Applauſae blandos ſonitus, clauſumque cruento
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum.
At, docilis freni & melior parere, Pelorus
Non umquam effuſum ſinuabat devius axem:
Sed laevo interior ſtringebat tramite metam.
Inſignis multa cervice, & plurimus idem
Ludentis per colla jubae: (mirabile dictu!)

NVLLVS

Insigne, & patrio pes omnis concolor albo:
Ingentes animi, membra haud procera, decusque
Corporis exiguum, sed tum sibi fecerat alas
Concitus, atque ibat campo indignatus habenas.
Crescere sublimem, atque augeri membra putares.
Cinyphio rector cocco radiabat Hiberus.
Tertius aequata currebat fronte Peloro
Caucasus. ipse asper, nec qui cervicis amaret

Applausae

NULLUS erat PATER. AD Zephyri nova flamina campis
Velenum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hunc Durius stimulabat in aequore currum:
CAUCASUS antiquo fidebat Atlante magistro.

Ita, inquam, plane legendus, emaculandus, atque supplendus hic locus, cujus mutilata & vitiata scriptura in quos errores, aut potius in quos non, traxit doctissimos ceteroqui viros? Exprimit Silius, ut equorum, ita rectorum ubique nomina, primumque & ante alios evolantem Callaicum Lampon, quem Cyrnus regeret: secundum inducit Panchaten, quem Hiberus moderabatur: tertium ait cucurrisse pari spatio Pelorum, cui praeerat Durius, & Caucasum, cui Atlas; hunc ex equis Diomedeis, illum Zephyro prognatum: quod fictum Justinus existimat propter summam equorum in iis Hispaniae locis velocitatem. Quidquid hujus est, Virgilius certe, Aristoteles, Varro, Plinius equarum vento concipientium meminerunt. Virgilius ita,

—— illae,
Ore omnes versae in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptantque leves auras; &, saepe sine ullis
Conjugiis vento gravidae, (mirabile dictu!)
Saxa per & scopulos & depressas convalles
Diffugiunt.

Reliquos videat, qui volet. Haec enim eo adduxi, quod ex iis versus Siliani pro parte expressi videri possint: alioqui poterant & ipsa apud auctorem suum legi. MODIUS Novant. Lection. epist. LXXIV. Quae divine a Modio emendata ait Interpres, nos non sollicitabimus denuo, praecipue cum eodem faciat MS. Oxoniensis. BARTHIUS lib. X. Adversf. cap. VII. *Cinyphium coccum* hic celebrat. Africanae purpurae mentionem posuimus supra,

Gaetulisve magis fucaret vellus aënis.

BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. VIII. Ex uno versu duo faciendi, jubentibus membranis Agrippinis, hoc modo,

Cinyphio rector cocco radiabat Hiberus.
Tertius aequata currebat fronte Peloro
Caucasus.

idque Modius monere jam occupavit, etiam Barthius ex Oxoniensibus. *Caucasus*, inquam, non *Camphasus*, ubique Coloniensis. in Puteaneo *Cauphasus.* Salmasius ad Solinum pag. 897. [pag. m. 631.] *Campasus.* Parmensis etiam editio paullo post *Caucasus antiquo.* at hic loci *Camphasum* male nobis obtrudit. N. HEINSIUS. Locum hunc, pessime olim affectum, egregie restituerunt viri docti. Quorum emendationes cum admiserit etiam ὁ πάνυ Salmasius, verum tamen Silii sensum minus feliciter assecutus videtur. Existimat enim in Exercit. Plinian. pag. 631. in quadriga Hiberi aurigae Caucasum & Pelorum fuisse equos funales, illum dexterum, seu δεξιόσειρον, hunc sinistrum: ejusdem autem quadrigae fuisse ex eo colligit, quod Silius utrumque *aequata fronte currere* dicat. Sed multipliciter peccavit vir summus. Primo enim Hiberus non rexit currum, ad quem Caucasus & Pelorus, sed ad quem Panchates junctus erat, ut ex praecedentibus constat. Deinde Caucasus & Pelorus diversas quadrigas traxerunt; Caucasus Atlantis, Pelorus Durii. Silius mox vers. 367.

Nobilis hunc Durius stimulabat in aequore currum:
Caucasus antiquo fidebat Atlante magistro.

Denique Silius, dicendo *Caucasum aequata fronte Peloro currere*, non innuit, illos ejusdem currus funales equos fuisse; sed, quamquam diversis quadrigis juncti erant, alterum ab altero superatum non esse. Ita etiam infra Silius de Atlante & Durio, Caucasi & Pelori magistris, vers. 379.

At postremus Atlas; sed non & segnior ibat
Postremo Durius: pacis de more putares
Aequata fronte & concordi currere freno.

Atque ita fere apud Sophocl. in Electr. vers. 739.

—— κἀξισώσαντες ζυγὰ
Ἠλαυνέτην, τότ' ἄλλος, ἄλλοθ' ἅτερος
Κάρα προβάλλων ἱππικῶν ὀχημάτων.

Ferebantur aequatis jugis, nunc hic, nunc iste frontibus equorum praecurrens. Accedit tandem, Silium hic sequi morem in Circo usitatum, ut quarumcumque quadrigarum unus tantum equus, qui praestantissimus erat, & ex quo potissimum victoria pendebat, recenseretur, reliqui tres non nominarentur. Atque ita, cum hic quatuor aurigae certarint, Cyrnus, Hiberus, Atlas, & Durius, & unusquisque quadrigas habuisse videatur, ex qualibet tantum unus equus memoratur a Silio, Lampon nempe, Panchates, Caucasus & Pelorus. Neque hoc ignorare potest Salmasius, qui id pluribus ipse erudite illustravit ibid. pag. 630. quem omnino vide.

v. 357. *Nec qui cervicis amaret Applausae blandos sonitus*]

Applausae blandos sonitus, clausumque cruento
Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.
At, docilis freni & melior parere, Pelorus
Non umquam effusum sinuabat devius axem:
Sed laevo interior stringebat tramite metam.
Insignis multa cervice, & plurimus idem
Ludentis per colla jubae: (mirabile dictu)
Nullus erat pater. ad Zephyri nova flamina campis
Vectonum eductum genetrix effuderat Harpe.
Nobilis hunc Durius stimulabat in aequore currum:
Caucasus antiquo fidebat Atlante magistro.
Ipsum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde
Miserat: exceptum Trojana ab origine equorum

Tradebant,

sonitus] Quo ceteroquin equi plurimum gaudent. Sidon. Apoll. carm. XXIII. vers. 328.

Hortanturque obiter, juvantque blandis
Ultro plausibus, & voluptuosam
Dictant quadrupedantibus furorem.

Plura vide supra ad lib. IV. vers. 265.

v. 358. *Clausumque cruento Admorsu ferrum*] τὸ *clausum* non satisfacit. Forte *rosum ferrum*, vel *rasum*. N. HEINSIUS.

v. 360. *At, docilis freni & melior parere, Pelorus*] Salmas. ad Solin. pag. 631. *& docilis parere*. Verum nihil ulli libri hic mutant; a quibus sine necessitate non discedo.

v. 361. *Non umquam effusum sinuabat devius axem*] Describit Silius artes Circi, quae maximam partem in eo consistebant, ut quis currum recta via, non flexuoso tramite, ad metam dirigeret, &, ubi eo pervenerat, quam proxime raderet. Multis hanc artem Nestor filium Antilochum docet apud Homer. Il. Ψ. vers. 306. & Aristaeus Actaeonem apud Nonn. XXXVII. Dionys. vers. 195. Theocritus autem sub eo totum artificium agitandi currus comprehendit Idyll. XXIV. vers. 117.

Ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἅρματι, καὶ περὶ νύσ-
σαν
Ἀσφαλέως κάμπτοντα τροχοῦ σύριγγα φυλάξαι
Ἀμφιτρύων ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἐδίδαξεν.

Equos autem ad currum junctos agitare, & circa metam tuto flectendo in rota modiolum axis servare Amphitryo filium suum amans docuit. Periculosissimum autem erat circa metam flectere. Diligenter enim videre debebant aurigae, ne eam rotis attingerent: id enim si accidisset, facillime quadrigae subvertebantur, agitatoresque frenis impliciti saepe, dilaceratis omnibus membris, misere interibant; quali mortis genere Orestes periisse fingitur apud Sophocl. in Electr. vers. 746.

v. 365. *Unus erat levis, ut Zephyri nova flamina.*] *Nullus erat timor. ad Zephyri* Puteaneus. At Modius ex Coloniensi optime, *Nullus erat pater. ad Zephyri nova flamina*. quomodo & Ludovicus Carrion ex eodem codice restituit in emendationibus. Nota de equabus Lusitanis ex Zephyro concipientibus fabula. N. HEINSIUS. Ipsam Silii manum optime viri docti ex Coloniensi codice vindicarunt, quam etiam habent membranae Oxonienses, & probavit Dausquejus. Priscae editiones, Romana princeps, Parmensis, & Mediolanensis, vulgatum servant, nisi quod in illis sit *ad Zephyri*. Marsi & Martini Herbipolensis editiones legunt *Nullus erat pater Zephyri*, perperam omisso τῷ *ad*. Vulgatam lectionem primus protulit Nicander in Juntina. De equis, patre Zephyro conceptis, vide Maron. III. Georg. vers. 273. & ibi interpretes.

v. 366. *Vectonum*] *Vettonum* Interpres. sed nil necesse. dictum lib. III. vers. 378. ubi eandem tangit rem. N. HEINSIUS.

v. 367. *Hunc Durius stimulabat in aequore currum*] Pessime Dausquejo *Durius* equi nomen est, cum ita vocetur agitator Pelori, a Durio nempe Hispaniae fluvio, ut Silio mos est.

v. 368. *Camphasus*] Supra ad vers. 355. docuerunt viri docti, hunc equum ex codice Coloniensi *Caucasum* vocandum esse; ubi priscae editiones cum libris vulgatis faciebant, quae hoc loco cum libris scriptis omnibus, in quorum quibusdam supra etiam a librariis peccatum erat, habent *Caucasus*.

v. 369. *Ipsum Aetola, vago Diomedi condita, Tyde Miserat*] Aliud agebat Salmasius, qui Solinianis exercitationibus pag. 898. [pag. m. 631.] reponit *Tinde*, quae regia Diomedis Thracis. Atqui, si recte attendis, equos solummodo Hispanos a Silio hic commemorari deprehendes. Tyde oppidum Hispaniae, & quidem a Diomede conditum. Ecce testem ipsum Silium, qui libro III. ubi civitates Hispanicas non paucas recenset,

Et quos nunc Gravios mutato nomine Grajûm
Oeneae misere domus Aetolaque Tyde.

quid quod & *Tyde* oppidum Hispaniae Plinio commemoratur, antique? Vidit, castigavitque hunc Salmasii errorem Vossius quoque ad Pompon. Melan:

Tradebant, quos Aeneae Simoëntis ad undas
Victor Tydides magnis abduxerat ausis.
Jamque, fere medium evecti certamine campum,
In spatio addebant: nisusque apprendere primos
Panchates animosus equos, super altior ire,
Et praecedentem jam jamque ascendere currum
Pone videbatur, curvatisque ungula prima
Callaïcum quatiens pulsabat calcibus axem.
At postremus Atlas; sed non & segnior ibat
Postremo Durio: pacis de more putares
Aequata fronte & concordi currere freno.
Sensit ut exhaustas, qui proximus ibat, Hiberus

Callaïcas

lum pag. 133. N. HEINSIUS. Salmasium secutus Eruditissimus Gronovius in Diatr. Stat. cap. LV. pag 364. etiam *Tinde* malebat, Diomedem Aetolum cum Diomede Thracio a Silio confundi existimans. Sed potior mihi est Vossii Heinsiique opinio, qui nihil mutandum putant, cum alibi etiam à Silio aliisque auctoribus Tyde, Hispaniae oppidum, memoretur. Apud Ptolemaeum II. Geogr. Τοῦδαι, *Tudae* dicitur, & Γρουίων *Graviorum*, seu *Groviorum* urbs est. Silius autem originem ejus ad Diomeden transfert, qui, Troja capta, cum uxoris adulterium novisset, domo exsul in peregrinas regiones abiit, & in Hispaniam usque penetravit, ut etiam testatur Dionys. Perieg. vers. 483.

Δαυνὶς ἰφθίμου Διομήδεος ἀντία νῆσος,
Ἔνθ' ἥρως ἀφίκανε, χαλεψαμένης Ἀφροδίτης,
Ὁππότε τρηχεῖαν μετανισσόμενος ἴδεν Ἴβηρας.

quod ita interpretatur Avien. in descr. orb. vers. 648.

Insula se Graji Diomedis gurgite promit.
Huc illum motae quondam tulit ira Diones,
Postquam per celeres extorrem traxit Hiberos.

Ad locum autem Dionys. dubitat Guil. Hill, utrum Diomedes in Hispaniam usque navigarit, an vero per Hiberos potius intelligendi sint Galli. Sed olim creditum fuisse, Diomeden Hispanias adiisse, ex Silio liquet, quod ex iisdem auctoribus, ex quibus Silius, resciscere potuit Dionysius. Neque solum *Tinde*, pro *Tyde*, reponebat Salmasius, sed insuper totum versum ita refingebat,

Ipsumque Aetolo Diomedi condita Tinde.

at contra auctoritatem omnium librorum. *vagus* autem *Diomedes* propter varias peregrinationes, quemadmodum *vagus Hercules* apud Horat. lib. III. od. III. vers. 9.

Hac arte Pollux & vagus Hercules
Innixus arces attigit igneas.

Pessime omnium edidit Dan. Heinsius,

Ipsumque Aetola ad Diomedi condita Tyde.

sed haud dubie errore typographorum.

v. 370. *Exceptum Trojana ab origine equorum*] Hi equi procreati dicuntur ex illis, quos Jupiter praemium pro Ganymede filio Troï dedit. Homer. Il. E. vers. 265. eos autem Diomedes auxilio Stheneli Aeneae in proelio ad Trojam abstulit. Homer. ibid. vers. 323.

v. 371. *Credebant*] *Tradebant* in Coloniensi rectius. *Cedebant* Parmensis editio. N. HEINSIUS. Romana etiam princeps & Mediolanensis *Cedebant*, codex Oxon. *Cadebant*. Sed recte N. Heinsius ex optimo codice *Tradebant*. Voces *Credere* & *Tradere* nonnumquam confuderunt librarii. Sic apud Senec. Suas. II. pag. 14. *Id de nobis tradetur, quod hostes narraverint*, in scripto est *Credetur*, teste Gronovio. vide etiam N. Heins. ad Nason. III. Amor. el. IV. vers. 22.

v. 374. *In spatia addebant*] *In spatio* libri scripti. Sed apud Maronem habes de eadem re, *Addunt se in spatia*. Locus est Georgicon primo sub finem. ubi optimi codices *Addunt in spatio*, ut pluribus illic a nobis dicetur. Nihil ad rem facit Festi locus, a Dausquejo productus. *Addunt in spatio*, pro addunt cursum inter currendum, id est, augent, ut Servius interpretatur. N. HEINSIUS.

v. 376. *Et praecedentem jamjamque ascendere currum Pone videbatur*] Silius Homer. imitatur, qui pariter Il. Ψ. vers. 378.

—— οὐδέ τι πολλὸν ἄνευθ' ἴσχον, ἀλλὰ μάλ' ἐγγύς·
Αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην.

Neque ita multum aberant, sed admodum prope: semper enim currum ascensuris similes erant.

v. 382. *Sensit, & exhaustas, qui proximus ibat, Hiberus Callaicas cernit vires*] Corrupta scriptura. quid enim est illud *Sensit & cernit?* Omnino videtur emendandum,

Sensit ut exhaustas, qui proximus ibat, Hiberus
Callaicas Cyrni vires.

Callaicae Cyrni vires, sunt vires equi Callaïci, (erat enim, ut ante dixit poeta, Callaicus Lampon) quibus Cyrnus fretus in certamen descenderat. Tale nempe est illud,

Nate, meae vires, mea magna potentia solus.

MODIUS Novant. Lection. epist. XIX. *Sensit ut* ex Coloniensi Modius, & mox, *Callaicas Cyrni vires*, pro *cernit*. optime. N. HEINSIUS. *Callaicas Cyrni vires* etiam Dausquejus emendandum docuit.

Callaïcas Cyrni vires, nec, ut ante, salire
Praecipitem currum, & fumantes verbere cogi
Assiduo violenter equos, ceu monte procella
Cum subita ex alto ruit, usque ad colla repente
Cornipedum protentus, & in capita ardua pendens,
Concitat ardentem, quod ferret lora secundus,
Panchaten, vocesque addit cum verbere mixtas:
Tene, Astur, certante feret quisquam aequore palmam
Erepto? consurge, vola, perlabere campum
Assuetis velox pennis. decrescit anhelo
Pectore consumtus Lampon: nec restat hianti,
Quem ferat ad metas, jam spiritus. haec ubi dicta,
Tollit se sonipes, ceu tunc e carcere primo
Corriperet spatium, &, nitentem opponere curvos
Aut aequare gradus, Cyrnum post terga relinquit.
Confremit & coelum, & percussus vocibus altis
Spectantum Circus. fertur sublime per auras

Altius

v. 383. *Salire Praecipitem currum*] Homer. Il. Ψ. vers. 368.

Ἄρματα δ' ἄλλοτε μὲν χθονὶ πίλνατο πουλυβοτείρῃ,
Ἄλλοτε δ' ἀΐξασκε μετήορα.

Currus autem interdum quidem terram tangebant almam, interdum autem subsultabant sublimes. Nonn. XXXVII. Dionys. vers. 280.

Ἄλλοτε μὲν πεπότητο μετάρσια, πῇ δ' ἐπὶ γαίῃ
Ἀκροφανὴ πεφόρητο μόγις ψαύοντα κονίης.

Interdum quidem volabant sublimes, interdum vero in terrae superficie ferebantur, vix pulverem tangentes.

v. 388. *Concitat ardentem, quod ferret lora secundus*] Salmas. in exercit. Plin. pag. 631. verba *quod ferret lora secundus* exponit, quod funalis erat sinisterior. Sed simpliciter capio, quia adhuc secundus erat, necdum primus evadere potuerat.

v. 390. *Tene, Astur, certante feret quisquam aequore palmae Erepto*] Ita pessime Dausqueji editio; sed haud dubie errore typographico: omnes enim libri scripti & editi habent *feret palmam.* Porro egregia sunt & divino ejus ingenio digna, quae notavit Salmas. in Exercit. Plin. pag. 635. & 636. ad illustrationem lapidis, qui est apud Gruter. pag. CCCXXXVII. docens, locutiones has, *Occupavit & vicit*, *Successit & vicit*, *Eripuit & vicit*, proprias esse ludis Circensibus, iisque notari aurigas, qui primo, secundo, tertio ostio missi victoriam reportarunt. Quod autem pro eo, quod in marmore erat *eripuit & vicit*, putet Silium dixisse *erepto campo palmam ferre*, adeoque haec esse verba secundi agitatoris, metuentis ne a tertio sibi campus eripiatur, id est, ne tertius praevertat, non assentior. Nam, quod pace viri docti dictum sit, non recte Silium intellexit, cujus longe alia mens est. Hiberus enim, qui secundus erat agitator, conspiciens, praegressos Cyrni, primi agitatoris, equos spiritu jam defici, plurimumque de primo impetu remisisse, equum suum adhortatur, ne pati velit, quemquam alium se certante palmam ferre, *erepto* quamquam *campo*, id est, licet primo ostio emissus non sit; sed ut potius nunc omnibus viribus annitatur, eumque praevertere conetur. *eripuit* itaque hic *campum* agitator, qui, primo ostio emissus, omnes post terga relinquit: quod simili locutione *praeripere*, vel *praecipere limitem* supra dixit vers. 337.

——— *votique peractam*
Majorem credant praecepto limite partem.

Non nego tamen tertium aliumve quem agitatorem *campum eripuisse* dici posse, si alios prioribus ostiis missos praegressus fuerit; sed ea nunc non est mens Silii.

v. 391. *Perlabere campum Assuetis*] Sic distingue. vidit & Interpres. N. HEINSIUS. Olim distinguebatur,

——— *perlabere campum.*
Assuetis velox pennis decrescit anhelo
Pectore consumtus Lampon.

v. 392. *Decrescit anhelo Pectore consumtus Lampon*] Contra de Panchate supra Silius vers. 354.

Crescere sublimem, atque augeri membra putares.

v. 396. *Nitentem opponere laevos Aut aequare gradus*] *curvos gradus* scripti. & probe. N. HEINSIUS. Hunc etiam locum optime illustravit ὁ πάνυ Salmas. in exercit. Plin. pag. 636. docens, *opponere* esse verbum ex arte circensi, & quidem proprium praecedenti aurigae. Cum enim, qui praeverterat, & primus erat, nimis premeretur a sequenti curru, nec alia arte aut vi vitare posset, ne ipse praeverteretur, currum obliquum subito opponebat: quo facto instantis & incumbentis aurigae currus, dum nimio impetu ferretur, impactus saepe frangebatur, vel evertebatur, excutiebaturque quadriga,

Altius attollens cervicem victor ovantem
Panchates, sociosque trahit prior ipse jugales.
At postremus Atlas, Durius postremus in orbem
Exercent artes, laevos nunc appetit ille
Conatus, nunc ille premit, certatque subire
Dexter, & alterni nequidquam fallere tentant:
Donec, confisus primaevae flore juventae,
Obliquum Durius conversis pronus habenis
Opposuit currum, atque eversum propulit axem
Atlantis senio invalidi, sed justa querentis:
Quo ruis? aut quinam hic rabidi certaminis est mos?
Et nobis & equis letum commune laboras.
Dumque ea proclamat, perfracto volvitur axe
Cernuus, ac pariter fusi (miserabile) campo
Discordes sternuntur equi: quatit aequore aperto
Lora suis victor, mediaque Pelorus harena
Surgere nitentem fugiens Atlanta reliquit.

Nec

ga, quod ipse Silius disertius exponit paullo post vers. 406.

Donec, confisus primaevae flore juventae,
Obliquum Durius conversis pronus habenis
Opposuit currum, atque eversum propulit axem
Atlantis senio invalidi.

Haec Salmasius. Hanc artem memorat etiam Manil. lib. v. vers. 79.

——— *vel prima tenentem*
Agmina in obliquum currus agitare malignos.

Late eas artes describit Nonn. XXXVII. Dionys. vers. 249. & seqq.

v. 403. *Exercent artes*] *artus* Parmensis. puto *astus*. & mox *laevo nunc appetit ille Conatu*, pro *laevos conatus*. deinde *certatque*, pro *certaque*. quod postremum libri veteres confirmant. N. HEINSIUS. *artus* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio, pro quo Heinsius *astus* malebat. Sed nihil muto. *artes* enim eo sensu etiam Plin. dixit VIII. Hist. Nat. cap. XLII. *Cum puderet hominum artes ab equis vinci, peracto legitimo cursu ad metam stetere. artes* autem & *artus* facillime commutantur. Sic apud Horat. lib. III. od. VI. vers. 22. libri scripti nunc *fingitur artubus*, nunc *artibus* habent, quod postremum merito probavit eruditissimus Bentlejus.

v. 406. *Confisus primaevae flore juventae*] Salmas. in exercit. Plin. pag 636. hunc locum laudans, habet *primaevo flore juventae*, ut Silius supra locutus est lib. I. vers. 376. *primaevo flore juventae Insignis Murrus.* ubi plura vide. Cum tamen omnes libri receptam lectionem tueantur, nihil puto mutandum. Ita enim & Statius locutus est VII. Theb. vers. 301. *primae genitorem in flore juventae Consequitur.* Valer. Flacc. lib. I. vers. 101.

——— *primae seu quos in flore juventae*
Tentamenta tenent, necdum data copia rerum.

Tibul. I. eleg. IX. vers. 47.

At tu, dum primi floret tibi temporis aetas.

Claudian. II. de laud. Stilic. vers. 351. *primae signatus flore juventae Eucherius.* & ita alii passim.

v. 411. *Letum commune laboras*] *laborare* hic instar agentis verbi habet. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. *letum commune laboras*, id est, labore circensi, agitatione currus tui nobis mortem paras, nos in periculum mortis adducis. *letum laborare*, ut *vana laborare* vers. 509.

——— *nequidquam vana laborans*
Tartessos fratrem, medio Therone, premebat.

frequenter autem *labor* de ludis, supra vers. 327.

——— *operit caligine densa*
Cornipedumque vias, aurigarumque labores.

infra vers. 495. *auget pueris labor ipse decorem.* lib. XIV. vers. 507.

——— *jaculo seu nubila supra*
Surgeret, aligeras ferret seu pulvere plantas
Vix tacto, vel dimensi spatia improba campi
Transiret velox saltu, decuere labores.

v. 415. *Mediaque Pelorus harena Surgere* &c.] Pelorus equus est Hiberi, qui jam praecesserat Durium, quare ea vox mendosa est inter Durii equos: nec tam pauper Silius, ut confundendo narrationi uno nomine bis usus sit. Quamvis hoc libro, hacque descriptione certaminum, non pauca insint perturbata etiamnum, ut fere nescias, uno, tribus, an quatuor equis currus raptentur. Sed medicina majorem curam requirit. Distinctionem bis feliciter correxit Dausquejus, cui & assentimur merito. Mirum vero, quanta sit securitas & conniventia doctorum, qui poetas castigant, in talibus. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. Quae ad hunc locum notavit Barthius, melius erat non ex-

 ciditle=

Nec longum Cyrni defessos prendere currus.
Hunc quoque, cunctantem & sero moderamina equorum
Discentem, rapido praetervolat incitus axe:
Impellit currum clamor vocesque faventum.
Jamque etiam dorso atque humeris trepidantis Hiberi
Ora superposuit sonipes, flatusque vapore
Terga premi, & spumis auriga calescere sentit.
Incubuit campo Durius, misitque citatos
Verbere quadrupedes, nec frustra: aequare videtur,
Aut etiam aequavit juga praecedentia dexter.
Attonitus tum spe tanta, Genitore, Pelore,
Te Zephyro eductum nunc nunc ostendere tempus.
Discant, qui pecudum ducunt ab origine nomen,
Quantum divini praecellat seminis ortus.
Victor dona dabis, statuesque altaria patri.

Et,

cidisse viro doctissimo, plurimis locis de Silio optime merito. quomodo enim evincere poterit, Pelorum fuisse equum Hiberi, ideoque eam vocem mendosam esse inter Durii equos? Supra enim Silius vers. 355. Hiberum rectorem Panchatis fecit, vers. 367. autem Durium Pelori. Deinde, vellem Barthius nominatim ascripsisset plura illa, quae in hac certaminum descriptione ipsi etiamnum perturbata videbantur, ut, quid de iis statuendum foret, judicari posset. Interim tamen dico, admissis egregiis lectionibus, quas Modius, aliique, etiam ipse Barthius, ex Mstis vindicarunt, omnia plana adeo & liquida apparere, ut vix aliquis haesitandi locus superesse possit. Nec majoris momenti est, quod addit, adeo haec esse perturbata, ut fere nescias, uno, tribus, an quatuor equis currus raptentur. expresse enim Scipio quadrigarum certamen proposuit supra vers. 297.

Quique armis ferroque valent, quique arte regendi
Quadrijugos currus.

Turbavit eum, quod, cum quatuor quadrigae certarint, quatuor tamen equi tantum numerentur. sed cur id factum sit, ex Salmas. supra docui ad vers. 356. Conficio itaque, vocem *Pelorus* immerito mendosam Barthio videri, nihilque hoc loco mutandum esse.

v. 421. *Jamque etiam dorso atque humeris*] Adumbravit hunc locum Silius ex illo Homer. Il. Ψ. vers. 380.

Πνοιῇ δ' Εὐμήλοιο μετάφρενον εὐρέε τ' ὤμω
Θέρμετ'· ἐπ' αὐτῷ γὰρ κεφαλὰς καταθέντε πετέσθην.

Flatu vero Eumeli dorsum latique humeri calefiebant: ad ipsum enim capitibus protensis volabant. De his, qui cursu se exercent, paria habes apud Nonn. XXXVII. Dionys. vers. 628.

——— ὀπίστερος ἦεν Ἐρεχθεὺς,
Γείτονος ὠκυθόοιο μετάφρενον ἄσθματι θάλπων,
Καὶ κεφαλὴν θέρμαινε.

Posterior erat Erechtheus, vicini velociter currentis dorsum anhelitu percutiens, & caput calefacit. Statius VI. Theb. vers. 603.

——— *quem deinde gradu premit horridus Idas,*
Inspiratque humeros; flatuque & pectoris umbra
Terga premit.

Ovid. V. Metam. vers. 614.

Sol erat a tergo: vidi praecedere longam
Ante pedes umbram: nisi si timor illa videbat.
Sed certe sonituque pedum terrebar, & ingens
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.

v. 425. *Nec frustra aequare videtur, Aut etiam aequavit*] Distingue, *nec frustra: aequare videtur*, ut sit locutio elliptica, nec frustra incitavit equos, aut simile. Elegans autem illud, *aequare videtur, Aut etiam aequavit.* Simile habes apud Senec. in Phoen. vers. 427.

Vadit furenti similis, aut etiam furit.

ubi id plurimis exemplis illustravit vir maximus J. Fr. Gronovius. Stat. V. Theb. vers. 599.

Cum procul impasti fremitum accepere leonis,
Sive putant, rapit attonitos fuga caeca.

v. 430. *Praecellit seminis ortus*] *praecellat* ex scriptis: nisi quod in Oxonio *praecellet*. N. HEINSIUS.

v. 432. *Successu nimio laetoque pavore Proditus*] Prae gaudio nimio successu consternatus & confusus. Gronovius observatis secundae editionis lib. II. cap. XIV. *laetoque favore* castigabat. Invitus equidem dissentio a viro summo, & diuturna necessitate mihi conjuncto inter paucissimos. pro *favore* ejus faciunt illa Rutilii in Itinerario,

Saepius attonitae resonant Circensibus aures:
Nunciat accensus plena theatra favor.

tum & illud Nasonis,

Scena sonat, studiisque favor distantibus ardet.

Sed respexit Silius Maroniana illa, ut solet, in Georgicis,

Nonne vides, cum praecipiti certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus;

Cum

Et, ni successu nimio laetoque pavore
Proditus elapso foret inter verba flagello,
Forsan sacrasset Zephyro, quas voverat, aras.
Tum vero infelix, veluti delapsa corona
Victoris capiti foret, in se versus ab ira,
Auratam medio discindit pectore vestem,
Ac lacrimae simul & questus ad sidera fusi.
Nec jam subducto parebat verbere currus.
Pro stimulis dorso quatiuntur inania lora.
Interea metis, certus jam laudis, agebat
Sese Panchates, & praemia prima petebat
Arduus. effusas lenis per colla per armos
Ventilat aura jubas: tum, mollia crura superbi
Attollens gressus, magno clamore triumphat.
Par donum solido argento caelata bipennis
Omnibus,

Cum spes arrectae juvenum, exsultantiaque haurit
Corda pavor pulsans. illi instant verbere torto.

quod cum scriberet, Lucretianum illud cogitabat lib. III. de corde, *Hic exsultat enim pavor ac metus.* Videtur enim *pavor* esse aliquid medium inter spem metumque. Juvenal. Sat. VI.

Abditus interea latet & secretus adulter,
Impatiensque morae pavet.

ita tres codices scripti, quibus sum usus, non *silet.* apertius aliquando in passione B. Perpetuae, insigni antiquitatis monumento, ubi agitur de munere amphitheatrali, *Processerunt de carcere in amphitheatrum, quasi in coelum, hilares, gaudio paventes, non timore. pavorem* & infra habes apud nostrum vers. 514.

——— *quascumque reliquit,*
Hinc labor, hinc penetrans pavor in praecordia vires.

laetus pavor supra est lib. III.

It membris gelidus sudor, laetoque pavore
Promissa evolvit noctis.

pari modo *laetus horror* Statio Theb. I.

Obtutu gelida ora premit, laetusque per artus
Horror iit.

laetum pudorem non dissimili modo Papinius dixit Silvarum V. Patris epicedio vers. 218.

——— *heu quali confusus gaudia fletu,*
Vota piosque metus inter laetumque pudorem.

qui locus huic illustrando egregie facit. Statius Epithal. Stellae,

Tu tamen attonitus (quamvis data copia tantae
Noctis) adhuc optas, permissaque numine dextro
Vota paves.

Sic scribe, non *promissaque.* vide, quae illic annotamus. hic *laetus* erat *pavor*, quia jam sponsus & voti compos, tamen non desinebat optare. Elegans descriptio laeti hujus pavoris apud Stat. Theb. VI. vers. 3c2. & seqq. sic vers. 8c2. *alio puer improbus ictu Perculit, eventuque impalluit ipse secundo.* N. HEINSIUS. Quemadmodum hic *pavorem laetum* vocat Silius, ita *pavidae menti gaudium* tribuit Petron. Sat. cap. LXXXIX.

Mentisque pavidae gaudium lacrimas habet.

pavor autem frequens in re Circensi. Virgil. V. Aen. vers. 575.

Excipiunt plausu pavidos, gaudentque tuentes
Dardanidae.

Eleganter Horat. lib. I. epist. VI. vers. 7.

Ludicra quid, plausus, & amici dona Quiritis?
Quo spectanda modo, quo sensu credis, & ore?
Qui timet his adversa, fere miratur eodem,
Quo cupiens, pacto. pavor est utrique molestus,
Improvisa simul species exterret utrumque.
Gaudeat, an doleat, cupiat, metuatve, quid ad rem?
Si, quidquid vidit melius pejusve sua spe,
Defixis oculis animoque & corpore torpet.

v. 433. *Elapso inter verba flagello*] Quod hic laetus pavor & animi quasi externatio propter nimis prospera, illud iratus Diomedi Apollo facit apud Homer. Il. Ψ. vers. 382.

Καί νυ κεν ἢ παρέλασσ', ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν,
Εἰ μὴ Τυδέος υἱι κοτέσσατο Φοῖβος Ἀπόλλων,
Ὅς ῥά οἱ ἐκ χειρῶν ἔβαλεν μάστιγα φαεινήν.
Τοῖο δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν χύτο δάκρυα χωομένοιο,
Οὕνεκα τὰς μὲν ὅρα ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον ἰούσας,
Οἱ δέ οἱ ἐβλάφθησαν ἄνευ κέντροιο θέοντες.

Et certe vel praetervertisset, vel dubiam victoriam fecisset, nisi Tydei filio iratus fuisset Phoebus Apollo, qui ei e manibus excussit scuticam splendidam. Ejus vero ex oculis effusae sunt lacrimae indignantis, quod illas quidem videret jam etiam multo celerius euntes, sui vero malo divinitus immisso retardarentur sine stimulo currentes.

v. 437. *Discindit pectore vestem*] *perscindit* Parmensis. an *praescindit?* quod verbum supra quoque habuimus. N. HEINSIUS. *perscindit* etiam Romana princeps & Mediolanensis. Sed nihil muto.

v. 446. *Par donum solido argento caelata bipennis Omnibus*]

Omnibus, at vario distantia cetera honore.
Primus equum volucrem, Massyli munera regis
Haud spernenda, tulit: tulit huic virtute secundus
E Tyria, quae multa jacet, duo pocula, praeda,
Aurifero perfusa Tago. villosa leonis
Terga feri, & cristis horrens Sidonia cassis
Tertius inde honor: & postremo munere Atlantis,
Quamvis perfracto senior subsederat axe,
Accitum donat ductor, miseratus & aevum
Et sortem casus. famulus florente juventa
Huic datur, adjuncto gentilis honore galeri.

. His

Omnibus] Non victoribus solum, sed etiam omnibus, qui cursu certarent, proponit Aeneas praemium duo jacula & argento caelatam bipennem, deinde etiam victoribus alia propria, apud Maron. v. Aen. vers. 305.

Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnossia bina dabo levato lucida ferro
Spicula caelatamque argento ferre bipennem.
Omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi
Accipient.

v. 447. *At vario distantia cetera honore*] at Coloniensis. N. HEINSIUS. Ad marginem etiam editionis Romanae principis emendatur manu docta *at vario distantia.*

v. 448. *Primus equum volucrem*] Recte Silius illi, qui curuli certamine vicerat, equum praemium proposuit, quemadmodum Homerus equam uterum gerentem Iliad. Ψ. vers. 265.

——— ἀτὰρ αὖ τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν
Ἑξέτε', ἀδμήτην, βρέφος ἡμίονον κυέουσαν.

Secundo autem deinde equam posuit sexennem, indomitam, fetum mulum utero gestantem. Idem praemium primo eorum, qui cursu vicerant, ferre dedit Aeneas apud Maron. v. Aen. vers. 310.

Primus equum phaleris insignem victor habeto.

& Adrastus apud Stat. vi. Theb. vers. 643.

Finiti cursus, operumque insignia praesto;
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas.

Gladiatoribus Scipio simile praemium tribuit infra vers. 555.

Nec non argenti, nec non insignia vestis
Captivae pretia, & sonipes & crista.

Laelio etiam vers. 582.

Et frater thoraca tulit multiplicis auri;
Laelius Asturica rapidos de gente jugales.

v. 449. *Virtute secundus*] Virgil. dixit v. Aen. vers. 258.

At qui deinde locum tenuit virtute secundum.

Porro in Oxon. & Putean. codice, ut & editionibus Marsi erat,

Haud spernenda tulit, tulit hinc virtute secundus.

non *huic*. Neque aliter etiam erat in editionibus Romana principe & Mediolanensi, nisi quod in illis librariorum errore alterum *tulit* omittatur. in priori autem ad marginem manu docta emendatum vidi,

Haud spernenda tulit, hinc, qui virtute secundus.

v. 450. *Duo pocula*] Pariter Statius ei, qui quadrigis victoriam obtinuerat, poculum, ex quo Hercules olim post victorias bibere solebat, donum dedit, lib. vi. Theb. vers. 531.

Huic pretium palmae gemini cratera ferebant
Herculeum juvenes. illum Tirynthius olim
Ferre manu sola, spumantemque ore supino
Vertere, seu monstris victor, seu Marte, solebat.

Ei, qui caestus certamine victus erat, Homer. Iliad. Ψ. vers. 656.

Τῷ δ' ἄρα νικηθέντι τίθει δέπας ἀμφικύπελλον.

At victo posuit poculum rotundum. Ei, qui cursu victor evaserat, idem Iliad. Ψ. vers. 740.

Πηλείδης δ' αἶψ' ἄλλα τίθει ταχυτῆτος ἄεθλα,
Ἀργύρεον κρητῆρα τετυγμένον.

Pelides vero statim alia posuit velocitatis praemia, argenteum cratera elaborate factum. Ei, qui jaculandi certamine palmam adeptus erat, Virgil. v. Aen. vers. 535.

Ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis,
Cratera impressum signis; quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.

v. 451. *Aurifero perfusa Tago*] Refer ad pocula, non ad leonis terga. deinde etiam distingue *Sidonia cassis Tertius inde honor.* mox *at*, vel *ast* (nam in Puteaneo legitur *est*) *postremo munere Atlanta Accitum donat. Atlanta*, pro *Atlantis*, ex conjectura est nostra. *Accitum*, pro *Attritum*, codices scripti prae se praeferunt, idque Modio jam laudatum est & Barthio. Sequentia etiam distinctione sunt juvanda. Potes & legere cum Interprete, *Tertius inde honor est. postremo.* N. HEINSIUS.

v. 452. *Cristis horrens Sidonia cassis*] Vide infra vers. 460.

v. 453. *Tertius inde honor: & postremo*] Lege cum Dausquejo & N. Heinsio *Tertius inde honor est; postremo.* Marsus & Martinus Herbipolensis perperam ediderunt *Tertius inde honor est: & postremo.*

v. 454. *Quamvis perfracto senior subsederat axe*] Praeter argenteam bipennem omnibus, etiam victis,

His actis ductor laeta ad certamina plantae
Invitat, positisque accendit pectora donis:
Hanc primus galeam, hac acies terrebat Hiberas
Hasdrubal: hunc ensem, cui proxima gloria cursus,
Accipiet; caeso pater hunc detraxit Hyempsae.
Tertius extremam tauro solabere palmam.
Cetera contenti discedent turba duobus
Quisque ferox jaculis, quae dat gentile metallum.
Fulgentes pueri Tartessos & Hesperos ora
Ostendere simul vulgi clamore secundo.

Hos

ctis, commune donum, Scipio Atlanti victo aliud donum dat, ex imitatione Virgilii, apud quem Aeneas Sergesto, qui, in naumachia in scopulos & rupes invectus, ultimus advenerat, etiam munera dedit lib. v. Aen. vers. 281.

Vela facit tamen, & velis subit ostia plenis;
Sergestum Aeneas promisso munere donat,
Servatam ob navem laetus sociosque reductos.

Etiam Adrastus Polynici, qui pariter curru excussus erat, apud Statium vi. Theb. vers. 549.

v. 455. *Attritum donat ductor*] Scribere malo, quia ita & sententia postulare, & libri jubere videntur, *Accitum donat ductor.* simpliciter enim de casu ejus ita dixit, *perfracto volvitur axe Cernuus.* Et imitatur haud dubie illum Virgilii locum lib. v. de Daretis comitibus, *galeamque ensemque vocati Accipiunt.* MODIUS Novant. Lection. epist. lv. *Accitum donat ductor*, non *Attritum.* ita enim duo codices calamo exarati. Non audebat procedere miser. itaque opus erat, acciri hominem. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. vii.

v. 456. *Et sortem casus*] An *sortem cassam?* N. HEINSIUS.

v. 456. *Famulus florente juventa Huic datur*] Tale praemium infra est vers. 553.

Duxere assuetos lustra exagitare ferarum
Venatu juvenes, quos dat Maurusia praeda.

& vers. 571.

——— *vicinam metae qui propulit hastam,*
Accepto laetus puero discessit Ilerdes.

Victo, loco servi, donatur serva apud Homer. Iliad. Ψ. vers. 704.

'Ανδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκε·
Πολλὰ δ' ἐπίστατο ἔργα· τίον δέ ἑ τεσσαράβοιον.

Viro autem victo mulierem in medio posuit: multorum autem perita erat operum, aestimabantque eam quatuor boum pretio. Virgil. v. Aen. 284.

Olli serva datur, operum haud ignara Minervae,
Cressa genus, Pholoë, geminique sub ubere nati.

Stat. vi. Theb. vers. 548.

Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat; at generum famula solatur Achaea.

Servas victoribus etiam praemium propositas infra docui vers. 569.

v. 458. *Laeta ad certamina plantae*] *lectae* opinor. N. HEINSIUS.

v. 459. *Positisque accendit pectora donis*] Virgil. v. Aen. vers. 292.

Invitat pretiis animos, & praemia ponit.

positis donis est propositis, simplex pro composito. vide supra ad lib. iv. vers. 269.

v. 460. *Primus galeam, hac acies terrebat Hiberas Hasdrubal*] Simile donum ei quoque, qui cursu, sed tertius, vicerat, proponit Aeneas apud Maron. v. Aen. vers. 314.

Tertius Argolica hac galea contentus abito.

ei etiam, qui in curuli certamine tertio loco palmam adeptus erat, Scipio supra vers. 452. *cristis horrens Sidonia cassis Tertius inde honor est.* gladiatoribus vers. 555.

Nec non argenti nec non insignia vestis
Captivae pretia, & sonipes, & crista nitenti
Insurgens cono.

Multo autem splendidior haec galea, quam illa, quae vel supra, vel apud Virgil. memoratur. auget enim ei pretium, quod victi Hasdrubalis gestamen olim fuerit, qualia munera magno olim in honore fuisse supra docui ad lib. xii. vers. 225.

v. 461. *Hunc ensem, cui proxima gloria cursu, Accipiet*] Pusilla res est, sed tamen corrigendum, *cui proxima gloria cursus.* MODIUS Novant. Lection. epist. lv. Scripti *cursus*, non *cursu.* in Oxonio tamen *currus.* N. HEINSIUS. *cursus* etiam probavit, & in contextum recepit, Doctissimus Dausquejus. Porro simile donum memorat Homer. Il. Ψ. vers. 807.

Τῷ μὲν ἐγὼ δώσω τόδε φάσγανον ἀργυρόηλον,
Καλὸν, Θρηΐκιον, τὸ μὲν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων.

Huic quidem ego dabo hunc ensem, argenteis clavis distinctum, pulchrum, Threicium, quem quidem Asteropaeo abstuli.

v. 463. *Tertius extremam tauro solabere palmam*] In simili certamine id praemium ponitur secundo victori apud Homer. Il. Ψ. vers. 750.

Δευτέρῳ αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ.

Secundo autem bovem posuit magnum, & pinguem adipe. Est & praemium infra vers. 550.

Cetera distincto donata est munere turba,
Ut virtus & dextra fuit; tulit ille juvencos,
Impressis dociles terram proscindere aratris.

v. 464. *Discedent turba duobus Quisque ferox jaculis*]

Hos Tyria misere domo patria inclita Gades.
Mox subit , asperfus prima lanugine malas ,
Baeticus: hoc dederat puero cognomen ab amne
Corduba; & haud parvo certamina laeta fovebat.
Inde, comam rutilus, sed cum fulgore nivali
Corporis, implevit caveam clamoribus omnem
Eurytus: excelso nutritum colle crearat
Saetabis, atque aderant trepidi pietate parentes.
Tum Lamus, & Sicoris, proles bellacis Ilerdae,
Et Theron potator aquae, sub nomine Lethes
Quae fluit, immemori perstringens gurgite ripas.
Qui, postquam, arrecti plantis & pectora proni,
Pulsantesque aestu laudum exsultantia corda,
Accepere tuba spatium, exsilucre per auras
Ocius effusis nervo exturbante sagittis.

Diversa

lis] *dijcedens* Colon. N. HEINSIUS. Et hoc praemium memoratur apud Maron. v. Aen. vers. 306.

Cnossia bina dabo levato lucida ferro
Spicula.

v. 468. *Hos Tyria misere domo patria inclita Gades Baeticus*] Diu hic, ut ad scopulum, haesi. nam & deesse versum videbam, & eum, quem MS. liber suggerebat hoc modo,

Hos Tyria misere domo patria inclita Gades.
Mox subit Asperus prima lanugine malas
Baeticus.

Hunc, inquam, versum, etsi omnino huc necessarium, menda tamen non carere videbam, nec, quid facerem, habebam; nisi quod mirabar, tertio huic duo nomina dari, cum reliquis singula essent. Ad hoc, *Asperus* an esset nomen Hispano conveniens, dubitabam. nam quod, qui *Aspar* Poenis, hunc *Asperum* a poeta vocitatum quis dicat, id aliis locis confutatur, quibus omnibus sua exteris nomina, ut sunt cuique genti & linguae peculiaria, absque ulla ad Romanum idioma detorsione, integra tribuit. Tandem venit in mentem, non proprium esse hoc nomen, ut male quidam putarunt, quod dicatur versu sequenti Baetico cognomen ab amne fuisse, sed vocem mendosam, quae mutanda esset in *aspersus*, hoc modo,

Mox subit, aspersus prima lanugine malas,
Baeticus.

Erroris igitur fons hic est; primum quod in multis libris veteribus, maxime litera Longobardica scriptis, *r* ab *s* scriptura nihil quidem differat: dein quod multi item scriptores superioribus seculis eandem literam geminare non consueverint; unde factum scilicet, ut, cum *asperus* sive *aspesus* (utrumque enim, ut diximus, ex vetusta scribendi ratione colligi poterat) exaratum invenissent, qui omnino nomen hoc viro proprium esse debere persuasum habebant, *Asperus* illud ex eo in nostras membranas retulerint. MODIUS Novant. Lection. epist. LV. Versus hic a Modio retractus ex Coloniensibus, totidem verbis etiam in Oxoniensium membranis exstat, ut de ingenuitate non sit dubitandum. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. Hunc versum,

Mox subit aspersus prima lanugine malas,

ex scriptis codicibus addidimus, a Modio jam ex membranis Coloniensibus prolatum. neque aliter ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS.

v. 470. *Hoc dederat puero cognomen ab amne*] Lege *patrio ab amne*. infra vers. 527. N. HEINSIUS.

v. 471. *Haud parco certamine laeta fovebat*] Scribunt membranae eaedem, *haud parvo certamina laeta fovebat*. & placet: ut *parvo* positum sit, ut in illo, *Stat mihi non parvo virtus mea*, nisi quis apud nostrum legere malit, *haud parce certamina laeta fovebat*. quod, ut verum fatear, prae isto mihi utile est. MODIUS Novant. Lection. epist. LV. Membranae *parto certamine*. scribendum *parco*. non erat parca in exornando puero, ut certamine contendere cum ceteris Corduba videretur. Haec est genuina explicatio. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. Modius ex Coloniensi *haud parvo certamina laeta fovebat*, ut in illo, *Stat mihi non parvo virtus mea*. Tentat etiam *haud parce certamina laeta fovebat*. Barthius mavult *parco certamine*. N. HEINSIUS. Voces *parvus* & *parcus* alibi etiam commutantur. vide supra ad lib. I. vers. 680.

v. 474. *Eurythus.*] Varie hoc nomen in antiquissimis editionibus scribitur, modo *Eurythus*, modo *Euritus*, modo *Eurytus*; quod ultimum probat Illustrissimus Heinsius infra vers. 490. Simili modo *Eurytion*, omissa aspiratione, apud Maron. frequens est lib. v. Aen. ut vers. 495. & alibi *Eurytus* & *Eurytion* etiam apud Valer. Flacc. memorantur.

v. 475. *Setabis.*] Cum diphthongo scribendum *Saetabis*, supra docuit N. Heinsius ad lib. III. vers. 374. eamque Coloniensis codicis scripturam esse monuit, unde tamen hic nihil varietatis annotatur.

v. 479.

Diversa & studia & clamor, pendentque faventes
Unguibus; atque suos, ut cuique est gratia, anheli
Nomine quemque cient. grex inclitus aequore fertur,
Nullaque tramissa vestigia signat harena.
Omnes primaevi, flaventiaque ora decori,
Omnes ire leves, atque omnes vincere digni.
Extulit, incumbens medio jam limite, gressum
Eurytus, & primus brevibus, sed primus, abibat
Praecedens spatiis. instat non segnius acer
Hesperos, ac prima stringit vestigia planta
Progressae calcis. satis est huic esse priori;
Huic sperare sat est, fieri se posse priorem.
Aerius hoc tendunt gressus, animique vigore
Corpora agunt. auget pueris labor ipse decorem.
Ecce, levi nisu postremoque agmine currens,

Postquam

v. 479. *Et corpora proni*] *pectora* ex Puteaneo. N. HEINSIUS. Ita & Mediolanensis editio. Infinitis locis librarii has voces inter se commutarunt. supra lib. x. vers. 608. ubi recte editur, *occulto perfundit pectora metu*, male in Puteaneo, erat *corpora*. alia exempla videantur apud Barthium ad Statii VII. Theb. vers. 542. Gronov. ad Senec. Oedip. vers. 1056. N. Heinsium ad Nason. remed. Am. vers. 401. ad II. Metam. vers. 663. IV. Metam. vers. 352. Claudiani I. de rapt. Proserp. vers. 46. Broekh. ad Propert. IV. eleg. VII. vers. 64. & Bentlej. ad Horat. I. sermon. ecl. III. vers. 34.

v. 483. *Pendentque faventes Unguibus*] Scio, quomodo Interpres haec intelligi velit; mihi tamen de mendo sunt suspecta, & corrigo *pendentque faventes Vocibus*. In Puteaneo, pro *anheli*, est *laudi*. Fortasse *blandi*. N. HEINSIUS.

v. 485. *Grex inclitus aequore fertur*] Scribendum *grex incitus*, vel invitis membranis antiquis. *hasta incita* infra vers. 585. *silex incitur* lib. I. vers. 491. *incita agmina* lib. I. vers. 497. *incita ungula* lib. II. vers. 174. *incita membra* lib. II vers. 248. N HEINSIUS.

v. 486. *Nullaque tramissa vestigia signat harena*] Supra lib. III. vers. 308.

——— certant pennae, campumque volatu
Cum rapuere, frustra pedum vestigia quaeras.

lib. IV. vers. 47.

Tenuia vix summo vestigia pulvere signat.

ubi plura vide.

v. 490. *Eurythus*] In Coloniensi *Euritus*. lege *Eurytus*. N. HEINSIUS. Vide supra ad vers. 473.

v. 490. *Primus brevibus, sed primus, abibat Praecedens spatiis*] Supra vers. 347.

Proximus, a primo distans, quantum aequore currus
Occupat ipse, loci tantum; sed proximus ibat
Astur Panchates.

Virgil. V. Aen. vers. 320.

Proximus huic, longo sed proximus intervallo,
Insequitur Salius.

Cicero in Bruto cap. XLVII. *Duobus igitur summis, Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo, tamen proximus.* Quinctil. lib. V. Instit. Orator. cap. XII. *Potentissimum putat, si sit vir optimus. Quod ut optimum est, ita longe quidem, sed sequitur tamen, videri.*

v. 493. *Progressae calcis.*] *Praegressae*, ni fallor. aliter tamen libri veteres. N. HEINSIUS. Manil. lib. V vers. 232.

Cernis, ut ipsum etiam sidus venetur in astris:
Praegressum quaerit leporem comprendere cursu.

Ita saepe erraruut librarii. vide infra ad lib. XVII. vers. 56. Expressit autem Silius illud Maron. V. Aen. vers. 324.

Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores

v. 493. *Satis est huic esse priori*] Malo *ire priori*, quam *esse*, etsi minimum refert. N. HEINSIUS. Ita mox vers. 501.

——— credas Cyllenida plantam
Aethereo nexis cursu talaribus ire.

Statius V. Theb. vers. 486.

Hunc ipsum fracto curru deturbat, & isset
Ante Chromis.

& vers. 595. *volucres isdem modo tardius arvis Ire videntur equi.* Alibi etiam hae voces turbantur. vide supra ad libr. XV. vers. 151.

v. 495. *Animique vigore Corpora agunt, auget pueris labor ipse decorem*] Animus *imperator corporis* vel a Sallustio dictus. eo alludit Silius. de labore augente pulchritudinem Heliodorus in pompa Theagenis Delphica. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Ovid. X. Metam. vers 589.

—— —— tamen ille decorem
Miratur magis; & cursus facit ipse decorem.

Vide supra ad lib. XIV. vers. 510.

v. 497. *Ecce levi nisu*] Dausquejus, apud quem operarum errore *leni nisu* editur, monet scriptum oportuisse *levi cursu*. Sed male. sequitur enim mox *postremoque agmine cursus*, vel *currens*, ut viri docti

Postquam sat visus sibi concepisse vigoris,
Celsus inexhaustas effundit turbine vires
Non exspectato, subitusque erumpit, & auras
Praevehitur Theron. credas Cyllenida plantam
Aethereo nexis cursu talaribus ire.
Jamque hos, jamque illos, populo mirante, relinquit:
Et, modo postremus, nunc ordine tertia palma,
Hesperon infestat sua per vestigia pressum.
Nec jam quem sequitur tantum, sed prima coronae
Spes trepidat tantis venientibus Eurytus alis.
Quartus sorte loci, sed, si tres ordine servent
Inceptos cursus, nequidquam vana laborans,
Tartessos fratrem medio Therone premebat.

Nec

emendarunt.

v. 497. *Postremoque agmine cursum Postquam sat visum sibi concepisse vigoris*] Emendandum ex fide membranarum,

——— postremoque agmine current ,
Postquam sat visus sibi concepisse vigoris.

MODIUS Novant. Lection. epist. LV. *currens* cum Modio & scriptis, & mox *Postquam sat visus*, non *visum*. N HEINSIUS. Oxon. codex *currus*; & mox *visu*. proxime veram lectionem.

v. 500. *Subitusque erumpit ad auras , Praevehitur*] Levicula correctio juvabit hunc locum, *subitusque erumpit , & auras Praevehitur* , certa correctione. sic enim supra vers 335.

Callaicus Lampon fugit , atque ingentia tranat
Exsultans spatia , & ventos post terga relinquit.

Firmaturque ex eo, quod mox de eodem Therone ait,

——— credas Cyllenide planta
Aetherео nexis cursu talaribus ire.

BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. Ex Coloniensi, *subitusque erumpit , & auras Praevehitur Theron.* quomodo & Interpres conjecerat, & approbavit Barthius. N. HEINSIUS. Ita Manil. lib. v. vers. 79. *Vincentem pedibus ventos.* Vide Barth. ad Statii VI. Theb. vers. 310. & huc refer illud *ocior Euro , ventis , fugere , volare*, apud poetas frequentissimum. Insuper Oxon. codex *Thero*, omisso *n*. vide supra vers 335.

v. 501. *Credas Cyllenida planta ire*] Scribo *Cyllenide planta*, ut apud Ovid. *Cyllenide confodit harpe*; nam Mercurii est, ventos celeritate praeire. Papinius,

Portantes praecede notos , Cyllenia proles.

BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VIII. ex scriptis & primis editionibus *Cyllenida plantam.* vidit & hoc Interpres. *Cyllenide planta* Barthius. N. HEINSIUS. Pessime omnium Mediolanensis & Romana princeps editio *Cyllenia planta.* Optime viri docti *Cyllenida plantam* emendarunt, & ita est in Wolfii Basileensi, ut & in commentariis Marsi, apud quem perperam operae in contextu *Cyllenida planta* ediderunt. Barthio *Cyllenide planta* reponenti minus assentior, tum quod hanc lectionem nulli libri habeant, tum quod continuus sex ablativorum concursus locum obscurum reddat.

v. 503. *Jamque illos , populo mirante , relinquit*] id est, praetervehitur. Stat. VI. Theb. vers. 309. *stupuere relicta Nubila. post terga relinquere* dixit Silius supra vers. 336. aliique.

v. 504. *Nunc ordine tertia palma*] *palma* hominem vincentem notat. Ausonius, *Tertia palma ego sum.* Ita *triumphum* ipsam Palladem dixit Manil. lib. IV. vers. 136. ut Jos. Scaliger & Albericus Gentilis interpretantur. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Infra vers. 573.

Tertia palma habuit geminos insignis Aconteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum.

Virgil. v. Aen. vers. 339.

Post Helymus subit , & nunc tertia palma Diores,

quem Silius imitatus est. Manil. lib. I. vers. 785.

Fabricius Curiusque pares & tertia palma
Marcellus.

Eadem locutione *mora* ponitur pro eo, qui moratur, *principium* pro eo, unde quid principium ducit, *spes* pro eo, qui sperat. vide, quae dixi ad lib. VIII. vers. 33. lib. XV. vers. 748. & lib. XVI. vers. 506. Contra *palmam* etiam vocavit Silius eum, de quo restabat reportanda victoria lib, IV. vers. 392.

Ultima restabat fusis jam palma duobus
Virbius.

v. 506. *Nec jam quem sequitur tantum*] *consequitur tantum*, diu est, quod scribendum vidi, quamquam euntibus in contraria membranis antiquis. quae sequuntur, *tantis venientibus Eurytus alis*, etiam mendosa sunt. Putabam aliquando *tantis eventibus Eurytus ales. eventibus* , ut *successibus*. N. HEINSIUS. *quem sequitur* non puto mutandum in *consequitur*. Receptae enim lectionis sensus est; Theron, qui, modo postremus, nunc ordine tertius currebat, tanta celeritate modo hos, modo illos post terga reliquerat, ut non Hesperos tantum,

quem.

Nec patiens ultra tollit sese aequore Theron
Igneus, & plenum praetervolat Hesperon irae.
Unus erat super, & metae propioribus aegros
Urebat finis stimulis: quascumque reliquit
Hinc labor, hinc penetrans pavor in praecordia vires,
Dum sperare licet, brevia ad conamina uterque
Advocat. aequantur cursus: pariterque ruebant.
Et forsan gemina meruissent praemia palma,
Pervecti simul ad metas, ni, terga secutus
Theronis, fusam late per lactea colla
Hesperos ingenti tenuisset saevus ab ira,
Traxissetque comam. tardato laetus ovansque
Eurytus evadit juvene, atque ad praemia victor
Emicat,

quem nullo medio proxime sequebatur, sed & Eurytus ordine primus timeret, ne ab eo vinceretur.

v. 506. *Prima coronae Spes trepidat*] Id est, is, qui se primum praemium victoriae consecuturum sperabat. Stat. VI. Theb. vers. 327.

Oebalios sublimis agit spes proxima palmae
Amphiaraus equos.

ubi vide Barthium, & quae supra notavi ad vers. 504. *corona* autem est praemium quodcumque. Virgil. V. Aen. vers. 355. *primam merui qui laude coronam.* Quae proxime sequuntur, mihi quoque suspecta sunt: nihil verosimilius tamen occurrit, quam quod Heinsio placuit *tantis eventibus Eurytus ales.* Vir Illustrissimus olim etiam ad oram libri conjecerat *tactus venientibus Eurytus alis.* sed prius malo.

v. 510. *Fratrem medio Therone premebat*] *Therona* scripti. male. Tartessos enim & Hesperos fratres. N. HEINSIUS.

v. 513. *Metae propioribus aegros Urebat finis stimulis*] *Urebat limes* opinor. unum ex septem spatiis. N. HEINSIUS. Nihil muto. *metae finis* est meta, quae cursui finem imponit, ultima meta. Infra vers. 559. *metae certarunt vincere finem. finis* simpliciter pro meta est apud Maron. V. Aen. vers. 327.

Jamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
Finem adventabant.

Statius VI. Theb. vers. 614. *fraudique accommoda sensit Tempora jam finem juxta. finis metae*, quoniam ultimum spatium decurrebant. *novissimam metam* dicit Ovid. X. Metam. vers. 597.

Dum notat haec hospes, decursa novissima meta est.

v. 517. *Aequatur cursus*] *Aequantur* scripti & primae editiones. N. HEINSIUS. Primus Marsus veram lectionem corrupit, quem alii omnes editores secuti sunt.

v. 520. *Fusam late per lactea colla*] Pariter fingit Stat. VI. Theb. vers. 614.

Inde dolum juvenis fraudique accommodo sensit
Tempora, jam finem juxta, dum limina victor
Parthenopaeus init. correpto crine reductum
Occupat, & longae primus ferit ostia metae.

Ad quem locum Barthius Silium imprudentiae accusat, quod laesum per dolum non fecerit restitui, aut saltem, ut apud Statium, ex integro cum adversario decurrendi copiam accipere. Sed secutus in eo est Silius Maronem, qui V. Aen. vers. 327. fingit, Nisum, qui primus currebat, sanguine, qui humi fusus erat, prolapsum fuisse, dumque sequenti Salio se opponeret, eoque dolo is pariter prolaberetur, Euryalum Nisi amicum primam palmam obtinuisse. Nec tamen vel Salius restituitur, vel ex integro cum Euryalo decurrit; sed Aeneas ei praemium extra ordinem tribuit, quod apud Silium Scipio Theroni non dedit: cujus differentiae haec ratio, quod Aeneas apud Maron. his, qui cursu certabant, duo tantum praemia proposuerit, Saliusque Nisi dolo omni palma spoliatus fuerit. Apud Silium vero Theron dolo Hesperi primum praemium amisit, secundum obtinuit. Silius itaque hanc ob caussam incauti nomen meruisse non videtur.

v. 522. *Tardato laetus ovansque Eurytus evadit juvene*] Si scripti accederent, legerem *tardatum evadit juvenem.* sic supra lib. I. vers. 595.

Hunc postquam Boreae dirum evasere furorem.

lib. VII. vers. 72.

Et captiva paras moriendo evadere vincla.

lib. IX. vers. 113. *si evadere detur Huic nostras impune manus.* ubi male olim pari errore *nostra manu* legebatur. lib. X. vers. 419.

——— *arma parabant*
Punica & Hannibalem mutato evadere coelo.

lib. XII. vers. 502. *clausos milite colles Evasi victor.* lib. XIV. vers. 172. *tu letum evadere nobis Das prior.* & vers. 226. *evasit hostem.* lib. XIV. vers. 164. *puppes Ausonium evasere latus.* vers. 593. *Divosque evadit iniquos.* & alibi saepe. Ita & Virgil. IX. Aen. vers. 386. *imprudens evaserat hostes.* qui etiam multus est in hac constructione. Statius VI. Theb. vers. 447. *evaditque parumper Gavisos.* Vide Gifan. Ind. Lucret. voce *Exire.* Nunc, cum scripti stent pro vulgato, nihil temere muto.

v. 523. *In proelia victor Emicat*] Quanto melius

 vetus.

Emicat, & galeae fert donum insigne coruscae.
Cetera promisso donata est munere pubes,
Intonsasque comas viridi redimita corona
Bina tulit patrio quatiens hastilia ferro.
Hinc graviora virûm certamina, comminus ensis
Destrictus, bellique feri simulacra cientur.
Nec, quos culpa tulit, quos crimina noxia vitae,
Sed virtus animusque ferox ad laudis amorem,
Hi crevere pares ferro; spectacula digna
Martigena vulgo, suetique laboris imago.
Hos inter gemini (quid jam non regibus ausum?
Aut quod jam regnis restat scelus?) impia Circo
Innumero fratres, cavea damnante furorem,
Pro sceptro armatis inierunt proelia dextris.
Is genti mos dirus erat: patriumque petebant

Orbati

vetus optimusque *ad praemia?* quae enim restare poterant proelia, illo tardato, qui solus ancipitem ei palmam & dubiam facturus videbatur? MODIUS Novant. Lect. Epist. LV. *ad praemia* Modius ex Coloniensi; *ad proelia* Parmensis. N. HEINSIUS. *ad proelia* etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Martini Herbipolensis editio: in editionibus Marsi, omissa praepositione, *proelia* legitur. Primus Nicander in Juntina *in proelia* dedit. Sed recte viri docti ex Colon. *ad praemia* emendarunt. neque aliter erat etiam in Oxoniensibus membranis. pari errore supra peccatum est lib. IX. vers 206.

Electos optare dabo inter praemia campos.

ubi male *proelia* editur.

v. 528. *Ensis Districtus*] *Destrictus*, & sic Parmensis editio. N. HEINSIUS. *Destrictus* omnes ante Nicandri Juntinam. vide infra ad lib. XVII. vers. 166.

v. 529. *Bellique feri simulacra cientur*] Expressum ex Maron. V. Aen. vers. 585.

——— *pugnae cient simulacra sub armis.*

Vide supra ad lib. VII. vers. 119.

v. 530. *Nec quos culpa tulit*] Nam, ut refert Livius lib. XXVIII. cap. I. *Gladiatorium spectaculum fuit, non ex eo genere hominum, ex quo lanistis comparare mos est, servorum delectu ac liberorum, qui venalem sanguinem habent: voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. nam alii missi ab regulis sunt ad specimen insitae genti virtutis ostendendum: alii ipsi professi, se pugnaturos in gratiam ducis: alios aemulatio & certamen, ut provocarent, provocatique non abnuerent, traxit: quidam, quas disceptando controversias finire nequierant, aut noluerant, pacto inter se, ut victores res sequeretur, ferro decreverunt.*

v. 530. *Crimina noxia vitae*] Malim *crimine noxia vita*. N. HEINSIUS.

v. 532. *Decrevere pares ferro*] *Decernere ferro* est pugnare, certare. in MS. Oxoniensi prodigiosa lectio est *Hyscrevere pares.* unde suspicor scribendum *Discrevere pares ferro.* qui enim alioqui pares habebantur, certamine illo virtute spectata alter alteri praelatus est. Verissima ea est emaculatio: & eam alludit poeta infra,

Cetera distincto donata est munere turba,
Ut virtus & dextra fuit.

BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *Hi crevere pares ferro* in scripto. optime, Maroniano exemplo. nisi mavis *Hic crevere.* nam Oxoniensis *His crevere.* Parmensis editio *Ii crevere. cernere ferro* pro decernere apud Maronem Aeneidos XII. agnoscit, & scribendum docet Seneca illo versu, 709.

Inter se coiisse viros & cernere ferro.

pro quo *decernere* scripti editique magnam partem constanter, ut illic dicemus. Barthius *Discrevere pares*, cum in Oxonio invenisset *Hyscrevere.* quam emendationem verissimam vocat, ego falsissimam vocare non dubitem. N. HEINSIUS. Romana princeps & Mediolanensis editio *Ii crevere.* in editionibus Marsi est *Decrevere*, ex commentario tamen patet, aliter eum legisse. τὸ *crevere* enim exponit *certavere*, porroque notat, Virgilium *cernere* & *decernere ferro*, id est, pugnare dixisse. Optime autem N. Heinsius *Hi crevere* reposuit. Sic Sallust. in bell. Catil. cap. LIX. *Appellat, hortatur, rogat, uti meminerint, se contra latrones inermes pro patria, pro liberis, pro aris, atque focis suis cernere.* Ita scribendum docuerunt viri docti: vulgo *certare*, *pugnare*, *decernere*, verae lectionis glossemata, in contextum irrepserant. Quinctil. X. Instit. Orat. cap. I. pag. 591. *Nos vero armatos stare in acie, & summis de rebus cernere, & ad victoriam niti decet.* Claudian. I. in Eutrop. vers. 237.

——— *secum petulans amentia cernit.*

ita enim ex codice MSto, pro *certat*, scribit Zinzerl. in Prom. crit. cap. III. quamvis non probante Barthio. Plura vide apud doctos Commentatores ad Maron. XII. Aen. vers. 709. Lambin. ad Lucret.

Orbati solium lucis discrimine fratres.
Concurrere animis, quantis confligere par est,
Quos regni furor exagitat: multoque cruore
Exsatiata simul portantes corda sub umbras
Occubuere. pari nisu per pectora adactus
Intima descendit mucro: superaddita saevis
Ultima vulneribus verba; &, convicia volvens,
Dirus in invitas effugit spiritus auras.
Nec manes pacem passi. nam corpora junctus
Una cum raperet flamma rogus, impius ignis
Dissiluit, cineresque simul jacuisse negarunt.
Cetera distincto donata est munere turba,
Ut virtus & dextra fuit. duxere juvencos,
Impressis dociles terram proscindere aratris:
Duxere assuetos lustra exagitare ferarum

Venatu

cret. lib. IV. vers. 969. Gifan. in indice Lucret. voce *Cernere*, Gronov. ad Livii lib. VII. cap. IX. N. Heinsium ad Tibull. IV. carm. I. vers. 103. & Keuchen. ad Nepot. Miltiad. cap. IV.

v. 533. *Martigena vulgo*] *Vulgus* omnem populum denotat. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 534. *Hos inter gemini*] *Quos* malim. N. HEINSIUS. Tragicum hoc duorum fratrum de regno contendentium certamen referunt etiam Livius lib. XXVIII. cap. XXI. & Valer. Max. lib. IX. cap. XI. ex. ext. I. a quibus tamen in eo dissentit Silius, quod illi majorem natu victorem evasisse dicant; hic utrumque eo certamine occubuisse fingat, ut eorum discordiam per omnia illi Thebanorum comparare posset. quin & in eo dissentiunt, quod Silius eos *fratres geminos* dicat; modo laudati historici alterum altero natu minorem vocent, ut innuere videantur, eos non eodem partu editos esse, qui proprie *gemini* vocantur: quin & Livius eos *fratres patrueles* appellat, & natu majorem *robore*, minorem *flore aetatis* confisum dicit. Sed de loco Livii consule Barthium ad Statii XI. Theb. vers. 500. Porro observa hic apud Silium *gemini fratres*. Verba enim sunt Quinctil. IX. Instit. Orat. cap. IV. *Quaedam ordine permutato fiunt supervacua, ut* fratres gemini: *nam si praecesserint* gemini, fratres *addere non est necesse*. Verum ita supra etiam habes *tergemini fratres* lib. IV. vers. 357.

Tergemini primam ante aciem fera proelia fratres
Miscebant.

Et ita etiam alios praeter poëtas locutos fuisse docet J. G. Vossius IV. Instit. Orat. cap. II. §. 5.

v. 534 *Quid jam non regibus ausum? Aut quod jam regni restat scelus?*] Lego *regnis*. nullum scelus est iam immane, quod regnandi gratia non admittatur. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. Malim *quidnam non regibus ausum? Aut quodnam regnis restat scelus?* *regnis* in Puteaneo, *quod jam regnis* Barthius quoque. in Oxonio *regnus*. N. HEINSIUS. *quidnam non regibus ausum* Marsi Veneta posterior & Parisina, in Veneta priore erat *quidam non regibus*. τὸ *jam* & *nam* saepe librarii confuderunt. vide supra lib. II. vers. 242.

v. 541. *Multoque cruore Exsatiata corda*] *multumque cruore* malim. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Pariter enim supra loquitur Silius lib. VII. vers. 534.

Detergete situm ferro, multoque cruore
Exsatiate, viri, plenos rubiginis enses.

Mox, pro *sub umbras*, editiones priscae *sub umbris*. sed male. supra lib. XI. vers. 257.

——— *mihi fama sub umbras*
Te feret oppressum Capuae cecidisse ruinis.

ubi vide notata.

v. 547. *Nam corpora juncta Una cum raperet flamma rogus*] Plane legendum *corpora junctus cum raperet rogus*. MODIUS Novant. Lect. epist. LV. *junctus* cum Modio scripti. Interpretem non audimus. accedit scriptis & editio Parmensis. Vide lib. IX. vers. 641. N. HEINSIUS. Antiquissimae etiam, quas consului, editiones *junctus* habent, quod primus mutavit Wolfius in Basileensi. *junctus rogus* autem non est duplex, vicinus rogus, sed idem, conjunctus. vide supra ad lib. IX. vers. 641. Caussa corrumpendi locum fuit vitiosa nonnullarum editionum distinctio; non enim post vocem *impius*, sed τὸ *rogus*, interpungi debet, ut *impius* ad sequens *ignis* referatur.

v. 548. *Impius ignis Dissiluit*] Silius ad Polynicis & Eteoclis historiam respicere recte monuit Dausquej. quem vide. Addenda autem sunt, quae notarunt Ciofan. & Boeff. ad Nason. Ibin vers. 35.

v. 551. *Duxere juvencos*] Vide supra ad vers. 463.

v. 552. *Impressis dociles terram proscindere aratris*] Silius imitatus videtur ea Lucretii lib. V. vers. 210.

——— *terram pressis proscindere aratris.*

v. 554.

Venatu juvenes, quos dat Maurusia praeda.
Nec non argenti, nec non insignia vestis
Captivae pretia, & sonipes, & crista nitenti
Insurgens cono, spolia exuviaeque Libyssae.
Tum jaculo petiere decus, spectacula Circi
Postrema, & metae certarunt vincere finem
Burrus avis pollens, quem misit ripa metalli,
Qua Tagus auriferis pallet turbatus harenis,
Et Glagus, insignis ventos anteire lacerto,
Et, cujus numquam fugisse hastilia cervi
Praerapida potuere fuga, venator Aconteus,
Indibilisque, diu laetus bellare Latinis,
Jam socius, volucresque vagas deprendere nube
Assuetus jaculis, idem & bellator, Ilerdes.
Laus Burri prima, insixit qui spicula metae;
Est donum serva, albentes invertere lanas
Murice Gaetulo docta. at, quem proxima honorant
Praemia, vicinam metae qui propulit hastam,
Accepto laetus puero discessit Ilerdes,

Cui

v. 554. *Juvenes*] Vide supra ad vers. 455.

v. 556. *Et sonipes*] Vide supra ad vers. 448.

v. 556. *Crista nitenti*] Hactenus Coloniensis liber, longe is praestantissimus, quem magno rei literariae detrimento manus barbara mutilarat. N. HEINSIUS. Vide supra ad vers. 460.

v. 560. *Burrus avis pollens, quem misit ripa metalli*] Hunc versum Puteaneus agnoscit, sed ejus loco ejicit hunc, post illum *Qua Tagus*,

Accola Burnus avis majorum & stemmate clarus.

Accedit Puteaneo Oxonius quoque, nisi quod in illo *Burrus*. Mox Puteaneus & editio Parmensis, *Burum*, pro *Burni*. N. HEINSIUS. Uterque versus, & quem Msti, & quem vulgati libri agnoscunt, abest a priscis editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, & Martini Herbipolensis. Primus vero Nicander in Juntina illum, quem cum Heinsio hinc ejecimus, protulit. Qui vero ex Mstis revocatus est, nec Marso ignotus fuit. nam ex eo voces *Burnus* & *avis* exponit, idque ante vocabulum versus seq. *pallet*, cum subditicius versus, in quo eaedem sunt voces, versu sequenti postponatur. Verum ne sic quidem locus integer est. quid enim, est *ripa metalli?* aut quis ita loquitur pro ripa, in qua aurum reperitur?

v. 565. *Indibilisque diu laetus*] Forte *Missilibusque*. D. HEINSIUS. In scripto libro *Ludibilisque* exaratum est, ut barbara nomina in singulis fere nova vocabula habent: ut *Mascezel* apud Claudianum, quod nomen plusquam centies aliter aliterque scriptum inveni. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. Optime Dausquej. vulgatam lectionem contra D. Heinsium tuetur. Idem tamen in Orthogr. part. II. hac voce male docet, Barthium ex Oxon. *Ludibilisque* probasse, cum tantum, quid in codice suo invenerit, dicat.. Certe *Ludibilisque* est etiam in Puteaneo, quod tamen, quia hic noto, non ideo probare existimandus sum.

v. 566. *Volucresque vagas deprendere nube Assuetus iaculis*] Lege *volucrisque vagam nubem*. vide ad Valer. Flacc. & ad Senecam nostra annotata. N. HEINSIUS. *nubes volucris* erit ingens volucrum numerus, quae multitudine diem quasi obscurant, & soli tenebras obducunt, quomodo *nubes telorum* apud nostrum aliosque quam frequentissime, & γιγάντων νεφέλας in Anthol. lib. III. cap. XXV. epigr. 60. Sed nihil muto. Nam ita supra est lib. II. vers. 96.

Ille vagam coelo demisit saepe volucrem.

ubi *coelo* dixit, quod hic *nube*. lib. VIII. vers. 526.

Assuetae volucres coelo demittere fundae.

Manil. lib. v. vers. 291.

Pendentemque suo volucrem deprendere coelo.

Virgil. v. Aen. vers. 516.

Plaudentemque nigra fixit sub nube volucrem.

v. 568. *Laus Burni prima, infixit qui spicula metae Est Damum serva*] Βαρβαρίζει hoc, *Damum est laus prima Burni*. Enimvero scribendum, quidquid nolit Dausquejus, *Est donum*. In Msto Oxoniensi hoc loco quinque versuum lacuna est; alioquin nos expedire poterat. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. Locus mendosus. in Puteaneo *His Burim prima*, & *Sidonium Syria*. scribe, *Est donum serva*, vel *Fit donum serva*. *donum* etiam Barthius est amplexus, obniso licet Interprete. In editione Parmensi *Et donum serva*. lege *It donum serva*. N. HEINSIUS. Desunt quinque hi versus in omnibus, quas consului, vetustis ante Juntinam editionibus, quos & Barthius in Oxoniensi non invenit. Extant tamen

in

Cui ludus, nullam cursu non tollere damam.
Tertia palma habuit geminos insignis Aconteus
Nec timidos agitare canes latratibus aprum.
Quos postquam clamor plaususque probavit honores,
Germanus ducis atque effulgens Laelius ostro
Nomina magna vocant laeti manesque jacentum,
Atque hastas simul effundunt. celebrare juvabat
Sacratos cineres, atque hoc decus addere ludis.
Ipse etiam, mentis testatus gaudia vultu,
Ductor, ut aequavit meritis pia pectora donis,
Et frater thoraca tulit multiplicis auri,
Laelius Asturica rapidos de gente jugales,
Contorquet magnis victricem viribus hastam
Consurgens, umbrisque dari testatur honorem.
Hasta volans (mirum dictu!) medio incita campo
Substitit ante oculos, & terrae infixa cohaesit.
Tum subitae frondes, celsoque cacumine rami,
Et latam spargens quercus, dum nascitur, umbram.
Ad majora jubent praesagi tendere vates.

Id

in Puteaneo, ex cujus vestigiis N. Heinsius, ut olim ex conjectura sua Barthius, *donum*, pro *Damum*, recte emendarunt. Servam autem etiam donum accepit, qui primus victor erat curuli certamine apud Homer. Il. Ψ. vers. 262.

Ἱππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλά' ἄεθλα
Θῆκε, γυναῖκα ἄγεσθαι ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν.

Aurigis quidem primum velocibus praeclara praemia posuit, mulierem abducendam eximiam forma, operum scientem. Victis nonnumquam etiam servam in solatium dari supra dixi vers. 465. Pro *albentes*, quod Juntina & pleraeque aliae editiones, etiam Putean. codex, habent, perperam Dausquej. & pauci quidam *albantes* ediderunt.

v. 57c. *At quem proxima honorant*] *honore* Parmensis & Puteaneus. an *cui proxima honore Praemia?* N. HEINSIUS.

v. 572. *Accepto laetus puero*] Vide supra vers. 456.

v. 573. *Cui ludus &c.*] Hunc versum Puteaneus & editio Parmensis hoc loco collocat. N. HEINSIUS. Primum Nicandrum diximus, qui quinque versus praecedentes, a plurimis antiquioribus editionibus exsulantes, restituit. In eo autem peccavit, quod hunc versum iis praeposuerit, hoc modo,

Assuetus jaculis, idem & bellator, Ilerdes,
Cui ludus, nullam cursu non tollere damam.
Laus Burni &c.

Ego, codicem Puteaneum & editionem Parmensem secutus, versum loco restitui, cum id voluisse etiam videatur Marsus, a cujus editionibus quidem absunt etiam quinque illi versus, sed tamen hoc, quo dixi, ordine interpretantur in commentario. Porro locutionem illam *Cui ludus* illustravit N. Heinsius ad Claudian. III. de Laud. Stil. vers. 157.

v. 581. *Mentis testatus gaudia vultu*] Praestiterit *testatur*. N. HEINSIUS. Immo nihil mutandum. Scipio, gaudia mentis vultu testatus, ut fratrem & Laelium meritis donis affecit, ipse etiam hastam contorquet.

v. 583. *Frater thoraca tulit*] Simile praemium dedit Aeneas ei, qui navali certamine secundam palmam retulerat v. Aen. vers. 259.

Levibus huic hamis consertam auroque trilicem
Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto,
Dedit habere viro decus & tutamen in armis.

v. 584. *Laelius Asturica rapidos de gente jugales*] Vide supra vers. 448. De equis Asturicis vide ad lib. III. vers. 335. & 336.

v. 586. *Umbrisque dari testatus honorem*] *testatur* codex Puteaneus, quod recipio.

v. 587. *Hasta volans &c.*] Apprime bene Dausquejus hoc miraculum illustravit simili, quod Romulo obtigisse narrat Ovid. xv. Met. vers. 560.

Utve Palatinis haerentem collibus olim,
Cum subito vidit frondescere Romulus hastam;
Quae radice nova, non ferro stabat adacto:
Et jam non telum, sed lentis viminis arbor,
Non exspectatas dabat admirantibus umbras.

v. 590. *Et latam spargens quercus*] Haeret hoc loco scrutio. Scribere audeam, *Est latam spargens quercus*, quod ad repentinam mutationem pertinet. Et ita crebro Ovidius. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. *Est latam* Barthius. N. HEINSIUS. Vir Celeberrimus Petrus Burmannus conjicit scribendum,

Fit, latam spargens, quercus, dum nascitur, umbram.

Id monstrare Deos, atque hoc portendere signis.
Quo super augurio, pulsis de litore cunctis
Hesperio Poenis, ultor patriaeque domusque
Ausoniam repetit, fama ducente triumphum.
Nec Latium curis ardet flagrantius ullis,
Quam juveni Libyam & summos permittere fasces.
Sed frigens animis, nec bello prospera turba
Ancipiti senior temeraria coepta vetabant,
Magnosque horrebant cauta formidine casus.
Ergo, ubi delato Consul sublimis honore
Ad Patres consulta refert, deturque potestas,
Orat, delendae Karthaginis, altius orsus
Hoc grandaeva modo Fabius pater ora resolvit:
Haud equidem metuisse queam, satiatus & aevi
Et decoris, cui tam superest & gloria & aetas,

Ne

hoc ordine, dum nascitur, fit quercus, spargens latam umbram.

v. 592. *Atque hoc portendere signis*] *praetendere* agnoscunt membranae. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. VII. *praetendere*, pro *portendere*, notat ex Oxonio Barthius. Lege *signi*, vel *signo*. N. HEINSIUS. *praetendere*, quod habet codex Oxoniensis, non probo. proprie enim *portendere* dicuntur ostenta, cum futura praenuntiant, unde ipsa ostenta vocantur *portenta*. supra vers. 125. *portentaque vestra secundis Condite*. Male etiam Putean. codex *protendere*. Deinde Celeberrimus Burmannus etiam emendandum opinatur *hoc signo*.

v. 595. *Ausoniam repetit, fama ducente triumphum*] An *fama adducente*, vel *palma?* certe latet aliquid mendi. N. HEINSIUS.

v. 596. *Nec Latium curis ardet flagrantibus ullis*] Pulchre Modius *flagrantius*. & sic codex scriptus. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. VII. Lege *flagrantius* cum Modio & Barthio, & Gryphio. N. HEINSIUS. *flagrantius* omnes, quos vidi, & consului, libri praeter Dausqueji editionem, in qua operarum errore *flagrantibus* legitur.

v. 606. *Cui tam superest & gloria & aetas*] *cui jam superest* opinor. N. HEINSIUS. Ita saepe in libris scriptis peccatur. vide supra ad lib. XIV. vers. 428. Hic tamen nihil muto. *tam superest*, est tantopere superest. Cic. II. ad Attic. epist. II. *Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt.* Et ita saepe.

v. 611. *Animumque nefas scelerare silendo*] *scelerare*, conscelerare, temerare. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. Eo verbo supra usus est Silius lib. XII. vers. 17.

Maeonios Italo sceleravit sanguine fluctus.

Virgil. III. Aen. vers. 42. *Parce pias scelerare manus.* Statius VII. Theb. vers. 212.

Aut matrem scelerasse toris, aut crimine fratres
Progenuisse reos.

ubi vide Barthium.

v. 613. *Hostis enim deest Ausonia*] Melius *Ausoniae* Oxonius. N. HEINSIUS. Ita manu docta etiam ad marginem editionis Romanae principis emendatum est.

v. 616. *Composuit propioribus ausis Dignum te Fortuna parem*] Legendum *propioribus ausu*. hoc est, jam tibi parem, cum quo te componas, Fortuna hic in propinquo dedit: Hannibalem scilicet. Notandus usus *τὸ parem:* nec enim vulgatus. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. VII. *parem* pro uno ex duobus, qui duo *par* dicuntur, habes nove positum. BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. *ausu* Barthius. N. HEINSIUS. Non adeo hic nove *τὸ par* ponitur, quam Barthio visum fuit. Ita enim etiam Livius, quem Silius imitari gaudet, locutus est lib. XXVIII. cap. XLIV. *Habeo, Q. Fabi, parem, quem das, Hannibalem.* ubi videantur, quae notavit vir summus Joh. Fr. Gronovius, qui in Observat. etiam lib. I. cap. XXIII. pariter exponendum existimat illud Horat. lib. I. od. VI. vers. 16.

Tydiden Superis parem.

pluribusque exemplis firmavit. Idem Horat. epod. XV. vers. 13.

Non feret assiduas potiori te dare noctes,
Et quaeret iratus parem.

Statius VI. Theb. vers. 830.

——— *unde haec audax fiducia tantum*
Oenidae superare parem.

Auson. epist. XXIV. vers. 22.

——— *consorte laborum*
Destituor; nec tam promtum gestata duobus
Unum, deficiente pari, perferre sodalem.

Iscan. v. bell. Troj. vers. 236.

——— *jam dextras undique miscent,*
Et quaerit sibi quisque parem.

v. 620. *Tu fessos obvius hostes Deseris*] Lego *avius*, vel *devius*. lib. XII. vers. 493. *& huic nunc avia coepto Quaerit consilia.* N. HEINSIUS. Nihil muto.

Tu

Ne credat nos invidiae certamine Consul
Laudibus obtrectare suis. satis inclita nomen
Gestat fama meum, nec egent tam prospera laude
Facta nova: verum & patriae, dum vita manebit,
Deesse nefas, animumque nefas scelerare silendo.
Bella nova in Libyae moliris ducere terras?
Hostis enim deest Ausoniae: nec vincere nobis
Est satis Hannibalem. petitur quae gloria major
Litore Elissaeo? stimuli si laudis agunt nos,
Hanc segetem mete. composuit propioribus ausis
Dignum te Fortuna parem. vult Itala tellus
Ductoris saevi, vult tandem, haurire cruorem.
Quo Martem, aut quo signa trahis? restinguere primum est
Ardentem Italiam. tu fessos obvius hostes
Deseris, ac septem denudas proditor arces.

An,

Tu obvius hostibus eos, quos summo studio pervestigare debebas, deseris.

v. 621. *Ac septem denudas protinus arces*] MS. *proditor*. quod verbum non tam infame semper, quam videtur. *prodere* enim est destituere. sic hoc libro vers. 433.

Proditus elapso foret inter verba flagello.

lib. xv.

Occubuit clipei transfixo proditus aere.

BARTHIUS lib. x. Adverf. cap. VII. *denudas proditor* optime Puteaneus & Oxoniensis cum vetustis editionibus Romana & Parisiensi Marsi, quod & Gronovius sibi probari est testatus jam pridem Observationum lib. III. cap. xx. ubi multa ad rem in secunda editione. probavit etiam Barthius. *proditor*, desertor, qui destituit rem sibi creditam. lib. v. vers. 570.

——— *vani frigentem in Marte senectam*
Prodebant ictus,

de Labico. lib. xv. vers. 712.

Occubuit clipei transfixo proditus aere.

supra hoc libro vers. 433. *Proditus elapso flagello*, de auriga. lib. XVII. de equo vers. 138. *vectorem prodidit hosti.* eodem libro, *state, ac nostram ne prodite gentem.* Apposite Caesar IV. belli Gallici, *Desilite, inquit, milites, nisi vultis aquilam hostibus prodere.* apud Gellium II. Noct. Attic. cap. XXVIII. de tribuno quodam militum, multis cicatricibus conspicuo, *Prae studio laudis & honoris jacturarum damnorumque corporis contemtor, qui singulos artus suos Fortunae prodendos daret, quaestu atque compendio gloriarum.* Sic scribo, nam *producendos daret* pessime nunc ibi circumfertur. De eo verbo non absimili significatione nos complura ad Fastos Nasonis libro IV. vers. 715. Interpres elegantiam vocis non percepit, & ipse delirat, cum *proditoris* nomen in Scipionem non, nisi a deliro, conferri posse opinatur. in epistolis Symmachi lib. I. epist. XXXI. Ausonius eum *libelli sui proditorem* appellat, amicus amicum, hoc est, intempestivum editorem. Respondet Symmachus, *Cassas omitte formidines, & indulge stylo, ut saepe prodaris.* Rex Latinus apud Maronem Aeneidos duodecimo ad Turnum, vers. 40.

Quid consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
Italia, ad mortem si te (Fors dicta refutet)
Prodiderim, natam & connubia nostra petentem?

Apud Plutarchum in vita Marii L. Saturninus Tribunus plebei, recusante Consulatum Mario, cui impense is favebat, ni acciperet honorem, proditorem fore patriae affirmat, qui, Cimbris incumbentibus, bellorum discrimini intempestivum se subduceret. Verba Plutarchi ecce; Θρυπτομένου δὲ τοῦ Μαρίου, καὶ παραιτεῖσθαι τὴν ἀρχὴν φάσκοντος, ὡς δὴ μὴ δεομένου, προδότην αὐτὸν ὁ Σατορνῖνος ἐκάλει τῆς πατρίδος, ἐν κινδύνῳ τοσούτῳ φεύγοντα τὸ στρατηγεῖν. & mox de ipso Mario, Ἐν δὲ τῷ χάρακι τοὺς στρατιώτας συνεῖχε, καὶ τοὺς προσπίπτοντας ὑπὸ θυμοῦ, καὶ μάχεσθαι βουλομένους προδότας ἀπεκάλει τῆς πατρίδος. N. HEINSIUS. *proditor* est in omnibus, quas vidi, & consului, antiquioribus editionibus usque ad Juntinam, in qua primum Nicander invito Silio *protinus* edidit. *prodere* autem, ut viri docti docent, interdum est deserere, rem sibi creditam destituere. ita *ictus prodit*, cum non perficit id, quod intendebat is, qui inferebat. supra lib. II. vers. 247.

At viduus teli, & frustrato proditus ictu.

canes, qui non latrant, *produnt* apud Plin. X. Hist. Nat. cap. XXII. *Per id tempus canum silentio proditis rebus.* equi, aliave pecora, qui vectores excutiunt, vel in cursu deficiunt. Vide Munker. ad Hygin. fab. CCL. imperator, qui in terra hostili, in quam cum exercitu penetrarat, moritur, dicitur milites *prodere* apud Justin. lib. XIX. cap. III. *Nos hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hostium exercitus relictos morte sua proderet.* milites, qui deserunt signa, ea *produnt.* Ovid. III. Fast. 113.

Non illi coelo labentia signa movebant,

An, cum tu Syrtim ac steriles vastabis harenas,
Non dira illa lues notis jam moenibus urbis
Assiliet? vacuumque Jovem sine pube sine armis
Invadet? quanti, ut cedas, Romamque relinquas
Emerito, est? tanto perculsi fulmine belli
Siccine te, ut nuper Capua est accitus ab alta
Fulvius, aequoreis Libyae revocabimus oris?
Vince domi, & trinis maerentem funera lustris
Ausoniam purga bello. tum tende remotos
In Garamantas iter, Nasamoniacosque triumphos
Molire. angustae prohibent nunc talia coepta
Res Italae. pater ille tuus, qui nomina vestrae
Addidit haud segnis genti, cum Consul Hiberi
Tenderet ad ripas, revocato milite primus
Descendenti avide superatis Alpibus ultro
Opposuit sese Hannibali. tu Consul abire
A victore paras hoste, atque avellere nobis
Scilicet hoc astu Poenum? si deinde sedebit
Impavidus, nec te in Libyam tuaque arma sequetur,
Capta damnabis consulta improvida Roma.
Sed fac turbatum convertere signa, tuaeque

Classis

Sed sua; quae magnum prodere crimen erat.

ita, pro *perdere*, in quibusdam libris invenit Illustrissimus Heinsius.

v. 623. *Notis jam moenibus urbis Assiliet*] N. Heinsius ad oram libri notavit, legendum *notae jam moenibus urbis*; forsitan, ut videtur, ob multiplicem sibilum, qui auribus ingratus est.

v. 625. *Quanti est, ut cedas Romamque relinquas Emerito? ac tanti perculsi fulmine belli Siccine* &c.] Lego *quanti est, ut eas*. D. HEINSIUS. Dausqueji emendatio pulchra est in hoc, *quanti est, ut eas, Romamque relinquas Emerito?* Cetera interpretatione, non emendatione, egent. BARTHIUS lib. x. Adverf. cap. VII. Verbum substantivum omnino tollendum ex auctoritate veterum membranarum. & sic Gryphius. mox, pro *ac tanti*, in scriptis *& tanto*; editio Parmensis *ac tanti perculsi fulmine belli. quanti est, ut eas, Romamque relinquas Emerito?* Interpres. cui emendationi, ut pulchrae, Barthius calculum apponit. N. HEINSIUS. Cum Heinsio ex Mstis primum lego *quanti, ut cedas*. Deinde in Puteaneo codice est, *Emerito est; tanto perculsi*; in Oxon. *Emerito? ast tanto percussi*. ut forsitan totus locus ita scribendus sit,

——— *quanti, ut cedas, Romamque relinquas*
Emerito, est? tanto perculsi fulmine belli.

perculsi dico, non *percussi*. majus enim *percellere* est, quam *percutere*. vide Eruditissimum Bentlejum ad Horat. Ep. XI. verf. 2. *to Emerito* autem non cum Marso ad Hannibalem, sed cum Dausquejo ad Fabium referendum, qui effetus senexque erat, & ideo emeritus belloque ineptus. Dausquejus posteriorem versum ita emendabat,

Emerito? ah! tanti perculsi fulmine belli.

sed codices scriptos sequor.

v. 638. *Avellere nobis Scilicet hoc astu Poenum*] Quemadmodum nempe olim Agathocles Poenos ex Sicilia expulit, ut referunt Justin. lib. XXII. cap. IV. & Valer. Max. lib. VII. cap. IV. ex. ext. I. quod strategema Scipio etiam in exemplum adducit in oratione apud Livium lib. XXVIII. cap. XLIII. Laudat autem & probat hoc Scipionis consilium Sulpicius Consul ibid. lib. XXXI. cap. VII.

v. 641. *Capta haec damnabis consulta improvida Roma*] *haec* non agnoscit Puteaneus, nec editio Parmensis aut Gryphiana. N. HEINSIUS. Oxoniensis etiam codex cum editione Romana principe, Mediolanensi, & veterioribus aliis voculam *haec* omittunt, quam primus habet Wolfius in editione Basileensi.

v. 645. *Haec Fabius: semierque manus paria ore fremebant*] Silius Maronis hunc locum imitatus est ex I. Aen. verf. 559.

Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant
Dardanidae.

ore fremebant autem, ut *ore vocare* supra verf. 262. *ore loqui* apud Virgil. I. Aen. verf. 614. *ore referre* in VII. Aen. verf. 436. *ore appellare* apud Nason. III. Metam. 147. *auribus audire* apud Appul. III. Metam. pag. 53. edit. Pric. similiaque passim alibi. Plura de his pleonasmis vide apud Quinctil. VIII. Instit. Orat. cap. III. & lib. IX. cap. III. qui vitiosum

Classis vela sequi. nempe idem erit Hannibal, idem,
Cujus tu vallum vidisti e moenibus urbis.
Haec Fabius: seniorque manus paria ore fremebant.
Tum contra Consul: Caesis ductoribus olim
Magnanimis leto gemino, cum tota subisset
Sidonium possessa jugum Tartessia tellus,
Non Fabio, non, quis eadem est sententia cordi,
Quoquam ad opem verso, fateor, primoribus annis
Excepi nubem belli, solusque ruenti
Objeci telo caput, atque in me omnia verti.
Tum grandaeva manus, puero male credita bella,
Atque idem hic vates temeraria coepta canebat.
Dis grates laudemque fero, sub numine quorum
Gens Trojana sumus. puer ille, & futilis aetas,
Imbellesque anni, necdum maturus ad arma
Scipio, restituit terras illaesus Hiberas
Trojugenis: pepulit Poenos, solisque secutus
Extremas ad Atlanta vias, exegit ab orbe
Hesperio nomen Libyae, nec retulit auri
Signa prius, quam fumantes circa aequora vidit
Romano Phoebum solventem litore currus.

Asscivit

sum illud loquendi genus docet, quoties nulla emphasis subest. Ea vero hoe loco in eo sita erit, quod Senatus alta voce improbarit consilium Scipionis in Africam trajiciendi, non vero tacite & *corde sub imo fremuerit*, quemadmodum fecerat, cum Claudius Nero, abducta exercitus parte relictoque Hannibale, ad Livium contra Hasdrubalem profectus esset. Pro *fremebant* autem codex Putean. *fremebat*. *senior manus fremebat* quomodo Horatium fere semper locutum esse docuit vir Eruditissimus Rich. Bentlejus ad lib. IV. od. XI. vers. 9. Aliud tamen Silius maluisse videtur.

v. 651. *Excepi nubem belli*] Virgil. x. Aen. vers. 809.

Aeneas nubem belli, dum detonat, omnem
Sustinet.

ubi pluribus videatur diligentissimus de la Cerda.

v. 651. *Solusque ruenti Objeci telo caput*] Immo *ruenti coelo*. ut lib. XVII. Hannibal,

——— *coelum licet omne soluta*
In caput hoc compage ruat.

Horatius, *Si fractus illabatur orbis*. N. HEINSIUS. Non aliter scriptum erat in codice Oxoniensi. Literas *c* & *t* negligentia librariorum saepissime commutari, norunt illi, qui membranas veteres versarunt.

v. 655. *Sub nomine quorum Gens Trojana sumus*] *sub numine* scribendum. & sic Interpres, qui dubitare non debebat. N. HEINSIUS. Vulgata lectio ita tueri posset, ut *nomen Deorum* hic ponatur pro ipsis Diis, quemadmodum *Aeolium nomen* pro Aeolo, supra lib. XIV. vers. 71. Praestare tamen judico Dausqueji & Heinsii conjecturam *sub numine*. Frequenter autem scribae librarii voces *numen* & *nomen* confuderunt. supra lib. VI. vers. 171.

Intramus tamen, & Nymphas numenque precamur
Gurgitis ignoti.

ubi perperam Colon. codex habet *nomenque*. apud Lucan. lib. I. vers. 405. plures codices scribunt *sub Herculeo sacratus numine portus*, cum vulgo edatur *sub Herculeo nomine*. Plura exempla videri possunt apud Stewich. ad Arnob. I. advers. gent. pag. 59. Carrion. ad Valer. Flacc. II. vers. 587. Ger. Vossium ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. XXV. N. Heinsium ad Nason. XII. Heroïd. vers. 78. lib. II. Trist. vers. 40. 62. ad Silii lib. I. vers. 669. lib. XIII. vers. 400. Broekh. ad Propert. lib. II. eleg. I. vers. 41. eleg. V. vers. 9. & denique Bentlej. ad Horat. lib. II. epist. I. vers. 16.

v. 661. *Nec retulit auri Signa prius*] Quid est *auri?* Puto scribendum *nec retulit Afris Signa prius*. Nam retro sibi eundum fuisse gloriatur, ut in Africam veniret, velut emensus orbem terrarum vincendo. an *arvis* malis? BARTHIUS lib. X. Advers. cap. VII. *urbi* conjiciebat Interpres, quem aestuantem vide. *Afris* Barthius, vel *arvis*. editio Parmensis *retulit ante*. Fors *inde*, vel *ultor*. Sed *urbi* bene, quod ad Romam referendum. Similis error lib. XV. vers. 195. N. HEINSIUS.

v. 662. *Fumantes circa aequora vidit*] Non est dubium, veram scripturam esse *citra aequora*. Tam

Ascivit reges idem. nunc ultimus actis
Restat Karthago nostris labor. hoc sator aevi
Jupiter aeterni monet. Hannibali ecce senectus
Intremit, aut aegros simulat mentita timores,
Ne finem longis tandem peperisse ruinis
Sit noster titulus. certe jam dextera nobis
Experta, & robur florentibus auximus annis.
Ne vero fabricate moras; sed currere sortem
Hanc finite ad veterum delenda opprobria cladum,
Quam mihi servavere Dei. sat gloria cauto
Non vinci pulchra est Fabio, peperitque sedendo
Omnia cunctator nobis: nec Mago, nec Hannon,
Nec Gisgone satus, nec Hamilcare terga dedissent,
Si segnes clauso traheremus proelia vallo.
Sidoniusne puer, vix pubescente juventa,
Laurentes potuit populos & Troïa adire
Moenia, flaventemque sacro cum gurgite Thybrim?
Et potuit Latium longo depascere bello?
Nos Libyae terris tramittere signa pigebit?

Et

prope se occidenti soli stetisse victorem dicit, ut citra aequor solventem equos videre potuerit. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. *citra* Barthius. vere, ut censeo. N. HEINSIUS.

v. 665. *Sator aevi Jupiter aeterni*] Supra lib. IX. vers. 306.

——— sator aevi
Quanta Cyclopas nova fulmina voce poposcit
Jupiter.

& ita passim.

v. 666. *Hannibalem ecce senectus Intremit*] *Hannibali* bene Puteaneus & Oxonius cum Parmensi editione. N. HEINSIUS. *Hannibali* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio: reliquae vulgatam lectionem servant.

v. 669. *Jam dextera nobis Experta*] An *Exserta?* N. HEINSIUS. Viri Illustrissimi conjectura si recipienda est, innuet Scipio, se pugnae jam paratum esse. nonnullis enim, proelium inituris, brachium exserere moris erat. vide Dausquej. supra ad lib. VIII. pag. 376. atque ita peccatum apud Silium lib. XII. vers. 384. Sed praestat vulgatum *Experta* non mutare. Mens enim Scipionis haec est; non esse, quod timeat senior Patrum turba, ne haec in Africam militia infeliciter succedat, cum jam bello Hispanico, quid valeret, experti sint: quin contra majora nunc de se animo praecipi posse, quod aevi maturior vires etiam majores adeptus fuerit, & virtus bellica aucta sit.

v. 672. *Veterum delenda opprobria cladum*] Pariter locutus est Livius lib. XXXIX. cap. XXX. *Jam miles quoque ad delendam priorem ignominiam hostem poscebat.*

v. 675. *Nec Hanno*] *Hannon* Puteaneus. N. HEINSIUS. Ita etiam semper habuit Coloniensis codex. vide N. Heinsium ad Silii lib. II. vers. 277. & lib. VIII. vers. 22.

v. 676. *Terga dedissent, Segnes si clauso*] *terga dedissent Segnia*, Parmensis editio. bene. N. HEINSIUS. Cum Parmensi faciunt etiam editiones Romana princeps, Mediolanensis & Martini Herbipolensis. vide supra ad lib. XIII. vers. 171. Nihil hic tamen videtur mutandum. Non enim Scipio victorias suas extenuare voluit, Magonem, Hannonem, & utrumque Hasdrubalem segnitiae accusando, ut ea lectio innuit; sed ejus se culpae affinem futurum fuisse ait, si, ut olim Fabius, cunctando bellum traheret. in scriptis est *Si segne clauso*, in editione Marsi *Si segnes clauso*; quod fortasse est recipiendum. Deinde, pro *dedissent*, Puteaneus codex *dedisset*.

v. 681. *Et potuit Latium longo depescere bello*] Legendum *depascere:* quod mirum a nemine animadversum esse. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. VII. *depascere* opinor: idque Barthium jam occupasse serus cognosco. N. HEINSIUS. Saepe inepti librarii has voces confuderunt. Vide N. Heinsium ad Claudiani II. de laudib. Stilic. vers. 115.

v. 683. *Et Tyrias agitare domos*] *agitare* est vexare, inquietare, atque laedere. Virgil. Ciri,

Necdum etiam sacros agitaverat ignis honores.

hoc est, tus victimasque contigerat. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Perperam *aditare* Interpres. N. HEINSIUS. *aditare* conjecit doctissimus Dausquejus, ut responderet illis, *Troia adire Moenia.* quod recte jam rejecit N. Heinsius. Vocem enim *aditare* apud probatos scriptores me legere non memini. Illis vero, *Troia adire Moenia*,

respondent

Et Tyrias agitare domos? ſecura pericli
Litora lata patent, & opima pace quieta
Stat tellus. timeat tandem Karthago, timeri
Aſſueta, & nobis, quamvis Oenotria nondum
Hannibale arva vacent, ſupereſſe intelligat arma.
Illum ego, quem voſmet cauti conſultaque veſtra
In Latio fecere ſenem, cui tertia large
Fundenti noſtrum ducuntur luſtra cruorem,
Illum ego ad incenſas trepidantem & fera paventem
Advertam patriae ſedes. an Roma videbit
Turpia Agenoreae muris veſtigia dextrae?
Karthago immunis noſtros ſecura labores
Audiet interea, & portis bellabit apertis?
Tum vero pulſet noſtras iterum improbus hoſtis
Ariete Sidonio turres, ſi templa ſuorum
Non ante audierit Rutulis crepitantia flammis.
Talibus accenſi Patres, fatoque vocante,
Conſulis annuerunt dictis, fauſtumque precati
Ut foret Auſoniae, tramittere bella dederunt.

reſpondent haec *Libyae terris tramittere ſigna.* at τοῖς *Latium depaſcere bello* τὰ *Tyrias agitare domos. agitare* autem, notante etiam Barthio, eſt vexare. Supra lib. I. verſ. 146.

Baeticolaſque viros furiis agitabat iniquis.

lib. II. verſ. 529.

— ciet atram
Tiſiphonen, imos agitantem verbere manes.

lib. III. verſ. 700.

Tendtis in Latium, belloque agitare paratis
Aſſaraci prolem.

v. 691. *Trepidantem & ſaeva paventem*] & *fera paventem* Puteaneus. bene. N. HEINSIUS. Ita & Oxonienſis codex. Pari modo & alibi ſaepe peccarunt per negligentiam librarii. vide Broekhuſ. ad Prop. lib. I. eleg. VII. verſ. 20. & quae ſupra notata ſunt ad lib. VIII. verſ. 337.

v. 692. *Advertam ad patriae ſedes*] *Avertam* ſcribendum. N. HEINSIUS. Recte *Avertam* vir Illuſtriſſimus; neque aliter eſt in editionibus Romana principe, Mediolanenſi, & Wolfii Baſileenſi. *avertam ad patriae ſedes*, ut *avocare ad ſua* apud Frontin. lib. I. Strateg. cap. v. ex. 16. *Neceſſe Liguribus fuit avocari ad defendenda ſua.* ex. 27. *Tunc, hoſte ad ceteros exitus cuſtodiendos avocato, milites per ipſam flammam eduxit.* ubi pariter etiam variant nonnulli codices. contra in quibuſdam membranis apud Lucan. lib. VII. verſ. 311. legitur,

Di, quorum curas adduxit ab aethere tellus.

ubi tamen rectius vulgo eſt *abduxit ab aethere.* Voces autem *avertere* & *advertere* non raro turbarunt librarii. vide ſupra ad lib. II. verſ. 618.

v. 699. *Talibus incenſi Patres*] *accenſi* Gryph. N. HEINSIUS. *accenſi* libri omnes, tum manu tum typis deſcripti. ſolus Dauſquejus, ſpreta eorum auctoritate, *incenſi* dedit, quod hinc iterum ejeci. Eadem quidem utriuſque vocis vis & ſignificatio, (vide ſupra ad lib. IV. verſ. 169. & lib. IX. verſ. 244.) propterea tamen non omnia pro lubitu mutanda.

v. 700. *Conſulis annuerant dictis*] *annuerunt* omnino reponendum. evincunt ſequentia. confirmat etiam editio Parmenſis. & ſic Interpres. N. HEINSIUS. *annuerunt* etiam Romana princeps & Mediolanenſis editio. Vide ſupra ad lib. V. verſ. 264. *annuerent* eſt in Oxonienſi.

C. SI-

C. SILII ITALICI PUNICORUM

LIBER XVII.

Hostis ut Ausoniis discederet advena terris,
Fatidicae fuerant oracula prisca Sibyllae,
Coelicolûm Phrygia genetricem sede petitam
Laomedonteae sacrandam moenibus urbis :

Advectum

v. 1. *Hostis ut Ausoniis discederet advena terris*] *descenderet* in Puteaneo. Forte mox, *tulerant oracula*. N. HEINSIUS. Cum praeter Puteaneum omnes libri stent pro recepta lectione, nihil etiam mutandum censeo. Pariter locutus est Silius mox vers. 48.

Ipse alacer Sicula discedens Scipio terra.

& Claudian. in VI. Conf. Honor. vers. 131. *Latio discedere jussus Hostis*. Frequens autem est peccatum librariorum confundere voces *discedere* & *descendere*. Vide Barth. ad Statii I. Theb. vers. 317. N. Heins. ad Nason. remed. Amor. vers. 121. ad I. Metam. vers. 397. ad Valer. Flacc. lib. I. vers. 284. Broekhus. ad Tibull. I. eleg. VI. vers. 5. & Bentlej. ad Horat. lib. I. epist. XVI. vers. 7. & epist. XX. vers. 5. eodem modo scribae librarii etiam voces *accedere* & *ascendere* confuderunt. vide supra ad lib. VI. vers. 603.

v. 5. *Advectum exciperet numen*] *acciperet* membranae habent. ut Ovidius in eadem re locutus est IV. Fast. vers. 259.

Mater abest: matrem, jubeo, Romane, requiras.
Cum veniet, casta est accipienda manu.

ipse Silius mox, *venientia numina ponto Accepit supplex palmis*. BARTHIUS lib. x. Adverf. cap. XIII. Sive *acciperet* cum Oxoniensi libro, sive *exciperet* cum reliquis legas, haud multum interesse puto: utrumque enim habet, quo se tueatur. *accipere*, praeter Ovidium ab aliis laudatum, in hac historia habet etiam Cic. de harusp. resp. cap. XIII. *Sacra ista majores nostri ascita ex Phrygia Romae collocaverunt: quae vir is accepit, qui est optimus Populi Romani judicatus, P. Scipio*. Livius lib. XXIX. cap. XIV. *P. Cornelius eum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam Deae. isque eam de nave accipere, & in terram elatam tradere ferendam matronis*. & mox, *Ab Sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. excipere* vero habet idem Livius eodem libro cap. XI. *Cum Romam Deam devexissent, tum curarent, ut eam, qui vir optimus Romae esset, hospitio exciperet*. ita enim ex plurimis Mstis restituit Gronovius pro *acciperet*. mox, *Quaerendum virum optimum in civitate, qui eam rite hospitio exciperet*. Valer. Maxim. lib. VII. cap. V. ex. 2. *Matrem Idaeam, Phrygiis sedibus ad nostras aras focosque migrantem, sanctissimus manibus excepit*. lib. VIII. cap. XV. ex. 3. *Ejus namque manibus & penatibus nondum Quaestorii Senatus Pythii Apollinis monitu Pessinunte arcessitam Deam excipi voluit*. Posterius autem hoc ob auctoritatem codicis Puteanei & omnium editionum, nisi quod solus Cellarius *acciperet* in contextum admiserit, malo.

v. 6. *Praesentis degeret aevi Optimus*] Ita editur. scriptus codex Britannicus *degerit* habet, quod & ad praeteritam Scipionis Nasicae vitam pertinet. BARTHIUS lib. x. Adverf. cap. XIII. *degerit* ex Oxonio Barthius, & *acciperet* paullo ante. N. HEINSIUS. *degerit* etiam Puteaneus codex.

v. 8. *Jamque petita aderant, Latia portante Cybelen Puppe*] De solo simulacro magnae Matris loquitur Silius. Itaque initio dixit,

Coelicolûm Phrygia genetricem sede petitam
Laomedonteae sacrandam moenibus urbis.

Quare manifestum, hic legendum esse ex Msto,

Jamque petita aderat, Latia portante, Cybele,
Puppe.

ut enim *petitam* antea, sic nunc quoque dicit. BARTHIUS lib. XIII. Adverf. cap. VII. *petita*, sacra videlicet. Puteaneus tamen cum Oxonio & Parmensis ut & Marsi editio *aderat. petita aderat Cybele* Barthius. Sed *Cybelen* scribendum : de quo nomine alibi. N. HEINSIUS. *aderat* etiam omnes priscae editiones ante Juntinam, in qua primus Marsus *aderant* emendavit, quod pleraeque aliae etiam postea receperunt. Facile deinde cum Barthio scripserim *Cybele*, sive, ut hic legendum puto, *Cybebe*. Disputant viri docti de orthographia hujus vocis, cum syllaba media producatur. Sunt enim, qui per duplex *ll Cybelle* scribendum existimant, quomodo olim semper editum est, & in nonnullis etiam optimae notae Mstis invenitur, ut in egregio codice Sangermanensi Columellae lib. x. hoc versu,

Exstimulet vatem per Dindyma casta Cybelles.

Sed hanc scribendi rationem rejicit Henr. Stephan. in Schediasm. de delectu in lection. Virgil. pag. 57. docens, aliud juris esse in vocabulis Latinis, ut *re-*

liquiae

Advectum exciperet numen, qui, lectus ab omni
Concilio Patrum, praesentis degeret aevi
Optimus. heu nomen melius majusque triumphis!
Jamque petita aderat, Latia portante Cybelen
Puppe, atque intrepidus, magno cedente Senatu,
Obvius accitis properabat Scipio sacris,
Qui, genitus patruo ductoris ad Africa bella
Tunc lecti, multa fulgebat imagine avorum.
Isque ubi longinquo venientia numina ponto
Accepit supplex palmis, Tuscique sonora
Thybridis adducit sublimis ad ostia puppim:
Femineae tum deinde manus subiere, per amnem

liquiae, *religio*; aliud in vocabulo Graeco *Cybele*. ipse igitur putat, poëtas in hac voce literae *l* eam dedisse potestatem, quam habet in nonnullis aliis vocibus Graecis, praecipue a μέλος deductis, ut in *Philomela* penultima producta. Tertia est Barnesii opinio, qui ad Eurip. Bacch. vers. 79. etiam quidem semper *Cybele* scribendum autumat, sed ob hanc rationem, quod Graeci tam Κυβήλη, quam Κυβέλη dixerint, indeque poëtae secundam syllabam nunc longam, nunc brevem fecerint: eadem ratione, qua modo corripiunt, modo producunt primam in *Eos*, quod Graecis fit 'Εώς & 'Ηώς, & secundam in *Sidonius*, quod Graeci nunc Σιδώνιος, nunc Σιδόνιος scribant. Ego tamen facerem cum viris doctis, qui hoc loco & alibi *Cybebe* scribendum putant, si media syllaba longa est; *Cybele* vero, si eadem brevis est: quod Graeci eodem modo Κυβήβη & Κυβέλη dicant. Plura vide apud Gudium ad Phaedr. III. fab. XX. N. Heins. ad Prudent. περὶ στεφ. Hymn. X. vers. 196. Spanhem. ad Callim. hymn. in lavacr. Pallad. in princ. & Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. XV. vers. 35. & ita supra etiam emendandum erat in Silio lib. VIII. vers. 365. & lib. IX. vers. 293. ubi quaedam notata.

v. 9. *Atque in trepidis, magno accedente Senatu, Obvius*] Illa *in trepidis* nullius pretii sunt. Latet enim epitheton potius Scipionis, *atque intrepidus magno accedente Senatu*. Nimirum Nasicam, ab omni calculo Senatus pro optimo nominatum, intrepidum sacris obviam venisse autumat. Sic eundem praestantissimum virum statim *sublimem* appellat,

——— Tuscique sonora
Thybridis adducit sublimis ad ostia puppim.

BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Omnis ordo senatorius Nasicae cedebat. Melius ergo Modius ex MS. *cedente Senatu*. & ita codex Oxoniensis. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XIII. *atque in omnis magno cedente Senatu* Puteaneus. neque aliter editio Marsi, nisi quod in ea *sedente*. Parmensis cum codice Oxonio, *atque omnis magno accedente Senatu*. Gryphiana, *atque omnis magno cedente Senatu*. Puto *atque ominibus*, vel *atque in numerum*, vel *atque in nomen magno cedente Senatu*. *cedente Senatu*, ut *concedente Senatu*, lib. XI. vers. 94.

Prima atque ante alios sors, concedente Senatu,
Te citat.

Forte & possis *atque intrepidus magno censente Senatu*. *censente Senatu*, ut lib. XIII. vers. 659.

——— tumulus vobis, censente Senatu,
Mavortis geminus surgit per gramina campo.

N. HEINSIUS. Varie hic locus viros doctos exercuit: τὸ *in trepidis* aperte spurium est, quod ex Basileensi & Colinaei editione Dausquejana recepit. omnes enim codices scripti & editiones priores *omnis* vel *in omnis* habent; sola tamen Mediolanensis *intrepidus* legit. Fortassis itaque cum illustrissimo Heinsio legendum, *atque intrepidus, magno censente Senatu*. Proprie autem *censere* dicuntur Senatores, cum sententiam dicunt, ut ex infinitis locis Livii & aliorum constat. & ita saepissime Silius, ut lib. I. vers. 682.

——— ducisne
Ceperit arma furor, Patres an signa moveri
Censuerint?

lib. II. vers. 375.

Factaque censendi Patrum de more potestas.

lib. VII. vers. 511.

——— Patrum Saturnia mentes
Invidiae stimulo fodit & popularibus auris.
Tunc indigna fide censent optandaque Poeno.

lib. XI. vers. 565. *haud aliud nobis censere relictum est*. Sed nondum hic locus persanatus videtur. Interim tamen vellem, docuisset nos Barthius, quo in loco dixerit Modius, se ex Msto *cedente Senatu* legere, aut quale illud fuerit Mstum. Certe non Coloniense, quod mutilum esse, & libro superiori vers. 556. desinere N. Heinsius notavit. Fortasse igitur innuit Modii notas ad Livii lib. XXIX. sed ibi *magno ardente Senatu* perperam editur; certe ita inveni in editione Francofurtina anni 1588. quautor. in Novantiquis autem Lectionibus Modius in recensendo Silio non ulterius, quam ubi codex Coloniensis finit, progressus est.

v. 13. *Venientia numina ponto Accepit*] *trementia* membranae habent. an leges *tranantia*? ego nihil mutarim. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XIII.

Quae traherent celsam religatis funibus alnum.
Circum arguta cavis tinnitibus aera, simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu;
Semivirique chori, gemino qui Dindyma monte
Casta colunt; qui Dictaeo bacchantur in antro;
Quique Idaea juga & lucos novere silentes.
Hos inter fremitus ac laeto vota tumultu,
Substitit adductis renuens procedere vinclis
Sacra ratis, subitisque vadis immobilis haesit.
Tum puppe e media magno clamore sacerdos,
Parcite pollutis contingere vincula palmis,
Et procul hinc, moneo, procul hinc, quaecumque profanae,
Ferte gradus, nec vos casto miscete labori;
Dum satis est monuisse Deae. quod si qua pudica
Mente valet, si qua illaesi sibi corporis astat
Conscia, vel sola subeat pia munera dextra.
Hic, prisca ducens Clausorum ab origine nomen,

Claudia,

trementia Oxon. unde *tranantia* Barthius. non placet. Deinde scribe *sonoram puppim*, nempe cymbalis & tympanis perstrepentem, quod sequitur. N. HEINSIUS. *venientia* non muto. Ovid. IV. Fastor. vers. 260.

Cum veniet, casta est accipienda manu.

v. 22. *Lucos novere silentes*] Locus corruptus. an *movere*, aut *liquere*, aut *fovere*? Sic *fovere nidum. silentes*, ex quo inde emigravit Mater. N. HEINSIUS. *To silentes* optime exponit vir illustrissimus. P. Marsus id refert ad lucos, in quibus Jupiter recens natus enutritus fuit, ne audiretur a patre. Sed Jovem non in Phrygiae, at Cretae monte Idaeo educatum fuisse Aratus, Callimachus, aliique poetae testantur, quos vide. Optime deinde monuit me Celeberrimus Burmannus, *τὸ novere*, quod Heinsio suspectum & variis conjecturis tentatum est, non esse mutandum. *nosse* enim quis loca dicitur, quae incolit, in quibus frequenter versatur. Ita Horat. lib. I. od. II. vers. 10.

Nota quae sedes fuerat columbis.

Ita *noscere mare* pro adire, navigare per mare, posuit Propert. lib. I. eleg VI. vers. I. ubi videndus est Passerat. atque ita saepissime alibi est.

v. 23. *Ac laeto nota tumultu*] Ita & Heinsianae editionis codices, & nunc Dausqueji; cum nemo tamen non videat, scripturam veram esse, *ac laeto vota tumultu*. Dea primum urbem ingrediente variis votis a plebe certabatur, dum quisque fatale numen religiosius colit. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. *vota* Puteaneus Oxoniusque cum editione Parmensi, quod placet: idque Barthio arridebat. N. HEINSIUS. Optime viri docti *vota* ex Mstis vindicarunt, quibuscum faciunt priscae editiones. in Marsi Veneta secunda operarum lapsu primum *nota* editum est, quod perperam plurimi editores admiserunt. Frequenter ita peccatum esse docui supra ad lib. VI. vers. 434.

v. 30. *Dum satis est monuisse Deae*] Hoc est, dum integrum est Deae, monitu solo contentam vos hinc exesse jubere; dum non ad poenam in praesentes adfuturos ira commovetur. Elegans voculae *satis* usus non negligendus: quin notetur. ita locutus alibi Horatius. BARTHIUS lib. XIII. Adv. cap. VII.

v. 33. *Hic prisca ducens Clausorum ab origine nomen Claudia*] Historia haec satis nota est, & nulli non memorata; in ea tamen inter auctores non convenit. Praeter Silium enim *Claudia* simpliciter vocatur apud Nason. I. ex Pont. epist. II. vers. 143. Sueton. in Tiber. cap. I. Plin. VII. Hist. Nat. cap. XXXV. Lactant. II. Instit. cap. VII. & XVI. *matrona* dicitur apud Livium lib. XXIX. cap. XIV. Cicer. de Haruspic. resp. cap. XIII. Nason. IV. Fast. vers. 313. *virgo* apud Statium lib. I. silv. II. vers. 245. & Claudian. de laud. Seren. vers. 28. *virgo Vestalis* apud Herodian. lib. I. cap. XI. Aurel. Victor. de viris Illustr. cap. XVI. Sidon. Apoll. Carm. XXIV. vers. 41. aliosque, quos ibi laudat Savaro. *turritae rara ministra Deae* apud Propert. lib. IV. eleg. XI. vers. 51. *muliercula* denique apud Augustin. lib. X. de Civit. Dei cap. XVI. Recte itaque vir Celeberrimus Jac. Gronovius in add. ad Minuc. Felic. Broekhusium carpit, qui ad Propertii d. loc. scripserat, quotquot hujus historiae meminerunt scriptores, Claudiam *matronam* vocasse. Quin & in eo discrepant auctores, quod alii *crine*, alii *zona* seu *cingulo*, alii, quos Silius sequitur, *fune* Claudiam navem traxisse dicant. vide scriptores modo memoratos.

v. 34. *Non aequa populi male credita fama*] *male credita* est sinistro rumore dilata. Legendum tamen

videtur

Claudia, non aequa populi mala credita fama,
In puppim versis palmisque oculisque profatur:
Coelicolûm genetrix, numen, quod numina nobis
Cuncta creas, cujus proles terramque, fretumque,
Sideraque, & manes regnorum sorte gubernant,
Si nostrum nullo violatum est crimine corpus,
Testis, Diva, veni, & facili me absolve carina.
Tum secura capit funem: fremitusque leonum
Audiri visus subito, & graviora per auras
Nulla pulsa manu sonuerunt tympana Divae.
Fertur prona ratis, (ventos impellere credas)
Contraque adversas ducentem praevenit undas.
Extemplo major cunctis spes pectora mulcet,
Finem armis tandem, finemque venire periclis.
Ipse alacer Sicula discedens Scipio terra
Abscondit late propulsis puppibus aequor,

Cui

videtur *mala*. *malum* enim veteribus in quavis re, quae aliter est, atque debebat. *mala* hic impudica esset. de qua voce non exscribimus, quae multis alibi notavimus. *rumor malus* apud Horat. lib. I. sat. IV. rei gestae ipsius non injucunda mentio apud Claudian.

—— sit Claudia felix,
Teste Dea, castosque probet sub numine mores,
Absolvens puppisque moras crimenque pudoris.

Sidonius ad libellum,

Qualis nec Phrygiae dicata Vestae,
Quae contra satis Albulam tumentem
Duxit virgineo ratem capillo.

BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Barthius *mala credita*. ego *non aequae male credita famae* opinor. apud Nason. remed. Amor.

Tu quoque, qui fueras dominae male creditus uni.

Ariadne Theseo apud eundem,

Credita non ullis, quam tibi, pejus eram.

Propert. lib. II. eleg. XXXII.

Sed te non debes inimicae credere linguae.

Sic Scaliger. vulgo *Sed tu*. Plin. lib. VIII. cap. XVI. pag. 506. *male credi libertas ei, cui in tantum etiam cessisset feritas*. Minucius Felix, *Dives es? at Fortunae male creditur*. noster lib. XVI. vers. 651. *puero male credita bella*. lib. XIII. *Creditus ante annos Marti*. lib. IV. vers. 427. *tenerae qui proelia dextrae Jam credit puer*. Paullinus Nolanus carm. V. quamquam sensu nonnihil diverso,

Et promissa Dei magnae non credita poenae
Implet certa fides, & natus comprobat infans.

ita illic malo, quam, quod nunc legitur, *magna non credita poena*. *male credere pecuniam* apud jurisconsultos, & *male credita pecunia*. *male creditae pecuniae exactio* apud Senecam. quo Salmasius trahebat & illa Phaedri disquisitione de Mutuo pag. 358. lib. I. fab. XVI.

—— nomen cum locat sponsu improbo,
Non rem expedire, sed male credere expetit.

qui longe aliter in ipso Phaedro locus concipitur, nec fieri potest *male credere expetit*, cum Phaedrus illic agat, non de homine avaro, quod idem Salmasius ad Solinum quoque opinabatur pag. 173. ubi aliter eumdem corrigit locum, sed de fraudatore. N. HEINSIUS. Barthii conjecturam *mala credita* probant editiones Romana princeps & Mediolanensis. ita fere Ovid. IV. Fastor. vers. 307. in hac ipsa historia,

Casta quidem, sed non & credita: rumor iniquus
Laeserat, & falsi criminis acta rea est.

N. Heinsius *non aequae populi male credita famae* malebat. de qua locutione supra vide ad lib. IV. vers. 571.

v. 36. *Numen, quod numina nobis Cuncta creas*] unde Ἀμμάς & Ἀμμία dicta Rhea, quod omnium Deorum mater & nutrix. D. HEINSIUS.

v. 38. *Manes regnorum sorte gubernat*] Non explet aures poeticas neque rem ipsam haec lectio. malim legi *regno consorte*. Ut simul jugis illa trium regnorum catena, & fratrum dominantium felix & bonarum rerum fecunda concordia indicetur. Tamen pertendendum non existimo. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. *gubernant* Puteaneus. vere & eleganter. agit enim de omni prole Cybeles. nec aliter editio Parmensis. pro *regnorum sorte* Barthius malit *regno consorte*. N. HEINSIUS. *gubernant* etiam Oxoniensis codex cum editionibus Romana principe & Mediolanensi *regnorum sorte* autem cum Barthio non mutem in *regno consorte*.

v. 42. *Graviora per auras*] *gravia aera* putabam aliquando. vide annotata ad Prudent. hymn. Romani vers. 200. *per auris* Oxonius. N. HEINSIUS. *per auris*, id est, per aures, etiam Puteaneus codex. frequenter librarii voces *aura* & *auris* commutarunt. vide supra ad lib. X. vers. 366.

Cui numen pelagi placaverat hostia taurus,
Jactaque caeruleis innabant fluctibus exta.
Tunc a sede Deûm purumque per aethera lapsae
Armigerae Jovis ante oculos coepere volucres
Aequoreas monstrare vias, ac ducere classem.
Augurium clangor laetum dabat. inde, secuti
Tantum progressos liquida sub nube volatus,
Quantum non frustra speculantum lumina servant,
Litora Agenoreae tenuerunt perfida terrae.
Nec segnis, tanta in semet veniente procella,
Africa terribilem magno sub nomine molem
Regis opes contra & Massyla paraverat arma.
Spesque Syphax Libycis una, & Laurentibus unus

Terror

v. 50. *Cui numen pelagi placaverat hostia taurus*] Per *numen pelagi* Silius non ipsum mare, de quo dubitabat Dausquejus, sed Neptunum intelligit, qui Poetis passim *Rector*, *Deus pelagi*, *Rex maris*, *Rector*, *Regnator aquarum* appellatur. Neptuno autem Scipionem, priusquam Sicilia discederet, sacrificasse praeter Polybium apud Dausquejum testatur etiam Appian. Alexandr. in Punic. pag. 7. Ὁ δὲ Σκιπίων ἐπεὶ οἱ πάντα εὐτρεπῆ γεγένητο ἐν Σικελίᾳ, ἔθυε Διὶ καὶ Ποσειδῶνι, καὶ ἐς Λιβύην ἀνήγετο. *Scipio autem, rebus omnibus apparatis in Sicilia, sacra fecit Jovi Neptunoque, & in Africam profectus est.* Neque agnus solum, de quo hoc loco Dausq. sed taurus etiam sollemnis Neptuno victima erat. Arrian. de exped. Alex. M. lib. VI. cap. XIX. Ἐνταῦθα ταύρους τε σφάξας τῷ Ποσειδῶνι ἀφῆκεν ἐς τὴν θάλασσαν. *Ibi tauros Neptuno caesos in mare projecit.* Plutarch. in libello Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ pag. 83. Οἷα λέγεται καὶ περὶ τοῦ φιλοσόφου Στίλπωνος, ὡς ἰδεῖν δόξαι κατὰ τοὺς ὕπνους ὀργιζόμενον αὐτῷ τὸν Ποσειδῶνα μὴ θύσαντι βοῦν, ὥσπερ ἔθος ἦν τοῖς ἱερεῦσι. *Stilponem Philosophum somniasse perhibent, videre se Neptunum expostulantem secum, quod non bovem ipsi immolasset, ut mos erat sacerdotibus.* Vide Meursii auctar. Philolog. cap. 2. Et hinc nonnulli Neptunum ταύρειον cognominatum credunt, quamvis alii alias etiam hujus nominis rationes afferant. Joh. Tzetz. ad Hesiodi Asp. pag. 197. Ταύρεος Ἐννοσίγαιος.] ἤγουν διὰ τὸν τῶν κυμάτων ἦχον, ὡς ταῦροι γὰρ μυκῶνται. ἢ ὅτι ταυρόμορφός ἐστιν· ἢ ὅτι Ταύρειος Ποσειδῶν ἐν πόλει Βοιωτίας διὰ τὸ ταύρους θύεσθαι αὐτῷ, καὶ μάλιστα ἐν Ὀγχηστῷ. ἀπὸ οὖν τῆς θυσίας ταύρων ἐπιτελεῖν τῷ Ποσειδῶνι Ταύρειος ἐκλήθη Βοιωτικῶς. vide etiam Hesych. voce ταύρεος. qui in voce ταύρεια ita festum Neptuni vocari asserit. Sacra autem, quae pro felici maris transitu fiebant, proprie Graecis διαβατήρια vocantur. Xenoph. lib. II. hist. Graec. pag. 496. Ἐπεὶ δὲ θυσάμενος καὶ τἆλλα ὅσα ἔδει, καὶ τὰ διαβατήρια, ἐξῆλθε. *ubi cum alia sacrificia, tum etiam pro felici trajectu fecisset, egressus est.* qui eo sensu hac voce saepius usus est.

v. 51. *Jactaque caeruleis innabant fluctibus exta*] Exta in fluctibus jacere proprie *porricere* dicebant Romani. Livius lib. XXIX. cap. XXVII. *Secundum eas preces cruda exta, caesa victima, uti mos, in mare porricit.* Virgil. V. Aen. vers. 235.

Di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,
Vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
Constituam ante aras voti reus, extaque salsos
Porriciam in fluctus.

ubi plura collegit diligentissimus ejus Interpres de la Cerda. Vide etiam Brisson. de formul. lib. I. pag. m. 27.

v. 56. *Progressos liquida sub nube volatus*] *praegressos* opinor & *fervent.* N. HEINSIUS. Saepissime ita peccarunt librarii. vide supra ad lib. V. vers. 170. lib. XII. vers. 191. lib. XV. vers. 208. lib. XVI. vers. 492. cum enim voculae *per prae* & *pro* ut plurimum in Mstis unica litera *p* notari solerent, addito tamen signo quodam, quo distingui possent, imperiti librarii eas praepositiones saepissime commutarunt. ita confuderunt voces *praeruptus* & *proruptus.* vide supra ad lib. III. vers. 51. *procedere* & *praecedere.* vide ad lib. VIII. vers. 486. similiaque passim. Fortasse tamen & recepta lectio servari potest: nam, teste Varrone lib. V. de ling. Lat. pag. 55. *Proidem valet quod ante, ut in hoc, Proludit.* Vide etiam Barth. ad Statii lib. I. silv. IV. vers. 61.

v. 67. *Immemoris dextraeque datae*] Haeret haec sententia, nec expedivit editio, quae optima habetur. Nulla vero controversia est, legendum, *Immemor is dextraeque datae.* De nemine enim, nisi de persona regis inconsulti, sermo; quod clarum ex sequentibus Scipionis monitis,

——— *sit fidus, & ictum*
Observet foedus, neu pacis jura resolvat,
Stet regno, reputet Superos, facta hospita servet.

& vidit biennio post haec scripta etiam Dausquejus, & ante eum editio Raphelengiana, ex Modii notis concinnata. BARTHIUS lib. XIII. Adversf. cap. VII. *Immemor is*, monuerunt jam alii, in quibus

Interpres

Terror erat. campos pariter vallesque refusas
Litoraque implerat, nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas assuetus, densaeque per auras
Condebant jaculis stridentibus aethera nubes.
Immemor is dextraeque datae junctique per aras
Foederis, & mensas testes, atque hospita jura,
Fasque, fidemque simul, pravo mutatus amore,
Ruperat, atque toros regni mercede pararat.
Virgo erat eximia specie claroque parente,
Hasdrubalis proles, thalamis quam cepit ut altis,
Ceu face succensus prima taedaque jugali,
Vertit opes gener ad Poenos, Latiaeque soluto
Foedere amicitiae, dotalia transtulit arma.

Sed

Interpres & Barthius. nec aliter Oxonius liber cum editione Parmensi. in Puteaneo *Immemor hic.* N. HEINSIUS. *Immemor is* etiam Romana princeps, Mediolanensis & Marsi editio Veneta prior; in posteriori vero operarum errore *Immemoris* legitur, quod postea pessime pleraeque editiones secutae sunt. Pene autem ad verbum expressit illa Livii lib. XXIX. cap. XXIV. *Literas dat ad regem, quibus etiam atque etiam monet eum, ne jura hospitii secum, neu cum populo Romano initae societatis, neu fas, fidem, dextras, Deos testes atque arbitros conventorum fallat.*

v. 68. *Et mensas testes atque hospita jura*] Magna apud veteres reverentia erat mensarum. videlicet, si quem semel suae admoverant, ei male velle nefas habebatur. Claudianus,

——— jurata Deorum
Majestas teritur, nusquam reverentiae mensae,
Non conjux, non ipse simul, non pignora caesa
Sufficiunt odiis.

Vides *reverentiam mensae* divino cultui jungi, laesam atrocissimis facinoribus. Synes. epist. LVII. Τράπεζα μὲν ἱερὸν χρῆμα, δι' ἧς ὁ Ζεὺς τιμᾶται Φίλιός τε καὶ Ξένιος. Quin & diversos Deos consecrabant mensae tutelares, ut Hercules ἐπιτραπέζιος apud Papinium lib. IV. silvarum. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 70. *Toros regni mercede pararat*] Hoc dicit Silius, nuptias petentem Syphacem regnum Poenis mercenarium ad bella fecisse. Porro in rebus hujus regis admodum infelix poëta est Silius, languide totam castrorum exustionem, tantique barbari captivitatem describens: ut ego plane aliud malim, quam tantae rei tam frigidum narratorem legere. Et fere ubique in talibus recensendis mera cura hic scriptor est. Quam inepte mox locutionem Hannibalis ad milites, & ante cum legatis disceptationem, ipsumque tanti bellatoris discessum proponit. Felicior sane aliquanto in laudibus declamandis, quod vel ex encomio Scipionis, hunc librum & opus universum claudente, patere possit, non enormi, sed composito, nec majestatis orbo. Sed haec alibi tractanda melius erunt. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII.

v. 73. *Ceu face succensus prima*] Primus enim amor fortior putatur, quam secundus: unde Silius, indicaturus Hannibalem vehementissime uxorem Imilcen amare, primas eum cum illa nuptias contraxisse ait, lib. III. vers. 64.

Virgineis juvenem taedis primoque Hymenaeo
Imbuerat conjux, memorique tenebat amore.

Sensus itaque Silii est, tanto amore Syphacem prosecutum fuisse Sophonisbam, quasi ea prima fuisset, quam uxorem duxerat. Erat enim viduus, ut patet ex filio ejus Vermina, cujus meminere Liv. lib. XXIX. cap. XXXIII. & Appian. Alex. in Punic. pag. 18. ut & ex alio ejus filio & tribus nubilibus filiabus apud Appian. ibid. pag. 14. & 10.

v. 75. *Dotalia transtulit arva*] *dotem*, notavimus alibi, id etiam perhiberi Latine scribentibus, quod non solum sponsa confert sponso, sed & vicissim, quod iste illi. Claudian. *quo ducta ferox Proserpina curru Possedit dotale chaos.* idem,

——— Bacchus amator
Dotali potuit coelum signare corona.

Manilius, ut notabamus alibi, lib. V.

Solvitque haerentem vinclis de rupe puellam,
Desponsam pugna, nupturam dote mariti.

dos mariti illo loco vita est, quam non habebat, nisi eam dotis loco a marito accepisset, & ita neque nubere potuisset. unde dos mariti prima & praecipua est liberatio a marino monstro, & vitae velut postliminio restitutio: nam de Andromeda & Perseo sermo est Manilio. Dotavit ergo ipsemet maritus sponsam suam, nec minus dos etiam mariti est, quippe cum eidem vita sponsae tantopere amatae, ut pro ea periculum praesens mortis subire non dubitarit, charior omnibus bonis fuerit, quam ille sponsae restituit. Mirificum acumen in hoc loco Manilii est, & tota illa descriptio Andromedae maximi judicii & ingenii poëtam fuisse docet. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

 Eodem

Sed non Ausonio curarum extrema Syphacem
Ductori monuisse fuit, sit fidus, & ictum
Observet foedus, neu pacis jura resolvat,
Stet regno, reputet Superos, pacta hospita servet:
Longe conjugia, ac longe Tyrios Hymenaeos
Inter Dardanias acies fore. sanguine quippe,
Si renuat, blando nimium facilique marito
Statura obsequia & thalami flagrantis amores.
Sic Latius permixta minis & cassa movebat

Ductor,

Eodem sensu voce *dos* usus est Ovid. v. Met. vers. 13.

—— quae te, germane, furentem
Mens agit in facinus? meritisne haec gratia tanta
Redditur? hac vitam servatae dote rependis?

& Pseudo-Albinov. de morte Maecen. vers. 53.

Hic modo miles erat, ne posset femina Romam
Dotalem stupri turpis habere sui.

Vide plura apud Barth. ad Claud. I. de rapt. Pros. vers. 28. & lib. VIII. Advers. cap. VIII.

v. 77. *Sit fidus, & ictum*] Oxonius & Puteaneus cum editione Parmensi *missique minentur*. Deinde hi omnes omittunt versum proxime subsequentem. puto, *missique minantur*, nempe oratores. Similis locus apud Valer. Flacc. lib. VI. aut VII. N. HEINSIUS. Libris, quos Heinsius consuluit, accedunt omnes ante Juntinam editiones: in illa enim Nicander primum vulgatam scripturam exhibuit, quam vitiosam esse vel sola vox *Observet* demonstrat: mox enim versu sequenti sequitur *servet*. Nihil tamen mutare sustinui.

v. 79. *Facta hospita servet*] Citra dividias legendum *pacta hospita*: qui error tamen etiam editionem Dausquejanam insedit: &, ut nos conjectavimus, ita habet MS. Oxoniensis. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. *pacta* scribendum cum Puteaneo. & sic Barthius ex Oxonio. N. HEINSIUS. Ita hoc loco emendandum jam olim monuit vir Illustrissimus ad Nason. VII. Metam. vers. 701. Alibi saepe ita peccarunt librarii. vide N. Heinsium ad Nason. epist. XX. Her. vers. 18. ad XIV. Metam. vers. 36. & ad Vellej. Paterc. lib. II. cap. LXV.

v. 80. *Longe coniugia, ac longe Tyrios Hymenaeos*] Elegans imitatio Virgilii, *Longe illi Dea mater erit.* sic *nequidquam* quoque eleganter usurpavit hoc eodem libro Silius,

—— contra sic concidat unus,
Nequidquam fore Agenoreis cuncta arma virosque.

Quam scripturam inscite in nonnullis libris mutatam eadem hac explicatione auctori servare volui. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Pariter Silius supra lib. I. vers. 301. *longe clausis sua foedera, longe Ausoniam fore.* Ovid. epist. XII. Heroid. vers. 53.

Quam tibi nunc longe regnum dotale Creusae,
Et socer, & magni nata Creontis erunt?

Petron. in Satyr. cap. LVIII. *Curabo longe tibi sit comula ista bessalis & dominus dupondiarius.* ubi vide Celeberrimum Burmannum. Adeatur etiam Passerat. ad Propert. lib. I. eleg. VII. vers. 17. Cerda ad Maron. XII. Aeneid. vers. 52. Gronov. ad Senec. Hippol. vers. 974. N. Heins. ad Nason. VIII. Metam. vers. 435. Freinsh. indic. in Flor. voce *Longe esse*, & Brockh. ad Prop. lib. I. eleg. V. vers. 2. Contra *adesse* pro juvare, auxilium ferre. Liv. lib. III. cap. XXV. *Et haec sacrata quercus & quidquid Deorum est audiant foedus a vobis ruptum; nostrisque & nunc querelis adsint, & mox armis.*

v. 83. *Sanguine quippe Statura obsequia*] *Statura* est constitura. Liv. lib. II. cap. XXXVI. *Magno illi ea cunctatio stetit: filium namque intra paucos dies amisit.* lib. XXIII. cap. XXX. *Multoque sanguine atque vulneribus ea Poenis victoria stetit.* Valer. Max. lib. V. cap. VI. ex. I. *Merito adjecerim, populo Romano libertatem suam magno stetisse.* Senec. I. de Ira cap. 2. *Nulla pestis humano generi pluris stetit.* Vide Gronov. III. Observ. cap. VII. & Broekhus. ad Propert. lib. II. eleg. VII. vers. 8.

v. 84. *Et cassa movebat*] Scribendum, *at cassa monebat*. Scipionem monitus minis acuisse dicit, simul monentem de religione foederis icti conventi, deque imminenti belli asperitate, at casso conatu. Addictum enim Tyriis hymenaeis contemsisse monitus minasque regem. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. *sed*, vel *at cassa* praetiterit. *monebat* etiam in Puteaneo & Parmensi editione. utrumque Barthio arrisit. sed cum *monita* mox sequantur, hic *movebat* praetulerim. N. HEINSIUS. Recte viri docti *at cassa*, pro *&*. Saepe hae voculae in membranis confunduntur, ut supra lib. XIV. vers. 428. & alibi. Optime etiam N. Heinsius τὸ *movebat* tuetur, quamvis quidam libri *monebat* habeant. Obvius & hic error passim in MSS., ut verba *movere* & *monere* alterum pro altero ponantur. vide supra ad lib. II. vers. 273.

v. 86. *Ergo, asper monitis frustra nitentibus*] *Asperum monitis* barbarum *iratum* dicit mox. *asperare* enim est ira accendere. Statius,

Asperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos.

Horatius de juvene *monitoribus asper*. Tacit. Histor. II.

Ductor, nam surdas conjux obstruxerat aures.
Ergo, asper monitis frustra nitentibus, enses
Advocat, &, castas polluti foederis aras
Testatus, varia Martem movet impiger arte.
Castra, levi calamo cannaque intorta palustri,
Qualia Maurus amat dispersa mapalia pastor,
Aggreditur, furtum armorum tutantibus umbris,
Ac tacita spargit celata incendia nocte.

Inde,

II. *Irent propere, neu remorando iram victoris asperarent.* BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Non bene Barthius haec verba ad Syphacem retulit, quae ad ipsum Scipionem referenda puto. Is enim exasperatus fuit, postquam vidit, monitis se efficere non posse, ut Regem a societate Karthaginiensium abduceret. Sequentia etiam clare probant, haec verba non Syphacem, sed Scipionem, respicere.

v. 88. *Varia Martem movet impiger arte*] *vafra arte*, ni fallor, quae vox frequenter corrupta, ut ad epistolam Helenes Nasonianae pluribus demonstravimus. apud Martialem,

Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte.

Sed hic nihil temere mutem. N. HEINSIUS.

v. 89. *Castra levi calamo cannaque intorta palustri*] *intecta* Puteaneus. *intexta* opinor. quamquam & *intecta* potest se tueri. de qua re nonnihil ad Nasonem Met. v. vers. 446. annotavimus. N. HEINSIUS. Exprimit locum Livii lib. XXX. cap. III. *Numidae praecipue harundine textis storeaque pars maxima tectis, passim nullo ordine, quidam ut sine imperio occupatis locis, extra fossam etiam vallumque habitabant.* Malim autem hoc loco *intextis*, quam *intectis*. Passim hae voces in Mstis confunduntur. Vide supra ad lib. XIV. vers. 310.

v. 91. *Aggreditur, furtim armorum tutantibus umbris*] Quae *umbrae armorum* dicantur, velimus doceri, aut quomodo *furtim tutentur.* immo quomodo omnino intellexerint hunc locum, qui pro facili inemendatum & inexpositum transierunt. Sine dubio legendum est *Aggreditur, furtum armorum.* noctu aggressum ait incendio castra hostica. Et vidit post nos Dausquejus: neque non ita exstat in Msto Oxoniensi. Quod *furtum armorum* cum dixit, breviter quasi licitum atque laudabile excusavit simul. Sic κολπὶ bellicum strategema Libanio declamatione Menelai, furtivum bellum Procopio lib. I. belli Persici. Expressit vero solens numen suum Maronem lib. XI. Aen.

Furta paro belli convexo in tramite silvae.

Sallustius apud Servium eo loco, *Gens ad furta belli peridonea.* Notavit Virgilii versum & *furtum* in eo explicavit etiam Donat. ad Eunuch. act. IV. sc. ult. τὸ *belli* in *armorum* scite propter grandiorem sonitum mutavit Silius, cum alioqui in descriptione ardentium castrorum sit perfrigidus; quod vel ex eo sentiri debet, quod tantopere in inveniendis unius rei diversis vocabulis laborat, sine vero spiritu, aut inventionis viva floriditate. Sic cum magnum aliquid de Regulo dicere vellet lib. VI. mera vocabula junxit,

Utque erat in pugnamque, & Martem, & proelia, & hostem,
Igneus.

quae copiam affectant, sed umbram saltim tangunt: quorum omnium examen uberius dabit CENSIO nostra POETARUM, sine supercilio aut ambitione ex re ipsa argumenta ducens. Vide, sodes, quo pacto eadem dicat, *incendia, pestem, ignes, flammas, luem, Vulcanum*, rursus *incendia*: quae inscite demum *manare* dixit, cum rapido igne ante omnia complexa voluerit; rursus *ignem*, rursus *flammam*, rursus *fluere*, denuo non *Vulcanum*, sed *Mulciberum*: quae variatio jejunum ingenium notat: mox iterum *pestem*: jam pro *fluxu*, aut *manatione saltum* flammis dat; jam claudit demum cohortem *ardor*. Omnia ista vivide & clare paucis poterat proponere, aut ita deducere, ut non stupraret velut periodos, rerumque altitudinem quaesitis vocabulis obfuscaret & enervaret. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. *furtum* cum Puteaneo. & sic Interpres, qui hic consulendus; etiam ex Oxonio Barthius. pro *tutantibus umbris*, Putean. *intentibus*, editio Parmensis *nitentibus*. forte *invitantibus umbris.* pro *celata incendia*, possis etiam *celerata.* N. HEINSIUS. Optime viri docti *furtum armorum.* & ita est in editione Romana principe & Mediolanensi. sunt autem *furta armorum* insidiae & strategemata. Curtius lib. IV. cap. XIII. *Parmeno, peritissimus inter duces artium belli, furto, non proelio, opus esse censebat: intempesta nocte opprimi posse hostes.* Frontin. II. Strateg. cap. V. §. 31. *Ita ut in prima parte leves Hispanos aptissimos ad furta bellorum ponerent* ubi vide Tennul. & Dresem. ad Iscan. v. de bell. Troj. vers. II. Pari modo κλέπτειν pro clam & inscio altero quid facere posuerunt Graeci. vide Celeberrimum Perizonium ad Aeliani III. Var. Hist. cap. ult. Pro *tutantibus*, etiam Romana princeps & Mediolanensis editio *nitentibus.* sed nihil mutandum. *celata incendia* autem sunt clam furto armorum immissa, quare non opus & cum Illustrissimo Heinsio in *celerata* mutare: quamvis ceteroquin *celeratus* compendio scribendi facile in *celatus* abire potuisset. vide Mercerum ad Non. Marcell. pag. 116.

v. 93.

Inde, ubi collecti rapidam diffundere pestem
Coeperunt ignes, & se per pinguia magno
Pabula ferre sono, clare exspatiantur in auras,
Et frenos volucri propellunt lumine flammae.
It totis inimica lues cum turbine castris,
Atque alimenta vorat strepitu Vulcanus anhelo
Arida, & ex omni manant incendia tecto.
Sentitur plerisque prius, quam cernitur, ignis
Excitis somno, multorumque ora vocantum
Auxilium invadunt flammae. fluit undique victor
Mulciber; & rapidis amplexibus arma virosque
Corripit: exundat pestis, semustaque castra
Ardenti volitant per nubila summa favilla.
Ipsius ingenti regis tentoria saltu

Lugubre

v. 93. *Inde ubi collecti rapidam diffundere pestem Coeperunt ignes*] Scribo *conjecti ignes*. sic & lib. IX. vers. 602. *conjectis flammis* scribendum. N. HEINSIUS. Optime Vir Illustrissimus *conjecti ignes* emendat. Passim ita peccarunt librarii. Apud Cicer. III. de Orat. cap. XXXIII. plures libri, quos Th. Cockman, & codex Trajectinus, quem ego consului, ita legunt, *Nam propter hanc ex privatorum negotiis conjectam gratiam tardior in republica capessenda fuit.* ubi vulgo recte *collectam gratiam* legitur. apud Caesar. II. de bell. Gall. cap. XXVIII. vulgo editur, *Majores natu, quos una cum pueris mulieribusque in aestuaria ac paludes collectos dixeramus.* ubi *conjectos dixeramus* scribendum puto: quod olim etiam vidit Joh. Glandorpius, quem nemo sequentium Interpretum audivit: cum tamen ita legendum evincat alius locus Caesaris superius cap. XVI. ubi de eadem re dicit, *Mulieres, quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum locum conjecisse, quo propter paludes exercitui aditus non esset.* Alia exempla habent Victor. X. Var. lect. cap. VII. viri docti ad Cic. X. ad famil. epist. XXXII. N. Heins. ad Nason. XIII. Metam. vers. 910. & Brockhus. ad Propert. II. eleg. XVII. vers. 12.

v. 95. *Et clare exspatiantur in auras*] *late exspatiantur*, si quid video. dubito tamen, nam *late* sequitur vers. 107. N. HEINSIUS. Ego cum Celeberrimo Viro Petro Burmanno legere malo *clarae*, nempe flammae. ut apud Maron. lib. II. Aen. vers. 569. *dant clara incendia lucem.*

v. 96. *Et frenos volucri propellunt lumine flammae*] Scribendum *flumine*, hoc est, velut torrente. quid enim *lumini* cum *frenis*? Ex Graecis poetis similia alibi notavimus. Nec audiendus doctissimus nuperus Interpres, qui *ramos frenis* substituit. BARTHIUS lib. X. Advers. cap. XIII. Interpres bene deprehendit, monuitque, mendosum esse hunc locum, cui mederi se opinatus est, dum reponit *ramos propellunt.* sed ex calamo cannaque, non ex ramis, castrenses Numidarum casas fuisse contextas jam supra designarat Silius. &, ut demus, ex ramis contextas fuisse, quid est *ramos propellere*? aut quis in descriptione incendii cujuscumque sic est Latine locutus? Nequid moremur, scribendum vocibus transpositis videtur,

—— late exspatiantur in auras,
Et volucri effrenes propellunt lumine flammas.

de ignibus sermo est. Barthius *volucri flumine* mavult, ut paullo ante, *fluit undique victor Mulciber.* Sed *frenis* hic nullus omnino locus est, non magis quam *ramis* Interpretis, quos merito explodit idem Barthius. Possis etiam

Et se mox volucri propellunt lumine flammae.

N. HEINSIUS. Nihil in corrupto hoc loco adjuvant libri scripti. *To ramos* etiam Celeberrimo Burmanno displicet, qui in voce *frenos τὸ Poenos* fortasse latere conjicit; legendum itaque existimat,

Et Poenos volucri propellunt flamine flammae.

flamine autem exponit *afflatu*, vel pro vento sumit, quo alitur incendium.

v. 97. *It totis inimica lues cum turbine castris*] Malim *ceu turbine.* infra,

—— puppimque sub atris
Aggeribus tenuit ponti ceu turbine mersam.

N. HEINSIUS. Supra etiam lib. I. vers. 362.

Haec vastae lateri turris, ceu turbine, fixa.

ubi inducti librarii pariter turbarant. vide, quae eo loco notavit N. Heinsius. lib. XII. vers. 234.

Ceu subita ante oculos Paulli emersisset imago.

hic etiam *Cum subita* editum fuit olim. vide ad eum locum viros doctos.

v. 102. *Fluit undique victor Mulciber*] *furit* praestiterit. N. HEINSIUS. *τὸ fluit* minus aptum est exprimendo celeritatem, qua flammae cuncta amplexae sint: quare haud male vir Illustrissimus *furit* emendavit. supra lib. II. vers. 657. *furit ensis & ignis.* Virgil. III. Georg. vers. 99.

Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis
Incassum furit.

lib. V. Aen. vers. 662. *furit immissis Vulcanus habenis.*

Claudian.

Lugubre increpitans late circumvolat ardor:
Hausissetque virum, trepidus ni clade satelles
E somno ac stratis rapuisset multa precantem.
Verum, ubi mox juncto sociarant aggere vires
Massylus Tyriusque duces, accitaque regno
Lenierat pubes infaustae vulnera noctis,
Ira, pudorque dabant, & conjux, tertius ignis,
Immanes animos; afflataque barbarus ora
Castrorum flammis, & se velamine nullo
Vix inter trepidas ereptum ex hoste catervas
Frendebat minitans. sed enim non luce Syphacem,
Nec claro potuisse die, nec sole tuente,
A quoquam vinci. jactarat talia vecors:
Sed jam claudebat flatus, nec plura sinebat
Atropos;

Claudian. de piis Fratr. vers. 46.

Nec gemat exustas igne furente domos.

ceteroquin *fluere* de igne etiam eleganter dicitur. Vide Cerd. ad Maron. III. Aen. vers. 572. & Celeberrimum virum Jac. Gronov. ad Gell. XVII. Noct. Attic. cap. X.

v. 105. *Ardenti volitant per nubila summa favilla*] *Albenti favilla* Puteaneus cum Oxonio. recte. sic *candentem favillam* dixerat Maro III. Aen. vers. 573. *canam* Ovidius. N. HEINSIUS. *Ardenti favilla*, ut apud Martial. lib. I. epigr. XLII.

Dixit, & ardentes avido bibit ore favillas.

quo sensu etiam exponi potest *candens favilla* in loco Maronis Heinsio laudato. Neque aliter ceperunt Cerda ibid. & Jos. Scalig. ad Sever. Aetn. vers. 509. Vir Illustrissimus *Albenti favilla* malebat, quomodo *cana favilla* est apud Petron. Satyr. cap. CXX.

——— *Ditis pater extulit ora,*
Bustorum flammis & cana sparsa favilla.

ut contra *atra favilla* apud Maron. V. Aen. vers. 666.

Respiciunt atram in nimbo volitare favillam.

Hoc loco tamen nihil mutarem.

v. 109. *E somno ac stratis rapuisset multa precantem*] Quam rigidum est hoc de rege. satis erat *E somno*, aut *e stratis*. nimirum tantum regem somnum in strato capere sciebant omnes. deinde *multa precantem* haec captivitatem potius, quam liberationem ab imminentibus flammis, signant. *multa precari* regem in suis castris, inter manus satellitum suorum, quam absonum est? potius *dira precantem*. fastu videlicet barbaro & regio in ausos tam immania, & quidem furto, hostes. Nam regem minime mollem inducere alioqui vult, cum mox pugna commissa inter agmina adversa medium evolasse dicat. Sed, ut diximus supra, loci haec alterius sunt. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Opinor,

Exsomnem ac stratis rapuisset multa precantem.

Exsomnis voce etiam initio lib. IX. est usus, *Consul traducere noctem Exsomnis.* Hanc vocem Maroni restituimus lib. VI. Aeneidos vers. 556. ubi plura. in Puteaneo *Et somno*, in editione Parmensi *Ex summo.* Praestat *E sponda & stratis.* N. HEINSIUS.

v. 110. *Sociarant aggere vires*] *sociarunt* praestiterit. *juncto aggere*, junctis castris. posses alioquin *juncto agmine.* N. HEINSIUS.

v. 113. *Ira pudorque dabant & conjux, tertius ignis*] Ex Ovidio translatum existimo. de ira & amore notum. Pudorem igni comparans Maronem imitatur, licet de alio Laviniae is loquatur. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 114. *Afflataque barbarus ora Castrorum flammis*] Pariter Liv. lib. XXX. cap. VI. *Duces tamen ambo, & ex tot millibus armatorum duo millia peditum & quingenti equites semiermes, magna pars saucii afflatique incendio, effugerunt.*

v. 119. *A quoquam vinci. jactarat talia vecors: Sed jam claudebat flatus, nec plura sinebat*] Illud etiam per viam in hoc auctore nobis nota dignum videtur, quod pluribus spondaeis vulgaribusque verbis compositis carmen frequentissime perdat, ut hic. Sic ante vers. 115.

Castrorum flammis, & se velamine nullo.

quae omnino cursum orationis incidunt velut, & difficilem reddunt; curamque illam, a Plinio indicatam, hic ingenio plane caruisse arguunt. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap VII.

v. 120. *Sed jam claudebat flatus*] *flatus* notant superbiam, inconcinnum fastum. Claudian. *flatusque Leonis Spe nutrire leves.* vide lib. XXIII. Advers. cap. VII. BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII. Silius supra lib. II. vers. 288.

Ingenitum noscens virus flatusque paternos.

lib. X. vers. 249. *qua flatus agit, qua pervius ensis.* lib. XI. vers. 581.

——— *qui tanta superbo*
Facta sonas ore, & spumantis turbine perflas
Ignorantum aures.

Claudian. II. de laud. Stilic. vers. 159. *nec prospera*

 flatus

Atropos; & tumidae properantur ſtamina linguae.
Namque, ubi proſiluit caſtris, ceu turbidus amnis,
Qui, ſilvas ac ſaxa trahens, per devia praeceps
Volvitur, & ripas ſpumanti gurgite laxat,
Ante omnes praevectus equo, trahit agmina voce.
Contra ſana manus Rutuli, celſuſque ruebat
Viſo rege procul raptis exercitus armis.
Ac ſibi quiſque, Videſne? videſne, ut in agmine primo
Maſſylus volitet, depoſcens proelia, rector?
Fac noſtrum hoc, mea dextra, decus. violavit & aras
Coelicolûm,

ſlatus Attollunt nimios. Vide Camerar. ad Caeſar. II. de bell. Gall. cap. IV. Barthium ad Claud. II. in Eutrop. verſ. 430. ad Statii I. Theb. verſ. 321. ad III. Theb. verſ. 192. & N. Heinſium ad Ovid. I. Art. Amat. verſ 715. Cellarius ita hunc locum interpretatur: „ Volentem Syphacem plura inſo-„ lenti animo ac voce jactare, fatale incendium „ impediebat, & finem linguae tumidae ac jacta-„ bundae imponebat. Sed Syphax haec demum jactaſſe fingitur, eum, reparatis viribus, copias cum Haſdrubale conjunxiſſet, & ſecundae pugnae fortunam experiri vellet.

v. 121. *Tumidae properantur ſtamina linguae*] *properarunt* Puteaneus. *properabant*, vel *properabat*, opinor. N. HEINSIUS.

v. 122. *Ceu turbidus amnis, Qui ſilvas* &c.] Supra lib. IV. verſ. 522.

Ut torrens celſi praeceps e vertice Pindi
Cum ſonitu ruit in campos, magnoque fragore
Avulſum montis volvit latus: obvia paſſim
Armenta immaneſque ferae ſilvaeque trahuntur.

ubi quaedam alia exempla notavi.

v. 125. *Trahit agmina voce*] *agmina prima* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 126. *Contra ſana manus Rutuli*] *vana manus* in Puteaneo, Oxonio, & Parmenſi editione. Scribendum videlicet *nava manus:* quam vocem Silius amat plurimum, ut jam multis locis vidimus. Vide lib. I. verſ. 549. N. HEINSIUS. *vana manus* etiam Romana princeps, Mediolanenſis & Martini Herbipolenſis editio, pro quo optime tranſpoſitis literis vir Illuſtriſſimus *nava manus* reponit.

v. 126. *Celſuſque ruebat exercitus*] Petav. ad Themiſt. Orat. XVIII. pag. 482. edit. Harduini *celſus* hic exponebat equitem deſultorium, ſingulatorem, qui Graecis κέλης dicitur. quo ſenſu Mercer. ad Non. pag. 87. eam vocem etiam exponebat in loco Varron. in Agath. *Haec poſtquam dixit, cedit citus, celſus tolutim.* Priora itaque verba hujus verſus ad pedites, haec vero ad equites referenda forent, qui *in equis ſublimes* vocantur Maroni VII. Aen. verſ. 285.

Sublimes in equis redeunt, pacemque reportant.

& Statius VIII. Theb. verſ. 563.

Nunc pedes enſe vago, prenſis nunc celſus habenis.

celſum exercitum tamen hic malo exponere milites excelſo animo, feroces. Ita Liv. lib. VII. cap. XVI. *Signum poſcunt ingenti clamore, & ſpe haud dubia feroces in proelium vadunt. celſus mente* ſupra eſt lib. XVI. verſ. 188.

Celſus mente Syphax acciri in tecta benigne
Imperat.

v. 128. *Videſne, vides, ait, agmine primus Maſſylus volitat, depoſcens proelia, rector?*] Horrida & difficultatis plena ſunt quatuor vocabula de uno viro ejuſdem caſus. BARTHIUS lib. XIII. Adverſ. cap. VII. Laudo lectionem calamo exaratam *agmine primo.* BARTHIUS lib. X. Adverſ. cap. XIII. *videt, ut agmine* Puteaneus cum Oxonio & editione Parmenſi; & mox *volitet*, pro *volitat*, idem Puteaneus. Haud dubie ſcribendum,

Ac ſibi quiſque, Videſne? videſne, ut in agmine primo
Maſſylus volitet, depoſcens proelia, rector?

agmine primo Oxonius vere, uti Barthius jam monuit. N. HEINSIUS. Veram hujus loci ſcripturam optime vindicavit Illuſtriſſimus Heinſius: quam ſi recipimus, ut omnino recipienda eſt, evaneſcet cenſura Barthii, quatuor vocabula de uno viro ejuſdem caſus horrida & difficultatis plena eſſe monentis. quin & ipſe, probando Oxonienſis libri lectionem *agmine primo*, cenſuram ſuam non neceſſariam eſſe judicavit. In Mediolanenſi editione & ea, cui praefuit Martinus Herbipolenſis, *vides ut agmine* etiam inveni.

v. 131. *Caſti ductoris foedera rupit*] *caſtus* huic poëtae eſt, qui opponitur perfido. lib. III. verſ. I.

——— *moenia caſtae*
Non aequo Superûm genitore everſa Sagunti.

BARTHIUS lib. X. Adverſ. cap. XIII. τὸ *caſti* videtur prognatum ex *caſtris*, quod verſu occurrit proxime ſubſequenti. tamen ſupra libro III. verſ. I.

——— *moenia caſtae*
Non aequo Superûm genitore everſa Sagunti.

N. HEINSIUS. Optime Barthius vocem *caſtus* expoſuit pro eo, qui fidem ſervat. ſic ſupra lib. XIV. verſ 84.

——— *ſocialia jura*
Auſoniis multos ſervarat caſta per annos.

caſtum & *perjurum* opponit Cicer. pro Roſcio Com. cap.

Coelicolûm, & casti ductoris foedera rupit.
Sit satis hunc castris semel effugisse crematis.
Sic secum taciti, & certatim spicula fundunt.
Prima in cornipedis sedit spirantibus ignem
Naribus hasta volans, erexitque ore cruento
Quadrupedem, elatis pulsantem calcibus auras.
Corruit asper equus, confixaque cuspide membra
Huc illuc jactans, rectorem prodidit hosti.
Invadunt, vanamque fugam, atque attollere fessos

Annitentem

cap. VII. *Quamobrem etiam atque etiam considera, C. Piso, quis quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium. quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis avarum.* Quin & ipsa fides saepe *casta* dicitur. Vide supra ad lib. I. vers. 481.

v. 134. *Prima in cornipedis* &c.] Eadem vocabula unius rei, quem naevum notabamus ante, hic iterum ingessit in descriptione mirabili & ineleganti equi vulnerati. Hic enim quatuor versibus *cornipes, quadrupes, equus*, paupertatem spiritus ad verba alligati manifeste docent. Sed tota, ut innui, ista descriptio nullius est ingenii. Hasta naribus cornipedis sedens erexit quadrupedem ore erecto, pulsantem auras calcibus; mox corruit asper equus, & membra confixa cuspide jactat. Infelicia plane omnia, si accuratius inspicias; vix communes quoque sensus ferunt. Nos ob reverentiam antiquitatis hoc loco saltem proponere judicii probandi voluimus. BARTHIUS lib. XIII. Advers. cap. VII. Plura hic Silius pro libertate poëtis concessa omisit, diversasque pugnas confudit. Res omnis, ut ex historicis constat, hoc fere modo gesta est. Postquam Syphax & Hasdrubal ex incendio castrorum & clade nocturna vix evaserant, quisque novas vires parare instituit: junctisque denuo copiis cum Scipione manus conseruerunt. Sed iterum victi quisque praeceps ad sua defendenda abiit, Syphax in Numidiam, Hasdrubal Karthaginem. Scipio, feliciter depugnato hoc proelio, postridie omnem equitatum Laelio ac Masinissae tradidit, ut fugientes persequerentur: qui quintodecimo die tandem in Numidiam venerunt, ubi Masinissa, diu a civibus exspectatus, in regno paterno restitutus est. Haec dum aguntur, Syphax, qui in regnum proprium fugerat, iterum copias coëgit, ac Romanis obviam processit. Sed, cum exercitus ejus totus fere ex tyronibus collectus foret, facili negotio in fugam versus est. In hoc tandem proelio vulnerato equo excussus, & ad Laelium vivus perductus est. Ex tribus autem his proeliis Silius duo fecit, quo utroque Syphax & Hasdrubal junctis viribus cum Scipione conflixerunt: eaque, quae historici tertio proelio accidisse referunt, quo nempe solus Syphax cum Laelio & Masinissa pugnavit, secundo tribuit. Ad ultimam hanc pugnam refero fragmentum Caelii Antipatri ex VII. Annal. apud Non. Marc. voce *Congenuclare. Ipse regis eminus equo feris pectus advorsum, congenuclat percussus, deiecit dominum.* quem autem Antipater *pectore vulneratum* dicit, ei hastam *naribus* sedisse Silius finxit. Livius vero lib. XXX. cap. XII. simpliciter Syphacem *equo graviter icto effusum* narrat.

v. 138. *Rectorem prodidit hosti*] *vectorem* forte rectius. de qua voce pluribus ad Nasonem. N. HEINSIUS. *vectorem* conjicit Heinsius, id est, equitem, qui equo vehebatur: quo sensu est apud Ovid. III. Art. Amat. vers. 555.

Sed neque vector equum, qui nuper sensit habenas,
Comparibus frenis artificemque regit.

Ita legit Vir Illustrissimus: vulgo pariter *rector* erat. Idem I. Trist. eleg. III. vers. 115.

Utque parum validus non proficientia vector
Cervicis rigidae frena remittit equo.

Quinctil. Declam. XIII. pag. 232. *Cur infrenatis equis vector insidet?* Eodem modo *vector* dicitur, qui navi vehitur. Lucan. lib. V. vers. 580.

——— *sola tibi caussa haec est justa timoris,*
Vectorem non nosse tuum.

vector autem & *rector* ob similitudinem ductus literarum *v* & *r* nonnumquam commutantur. apud Lucan. lib. VI. vers. 392. vulgo editur,

Improbe Lerneas vector passure sagittas.

pro quo N. Heinsius in codice Thuan. *rector* invenit. Nihil tamen hoc loco videtur mutandum. *rector* enim pro equite est apud Tacit. I. Annal. cap. LXV. *Equusque maxime vulnera ingerit: illi, sanguine suo & lubrico paludum lapsantes, excussis rectoribus, disjicere obvios, proterere jacentes.* Claudian. II. in Eutrop. vers. 423.

Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu, non sidere, puppis.

pro quo *regens* est apud Lucan. lib. VII. vers. 529.

Ut primum sonipes, transfixus pectora ferro,
In caput effusi calcavit membra regentis.

ubi tamen codex Hamburgensis, cujus excerpta penes N. Heinsium fuerunt, *sedentis* habent.

v. 139. *Invadunt, vanamque fugam*] *vanumque fugae* corrigo vel contra codices vetustos. lib. XII. *Nec forsan voti vanus fores.* idque Interpreti venisse in mentem video. N. HEINSIUS.

Ppppp 2 v. 140.

Annitentem artus, revocato e vulnere telo,
Corripiunt: tum vincla viro manicaeque pudenda
Addita, &, exemplum non umquam fidere laetis,
Sceptriferas arta palmas vinxere catena.
Ducitur ex alto dejectus culmine regni,
Qui modo sub pedibus terras, & sceptra, patensque
Litora ad Oceani sub nutu viderat aequor.
Prostratis opibus regni Phoenissa metuntur
Agmina, & invisus Marti, notusque fugarum
Vertit terga citus damnatis Hasdrubal ausis.
Stabat Karthago, truncatis undique membris
Uni nixa viro, tantoque fragore ruentem

Hannibal

v. 140. *Revocato e vulnere telo*] *a vulnere* Oxoniensis codex cum omnibus priscis editionibus. Primus Colinaeus Parisiis *e vulnere* edidit, quem pauci sequuntur.

v. 141. *Tum vincla viro manicaeque pudenda Addita*] Opinor *manicaeque (pudendum) Addita.* quem loquendi modum impense diligit ac familiarem habet Silius. Deinde post *fidere laetis* tolle distinctionem. pro *& exemplum*, male Barthius *o exemplum.* N. HEINSIUS. Optime vir Illustrissimus *manicaeque (pudendum) Addita.* supra lib. IV. vers. 570.

Palantes agit ad ripas (miserabile) Poenus.

Infra vers. 276.

Dura forte rapit (miserandum & triste) biremes.

vers. 486.

Atque hos (turpe) pavor fusos projecit in arva.

& saepissime alibi. Plura exempla vide apud N. Heins. ad Nason. I. Amor. eleg. VI. vers. I. & I. Fast. vers. 641. *addita vincla*, ut supra lib. X. vers. 510. *Illyrico sunt addita vincla tyranno.* Dausquejus hoc loco corrigit, *manicaeque pudendae Additae, & exemplum.*

v. 142. *Et exemplum non umquam fidere laetis*] Melius Poetica lectio, magisque erecta fiat, si legas, *o exemplum.* Exclamatio enim sententiam magis imprimit hominum mentibus. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII.

v. 143. *Palmas vinxere catena*] Quia *vincla* praecesserunt, malim *strinxere.* N. HEINSIUS. Nihil muto. *vincire catena* enim Silio familiaris est locutio. supra lib. VI. vers. 464.

——— Tyrias tum justius arces
Arsuras dextra, fuerit quae vincla catena.

vers. 581.

——— dum non vinctam Karthago catenis
Abripiat, poenaeque instauret monstra paternae.

lib. IX. vers. 634.

——— quem, vinctum colla catenis,
Staturum ante tuos currus promisimus urbi.

ut autem hic *vincla* & *vincire*, sic supra *vincla* & *revinctus* quam proxime junxit lib. XVI. vers. 72.

Per medios Hannon, palmas post terga revinctus,
Ecce trahebatur, lucemque (heu dulcia coeli
Lumina!) captivus lucem inter vincla petebat.

Pro *vinxere* autem libri scripti solito errore habent *junxere.* vide supra ad lib. VIII. vers. 487.

v. 145. *Sub pedibus terras viderat*] Id est, terras imperio & potestati suae subjectas viderat. Virgil. VII. Aen. vers. 99.

——— quorumque ab stirpe nepotes
Omnia sub pedibus, qua Sol utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.

Ovid. XIV. Metam. vers. 490.

Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.

Senec. in Herc. Oet. vers. 107.

Quisquis sub pedibus fata rapacia
Et puppem posuit fluminis ultimi.

Claud. I. in Eutrop. vers. 173.

Vidit sub pedibus leges, subjectaque colla
Nobilium.

& Epist. ad Seren. vers. 36.

Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.

In Anthol. lib. IV. cap. IV. epigr. 7.

Ὠκεανὸν παρὰ ποσσὶν ἔχων μετ' ἀπείρονα γαῖαν.

Oceanum sub pedibus habens cum infinita terra. Ita & Liv. lib. XXXIV. cap. XXXII. *Argos & Lacedaemonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus tuis relinquemus.*

v. 148. *Et invisus Marti notusque fugarum Hasdrubal*] Lege, *at invisus Marti.* Vulgatum illud vile est, nec alio deducit sententiam, quam debet. Timiditas Hasdrubali etiam infra adscribitur, vers. 175.

——— Karthago laberet
Ut trepidi Hasdrubalis, qui rerum agitabat habenas,
Non una concussa fuga.

notus fugarum figura per genitivum est vocata a Julio Rufiniano in schematis lexeos, apud quem multa ex Virgilio exempla. Familiarem Silio notavit jam olim non ineptus judicii & lectionis Domitius Calderinus ad Silvas Papinii. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. *at invisus* Barthius. N. HEINSIUS. Hasdrubal *dux fugacissimus* dicitur Liv. lib. XXX. cap. XXVIII. Ter autem Hasdrubalem in fugam conjectum fuisse, semel in Hispania, bis

in

Hannibal absenti retinebat nomine molem.
Id reliquum fessos opis auxiliique ciere
Rerum extrema jubent: huc confugere paventes,
Postquam se Superûm desertos numine cernunt.
Nec mora: propulsa sulcant vada salsa carina,
Qui revocent, patriaeque ferant mandata monentis,
Ne lentus nullas videat Karthaginis arces.
Quarta Aurora ratem Dauni devexerat oras,
Et fera ductoris turbabant somnia mentem.
Namque gravis curis carpit dum nocte quietem,
Cernere Flaminium, Gracchumque, & cernere Paullum

Visus

in Africa, docet ad hunc locum Dausquej. Deinde haud male Barthius *at invisus*. ita saepe peccarunt librarii. vide supra ad lib. XIV. vers. 428.

v. 151. *Uni nixa viro*] Legendum *Uni innixa viro*. N. HEINSIUS.

v. 152. *Hannibal absenti retinebat numine molem*] Tot rebus gestis Hannibal apud Karthaginienses velut Deus in cultu omnium erat, ejusque velut numine communes spes sustentabantur. Quare ego non accedo doctis, qui *nomine* hic, licet non inani ratione, reponunt. Ingerit vero suam hanc esse scripturam post pauca ipse Silius,

— huc confugere paventes,
Postquam se Superûm desertos numine cernunt.

Cum Deos coelo habitantes sibi adversos vident, ad id numen, quod in terris ipsis supererat, confugiunt: omnem dubitationem tollit, quod post pauca sequitur, *dextramque ut numen adorant*. Nec absimiliter lib. XVI.

— tot caedibus olim
Quaesitus terror velut inviolabile telis
Servabat sacrumque caput.

BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. *numine* mavult Barthius, hoc est, diis aversis: ut infra,

Postquam se Superûm desertos numine cernunt.

N. HEINSIUS. Barthius *numine absenti* emendans, non Deos aversos indicabat, ut putabat N. Heinsius, sed ipsum Hannibalem, quem ob rerum gestarum magnitudinem in adversis ut Deum tutelarem suspiciebant & venerabantur Karthaginienses. Hic igitur, quamvis absens, molem reipublicae tot adversis fractam & pene ruentem numine suo sustinebat. Ita saepe lapsi sunt scribae librarii. vide supra ad lib. XVI. vers. 654. Sed cum mox iterum *numine* occurrat, nihil hic muto. *nomine* enim ut supra lib. XVI. vers. 17.

— proque omnibus armis
Et castrorum opibus, dextrisque recentibus unum
Hannibalis fas nomen erat.

v. 156. *Nec mora*] Livius nempe auctor est lib. XXX. cap. IX. postridie, quam haec sententia placuit, legatos Karthaginiensium, ut Hannibalem arcesserent, in Italiam profectos esse. Polyb. vero in reliquiis lib. XIV. Hist. cap. X. eos a curia mox ad mare abiisse refert. Recte itaque Silius, *Nec mora.*

v. 157. *Patrumque ferant mandata monentes*] *patriaeque ferant mandata* Puteaneus cum vetusta Marsi editione. placet. apud Nason. Metam. VII.

Attica puppis adest, in portusque intrat amicos,
Quae Cephalum patriaeque simul mandata ferebat.

Praeterea scribendum, ut mox videbimus, *patriae monentis*, non *monentes*. N. HEINSIUS. *patriaeque* etiam Oxoniensis codex cum editionibus Romana principe, Mediolanensi, Marsi, aliisque ante Nicandri Juntinam, in qua primum is *patrumque* edidit. Atque ita tamen habent omnes secutae editiones.

v. 158. *Ne lentus nullas videat Karthaginis arces*] Versus, *Tolle moras*, cum sequenti absunt a Puteaneo, Oxonio, & vetusta editione Marsi, in quibus in hoc versu est *videat*, pro *videas*. Optime. nam versus illi duo plane languidi sunt & insipidi. Totus igitur locus hoc modo constituendus,

Nec mora: propulsa sulcant vada salsa carina,
Qui revocent, patriaeque ferant mandata monentis,
Ne lentus nullas videat Karthaginis arces.
Quarta Aurora ratem Dauni devexerat oras.

Subscribit ceteris vetustis codicibus & Parmensis editio. Facessant igitur in malam rem duo illi versus, ab ineptis hominibus post hunc inculcati,

Tolle moras, patriaeque celer succurre cadenti,
Hannibal, & nostris depelle a moenibus hostem.

N. HEINSIUS. Editio etiam Romana princeps, Mediolanensis, & Martini Herbipolensis *videat* habent: deinde ignorant quoque duos hos versus,

Tolle moras, patriaeque celer succurrere cadenti,
Hannibal, & nostris depelle a moenibus hostem,

qui in vulgatis editionibus hunc proxime sequuntur: auctorem enim Nicandrum habent, cujus cura in Juntina editione primum editi sunt.

v. 162. *Cernere Flaminium &c. Visus erat*] Hannibalem itaque nunc in somno infestant umbrae eorum, quos interfecerat: quod de Saguntinis umbris praedictum supra erat lib. II. vers. 704.

Saepe, Saguntinis somnos exterritus umbris,
Optabit cecidisse manu.

Visus erat simul adversos mucronibus in se
Destrictis ruere, atque Itala depellere terra:
Omnisque a Cannis, Thrasymenique omnis ab undis
In pontum impellens umbrarum exercitus ibat.
Ipse, fugam capiens, notas evadere ad Alpes
Quaerebat, terraeque ulnis amplexus utrisque
Haerebat Latiae: donec vis saeva profundo
Truderet, & rapidis daret asportare procellis.
His aegrum visis adeunt, mandata ferentes,
Legati, patriaeque extrema pericula pandunt.
Massyla ut fuerint arma, ut cervice catenas
Regnator tulerit Libyae, letoque negato,

Servetur

Visus erat enim propria vox de somniis. Vide Broekh. ad Prop. lib. III. eleg. IV. vers. 24.

v. 164. *Mucronibus in se Districtis ruere*] *Destrictis.* & sic Parmensis. N. HEINSIUS. Ita etiam Romana princeps ac Mediolanensis editio. Plurimum autem differunt *Destringere*, & *Distringere*; illud enim nudare re aliqua, hoc vero in partes diversas trahere notat. *Destrictus mucro* igitur est vagina nudatus, eductus. Silius lib. XVI. vers. 528.

—— *communus ensis*
Destrictus, bellique feri simulacra cientur.

ubi vide, quae notantur. Horat. lib. III. od. I. vers. 17.

Destrictus ensis cui super impia
Cervice pendet.

Valer. Max. lib. III. cap. I. ex. I. *Arma enim infesta, & destricti gladii, & discursus telorum, &c. juvenibus quoque aliquantum terroris incutit.* ita in codice Brandenb. esse Vorstius monuit. cap. II. ex. 23. *Destricto gladio audacissimum quemque modo umbonis impulsu, modo mucronis ictu depellens.* ita legendum ex codice Msto Trajectino: in plerisque enim vulgatis est *districto*. ibid. ex. ext. I. *Quid cessas in me cruentam securim destringere.* ita legendum puto, nisi cum alio codice Trajectino velis *stringere*. vulgo est *distringere*. lib. VIII. cap. IX. ex. 2. *Destrictos jam & vibrantes gladios cruore vacuos vaginis reddiderunt. destrictos* & *vibrantes* Pighius ex MSS. vindicavit, posterius autem habet uterque codex Trajectinus, prius tantum alteruter eorum. vulgo edebatur *districtos* & *vibratos*. Lucan. lib. VII. vers. 312.

—— *vincat, quicumque necesse*
Non putat in victos saevum destringere ferrum.

ita restituendum auctoritate octo codicum Mstorum, quorum excerpta Heinsius habuit. Vide virum Maximum J. Fr. Gronov. ad Livii lib. XXVII. cap. XIII. & N. Heins. ad Nason. II. Fast. vers. 99. & vers. 207. Eadem vox auctoritate codicis Trajectini duobus etiam locis aliis restituenda Valer. Max. ut lib. II. cap. VII. ex. 5. *Censorum supercilium adversus fraternam charitatem destringere.* & ex. 15. *Parem iram adversus illos Senatus destrinxit, qui apud Cannas rempublicam deseruerant.* vulgo pariter *distringere*, & *distrinxit* editur. Similiter fructus dicitur ex arbore *destringi*, non *distringi*. Vide Amplissimum Cuperum lib. IV. Observ. cap. V. Nihil fere frequentius in Mstis, quam verba cum voculis *de* & *di* composita, quae plerumque plane aliam significationem habent, negligentia librariorum commutari. ita confunduntur *deripere* & *diripere* supra lib. X. vers. 318. *despectus* & *dispectus* lib. XI. vers. 48. *demittere* & *dimittere* lib. XI. vers. 142. *dejicere* & *disjicere* lib. XIII. vers. 246. *deducere* & *diducere* lib. XV. vers. 187. & similia alia passim.

v. 167. *Ipse fugam cupiens*] *fugam capiens*, non *cupiens*, cum Oxonio. N. HEINSIUS. Oscitantia librariorum hae voces saepe confunduntur. Vide Gebhard. ad Propert. lib. I. eleg. VII. vers. 10. & Broekhus. ad Propert. lib. III. eleg. XXIII. vers. 33.

v. 170. *Rapidis daret asportare procellis*] *rapidum* editio Gryph. an *raptum*? N. HEINSIUS. *rapidum* etiam pleraeque aliae editiones priscae: primus Wolfius in Basileensi *rapidis* edidit, quem pauci nonnulli secuti sunt. *raptum* autem conjicit Illustrissimus Heinsius. Pariter turbatum est apud Lucan. lib. IV. vers. 35. ubi pro

—— *rapto tumulum prior agmine cepit*,

in Msto Vossii est *rapido agmine*. Vide etiam Barth. ad Statii IV. Thebaid. vers. 468. & N. Heins. supra ad lib. V. vers. 98. & lib. XVI. vers. 334. Pro vulgato tamen stant codices scripti, nisi quod in Oxoniensi errore librarii fit *rapidus*.

v. 176. *Qui rerum aequabat habenas*] *agitarit* ex scriptis & primis editionibus. N. HEINSIUS.

v. 179. *Scelerasti Africa flammis*] an *celeratis*? ut supra vers. 91. N. HEINSIUS.

v. 181. *Detracturum ignibus atris Omnia, & extremum excidium Karthagini adesse, In quam* &c.] Haec nemo hactenus satis intellexisse videtur: sunt enim emendanda prius, quam enarranda. Loquuntur legati Karthaginiensium, Hannibalem revocantium: tacitus vero audivisse dicitur mox Hannibal legatorum orationem; itaque non potest, ut hic aliquid verborum ipsi detur, quod commode fieri alioquin poterat. Manuscripti codices duos hic versus

Servetur nova pompa Jovi: Karthago laboret
Ut trepidi Asdrubalis (qui rerum agitarit habenas)
Non una concussa fuga. se, triste profatu,
Vidisse, arderent cum bina in nocte silenti
Castra, & luceret sceleratis Africa flammis.
Praerapidum juvenem minitari, Bruttia servet
Litora dum Poenus, detracturum ignibus atris,
In quam se referat, patriam, suaque inclita facta.
Haec postquam dicta, & casus patuere metusque,
Effundunt lacrimas, dextramque ut numen adorant.
Audivit torvo obtutu defixus, & aegra
Expendit tacite cura secum ipse volutans,

An

sus omittunt, vocibus *Omnia* & *Commemorant* incipientes. Verum eos nos hic non sequimur, librarios gnari saepe omisisse quaedam, non alia de caussa, quam quod non intellexerint. Scribendum suspicor,

In quam se referant patriam, suaque inclita facta
Non memorant, Italis strages quas fecerit arvis.

sua, hoc est, ipsius, ut ex hoc ipso auctore & aliis mox infra docebimus. Non referebant ipsi quam infensi essent Karthaginienses, non revocabant in memoriam, quanta pro patria fecisset; solum mandata Patrum & pessimum patriae statum ob oculos ponunt, ne qua caussa sit in Italia diutius commorandi. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. Aut scribendum *depasturum ignibus atris Omnia*, aut versus proximus, cujus initium *Omnia*, tollendus ex fide codicis Puteanei, Oxonii, & priscarum editionum. *detracturum*, a Bruttio litore videlicet. Sed praestat reponi, *depasturum ignibus atris, In quam se referat, patriam. referat* enim, non *referant*, iidem codices, qui & versum proxime subsequentem non agnoscunt, hunc videlicet,

Commemorant Italis strages quas fecerit oris.

Placet sane etiam hunc amoveri. Barthius sic medetur huic loco,

In quam se referant patriam suaque inclita facta
Non memorant, Italis strages quas fecerit arvis.

sua, ipsius. Non referebant ipsi quam infensi essent Karthaginienses, non quanta pro patria fecisset, solum mandata patrum ob oculos ponunt. Haec & plura ille, quibus non accedo. Idem *In quam se referat patriam.* & hoc quidem recte. nec aliter Interpres. Ceterum tollendi duo versus ex auctoritate vetustorum codicum, ut diximus. ne dubita. N. HEINSIUS. Vulgo ita legebatur,

—— detracturum ignibus atris
Omnia, & excidium extremum Karthagini adesse,
In quam se referant patriam, suaque inclita facta
Commemorant, strages Italis quas fecerit oris.

Sed cum Illustrissimo Heinsio versus subditicios secundum & quartum delevi, & versu tertio, pro *referant*, reposui *referat*. neque aliter est in omnibus ante Juntinam editionibus, in qua insigni scelere primus Nicander hunc locum corrupit. Non opus tamen videtur *detracturum* in *depasturum* mutare. nam ita fere supra lib. XIII. vers. 318.

Ne flammas taedasque velint, ne templa sub uno
In cinerem traxisse rogo.

v. 182. *In quam se referant patriam*] *se* apud nostrum *ipsum* valet, sitque species soloecismi, si contemnere non mallent auctores regulas Grammaticorum, quam iis censeri. Non enim de se ipsis haec legati isti dictirare possunt; quos ego, si, ut hic loquuntur, ita bellicas res administrarunt, potius Hasdrubali superiori, quam praesenti Hannibali comparandos arbitrer: nec enim versum hinc extusbandum putemus. sed & in hac scriptura vitium est; legendum enim potius *referat*. Cogitet, quantum nominis rebus tam diu, tam feliciter in Italia gestis, sibi confecerit; cogitet simul, in quam accisae potentiae patriam se referat. Virgiliana imitatio cuivis elucet. BARTHIUS lib. xv. Advers. cap. VII.

v. 185. *Audivit torvo obtutu defixus*] Eleganter membranae *Audivit torvo abtutu defixus.* non enim aspiciebat illos, sed diversum tuebatur, ob indignitatem rei. Et quis vetat hoc Latio reddere, cum talia innumera adhuc lateant, librariorum veterum stupiditate aliis tenebris immersa. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. *deflexus* videtur malle Barthius. N. HEINSIUS. Non *deflexus*, pro *defixus*, ut vir Illustrissimus existimat, sed *abtutu*, pro *obtutu*, malebat Barthius, in cujus adversariis tamen errore operarum *obtutu* editur, ut scriptura codicis Oxoniensis, quam probat, nihil differat a vulgata lectione, quam rejicit. Sed nihil hoc loco mutandum. Sollemni enim errore *abtutu*, pro *obtutu*, scripserat librarius in membranis Oxoniensibus, de quo supra vide ad lib. XVI. vers. 306.

v. 186. *Expendit tacito cura secum ipse volutans*] *tacito* non est adverbium, sed *tacito secum ipse*. Sic Virgilius de cornice,

Et sola in sicca secum spatiatur harena.

BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. *tacite* ex Puteaneo. sed & *tacito secum* potest defendi: quod volebat Barthius. N. HEINSIUS. Ad marginem editionis

An tanti Karthago foret: ſic deinde profatur:
O dirum exitium mortalibus! o nihil umquam
Creſcere, nec magnas patiens exſurgere laudes,
Invidia! everſam jam pridem exſcindere Romam,
Atque aequaſſe ſolo potui, traducere captam
Servitum gentem, Latioque imponere leges.
Dum ſumtus, dumque arma duci, feſſoſque ſecundis
Submiſſo tirone negant recreare maniplos,
Dumque etiam Cerere & victu fraudaſſe cohortes
Hannoni placet, induitur tota Africa flammis:
Pulſat Agenoreas Rhoeteïa lancea portas.
Nunc patriae decus, & patriae nunc Hannibal unus
Subſidium: nunc in noſtra ſpes ultima dextra.
Vertentur ſigna, ut Patres ſtatuere; ſimulque
Et patriae muros, & te ſervabimus, Hannon.
Haec ubi detonuit, celſas e litore puppes
Propellit, multumque gemens movet aequore claſſem.
Non terga eſt auſus cedentum invadere quiſquam,
Non revocare virum: cuncti praeſtare videntur,
Quod ſponte abſcedat, Superi, tandemque reſolvat
Auſoniam.

editionis Romanae principis manu docta emendatum vidi *tacitus*.

v. 188. *O dirum exitium*] *durum exitium* codex Putean. cum editione Romana principe, Parmenſi, Mediolanenſi, & Martini Herbipolenſis. Sed nihil puto mutandum. pariter enim Virgil. XII. Aen. verſ. 923. *volat atri turbinis inſtar Exitium dirum haſta ferens.* ubi etiam in Mediceo codice *durum exitium* eſſe Pierius notavit. Sed ita quam frequentiſſime apſi ſunt librarii. vide ſupra ad lib. XIV. verſ. 127.

v. 188. *O nihil umquam Creſcere patiens invidia*] Pariter ſupra lib. XII. verſ. 613.

Dum malus obtrectat facta immortalia livor,
Nec ſinit adjutas ductoris creſcere laudes.

v. 200. *Vertantur ſigna*] *Vertentur* Puteaneus & Marſi editio. ſequentia confirmant. Nec aliter Parmenſis. N. HEINSIUS. *Vertentur* editiones omnes ante Wolfii Baſileenſem, quam ſequuntur Colinaei, D. Heinſii, Dauſqueji, & Cellarii editiones. Mox verſu ſequenti ſcribendum *Hannon*, non *Anno*. vide ſupra ad lib. II. verſ. 277.

v. 203. *Multumque gemens movet aequore claſſem*] Maluerim *fremens*. N. HEINSIUS. Ita ſaepe peccarunt librarii. vide ſupra ad lib. I. verſ. 425. Uterque tamen affectus Hannibali hic convenit. De eo enim Livius lib. XXX. cap. XX. *Frendens, gemenſque, ac vix lacrimis temperans, dicitur legatorum verba audiſſe.* Ob librorum tamen auctoritatem, qui ſtant pro vulgata lectione, hic nihil mutarem.

v. 204. *Non terga eſt auſus cedentum invadere quiſquam*] *cedenti invadere* malim. eſſe enim ſermonem de ſolo Hannibale ex ſequentibus apparet. *redeuntum*, non *cedentum*, in Puteaneo, Oxonio, & editione Marſi. bene. niſi quod *redeunti* praetulerim. vel *terga vertentem*. ſed alterum praeſtat. poſſis & *viro*, pro *virum*. N. HEINSIUS. *redeuntum* etiam Romana princeps, Parmenſis, & Martini Herbipolenſis editiones. Omnes autem Marſi editiones habent vulgatam ſcripturam.

v. 207. *Litora ab hoſte Nuda videre ſat eſt*]. Factum hoc eſt contra voluntatem Senatus, qui mandarat, ut duces omni opera Hannibalem in Italia retinere conarentur, ne cuncta belli moles in unum Scipionem inclinaret. Vide Livium lib. XXX. cap. XXI. & cap. XXVIII.

v. 212. *Pro facili curſu reputat ſalis*] *reputat ſatis* utique ſcribendum. N. HEINSIUS.

v. 212. *Omnis in altum Sidonius viſus converterat undique miles*] Notavimus in poeta hoc ſupra, in una perſona eundem caſum illum repetere non eleganter, ut,

—— agmine primus
Maſſylus volitat depoſcens proelia rector.

quod vitium eo loco rem ipſam, cui opus celeritate orationis, ſtupide gravat ob ſpondaeos concurrentes. Sic hoc loco quatuor verſibus bis oneravit infeliciter carmen, & rem taedio lectorum duplicavit. Melius trajeciſſet,

Sidonius miles converterat undique viſum.

Craſſius, quod ſequitur,

Ductor defixos Itala tellure tenebat
Intentus vultus.

Illud *us* repetitum ſtuporem merum, non tam defixi, quam ſcribentis, notat. Erat tali aliquo opus, ſed oratione viva. Hic omnia pedem trahunt. Alia etiam, ut ſermonem concitatum Hannibalis furibundi

Ausoniam. ventos optant: & litora ab hoste
Nuda videre sat est. ceu flamina comprimit Auster
Cum fera, & abscedens reddit mare, navita parco
Interea voto non auras poscit amicas,
Contentus caruisse Noto, pacemque quietam
Pro facili cursu reputat salis. omnis in altum
Sidonius visus converterat undique miles;
Ductor defixos Itala tellure tenebat
Intentus vultus, manantesque ora rigabant
Per tacitum lacrimae, & suspiria crebra ciebat.
Haud secus ac patriam pulsus dulcesque penates
Linqueret, & tristes exsul traheretur in oras.
Ut vero assusis puppes procedere ventis,
Et sensim coepere procul subsidere montes,
Nullaque jam Hesperia, & nusquam jam Daunia tellus;
Haec secum infrendens: Mentisne ego compos, & hoc nunc
Indignus reditu, qui memet finibus umquam
Amorim Ausoniae? flagrasset subdita taedis
Karthago, & potius cecidisset nomen Elissae.
Quid tunc? sat compos, qui non ardentia tela

A Cannis

bundi spondaeis ingloriis attaminavit. ut,

Quid nunc sat compos, qui non ardentia tela.

& mox,

Cur porro haec angant? nunc, nunc invadere ferro.

BARTHIUS lib. xv. Adverf. cap. VII.

Sidonius miles converterat undique visum,

malit Barthius. *visu* editio Gryphiana. N. HEINSIUS. Pariter milites Pompejani, ex Italia discedentes, mare intuentur, ipse Pompejus Italiam, quam relinquebat, apud Lucan. lib. III. verf. 3.

Omnis in Ionios spectabat navita fluctus,
Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus.

Quem locum Silius imitatus esse videtur.

v. 214. *Defixos Itala tellure tenebat Intentus vultus*] Auctor est Livius lib. xxx. cap. xx. Hannibalem Italia decedentem *respexisse saepe ejus litora*; quod notavit, ut indicium faceret, quam invitus hinc abierit. Qui enim respicit, indicare vult, se non sponte neque voluntate sua relinquere id, ad quod vultum convertit. Ita supra lib. VIII. verf. 108.

Respiciens aegerque animi tum regna reliqui.

lib. XII. verf. 729.

Respectans abit, & castris avulsa moveri
Signa jubet.

Ovid. epist. XVIII. Heroid. verf. 117.

Digredimur flentes: repetoque ego virginis aequor,
Respectans dominam, dum licet, usque meam.

Auctor Ceir. verf. 468.

Jamque adeo tutum longe Piraeea cernit,
Et notas secum, heu frustra! respectat Athenas.

Plura vide apud Scalig. ad eum loc. Dausquej. ad Silii lib. III. verf. 181. & Gebhard. ad Propert. II. eleg VII. verf. 10.

v. 217. *Haud secus ac patriam* &c.] Silius Livium descripsit lib. xxx. cap. xx. *Raro quemquam alium, patriam exsilii caussa relinquentem, magis maestum abisse ferunt; quam Hannibalem hostium terra excedentem.*

v. 220. *Coepere procul subsidere montes*] Montes *subsidere* hic dicuntur, quia quanto longius inde decederet Hannibal, tanto magis decrescere & minores fieri videbantur. *decrescere* dixit Statius II. Achill. verf. 308.

Incipit & Scyros longo decrescere ponto.

Claudian. I. de rapt. Proserp. verf. 190.

Totaque decrescit refugo Trinacria visu.

Contra *crescere* dicuntur, quae, quoniam propius accedimus, paullatim majora apparent. Silius lib. xv. verf. 215.

Sensim attollebat propius subeuntibus arces
Urbis, & admoto crescebant culmina gressu.

v. 223. *Indignus reditu*] Malim *Sim dignus.* ut haec cum superioribus cohaereant. vel, *Di, dignus,* quod praestat. Sic & castigavimus lib. XI. verf. 28. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum. Innuit enim Hannibal, se mentis compotem non esse, neque hoc reditu indecoro indignum, qui sponte Italia decessit.

v. 225. *Et potius cecidisset nomen Elissae*] *& totum cecidisset nomen Elissae* opinor; vel, *potius cecidissent culmina Elissae.* nam in Parmensi editione *numen Elisae.* N. HEINSIUS.

v. 226. *Quid tunc sat compos*] Lege, *Quid? num*

A Cannis in templa tuli Tarpeja? Jovemque
Detraxi solio? sparsissem incendia montes
Per septem bello vacuos, gentique superbae
Iliacum exitium & proavorum fata dedissem.
Cur porro haec angant? nunc, nunc invadere ferro
Quis prohibet? rursumque ad moenia tendere gressus?
Ibo: &, castrorum relegens monumenta meorum,
Qua via nota mihi est, remeabo Anienis ad undas.
Flectite in Italiam proras, avertite classem.
Faxo, ut vallata revocetur Scipio Roma.
Talibus ardentem furiis Neptunus ut alto
Prospexit, vertique rates ad litora vidit,
Quassans caeruleum genitor caput aequora fundo
Eruit, & tumidum movet ultra litora pontum.
Extemplo ventos, imbresque, & rupe procellas
Concitat Aeolias, ac nubibus aethera condit.

Tum,

sat compos? ut repetitio sit superiorum, *mentisne ego compos?* N. HEINSIUS.

v. 230. *Iliacum exitium & proavorum fata dedissem*] Idem Hannibal puer minatur supra lib. I. vers. 114.

Romanos terra atque undis, ubi competet aetas,
Ferro ignique sequar, Rhoeteaque revolvam.

v. 232. *Quis prohibet*] *Quid prohibet* malim. de quo copiose ad epistolam Ariadnes Nasonianae. mox *gressus*, non *gressum*, Puteaneus. N. HEINSIUS. Pariter Horat. lib. I. serm. ecl. I. vers. 24. *quamquam ridentem dicere verum Quid vetat?* ecl. X. vers. 56.

Quid vetat & nosmet Lucili scripta legentes
Quaerere?

Virgil. V. Aen. vers. 631.

Quid prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?

Ita in Mediceo Pierius invenit, cum alii pari errore *Quis prohibet* haberent.

v. 235. *Flectite in Italiam proras*] Ita recte legitur in veterioribus editionibus. Pariter vero Romam relinquens redire vult initio lib. XIII. Perperam nonnulli inducunt *Flectere*. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII.

v. 235. *Avertite classem*] Forte, *age, vertite*. N. HEINSIUS. Illustrissimi viri conjecturam non rejicio. Possumus tamen & vulgatum tueri; *avertite* nempe a cursu, quem huc usque tenuimus, & in diversa agite.

v. 236. *Faxo, ut vallata*] τὸ *ut* concinnius absit. Sic passim scriptores. Nonnihil diximus ad Nason. Metam. XIII. vers. 875. Terentius Andria, *Indignum facinus faxo ex me audias*. Valer. Flacc. lib. IV.

Te tamen hac, quicumque es, ait, formidine faxo,
Jam tua silva ferat.

& paullo post,

Faxo, Bebrycium nequeat transcendere puppis
Ulla fretum.

& libro V. *lituos, miser, armaque faxo Oderis.* lib. VII. *jam foedera faxo Aesonii petat ipsa viri.* Appulejus Metam. IV. *Quod si pergis ulterius, jam faxo, lacrimis istis, quas latrones parvi pendere consuevere, insuperhabitis, viva exurare.* Sic scribo. N. HEINSIUS. Silius etiam lib. I. vers. 479.

——— *foedera faxo*
Jam noscas quid vana queant & vester Hiberus.

lib. VII. vers. 115. *haud ultra faxo spectetur in armis.* lib. XV. vers. 362.

——— *Libyco faxis de praeside nunc his,*
His humeris tibi opima feram.

Ovid. Epist. XIII. Heroid. vers. 69,

Et facito dicas, quoties pugnare parabis.

Ita ex scripto Gronoviano N. Heinsius emendavit: vulgo etiam *Et facito, ut dicas* edebatur.

v. 239. *Aequora fundo Eruit*] Confer cum his Maronianam tempestatis descriptionem, quae est lib. I. Aen. vers. 84 & seqq.

v. 241. *Extemplo ventos, imbresque, e rupe procellas Concitat Aeolias, ac nubibus aethera condit*] Illud *è rupe* nimis vile est, coeli contra posita obscuratione, & orationi etiam obest. Quantilla enim res *rupes* dici potest? unde procellas educere tantas absonum est, nisi aliquod insigne epitheton accedat, locum amplificans. Sine dubio scripturus erat *è rupe Aeolia*: at propter sequentem literam *procellis* epitheton adjunxit. Sed, quod superius etiam monuimus, totus a vocabulis rerum pendet hic poëta: ut hoc loco, *aequora, pontum, ventos, imbres, procellas, nubes* dicit, quo pacto singula illustret aut conjungat, nimiopere securus. Vident omnes hic naevum, sed succurrere nemo ausit. Mihi si illis iisdem verbis utendum foret, ita scripsissem,

Quassans caeruleum genitor caput aequora fundo
Eruit,

Tum, penitus telo molitus regna tridenti
Intima, ab occasu Tethyn impellit & ortu,
Ac totum Oceani turbat caput. aequora surgunt
Spumea, & illisu scopulus tremit omnis aquarum.
Primus, se attollens Nasamonum sedibus, Auster
Nudavit Syrtim correpta nubilus unda.
Insequitur sublime ferens nigrantibus alis
Abruptum Boreas ponti latus: intonat acer
Discordi flatu, & partem rapit aequoris, Eurus.
Hinc rupti reboare poli, atque hinc crebra micare
Fulmina, & in classem ruere implacabile coelum.
Consensere ignes, nimbique, & fluctus, & ira
Ventorum, noctemque freto imposuere tenebrae.
Ecce, intorta Noto, veniensque a rupe procella
Antennae immugit, stridorque immite rudentum

Sibilat,

Eruit, & tumido propellit litora ponto.
Extemplo movet imbriferas e rupe procellas
Aeolus, ventisque ac nubibus aethera condit.

Idem etiam repetiit incaute. *fundo* enim *eruere aquam* minus non est, quam *penitus moliri regna*, & *Oceani caput turbare*. Sed haec alterius loci sunt. BARTHIUS lib. xv. Advers. cap. VII. *& rupe* rectius Parmensis editio cum Oxonio & Puteaneo. Barthius aliquid gravioris mendi subesse suspicatur. Mox iidem cum Marsi editione *imbribus aethera condit*, non *nubibus*, cum tamen *imbres* proxime praecesserint. Fortasse *nimbis aethera condit*. N. HEINSIUS. *& rupe* etiam Romana princeps, Mediolanensis ac Martini Herbipolensis editiones. iidem etiam libri versu sequenti *imbribus*, pro *nubibus*. sed male.

v. 247. *Auster Nudavit Syrtim correpta nubilus unda*] Pariter Lucan. lib. I. vers. 498.

——— qualis cum turbidus Auster
Repulit a Libycis immensum Syrtibus aequor.

lib. IX. vers. 320.

——— densis fremuit niger imbribus Auster,
In sua regna furens; tentatum classibus aequor
Turbine defendit, longeque a Syrtibus undas
Egit, & illato confregit litore pontum.

v. 250. *Intonat acer Eurus*] *ater* in Puteaneo. N. HEINSIUS. *ater* etiam Oxoniensis codex, quod recipiendum satis docet vox *intonat*. Frequenter autem hae voces in MStis confunduntur. supra lib. IX. vers. 441.

——— ater, qua pectora flectit
Pallas, Gorgoneo late micat ignis ab ore.

ubi in nonnullis libris *acer ignis* esse N. Heinsius monuit. vers. 487.

——— fusosque per aequor
Ipse manu magna, nebulam circumdatus, acri
Restituit pugnae.

ubi olim *nebula circumdatus atra* legebatur. Plura vide ad lib. V. vers. 154. alibi tamen Eurus recte *ater* vocari potest, ob nubes nempe, quas cogit, unde & *Nubifer* dicitur supra lib. X. vers. 323. & aliis locis.

v. 256. *Veniens a rupe procella*] *à puppe* opinor. N. HEINSIUS. Viri illustrissimi conjectura *a puppe* non displicet. Hannibal nimirum poenitentia ductus in Italiam reverti volebat, jamque, ut naves verterentur, jusserat: id vero videns Neptunus, tempestatem ei à puppe excitavit, qua longissime a finibus Italiae rejectus est. *a puppe* itaque ut apud Maron. III. Aen. vers. 130.

Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.

ubi videndus est Cerda. Statius III. Theb. vers. 28.

Ipse quidem mallet terras, pugnatque reverti;
Fert ingens a puppe Notus.

Mamert. in Panegyr. Maximiani cap. IV. *Cum reipublicae navem secundus a puppi flatus impelleret.* Graeci vocant οὖρον ὄπισθεν, & οὖρον πρύμνηθεν, seu ventum, qui a tergo & a puppi spirat. Homer. Odyss. Δ. vers. 357. ὁ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπισθεν. *Cui stridulus ventus aspirat a puppi.* Eurip. in Troad. vers. 19. μένουσι δὲ πρύμνηθεν οὖρον. *exspectant autem ventum a puppi.* Contra quidquid adversum venit *à vertice* venire dicitur. Virgil. I. Aen. vers. 114.

Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit.

ubi recte viri docti Servium reprehendunt, qui *a vertice* exponebat, *Aut a puppi, quae vertex navis est; aut ab Aquilone vento, qui flat a mundi vertice, a septentrione.* Virgilius enim fluctum innuit, qui *a vertice*, id est, prora, surgit.

v. 257. *Stridorque immite rudentum Sibilat*] Pariter fere Quinctil. Declam. XII. pag. 213. *Stridit rudentibus tempestas sibilat.* una voce Pacuvius *rudentisibilus* dixit, teste Varrone IV. de ling. Lat. pag. 7. Quare forsitan ita emendandum in versu illo, quem ex ejus Teucro laudat Serv. ad Maron. I. Aen. vers. 87. *Armamentum stridor, & rudentisibilus.* editur nunc in Servio *rudentum sibilus.* Eandem

Sibilat, ac similem monti, nigrante profundo,
Ductoris frangit super ora trementia fluctum.
Exclamat, volvens oculos coeloque fretoque:
Felix, o frater, Divisque aequate cadendo,
Hasdrubal! egregium fortis cui dextera in armis
Pugnanti peperit letum, & cui fata dedere,
Ausoniam extremo tellurem apprendere morsu.
At mihi Cannarum campis, ubi Paullus, ubi illae
Egregiae occubuere animae, dimittere vitam
Non licitum: vel, cum ferrem in Capitolia flammas,
Tarpejo Jovis ad manes descendere telo.
Talia dum maeret, diversis flatibus acta

In

dem vocem conati sunt viri docti restituere poëtae incerto apud Cicer. VIII. ad famil. epist. 11. ubi est,

Strepitus, fremitus, clamor, tonitruum & rudentum sibilus.

verum ἰαχῇ.

v. 258. *Similem monti fluctum*] *similem monti* ob magnitudinem. Ovid. xv. Metam. vers. 507.

Jamque Corinthiaci carpebam litora ponti,
Cum mare surrexit: cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curvari, & crescere visus.

Homerus Odyss. Γ. vers. 290.

Κύματά τε τροφόεντα, πελώρια, ἶσα ὄρεσσιν.

Fluctusque tumidos, ingentes, aequales montibus. Odyss. Λ. vers. 242.

Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ἶσον.

Purpureus autem fluctus circumstetit, monti aequalis. Achil. Tatius lib. 1. de amor. Clitoph. & Leucipp. pag. 7. Ταῦρος ἐν μέσῃ τῇ θαλάττῃ ἐγέγραπτο, τοῖς κύμασιν ἐποχούμενος, ὡς ὄρους ἀναβαίνοντος τοῦ κύματος. *Medio in mari pictus taurus ab undis vehebatur, montis instar tollente se unda.*

v. 258. *Ac similem monti, nigrante profundo, Ductoris frangit super ora trementia fluctum*] Non est locus illi *nigranti profundo*, quod in medio sententiae non suo loco sedet. Lege *migrante profundo*. Perit enim omne videnti profundum, cum navis imo videtur subsessura, ipsumque mare migrare ad Superos. Sic Valer. Flacc. lib. VIII. non paullo melioris spiritus poeta,

——— *vasto rursus desedit hiatu*
Abrupta revolutus aqua, jamque omnis in astra
Itque, reditque ratis, lapsoque reciproca fluctu
Descendit.

Cum haec scripsissem, nactus sum ultimam editionem Raphelengianam, merum poetam sine notis exhibentem, & quidem omnium, quas viderim, correctissimam. Hoc tamen ea loco nihil mutat, ut nec eruditissimus Dausquejus. BARTHIUS lib. xv. Adverf. cap. VII. Pro *nigrante profundo*, Barthius *migrante*. N. HEINSIUS. Nihil puto mutandum, *nigrante profundo* enim positum ex imitatione Graecorum, qui in tempestatibus plerumque mare nigrescere dicunt. Atque ita praecipue Homerus, ut Iliad. H. vers. 63.

Οἵη δὲ Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρὶξ
Ὀρνυμένοιο νέον, μελάνει δέ τε πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Et qualis Zephyri recens insurgentis horror super pontum funditur, nigrescitque pontus sub illo. Iliad. I. vers. 4.

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα,
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης· ἄμυδις δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται.

Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum, Boreas & Zephyrus, qui e Thracia spirant adventu repentino: simul autem & unda nigra in acervum tollitur. & ita mox vers. 274.

In geminum ruit unda latus, puppemque sub atris
Aequoris aggeribus tenuit.

Eodem sensu Eurus undas *purpurare* dicitur apud Furium in versu, quem servat Gell. lib. XVIII. cap. XI.

Spiritus Eurorum virides cum purpurat undas.

quamvis Gellius velit, *purpurat* dictum esse, *quod ventus mare caeruleum crispans nitefacit.* nam ita πορφύρεον κῦμα etiam dixit Homer. Od. Λ. vers. 242. loco modo citato, quod recte Scholiastes exponit μέλαν. *Profundum* autem hic non profunditatem, altitudinem notat, ut Barthius voluisse videtur, sed ipsum mare, quod est notissimum.

v. 259. *Super ora trementia*] Silius ubique Hannibalem impavidum fingit: quare, pro *trementia*, omnino legendum videtur *frementia*. Voces autem *tremere* & *fremere* saepe inter se locum commutarunt. vide supra ad lib. x. vers. 214. N. Heinsium ad Nason. VI. Metam. vers. 558. lib. XIV. Metam. vers. 188. & ad Valer. Flacc. VIII. vers. 372.

v. 262. *Egregium fortis cui dextera in armis Pugnanti peperit letum*] Hasdrubalem nempe ipsius Claudii Neronis manu occisum finisse, supra narravit Silius lib. xv. vers. 786. Hoc fratris letum Hannibal *egregium* vocat, quia manu viri fortis occisus erat. vide supra ad lib. IV. vers. 607. Contra vero mortem, quae sibi instare videbatur, graviter deflet, ex opinione

In geminum ruit unda latus, puppimque sub atris
Aequoris aggeribus tenuit, ceu turbine mersam.
Mox, nigris altae pulsa exundantis harenae
Vorticibus, ratis aetherias remeavit ad auras,
Et fluctus supra, vento librante, pependit.
At geminas Notus in scopulos atque horrida saxa
Dura sorte rapit (miserandum & triste!) biremes.
Increpuere ictu prorae. tum murice acuto
Dissiliens sonuit, rupta compage, carina.
Hic varia ante oculos facies: natat aequore toto
Arma inter, galeasque virûm, cristasque rubentes,
Florentis Capuae gaza, & seposta triumpho

Laurens

nione nempe antiquorum, qui mortem in undis vehementer exhorrescebant, tum quod animam, quae igne constare credebatur, aqua exstingui putarent; tum etiam quod naufragio absumtis raro sepultura & honos exsequiarum obtingere posset, insepulti autem non ante centesimum annum quiescere, & ad campos Elysios penetrare crederentur. Vide Guther. de jure man. lib. I. cap. X. & Celeberrimum Burmann. ad Petron. Satyr. cap. CIII. & CXIV. in similes querelas eandem ob caussam erumpit Scipio supra lib. IV. vers. 673.

Talin' me leto tanta inter proelia nuper
Servastis? fertine animam hanc exscindere dextra
Indignum est visum? redde, o, me, nate, periclis,
Redde hosti: liceat bellanti arcessere mortem,
Quam patriae fratrique probem.

Aeneas etiam apud Maron. I. Aeneïd. vers. 94.

—— *o terque quaterque beati,*
Quis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis
Contigit oppetere! o Danaûm fortissime gentis,
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextra?
Saevus ubi Aeacidae telo jacet Hector, ubi ingens
Sarpedon; ubi tot Simois correpta sub undis
Scuta virûm galeasque & fortia corpora volvit.

quem locum Silius hic imitatus est. Paria etiam vide apud Senec. in Agamemn. vers. 512.

v. 265. *At mihi Cannarum campis* &c.] Jam itaque Hannibal optare id incipit, quod praedictum supra lib. II. vers. 704.

Saepe, Saguntinis somnos exterritus umbris,
Optabit cecidisse manu.

v. 265. *Ubi Paullus, & illae*] Concinnius in Puteaneo *ubi illae*. N. HEINSIUS.

v. 268. *Tarpeji Jovis telo*] *Tarpejo Jovis telo* Puteaneus codex & Oxonius cum editione Parmensi. & placet. N. HEINSIUS.

v. 270. *In geminum ruit unda latus*] Claud. de laudib. Seren. vers. 203.

—— *incumbat si turbidus Auster, & unda*
Pulset utrumque latus.

v. 272. *Mox nigris altae pulsa exundantis harenae Vorticibus ratis*] Mendum fortasse superest etiam hic. scribendum *alte. alte exundans harena*, ex imis barathri pontici cavernis ebulliens, vi ventorum subtus agente. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. *alte* Barthius. N. HEINSIUS.

v. 274. *Fluctus supra, vento librante, pependit*] Virgilius, quem Silius hic imitatus est, ita id exprimit I. Aen. vers. 106.

Hi summo in fluctu pendent; his unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit: furit aestus harenis.

v. 277. *Tum murice acuto Dissiliens*] Non valde vulgare hoc usu est *muricis* vocabulum. Silius hausit e Virgilio, perpetuo suo duce, in V. Aen. vers. 205.

—— *acuto in murice remi*
Obnixi crepuere, illisaque prora pependit.

Servius, *Murex, saxi acumen, eminens per tranquillitatem.* Mentio etiam in onomastico Latino-Graeco. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. Nonius Marc. hac voce, *Murices vetustas etiam saxorum asperitates, tela omnia voluit posse dici.* Isidor. XVI. Orig. cap. III. *Murices petrae in litore, similes muricibus vivis, acutissimae & navibus perniciosissimae. acuta rupes* dicitur Senecae in Agam. vers. 571.

Haerent acutis rupibus fixae rates.

v. 279. *Hic varia ante oculos facies natat, aequore toto*] Distinctio vitiosa in his. scribe,

Hic varia ante oculos facies; natat aequore toto.

quod quidem, licet obvium, nulla editio mutavit etiam. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. Forte *It varia facies.* Distinguendum etiam *varia ante oculos facies: natat aequore.* quod & Barthius vidit. N. HEINSIUS.

v. 280. *Arma inter, galeasque virûm, cristasque* &c.] Pariter Virgil. I. Aeneid. vers. 118.

Apparent rari nantes in gurgite vasto;
Arma virûm, tabulaeque, & Troia gaza per undas.

v. 281. *Florentis Capuae & gaza*] Bene Raphelengiana ultima τὸ & ante *gaza* exterendum vidit: quo pacto nihil amplius moratur sententiam. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. τὸ & tollendum ex fide veterum librorum. & sic Barthius N.

 HEIN-

Laurens praeda ducis, tripodes, mensaeque Deorum,
Cultaque nequidquam miseris simulacra Latinis.
Cum Venus, emoti facie conterrita ponti,
Talibus alloquitur regem maris: Hoc satis irae
Interea, genitor: satis ad majora minarum.
Cetera parce, precor, pelago: ne tollat acerba
Hoc Karthago decus, nullo superabile bello
Progenuisse caput, nostrosque in funera Poeni
Aeneadas undis totoque eguisse profundo.
Sic Venus: & tumidi considunt gurgite fluctus;
Obviaque adversis propellunt agmina castris.
Dux vetus armorum, scitusque accendere corda
Laudibus, ignifero mentes furiabat in iram
Hortatu, decorisque urebat pectora flammis.
Tu mihi Flaminii portas rorantia caesi
Ora ducis: nosco dextram. tu primus in ictus
Ingentis Paulli ruis, ac defigis in ossa
Mucronem. tibi pugnacis gestantur opima
Marcelli: Gracchusque cadens tibi proluit ensem.

Ecce

HEINSIUS. In editione Romana principe, & Mediolanensi, operarum errore transpositis vocibus, editum *Florentis Capuae & gaza seposta*, pro *Capuae gaza & seposta:* neque alter est in editione Martini Herbipolensis; quod in Basileensi Wolfii mutatum in *& gaza & seposta*, eamque lectionem perperam secuti sunt Colinaeus, D. Heinsius, Dausquejus, & Cellarius. Veram lectionem hic Marsus & Junt. agnoverunt, quam etiam manu docta ad marginem editionis Romanae principis adscriptam vidi.

v. 290. *Totoque eguisse profundo*] *motoque* praestiterit. ut apud Maronem I. Aen. vers. 135. *motos praestat componere fluctus.* N. HEINSIUS. Supra hoc libro vers. 284. *emoti facie conterrita ponti.* Ovid. IV. Metam. vers. 730.

—— *conspexit scopulum, qui vertice summo*
Stantibus exstat aquis, operitur ab aequore moto

Pariter *moto aequore* & *motum mare*, pro *toto aequore* & *totum mare*, emendat N. Heinsius in Valer. Flacc. lib. III. vers. 726. & lib. VII. vers. 542. Saepissime ita errasse librarios supra notavi ad lib. III. vers. 205. Fortassis tamen hic nihil mutandum: emphasis enim videtur in voce *toto*, ut dicat, opus habuisse toto maris impetu ad opprimendum Hannibalem.

v. 292. *Obviaque adversis propellunt agmina castris*] Bene *castra* pro classe, & pessime quidam malunt *transtris*. Virgil. v. Aeneid.

Primus at Ascanius, cursus ut laetus equestres
Ducebat, sic acer equo turbata petivit
Castra.

Servius *Castra, naves, ut, nos castra movemus, id est, classem.* Porro, qui attentius rem perpendet, non poterit a nobis dissentire, qui post hunc versum grandem lacunam in Silio agnoscimus. Post tempestatem statim velut in media pugna perorat Hannibal, Scipione contra prae fervore militum concionari non potente. BARTHIUS lib. XV. Advers. cap. VII. Videtur aliquid deesse. *castra* pro navibus poni monet Barthius, uti illa Maronis interpretatur Servius, *nos castra movemus.* & lib. v. *sic acer equo turbata petivit Castra.* Forte tamen tutius legi potest *transtris*, vel *rostris*. N. HEINSIUS. Omnino facio cum viris doctis, qui hic lacunam in Silio agnoscunt, in qua forsitan post sedatum mare Hannibalis in Africam adventum, tum ejus cum Scipione colloquium narravit. Lacunam vero non post hunc versum, ut Barthius fecit, sed ante eum statuendum credo: ut duces, postquam colloquium frustra esse viderint, quisque ad sua abiisse dicantur, ut milites ad pugnam accenderent, obviaque agmina adversis castris propulisse. Atque ita nec opus erit cum eodem Barthio *castra* exponere naves, seu classem, (quamvis forsitan ea vox nonnumquam hoc sensu occurrat) neque cum Illustrissimo Heinsio *transtris*, vel *rostris*, pro *castris*, conjicere.

v. 296. *Tu mihi Flaminii* &c.] Livius lib. XXX. cap. XXXII. *Poenus sedecim annorum in terra Italia res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occisos, & sua cuique decora, ubi ad insignem alicujus pugnae memoriam militem venerat, referebat.*

v. 300. *Gracchusque cadens tibi proluit ensem*] Si vetusti codices accederent, mallem *perluit ensem. perluere* enim majoris efficaciae esse, & notare penitus madefacere, *proluere* autem leviter aspergere, docuit Vir Celeberrimus Petrus Burmannus ad Petron. Satyr. cap. CXX. quo etiam loco librarios cognata

Ecce manus, quae te pulsantem, belliger Appi,
Moenia sublimis Capuae de culmine muri
Excelso fusa moribundum propulit hasta.
Ecce aliud fulmen dextrae, quo nobile nomen
Fulvius excepit non unum pectore vulnus.
Huc prima te siste acie, cui Consul in armis
Crispinus cecidit. me tu comitare per hostes,
Qui nobis (memini) ad Cannas laetissimus irae
Servili fers ora ducis suffixa veruto.
Cerno flagrantes oculos, vultumque timendum
Non ipso minus ense tuum, fortissime Poenûm
O juvenis: qualem vidi, cum flumine saevo
Insignis Trebiae complexum ingentibus ulnis
Mersisti fundo luctantem vana tribunum.
At tu, qui gelidas Ticini primus ad undas
Scipiadae patris tinxisti sanguine ferrum,
Incepta exsequere, & nati mihi redde cruorem.
Horrescamne ipsos, veniant ad proelia, Divos,
Cum stetis prope me? vidi, certantia coelo
Cum juga calcastis, summas volitare per Alpes.

Cum

gnata haec verba confudisse notat: de quo eorum errore supra vide ad lib. IV. vers. 548. *proluere* tamen simili modo est apud Statium VIII. Theb. vers. 711.

——— jam saucia proluit ater
Pectora permixtus sudore & sanguine torrens.

v. 303. *Moribundum propulit hasta*] *perculit* editio Gryphii. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem non damno, quam servant antiquiores editiones Romana princeps, Parmensis, & Mediolanensis. Cum tamen libri scripti Oxoniensis & Puteaneus *protulit* praeferant, editiones autem Marsi, Juntina, & Aldina *pertulit*, fortassis minima mutatione legendum est *perculit*, quemadmodum N. Heinsius in Gryphii, & ego in Nutii Antwerpiensi editione invenimus. *percellere* autem est evertere, subvertere, affligere. Vide virum egregium J. Fr. Gronovium ad Livii lib. III. cap. XXX. ubi voces *percellere* & *perpellere* culpa librariorum saepe confundi docuit.

v. 307. *Me tu comitare*] *comitante* libri veteres tam editi quam scripti. N. HEINSIUS.

v. 308. *Laetissimus irae Servili fers ora ducis suffixa veruto*] To *Servili* proprium esse, nec sumendum ut vulgo, monuit vir maximus Justus Lipsius. D. HEINSIUS. Lipsius IV. Poliorc. cap. IV. ubi pluribus de veruto agit, *laetissimus irae*, non *ire*, ut vulgo erat, legendum docuit, scribendum etiam esse *Servili*, id est, Servilii: non autem conjungi debere *servili veruto*, quasi verutum genus teli servilis foret.

v. 318. *Veniant si ad proelia, Divos*] To *si* abest ab Oxonio & priscis editionibus. & sane rectius videtur subintelligi. N. HEINSIUS. Vocula *si* abest ab omnibus priscis ante Juntinam editionibus, in qua eam primus Nicander reposuit. Et sane rectius abest, ut votum Hannibalis sit, pugnam cum ipsis Diis exoptantis, quos tam fortibus militibus comitatus non timebat. Hannibalem autem ut numinum contemtorem omnes scriptores semper proponunt. Vide supra ad lib. I. vers. 58.

v. 319. *Cum steteris prope me*] *Cum steteris turmae* Puteaneus: editio Parmensis *turma*, editio Marsi *Cum stetis turmae. stetis* amplector; est enim ad plures sermo, ut ex sequentibus satis est manifestum. Forte *Cum stetis pro me.* N. HEINSIUS. Oxoniensis etiam codex *Cum stetis turmae*, Romana princeps, Mediolanensis, & Martini Herbipolensis editio *Cum steteris turma.* Fortasse haud male Illustrissimus Heinsius *Cum stetis pro me.* Sic Ovid. V. Fastor. vers. 135.

Stant quoque pro nobis, & praesunt moenibus urbis,
Et sunt praesentes, auxiliumque ferunt.

lib. I. Trist. eleg. II. vers. 5.

Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo.

Livius lib. II. cap. XII. *Juberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret.* idem in fragmento lib. CXX. apud Senec. in Suas. VII. *Magnis meerim ictus vulneribus, exilio, ruina partium, pro quibus steterat, filiae morte.* Phaedr. lib. V. fab. V. vers. 2.

Et pro judicio dum stant erroris sui.

ad quem locum viri docti quaedam alia exempla hujus locutionis notarunt. Vulgata scriptura auctorem habet Nicandrum, qui ita in Juntina primus edidit.

v. 320. *Cum juga calcastis*] Puto *Dum juga calcaris.*

Cum videam, quorum ferro manibusque capaces
Arsere Argyripae campi, num segnior ibis
Nunc mihi, qui primus torques in moenia telum
Dardana, nec nostrae facilis concedere laudi?
Te vero, te, te exstimulem, qui fulmina contra,
Et nimbos, tonitrusque, ac summi numinis iras
Cum starem, perferre ferox ac vana jubebas
Nubila, & ante ducem Capitolia celsa petebas?
Quid vos, quis claro deletum est Marte Saguntum,
Exhorter, quos nobilitant primordia belli?
Ut meque & vobis dignum, defendite, quaeso,
Praeteritas dextrae laudes. Divûm ipse favore,
Vincendoque senex patriam post trina labantem
Lustra, & non visos tam longa aetate penates,
Ac natum, & fidae jam pridem conjugis ora,
Confisus vobis, repeto. non altera restat
Jam Libye; nec Dardaniis pugna altera restat.
Certatus nobis hodie dominum accipit orbis.
Hannibal haec: sed non patiens remorantia verba

Ausonius

tis. *Cum* enim, cum praecesserit proxime, ac subsequatur diversa significatione, orationem hic nonnihil reddit perplexam. In Puteaneo *Quas juga.* N. HEINSIUS.

v. 321. *Capaces Arsere Argyripae campi*] *capaces campi* sunt ingentes, qui magnam hominum multitudinem continere possunt. ita *capax ripa* apud Nason. lib. III. Amor. eleg. VI. vers. 19.

Tu potius, ripis effuse capacibus amnis,
(Sic aeternus eas) labere fine tuo.

& IV. Metam. vers. 439.

Mille capax aditus & apertas undique portas
Urbs habet.

Noster lib. XIII. vers. 760.

Umbrarum huc agitur torrens, vectatque capaci
Agmina mole Charon, & sufficit improba puppis.

v. 324. *Nec nostrae facilis concedere laudi*] Alii *docilis.* N. HEINSIUS. *docilis*, pro *facilis*, etiam alium codicem habere testatur Dausquejus. quis vero sit, non edidit: ego sane in nullo inveni, nisi in commentariis Marsi, qui tamen in contextu *facilis* edidit.

v. 325. *Te vero, te, te exstimulem*] Puto *Ten' vero, tene exstimulem.* N. HEINSIUS.

v. 325. *Qui fulmina contra Et nimbos* &c.] Supra Silius testatur, ipsum Hannibalem id exercitui suo persuadere voluisse, lib. XII. vers. 627.

Ambustis sed enim ductor Sidonius armis
Sistebat socios, & caecum e nubibus ignem,
Murmuraque a ventis misceri vana docebat.

monuit hoc jam Dausquej. quem tamen paulo post *docebas*, pro *jubebas*, legentem non audio.

v. 327. *Perferre ferox ac vana jubebas Nubila*] *ceu vana Nubila* opinor, vel *haec vana.* N. HEINSIUS.

v. 329. *Claro deleta est Marte Saguntus*] *deletum Saguntum* Puteaneus, Oxonius & Marsi editio cum Parmensi & Gryphiana: quod cur aspernemur? nam & Graecis scriptoribus Σάγυντος est: etiam Livio lib. XXI. cap. XV. *captum Saguntum.* Perperam aspirationem addunt in vulgatis Silii exemplaribus. quod miror non suboluisse nasuto Interpreti. N. HEINSIUS. *deleta Saguntus* primum Wolfius Basileae edidit, quem paucae aliae editiones secutae sunt. Reliquae priores omnes cum Mstis legunt *deletum est Marte Saguntum*, quod optime revocavit Illustrissimus Heinsius. Pariter Liv. lib. XXI. cap. XVIII. *Ego autem non, privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quaerendum censeam; sed utrum jure an injuria.* Lucan. lib. III. 350.

Obsessum Poeno gessit quod Marte Saguntum.

Straboni etiam lib. III. pag. m. 159. & 167. Σάγυντον vocatur. Vide Dausquejum supra ad lib. I. vers. 332. Recte etiam deleta aspiratione *Saguntum* scribendum docuit Heinsius. vide supra ad lib. I. vers. 271.

v. 333. *Labantem patriam*] Id est, infelici proeliorum eventu debilitatam, nutantem, occasum minitantem, propemodum labentem. Vide supra ad lib. II. vers. 392.

v. 336. *Non altera restat Jam Libye; nec Dardaniis*] In priscis editionibus est,

——— *non altera restat*
Jam Libyae, nec Dardaniis pugna altera restat.

pro quo manu docta in margine editionis Romanae principis *Libye* emendatum erat.

v. 338. *Certatus nobis hodie dominum accipit orbis*] *Certatus*, ob quem certatur. Stat. I. Theb. *alternaque*

Ausonius miles, quoties dux coeperat ora
Solvere ad affatus, signum pugnamque petebant.
Haec procul aëria speculantem nube sororem
Ut vidit Divûm genitor, maestosque sub acri
Obtutu vultus, sic ore effatus amico est:
Qui te mentis edunt morsus, da noscere, conjux:
Num Poeni casus ducis, & Karthaginis angit
Cura tuae? sed enim reputâ tecum ipsa furores
Sidonios. gentem contra & fatalia regna
Teucrorum quis erit, quaeso, germana, rebelli
Fractis foederibus populo modus? ipsa malorum
Non plus Karthago tulit, exhausitque laboris,
Quam pro Cadmêa tu exercita gente tulisti.
Turbasti maria ac terras, juvenemque ferocem
Immisti Latio, tremuerunt moenia Romae,
Perque bis octonos primus fuit Hannibal annos
Humani generis. tempus componere gentem.
Ad finem ventum: & claudenda est janua belli.
Tum supplex Juno, Neque ego, mutare laborans,

Quîs

que regna profanis Detertata odiis. BARTHIUS lib. XXII. Adversf. cap. VIII. Similium ingentem numerum collegit Vossius de Analog. cap. XIII. Paria autem Hannibali verba Livius dedit lib. XXX. cap. XXXII. *Roma, an Karthago jura gentibus darent, ante crastinam noctem scituros: neque enim Africam aut Italiam, sed orbem terrarum, victoriae praemium fore.*

v. 340. *Quatiens dux toeperat ora Solvere*] Clara est emendatio,

—— quoties dux coeperat ora
Solvere ad effatus, signum pugnamque petebat.

Tanta alacritas erat exercitus Scipionis.* BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XIII. *quoties dux toeperat* scribendum; & sic Barthius cum Interprete. malo etiam *ad affatus*, quam *effatus*. & sic Oxonius codex. N. HEINSIUS. *affatus* etiam Cellario placuit.

v. 341. *Signum pugnamque petebat*] Scripti Oxoniensis & Puteaneus *signum pugnamque petebant. miles petebant*, pro milites, ut apud Nason. I. Fastor. vers. 516.

Juraque ab hac terra cetera terra petent.

Ita N. Heinsius in optimo codice invenit, id est, ceterae terrae, vulgo erat *cetera terra petet*. Et ita passim poëtae.

v. 342. *Haec procul aëria spectantem nube sororem*] *speculantem*, ni fallor. confirmat Oxonius. vide ad lib. XIII. vers. 163. mox *sub acri obtutu* unica voce videtur scribendum. N. HEINSIUS. Haud male *speculantem* N. Heinsius ex Oxonio. Vide supra ad lib. VII. vers. 123.

v. 344. *Ore effatus amico est*] *affatus* corrigo hic iterum. N. HEINSIUS.

v. 345. *Qui te mentis edunt morsus*] Scribo,

Qui te mentis edant morsus, da noscere, conjux.

N. HEINSIUS.

v. 346. *Nam Poeni casus ducis*] Scribo *Num Poeni casus ducis.* & ita Gryphius. N. HEINSIUS. *Nam Poeni* sola Dausqueji editio, sed sine dubio operarum errore; omnes enim reliquae *Num.*

v. 352. *Quam pro Cadmêa tu exercita gente tulisti*] *tuleris tu exertita gente* Puteaneus, editio Parmensis,

Quam pro Cadmêa ipsa tulisti exertita gente.

Oxonius,

Quam pro Cadmêa tulisti exertita gente.

Opinor,

Quam pro Cadmêa tolerasti exercita gente.

N. HEINSIUS. Eam, quae nunc vulgo exstat lectio, in Marsi editione primum inveni: priores enim, quas vidi & consului, omnes cum Parmensi faciunt. Sed, cum vix ferri posse videatur & *tulisti*, & *tuleris*, quod praecedenti versu fuerit *tulit*, malim cum viro Illustrissimo legere,

Quam pro Cadmêa tolerasti exercita gente.

v. 357. *Et claudenda est janua belli*] Puto *occludenda est.* N. HEINSIUS.

v. 358. *Neque ego, mutare laborans, Quîs est fixa dies*] Producit posteriorem in *ego* praeter exemplum antiquitatis. Forte *neque ego immutare*, vel *haec mutare.* N. HEINSIUS. Quam proxime ad N. Heinsii conjecturam in Puteaneo est *hoc mutare.* Verum tamen non puto, Silium praeter exemplum antiquitatis ultimam in *ego* produxisse. ita enim etiam Prop. lib. I. eleg. VIII. vers. 31.

illi carus ego, per me carissima Romae.

& lib. IV. eleg. II. vers 3.

Tuscus ego; Tuscis orior, nec poenitet.

de

Quîs est fixa dies, pendenti nube resedi:
Nec revocare acies, bellumque extendere quaero:
Quae donare potes, quoniam mihi gratia languet,
Et cecidit jam primus amor, nil fila sororum
Adversus posco. vertat terga Hannibal hosti,
Ut placet, & cineres Trojae Karthagine regnent.
Illud te gemini per mutua pignora amoris
Et soror & conjux oro, tranare pericla
Magnanimum patiare ducem, vitamque remittas,
Neve sinas captum Ausonias perferre catenas.
Stent etiam contusa malis mea moenia, fracto
Nomine Sidonio, & nostro serventur honori.
Sic Juno, & contra breviter sic Jupiter orsus.
Do spatium muris (ut vis) Karthaginis altae.
Stent lacrimis precibusque tuis. sed percipe, conjux,
Quatenus indulsisse vacet. non longa supersunt
Fata urbi, venietque pari sub nomine ductor,
Qui nunc servatas evertat funditus arces.
Aethereas quoque (uti poscis) trahat Hannibal auras,
Ereptus pugnae. miscere hic sidera ponto,
Et terras implere volet redeuntibus armis.

Novi

de priori loco nulla est controversia. posteriori quidam edunt *& Tuscis*, vel *e Tuscis*: sed utramque voculam a plerisque libris abesse docuit cultissimus Broekhusius. Multa alia poetarum, etiam optimi aevi, loca tam in caesura, quam extra eam, quibus Silii licentia, si qua est, novitatis absolvitur, videri possunt apud Vossium I. de Art. Gramm. cap. XXVII.

v. 359. *Pendenti nube resedi*] Ineptum epitheton est in his verbis Junonis. ineptum, inquam, quasi nova res sit, nubem *pendere*, aut Junonem in *pendenti* sedere. Latet vero aliud. Audaculus aliquando sim, & rescribam, *Poeno duce nube resedi*. Nam de Hannibalis exercitu jam certabatur. Non pertendam tamen, cui notum videlicet Silii ingenium, non admodum acutum, quod & alibi illustravi exactius. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. *Poeno duce nube resedi* Barthius audacissime. *pendenti in nube* editio Parmensis. N. HEINSIUS. *pendenti in nube* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. versu sequenti Oxon. codex *bellumve extendere*, pro *bellumque*.

v. 363. *Adversus posco*] Forte *Aut fusos*. N. HEINSIUS.

v. 364. *Ut placet, & cineres Latii Karthagine regnent*] Quomodo *cineres*? an quia velut ex cinere Romam Scipio refoverat? Tamen absurdum hoc est. Fortasse nimium Romanorum studium Jovi opprobrarit, ut scriptum Silio,

Ut placet, & curae est, Latii Karthagine regnent. Nihil pertendo. Satis habeo, quod placet, ponere in medium. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. *cineres Trojae* longe elegantius in Puteaneo & editione Marsi. Vidit aliquid corruptum esse hujus loci Barthius, qui proinde tentabat infelici successu,

Ut placet, & curae est, Latii Karthagine regnent. Vulgatam lectionem adversus Marsum perperam tuetur Interpres. N. HEINSIUS. Optime Marsus *cineres Trojae* legit, quamvis jam priores editiones Romana princeps & Mediolanensis *cineres Latii* habeant, quod perperam probavit Dausquejus, exponens „ Scipionum duorum cineres, in quorum „ ultionem armis accinctus Africanus eam oram „ debellavit, & regnare potuit, si fata tulissent: „ certe ejus virtute Africae domina Roma facta est. Omnino *cineres Trojae* scribendum, ut N. Heinsius jam vidit. Pari errore apud Nason. III. Amor. eleg. VI. verſ. 65. *Trojana propago*, & III. Fastor. verſ. 9. *Trojana sacerdos* librariorum errore in *Romana propago* & *Romana sacerdos* abierant. Vide ad ea loca Virum Illustrissimum.

v. 367. *Vitaeque remittas*] *vitamque* Puteaneus cum editione Parmensi. N. HEINSIUS. *vitamque* etiam Oxoniensis codex cum editionibus Romana principe, Mediolanensi & Marsi Veneta priori; quod primum in ejus Veneta posteriori in *vitaeque remittas* mutatum est, & inde postea omnibus aliis editionibus adhaesit. *vitam remittas* autem erit concedas, relinquas vitam, permittas, ut vivat. Plura de hoc usu ejus verbi videri possunt apud Eruditissimum Gothofr. ad l. 3. Cod. Theodos. de diverſ. rescript.

Novi feta viri bello praecordia: sed lex
Muneris haec esto nostri: Saturnia regna
Ne posthac videat, repetat neve amplius umquam
Ausoniam. nunc instanti raptum avehe leto:
Ne, si miscebit latis fera proelia campis,
Romulei nequeas juvenis subducere dextrae.
Dum statuit fata omnipotens urbique ducique,
Invadunt acies pugnam, & clamore lacessunt
Sidera. non alio graviores tempore vidit
Aut populos tellus, aut, qui patria arma moverent,
Majores certare duces. discriminis alta
In medio merces, quidquid tegit undique coelum.
Ibat Agenoreus praefulgens ductor in ostro,
Excelsumque caput penna nutante levabat
Crista rubens. saevus magno de nomine terror
Praecedit, Latioque micat bene cognitus ensis.
At contra ardenti radiabat Scipio cocco,
Terribilem ostentans clipeum, quo patris & una
Caelarat patrui spirantes proelia dira
Effigies: flammam ingentem frons alta vomebat.
Sub tanta cunctis vi telorumque virûmque,

rescript. & virum Maximum J.Fr.Gronov. IV. Observ. cap. II.

v. 371. *Sic Juno, & breviter contra sic Jupiter orsus*] Puteaneus codex *e contra breviter sic Jupiter orsus*: Oxon. *& contra breviter.* Fortassis legendum, *at contra breviter sic Jupiter orsus.* Vide N. Heinsium supra ad lib. III. vers. 570.

v. 373. *Sed percipe, conjux*] *praecipe* primae editiones, hoc est, prius percipe. N. HEINSIUS. *praecipe* editio Romana princeps, Marsi, & Martini Herbipolensis: Mediolanensis autem habet *percipe. praecipe* Illustrissimus Heinsius exponit prius percipe, de quo verbo plura notavit ad Valer. Flacc. IV. vers. 751. & ego supra ad Silii lib. XV. vers. 659.

v. 380. *Novi feta viri belli praecordia*] *bello* Puteaneus & Oxonius, quod praestat, ne duo casus secundi concurrant. Haec pluribus illustramus lib. X. vers. 14. N. HEINSIUS. Supra lib XIII. 592.

Non ipsa Alecto nec feta furore Megaera
Audet adire feram.

infra vers. 448. *feta veneno serpens.* Virgil. I. Aen. vers. 51.

Nimborum in patriam, loca feta furentibus Austris,
Aeoliam venit.

lib. II. vers. 237. *scandit fatalis machina muros Feta armis.*

v. 382. *Ne posthac videat*] *post haec* codices Oxoniensis & Puteaneus.

v. 387. *Invadunt acies pugnam*] *acres*, ni fallor, vel, quod malim, *alacres.* N. HEINSIUS. Caussam non video, cur vulgata scriptura absque veterum librorum auctoritate loco movenda sit.

v. 387. *Clamore lacessunt Sidera*] Teste Livio lib. XXX. cap. XXXIII. ineunte pugna, *tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque clamor ortus, ut elephanti in suos, sinistro maxime cornu, verterentur, Mauros ac Numidas.*

v. 389. *Aut qui paria arma moverent*] *patria* Gryph. N. HEINSIUS. Ita & codex Oxoniensis & Puteaneus cum priscis editionibus, pro quo primus Marsus *paria* edidit.

v. 392. *Praefulgens ductor in ostro*] Silius Hannibalem in ostro, Scipionem in cocco fingit: nimirum, purpura genus est, ejusque species tum *ἁλιπόρφυρον* seu ostrum, ex ostreo seu sanie muricis; tum *κόκκινον* seu coccum, ex grano ilicis humilis. Vide Scalig. Epist. XI. De cocco plura videantur apud Salmas. ad Solin. pag. 190. & seq.

v. 397. *Quo patris & una Caelarat patrui spirantes proelia dira Effigies*] Gestabant enim milites olim, praesertim primani, expressam consanguineorum aut amicorum in clipeis effigiem. Sic infelix ille Morreus apud Nonnum uxorem in scuto gestabat, cujus caput amputabat Chalcomede. ita enim accipiendus locus ille. [lib. XXXIV. vers. 289.]

Καὶ λίθος ἠερόθεν πεφορημένος ὀξέι ῥοίζῳ
Ἀσπίδος ἄκρον ἄραξεν, ὅπη χρυσήλατος εἰκὼν
Χειροβίης νόθον εἶχε δέμας φιλήμονι μορφῇ.

D. HEINSIUS. Quaedam supra dixi ad lib. VIII. vers. 386.

400. *Vi telorumque virûmque*] Probanda videtur

In ducibus ſtabat ſpes & victoria ſolis.
Quin etiam, favor ut ſubigit pleroſque metuſve,
Scipio ſi Libycis eſſet generatus in oris,
Sceptra ad Agenoreos credunt ventura nepotes.
Hannibal Auſonia genitus ſi ſede fuiſſet,
Haud dubitant terras Itala in ditione futuras.
Contremuere aurae, rapido vibrantibus haſtis
Turbine, & horrificam traxere per aethera nubem.
Inde enſis, propiorque acies, & comminus ora
Admota, ac dira flagrantia lumina flamma.
Sternitur in medium contemtrix turba pericli,
Quae primis ſe praecipitem tulit obvia telis,
Gentilemque bibit tellus invita cruorem.

Fervidus

ſcripta lectio, *virorumque*. vulgo *virûmque* minus bene, & minori ſpiritu. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. *virorumque* Barthius ex Oxonio. quomodo & Parmenſis editio. hujuſmodi verſuum plenus eſt Maro. N. HEINSIUS. *virorumque* etiam Romana princeps & Veneta Marſi prior. Vide ſupra ad lib. XII. verſ. 633.

v. 402. *Quin etiam, ſubigit favor ut plerumque metuſve*] Scribe ex MS. *pleroſque*. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. In Puteaneo,

Quin etiam, favor ut ſubigit pleroſque metuſve.

concinnius. *pleroſque* ex Oxonio etiam Barthius probavit. N. HEINSIUS. Excerpta etiam Oxonienſis codicis, quae penes me ſunt,

Quin etiam, favor ut ſubigit pleroſque metuſve.

v. 403. *Scipio ſi Libycis eſſet* &c.] Paria de Fabiis Silius ſupra lib. VII. verſ. 35.

——— Tirynthia gens eſt:
Quam ſi fata tuis generaſſent, Hannibal, oris,
Terrarum imperium Karthaginis arce videret.

v. 404. *Sceptra ad Agenoreos eſſent ventura nepotes*] MS. *credunt*. optime. videtur vulgaris lectio è *cenſent* eſſe corrupta. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. Mendum hic latere quis non videt? pro *eſſent*, legebam olim minima mutatione *cenſent ventura*. nunc, cum in Puteaneo *credunt* invenerim, id ut amplectamur, tutius videtur. neque aliter ex Oxonio Barthius. confirmat & Parmenſis editio. N. HEINSIUS.

v. 413. *Gentilemque bibit tellus inviſa cruorem*] Immo *tellus invita*. atque ita meus parens. Interpres antiquum obtinet, qui intempeſtive obloquatur. *videt*, pro *bibit*, priſcae editiones cum Puteaneo. N. HEINSIUS. Romana princeps etiam & Mediolanenſis editio *videt*, Oxonienſis codex *vidit*. Sed male. tellus enim *cruorem bibere* dicitur, cum ſanguine madeſcit. ſupra lib. XVI. verſ. 216.

Uſque bibant Tyrium bis quinos ſaeva per annos
Sicana nunc tellus, nunc litora Hibera, cruorem,
Cui neſcire licet?

Senec. in Agamemn. verſ. 700.

Bibêre tumuli ſanguinem atque arae meum.

ita & *prata bibere* dicuntur, quae aqua irrigantur. Virgil. ecl. III. verſ. ult.

Clauditе jam rivos, pueri, ſat prata biberunt.

ubi videatur Lud. de la Cerda. hinc & *bibula harena* apud eundem I. Georg. verſ. 114.

Collectum humorem bibula deducit harena.

ſimiliter *haſta cruorem bibit*, cum ſanguine tinguitur. Silius lib. VI. verſ. 290.

Haec tunc haſta, decus nobis pretiumque ſecundi
Vulneris, a veſtro, Serrane, tributa parente,
Princeps quae ſacro bibit e ſerpente cruorem.

lib. XV. verſ. 632.

——— jam tela bibunt praemiſſa cruorem.

Deinde omnino praefero cum Illuſtriſſimo Heinſio *tellus invita*, quod, ita eo jubente, in contextum recepi; timide tamen, quoniam vetuſti libri non addicunt. Voces autem *invitus* & *inviſus* ſaepenumero a librariis perperam inter ſe commutantur. vide Gronov. ad Senec. Herc. Furent. verſ. 988. & N. Heinſium ad Claudian. I. in Rufin. verſ. 168. Peſſime hic ſe dedit Dauſquejus, qui vulgatam lectionem *tellus inviſa* defendit, quod ſuae ſpontis non ſit, ut hoc recuſet. Debuiſſet is, quem Barthius alibi longe poëtis enarrandis praecellentem dicit, non ignoraſſe, poetas rebus inanimatis, ut telluri, igni, enſi, ſimilibuſque ſaepe figurate voluntatem tribuere. Ita Silius lib. XVI. verſ. 616.

——— vult Itala tellus
Ductoris ſaevi, vult tandem, haurire cruorem.

Ovid. epiſt. XIV. Heroid. verſ. 26.

Dantur in invitos impia tura focos.

Seneca in Thyeſte verſ. 767.

——— impoſitas dapes
Tranſiluit ignis, inque trepidantes focos
Bis ter regeſtus, & pati juſſus moram,
Invitus ardet.

& verſ. 565.

Cum manum invitus ſequeretur enſis.

Eadem fictione etiam loca *conſcia* dicuntur earum rerum, quae in iis fiunt, cum proprie rebus inanimatis non magis *ſcientia*, quam *voluntas*, tribui poſſit. Vide ſupra ad libr. III. verſ. 399.

v. 414.

Fervidus ingenii Masinissa, & fervidus aevi,
In primas Macetûm turmas immania membra
Infert, & jaculo circumvolat alite campum.
Caerulus haud aliter, cum dimicat, incola Thules
Agmina falcifero circumvenit arta covinno.
Graja phalanx patrio densarat more catervas,
Innexisque adstat nulli penetrabilis hastis.
Immemor has pacti post foedus in arma Philippus
Miserat, & quassam refovebat Agenoris urbem.
Rarescit multo laxatus vulnere miles,
Atque aperit patulas prostrato corpore late
Inter tela vias. irrumpit mole ruinae
Ausonius globus, & perjuria Graja resignat.

Archemorum

v. 414. *Masanissa*] Hanc scribendi rationem probat hoc loco Dausquejus, qui etiam videndus in Orthogr. part. 2. hac voce. Sed *Masinissa* praestare supra dixi ad lib. XVI. vers. 117.

v. 415. *In primas Macedum turmas*] *Macetûm* editio Marsi. probe, ut alibi jam dictum. N. HEINSIUS. Ita & Romana princeps, Mediolanensis, & Martini Herbipolensis editio, quod Nicander in Juntina in *Macedum* mutavit. vide infra vers. 638.

v. 416. *Jaculo circumvolat alite campum*] *campos* Puteaneus.

417. *Caerulus haud aliter, cum dimicat, incola Thules*] Per *Thulen*, de qua insula omnia vulgatissima sunt, puto Silium intellexisse Britanniam, ut Dausquejus jam docuit. Nam & Britanni *caerulei* vocantur apud Martial. lib. XI. epigr. LIV.

Claudia caeruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, cur Latiae pectora gentis habet?

& apud Propert. lib. II. eleg. XIV. vers. 25.

Nunc etiam infectos demens imitare Britannos,
Ludis & externo tincta nitere caput.
An, si caeruleo quaedam sua tempora fuco
Tinxerit, idcirco caerula forma bona est?
Ut natura dedit, sic omnis recta figura.
Turpis Romano Belgicus ore color.

Errat autem Marsus ad hunc locum, qui *Caerulus* exponit maris caerulei incola, cum Britannos se fuco caeruleo tinxisse ex Caesare constet v. de bell. Gall. cap. XIV. *Omnes se Britanni vitro inficiunt, quod caeruleum efficit colorem.* unde *caeruleos* dictos esse verosimilius videtur. De herba autem vitro vide Interpretes ad d. loc Caesaris, Isaac. Pontan. in Auctar. Glossar. prisco-Gall. voce *Glassus*, & Salmas. ad Solin. pag. 180.

v. 418. *Agmina falcifero circumvenit arta covino*] Puteani codex cum editione Romana principe & Mediolanensi *comino*, Oxoniensis *camino*, Parmensis editio *covinno*: quam orthographiam sequuntur etiam plures libri scripti apud Lucan. lib. I. vers. 426. & hoc loco in contextum recipi voluit Illustrissimus Heinsius. *covinnus* autem proprius erat currus Belgarum, a quibus accepere Britanni a Belgis orti. de eo plura vide apud Pontan. in Glossar. prisco-Gall. hac voce, Scheffer. de re vehicul. lib. II. cap. XXII. Du Cange in Gloss. mediae Latinitatis, aliosque.

v. 520. *Innixisque adstat nulli penetrabilis hastis*] *Invitis nulli adstabat* Puteaneus. latet mendum, nisi *Innexisque* legamus cum Dausquejo, quae conjectura admodum est probabilis. N. HEINSIUS. Oxoniensis codex *Invitisque adstabat*, Romana princeps editio *Invixisque adstat*, Mediolanensis *Immissisque adstat*. Verosimillima est Dausqueji conjectura *Innexisque adstat*, nisi ex vestigiis Mediolanensis editionis malis *Immixtisque adstat*. Praecipuum enim phalangis Macedonicae robur positum erat in hastatis; hi enim, ordinibus aliorum militum, rem telis gerentium, immixti, hastas praelongas objiciendo suos ab impetu adversariorum immunes praestabant. Livius lib. XXXI. cap. XXXIX. *Erant pleraque silvestria circa, incommodo phalangi maxime Macedonum; quae, nisi ubi praelongis hastis velut vallum ante clipeos objecit, (quod ut fiat, libero campo opus est) nullius admodum usus est.* lib. XXXII. cap. XVII. *Ubi conferti hastas ingentis longitudinis prae se Macedones objecissent, velut in constructam densitate clipeorum testudinem, Romani, pilis immissis, cum strinxissent gladios, neque congredi propius, neque praecidere hastas poterant; &, si quam incidissent, aut praefregissent, hastile fragmento ipso acuto inter spicula integrarum hastarum velut vallum explebat.* alia vide apud eundem Livium lib. XXXIII. cap. VIII. lib. XLIV. cap. XLI. atque alios passim.

v. 421. *Immemor has pacti*] *hos* praestiterit. Mox *multo laxatus funere miles* rectius videtur fore, quam *vulnere*. N. HEINSIUS. To *has* commode ad *catervas* referri potest, ut non opus sit *hos* rescribere. Deinde malo cum N. Heinsio *multo laxatus funere*, pro *vulnere*; quas voces scriptores librarii non raro inter se commutarunt. Vide supra ad lib. I. vers. 399.

v. 425. *Mole ruinae.*] Vir Celeberrimus Petrus Burmannus legere hoc loco malebat *more ruinae*, ut solet ruina.

Archemorum Rullus, Teucrum Norbanus, & ambo
Mantua labenti genetrix dimiserat aevo.
Obtruncat Samium bellacis dextra Caleni.
At Clytium Selius, Pellaeum & vana tumentem
Ad nomen patriae, Clytium, sed gloria Pellae
Haud valuit misero defendere Daunia tela.
Saevior his Latios vastabat Bruttia signa
Laelius increpitans: Adeone Oenotria tellus
Detestanda fuit, quam per maria aspera, perque
Insanos Tyrio fugeretis remige fluctus?
Sed fugisse satis fuerit. Latione cruore
Insuper externas petitis perfundere terras?
Haec dicens Silarum, meditantem in proelia, telo
Praevenit. hasta volans imo sub gutture sedit,
Et vitae vocisque vias simul incita clausit.

v. 427. *Archemorum Rutulus*] In editione Marsi & Gryphii *Ruilus*. Scribendum *Rullus*, quod nomen Romanum, uti & *Norbanus*, & *Calenus*, & *Selius*. N. HEINSIUS.

v. 127. *Et ambos*] Oxon. codex *ambo*, & recte. est enim antiquus accusativus, quo usi sunt Virgilius, aliique. Sic ecl. VI. vers. 18.

—— nam saepe senex spe carminis ambo
Luserat.

ubi notat Servius, *Ambo*] *Vetuste, ut alibi, Verum ubi ductores acie revocaveris ambo: cum hodie sub eadem significatione ambos & duos dicamus.* Idem XII. Aen. vers. 341.

Jamque neci Sthenelumque dedit, Thamirimque, Pholumque,
Hunc congressus, & hunc; illum eminus: eminus ambo
Imbrasidas, Glaucum atque Laden.

ubi iterum Servius, *Antiquo more Ambo. Terentius, Ambo oportune vos volo: sicut superius dictum est: cum hodie ambos dicamus.* Atque ita est in Mslo satis bonae notae apud Censor. de die Natali cap. XVIII. *Annos civiles sic statuerunt, ut intercalando facerent alternos XII. mensium, alternos XIII. utrumque annum separatim vertentem; junctos ambo annum magnum.* vulgo editur *junctos ambos*. Et ita Silius supra libr. IV. vers. 175.

Cryxus Picentem Laurumque, nec eminus ambo.

ubi male Barthius *ambos* rescribere volebat, monente Illustrissimo Heinsio. Plura habet ὁ πάνυ Gronov. ad Livii lib. VIII. cap. III. & lib. XXXV. cap. XXI.

v. 428. *Mantua labenti genetrix dimiserat aevo*] Quid sibi vult *labenti aevo?* in Puteaneo *bibenti*. Forte *flaventi arvo*, ob segetes. sic *flaventia culta Galaesi* apud Maronem, & *flavescere campus arista* eidem dicitur. Claudian. lib. II. rapt. Proserp.

Dum meus humectas flaventes Lucifer agros.

Iterum Maro Georg. I. vers. 316.

Saepe ego cum flavis messorem induceret arvis
Agricola.

Virgilio hinc & *flava Ceres*, quod maturis spicis esset redimita, poëtis dicitur. *flava* etiam *rura* habes apud Claud. libro I. in Eutropium. Catullus Nuptiis Pelei,

Namque, velut densas prosternens messor aristas,
Sole sub ardenti flaventia demetit arva.

Avienus in Phaenomenis, *curvas in flava novalia falces Exercere dies.* N. HEINSIUS. *bibenti aevo* etiam Oxon. codex. *labenti aevo* Marsus exponit in senecta. Sed hujus locutionis exempla requiro. Donec quid verosimilius occurrat, mallim legere cum N. Heinsio *flaventi arvo*. Claudian. in VI. Consul. Honor. vers. 388.

——— jam flavescentia centum
Messibus aestivae detondent Gargara falces.

Tertull. de Pallio cap. II. *Sic & terram, si recenseas temporatim vestiri amantem, prope sis eandem negare, memor viridem, cum conspicis flavam, mox visurus & canam.*

v. 433. *Saevior his Latios vastabat Bruttia signa*] *Latio* editio Marsi. *late* opinor. & sic parenti meo placuisse video. Interpres facessat. N. HEINSIUS. Vulgatam lectionem non damno. Placet tamen imprimis Heinsii conjectura *late vastabat*, nam *Latio cruore* mox denuo sequitur. Supra libr. I. vers. 125.

Aetolos late consterni milite campos.

lib. II. vers. 61.

Battiadas late imperio sceptrisque regebat.

voces *latus* autem & *Latius* culpa librariorum in Mstis saepe commutantur. Supra lib. VIII. vers 8. pro *Latium sperare cruorem*, male codex Oxon. praefert *latum cruorem*. Vide alia exempla apud Grotium ad German. Arat. Phaenom. pag. 3. N. Heinsium ad Silii lib. X. vers. 363. lib. XI. vers. 555. lib. XII. vers. 412. ad Nason. I. Metam. vers. 560. ad II. Fastor. 555. & V. Fastor. vers. 241.

v. 439. *Silarum, meditantem in proelia, telo Praevenit*] Ita omnes scripti atque excusi codices. *meditari in proelia* τὸ *in* supervacuum habet. Hieronym. epist. ad Sabinianum, *Deinde curris ad pastorum locum,*

Virgilio Caudinus, acerbo Sarris Amano
Sternitur. accendunt iras vultusque virorum,
Armorumque habitus noti, & vox consona linguae.
Quos ubi nudantes conspexit Hamilcare cretus
Terga fugae, State, ac nostram ne prodite gentem,
Vociferans subit, & convertit proelia dextra.
Qualis in aestiferis Garamantum feta veneno
Attollit campis ferventi pastus harena
Colla Paraethonius serpens, lateque per auras
Undantem torquet perfundens nubila tabem.
Continuo infesta portantem cuspide vulnus
Impedit antevolans Herium: cui nobile nomen
Marrucina domus, clarumque Teate ferebat.
Atque illi magnum nitenti, & laudibus hostis
Arrecto, capuli ad finem manus incita fodit.

Quaerebatque

tum, &, *Angelorum strepitu desuper concinente*, *in eadem verba testaris.* Exempla alia ad Appulejum. BARTHIUS lib. XXII. Adverf. cap. VIII. *meditantem in proelia* doctissimus Dausquejus exponit exercentem proelia. Sed *meditari proelia* vel *in proelia* non est exercere proelia, sed componere se ad pugnam. supra lib. V. vers. 315.

Et sparsa pugnas meditantem spectat harena.

lib. XII. vers. 711.

Insenditque arcum & pugnas meditatur Apollo.

Horat. lib. III. od. XXII. vers. 6.

Quem per exactos ego laetus annos
Verris, obliquum meditantis ictum,
Sanguine donem.

Pro *Haec dicens* autem codex Putean. *Hoc dicens.*

v. 442. *Acerbo Sarris Amano Sternitur*] *Satis* editio Marsi: Puteaneus *Sanus.* opinor *Sarnus.* a fluvio Italiae deductum nomen. quod Silio sollemne alias demonstravimus. *Saris* in Parmensi & Gryphio. N. HEINSIUS.

v. 445. *Quos ubi nutantes conspexit Hamilcare cretus Terga fugae*] Scribendum omnino, vel obnitentibus membranis, *nudantes Terga fugae.* a Marone mutuatus est loquendi modum, qui Aeneid. V. vers. 586.

Et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
Infensi.

Vide, quae annotamus lib. I. vers. 306. Interpres cum veram scripturam manibus teneret, eam nihilominus elabi passus est, dum sibi non constat. Certe in codice Oxonio, & editione Parmensi, & Gryphiana *nutantes*, non *mutantes.* praeterea *fuga*, pro *fugae*, scripti cum primis editionibus. & sic in Virgilio. N. HEINSIUS. Optime *nudantes terga* vir Illustrissimus, qui etiam consulendus in notis ad Claudiani bell. Gildon. vers. 281. facile autem vitio dictantis *nudantes* in *nutantes* abire potest, ob vicinum literarum *d* & *t* sonum. *nutantes* autem omnes ptiscae editiones, pro quo pejus Wolsius in Basileensi *mutantes* edidit. *fuga* deinde Romana princeps & Mediolan. editio, quod primus Marsus in *fugae* mutavit, quem reliqui secuti sunt. in Virgilio eadem lectionis varietas observatur, ita tamen, ut Pierius τὸ *fugae* praeferat.

v. 448. *Qualis in aestiferis Garamantum* &c.] Supra lib. XII. vers. 6.

——— *ceu condita bruma,*
Dum Rhiphaea rigent Aquilonis flamina, tandem
Evolvit serpens arcano membra cubili,
Et splendente die novus emicat, atque coruscum
Fert caput, & saniem sublatis faucibus efflat.

ubi plura vide.

v. 453. *Impedit antevolans Herium*] Male sollicitat id nomen Interpres, quod in inscriptionibus antiquis occurrit. Pro *Impedit* possis *Impetit.* N. HEINSIUS. Perperam Oxoniensis codex *Herum* habet, pro *Herium*, quod recte tuetur Illustrissimus Heinsius contra Dausquejum, qui *Hirium* malebat. Non male autem Heinsius etiam *Impetit*, pro *Impedit*, legebat. ut idem sit dictantis error, quo supra *nudare* in *nutare* corruperunt.

v. 455. *Atque illi magnum nitenti* &c.] Manca sensu haec sunt. Nihil enim est, quod illi fodisse dicatur. Scribe, *Ilia huic magnum nitenti.* Qui enim nititur, ilia tendit, ut faciliora sint fodienti. sic lib. V. *subsidens ilia nisu Conantis suspensa fodit.* Potest & scribi, *Ilia quoi magnum.* &c. quod propius literis. BARTHIUS lib. X. Adverf. cap. XIII. Locus hic mendosus est; non enim addit, quam partem corporis foderit. Scribendum omnino, *Iliaque huic magnum nitenti fodit.* lib. V. *subsidens ilia nisu Conantis suspensa fodit.* Vidit ex parte veram lectionem Barthius, refingens, *Ilia huic magnum nitenti.* N. HEINSIUS.

v. 456. *Manus incita fodit*] Post haec videtur versus unus atque alter excidisse. N. HEINSIUS.

v. 459.

Quaerebatque miser morienti lumine fratrem,
Cum juvenis subit, &, leto stimulatus acerbo,
Pleminius saevum mucronem ante ora coruscat,
Ac fratrem magno minitans clamore reposcit.
Huic proles Barcae: Germanum reddere vero
Si placet, haud renuo. maneant modo foedera nostra,
Hasdrubalem revocare umbris. egone aspera ponam
Umquam in Romanos odia? aut mansuescere corda
Nostra sinam? parcamque viro, quem terra crearit
Itala? tum manes inimica sede repellat
Aeterna, socioque abigat me frater Averno.
Sic ait, & clipei propulsum pondere toto,
Lubrica qua tellus lapsantis sanguine fratris
Fallebat nisus, prosternit, & occupat ense.
Extendit labens palmas, Heriumque jacentem
Amplexus, juncta lenivit morte dolorem.
Tum Libys invadit mixtae certamina turbae,
Convertitque ruens per longum hostilia terga:
Ut cum fulminibus permixta tonitrua mundum
Terrificant, summique labat domus alta parentis,
Omne hominum in terris trepidat genus: ipsaque ob ora
Lux atrox micat, & praesens astare viritim
Creditur intento perculsis Jupiter igne.

Parte

v. 459. *Pleminius*] Frustra libri scripti & priscae editiones nunc *Fleminius*, nunc *Flamminius*, nunc *Flaminius* legunt. Nota enim est apud Romanos gens Pleminia, etiam circa tempora belli Punici secundi; ex qua Q. Pleminius praeturam gessit, qui postea Pro praetore omni crudelitatis & saevitiae genere Locrenses exagitavit. Multa ejus apud Livium mentio est lib. XXIX. & alios.

v. 461. *Germanum reddere vero Si placet, haud renuo*] τὸ *vero* suspectum est. Ni fallor conjecturae, scribendum *germanum reddere Averno Si placet.* Si Averno placet, fratrem tuum tibi reddere, per me licet. deinde, pro *maneant modo foedera nostra Hasdrubalem revocare umbris*, praestiterit, *nostrum Hasdrubalem revocari umbris.* N. HEINSIUS.

v. 464. *Mansuescere corda Nostra sinam*] Malo *corde.* N. HEINSIUS. Mihi nihil videtur mutandum.

v. 466. *Tum manes inimica sede repellat Aeterna*] Rectius, ni fallor, *tum manes inimica sede repellat Aeternum.* N. HEINSIUS. Ita & D. Heinsius edidit. Sed cur Hannibal Avernum *sedem inimicam* vocat? unde, si inimica erat, laetus pelleretur. Haud displicet Cellarii conjectura *inimicus sede repellat Aeterna*: ut sensus sit, si umquam ego odia in Romanos ponere, vel Italo cuiquam parcere possum, velim, frater mihi inimicus fiat, cujus ultionem negligerem, manesque Averno repellat. atque ita manu docta ad marginem editionis Romanae principis emendatum vidi. *sede aeterna* enim est Averno, campis Elysiis. sic *domus aeterna* apud Senec. in Hippol. vers. 1240.

Gnatum sequor: ne metue, qui manes regis:
Casti venimus. recipe me aeterna domo
Non exiturum.

Ideo autem *aeterna* dicitur, quod inde reditus nullus daretur mortuis. vide supra ad lib. III. vers. 36.

v. 472. *Juncta lenivit morte dolorem*] Eurip. in Suppl. vers. 106.

Ἥδιστος γάρ τοι θάνατος
Συνθνήσκειν θνήσκουσι φίλοις.

Mors enim est dulcissima commori morientibus amicis. Silius lib. IX. vers. 401.

Sternitur unanimo Marius succurrere Capro
Conatus, metuensque viro superesse cadenti &c.
Occubuere simul; votisque ex omnibus unum
Id Fortuna dedit, junctam inter proelia mortem.

Virgil. IX. Aen. vers. 444.

Tum super exanimum sese projecit amicum
Confossus, placidaque ibi demum morte quievit.

Statius II. Theb. vers. 642.

Procubuere pares fatis (miserabile votum
Mortis) & alterna clauserunt lumina dextra.

Ovidius V. Metam. vers. 71.

Jam moriens, oculis sub nocte natantibus atra,
Circumspexit Athin, seque acclinavit in illum;
Et tulit ad manes junctae solatia mortis.

pro *dolorem* autem Oxoniensis liber *dolores.*

v. 477.

Parte alia, ceu sola forent discrimina campo,
Qua miscebat agens truculentus Scipio Martem,
Aspera pugna novas varia sub imagine leti
Dat formas. hic ense jacet prostratus adacto;
Hic saxo perfracta gemit lacrimabilis ossa;
Atque hos (turpe) pavor fusos projecit in ora;
Horum adversa dedit Gradivo pectora virtus.
Ipse super strages ductor Rhoeteius instat.
Qualis apud gelidum currus quatit altior Hebrum,
Et Geticas solvit ferventi sanguine Mavors
Laetus caede nives, glaciemque Aquilonibus actam
Perrumpit stridens sub pondere belliger axis.
Jamque ardore truci lustrans fortissima quaeque
Nomina obit ferro. claris spectata per orbem
Stragibus occumbit late inter tela juventus.
Qui muros rapuere tuos, miserasque nefandi
Principium belli fecere, Sagunte, ruinas.
Qui sacros, Thrasymene, lacus, Phaëthontia quique
Polluerant tabo stagna; ac fiducia tanta
Quos tulit, ut Superûm regi soliumque domosque
Irent direptum, mactantur comminus uno
Exitio; redduntque animas, temerata ferebant
Qui secreta Deûm, & primo pressere negatas

Gressibus

v. 477. *Ipsaque oborta Lux atrox micat*] MS. *ab ora*. Nihil scriptura ista melius, si *ob ora* corrigas. Fulminis enim lux faciem mirifice perstringit. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. *ab hora* Puteaneus. *ab ora* Oxoniensis. unde Barthius *ob ora*. non male, quod & mihi venerat in mentem, & ab editione confirmatur Parmensi. Vide ad Maronem Aeneid. XII. vers. 865. cui, ut & Nasoni, eundem loquendi modum ex veterrimis membranis asseruimus, & ab inscita librariorum manu vindicavimus. N. HEINSIUS. *ob ora* etiam Romana princeps & Mediolanensis editio. Cicer. fragm. de univers. cap. XIV. *Ignis oculorum cum eo igne, qui est ob os effusus.*

v. 485. *Pavor fusos dejecit in ora*] *projecit* in Puteaneo & Marsi editione. rectius. *Ast hos*, non *Atque*, Oxonius & Parmensis. & paullo ante duo scripti *Is saxo perfracta*. N. HEINSIUS. *projecit* etiam Oxoniensis codex cum editionibus Marsi.

v. 490. *Glaciemque Aquilonibus auctam*] *actam* Puteaneus & Oxonius, pro coactam, constrictam. N. HEINSIUS. Pari errore insciti librarii voces *actor* & *auctor* in membranis antiquis confuderunt, ut pluribus exemplis docuit Gebhard. I. Crepund. cap. XII. Vide etiam N. Heinsium ad Nason. I. Heroid. vers. 95. & IV. Metam. vers. 659.

v. 498. *Polluerant tabo stagna*] *Polluerunt* scribendum. N. HEINSIUS. Recte vir Illustrissimus *Polluerunt* emendat, penultima brevi. vide supra ad libr. V. vers. 264. Praecedentia *rapuere*, *fecere*, & sequens *tulit* necessitatem hujus emendationis satis probant.

v. 500. *Mactantur comminus uno Exitio*] *mutantur* in Puteaneo. *multantur* opinor. de quo verbo sat multa diximus libro x. vers. 463. N. HEINSIUS. Praeter Puteaneum omnes codices scripti & typis impressi in vulgatam lectionem conspirant, quam in *multantur* cum Heinsio non mutarem. Ovid. epist. VII. Her. vers. 113.

Occidit internas conjux mactatus ad aras.

epist. x. vers. 77.

Me quoque, qua fratrem, mactasses, improbe, clava.

vers. 101.

Nec tua mactasset nodoso stipite, Theseu,
Ardua parte virum dextera, parte bovem.

ut autem *mactare exitio*, sic *mactare summo supplicio* Cicer. I. Catilin. cap. XI. *Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? morte mactare* idem de Harusp. resp. cap. XX. *Divisores omnium tribuum domi ipse suae crudelissima morte mactaret.*

v. 502. *Primo pressere negatas Gressibus humanis Alpes*] *reserasse negatas* in codice Puteaneo & Oxonio, & editione Marsi ac Gryphii. nec aliter Parmensis. Scribendum,

——— *temerata ferebant*
Quos secreta Deûm, & primos reserasse negatas
Gressibus humanis Alpes.

quos referebant primos reserasse secreta Deorum, Alpes hactenus humanis gressibus invias. N. HEINSIUS.

Greſſibus humanis Alpes. formidinis hujus
Plena acies propere retro exanimata ruebat.
Haud ſecus, ac tectis urbis Vulcania peſtis
Cum ſeſe infudit, rapiduſque incendia flatus
Ventilat, & volucres ſpargit per culmina flammas:
Attonitum erumpit ſubita formidine vulgus,
Lateque ut capta paſſim trepidatur in urbe.
Verum ubi cunctari taedet diſperſa virorum
Proelia ſectantem, & leviori Marte teneri:
Omnes in cauſſam belli auctoremque malorum
Vertere jam vires tandem placet. Hannibal unus
Dum reſtet, non, ſi muris Karthaginis ignis
Subdatur, caeſique cadant exercitus omnis,
Profectum Latio: contra, ſi concidat unus,
Nequidquam fore Agenoreis cuncta arma viroſque.
Illum igitur luſtrans circumfert lumina campo,
Rimaturque ducem. juvat in certamina ſumma
Ferre gradum, cuperetque viro concurrere, tota
Spectante Auſonia. celſus clamore feroci
Provocat increpitans hoſtem, & nova proelia poſcit.
Quas poſtquam audivit voces conterrita Juno,
Ne Libyci ducis impavidas ferrentur ad aures,

Effigiem

SIUS. *reſeraſſe* etiam Romana princeps, Mediolanenſis, Marſi, Martini Herbipolenſis, Juntina, Aldina, & Nutii editiones primus Wolfius in Baſileenſi *preſſere* dedit, quem pauci ſecuti ſunt. Heinſii conjecturam non rejicio. Alpes, nondum humanis greſſibus temeratas, Diis ſacras habitas fuiſſe ſupra docui ad lib. III. verſ. 501.

v. 506. *Rapidus incendia flatus Ventilat*] De voce *ventilare* vide virum praeſtantiſſimum Jac. Gothofr. ad l. 5. Cod. Theodoſ. de malefic. & Mathem. Pro *infudit* hoc verſu priſcae editiones *infundit*.

v. 507. *Volucres ſpargit per nubila flammas*] Vera ſcriptura eſt in MS. Oxonienſi *per culmina*: aedium, nimirum. Sic incenſis caſtris Syphacis eodem hoc libro, *ex omni manant incendia tecto*. BARTHIUS lib. x. Adverſ. XIII. *per culmina* rectius in Puteaneo & Oxonio; quod & Barthius deprehendit. N. HEINSIUS. Supra lib. I. verſ. 599.

Si nondum inſultet templorum Poenicus ignis
Culminibus.

v. 510. *Diſperſa virorum Proelia*] Opinor *diverſa*, ut Virgilius de Turno. & ſic infra verſ. 547. N. HEINSIUS.

v. 515. *Caeſique cadant exercitus omnes*] Craſſum eſt hoc, ſed optime in ordinem redactum a Dauſquejo, *caeſique cadant*, *exercitus omnis*. adeo una etiam litera ſaepe oculos faſcinat, nam alioquin vitioſe edebatur. BARTHIUS lib. x. Adverſ. cap. XIII. Immo *exercitus omnis* cum Puteaneo & Oxonio, alterum legis metricae ratio nequaquam admittit. viderunt veram lectionem Interpres & Barthius, de qua pluribus ego ad Naſon. Metam. IX. verſ. 426. N. HEINSIUS. Similiter ſupra erat peccatum lib. XIII. verſ. 308.

Stabant innixi pilis exercitus omnis:

ubi etiam *exercitus omnes* olim edebatur.

v. 516. *Profectum eſt Latio*] Verbum ſubſtantivum non agnoſcit Puteaneus nec Oxonius, nec editio Parmenſis aut Marſi. N. HEINSIUS. Romana etiam princeps, Mediolanenſis, aliaeque omnes ante Juntinam editiones τὸ *eſt* ignorant, in qua primus Nicander veram lectionem corrupit.

v. 517. *Cuncta arma viroſque*] *juncta* malim. vide libro IX. verſ. 641. N. HEINSIUS. Nihil hic muto. *cuncta* enim *arma virique* opponuntur *uni Hannibali*; quemadmodum *unus Hannibal* paullo ante *omni exercitui*.

v. 518. *Illum igitur luſtrans*] *luſtrare* eſt luſtrando aliquem quaerere. Virgil. II. Aen. 753.

——— *veſtigia retro*
Obſervata ſequor per noctem, & lumine luſtro.

BARTHIUS lib. XXII. Adverſ. cap. VIII. Supra lib. X. verſ. 42.

Per medios agitur, projecto lucis amore.
Hannibalem luſtrans Paullus.

lib. XV. verſ. 790.

Aeſtuat, &, luſtrans nantem ſub gurgite praedam,
Abſorbet late permixtum piſcibus aequor.

v. 525. *Effigiem informat Latiam*] Efficta haec putat Dauſquejus a Silio ad imaginem illorum, quae

habea

Effigiem informat Latiam, propereque coruscis
Attollit cristis: addit clipeumque jubasque
Romulei ducis, atque humeris imponit honorem
Fulgentis faguli: dat gressum habitusque cientis
Proelia, & audaces adicit sine corpore motus.
Tum par effigies fallacis imagine vana
Cornipedis moderanda cito per devia passu
Belligerae datur ad speciem certaminis umbrae.
Sic Poeni ducis ante oculos exsultat, & ultro
Scipio Junoni simulatus tela coruscat.
At, viso laetus rectore ante ora Latino,
Et tandem propius sperans ingentia, Poenus
Quadrupedi citus imponit velocia membra,
Et jacit adversam properati turbinis hastam.
Dat terga, &, campo fugiens, volat ales imago,
Tramittitque acies. tum vero, ut victor, & alti
Jam compos voti, ferrata calce cruentat
Cornipedem, & largas Poenus quatit asper habenas.
Quo fugis, oblitus nostris te cedere regnis?
Nulla tibi Libyca latebra est, o Scipio, terra.
Haec ait, & stricto sequitur mucrone volantem.

Donec

habet Virgil. XII. Aen. vers. 468. ubi Juturna, faciem Metisci aurigae induta, fratrem Turnum ex proelio avehit. Magis tamen mihi videtur Silius ob oculos habuisse locum Maron. x. Aen. vers. 636. ubi pariter Juno umbram in faciem Aeneae fingit: quam fugientem dum Turnus insequitur, procul a pugna abducitur. Simili dolo Apollo, assumta Agenoris imagine, Achillem decepit, & à Troja avertit apud Homer. Iliad. Φ. vers. 599. & Iliad. X. vers. 7. Neque hinc abludit, quod Juno, in faciem Gestae mutata, Hannibalem a singulari cum Paullo Aemilio certamine avocarit, eum diversa in parte pugnas ciere fingens, supra lib. x. vers. 83.

v. 528. *Dat gressus habitusque cientis Proelia*] *gressum* lex carminis postulat, uti Interpres monuit. & sic Puteaneus. N. HEINSIUS. Ita etiam D. Heins. & Raphelengius ediderunt, quamvis tamen Rapheleng. male etiam *habitumque* dederit. *gressum* etiam fuisse videtur in codice Oxoniensi. neque aliter manu docta emendatum erat in margine Romanae principis.

v. 529. *Audaces addit sine corpore motus*] Vera scriptura est codicis Oxoniensis, *adicit sine corpore motus*. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. *adicit* ex Oxonio Barthius. N. HEINSIUS. Codicis Oxoniensis lectionem *adicit* cum Barthio probo. praecessit enim paullo ante vers. 526. *addit clipeumque jubasque*. Frequenter autem ita lapsi sunt insciti librarii. vide N. Heinsium supra ad lib. IV. vers. 398. & Broekhus. ad Propert. IV. eleg. v. vers. 76.

v. 535. *Ac viso laetus*] *At* scripti. N. HEINSIUS. Ita saepe peccatum in libris scriptis. vide supra ad lib. VI. vers. 190.

v. 536. *Et tandem propius sperans ingentia Poenus*] Scribo,

Et tandem propius spirans ingentia Poenus.

Dixi ad librum v. Metamorphoseon Nasonianarum vers. 348. N. HEINSIUS. Ita supra lib. III. vers. 240.

Mago quatit currus, & fratrem spirat in armis.

lib. v. vers. 414. *fratris spirans ingentia facta*. lib. XVII. vers. 397.

——— quo patris & una
Caelarat patrui spirantes proelia dira
Effigies.

Appul. v. Metam. pag. 163. *Jamjam sursum respicit, & Deam spirat mulier.* Claudian. VI. Cons. Honor. vers. 442.

Et ruptas animis spirans immanibus Alpes.

& I. de rapt. Pros. vers. 6. *totum spirant praecordia Phoebum.* Pariter etiam Graeci locuti sunt. Notissimum est illud Homericum μένεα πνείοντες Ἄβαντες, & μένεα πνείοντες Ἀχαιοί, saepius ab eo usurpatum, ut Il. B vers. 536. Il. Γ. vers. 8. & alibi. Sanctus Lucas in Act. Apostol. cap. IX. comm. I. Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου. *Saulus autem adhuc spirans minas & caedes.* ubi vide Pricaeum, & Raphelium in annotat. ex Xenophonte. simili sensu *anhelare* dixit Cic. II. in Catil. cap. I. *L. Catilinam, furentem audacia, scelus anhelantem, ex urbe vel ejecimus, vel emisimus.*

v. 541. *Ferrata calce cruentat Cornipedem*] Vide supra

Donec longinquo frustratum duxit in arva
Diversa spatio procul a certamine pugnae.
Tum fallax subito simulacrum in nubila cessit.
Fulmineus ductor, Quisnam se lumine caeco
Composuit nobis, inquit, Deus? aut latet idem
Cur monstro? tantumne obstat mea gloria Divis?
Sed non avelles umquam, quicumque secundus
Coelicolûm stas Ausoniae, non artibus hostem
Eripies verum nobis. frena inde citatis·
Convertit furibundus equis, campumque petebat,
Cum subitae occulto pestis collapsa tremore
Cornipedis moles ruit, atque efflavit anhelo
Pectore, Junonis curis, in nubila vitam.
Tum vero impatiens, Vestra est haec altera, vestra
Fraus, inquit, Superi: non fallitis. aequore mersum
Texissent scopuli, pelagusque hausisset & undae.
Anne huic servabar leto? mea signa secuti,
Quis pugnae auspicium dedimus, caeduntur; & absens
Accipio gemitus vocesque & verba vocantum
Hannibalem. quis nostra satis delicta piabit
Tartareus torrens? simul haec fundebat, & una
Spectabat dextram, ac leti fervebat amore.
Tum Juno, miserata virum, pastoris in ora
Vertitur, ac silvis subito procedit opacis,
Atque his alloquitur versantem ingloria fata:
Quaenam te silvis accedere caussa subegit
Armatum nostris? num dura ad proelia tendis,
Magnus ubi Ausoniae reliquos domat Hannibal armis?
Si velox gaudes ire, & compendia grata
Sunt tibi, vicino in medios te tramite ducam.

Annuit,

supra ad lib. VII. vers. 696.

v. 546. *Donec longinquo frustratum duxit in arva Diversa spatio*] Male alii *Diverso*. forte *Diversae pugnae*, quamquam & vulgata scriptura subsistit. N. HEINSIUS. Nihil muto. ita *diversae silvae* supra lib. V. vers 457.

Nec minor interea tumulis silvisque fremebat
Diversis Mavors.

qui *Diverso* malebant, videntur metro timuisse, quasi ultima τῦ *Diversa* non recte produci posset, quamquam sequens vocabulum a duabus consonis inciperet. Sed vide, quae supra notata sunt ad lib. IX. vers. 575.

v. 549. *Quisnam se lumine caeco*] *numine caeco* castigandum opinor. N. HEINSIUS. *caecum numen* erit occultatum, incognitum, quod non videtur. Vide supra ad lib. VI. vers. 7.

v. 554. *Frena inde citatis Convertit furibundus equis*] Corrige *citati equi*: uno enim equo vehebatur Hannibal. N. HEINSIUS.

v. 556. *Cum subitae occulto pestis collapsa tremore Cornipedis moles ruit*] Codex Oxon & Putean. *Cum subito occulta*, priscae editiones *subita occulto*. an fortasse legendum *subito occultae pestis tremore*? Deinde Cellarius *Cornipedis moles* exponit equus robustus. Ego ad magnitudinem, quam ad robur, referre malo. Vide, quae supra notata sunt lib. XVI. vers. 46.

v. 560. *Non fallitis*] Id est, non latetis. Livius lib. XXXI. cap. XXVI. *Non fefellere insidiae.* eo sensu *vita fallens*, pro obscura, latens, est apud Horat. lib. I. epist. XVIII. vers. 103.

An secretum iter & fallentis semita vitae.

v. 561. *Texissent scopuli* &c.] Impatienter adeo hanc calamitatem fert Hannibal, ut prae tali vita vel mortem in undis malit, quam plurimis supra detestatus est, vers. 265.

v. 574. *Si velox gaudes ire*] *audes* Puteaneus. N. HEINSIUS.

v. 579. *Et vasto superantem proxima saltu*] *vasti saltus*

Annuit, atque onerat promissis pectora largis
Pastoris, Patresque docet Karthaginis altae
Magna repensuros, nec se leviora daturum.
Praecipitem & vasto superantem proxima saltu
Circumagit Juno, &, fallens regione viarum,
Non gratam invito servat celata salutem.
Interea Cadmêa manus, deserta pavensque,
Non ullum Hannibalem, nusquam certamina cernit
Saevi nota ducis. pars ferro occumbere credunt,
Pars damnasse aciem, & Superis cessisse sinistris.
Ingruit Ausonius, versosque agit aequore toto
Rector, jamque ipsae trepidant Karthaginis arces.
Impletur terrore vago cuncta Africa pulsis
Agminibus, volucrique fuga sine Marte ruentes
Tendunt attonitos extrema ad litora cursus,
Ac Tartessiacas profugi sparguntur in oras.
Pars Batti petiere domos, pars flumina Lagi.
Sic ubi, vi caeca tandem devictus, ad astra
Evomuit pastos per secula Vesbius ignes,
Et pelago & terris fusa est Vulcania pestis,
Videre Eoi (monstrum admirabile!) Seres
Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.
At fessum tumulo tandem regina propinquo
Sistit Juno ducem, facies unde omnis, & atrae
Apparent admota oculis vestigia pugnae.
Qualem Gargani campum, Trebiaeque paludem,
Et Tyrrhena vada, & Phaëthontis viderat amnem
Strage virûm undantem; talis (miserabile visu!)
Prostratis facies aperitur dira maniplis.
Tum superas Juno sedes turbata revisit.

Jamque

saltus reor, ut ambiguitas vitetur. pro *superantem*, Puteaneus *properantem*, Parmensis *praeparantem*. N. HEINSIUS. *vasti proxima saltus* cum N. Heinsio malo. Deinde, pro *superantem*, etiam Oxoniensis *properantem*, Mediolanensis editio *preparantem*, neque aliter Romana editio, ad cujus marginem manu erudita emendatur *proparantem*. sed nihil mutandum.

v. 581. *Servat celata salutem*] Τὸ *celata* hic prorsus otiosum ac supervacuum est. Forte *servat Dea laeta salutem*. N. HEINSIUS. Nihil muto. *celata* est, occultato numine suo, sub effigie pastoris latens.

v. 589. *Volucrique fuga sine Marte ruentes*] *sine morte* Puteaneus. scribendum *sine more*. N. HEINSIUS. *sine morte* etiam Oxoniensis codex, pro quo recte N. Heinsius *sine more*, quod Eruditissimo etiam Bentlejo in mentem veneiat, ad Horat. lib I. od. XIII. vers. 17. Plura supra notata sunt ad lib. XII. vers. 449.

v. 596. *Videre Eoi (monstrum admirabile) Seres* &c.] Paria de Vesuvii montis incendio habet Valer. Flacc. lib. IV. vers. 507.

Sic ubi prorupti tenuit cum forte Vesevi
Hesperiae letalis apex; vix dum ignea montem
Torsit hiems; jam Eoas cinis induit urbes.

ubi Illustrissimus Heinsius ex Procopio & Ctesia docet, Vesevi montis cineres non Constantinopolin solum, sed & in Indiam usque nonnumquam delatos esse, ne haec licentia poëtica ficta esse a Silio & Valerio putemus. At nimium credulus sit, qui haec sibi persuaderi patiatur.

v. 603. *Strage virûm undantem*] Oxoniensis codex cum Romana principe & Mediolanensi editione *Strage vera*, Parmensis editio *Strage fera*. *ferum bellum*, *proelium* similiaque alia Silio perquam familiaria esse supra docui ad lib. IV. vers. 357. Vulgatum tamen non muto. Valer. Flacc. lib. II. vers. 275.

——— *agnoscit in alta*

Jamque propinquabant hostes, tumuloque subibant,
Cum secum Poenus: Coelum licet omne soluta
In caput hoc compage ruat, terraeque dehiscant,
Non ullo Cannas abolebis, Jupiter, aevo.
Decedesque prius regnis, quam nomina gentes
Aut facta Hannibalis sileant. nec deinde relinquo
Securam te, Roma, mei: patriaeque superstes
Ad spes armorum vivam tibi. nam modo pugna
Praecellis, resident hostes: mihi satque superque,
Ut me Dardaniae matres atque Itala tellus,
Dum vivam, exspectent, nec pacem pectore norint.
Sic rapitur, paucis fugientum mixtus, & altos
Inde petit retro montes tutasque latebras.
Hic finis bello. reserantur protinus arces
Ausonio jam sponte duci. jura improba ademta,
Armaque, & incisae leges, opibusque superbis
Vis fracta, & posuit gestatas belua turres.
Excelsae tum saeva rates spectacula Poenis
Flammiferam accepere facem, subitaque procella
Arserunt maria, atque expavit lumina Nereus.
Mansuri compos decoris per secula rector,
Devictae referens primus cognomina terrae,

Securus

Strage virûm sua texta parens, sua munera conjux.
vide supra ad libr. x. vers. 588.

v. 607. *Coelum licet omne soluta In caput hoc compage ruat*] Lucan. lib. I. vers. 73.
——— *sic cum compage soluta*
Secula tot mundi suprema coegerit hora.

v. 614. *Praecellis, resident hostes mihi satque superque*] Hoc est, satis hostium mihi residuum est, licet Cannensi aliisque proeliis innumeros conciderim. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. XIII. *Praecellis resides hostes* arbitror. Barthius, *resident hostes mihi satque superque*, hoc est satis hostium mihi residuum est. cui ejus sententiae manum dare neutiquam possum. N. HEINSIUS.

v. 617. *Paucis fugientum mixtus*] *immixtus* malim. N. HEINSIUS.

v. 620. *Jura improba ademta, Armaque, & incisae leges*] *Arvaque* satius fore Interpres censet. quid si reponimus, *Atque aeri incisae leges*, vel *Aeraque & incisae leges?* Vide Dausquej. *incisae leges* sunt senatusconsulta. Sic & Ovid. I. Metam. Male Interpres haec capit. N. HEINSIUS. Pacis conditiones à Scipione Karthaginiensibus concessas memorat Livius lib. XXX. cap. XXXVII. Inter alias autem hae erant, *ut liberi legibus suis viverent, naves rostratas, praeter decem triremes, traderent, elephantosque, quos haberent, domitos: neque domarent alios.* Patet ex his, quidquid dicant alii, Silium a Livio in diversa abire. *improba jura ademta* cum Dausquejo accipio licentiam quidvis agendi per nefas, quo veluti jure, sed improbo, grassati erant Karthaginienses. *Arma* vero vel ad naves rostratas refero, vel ad quaevis arma militaria, de quibus Hannibal apud Livium lib. XXX. cap. XLIV. *Tunc flesse decuit, cum ademta nobis arma, incensae naves, interdictum externis bellis. incisae leges* autem ademtam illis αὐτονομίαν innuit, quod directe Livio adversatur, quo auctore Poenis permissum erat *legibus suis vivere.* Cum Livio autem faciunt etiam alii historici, & inprimis Polyb. in excerpt. lib. XV. *incisae leges* itaque eo sensu, quo apud Liv. lib. II. cap. XV. *Tarquinius spe omni reditus incisa exulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit.* Non placet enim, quod Dausq. & Cellar. *incisae leges* de legibus pacis intelligant, quae columnis aut tabulis ligneis, lapideis, vel aereis incidi solebant. Atque ita nec opus cum illustrissimo Heinsio hic quidquam mutare.

v. 625. *Expavit lumina Nereus*] An *fulmina?* N. HEINSIUS.

v. 627. *Devictae referens primus cognomina terrae*] Nam, ut Dausquejus monuit, ante Scipionem duces Romani ex victoriis quidem nomina sortiti erant, sed non nisi a devicto oppido. at primus Scipio a devicta terra cognomen accepit, & *Africanus* dictus est. Vide etiam L. Vivem ad Augustin. de Civit. Dei lib. x. cap. XXI.

v. 628. *Securus sceptri*] An *Securus coepti?* potest tamen & vulgatum defendi. N. HEINSIUS.

v. 630

Securus sceptri, repetit per caerula Romam,
Et patria invehitur sublimi tecta triumpho.
Ante Syphax, feretro residens, captiva premebat
Lumina, & auratae servabant colla catenae.
Hic Hannon, clarique genus Phoenissa juventa,
Et Macetûm primi, atque incocti corpora Mauri,
Tum Nomades, notusque sacro, cum lustrat harenas,
Hammoni Garamas, & semper naufraga Syrtis.
Mox victas tendens Karthago ad sidera palmas
Ibat, & effigies orae jam lenis Hiberae,
Terrarum finis Gades, ac laudibus olim
Terminus Herculeis Calpe, Baetisque lavare
Solis equos dulci consuetus fluminis unda.
Frondosumque apicem subigens ad sidera mater
Bellorum fera Pyrene, nec mitis Hiberus,
Cum simul illidit ponto, quos attulit, amnes.
Sed non ulla magis mentesque oculosque tenebat,
Quam visa Hannibalis campis fugientis imago.
Ipse, astans curru, atque auro decoratus & ostro,
Martia praebebat spectanda Quiritibus ora.
Qualis odoratis descendens Liber ab Indis
Egit pampineos frenata tigride currus.

Aut

v. 630. *Ante Syphax, feretro residens, captiva premebat Lumina*] Polybium aliosque Syphacem vivum a Scipione in triumpho circumductum tradere novi: eos tamen hic Silium sequi, quod Dausquejus volebat, verosimile non videtur. Credam potius, Silium, qui ex Livio Syphacem Tibure in vinculis obiisse didicit, velle, ejus mortui imaginem in triumpho feretro circumlatam esse. Qui enim vivi in triumpho circumducebantur, non *feretro residebant*, ut de Syphace tradit Silius, sed pedibus triumphantis Imperatoris currum praecedebant. Atque ita etiam sentit Cellarius. Ne quid tamen dissimulem, pro Dausquejo non nihil stare videtur ipse Silius supra lib. xvi. vers. 273.

Hic fractum bello regem solioque revulsum,
Tempus erit, cum ducet agens ad templa Tonantis,
Qui tunc orabat socialia foedera supplex.

v. 631. *Auratae servabant colla catenae*] Vide Gebhard. & Brockhus. ad Propert. lib. II. eleg. I. vers. 33.

v. 632. *Hic Hanno, clarique genus Phoenissa juventa*] *juventas* malim, Virgiliano more. Videantur, quae ad illum annotamus lib. v. Aeneid. vers. 398. N. HEINSIUS. Vide supra ad lib. x. vers. 642. Membranae autem Oxonienses *Hannon* etiam, non *Hanno*. Vide ad lib. II. vers. 277.

v. 633. *Et Macedum primi*] *Macetûm* bene Puteaneus & Marsi editio. N. HEINSIUS. Qui plura videre cupit, consulere potest Jos. Scalig. Lection. Auson. lib. I. cap. XXIII. J. Fr. Gronov. ad Senec. Herc. Furent. vers. 980. & Caspar. Barthium lib. II. Advers. cap. XVI. Supra ita saepe peccatum erat, ut lib. XIII. vers. 878. lib. XIV. vers. 5. libr. XV. vers 287. & hoc libr. vers. 415.

v. 633. *Incocti corpora Mauri*] *incocti corpora* μελάγχροας. cave enim credas τὸ *in* στερητικὸν esse. sic antiquis *incoctae* dicebantur mulieres, quae plus aequo calamistris utebantur. Atque haec sunt, quae nos inter operas typographicas ad Silium effudimus. Tu vero, mi lector, si quid boni in tam tumultuario opere sit, id Deo adscribe; si quid secus, id mihi; qui non solum, ut homo, errare potui, sed, ut adolescens, cum venia debui. tertiam vero partem pene notarum mearum propter nundinas Francofurtenses, quae instant, omittere necesse habui, itaque finem facio. D. HEINSIUS. *incocti corpora*, hoc est, nigri, quasi colore tincti postmodum incocto. Tale illud Petronii,

Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

adustos corpora vocat ipse Silius lib. VIII. *Garamas & adustus corpora Maurus.* BARTHIUS lib. XXII. Advers. cap. VIII.

v. 638. *Terrarum finis Gades*] *& finis* forte. N. HEINSIUS.

v. 641. *Frondosumque apicem subigens ad sidera*] Nonnemo conjiciebat, *Frondosumque apicem surgens*, pro frondoso apice surgens. vel *surgens* pro surrigens contracte. sed *subigens* pro agens. sic *subigere ad moenia classem* pro agere supra habuimus lib.

XVI

Aut cum Phlegraeis, confecta mole Gigantum,
Incessit campis tangens Tirynthius astra.
Salve, invicte parens, non concessure Quirino
Laudibus, ac meritis non concessure Camillo.
Nec vero, cum te memorat de stirpe Deorum,
Prolem Tarpeji mentitur Roma Tonantis.

xv. vers. 218. ubi plura ad rem. N. HEINSIUS. Vulgatum recte tuetur vir Illustrissimus. *subigere* est sursum agere, quemadmodum *subjicere*, *submittere*, sursum jacere, sursum mittere. Vide supra lib. xii. vers. 640. In Oxoniensi codice perperam est *sibi gens*.

v. 650. *Confecta mole Gigantum*] *confecta lite* Puteaneus. N. HEINSIUS. Nihil muta. *moles* enim *Gigantum* propter immensam corporis magnitudinem. Vide supra ad lib. xvi. vers. 46. Ita Cicer. ii. Tuscul. cap. viii.

Hos non hostilis dextra, non terra edita
Moles gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo.

ubi tamen Turneb. lib. ii. Adv. cap. viii. *Moles gigantum* exponit multitudo gigantum, quod in Graeco Sophoclis, unde Cic. vertit, fit στρατός.

v. 652. *Salve, invicte parens* &c.] Silius Scipionem Camillo & Romulo aequat, qui ambo appellantur *urbis conditores*, memor illius, quod ipse dixit de Marcello lib. xiv.

——— *aemulus ipse*
Ingenii Superûm servando condidit urbem.

Neque multo aliter de Fabio lib. vii.

Ocius huc aquilas servataque signa referte;
Hic patria est, murique urbis stant pectore in uno.

Quam laudem affectavit Cicero, cum de se scribere ausus est,

O fortunatam, natam me Consule, Romam.

De quo versu alibi. BARTHIUS lib. x. Advers. cap. xiii.



INDEX

INDEX
AUCTORUM VETERUM,
Qui in notis ad Silium

Obiter exponuntur, vindicantur, aut emendantur.

INDEX
VERBORUM ET RERUM,

Quae in notis ad Silium explicantur.

Anteire.

Celsus

D.

Deripere

E.

F.

Καλα.

L.

Livens,

per

O.

Ora

Pulvis.

Si

Suessa

Torrere

V. U.

FINIS.

